APPARATUS SUPER CONSTITUTIONIBUS CURIARUM GENERALIUM...

Tomas Mieres, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

13
16 E
32

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

37 34
C
14 6
14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APPARATVS
SVPER
CONSTITVTIONIBVS
CVRIARVM GENERALIVM
CATHALONIAE,
PER
THOMAM MIERES
IN DECRETIS LICENTIATVM,
& Iuriſperitum Gerundenſem editi
# PARS SECVNDA.
Ab innumeris, quibus antea ſcatebat, mendis emendata.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE ROMA
exlegis
BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE
ROM. SOC. IESV. B. BIBL. SEC. COLL.
IHS
BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

Barcinonæ, Typis, & ære *Sebaſtiani à Cormellas*, Anno M.DC.XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPARATVS

SVPER CONSTITVTIONIBVS, SIVE CAPITVLIS CVRIARVM GENERALIVM Cathaloniæ, editi per Thomam Mieres in Decretis Licentiatum, Iuriſperitum Gerundæ

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

PARS SECVNDA.

PROOEMIVM CVRIAE GENERALIS PER Illuſtriſſimum Dominum Regem Petrum Tertium in Villa Montiſſoni celebratæ, quæ continet quadraginta & vnum capitula.

SVMMARIVM.

1 *REX debet habere maieſtatem.*
2 *Crimen læſæ maieſtatis an committatur in Regem.*
3 *Crimen læſæ maieſtatis cõmittur in dominum ciuitatis.*
4 *Criminis læſæ maieſtatis materia. remiſſiue.*
5 *Curiæ, ſynodi, ſiue concilia celebrantur propter correctionem morum.*
6 *Hoſtis accedere non poteſt ad locum hoſtis, niſi ob legationem, vel in caſibus à lege permiſſis.*
7 *Banniti non poſſunt impune redire ad loca à quibus ſunt electi, & banniti.*
8 *Pœna vendentium hoſtibus. remiſſiue.*
9 *Portans hoſtibus ferrum, frumentum, vel ſal de iure cõmuni punitur capite, & bona eius publicantur.*
10 *Bona hoſtium an, & quando quis poſſit permutare, vel concedere. remiſſiue.*
11 *Conſtitutiones Cathaloniæ non obligant niſi infra Principatum.*
12 *Canonum ſtatuta ab omnibus ſunt ſeruanda.*
13 *Statuta laicorum an ligent clericos. remiſſiue.*
14 *Omnes habitatores Cathaloniæ ſubſunt Principi, & Comiti Barcinonæ ratione generalis iuriſdictionis.*
15 *Conſtitutiones generales Cathaloniæ adſtringunt tria brachia.*
16 *Brachium Eccleſiaſticum ſemper conſueuit firmare curias generales, ſaluis libertate Eccleſiaſtica, & iure Eccleſiæ.*

IN nomine Domini, Amen. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ Comes Barcinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ. *Quia decet Regiam Maieſtatem ita Reipublicæ curam gerere*, &c. Hic habes proœmium huius curiæ, in quo dominus Rex dicit ſe mandaſſe has generales curias vniuerſis ſubditis ſuis, exceptis Sardiniæ, & Corſicæ Regnis. Infraſcripta vero capitula, ſiue conſtitutiones dicit ſolum debere ſeruari infra Cathaloniæ Principatum, & hoc ſit pro ſumma, & caſu huius capituli. ¶ Super textu, ibi, *Regiam maieſtatem.* Nota † hic Regem habere maieſtatem: vnde 1
quæro † an in Regẽ cõmittatur crimen læſæ maieſtatis. Et videtur, quod non; quia poteſtas eſt, & non maieſtas: *ff. de orig. iur. l. 2. §. in initio.* Dic cõtrarium per *l. ſi familia. ff. de iuriſdict. omnium iud.* ad hoc *C. vt nemo in præiud. l. 1.* quæ incipit, *Regia maieſtas.* Item † crimen læſæ maieſtatis dicitur com- 2
miti in dominum ciuitatis: vt *C. de Epiſcopali audi. l. nemo.* De materia † huius criminis læſæ maie- 3
ſtatis dixi ſupra *colla. 5. in curia Montiſalbi. c. 30. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod inquiſitores.* vide ibi. ¶ Sequitur in textu, *Reipublicæ.* vide quæ ſcripſi *ead. cap. prouidentes ſtatus.* ¶ Sequitur in textu, *commoda ſubiectorum.* ſic *extra. de officio. leg. cap. offic. in fin. lib. 6.* & ſupra *collat. 2. in 2 curia Barcino. in* 4
proœmio. Et nota, † quod curiæ, ſynodi, ſiue concilia celebrantur propter correctionem morum. vide per *Inno. extra de præben. cap. graue.* ¶ Sequitur in 5
textu, *iniquitates expellere.* Sic dixit Imperator in proœmio Inſtitutionum, & potes repetere hic quæ ibi notãtur per *glos.* & *Doctores.* ¶ Sequitur in 6
textu, *hoſtilibus.* Nota, † quod hoſtis non poteſt accedere ad locum hoſtis, niſi ex legatione, vel in caſibus à lege permiſsis: vt *l. 1. C. quæ res expor. non debet.* ¶ Et ſic nota, † quod electi & banniti non 7
poſſunt impune accedere ad loca vbi ſunt publicati, & publice euitati. Et ex hoc videtur, quod ſi bannito venienti ad locum vnde fuit bannitus, & in eo ſibi fiat brica, & damnificetur, hoc ſit impunitum & impunibile, quia hoſtis eſt, & maxi-

Digitized by Google

meſi ipſe bannitus venerit armatus, volens alteri nocere, & cum ſono perſequatur, & ſi ſe capi non permittat, poterit impune offendi, & damnificari in perſona, & quantomagis in equo, & alijs bonis, quæ ſecum habuerit: ſicut contigit de quodam bannito, cui equus fuit occiſus, & ſic ipſe captus ab hominibus ſoni, tenui quod non poterat petere emendationem equi occiſi, &c. Et de
8 pœna † vendentium hoſtibus vide ibi, & quæ habes ſupra *collat. 2. in curia 2. Barcino. cap. concedimus.* & ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcino. cap. 11. Item quod capitulum curiæ.* & in *curia Illerd. cap. 8. Item*
9 *quod de capitulo.* Nam † de iure cõmuni, ſi quis portat hoſtibus ferrum, frumentum, vel ſal, capite punitur: vt *ff. de publica. l. conſe.* & etiam confiſcantur bona. vt *l. 2. C. quæ res exportari non debet.* vide ibi, & latius in edictis factis per Regem Alfonſum Quartum pro guerra per eum indicta contra Florentinos, quia condemnantur mercatores, quorũ geſtores ſiue factores eorum etiam ignoranter cũ Florentinis contractauerant quoquo modo, niſi domini expreſſe id inhibuiſſent ipſis factoribus ſiue procuratoribus: ſuper quæ vide *ff. de inſtitoria. l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palam.* Et ideo ſint cauti mercatores, vt expreſſe denuncient & prohibeãt ſuis procuratoribus, & quos præponunt, ne cõtra
10 hant cum inimicis Regis. Sed † an, & quando quis poſsit permutare, vel legare, vel concedere bona hoſtium, vide in *l. liberi homines. ff. de verbor. oblig.* & ibi *gloſ.* & *Bart.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *vniuerſis ſubditis noſtris.* hic ergo patet, quod hęc curia fuit generalis ad omnes ſubditos Regis, excep tis Regnis Sardiniæ & Corſicæ tamen, vt dixi, & ſubijcitur hic in fine huius capituli, pręſentes cõ-
11 ſtitutiones † non aſtringunt, niſi intra Principa-
12 tum Cathaloniæ. ¶ Sed † ſtatuta canonum ab omnibus ſunt ſeruanda: vt *extra. de conſti. c. 1.* de quo tamen dic vt ibi plene diſtinguit *Henr. Boich* in 1.
13 *diſt.* Sed verum leges, † conſtitutiones, & ſtatuta laicorum ligent clericos, vide per *Henr.* in *c. quæ in Eccleſiarum.* in 1. *diſt. extra. de conſti.* adde notata per *Doct.* in *l. cunctos populos. C. de Summa Trini.* & *fi. c.* & per *Bart.* in *l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.* Et quod littera hic ditit, *ſubditis noſtris*, intellige etiã populatis, & vaſſallis prælatorum, Baronum, & aliorum, infra tamen Cathaloniam degentium:
14 quia † omnes habitatores, & degentes Cathaloniæ ſubſunt Principi & Comiti Barcinonę, ratione generalis iurisdictionis & regaliarum, &
15 huiuſmodi † conſtitutiones generaliter adſtringunt tria brachia ipſius curiæ generalis totius Principatus Cathaloniæ; quia omnes firmarunt:
26 tamen † brachium Eccleſiæ ſemper conſueuit firmare: *Salua libertate Eccleſiaſtica, & iure Eccleſiæ.* de quibus vide ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap. promittimus.* & ſupra *collat. 4. curia Illerden. cap. 19. Itẽ prælati*, &c. vide & adde quæ ſcripſi infra *colla. 9. curiæ domini Ferdinandi cap. per tal que las leys de la terra.* ſuper verbo, *les leys*, &c. & in *cap. confer, ò contraure. §. entes empero.* & ibi dixi de hoc.

De ſucceſsione impuberum inteſtatorum. Capitulum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Impuberibus inteſtatis non ſuccedit mater, nec aliquis ex linea materna quoad bona paterna, & quæ fuerũt ex parte patris, ſed tantum pater, & alij ex parte patris proximiores vſque ad quartũ gradum, ſeruato inter eos ordine primogenituræ, ſola legitima matri reſeruata. & ẽconuerſo idem dicitur quoad bona materna, & materni generis.*

2 *Verba* reuertatur, deuoluatur, perueniat, *& ſimilia poſita in ſubſtitutione facta impuberi habentur pro directis.*

3 *Teſtamentum Barcinonæ conditum valet, quamuis nihil liberis relinquatur. poſſunt tamen petere legitimam ſibi pertinentem.*

4 *Legitima quocumque titulo liberis relinquatur Barcinonæ ſufficit, & ex eo teſtamentum nec eſt nullum, nec poteſt irritari. idem num. 26.*

5 Conſtitutio Impuberibus, *corrigit multa iura Romana, & eſt notabilis, vulgata, & mente tenenda.*

6 *Ratio deciſionis*, conſtitutionis Impuberibus *traditur. & ſimul refertur caſus qui dedit cauſam edicto.*

7 *Succeſsioni impuberum olim aliter erat prouiſum tempore Regis Iacobi Primi.*

8 *Mulier ſemper eſt varia, & mutabilis, & cupida rei ſibi prohibitæ.*

9 *Secunda ratio deciſionis* conſtitutionis Impuberibus, *refertur.*

10 *Reprehenſibile iudicari non debet, vt ſecundum varietatem temporum ſtatuta varientur humana.*

11 *Leges tranſgredi licitum eſt caſibus emergentibus.*

12 *Impuberes an dici poſsint mori inteſtati, cum teſtamenti factionem actiuam non habeant.*

13 *Impuberes quamuis dicantur decedere teſtati, vel inteſtati; hoc ideo eſt, non quia ipſi poſsint teſtari, ſed quia pater teſtando pro ſe poteſt teſtari, & pro filijs impuberibus, quos habet in poteſtate. idem nu. 58.*

14 Conſtitutio Impuberibus *non habet locũ quoties pater teſtatus fuit pro filio, & ei pupillariter ſubſtituit.*

15 *Mater excluditur à ſucceſsione filij per pupillarem ſubſtitutionem, per quam etiam excluditur à legitima.*

16 *Hæreditas patris diuerſa eſt ab hæreditate filij; quamuis patris, & filij impuberis vnum ſit teſtamentum.*

17 *Qualitas inſtitutionis repetita cenſetur in ſubſtitutione.*

18 *Ordo ſucceſsionis parentelæ ſolum vſque ad quartum gradum in caſu* conſtitutionis Impuberibus, *ſeruatur quoad excluſionem matris tantum, nam alias vlteriores ſuccedere poſſunt per rectam lineam vſque ad decimum gradum, & per tranſuerſalem vſque ad ſeptimum, non excludendo matrem.*

19 *Impuberi ab inteſtato in bonis patris, vel paterni generis ſuccedit pater ſolus, ſi impubes non habet fratres, alias ſuccedit cum fratribus impuberis.*

20 *Subſtitutio pupillaris expirat adoptione.*

21 *Verbum* vlque *in caſu* conſtitutionis Impuberibus, *an intelligatur incluſiue, vel excluſiue. & ſic an agnati in quarto gradu excludãt matrẽ impuberis.*

Verba

Digitized by Google

22 *Verba in ſtatutis proprie accipi debent.*
23 *De dictione* Vſque, *multa. remiſſiue.*
24 *Verbum commune in ſubſtitutione pupillari ſumitur pro directo.*
25 *Subſtitutio ſimpliciter intelligitur de directa ſubſtitutione.*
27 *Pubertas in maſculo eſt quatuordecim annorum, & in fœmina duodecim annorum.*
28 *Impuberes infra pubertatem non obligantur ad religionem, nec ad matrimonium.*
29 *Pubes dicitur à pudentia.*
30 *Pubes eſt doli capax.*
31 *Pubertati proximus quis dicatur. remiſſiue.*
32 *Pupillus quando obligetur naturaliter, vel ciuiliter, & quid ſit in adulto. remiſſiue.*
33 *Impuberes intereſſe nequeunt electionibus.*
34 *Malitia in impuberibus non ſupplet ætatem niſi in matrimonio.*
35 *Pupillus proprie dicitur, qui caret patre, vel non eſt in patris poteſtate.*
36 *Reuocare an videatur moriens, quod commiſit, donec reuocaret.*
37 *Hæreditas non dicitur viuentis ſed mortui. & declaratur ibidem.*
38 *Mortuum quem eſſe qualiter probetur. remiſſiue.*
39 *In mortis periculo quis dicatur conſtitutus. remiſſiue.*
40 *Differentia inter periculum mortis, & articulum mortis traditur.*
41 *Mors omnia ſoluit.*
42 *Mors eſt duplex, ciuilis videlicet, & naturalis.*
43 *Mortuus ciuiliter quis ſit.*
44 *Nepote decedente pater eius præfertur auo paterno in bonis quæſitis à matre, vel a linea materna.*
45 *Mors vera æquiparatur fictæ in caſib⁹ à iure expreſſis.*
46 *Mors ciuilis quando æquiparetur naturali. remiſſiue.*
47 *Teſtamentum confirmatur, vbi mors ciuilis æquiparatur naturali.*
48 *Practica bona probandi quem eſſe mortuum.*
49 *Mors triplex, ſpiritualis, corporalis, & gehennalis.*
50 *Excõmunicatus abſoluitur propter periculum mortis.*
51 *Mors eſt caſus fortuitus.*
52 *Incertius nihil hora mortis.*
53 *Mors ſpiritualis duplex, & quæ vnaquæque ſit.*
54 *Hypocrita viuens mortuus eſt.*
55 *Mors gehennalis eſt æterna.*
56 *Mortuorum alij ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, & mediocriter mali.*
57 Ab inteſtato *verbum declaratur.*
59 *Inteſtia debetur domino moriente filio ruſtici impubere, ſi pater non teſtetur pro eo faciendo eidem pupillarem ſubſtitutionem.*
60 *Verbum legis habens duos intellectus in dubio ſemper intelligitur ſecundum proprium intellectum.*
61 *Inteſtiam ſoluere eſt pœna.*
62 *Pupillus propria non eſt exorchus, nec infecundus.*
63 *Exorchia ſiue ſterilitas eſt vitium proueniens contra conſuetudinem generalem naturæ.*
64 *Impedimenta naturæ, & ſterilitatis diuerſa ſunt.*
65 *Impubes proprie non decedit inteſtatus ſed inteſtabilis. declaratur nu. 66.*
67 *Impubes quantum ad effectum ſucceſſionis dicitur habere hæredem ab inteſtato ex interpretatione legis.*
68 *Minor excluſus per ſtatutum à poteſtate teſtandi an poterit codicillare grauando venientes ab inteſtato.*
69 *Succeſsio ex teſtamento etiam in parte excludit ſucceſſionem inteſtati. declaratur ibidem.*
70 *Inteſtatus proprie dicitur qui teſtamentum facere poteſt, & non facit.*
71 *Bonorum poſſeſsio non agnita non tranſmittitur.*
72 *Bonorum poſſeſsio gratia litis agnoſcenda quæ, & quando competat. remiſſiue.*
73 *Pater retinet, quamdiu vixerit, vſumfructum in bonis filij impuberis demortui. & quid ſi dicta bona ſint ſubiecta reſtitutioni, an retineat pater dictum vſumfructum. num. 74.*
75 *Bona poſſeſſa per filium ſubiecta reſtitutioni non ſunt illius irreuocabiliter.*
76 *Bonorum appellatione quæ veniant.*
77 *Caſtro vendito an veniat iuriſdictio.*
78 *Res quando dicatur in bonis. remiſſiue.*
79 *Bona ſequuntur perſonam. declaratur num. 80.*
81 *Auus in materia odioſa non venit patris appellatione.*
82 *Pater dicitur, qui filios habet.*
83 *Lex vbi loquitur de patre in materia naturali, appellatione patris comprehenditur tantum pater naturalis; in dubio tamen comprehenditur pater legitimus & naturalis.*
84 *Patres dicuntur maiores magiſtratus iuriſdictionem habentes.*
85 *Auus maternus præfertur auo paterno in quæſitis à linea materna.*
86 *Cauſa, & occaſio differunt. remiſſiue.*
87 *Loquntio de cauſis intelligitur de proximis.*
88 Peruenire *verbum importat irreuocabilem peruentionem.*
89 *Peruenisſe ad aliquem quomodo dicatur.*
90 *Peruenisſe non dicitur, quod non durat. declaratur num. 91.*
92 *Alienari an poſſint res ſubiecta ſubſtitutioni pupillari.*
93 *Res ſubiecta reſtitutioni vendi poteſt pro debito hæredis, ex* Baldo.
94 *Pater ſi dicat, Si filia mea decedat ſine liberis reſtituãtur mihi, & meis, an appellatione* meorum *veniant liberi, vel ſolum hæredes vniuerſales.*
95 *Mater dicitur multiplex. remiſſiue.*
96 *Matrisfamilias appellatione quid contineatur.*
97 *Filij, licet ſtatutum dicat, quod moriente matre bona dotalia remaneant filijs, non propter hoc capiunt bona vt hæredes, ſed tãtum iure proprio ex diſpoſitione legali.*
98 *Per ſtatutum vbi eſt derogatum iuri communi in ſucceſsione, eodem modo eſt derogatum in tutela legitima; vt deferatur his, ad quos peruenire ſucceſsio.*
99 Vſque *dictio in caſu huius conſtitutionis intelligitur incluſiue. & ratio ibidem traditur. & quid de iure ciuili, & quid de iure canonico ſit. remiſſiue. num. 100.*
101 *Conſtitutio* impuberibus *non habet locum in collateralibus deſcendentibus ex ſpurijs natis ex damnato coitu. ratio traditur nu. 102.*

Digitized by Google

103 *Fratres vtrimque coniuncti an præferantur fratribus ex parte patris tantum in ſucceſsione impuberis in vim conſtitutionis* impuberibus *diſcutitur late quæſtio pro, & contra.*

104 *Trabellianica an habeat locum in hæreditate impuberis, quoties eius hæreditas eſt ſubiecta reſtitutioni. remiſsiue.*

105 *Trabellianica an prohiberi queat per teſtatorem. remiſsiue.*

106 *Legitima quomodo computanda. remiſsiue.*

107 *Conſtitutio* impuberibus *nihil diſponit ſuper tutela impuberum.*

108 *Cõſtitutio,* impuberibus, *procedit tãtum in bonis paternis, & maternis, & non in alijs bonis aliunde quæſitis per impuberem.*

109 *Subſtitutio facta per verba,* quisquis mihi hæres erit, *ſolum comprehendit ſcriptum hæredem in teſtamento, non vero venientem ab inteſtato.*

110 *Mater excluditur à legitima filij per pupillarem ſubſtitutionem.*

111 *Maſculus maior quatuordecim annorum, & fœmina duodecim poſſunt teſtari.*

112 *Teſtamentum patris pupillariter filio ſubſtituentis dicitur teſtamentum filij.*

113 *Legitimam petere poteſt filius, quamuis repudiet hæreditatem patris.*

114 *In legitima quæ computentur, traditur.*

115 *Legitima an, & quando detrahi poſsit in vna re.*

116 *Legitima in caſu conſtitutionis* impuberibus *eſt legitima, legitima pertinentis impuberi in bonis liberis; & refertur Regia littera.*

117 *Legitima, & Trabellianica quomodo computentur de iure Romano, & quomodo in ciuitate Barcinonæ, traditur.*

118 *Legitima non debetur collateralibus.*

119 *Fratres vterini in bonis maternis præferuntur fratribus ex parte patris tantum.*

120 *Vſusfructus quæſitus patri in bonis filij non finitur morte filij.*

121 *Vſusfructus conceſsus filio poſt mortem ipſius remanet patri.*

122 *Pater retinet vſumfructum in bonis maternis mortuo filio impubere.*

123 *Auus maternus in ſucceſsione impuberis ex linea materna præfertur auo paterno.*

124 *Libellus quomodo concipietur quando agitur contra patrem, & legitimum adminiſtratorem filij.*

125 *Verba,* remaneat, redeat, deuoluatur, perueniat, deueniat, ſuccedat, *quamuis ſint communia, ex iſta conſtitutione habentur pro directis. idem num.* 127. *& declaratur num.* 142.

125 *Per fideicõmiſſum nõ ſucceditur hæredi inſtituto, ſed teſtatori.*

126 *Inſtitutio quandoque appellatur precaria ſubſtitutio.*

128 *Conſuetudo in ſuo municipio, ſicuti lex, dare poteſt intellectum vocabulis.*

129 Detur *verbum eſt obliquum, ex quo alterius miniſterium includitur: quamuis verbum* do *ſit directum. & ratio diſcriminis traditur num.* 130.

131 *Ius directum quid ſit.*

132 *Verbum* omne *eſt directũ, ſi importat tale ius, ex quo poſsit adiri hæreditas de iure ciuili, & de iure prætorio peti bonorum poſſeſsio.*

133 *Verbum directum dicitur, per quod immediate ſucceditur teſtatori.*

134 Moriatur *verbum eſt directũ, & de ratione ibidem.*

135 *Verbum directum facit deſcendere ſubſtitutionem ab inſtituto ad ſubſtitutum immediate mortuo inſtituto.*

136 *Verbum excludens miniſterium alterius in ſubſtitutione vniuerſali eſt directum.*

137 *Obliquum verbum quid ſit, traditur.*

138 *Capere de manu alterius iure reſtitutionis proprium eſt ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ: quãuis mera reſtitutio facti, qua ſit habẽti ius de per ſe, congruat directe.*

139 *Verbum generale ſtans æque proprie ſub ſignificatione directi, & obliqui erit commune, ſi adijciatur vniuerſitati, ſi vero ſpecialitati, erit obliquum.*

140 *Commune verbum quid ſit.*

141 *Verbum includens executionem diſpoſitionis, quatenus eſt iuris, eſt directum.*

143 *Actiones veniunt in legato vniuerſali, ſecus in particulari. declaratur nu.* 146.

144 *Legatum non extenditur ſi legato loco aliquid legatarij dolo fuerit appoſitum. declaratur ibidem.*

145 *Incrementa legati vniuerſalis quo tempore attendantur, an mortis teſtatoris, an vero additionis hæreditatis. remiſsiue.*

147 *Legatũ à debitore an cenſeatur factum animo compenſandi; traditur ſub diſtinctione.*

148 *Dominium rei legatæ non tranſit vere in legatarium niſi ab additione hæreditatis.*

149 *Teſtamentum imperfectum valere inter liberos procedit reſpectu ſolemnitatis, ſecus vero reſpectu voluntatis teſtatoris.*

150 *Legitima de iure Cathaloniæ ſufficit, quod quocumq. relinquatur titulo, quamuis non iure inſtitutionis. idem nu.* 151.

152 *Legitima patri non debetur in bonis filij nepotibus exiſtentibus. declaratur nu.* 153.

154 *Subſtitutionũ materia eſt valde ſubtilis, & tractata à pluribus DD. & narrantur aliqui ex illis.*

155 *Subſtitutio quid & quotuplex.*

156 *Subſtitutio directa quintuplex.*

157 *Subſtitutio vulgaris quot modis dicatur.*

158 *Nomina vbi ad placitum imponuntur, eorum diſputatio relinquitur pertinacibus.*

159 *Subſtitutio vulgaris in vnum caſum conceptum an porrigatur ad alium, traditur.*

160 *Nolle, & non poſſe paria ſunt.*

161 *Subſtitutio vulgaris facta in vnum tempus non porrigitur ad aliud.*

162 *Subſtitutio vulgaris eſt partim tacita, & partim expreſſa.*

163 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat.*

164 *Subſtitutionis vulgaris effectus traditur.*

165 *Conditio,* ſi hæres nõ erit, *in vulgari verificatur, ſi deſinit poſſe eſſe. quid ſi hæres haberet remediũ reſtitutionis in integrum. num.* 166.

167 *Tranſmiſsio ex capite iuris deliberandi an excludat ſubſtitutum vulgarem.*

Vbi

Digitized by Google

168 *Vbi ſeruus duorum inſtitnitur hæres, dato ei vulgariter ſubſtituto, & vnus ex dominis iubet ipſum adire, at alter repudiare, an ſit locus ſubſtitutioni; quæritur.*

169 *Vbi ſeruus fuit inſtitutus & ſubſtitutus ſibi vulgariter; & ſeruus hæres eſſe nequit, dominus vero vult, an locus ſit ſubſtitutioni. remiſſiue.*

170 *Monacho inſtituto hærede, & recuſante adire, an ſit locus ſubſtitutioni vulgari.*

171 *Monaſterium cogitur alere monachum, ſicut pater filium, licet dominus ſeruum alere non teneatur, & ratio differentiæ ibidem traditur.*

172 *Subſtitutus vulgaris, an pater præferatur filio hærede inſtituto repudiante. traditur negatiue nu. 175.*

173 *Promiſſio expreſſa teſtatoris tollit promiſſionem legis. declaratur nu. 178.*

174 *Pupillaris expreſſa facta per patrem filio impuberi continet tacitam vulgarem ex promiſſione legis: ſecus eſſet ſi pater expreſſe vulgariter, & pupillariter ſubſtituiſſet.*

176 *Pater eſt eadem perſona cum filio.*

177 *Repudiatio filij non præiudicat patri ex diſpoſitione legis.*

179 *Præſumitur quis ſuam voluntatem adaptare ad ea, quæ vult ius.*

180 *Monaſterium præfertur ſubſtituto monacho repudiante.*

181 *Diſpoſitio legis & teſtatoris æquiparantur.*

182 *Vbi filius monachus vel ſeruus hæredes inſtituti, & habentes vulgariter ſubſtitutum moriuntur ante aditionem hæreditatis; an præferantur pater, monaſterium, vel dominus ſubſtituto.*

183 *Hæreditas extraneis filio delata non quæritur patri hæreditate non adita.*

184 *Filius decedens in infantili ætate tranſmittit hæreditatem ſibi delatam ad patrem.*

185 *Hæres vbi habet ſubſtitutum vulgarem, item & fideicommiſſarium, & ſubſtitutus vulgaris vult admitti, & ſubſtitutus fideicommiſſarius petit hæredē cogi vt adeat, quis ex dictis ſubſtitutis præferatur, traditur ſub diſtinctione* Bart.

186 *Fiſcus admittitur vbi hæres inſtitutus ſub vulgari eſt indignus, & non adit hæreditatem.*

187 *Fiſcus tenetur ſoluere legata, & fideicommiſſa, hæreditate non adita per hæredem indignum.*

188 *Pupillaris ſubſtitutio quare ſic nuncupetur.*

189 *Pupillaris ſubſtitutio quo iure introducta fuerit, traditur.*

190 *Pupillaris ſubſtitutio vt locum habeat, quæ & quot requirantur, & numerantur per ordinem.*

191 *Pupillaris ſubſtitutio quibus liberis fiat. traditur.*

192 *Pupillaris ſubſtitutio an fieri poſſit filio poſthumo, cogitandum relinquitur ab auctore.*

193 *Poſthumus non eſt in poteſtate patris.*

194 *Pupillaris ſubſtitutio extraneo facta an infra tempora pubertatis trahatur ad fideicommiſſariam. reſolsitur.*

195 *Statutum vbi viget quod minor 20. annorum nō poſſit condere teſtamētum, pater tali filio ſubſtituere pupillariter nequit.*

196 *Pupillaris ſubſtitutio facta puberi non trahitur ad fideicommiſſariam.*

197 *Requiſitum pupillaris ſubſtitutionis. quod impubes, cui fit, ſit in poteſtate, non eſt correctum.*

198 *Mater ſubſtitutionem pupillarem facere nequit, quāuis impetraſſet à Principe, vt haberet filium in poteſtate.*

199 *Conſilium mulieris eſt fragile & inconſtans.*

200 *Quo tempore in poteſtate eſſe debeat ille, cui fit pupillaris ſubſtitutio, traditur.*

201 *Subſtitutio pupillaris fieri poteſt filio ſpurio legitimato per Principem vel per habentem auctoritatē ab eo.*

202 *Subſtitutio pupillaris valet, quamuis filius naturalis legitimetur poſt mortem patris.*

203 *Subſtitutio pupillaris conſeruatur, quamuis ex cauſa præteritionis rumpatur teſtamentum.*

204 **Cæterorum** *appellatione veniunt tabulæ pupillares.*

205 *Subſtitutio pupillaris valet, ſi filius præteritus approbat teſtamentum. declaratur nu. 206.*

207 *Teſtamentum nullam ex cauſa præteritionis non conualeſcit, quamuis moriatur poſthumus.*

208 *In ſubſtitutione pupillari an veniant bona omnia impuberis, ſub diſtinctione traditur.*

209 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa excludit matrem.*

210 *Subſtitutio pupillaris ſeptem finitur modis traditis per auctorem.*

211 *Subſtitutio pupillaris quandoq. deficit ab initio, quādoq. ex poſt facto. & declaratur late ab auctore ibidē.*

212 *Pupillaris ſubſtitutio deficit eo momento, quo pupillus incipit poſſe teſtari, & quo tempore hoc ſit. rem ſine nu. 213.*

214 *Pupillaris ſubſtitutio vitiatur; ſi pupillus patiatur magnam capitis diminutionem, vt quia deporteur, vel efficiatur ſeruus.*

215 *Pupillaris ſubſtitutio finitur, ſi pupillus remoto ætatis impedimento efficiatur religioſus. declaratur num. 216.*

217 *Subſtitutio pupillaris finitur emancipatione filij.*

218 *Subſtitutio pupillaris finitur ſi filius intra pupillarē ætatem habuerit liberos, præſuppoſito quod habere poſſet.*

219 *Subſtitutio pupillaris deficit ex defectu ipſius; vtpote quia ſit facta ſub cōditione extrinſeca, quæ deficit.*

220 *Exemplaris ſubſtitutio eſt introducta ad exemplar pupillaris. & hæc eſt ratio quare vocetur exēplaris. & num. 221.*

222 *In exemplari requiruntur eadem, quæ requiruntur in pupillari ſubſtitutione.*

223 *Exemplaris ſubſtitutio in quibus conueniat, ſeu differat à pupillari, traditur.*

224 *Exemplariter ſubſtitui non poteſt per filium patri furioſo.*

225 *In ſubſtitutione exemplari non requiritur, quod ſit impubes, cui fit; nec quod ſit in poteſtate nu. 227.*

226 *Filio impuberi furioſo vel mentecapto, an per patrem ſubſtituere poſſit exemplariter, vel tantum pupillariter; traditur ab auctoritate, adhibendo diſtinctionem.*

228 *Mater, quæ conuolauit ad ſecunda vota, exemplariter filio nequit ſubſtituere.*

Digitized by Google

229 *Pupillus educari non debet apud matrem, quæ tranſiuit ad ſecunda vota.*

230 *Exemplaris ſubſtitutio facta per matrem finitur ſi ex poſt ad ſecunda vota tranſeat. & de ratione ibidē.*

231 *In exemplari ſubſtitutione non requiritur quod pupillus furioſus efficiatur ſui iuris per mortem ſubſtituentis, ſicuti requiritur in pupillari.*

232 *In exemplari ſubſtitutione requiritur, quod poſt mortem teſtatoris filius non ſit recaſurus in alterius poteſtatem; ſicuti requiritur in pupillari.*

233 *Exemplariter ſubſtitui non poteſt furioſo, ſi ante furorem eſſet de tali crimine condēnatus, propter quod efficeretur inteſtabilis.*

234 *Vt exemplaris ſubſtitutio fiat, requiritur quod patiatur dementiam vel furorem ille, cui fit, tempore mortis teſtatoris, & non teſtamenti.*

235 *Pro exemplari ſubſtitutione requiritur, quod pater ſibi faciat teſtamentum; ſicuti requiritur in pupillari. limita vt nu 236.*

237 *Exemplaris ſubſtitutionis requiſitum ne ſit, quod filius ſit inſtitutus vel exheredatus, ſicuti requiritur in pupillari, traditur ab auctore.*

238 *Exheredatio eſt contraria pietati.*

239 *Exemplaris ſubſtitutio fieri poteſt, quamuis filio minus legitima relinquatur; cum poſſit agere ad ſupplementum. & quid ſi ſtetit per quinquennium, & nō egit ad ſupplementum; an valeat talis ſubſtitutio. traditur nu. 240.*

241 *In exemplari ſubſtitutione an requiratur, quod hereditas paterna adeatur, traditur ſub diſtinctione.*

242 *Furioſus adire non poteſt hereditatem.*

243 *Exiſtentia ſui heredis cōfirmat tabulas exemplares.*

244 *Exemplaris tacita non continetur in vulgari; ſi heres non erat furioſus tempore, quo fuit facta ſubſtitutio.*

245 *Exemplaris tacita continetur in expreſſa pupillari. limitatur num. 246.*

247 *Exemplaris ſubſtitutio fieri poteſt ſurdo, muto, aut prodigo, quamuis non ſit furioſus.*

248 *Mater illius, cui ſubſtituitur exemplariter, præteriri poteſt in dictis tabulis exemplaribus.*

249 *Pater dum inſtituto herede filio furioſo, exemplariter ei ſubſtituit, non poteſt reliquos filios præterire, ſeu exheredare. declaratur nu. 250.*

251 *Fratrum appellatione in caſu* l. humanitatis. C. de impube. & alijs ſubſtitutio, *an fratres vtrinque coniuncti neceſſario veniāt, traditur ſub diſtinctione.*

252 *Pater vel mater in exemplari an poſſint ſubſtituere ſe ipſos. traditur.*

253 *Exemplaris ſubſtitutio an habeat omnes effectus, quos habet pupillaris, traditur late.*

254 *Exemplaris ſubſtitutio an excludat matrem à ſucceſſione fily.*

255 *Subſtitutio exemplaris vbi facta tum á patre, tum á matre; quis ex iſtis ſubſtitutis admittatur, traditur late ſub diſtinctione.*

256 *Quis ex ſubſtitutis exemplariter per matrem, & per auum paternum præferatur, diſtinguendo reſoluitur per auctorem.*

257 *Exemplaris an iiſdem finiatur modis, quibus pupillaris. & circa hoc examinantur duo caſus in practica. nu. 258.*

259 *Ceſſare & extingui differunt.*

260 *Exemplaris ſubſtitutio an finiatur natiuitate filiorū, traditur ſub diſtinctione, & quid ſi furioſo naſcatur filius, quem in poteſtate non habet; an per hoc extinguatur ſubſtitutio exemplaris. nu. 261.*

262 *Exēplaris ſubſtitutio finitur defectu perſone. cui fit.*

263 *Subſtitutionis breuiloca, ſeu reciproca, necnon compendioſa materia. remiſſiue.*

IMpuberibus morientibus ab inteſtato, bona, quæ ad eos à patre, ſeu auo, ſeu alijs ex paterna linea quacumq. cauſa, occaſione, ac titulo adquiſita peruenerint, non ad matrem, ſeu ſi quis ex parte matris proximiores; ſed ad dictos patres, & alios ex illa parte proximiores vſq. ad quartum gradum, ſeruato inter eos ordine iuris Romani, perueniant; ſola legitima ſeruata ipſi matri, ſeu aſcendentibus alijs ex linea materna, ſi ſuperuixerint. Et ſeruatis conditionibus, vinculis, & alijs oneribus, ſi quæ legitime, & de iure ipſis impuberibus ſint appoſita & iuncta. Et idem obſeruetur in bonis quæ ad ipſos impuberes à matre ſeu materna linea peruenerint, adijciendo quod in ſubſtitutione, quæ per patrem fit filio impuberi, & exiſtenti in poteſtate ſua, verbū appoſitum, reuertatur, deuoluatur, perueniat ſubſtituto, & ſimilia, pro verbis directis penitus habeatur. Et ſine iure legati, ſine quocumq. alio modo poſito, quod nō iure inſtitutionis de filio, ſeu alijs liberis in teſtamento mentio fiat; teſtamentum ex hoc non debeat irritari, ſeu

1 *cenſeri irritum, ſiue nullum*. Caſus † impuberibus inteſtatis quo ad bona paterna, & quæ fuerunt ex parte patris, non ſuccedit mater nec aliquis ex linea materna, ſed pater & alij ex parte patris proximiores vſq. ad quartum gradum. ſeruato ordine genituræ; ſola legitima matri reſeruata, ſaluiſq. conditionibus, vinculis, & oneribus ipſis impuberibus appoſitis. Et idem ēconuerſo quo

2 ad bona materna & materni generis. Et † verbū *reuertatur, deuoluatur, perueniat*, & ſimilia, poſita in ſubſtitutione facta impuberi in patria poteſtate conſtituto, pro directis habentur. Item † in

3 Barcinona eſt priuilegium quod valet teſtamentum etiam ſi nihil liberis relinquitur, poſſunt tamen petere legitimam ſibi pertinētem. Et † quo-

4 cumq. titulo liberis aliquid relinquitur, etiamſi non iure inſtitutionis, teſtamentum ex hoc non

5 eſt nullum, nec poterit irritari. Hoc dicit. Et † eſt notabilis, vulgata, & menti tenenda hæc conſtitutio, quæ corrigit multa iura Romana. Et diuiditur in partes quatuor. In prima diſponit, quis & qualiter ſuccedat impuberi inteſtato quo ad bona paterna. In ſecunda, ibi, *Et idem obſeruetur*, diſponit illud idem ēconuerſo de bonis lineæ maternæ. ¶ In tertia parte, ibi, *adijciendo*, declarat verba communia, in caſu ſubſtitutionis pupillaris haberi pro directis. ¶ In quarta & vltima, ibi, *Et ſine iure legati*, remouet ſubtilitatem iuris Romani, quo erat neceſſe liberos inſtitui quantumcumq. modicum eis legaretur. Et in proſecutione huius conſtitutionis ſeruabo hunc ordinem. Primo

Digitized by Google

mo præmittam cauſam deciſionis circa primã & ſecundã partes huius conſtitutionis. Secundo aliqua notabilia ſuper toto ipſo capitulo ſubijciã. Tertio apoſtillando litteram exponam. Quarto & vltimo materiã ſubſtitutionũ aliqualiter ſummatim prout ex dictis doctorum hinc inde perſcrutando reperire potero, pro mei inſtructione
6 ſupponam. Ad primũ † dico, quod audiui ab antiquis, quod huic cõſtitutioni cauſam dedit horrendus caſus, qui tunc temporis euenerat: cõtigit enim quod duo milites inter ſe diutius guerrã habuerũt, & in guerra ipſa multa dãna multaſq. iniurias intulerũt, & ſtrages, cædes, & vulnera hinc inde ſequuta fuerũt. Tãdẽ alter ipſorũ militũ deceſsit inteſtatus ſuperſtite ſibi vnico filio impubere, qui poſtea infra pubertatẽ deceſsit inteſtatus, relicta matre, quę eidẽ pupillo ſucceſsit in hęreditate dicti militis quondãviri ſui defuncti per *l. C. ad Tertul. l.* 1. cũ ſimil. Et ſic iſta mulier habuit hæreditatẽ viri ſui, & hanc hæreditatẽ nubendo poſtea alteri dictorum militũ inimico dicti quondam primi viri in dotẽ attulit, & ita ex cauſa dotis huiuſmodi dictus miles ſuperueniens & ſecũdus maritus dictæ mulieris poſsidebat hæreditatẽ & bona dicti defuncti ſui inimici: ex quo grauiter conquęſti fuerunt parẽtes, & amici, ac valitores dicti militis prædefuncti: quia reputatũ fuit iniquiſsimũ, quod iſto modo bona inimici peruenerint ad inimicũ; & amici, & valitores defuncti exinde grauati & iniuriari fuerunt: pro tãto dominus Rex Petrus bonæ memoriæ in huiuſmodi generali curiã ad ſupplicationẽ ipſius curiæ condidit huiuſmodi ſalubrẽ conſtitutionem per quã
7 hodie eſt prouiſum, vt hic vides: olim tamẽ † erat aliter prouiſum per conſtitutionẽ domini *Regis Iacobi I.* incipiẽte: *Cũad officiũ regale.* videeã ſupra *in col.* 1. Hodie vero per hãc cõſtitutionẽ non ſeruatur diſtinctio bonorũ, quę aduenirũt ex linea paterna vel ex artificio, quę introducebatur in dicto *c. cũ ad officiũ*, in quo mater ſuccedebat ad bona ex artificio patris pupilli, vel quę ad eũ peruenirẽt, alias q̃ de bonis ſuæ cõſanguinitatis; tñ hic mater nõ ſuccedit in bonis quę fuerint patris pupilli vnq̃ decũq. adquiſierit, ſola legitima matri reſeruata: & ita mater nõ ſuccedit filio impuberi in bonis lineę paternę; niſi in ſola legitima. Et idẽ cõuerſo in bonis maternis nõ ſuccederet pater niſi in legitima tantũ. Et ratio deciſionis huius capituli fuit
8 dictus caſus, & iniquitas dictę mulieris, quia † mulier varium & mutabile producit: vt *extra. de verb. ſig. c. forus.* eſt enim prona ad rẽ quę prohibetur ei: vt *in Geneſi c.* 3. prima enim ipſa comedit de ligno vetito. *& C. de inoffic. teſta. l. filia. & C. de inſti. & ſubſtitu. l. reprehendẽda.* Et melius † eſt, quod parẽtes habeant ſucceſsionẽ bonorũ conſanguinitatis orũ in ſolatiũ ſuæ triſtitię, quibus fuit merito conſulendũ, vt habes in *alleg. c. cũ ad officiũ.* ad idẽ *extra. de ſepul. c.* 1. Et licet iſte intellectus olim prauus repu-
10 taretur, in *alleg. c. cũ ad officiũ.* tamen † non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatẽ tẽporum ſtatuta varientur humana, vt infra *coll. pro xi. c. deniq. & euocãtes. & extra. de conſang. & affi. c.*
11 *nõ debet.* quinimo † & propter caſus emergẽtes licitũ eſt tranſgredi leges ſecundũ *Inno. in c.* 1. *de cõſti.* & vbi eſt neceſsitas vel euidens vtilitas, iuſtũ eſt recedi & conſtitui nouũ, & contra illud quod olim iuſtũ viſum fuit. vt *ff. de conſti. prin. l. in rebus*, & ita fuit hic factũ, & hãc ſeruamus inconcuſſe. Ad
12 ſecundũ veniendo nota hic † impuberes dici mori ab inteſtato, ſiue inteſtati, & tamen teſtari non poſſent. vt *inſti. quibus no eſt perm. fa. te. §. preterea.* quia non niſi puberes teſtari poſſunt propter animi iudiciũ, vt ibi dicitur, & talis ęras à iure ſtatuta eſt: vt *ff. de minor. l.* 1. *in fi.* & proprie iſti impuberes morientes dicuntur inteſtabiles, & nõ inteſtati. Sed inteſtatus proprie dicitur qui teſtari poteſt, ſed moritur nullo condito teſtamento, vel cõdito; ſed nulliter vel irrite facto, vt quia teſtatur de facto, ſed non de iure, vt *ff. de ſuis & legitimis hæredibus. l.* 1. ¶ Et nota, † quod impuberes poſſunt
13 decedere teſtati & inteſtati, nõ quod ipſi poſsint teſtari, ſed quia pater teſtando pro ſe, poteſt teſtari, & pro filijs impuberibus, quos habet in pote-
14 ſtate; vt *extra. de teſta. ſi pater. in fi. lib.* 6, quo † caſu nõ
15 habet locũ hæc conſtitutio, quia tunc † mater in totũ excluditur per ſubſtitutionẽ pupillare. Ita nec legitimam petere poteſt: vt in dicto *c. ſi pater*, habet ergo locũ hæc conſtitutio quando impubes moritur inteſtatus, ita quod pater eius nõ fuit te-
16 ſtatus pro eo. Et licet † patris & filij impuberis vnũ ſit teſtamentum: tamen alia eſt hæreditas patris, & alia filij. *ff. de hæredi. vel ac. ven. l. venditor. §. illud.* Et illa dicitur ſubſtitutio pupillaris, per quã vtilitas tranſit recta via. *ff. de condi. inde l. domi-*
17 *nus teſtamento.* Item nota † quod in ſubſtitutione intelligitur repetita qualitas inſtitutionis. *l. fundum inſtruc. ff. de fun. inſtruc. le.* ¶ Item nota, quod in
18 caſu huius c. ſeruatur ordo † ſucceſsionis parentelæ ſolum vſq. ad quartum gradũ, quod eſt verũ, quo ad matris excluſionẽ, quia vlteriores licet ſuccedere poſsint, videlicet per rectã lineam vſq. ad decimum gradum, vel per tranſuerſalem vſq. ad ſeptimũ gradum. vt *l. fœmina. ad Turpilianũ.* & ibi nota, non tamen excludunt matrem, niſi vſq. ad
19 quartũ gradum, vt hic dicitur. Vnde † nota, quod defũcto impubere ab inteſtato in bonis paternis & paterni generis ſuccedit pater ſolus, ſi impubes non habet fratres, alias ſuccedit cũ fratribus, *iuxta auth. defuncto. C. ad Orficianũ*, alias his deficiẽtibus omnibus ſuccedunt alij proximiores ex li-
20 nea paterna vſq. ad quartum gradum. Et † nota quod ſubſtitutio pupillaris expirat adoptione. *ff. de adop. l. nec ei. §.* 1. & ſic habes modum per quẽ dependet à poteſtate pupilli rumpere ſubſtitutionem, ſcilicet, ſi dat ſe in arrogationem. ¶ Sed
21 quæro † hic, an parentes ſiue agnati lineæ paternæ exiſtentes in quarto gradu excludãt matrem? Videtur quod ſic, quia cũ tali gradu durat prohibitio contrahendi matrimonium: vt *in alleg. cap. non debet.* & ita verbum *vſq.* teneretur inclu-

ſiue.

Digitized by Google

ſiue. Sed contrarium credo, quia verbum *vſq.* de
22 ſui natura proprie eſt incluſiuum. Et in † ſtatutis verba debẽt accipi proprie, de quo vide infra *eod. curia, cap. iuxta conſtitu.* & hæc conſtitutio, quę eſt iuris communis correctoria, debet reſtringi potius quam laxari: quia iurium correctio potius eſt vitanda tanquã odioſa. *extra. de elec. c. cũ expediat.*
23 *lib. 6.* & *c. odio. de reg. iur. eod. lib.* de † hac dictione *vſq.* notã *extra. de elec. c. bona. in glo.* quæ incipit, *excluſiue.* vide ibi. Sed forte quia iſta conſtitutio venit ad remouendum odium dictæ matris, & eſt eadem ratio æquitatis de conſtituto in quarto gradu, ſicut de tertio & citerioribus per dictum *c. num debet*, non male diceretur hoc verbum, *vſq. tertium* incluſiue, quia hic videtur reſtringere odiũ ſucceſſionis maternę. ſic tenetur *ff. de dolo. in l. non debet. in glo.* vide *ff. de Sena. l. ſi.* & ibi *Gui. de Suda.* & *ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.* & *ff. de offi. Proconſulis l. meminiſſe.* vide *Guil. l. die ſanctę. ff. de Aſſeſſo.* & in *l. à caligare. C. de nup.* & *C. de procur. l. quãuis.* & *ff. de leg. 3. l. patronus. §. Sempronie.* Nondũ tamen vidi caſum, quod veniret exiſtens in quarto gradu. Si vis tenere hanc vltimã, dic quod verbum *vſq.* hic teneatur incluſiue: & forte iſta fuit mens conſtituentium & totius iſtius curię in hac conſtitutione. Tu vero diligentius cogitabis, cũ
24 caſus forſitã cõtigerit. Item † nota hic, quod verbum commune in ſubſtitutione pupillari accipi-
25 tur pro directo. Itẽ † nota, quod ſubſtitutio ſimpliciter intelligitur de directa ſubſtitutione. *ff. de legatis tertio. l. ſi inſulam.* & *ff. de legatis primo. l. vxorẽ*
26 *§. Seia.* Item nota † quod ſufficit de liberis facere mentionem in teſtamẽto, legando ſibi aliquid, etiã ſi non dicatur, *iure inſtitutionis*; & idem eſt de aſcendentibus, vt infra *coll. 7. curia Dertuſen. c. 1.* & ibi dicam de hoc aliquantulũ. Imo in Barcinona per priuilegium valet teſtamentũ, etiam ſi de filijs nulla fiat mentio, ſed poſſunt filij petere legitimam ad rationem quinq. ſolidorum pro libra ſubſtantiæ teſtatoris. ¶ Veniendo ad tertium, vi-
27 de litteram, *Impuberibus*, dic quod plena † puber tas dicitur octodecim annorum. *ff. de adop. l. arrogator*, dicit tamẽ ibi *glo.* quod plena dicitur ætas quatuordecim annorum. *inſti. quibus mo. teſta. infir.* in prin. quandoq. ſeptemdecim annorũ: vt *l. 1. §. pueritia. ff. de poſtula. inſti. qui ma. non po. §. eadẽ.* ibi dicitur viginti annorũ, quãdoq. octodecim annorũ: vt *extra. de regula. c. quia inſulti.* Sed regulariter dicitur pubertas in maſculo quatuordecim annorũ & in fœmina duodecim annorum, 20. *q. 1. c. præ-*
28 *la.* Et intra † hanc pubertatẽ non obligantur ad religionem, nec ad matrimoniũ. 20. *q. 1. c. addidi-*
29 *ſti.* & *q. 2. c. ſi in qualibet.* & *c. puella.* Et dicitur † pubes à pudentia, quia loca illa primo lanuginem producunt: & puerperæ dicuntur, quæ in puberilibus annis parauerunt. *extra. de deſpon. impubera. 1.*
30 Et † pubes eſt doli capax. *ff. de tribu. l. ſi pupillus.*
31 & quis † dicatur proximus pubertati, vide *Ioan. Fa. inſti. de inutil. ſtipula. §. pupillus.* & *inſti. de obli. quæ ex maleſi. §. penul.* & *ff. de regu. iuris l. pupillũ.* & vi-

de *glo.* & *Imol. extra. de deſpon. impu. c. cantinebatur.*
32 Et quando pupillus † obligetur naturaliter, vel ciuiliter, & quid de adulto, vide *glo.* & *Doct. in l.*
33 *1. ff. de noua.* ¶ Item nota, † quod iſti impuberes non habent animi diſcretionem, nec poſſunt intereſſe electioni. *extra. de elec. c. ex eo. lib. 6.* & ibi
34 notat *glo.* quod † in iſtis malitia non ſupplet ætatem, niſi in matrimonio. Et ſi impetrent veniam ætatis, non videtur diſpenſatum, vt ſine decreto alienent, nec habeant liberam adminiſtrationem. vide in dicto *cap.* ſuper verbo, *pupillari.* & ſuper
35 verbo *ſuffragium.* Item † pupillus proprie dicitur qui patre caret, vel non eſt in patria poteſtate: vt *l. pupillus. de verb. ſign.* & notat *Albericus de Roſat. in l. pupillus. ff. de verb. obli.* vide *C. quando Imperator.*
36 *l. vnica.* An † moriens videatur reuocare quod cõmiſit, donec reuocaret, vide *extra. de offi. dele. cap. ſi delegatus. lib. 6.* & quæ notat *Albericus de Roſat. in l. certiſſimis. §. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. obli.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *morientibus* dic, ideſt, mortuis: quia
37 viuẽs † quis moritur, & non eſt hæredibus viuẽtis, ſed mortui: & intellige hoc de mortuo morte naturali: vt *ff. de teſta. l. 1.* & ibi *gloſ.* ſuper verbo, *poſt mortem.* & *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. 1.* ¶ Et quali-
38 ter † probetur quem eſſe mortuum, dic quod quandoq. probatur per ſolam famam, quandoq. eſt probatum, ſi centum anni tranſiuerunt, quia non præſumitur amplius viuere, vide *gl. ſ. Bar. Guil.* & *Gui. de Suda. C. ſolu. matri. il. ſi quidem.* & in *l. ab hoſtibus. ff. ex qui. ca. ma.* per *Guil.* & per *Bar. in l. genero. ff. ex qui. cau. infa. irro.* & latius per *Ant. de Butrio. in c. in præſentia. extra. de ſpon.* & vide *Bar. in l. 2. §. ſ. d ſi dubitetur. ff. quemadmodũ teſta. aperiantur.*
39 ¶ Sed † quis dicatur in periculo mortis, vide *l. 3.*
40 *cum ſequen. ff. de dona. cauſa mortis.* Sed eſt differentia inter periculum mortis, & articulum mortis, quia mortis articulus dicitur quando iam de vita deſperatur, & tunc datur Sacramentum Extre-
41 mæ Vnctionis. Item † nota, quod mors ſoluit omnia perſonæ cohærentia. *ff. quib. mod. vſusfruct.*
42 *amit. l. ſicut. §. fin.* ¶ Item † nota, quod mors eſt duplex, vna ciuilis, vt capitis diminutione, vel maxima, vel media, alia naturalis. *ff. pro ſocio. l. vi-*
43 *rum. §. fin.* Et † mortuus ciuiliter dicitur, cuius bona publicantur, quia eius loco alter ſuccedit.
44 *ff. eod. tit. l. actio. §. publicatione.* Nota † quod nepote decedente pater eius præfertur auo paterno in bonis quæſitis à matre, vel linea materna. Caſus eſt ſingularis in *l. quod ſcitis. §. ſi autem. C. de bonis*
45 *quæ li.* ſecundum *Salicetum.* ¶ Item † nota, quod mors ficta æquiparatur veræ. *ff. de dona. inter virum & vxorem. l. ſi mors.* vide *eod. tit. l. cum hoc ſtatus. C. ſi donator.* Et hoc eſt verum in caſibus à iure expreſſis, & quando † mors ciuilis æquipararetur na-
46 turali, vide *glo.* & *Gui. in c. placuit. 16. q. 1.* & *Doct. in c. cum vir. extra. de conuer. coniu.* & per *glo. in cap. ſuſceptũ. de reſcriptis. li. 6.* & vide *Bal. in l. cum pater.*
47 *§. hæreditate. ff. de legatis ſecundo.* Item † mors ciuilis, quando æquiparatur naturali, confirmatur teſtamentum, ita & ciuili. vide *Bar. in prin. alleg.*

l. 1.

48 *l.x.ff.de teſta.* ¶ Et † nota vnam notabilem practicam probandi quem eſſe mortuum: eo quod non apparet facta inquiſitione de eo, penes eos, qui ſunt de familia: *ff.ad Sill.l.ſi certus.§.& ſi vn⁹.*

49 ¶ Vlterius †nota, quod triplex eſt mors, vna eſt corporalis, alia ſpiritualis, alia gehēnalis. de *pœ. diſt. vlti.* in fi. Et mors corporalis eſt communis omnibus: 13.*q.*2.*cap.in Eccleſiaſtico*. Et eſt in memoria ab omnibus ſemper habenda, ibidem; quia non meretur in morte habere ſolatium, qui non cogitat ſe moriturum; vt in proœmio Bibliæ *cap. habes hoc.* in fi. ibi dicitur, ꝙ facile cōtēnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū: & ait Cato:

Non meruit mortem qui ſcit contemnere vitam.

Item fac tibi proponas mortem non eſſe timendam, quæ bona ſi non eſt, finis tamen illa malorū

50 eſt. ¶ Item nota †quod propter mortis periculum abſoluitur excōmunicatus, nec cogitur ire ad Sedem Apoſtolicā: licet ſit pro violenta iniectione in clericum excommunicatus, & de multis periculis mortis nō. *de ſen.excom.c.quod de his.*

51 & ibi per *Inno.* & *Host.* ¶ Et † nota, quod mors eſt caſus fortuitus: vt *l.ſi.C.de iur. dot.* & non eſt alibi, ſecundum *Bal.* & eſt *glo. Ioan. And. in proœmio*

52 *Cle.* ſuper verbo *ſortis*, quia † nil incertius hora

53 mortis: vt *l.1.ff.de condit. & dem.* ¶ Item † nota, ꝙ mors ſpiritualis eſt duplex, videlicet bona & mala: vt *Eccleſiaſtici c.*11. vbi dicitur, *bona & mala vita*, & mors bona eſt quando quis, ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiā moritur peccato, vt viuat Chriſto: *c.conti.di.*4. *vt oſtēderet*, & *c.ſeq.* Sed mala eſt, quādo moritur per peccatūmortale, ſicut per peccatū infidelitatis: quia *mors peccatorū peſſima.* Sed *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorū eius.* & *Beati mortui qui in Domino moriūtur.* 26.*q.* 2.*c.qui ſine* & 11.*q.*3.*c.timēdo.* Itē per hypocriſim,

54 quia † hypocrita viuens mortuus eſt: 12.*q.* 2.*c. nolo ante ſi.* Itē per auaritiā: 14.*q.*4.*c.ſi quis vſuram.* Item per quodlibet aliud peccatum mortale. *de*

55 *pœ.diſt.*4 §.*licet.* Mors † vero gehennalis mors dicitur ęternalis, quia ibi numquā moritur mors. 26.*q.*2.*qui ſine.* & *de pœ.di.vlt.* in fi. & de tali dicitur, *O mors quā amara eſt memoria tua.* vide in *Ec-*

56 *cleſiaſ.c.*41. ¶ Item nota, † quod mortuorū alij ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, & mediocriter mali. Vnde ſuffragia pro ipſis facta pro valde bonis ſunt gratiarū actiones; pro valde malis ſunt viuorū conſolationes, pro mediocriter bonis, & mediocriter malis ſunt expiationes: vt *extr.de celeb.Miſſarū.c.cum Martha.*

57 ¶ Sequitur in tex. ibi, *ab inteſtato.* vt † puta, quia moritur ſui iuris, & teſtari non poteſt, quia impubes ſi eſt maſculus eſt minor quatuordecim annorū, ſi fœmina; eſt minor duodecim annorum, vt dictū eſt ſupra, vel quia eſt ſub poteſtate patris, qui non fuit teſtatus pro eo faciēdo ſubſtitutionē pupillarē quod poteſt, vt infra patebit. Vn-

58 de † licet impubes proprie dicatur inteſtabilis, tamē poteſt decedere teſtatus vel inteſtatus, vt dixi ſuperius: teſtatus dicitur, quādo pater teſtatur pro ſe & pro filio, iuxta notata in alleg. *c. ſi pater.* & dicetur interius; tunc enim non dicetur

59 impubes mori inteſtatus. Et † ita eſt arg. hæc cōſtitutio ꝙ moriēte impubere ruſtici filio debeatur dño ſuo inteſtia niſi pater fuerit teſtatus pro eo, iuxta præmiſſa, & ſic eſt pro opinione *Iac. de Monte Iudaico.* in *vſat.de rebus.* quā opinionē ſequuntur cōmuniter omnes aduocati Barcinonæ. Sed antiqui aduocati Gerūdę tenuerūt contra, &

60 melius (vt credo) probatur de iure, quia † verbū poſitū in aliqua lege vel cōſtitutione habēs duos intellectus, ſemper in dubio debet intelligi ſecū dū propriū intellectū: vt *l. Labeo.ff.de ſupellec.le.* cū ſimil. Sed verbū *inteſtatus*, in dicto vſat. poſitū habet duos intellectus, ſcilicet propriū, vt quando poteſt de iure teſtari, & nō teſtatur; & impropriū, vt quādo nullo modo poteſt de iure teſtari, vt quia eſt pupillus; & tunc improprie dicitur inteſtatus, ſed proprie dicitur inteſtabilis, vt di-

61 ctū eſt ſuperius, ergo, &c. præſertim quia † ſoluere inteſtia, eſt pœna, & odiorum; ideo debet reſtringi, & non trahi ad impropriū intellectū. Et

62 idē dico & fortius de exorquia: quia † pupillus proprie nō eſt exorchus, nec dicetur ſterilis, nec eſt infœcundus: quia a fate naturaliter eſt impeditus generare & quæ natura facit vel negat, imputari nō debē: vt *l.Rem mi.§.vltiū ff. ad Sam.ad ſ.* Sterilitas enim eſt infecūditas; quia eſt contrariū fecūditatis, vnde *glo.* in *auth.ſicut.C. de epiſc.Eccl.* exponit, *ſterilis*, ideſt, *non fructuoſa.* puta quia non reddit fructus, quos reddere cōſueuit, & imputatur ſi veniat ex vitio inſolito, ſecundū *Inno.extr. de locato.c.ſi propter ſterilitatē*, & per *glo.* in *l.ex co-*

63 *ducto.ff.locati.* ¶ Vnde ſterilitas † ſiue exorquia dicitur vitiū contra conſuetud nē generatē naturæ proueniens: & ſic pupilli, quibus naturale eſt nō generare, nec procreare ſobolē, nō poſſunt

64 proprie dici ſteriles nec exorchi: quia † naturæ, & ſterilitatis diuerſa ſunt impedimēta: vt ff. *de libe.& poſthu.l.ſi d & ſi quæſitū.* Aliud eſt enim impedimentū ſterilitatis, & aliud impedimentum ætatis, vt in ipſa lege dicitur. Quidā tamē de facto contrariū hodie obſeruant, & male pro animabus ipſorū, vt credo: & dixi latius in vſaticis huius diœceſis Gerunden. vide ibi. ¶ Ex præ

65 dictis nota, † ꝙ inteſtatus proprie non decedit impubes, ſed inteſtabilis, vt notat *glo. C. de iure. de li. l. cū antiquioribus.* & *l.2.qui teſta. facere poſ.* per *Ci nū.* in *l.1. quādo Imperator inter. pu. & viduā.* per *Gui.* in *l.1.ff. de ſuis. & legi. heredi.* & in *l. inteſta. ff. de le-*

66 *gi. tu.* per *Pet.* & *Cin.* in addi. Sed † dic ꝙ quoad voluntatē nō dicitur decedere inteſtat⁹, quia nō poteſt velle, ergo nec nolle; vt ff. *de reg. iur. l. eius eſt nolle.* vnde ſuccedētes ei nō dicuntur habere ta

67 citā eius voluntatē: ſed † quantū ad effectum ſucceſſionis dicitur habere hęredem ab inteſtato ex interpretatione legis, non ex vera ſignificatione verborū. vt dicta *l.1.* vide *Bal.* in *l.ſi arrogator. ff. de*

68 *adop. in 6. colum.* Per † hoc dicunt, ꝙ ſi ſtatuto excluditur minor viginti annis à poteſtate teſtādi,

quod

Digitized by Google

q̃ nō poterit codicillare grauādo venientes ab intestato: cū ex quo non potest eos excludere testando, nō videtur habere eius voluntatē tacitā, & sic nō poterit eos grauare, facit *l.2.C.de iure codicillorū.* cōtra videtur pro *l.1.§.vel maxime.ff.de colla.bo.cū glo.sua.* q̃ nota in *l.2.* ff. *de legatis primo.*

69 per *Bar.* & *Bal.* ¶ Sed nota, q̃ successio ex testamēto etiā in patre excludit successionē intestati, præterquā quoad specificē obtinentē: ff. *de in-*

70 *offi.test.l.si mortis.§.fi.* ¶ Itē intestatus dicitur ille, qui potest facere testamētū in propria significatione: vide *Gui.* in dicta *l.1.C.quādo Imperator inter*

71 *pu.* & *vidua.* ¶ Sequitur in tex. *bona.* Nota † q̃ bo-

72 norum possessio nō agnita nō transmittitur. Et † quid sit bonorū possessio gratia litis agnoscēdæ, & quādo cōpetat, vide *ff. de inof.test.l.quæadmodū.* in *glo.* & *l. Papinian⁹.* in prin. & *l. posterius.§.fi. Ray.* tenet q̃ hodie sit necessaria, quia licet sublata sit differētia, &c. verū est quoad successionē ab intestato, nō contra testamentū. vide *l.si ex duobus.* in prin *ff. de bo.poss.contra tabulas.* & *l.illud.ff. de bo.poss. ser.ta.in §.fi.* Itē q̃ bonorū possessio sit necessaria in testamentū vsurarij, sentit *Bal.* in alleg. *l. si ar-*

73 *rogator.* ¶ Quādo † vero pater superuixit filio suo impuberi, potest ipse pater vltra legitimam sibi debitā in bonis filij retinere vsūfructū omniū bonorū, quæ fuerūt filij, quia hæc cōstitutio nō prouidit super hoc, & post obitum filij pater habet vsumfructū: vt *l.si.in fi.C. ad Tertullia.* & *communia de succe.l.fi.in fi.* & nota per *glo. C. de bo.mat.l.2.* Et faciunt notata per *Iac. de Moteiud.* super *vsat. au-*

74 *thorstate & regain.* ¶ Sed † pone vxor habet dotē, vel alia bona subiecta restitutioni, si decedet sine prole, vel cū prole non venienti ad ætatē testandi, decessit vxor cum filio impubere, & sic pater habet vsumfructum in dictis bonis. Sed impubes filius postea moritur, & sic locus est substitutioni, quæritur an pater habet vsumfructū in his quæ subiacēt restitutioni? Credo q̃ nō nisi in legitima, & Trebellianica, quæ sunt patrimoniū impuberis: quia pater nō habet vsumfructū in rebus vinculatis, quia res in filiū transiuit cū onere suo; & sic pater nō habebit vsumfructū in præiu-

75 diciū vinculi, quia † bona subiecta restitutioni non fuere filij irreuocabiliter: vt *C. communia de le. & fide.l.fi.* adde infra *ead.* in verbo, *seu ascēdentib⁹.*

76 ¶ Et nota, † q̃ nomine bonorum venit strictē res, quæ est in dñio; late etiā res quæ nō est in dñio. *ff. de dam.infect.l.dāni.* in prin. vide *glo.* ibi. Itē nota, q̃ appellatione bonorū omniū nō cōprehenduntur personæ liberę quæ nō sunt propria: vt *l.si pa-*
ter.ff. de adop. ¶ Itē nota, q̃ appellatione bonorū quæ habeo in tali castro, nō cōprehenditur iurisdictio quæ cōpetit personæ. ff. *de adquiren.re do.l. ergo, Dinus* ibi. & ad idē *in vsib.feu. de cap.contra. qui*

77 *curiā ven.c.1.* Facit q̃ † iurisdictio nō veniat in vēditione castri, nisi dicatur, quia cū iurisdictio sit res incorporalis, ideo nō accedit castro, q̃ est res corporalis, secūdū *Inno. ext. de rest.spo.c.cū ad sedē.*

¶ In cōtrariū *ff. de adqui.re.do.l.traditio. vers. & si*
forte. ff. de actio.empti.l.traditio. ff. si ferui. ven.l.testatorū.§.1. de ferui.rust.præd.l.non sātis.§.1. & *l.si patrē.§.profundū. ff. de legatis tertio.l.si fundus.§. de balneis.* & *§.q̃ damni.* & *§.fi. ff. de fun.instruc.le.l.si re.C. bo.vac.l.si quādo.* ¶ Et hæc omnia, quādo ius nō cōpetit nomine rei sed personæ, transeunt tamē ad emptorē. ff. *de ferui.ru.præd.l.pecorū.* & *l.pater. ff. de*

78 *ferui.le.* ¶ Quādo † autē dicatur res in bonis. vide ff. *de adqui.re.do.l.rē in bonis*, ibi bona *glo.* q̃ quædā in bonis, quædā ex bonis quędā nec in bonis nec extra, vt seruitutes, quā vide. Item nota q̃ bona

79 sequūtur personā, & cui me cōmitto, & iura. vide *glo.* & *tex.* ff. *de adop.l.2.in auth. de monachis.§.il-*

80 *lud.* ¶ Hæc † vera in cōmissione ratione potestatis, non ratione debiti coniugalis. vt *l.hac edictali. C. de pac.conuen.* ¶ Sequitur in tex. *quæ ad eos*, scilicet impuberes. ¶ Sequitur in tex. *à patre*, hoc idē fuerat olim statutū q̃ tamē fuerat moderatū per *c.cū ad officiū regale.* superius alleg. ¶ Hæc tamē tanquā posterior pręualet, & tenet hodie, iuxta *c.licet Romanus. extra. de constit.li.6.* Et dic *à patre*, scilicet, immediate; secus ergo si mediāte aliqua persona, taliter vt possint dici ius tertiæ personæ: vt ff. *ad l.fal.§.qui fundū*, alias *qui filios.§.dicet aliquis.* & ff. *de vulg.& pu.l.si is qui ex bonis.* cum similibus. pro hoc intellectu vide *Ray. de Sabanacho in repetitione l.pactum. C. de colla.6.fo.* & vide *l. quod sicut.§.1. C. de bonis.quæ li.* & ibi *Cuus.* & *Bar.* ff. *solu.matr.l.post dotē.q.fi.* Facit ff. *de adqui.hære.l.* 81 *aulus.* ibi, *quia castrensia esse, mutatione personæ desierunt.* ¶ Et † nota, quod patris vel matris appellatione in materia odiosa non comprehenditur auus. ff. *de ritu.nup.l.lege Iul.* ¶ Et dicitur pa-

82 ter qui filios habet. *l.in albo. C. de decurio.* ¶ Item

83 nota, † quod vbi lex loquitur de patre in materia naturali, appellatione patris comprehēditur pater naturalis tantum, in materia putatiua comprehenditur pater legitimus, & naturalis. ff. *de in ius vo.l.4.§.parentis.* secundum *Gui. de Cugn.* nota bene, & vide text. ff. *de in ius vo. l. & quia.*

84 ¶ Item patres † dicuntur maiores magistratus iurisdictionem habentes. ff. *de ori. iur. l.2.§.de-*

85 *mum.* Vnde † nota, quod auus maternus præfertur auo paterno in quęsitis à linea materna, vt est casus in *l.quod satis 2.rub. C. de bon.quæ liberis.* ¶ Sequitur in text. *Auo vel alus*, subaudi superioribus per rectam lineam. ¶ Vel dic etiā transuersalibus, dummodo sint ex linea paterna, vt subijcit (& dic, *vel alijs*, scilicet vsque in infinitum) vel dic in quantum comprehenduntur in arbore consanguinitatis, etiam vltra quartum gradum: ex quo non hic distinguitur, sed simpliciter dicit, *ex paterna linea*. Et dicitur in Ebrardo: *Est pater hic cura, pater est alius genitura. Est pater ætate pater & vocatus honore. At summum regem facit ipsa creatio patrem.* ¶ Sequitur in text. *quacumque causa, occasione, ac titulo adquisita.* Ex his patet hodie non habere locum distinctionem, illius constitutionis, cum ad officium regale, quæ est supra *collat.1. in prima curia*

Barc.

Digitized by Google

86 *Bar.* ¶ Differentia † eſt inter cauſam & occaſionem, vide tex. in *auth. de nuptijs. §. ſed occaſionē.* & *§. ſequent. coll. 4.* & in *c. ſolita. de ma. & obe.* in *verſ.*
87 *cauſam.* ¶ Itē † nota, quod in dubio loquutio de cauſis intelligitur de proximis: vt notat *glo. in l. vt ex plurib. ff. de reg. iur.* & *l. ſi mulier. ff. rerum amotarum.* & *ff. de vſuris. l. ſed & ſiquidem. verſ. nec diſtinguitur.* facit ad id, quod dicitur, qui occaſionem damni dat, &c. de quo in *c. de catero. extra. de homicidio.* & *ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. in hac.* ¶ Sequitur in tex. *peruenerint*, nota quod ver
88 bum † *peruenire*, notat irreuocabiliter peruēctionem. *ff. de legatis tertio. l. fideicommiſſa. §. de legatis*
89 *tertio.* ¶ Item † peruenisſe ad me dicitur non ſolum cuius poſſeſsionē habeo, ſed etiā cuius ius perſonale habeo agendi. *ff. de hære. vel act. ven. l. vē*
90 *ditor. §. peruenisſe.* ¶ Itē non † dicitur peruenisſe quod nō durat, ibidē. & *ff. de peti. hær. l. ſi poſſeſsio.*
91 *§. bonæ fidei.* Tamen † quandoq. poteſt dici peruenisſe, quod durauit, & quod nō durauit, ſecundū ſubiectā materiam. *ff. de peti. hære. l. vtrum.* ¶ Item dicitur ad aliquē peruenisſe ſi ad ipſum ſola legatio peruenit. *ff. de eo, per quē factum erit. l. 1. §. ſi.* ¶ De illo autem legato quicquid peruenerit, vi
92 de in *l. nemo. §. 1. ff. de legatis ſecūdo.* ¶ Sed an † res ſubiectæ ſubſtitutioni pupillari poſsint alienari? Tenet *Bal.* q̄ non per *auth. res.* qui licet loquatur in fideicōmiſſaria, allegat pro caſu *l. 1. §. cō-*
nullos. ff. de tute. & ra. diſ. hoc ponit in *l. nec ei. ff. de adop.* ¶ Sed in quarta debita iure naturæ nō poteſt per fideicōmiſſum grauari dicta *l. ſi arrogator.*
93 *ff. de adop.* ¶ Item nota, † quod res ſubiecta reſtitutioni poteſt vendi pro debito hæredis, ſecūdū *Bal.* in *l. peto. §. prædiū. ff. de legatis ſecūdo.* ¶ Sequitur in tex. *non ad matrē.* Pro declaratione huius vide tex. *glo.* & *Bar.* ſecundū prima lecturā. *C. de bonis quæ li. d. quod ſic. §. ſin autē.* & *l. quod quis.* & vide etiā per *Bar. in l. is qui. ff. de vul. & pu.* ¶ Pone,
94 pat r † dixit. Si filia mea deceſſerit ſine liberis, reſtituatur mihi & meis, quæro an referatur ad omnes liberos, vel ſolū ad hæredes vniuerſales, quos poſtea inſtituit. ¶ Et videtur q̄ ad omnes: *ff. de verb. oblig. l. quodcunq. §. ſi quis.* & arg. *ff. de fideicom. li. l. cū quaſi. §. ſed ſi quis.* ¶ Dic quod in materia trāſmiſsibili ad hæredes ſolū referatur, arg. eorū quæ notantur in *l. ſi ter. §. ſi pactus. in glo. pactū. verſ. ſed quid ſi dubitetur.* Secus eſt in materia feudali, in qua ſui intelligūtur de liberis tantū: vt notat *glo. in l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebel.* vide per *Io. And. extra. de proba. c. in preſentia*, & per *Bar. in*
95 *l. Gallus. §. & ſi parente. ff. de li. & poſthu.* ¶ Et † nota, quod mater dicitur multiplex: vide *glo. in l. nā*
cinium. ff. de his, qui ſui vel alie. iuris ſunt. vide *ff. de*
96 *verb. ſign. l. pronuntiatio. §. familia.* Et quid † cōtineatur appellatione matris familias, vide *l. 2. §.*
97 *ſi. ff. de li. exhi.* ¶ Nota † quod licet ſtatutū dicat, quod moriente matre bona dotalia remaneāt filijs, non propter hoc capiunt bona vt hæredes, ſed capiunt iure proprio ex diſpoſitione legali: vt in *auth. de nuptijs. §. Si vero moriantur. collat. 4.*

98 ¶ Et † notat *Bar. in l. 1. ff. de legi. tu.* quod vbi per ſtatuta eſt derogatū iuri cōmuni in ſucceſsione, eodē modo in tutela legitima, vt deferatur his, ad quos peruenire ſucceſsio. ¶ Sequitur in textū, *vſq. ad quartū gradū*, ſubaudi, & his deficientibus, ſuccedunt de iure parētes in omnibus bonis vndecūq; peruenerint, & per dictū *c. cū ad officiū.*
99 & iſte † quartus gradus hic tenebitur incluſiue, quia prohibitio coniugalis quartū gradū includit: vt *extra. de conſang. & affi.* & *c. no debet. §. prohibitio.* & de his ſatis dictū eſt ſupra. ¶ Et ita in linea aſcēdenti vſq. ad abauū, qui ſunt in quarto gradu, & in collaterali vſq. ad fratris ſororiſq. nepotes, vel neptes, & ita ſimiliter vſq. ad patruum magnum, & amitam magnā, quæ eſt auia fratris & ſororis, &c. *ff. de gradi. l. 1. §. quarto gra-*
100 *du. inſti. eod. §. quinto.* ¶ Et † vide quid de iure ciuili, & quid de iure canonico in iſtis gradibus,
101 *35. q. 5. cap. ad ſedem.* ¶ Nota tamen, † quod iſta conſtitutio non habet locum in collateralibus deſcendentibus ſiue prouenientibus ex ſpurijs natis ex damnato coitu, quia tales ſpurij, nec patri, nec matri ſuccedūt: maxime patri, cū non habeant inter ſe agnationem, nec cognationē quò
102 ad ſucceſsionem, quia † ſpurij ad inuicem non ſuccedunt ab inteſtato, nec deſcendētes ex iſtis ad inuicem. Secus in vulgo quæſitis quo ad matrē, cui ex teſtamento bene ſuccedunt, nō ab inteſtato. *ff. vnde cognati. l. hac parte. l. ſi ſpurius.* & in *authen. quibus mod. na. effi. ſui. §. filium. coll. 7. 32. q. 4. c. ſi dicat quis.* Faciunt notata *inſti. ad Orficia. §. ſi. C. eod. l. ſi qua illuſtris.* ¶ Vide de iure canonico *extra. de eo, qui duxit in matrimonium, quam pollut. per adul. c. cum haberet.* & ibi per *Ant. de Bat rio.* Sed an per iſtum modū ſuccedendi mutētur & tutelæ, vide *Bar. de legi. tu. l. 1.* in prin. adde in *auth. de nuptijs. §. ſi vero moriantur.* ¶ Sequitur in tex. *ſeruato inter eos ordine iuris Romani*, ſcilicet, *authē. defuncto.* cum ſimilibus. & *inſti. de hære. quæ ab inteſta. defe.* dic *inter eos*, ſcilicet, patrem, auum & alios proximiores vſq. ad quartum gradum.
103 ¶ Sed † pone, quod impubes defunctus infra pupillarē ætatē habet pingue legatum ſibi à patre relictum ſimpliciter. (Et huic impuberi cōiuncti ſunt duo fratres, vnus ex parte patris, alius ex parte patris, & matris.) Agitur de ſucceſsione bonorum iſtius impuberis inteſtati, cui nec etiam pater fecit teſtamentum, quis dictorum fratrum ſuperuiuentiū ſuccedet impuberi? ¶ Videtur quod ille ſolus, qui cōiunctus eſt defuncto ex vtroq. latere. in *auth. de hære. quæ ab inteſtato defe. §. poſt fratres, coll. 9.* quia talis ſic coniunctus vicit alium, vt dicto *§. & authen. ceſſante. C. de le. hære.* & in *authen. de conſang. & vterinis fratribus*, pro hoc tex. huius cap. dum dicit, *ſeruato inter eos ordine iuris Romani.* Sed videtur, quod imo ambo dicti fratres diuerſimode cō iuncti pariter ſuccedant impuberi defuncto per verba huius cōſtitutionis, quæ vult quod deſcēdentes ex paterna linea, vel auitiua, &c. bona

Digitized by Google

quæ à patre, vel ab auo, vel alijs ex paterna linea peruenerint, deuoluantur. Sed iſti duo fratres à patre deſcendunt: igitur licet nõ ſint eiuſdẽ matris, ſatis tamen in beneficio, effectu, & diſpoſitione huius conſtitutionis videntur includi. Aſpicit tamen hæc conſtitutio attingẽtia illius ſtipitis, à qua bona peruenerũt. Sed in quæſtione iſta bona legata fuere per patrẽ defuncto impuberi; ergo dicti duo fratres pariter ſuccedãt. Nec obſtat tex. dum dicit, *ſeruato inter eos ordine*, &c. quoniã ſi aſſumãtur quædam præcedentia verba, dum dicit, *vſq. ad quartũ gradũ*, &c. non obſtat, quia intelliguntur de prioritate & potioritate ac differentia graduũ, ſcilicet, vt fratres vincant nepotes. & ſic de ſimilibus. Hi autẽ duo fratres non differũt gradu; ſed in modo attinentiæ, igitur verba dictæ cõſtitutionis non obſtãt, & pro hac parte ſanius videtur concludendũ de mero iure cõſtitutionis; licet de mero iure Romano ſecus, & huius opinionis fuit Gide Valleſicca in quæſt. & ita fuit pronuntiatũ per Bonanatũ Petri & Frãciſcũ de Ortalibus Doct. Barcin. inter Marcũ Terrats filiũ Laurentij Terrats, & ſororẽ ſuã ſibi ex linea tantũ paterna coniunctã, quæ petebat ſolidã ſucceſſionẽ ab inteſtato duarũ ſororũ ſibi ex vtroq. latere attinentium, & dicto Marco hæredi ex parte patris tantũ, ſcilicet, quod pariter ſuccederẽt cõſtitutionis tenore attẽto. Et idẽ in quibuſdam partibus, quæ ſororibus quondã dicti Marci, & ſuperuiuentis ſororis pertinebãt ratione augmẽti per patrẽ eorũ ſtipulati, tamen licet poſt mortẽ matris, & per mediũ eius defunctis ſpectarẽt, tamẽ à patre proueniebãt, & ideo dicto Marco licet ex parte patris tantum coniuncto dictis ſororibus impuberibus defunctis fuit de dicto augmento medietas adiudicata, ſicut ſorori ex vtroq. latere ſuperuiuenti ipſis defunctis cõiunctę, & hoc tene mẽti, & hãc quęſtionẽ habui de libro domini G. Ricardi. ¶ Sequitur in tex. *ſola legi-*
104 *tima*. Nota † verbũ *ſola*, nã per hoc videtur, ꝙ ſi hæreditas ſit ſubiecta reſtitutioni, quod non habeat locũ trebellianica. De hoc tamen dic per *Bar. in l. Marcellus.* vide ibi *Alex. de Imola.* qui allegat multa hinc inde, tamẽ dubitat *ad Trebel.* & per *glo.* in alleg. *c. ſi pater*, & per *Bal. in l. ſi quis ad declinãdã.* & per *glo. in auth. de hære. & fal.* ſuper verbo *ſubſtitutis.* & in *authent. hoc amplius.* ſuper verbo *naturale. C. de fideicõ.* & *Gui. de Monteling. in Cle. ſape. de verb. ſign.* & *Henricũ in c. Raynũtius in 5. diſt.* & *Gui. in Spe. tit. de inſtrum. edit. §. cõpẽdioſe. verſ. ſed cũ deductio.* & ibi *Ioan. And. in addi. eod. tit. §. nũc dicamus. in addi.* quę incipit,
105 *de trebellianica dubitatur*. Sed † an trebellianica poſsit prohiberi per teſtatorẽ? *Glo. in auth. Sed cũ teſtator. C. ad l. falcid.* tenet quod nõ, & idem in *l. cũ allegas. eod. tit.* & idem *Alb. Gal.* & *Spe. tit. de teſta. §. & nota.* licet *Cinus*, & *Bal.* ac *Bar.* contra, & plures ſunt hinc inde variantes. Sed tene *glo.* quæ figit pedem, licet alibi dubitauerit.
106 Qualiter † autẽ cõputetur legitima, dixi ſupra *coll. 5. curiæ Montiſalbi c. 28. Item diximus & ordinamus.* vide & adde. quæ ibi ſcripſi & adde quæ dicam, infra *coll. proxi. c. primo ſiquidẽ.* ſuper
107 verbo, *iure legitimæ*. ¶ Et † nota, quod licet iſta cõſtitutio locum habeat in hæreditate pupillorum; non tamen eſt aliquid immutatum in tutela ipſorum: vt *C. quãdo mulier tu. offi. fun. po. authen. matri & auiæ.* contra videtur notare *Bar. in l. 1. ff. de legi. tu.* vide in *auth. de nuptijs. §. ſi vero ma-*
108 *triantur. colla. 4.* Item † nec eſt immutatum in hæreditatibus, niſi in bonis paternis vel maternis. & hoc nota, quia ſi impubes haberet alia bona, quam ex parte patris vel ex parte matris, puta aliunde aduentitia, tunc proximiores ſui ſuccedunt in illis bonis non paternis, nec maternis, & tales proximiores ſuccedẽtes dicuntur ipſius pupilli ſucceſſores, & vniuerſales hæredes, nec hoc vetat nec cõſtitutio, nec per eã aliquid immutatur, niſi in bonis pater-
109 nis vel maternis. Item † nota, quod ex ſubſtitutione facta per hæc verba, *quisquis mihi hæres erit*, non venit niſi ſcriptus hæres; non autẽ ille, qui ſit hæres legis poteſtate: vt *ff. de vulgar.*
110 *& pu. l. cum filio.* vide ibi *Bal.* ¶ Quid † ergo cũ pater pupillariter ſubſtituit impuberi, & eſt locus ſubſtitutioni; nunquid dabitur legitima matri in bonis filij? Dic quod non, nec eſt locus huic conſtitutioni, quæ ſolum loquitur ab inteſtato. vel ergo pater teſtatur pro filio, ceſſat hæc conſtitutio, & tunc eſt locus legi, *Cum precibus. C. de vul. & pu.* quæ vult, quod tunc mater careat legitima, & in *cap. ſi pater de teſta. lib.*
111 *6. in gl. f.* Si autem † eſt in decimoquarto maſculus, vel fœmina in duodecimo anno, tũc poſſunt teſtari, per *l. qua ætate. ff. de teſta.* & non eſſet
112 locus huic conſtitutioni. Si pater † teſtatus fuerit pro ipſo impubere, ſeruabitur teſtamentum patris, quia dicitur teſtamentum filij. *inſti. de vul. & pup.* circa prin. *ff. eod. l. patres.* Sed cõtra de *c. ſi pater de teſt. li. 6.* dic ꝙ ibi loquitur de matre, quæ nõ poteſt ſubſtituere pupillariter, cũ nõ habeat filiũ in poteſtate, & talis ſubſtitutio facta à matre nõ operatur pupillarẽ ſubſtitutionẽ, ſed operatur fideicõmiſſariã: & tũc nõ debetur niſi legitima legitimæ & Trebellia-
113 næ. Pone, † aliquis inſtitutus eſt hæres: nũquid ſi repudiat hæreditatẽ, videtur amittere legitimã? Dic ꝙ nõ, imo põt petere legitimã. de quo vide *Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel.* & *Bal. in l. 3. ff. de impub. & aliis ſubſti. verſ. vide plene per eos.* Eſt tamen cautũ, quod in repudiatione expreſſe retineat ius ſuæ legitimæ. Vnde quod
114 tex. hic dicit, *ſola legitima*; nota † ꝙ in legitima cõputãtur dos, donatio propter nuptias, legatũ, & fideicõmiſſũ, & quicquid ex diſpoſitione defuncti filius habuerit de ſubſtatia patris. Sed aliæ donationes, quas fecerit filio in poteſtate, quę obitu tacite cõfirmãtur, ita demũ cõputãtur

in

Digitized by Google

in quarta,si hoc dictum fuerit,alias non.vide *Io. de Platea mſti.de inoffi.teſtam.§.igitur quartã.* & vi de ibi *glo.& Ioan.Fa.& Bal.in l.ſi quãdo. §.& generaliter.*& in *l. ſummus.C.eod.tit.*ſcilicet, *de inoffi. teſta.* & per *Bar.ff.ad liſilci. l. in quarta.* vbi etiam tenet,quod donatio inter viuos facta filio nõ cõ-
115 putatur in quarta;niſi dictũ ſit expreſſe; vide †
116 ibi an & quãdo poſsit detrahi in vna re. Et † expone hic *legitima.* Dic,ſcilicet,pertinenti ipſi matri:& inſuper bonis dicti impuberis, & ſic eſt legitima legitimę pertinẽtis dicto impuberi inteſtato : & cum ſuper hoc olim fuerit dubitatũ, emanauit quędã littera per Bertrandũ de Vallo quondã miſſa inclyto dño Duci Gerũdę Infanti Ioanni primogenito dñi Regis Petri conditoris huius cõſtitutionis. Cuius litterę tenor talis eſt.

¶ Inclyto ac magnifico domino Duci Infanti Ioãni primogenito domini Regis. ¶ Sereniſſime Princeps & domine, veſtræ dominationis litteris receptis,quæſtionem mihi miſſam in cõ filio Regio propoſui decidendam.Et ſuper hoc quod quæritur, nunquid mortuo impubere ab inteſtato parens ſuperuiuens debeat habere in bonis filij pro legitima ſibi cõpetenti in bonis eiuſdẽ totam legitimam,quam impubes habuit in bonis parentis premortui, vel an debeat habere legitimam legitimæ, vel quid habere debeat in bonis impuberis decedentis. Et deliberatione habita, conſilium Regium habuit pro determinato,quod attento, quod legitima debetur patri in bonis filij præmortui, pro toto patrimonio ipſius filij,& quod legitima intelligitur deducto ære alieno. Ideo videtur dicendũ conſilio,quod ſi dictus filius impubes habuit bona materna ſubiecta reſtitutioni poſt mortem eiuſdem,quod deducta legitima & trebellianica per filium,illud dicitur patrimonium ſuum, & de illa quantitate pater debet habere legitimam portionem, & de omni illo quod poſsit dici patrimonium filij,videlicet de ſola legitima,vel alio iure quocumq. quod filius habuit â linea materna, eodem modo pater debuit habere legitimam. Et ea quæ dicta ſunt in patre ſuperſtite,eadem dicuntur in matre ſuperuiuente.Et hoc dicunt antiquis temporibus obſeruatum. Et ita mitto veſtræ Serenitati meum cõſilium, vt veſtra Excellentia poſsit diſponere quod ſibi videtur faciendum. ¶ Veſtræ Excellentię humilis ſeruitor Bertrãdus de Vallo,veſtræ Dominationi humiliter ſe recommendans.

117 ¶ Qualiter † debet legitima computari? Reſpondeo, de iure communi Romano debet computari iuxta numerum liberorum, vt dixi infra *collat.proxim. cap.* 1. & ſupra *collat.§.curia Montiſalbi cap.* 27. *Item dicimus*. Sed in Barcinoñ.ex priuilegio eſt legitima, ſcilicet, quinq. ſolidi pro libra.Et trebellianica,ſcilicet tres ſolidi,& octo denarij,pro libra.Et eſt legitima legitimę,ſcilicet,vnus ſolidus,& tres denarij pro libra.Item eſt legitima de quarta trebellianica, ſcilicet,duo ſolidi,& duo denarij pro libra. Et ſic de quinquaginta libris eſt legitima quarta pars,ſcilicet, duodecim libræ, quinq. ſolidi, & quinq. denarij. Et ius trebellianicę eſt quarta pars dictarũ 12.lib.5.ſolid. 5.den. & ſic ſunt 3. lib.1.ſolid. 4.den. pugeſa. & ita inter legitimã & trebellianicã de 50.lib,debẽtur 15.lib,6.ſolid.4.den. & pugeſa tantũ, & hoc in Barcinona ex priuilegio,vt dixi. Et nota q̃ ſecundũ hanc præinſertã litterã,& iuxta conſilium ibi contẽtũ,& quia ita antiquitus fuerat obſeruatum,ita ſeruatur incõcuſſe,q̃ parens ſuperuiuens habeat legitimã legitimę,& aliorũ bonorum,de quibus impubes defunctus potuiſſet teſtari, vel facere ſuas voluntates,caſu quo eſſet teſtabilis, habet tertiam portionem pro legitima ipſi parẽti ſuperuiuenti competẽtem, ſuper,& de bonis quę defuncto obuenerant ex parte defuncti parentis,vnde minime ſunt mutanda,&c. *ff.de legibus. l.minime*,& ipſa cõſuetudo eſt optima interpres dictæ conſtitutionis huius,licet vbi ita non foret obſeruatum, forte nõ male diceretur benigna interpretatione deberi parenti ſuperſtiti integram legitimam pertinentem impuberi inteſtato,arg.§.*conſequens.in authẽ. de hæred. quæ ab inteſtato.colla.9.*quia hæc foret benignior ſententia. *l.cum veteres.C.de fideicom.li.* & in dubijs recipi debet benigna interpretatio. Sed dic dictã litteram & vlantiam ipſius fore obſeruandã hanc legitimam detrahit parens ſuperſtes de legitima impuberi pertinenti, ſuper & de bonis parentis prædefuncti, & etiam de bonis quæ illi impuberi obuenerant,â quocumq. ex linea parentis prædefuncti: vt ſic iſta lex ſiue conſtitutio, comprehendat omnes caſus ſub ſe poſitos magis plus difficiles,vt *in l.diberto. ff.de ſupellec. leg.*& *ff.de legibus.l.legis virtus.* ¶ Sequitur in textu, *ſeu aſcendentibus alijs.* repete, ſeruato inter eos ordine iuris Romani,vt ſupra,& eſt expreſſum in *authen.de hæred. quæ ab inteſta. deſe. §. conſequens autem. verſ. ſi autem pluri. & in verſ. præced. ſi igitur defunctus.* & ſunt ibi ſimilia verba, ſcilicet pater,aut mater,aut alij parentes, &c. & tamen pater, & mater præcedent auum, vt ibi. Et quia hic dicit, *de aſcendentibus*; videtur
118 ergo ſecus de collateralibus, † quibus nulla
119 debetur legitima. Nota † quod fratres vterini in bonis quæſitis â matre præferuntur fratribus ex parte patris tantum.Caſus eſt ſingularis in *l.emancipatis.C. de legit.hæredi.* ſecundum *Bar.* Item in bonis maternis filijs delatis pater ſuccedit in virilem vſusfructus, & ſi ſint in poteſtate in totum vſumfructum, & idem in nepotibus, & pro nepotibus. text. in *l. ſi vina matre. C.de bonis mater.* adde *Matthæum de Mataſalanis in ſuo notabili.*& per *Bal. in l. ſi. C. de vſufruct.* Et
120 nota, † q̃ vſusfructus quęſitus patri per filiũ, nec morte ſolius filij finitur; ſed de vno redit ad aliũ. *l. fin.C.de vſ. fruct.* & non eſt alibi,ſecũ-
121 dum *Bal.* Et † ibi habes, quod vſusfructus filio

conceſſus poſt mortem filij remanet patri: ſed ſi pater prius decedat, videtur relictus contẽplatione filij: vide *Bar.* in dicta *l. ſi.* quæ incipit: *Ex libris Sabinianis.* Quidam tamen dixerunt per verba, *ſola legitima*, quod pater non habeat vſumfructum in bonis ſui filij ſimiliter. Sed contrarium tenetur, & bene, quia nõ dicitur patri ſuccedere in vſufructu; quia imo illud habet de iure ſibi in vita quæſitum iure patrię poteſtatis, & nõ iure ſucceſsionis, & mater non habet talẽ vſumfructum; & ſic conſtitutio nõ intellexit in plus grauare patrem quam matrem: nec eſt veriſimile, quod hæc conſtitutio voluerit iura de ipſo vſufructu condita vnico verbo tollere: vt *l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.* adde ſupra *eo. C.* in verbo, *bona.* ¶ Super tex. §. *Et idem obſeruetur*, &c. ibi, *à matre.* Sed pone, mortua matre decedit impubes, ſuperſtite patre, quæro nunquid pater retineat vſumfructum in bonis maternis poſt mortem filij impuberis? Reſpondeo, ſic: vt *l. ſi quis. C. ad Tertul.* vbi eſt caſus ſingularis, ſecundum *Bal.* vt dixi ſupra *in curia Perpiniani. C. ſtatuimus*, circa fi.
123 vide ibi latius. Item nota, quod † ſi decedat filius, qui ſucceſsit in bonis maternis, vel ex linea materna, ſuccedet auus maternus, qui præferetur auo paterno: textus eſt ſingularis in *l. quod ſcitis.*
124 §. *ſin autem. C. de bo. qua liberis.* Quando † pater agit, vel conuenitur nomine filij, ſcilicet, tanquam legitimus adminiſtrator, in cuius perſona debeat formari libellus? *Bar. in l.* 1. *C. de bonis maternis.* dicit, quod ſi filius eſt infans, debet concipi in perſona patris nomine adminiſtratorio filij: & idem ſi eſt maior infante, & eſt abſens. Idẽ dico ſi mentecaptus. Si vero ſit maior, & eſt preſens, poteſt fieri prout velit: vel in perſona patris adminiſtratoris nomine filij, vel in perſona filij auctoritate patris. Tamen communis practica obſeruat quando agitur contra filiũfamilias, vel contra patrẽ, & ſimiles, quod ponatur vtraq. perſona, ſcilicet, Ago, cõtra talem filium, & cõtra patrem eius adminiſtratorem legitimum. ¶ Sequitur in littera tex. *reuertatur, deuoluatur*, &c. dic quod iſta verba, *remaneat* eſt verbum commune, vt *C. de dona. ante nup. l. ſi ante.* Item verbum, *redeat*: vt *C. de teſta. mili. l. ſi duobus.* & *ff. de vſufruct. earum rerum. l.* 1. Item verbum, *deuoluatur: l.* 3. ff. *de ali. le.* Item verbum, *iudico*: vt *extra. de ſepul. cap. licet. lib.* 6. & ibi *Ioan. Andr.* & in *tit. qualiter fen. alie. po. cap.* 1. *collat.* 10. facit *lex prima. C. de vul. & pu.* Item verbum *perueniat*, niſi apponeretur dictio *eo ipſo.* vt ſi teſtator diceret, Si filius meus ſine hærede deceſſerit, eo ipſo perueniat ad talem: tunc illo adiuncto efficitur directum; quia exponitur, *eo ipſo*, ideſt, ſine aliquo hominis obſtaculo vel adminiculo. Ita exponit *Archi. in cap. cum qui. de præben. lib.* 6. & in *cap.* 1. *de ſepul. eod. lib.* Et idem dico de verbo *deueniat*, quod eſt commune: licet *Innocen. in cap. Raymuntius*, dicat quod eſt directum: nam quia patrem habet ſignificationem, & aſſumptis directi & obliqui de ſui natura, ideſt ſecundum modum ſignificandi attributũ tali dictioni ab intellectu, eſt commune. De verbo *deueniat* habes duos *tex. ff. de ſolu. l. penult.* & in 1. *conſtit. C.* idem de verbo *ſuccedat*, cũ quadã diſtinctione, quod aut refertur ad res principaliter, & ſecundario diſponit de bonis; verbi gratia. Quandocumq. filius meus deceſſerit; bona mea ſuccedãt Titio: tunc eſt verbum cõmune, quod ratione coniuncti & cõnexi frequenter interpretatur obliquum: vt *C. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus.* cum ſua materia. Si autem referatur ad ſuam perſonam, vt quia teſtator dicit, Titius ſuccedat, & ſic principaliter teſtator diſponit reſpectu perſonæ, ſed ſecundario
125 reſpectu rerũ; tũc eſt verbum directũ: nam † per fideicommiſſum ſubſtitutus non ſuccedit hęredi inſtituto, ſed teſtatori: vt *ff. de vul. & pu. l. coheredi. §. cũ filio. verſ. nec fideicõmiſſo.* & hoc intellige, niſi verba repugnent, & ſic de omnibus alijs eſt dicendum: quia talis modus ſignificandi datus eſt ſibi à iure: vt *ff. & C. de hæredi. inſti.* per totum.
126 Tamen † quandoq. inſtitutio appellatur precaria ſubſtitutio: vt *ff. de man. teſtam. l. quæreba-*
127 *tur.* Eſto. Sed † per hanc conſtitutionem, vt hic vides, iſta verba hodie pro directis habentur. Et
128 non † ſolum lex, ſed etiam conſuetudo in ſuo municipio poteſt dare intellectũ, & quemdã modum ſignificandi vocabulis: vt *ff. de legatis tertio. l. liberorum. §. quod tamen cautius.* vide *Bal. in l. ve. inter diuinũ.* circa fi. *C. de ſacroſan. Eccl.* Exemplũ
129 de verbis obliquis eſt; vt quãdo teſtator † dicit, *detur, vel reſtituatur*: nam cũ alterius miniſterium includatur, eſt obliquũ. Si autẽ teſtator diceret, *ego do, vel diſtribuo*; quia habet plenum ſignificatum: tunc iſta verba ſunt magis directa, quam cõmunia. Ad hoc facit quod notatur *familia erciſc.*
130 *l. quotiens.* nam † dare facit ius directũ: vt *inſti. de*
131 *actio. §. ſic itaq.* ¶ Vlterius † nota, quod illud eſt ius directum, quod non petitur; ſed præter petitionem competit ipſo iure, ſecundum *Azanẽ in Summa. C. de fideicom. lib.* ad fi. vnde hęres directo non petit ius hęreditariũ, ſed petit res hęreditarias propter iſtud ius. Sed fideicommiſſarius vniuerſalis bene petit ius hęreditarium, quia oportet quod primo transferatur in eum quam petat
132 res. ¶ Item † nota, quod omne verbũ q̃ importat tale ius, ex quo poſsit adiri hęreditas de iure ciuili; vel bonorũ poſſeſsio peti de iure prætorio, eſt verbũ directum: vnde prætor bonorum poſſeſsionem non defert ſuccedendo per obliquum: & iſtud patet in tota materia de bonorũ poſſeſsionibus. Vide & adde quæ notantur per *Imo. & Bal. extra. de teſta. c. Raynaldus. in glo.* ſuper
133 verbo *legati.* Item † nota quod omne verbũ per quod immediate ſucceditur teſtatori, vniuerſaliter eſt verbum directũ: vt notatur *C. de fideicõ.*
134 *l. eam quã.* & ideo † verbum *moriatur*, eſt verbũ directum: quia facit perſonæ immediate querere
135 per mortẽ. vt in *c.* 2. *lib.* 6. Itẽ nota † quod verbũ directũ facit ſubſtitutionẽ deſcẽdere ab inſtitu-

Digitized by Google

to ad ſubſtitutum immediate, quod inſtitutus
136 moritur, vt dicit *glo.* in dicta *l. eam quam.* Item † nota quod omne verbum, quod alterius miniſteriũ excludit in vniuerſali ſubſtitutione, eſt verbum directũ, iuxta theoricam notabilẽ *ff. de vſu-*
137 *fruct. l. ſi quis ita.* ¶ De verbis obliquis nota, quod omne verbum, quod requirit factum alicuius ad transferendũ ius in alterum, eſt obliquũ. Item nota, quod omne verbum, quod importat tale ius, ex quo non poteſt adiri hæreditas, nec bonorum poſſeſsio peti, eſt verbum obliquum. Item omne verbum, per quod mediate ſucceditur teſtatori, eſt obliquum. Item nota, quod nullum verbum eſt ita directum, quod ſi poſitum ſit in alterius miniſteriũ, non efficiatur obliquum:
138 vt *ff. ad Trebel. l. ex facto.* in prin. Item † nota, q̃ capere de manu alterius iure reſtitutionis congruit ſubſtitutioni fideicommiſſariæ; ſed mera reſtitutio facti, quæ fit habenti ius per ſe, conuenit ſubſtitutioni directæ: vt *ff. qui ſatis cog. l. inter*
139 *omnes.* ¶ De verbis vero communibus nota, † quod omne verbũ generale, quod æque proprie ſtat ſub ſignificatione directi, & obliqui, adiectum vniuerſitati eſt cõmune; ſed ſi adijcitur ſpecialitati, eſt obliquum: vt *ff. ad Trebel. l. cogi. §. &*
140 *generaliter.* per *Dinum.* Item † omne verbũ, quod quandoq; reperitur in ſignificatione directũ, quãdoq; in ſignificatione obliquũ, eſt cõmune: quia eius ſignificatio cõuenit pluribus ſpeciebus ſubſtitutionum. Exempla de verbis directis nota q̃ illa de proprietate ſermonis ſunt verba directa, vt verbum *adijcio.* ad hoc *inſti. de eo cui ob cauſam bona adijciuntur,* & *ff. de fideicommiſſ. li. l. ergo.* Idem de verbo *adindico. ff. de publica. l. ſed & ſi res. inſti.*
141 *de offi. ind.* Super quo nota, † quod omne verbum includens diſpoſitionis executionem, quatenus eſt iuris, eſt verbum directum: vnde idem dic in verbo *aſſigno:* vt *ff. de aſſig. li. l.* 1. & *de offic. ordin. c.* 2. *lib.* 6. Idem in verbo *accreſcat,* quod eſt verbum directum: *ff. de adqui. hare. l. qui patri. & C. quando partes non pe.* Idem ſi teſtator dixit: *cedo & concedo:* quia teſtator aſſumpſit ſibi, quatenus iuris eſt, executionẽ: *de dona. l. penult.* & *ff. de con-*
142 *ſti. prin. l.* 1. ¶ Viterius nota, quod ſi iſta verba, *reuertatur, deuoluatur, perueniant,* & huiuſmodi de iure communi apponantur in ſubſtitutione impuberis in poteſtate poſiti, erunt mere directa; vt notatur per *Bar. in l. cẽturio. ff. de vul. & pu.* vbi ipſe tractat plene de hac materia, & illa ſententia domini *Bar.* approbatur hic in hac conſtitutione. Ex qua etiã nota, quod in ſubſtitutione, quæ fieret alij quam retento in poteſtate, iſta verba communia remanent diſpoſitioni iuris communis: quia quod non mutatur, &c. *l. præcipimus. C. de appell.* ¶ Sequitur in textu: *Et ſine in-*
143 *re legati.* Nota † quod in legato omnium bonorum & vſufructu omnium bonorũ veniunt credita & debita. vide *l. vxoris meæ. ff. de vſufruct. leg.* Et in legato bonorũ includũtur actiones ex quibus detrahitur æs alienũ; ſecus in legato rerũ: vt
144 *l. fin. ff. de vſufruct. le.* ¶ Item nota † quod non ampliatur legatum, ſi ad locum legatum in genere, dolo legatarij aliquid ſit appoſitũ. *ff. de fund. inſtruc. l. cum de lanionis. §. Sabinus.* Secus ſi per defunctum: vt *l. ſi mancipia. eod. tit.* Idem credo, ſi per alium ſine conſenſu, & ſcientia teſtatoris ad illum locum dolo, vel alias adducatur aliquid ſeu apponatur, ſaltem poſt factum legatum: quia tunc non adeſt voluntas teſtatoris. Item
145 legati † vniuerſalis incrementa quo tempore attendantur, an mortis, an aditionis hæreditatis: *l. denique. §. fin.* ff. *de peculio leg.* Item no-
146 ta, † quod licet in legato vniuerſali omnium bonorum veniant debita & credita; hoc verum quando vniuerſaliter legatur: ſecus ſi ſingulariter & ſpecifice; licet ex illis ad omnia bona deueniatur. *ff. eod. tit. l. ſi peculium ſeruo vel filio.* quod
147 nota. ¶ Item † nota, quod legatum à debitore ex neceſsitate intelligitur in dubio, animo compenſandi, ſecus ſi debitor ex voluntate, *C. de rei vxo. ac. l. vna. §.* 1. vel vbi legatum aliquod cõmodum non habet, non videtur factum animo compenſandi, ſecus ſi etiam compenſando ha-
148 bet aliquod commodum ibidem. Item † nota, quod dominium verum rei legatæ non tranſit in legatarium, niſi ab adita hæreditate: *ff. de dole. l. eleganter. §. Item ſi ſeruum legatarium.* & vide ff. *de condi. inſti. l. ſi quis ita hæreditatem,* vbi eſt
149 plena *glo.* de hoc. Et quod dicitur † teſtamentũ imperfectũ valere inter liberos, eſt verũ quando eſt imperfectũ ratione ſolẽnitatis; ſecus ſi ratione volũtatis. *glo. C. familiæ hercis. l. penul.* vide ibi. *Gui.* qui allegat ff. *de mils. teſt. l. miles ſi teſtam.* & *l. Lucius.* & in *auth. de teſta. imperfec. §.* 1. *coll.* 8. ¶ Se-
150 quitur in tex. *ſine quocũq; alio modo.* puta † quia donãtur cauſa mortis, & ita erat iure antiquo dicebatur: vt *l. Pap. §. ſi quis mortis cauſa.* ff. *de inoffi. teſt.* Sed de iure authenticorum eſt neceſſe relinqui filijs iure inſtitutionis: vt in *auth. vt cum de appe. §. aliud.* ſuper quo vide *Bal. in l. ſi filius.* ff. *de*
151 *minori.* Hodie † vero in Cathalonia per hanc conſtitutionem eſt redactum ad ius dicebatorum. & ſic, o, reuolauit ad a; vt 35. *diſt. c. ab exordio.* ad-de quæ dicam infra *coll. 7. curia Dertuſa. c.* 1. vbi idem ſtatuitur de aſcendentibus, vt non ſit eis
152 neceſſe relinqui iure inſtitutionis. Item † nota, quod ſi filius habet patrẽ & filios, & ipſos filios hæredes inſtituat, non tenetur patri relinquere legitimam, vt eſt caſus *C. de ad ſe. cox. Orfi. l. quæſtions.* & *inſti. de hæredi. quæ ab inteſta.* alias eſt in *auth. de hæredi. quæ ab inteſta. §.* 1. ad idem in *auth. de ſanctis Epiſcopis. §. presbyteros. in fi. coll.* 9. ¶ Et
153 hoc † verũ in teſtamento, vt hic littera ſubijcit. Secus forte in codicillis: argum. *l. ſi idem. C. de codicillis.* & etiam videtur ſecus ſi prætereatur in teſtamento. Sed in Barcin. per præteritionem non irritatur, vt *in locali Bar. cap. nouerint vniuerſi.* Secus eſt de iure communi per *authen. ex cauſa præteritionis. C. de lib. prater.* vide, & adde quæ leguntur, & notantur *in l. filio præterito.*

Digitized by Google

ff. de iniuſto & irrito teſtamento. Quod dicitur de iure cõmuni ad validitatẽ teſtamentũ debere inſtitui, eſt verum quando pater fecit teſtamentũ; ſed ſi non fecit, ad rumpendũ codicillos non exigitur quod habeat iure inſtitutionis, ſecundum *Iac. de Arena in l. filij.* & *l. facultatis.* vide ibi *Gui.* qui dicit, quod vbi pater ſolẽniter teſtatur, ſufficit quod dicat, *relinquo. in auth. de trien. & ſemi.*

154 §. 1. ¶ Ad quartum veniendo nota, † quod materia ſubſtitutionum, de qua in hac conſtitutione aliquid tangitur, valde ſubtilis eſt, & per quamplurimos Doctores antiquos, & modernos tractata eã. Nam *Azo* ponit *in Summa C. tit. de impu. & alijs ſubſti. Spe. in tit. de teſta. Innocen. in cap. Raynuntius*, & *cap. Rayn. extra. de teſta.* & *Ioan. de Lignano ibidem. Ioan. An.* & *Arnaldus in cap. ſi pater. eod. tit. lib. 6. Gera. de Cug. in l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti.* & ibi *Iaco. de Aren. Dinus in ſua diſt. magna. tit. de vul. & pu. R. de Forlì.* ponit in ſuo tractatu quem fecit de iſta materia. *Bar. in l. centurio. ff. de vul. & pu. Nicolaus Alexandri* fecit etiam de hac ſuum tractatum. Et licet per prædictos poſsit iſta materia plene videri, tamen aliqua tangam hic pro mei, & legentium aliquali in-

155 ſtructione. ¶ Et primo † quæro, quid ſit ſubſtitutio? Reſpondeo, ſecundum *Azonem*, eſt ſecunda inſtitutio. ¶ Secundo quæro, quot ſunt ſpecies ſubſtitutionũ. Reſ. duę: quia vna directa,

156 alia obliqua ſiue fideicommiſſaria. Item † directa ſubdiuiditur in quinque, quia quędã eſt vulgaris, quædam pupillaris, quædam exemplaris, quędam breuiloca ſiue reciproca, quædam compendioſa. De directis tractatur *in tit. de impu. & alijs ſub. de obliquis ſeu fideicommiſſa. in tit. ad Tre-*

157 *bell.* Item † quæro quare dicatur vulgaris? Dic quod quinque modis dicitur vulgaris: primo, quia omnibus patet actiue, & paſsiue, quia à quolibet, & cuilibet fieri poteſt: *l. vulgaris. ff. de fur. l. in ratione.* §. *quod vulgo. ad legem falcid.* Secundo dicitur vulgaris propter eius effectum, quia eſt directa: vt *l. quidam cum filium. ff. de hæredi. inſti.* vbi exponitur vulgaris, indirecta, & ſic fideicommiſſariæ non conuenit hoc nomẽ. Tertio dicitur vulgaris; quia â iure approbata: vt *l. ſi ſeruus nauem. ff. de fur.* vbi accipitur vulgaris, ideſt, approbata. Quarto dicitur vulgaris, ideſt, expreſſa. Similis expoſitio eſt in *l. libertatis. ff. de fideicom. li.* Comprehendit tamen in ſe tacitã, licet teſtator non expreſſerit. Quinto & vltimo dicitur vulgaris, quia nihil ſpecialitatis habet: vt *l. edicto.* §. *extat. ff. de iure fiſci*, tamen circa hoc

158 non eſt multum inſiſtendum, quia † cum nomina ad placitum imponantur; eorum diſputatio pertinacibus relinquatur. *ff. ſoluto matr. ſuper rub.*

159 & *l. ſi.* §. *penult. ff. ad municipa.* ¶ Quæro † an ſubſtitutio vulgaris in vnum caſum, ſi hæres eſſe noluerit, porrigatur ad alium, ſcilicet, ſi hæres eſſe non potuerit, vel ecõuerſo? Et videtur quod nõ, per *l. pater Seuerinã.* in prin. *de condi. & de vbi non dicitur nolle, qui velle nõ poteſt.* Pro hoc *l. ſi cum dotem.* in prin. *ff. ſoluto matri.* & *l. cõmodiſſime. ff. de li. & poſthu.* & *l. eius eſt vel le. de reg. iuris*, cũ ſimilib. Incontrarium eſt veritas, caſus eſt in *l. gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de li. & poſthu.* vbi expreſſe habetur, quod ſubſtitutio facta in vnum caſum ex prædictis porrigitur ad alium. vide ibi *Bar.* pro

160 quo facit, quia paria ſunt nolle † & non poſſe. vt *l. 1.* §. *vltim. ff. de procura.* & *l. multum.* in prin. *ff. ad Trebell.* Non obſtat *l. pater Seuerinam*; quia ibi translatio legati fit in pœnam legatarij; ideo expreſsio vnius caſus non porrigitur ad alium, ſed ſubſtitutio non fit in pœnã alicuius, ſed continet fauorem. Ad hoc *l. ſi cum dotem.* & *l. commodiſſime.* Dic vt notatur in dicto §. *& quid ſi tamũ.* per *Bar.* & hoc tenet *Gui.* & cõmuniter omnes. Tamẽ contra prędicta oppono. Nam verba, *ſi hæres non erit*, debent intelligi in caſu, ſi eſſe poſsit, non alias. Caſus eſt & *gl. ſ. in l. ſi mater.* §. 1. *ff. de vul. & pu.* & *l. cum in teſtamento*, in prin. *ff. de hæredi. inſti.* Quidam huius timore reprobant *gloſ.* in dicta *l. ſi mater*: tu dic quod bene loquitur, nec obſtat prædictis. Ratio eſt, quia ſi aliud diceremus in caſu illius legis, ſequeretur abſurdũ, ſcilicet, q̃ ſubſtitutus extraneus præferretur nepoti in illo caſu contra præſumptam voluntatẽ defuncti: vt *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis.* & *l. cũ auus. ff. de condi. & de.* Ideo prædicta ſunt vera, quod vulgaris ſubſtitutio concepta in vnũ caſum, porrigatur ad alium. niſi voluntas teſtatoris repugnet tacite, vt ibi; vel expreſſe, vt *l. iam hoc iuris.* §. 1. & *l. cum ex filio.* §. 1. *ff. de vul. & pu.*

161 ¶ Vlterius quæro, an † ſubſtitutio vulgaris facta in vnum tempus porrigatur ad aliud? Reſpondeo, quod non: vt *l. ſi ita quis. ff. de vul. & pu.* fa-

162 cit dicta *l. ſi mater.* §. 1. Ex prædictis † habes q̃ iſta ſubſtitutio eſt partim tacita, & partim expreſſa, quo ad caſum, quia in quibuſdam caſibus expreſſe, in quibuſdã tacite probatur in *l. ſi. C. de*

163 *inſti. & ſubſti. ſub condit. factis.* ¶ Itẽ † quęro, quibus verbis fiat ſubſtitutio vulgaris? *Gloſ. inſti. de pu. ſubſti.* dicit, quod expreſſa fit verbis negatiuis, tacita fit verbis affirmatiuis: vt *l. Titius.* & *l. ſequen. ff. de hæredi. inſti.* & *l. cũ in teſtamẽto.* §. 1. *eod.*

164 *tit.* & *l. qui liberos.* ¶ Item † quęro, quis ſit effectus ſubſtitutionis vulgaris? *Dinus* diſtinguit: aut quæris de vulgari tacita contenta in expreſſa pupillari; aut de vulgari expreſſa. Primo caſu habet eundem effectum, quem habet pupillaris expreſſa: vt *l. qui fundum.* §. *qui hæres. ff. ad legem falcid. & de adqui. hære. l. vltim.* Secundo caſu ſubdiſtingue; aut quæris de expreſſa, ſub qua continetur tacita pupillaris; aut de expreſſa, quę non continet tacitam pupillarem. Primo caſu trahitur ad bona impuberis, ſecundo non, vt dicit *Din. Gui. & Ray.* examinant iſta per quæſtiones: *Bar.* dicit q̃ quinq. ſunt effectus principales huius ſubſtitutionis. Primus eſt, q̃ in homine ſui iuris intelligatur ſi hęres nõ erit, vel mutata cõditione, aliũ hæredẽ non fecerit: vt *l. ſi pater famil. ff. de hære. inſti. inſti. de vul. ſub.* in fi. *C. de hære. inſti.*

l. cum

l.cum proponas. Secundus effectus eſt, quod teſtamentum poteſt attumere vires ab iſto ſecundo gradu: vt *l.3.§.ſi.de libe.& poſthu.* Tertius effectus eſt, quod vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem, vt *l.iam hoc iure.ff.de vul.& pu.* Quartus effectus eſt, quia per eam ſucceditur defuncto, nõ ei cui facta eſt ſubſtitutio: vt *inſti.de vul.& pu.* in prin. Quintus effectus eſt, quia vulgaris ſubſtitutio facit de ſuo merito voluntarium: vt *l.ſi quis hæres.ff.de lib.& poſthu.* notatur in *l.Pape.§.quarta.ff.de inoffi.teſta.* & *l.verba.de condi.inſti.* & *l.Cornelius.de hæredi.inſti.* De qualitate iſtorum effectuũ videamus. Dixi primo, quod effectus eſt, ſi hæres non erit, vel alium hæredem non fecerit, quod tunc admittatur ſubſtitutus, vt dictis legibus, quod intellige teſtatore ſciente cõditionem inſtituti, alias ſi erraret, dic vt dicta *l.ſi pater.* & *l.ſi*
165 *quis filius.* in prin. *de adqui.hære.* Item, † quod dicit, *ſi hæres non erit*, intellige, & deſijt poſſe eſſe, quia eſt excluſus repudiatione, vel alio modo, alias licet hæres nõ ſit; tamen ſi eſſe poſsit; ceſſat ſubſtitutio, donec inſtitutioni eſt locus: vt *l.quã*
166 *diu.de adqui.hære.* ¶ Sed † quæro circa hoc, quid ſi ſpecialiter ſubſtitutus, qui repudiauit, veniat per reſtitutionem in integrũ; an vtrimque ceſſabit ſubſtitutio? Dic, quod non: vt *l. ſed & ſi ſine.§.ſed & Papa.ff.de mino.* & dicta *l. quamdiu.* Intellige, quod ſit ſpes ſubſtitutum poſſe admitti de iure communi, quia tunc ceſſat ſubſtitutio: ſecus ſi de iure ſpeciali, vt per reſtitutionem, ſiue ſit reſtitutio, quæ concedatur per prætorem viuũ: vt *l.4.§.1.ff.fideicom.ls.* & *l.2.§.ſpectandas.* ſiue quæ cõcedatur ipſo iure. *l.ſi. C.de repu.hæredi.* & quod notatur in *l.2. C. de iuris & facti ignor.* & *l.ſi quis ſumm.de iure delib.* quarum legum beneficium locum habet etiam in hæreditate aui: vt *gl. f.* notat in *l.nonnunquam. ff. de collat.bo.* ¶ Item quæro
167 quid † ſi inſtitutus deceſsit ante aditam hæreditatem, tamen ad hæredem tranſmiſit ius deliberandi; quis præferatur, an hæres hæredis, vel ſubſtitutus. Dicit *Bart.* quod hæres inſtituti præferatur ſubſtituto: quia licet inſtitutus non fuerit hæres, tamen facit alium hæredem: quia ex eius perſona alius hæres adit: vt dicta *l.ſi pater.* Pro hoc videtur caſus in *l.C.de iisqui ante apar.ta.* ſecundum expoſitionem, quam ibi facit *Ricard. Mala.* dum dicit textus, *alios.* & ipſe exponit, *ſubſtitutos, vel coniunctos.* facit *l.ſi quis filium.2. Rubri. ff.de adqui.hæredi.* pro hoc *gloſ.* nota in *l.ſed & ſi pro dote.§.Pape.ff.de le.præſtan.* debet ergo ſpectari, quod hæres hæredis repudiet, vel alio modo
168 excludatur. ¶ Item † quæro, ſeruus duorum dominorum inſtituitur, & datur ei vulgariter ſubſtitutus, vnus ex dominis iubet ipſum adire, alter iubet ipſum repudiare, an ſit locus ſubſtituto vulgariter? Caſus quod ſic, in *l. ſi.* in princip. *ff.de vul.& pu.* & *l.ſi libertus patrono.ff.de bonis libertorum.* & *l.ſi paterfamilias.ff.de hære.inſti.* & eſt caſus ſpecialis, in quo inſtitutus cum ſubſtituto concurrit, quod eſt verum in parte repudiata, vt notatur in dicta *l.ſi.* ſic intelligit *glo.* dictæ *l.quam-*
169 *diu.de adqui.hære.* ¶ Item † quæro: quidam inſtituit ſeruum Titij; & ſubſtituit ſibi; ſeruus non vult eſſe hæres, dominus vero vult, an ſit locus ſubſtitutioni. Dic vt *l.cum proponas.* in fi. *C. de hæ-*
170 *re.inſti.* ¶ Item † quæro, quid ſi inſtituitur monachus, qui non vult adire? *Iaco. de Arena.* dicit idem quod in ſeruo: vt *l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cleri.* idem *Spe.tit.de ſta.mo.§.octauo quæritur.* Alij dicunt, quod licet monachus adire recuſet, nihilominus poterit adire monaſterium, ſicut pater filio recuſante: vt *l.ſi.§. ſin autem. in ſecunda. C. de bo.quæ li.* hoc tenet *Gui.in Roſario.* 18. *q.*1, *cap.* 1. *Ioan. And.extra.de proba.cap.in præſentia.* vt ſic ſubiectio monachalis ſit magis ſubiectio filialis, quam ſeruilis: quod apparet, quia ſeruus vendi poteſt, & monachus non; ſicut filius: & ita mo-
171 naſterium † cogitur alere monachum, ſicut pater filium: non autem dominus ſeruum, quia poteſt eum pro derelicto habere. de hoc notat *Bart.* per *Inno.* & *Ant.de Butrio.extra.de proba.cap.in præ-*
172 *ſentia.* ¶ Item quæro, quid in filio repudiante, an præferatur ſubſtitutus vulgariter, vel pater? *Glo.* in *l.cum non ſolum.* §. 1. *C. de bo.qua li.* dicit quod pater ſubſtituto præfertur. *Gui.de Suza.* tenet oppoſitum, quod ſubſtitutus præferatur: ratio eſt, quia patrem ſuccedere ex perſona filij eſt præter voluntatem teſtatoris, ſed ſubſtitutus ex voluntate teſtatoris admittitur, quæ eſt ſeruanda: vt in §. *diſponat.* pro opinione ſua facit, quod ex-
173 preſſa † prouiſio teſtatoris tollit prouiſionem legis, & ſic quamuis lex non ſolum prouideat, quod hæreditas delata filio adquiratur patri, ſi filius repudiat; tamen ex quo teſtator expreſſe prouidit, non debet attendi *l.prouiſio.* Hanc opi-
174 nionem tenet *Gui. de Cug.* pro quo facit, † quia pupillaris expreſſa facta per patrem filio impuberi continet tacitam vulgarem ex diſpoſitione legis propter præſumptam voluntatem patris: vt *l.iam hoc iuris, prælegat.* & tamen ſi pater ſubſtituit, pupillariter, expreſſe, & vulgariter; expreſſe, legis prouiſio ceſſat: non enim tunc habet locum vulgaris tacita: vt *l.cum ex filio.§.1.* & *l.ex facto.§.Item quæro. ff. de vul. & pu.* Dic quod
175 incontrarium eſt veritas, ſcilicet, quod pater
176 præferatur, & hoc tenet *Petrus*, quia † pater eſt eadem perſona cum filio; vt *l.ſi. C.de impu.& alijs*
177 *ſubſti.* & lex diſponit † repudiationem filij patri non præiudicare: vt dicta *l.non ſolum.§.1.* patri ergo datur ius adeundi excluſo ſubſtituto. Hoc tenet *Cinus* in dicta *l.cum non ſolũ.* in prin. & *Ray. in tractatu.vul.* idem *Bart.* per textum dictæ *l.cum non ſolum. verſ. ſimilique modo.* vbi dicitur, quod filio repudiante quæritur patri perinde ac ſi ab initio pater fuiſſet inſtitutus. Præterea forma vulgaris, quæ habetur, *ſi hæres non erit*, intelligitur, vel ſi alium hæredem non fecerit, ſed filius hoc miniſterio fecit hæredem patrem. & pater ex iure filij adijt, & ſic ceſſat ſubſtitutio. Hanc opinionem tenet *Fran. de Piſis in tractatu vulg.*

Ad

Digitized by Google

178 Ad † cõtrariũ reſpondet, quod verum eſt, quod prouiſio teſtatoris expreſſa tollit prouiſionem legis, ſcilicet, in eo caſu, in quo teſtator prouidit; ſed in caſu noſtro non prouidit, ſcilicet, ꝙ ſubſtitutus admittatur eo caſu, quo poſsit alium hæredem facere: imo voluit teſtator oppoſitum: ex quo enim dedit ſubſtitutum per verba, *ſi hæres non erit*, & intellexit eo modo, quo iura ſuam voluntatẽ intelligunt: nã ad ea quæ ius
179 vult, † quis ſuã volũtatẽ adaptare præſumitur: vt *l. 1. C. de hono. & mu. inter patrẽ & filiũ non continuandis. lib. 10.* & *l. Lucius. §. penult. ff. ad municipa.* ſic in propoſito cũ teſtator dixit, *ſi hæres non erit*, intellexiſſe præſumitur, vel alium hæredem non fecerit: ſed hic alium hæredem fecit, ergo, &c. Et
180 idem † dic in monaſterio, quod præferatur ſubſtituto monacho repudiante: quia alium hæredem, hæredem facit. Pro hac ſententia facit *gl. ſ. l. ſed ſi pro dote. §. 1. de leg. præſtan.* præterea inducitur
181 talis ratio; diſpoſitio † legis, & teſtatoris æquiparantur: ſed lex diſponit, quod ſciens hæreditatem ſibi delatam eo ipſo, quod eam alij relinquit, videtur adire; etiam ſi aliter de additione non conſtet: vt *l. ſi auia. C. de iure deli.* notatur in *l. cogi. §. ſed & ſi miles. ff. ad Trebell.* ita ſit in diſpoſitione legis, qui filio hærede inſtituto, facit hæredem patrem, vt ſic faciendo hæredem patrem ex legis diſpoſitione filius videatur adire, & vulgariter ſubſtitutum excludat. ¶ Vlte-
182 rius † quæro, quid ſi filius, vel monachus, vel ſeruus hæres inſtitutus habens vulgariter ſubſtitutum, moriatur hæreditate non adita; an veniat ſubſtitutus, vel pater, vel dominus, vel monaſterium? *Ray.* coniungit ſibi omnes caſus, ſcilicet, filio ex monacho repudiante, vel decedente ante aditam hæreditatem; & in vtroque caſu tenet idem, ſcilicet, quod pater & monaſterium præferantur. *Ri.* tenet oppoſitum, ſcilicet, eis decedẽtibus ante aditam hæreditatem ſit locus ſubſtitutioni: vt refert *Cinus* in dicta *l. non ſolum. §. 1.* & mouetur rationibus, quas ibi vide. Hãc opinionẽ tenẽt *Fran.* & *Bart.* quam credo eſſe veram, & hoc
183 probant vltra dicta *Ri.* nam † hæreditas extranei delata filio non quæritur patri, ſi filius decedat hæreditate non adita: vt notatur in *l. 1. C. de ijs qui ante aper. ta.* & in *l. 2. C. ad Orfi.* quia ibi dicit, quod hæc eſt ſolum in hæreditate aſcendentium, quod tranſmutat, ergo ſecus in alijs: præ-
184 terea ſpeciale † eſt in filio decedente in infantili ætate, vt hæreditatem ſibi delatam ad patrem tranſmittat: vt *l. ſi infanti. C. de iure deli.* ergo in alijs ſecus eſt, & ſic eſt ibi caſus huius quæſtionis, ſecundum *Bart.* Tamen limita hoc dictum; quia verum eſt, vt filius decederet intra tempus iuris deliberandi: quia tunc ipſum tranſmittit ad patrem, per *l. cum antiquioribus.* & tunc ſubſti-
185 tuto præfertur. ¶ Item † quæro, hæres inſtitutus habet ſubſtitutum vulgarem. Item ſubſtitutum per fideicommiſſum ipſe repudiat, ſubſtitutus vult admitti; fideicommiſſarius petit ipſum cogi, vt adeat, & reſtituat ſibi; quæritur quis præferatur? Pro fideicommiſſario eſt caſus in *l. facta. §. Iulianus. ff. ad Trebell.* & *C. eod. l. non inſtam.* pro ſubſtituto eſt caſus in *l. ſi patroni. §. ſi. ff. eod. tit.* Dicas ſecundum *Bar.* aut fideicommiſſum non eſt repetitũ à ſubſtituto tacite, vel expreſſe, & tunc præfertur ſubſtitutus: vt dicta *l. ſi patroni. §. ſi.* aut eſt repetitum, & tunc præfertur fideicommiſſarius, vt dicta *l. non inſtam.* & dicto §. *Iu-*
186 *lianus.* ¶ Item † quæro, hæres inſtitutus, cui facta eſt ſubſtitutio vulgaris, eſt indignus, nec adit hæreditatem, an ſuccedat fiſcus, vel ſubſtitutus? Reſp. quod fiſcus, & eſt *gloſ.* in *l. ſi ſequens gradus.* in prin. *ff. ad Sillen.* pro quo *l. in ſeruitutem. §. ei qui de bo. quæ li.* ratio eſt, quia licet inſtitutus non ſit hæres; tamen alium hæredem facit, ſcilicet, fiſcũ, igitur ſubſtitutus repellitur: vt *l. ſi pater.* prælle.
187 hinc eſt, quod fiſcus † tenetur ad legata, & fideicommiſſa, hæreditate non adita per hæredem: vt notat in *l. eam quam. C. de fideicom.* & *l. recuſare. §. ſi fiſcus. ff. ad Trebell.* Cætera de vulgari vide per
188 *Doct.* vbi ſupra. ¶ Sed † circa pupillarem quæro, quare dicatur ſubſtitutio pupillaris? Reſpõd. quia ſit pupillo tantum non alij: vt *de vulg. & pu. l. 2.* Item quia ſit vſque ad tempus pupillaris ætatis, & nó vltra: vt dicta *l. 2.* & *inſti. eod.* in prin.
189 ¶ Item † quæro, quo iure fuit introducta ſubſtitutio pupillaris? Textus in dictis legibus dicit, quod fuit introducta moribus; quem textũ *gloſ.* exponit, ideſt, *iure Lacedæmoniorum.* vt *inſti. de iure natu. §. ex non ſcripto.* Hoc ideo dicit, ne intelligamus eam eſſe de iure gentium, quia eſſet cõtra *l. lege obuenire. de verbor. ſignifi.* & *l. 3. ff. de teſta.* Fuit ergo primo à iure ciuili non ſcripto illius ciuitatis introducta: ſed cum hodie ſit in ſcriptis redactum, & à iure ciuili Romanorum approbatum, poteſt dici de iure ciuili: ſic *ff. de adqui. hære. l. more.* ſecundũ *Bart.* qui dicit hoc eſſe verũ, quod hoc iure ſit introducta: tamen adhuc debet dici ius conſuetudinarium, licet ſit in ſcriptis redactum: quoniam ſcriptura non inducit, ſed quod prius erat in ſcripturam reducit, vt per eam probari poſsit: vt *l. cum res. C. de proba. ff. de pigne. l. cõtrahitur.* Idem dicimus in vſibus feudorum, qui adhuc conſuetudines appellantur, licet ſint in ſcriptis redacti: de hoc per *Cinũ. C. de legibus. l. 1.*
190 ¶ Item † quæro, quæ & quot requirantur: vt ſubſtitutio pupillaris locum habeat? Reſp. *gloſ.* in *l. 2. ff. de vulga. & pupilla.* & *inſti. eod.* in prin. dicit, quod requiruntur quinque. *Oni.* addit tria, quod omnes *Doctores* tenent, & ſic requiruntur octo. Primo requiritur, quod ille, cui fit, ſit de liberis; vt probatur in dicta *l. 2.* in prin. dum dicit, *liberis.* & *l. ſi teſtamento. C. de impu. & alijs ſub.* dum dicit, *filio*, nam extraneo fieri non poteſt: vt *inſti. eod. §. extraneo.* Secundo, quod ſit impubes, vt dicta *l. 2.* in prin. dum dicit, *impuberibus.* & dicta *l. ſi teſtamento*, dicit, *ſi infra pubertatẽ.* & *inſti. eod. §. maſculo.* Tertio, quod ſit in poteſtate: vt dicta *l. 2. 1. Rubr.* & dicta *l. ſi teſtamẽto.* ibi, *in ſua poteſtate*, &c.

Quarto

Quarto,quod morte teſtatoris: ille cui fit,ſui iuris efficiatur:vt dicta *l.2.verſ.plane.* Quinto,quod nõ defierit eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris:*l.coheredi. §.cum filia.ff. de vulg.& pu.* Sexto, quod pater ſibi faciat teſtamentum; vt dicta *l. 2. §.quis.* & *l.1.in fine. eod. tit.* & dicta *l.ſi teſtamento facto.* Septimo,quod impubes,cui ſubſtituitur,ſit inſtitutus,vel exhæredatus: vt dicta *l. 2. §.ſed ſi eos.* & *l.1. §.ſi.eod.tit.* Octauo, & vltimo requiritur,quod patris hæreditas ſit adita : vt dicta *l. 2. verſ.adeo.ff.de adqui.ha.l.quæſitũ.ad Trebell.l.ita tamen.§.quæſtum.* Hæc ſunt quæ ſecundum omnes *Doctores*,ad eſſe pupillaris ſubſtitutionis neceſſario requiruntur. ¶ Item quæro,† de quibus liberis intelligatur? Reſp. aut quærimus de liberis legitimis,& naturalibus : & clarum eſt,quod illis ſubſtitui poteſt:vt *l.2.* & *inſti.eod.* in prin.& *l.teſtamento.* prælleg.cum ſimilibus. Aut de legitimis tantũ,& idem.vt *l.ſi arrogato.ff.de adop.* & *l. ſed & ſi plures.§.in arrogato. ff.de vul. & pu.* quod tamen hodie in filio arrogato non procedit, eo caſu quo in poteſtatem non tranſit : vt *inſti. de adop.§.1.C.eod.l.cũ in adoptiuis.* & notat *glo.* in dicta *l.2. verſ. ſed ſi extraneum.* Aut quæris de filijs naturalibus tantum : & eis non poteſt ſubſtitui pupillariter,cum in poteſtate non ſint:vt *inſti.de patria p.§.1.ff.de vulga. & pupil. l. Lucius.* Item, quod dixi *de liberis*,intellige primi gradus,& vlterioris natis & naſcituris;vt dicta *l.2. verſ.plane.* & *l.ſi.C.de inſti.& ſubſti.* Dubito † tamen circa hoc,quod dixi,quod poteſt fieri filijs naſcituris etiam poſt mortem patris,vt dicta *l.ſi.* qui dicũtur recte poſthumi:vt *l.Gallus.* quomodo procedit hoc,cum † poſthumus non ſit in poteſtate patris, vt probatur *in l.ſi.ff. de coll.bo.* & in *l.ſi. §.1.ſi.de aſſig.li.* & in *l.1.§.ſi.ff.de ſuis & legit. hæred.* & ſic videtur poſthumo fieri non poſſe. Pro reſponſione cogitabis. ¶ Item † quæro,pupillaris ſubſtitutio ſit extraneo;an infra tempora pubertatis trahatur ad fideicommiſſariam? Reſpõdeo,*g ſ.inſti.de pu.ſub.§.extraneo.* tenet,quod nullo iure valeat:illam *gl ſ.* tenet *Dinus.* Contrarium notat *gl.ſ.* expreſſe *ff. eod.tit.l.verbis ſimilibus.* quã tenet *Iaco.de Arena.* pro hoc *l.filius.§. vt quis hæredem.ff.de legatis primo.l.cum quis.§.Seiam.de legatis tertio.l.ex facto.* in prin. *ad Trebell. l.Imperator. §.cum quidam. de legatis primo.* hanc partem tenẽt *G. Ray.ff.eauſa.* & *Bart.* in dicta *l. verbis.* Ad *glo.ſ. §.extraneo*, reſpondet *Ray.* quod ibi ſubſtitutio non valuit propter defectum ſolemnitatis. Vel dic,quod dum *glo.ſ.* illa dicit,quod non valet,debet intelligi iure directo, ſed iure fideicommiſſi ſic:vt dicta *l.verbis.* ¶ Item † quæro ſecundum *Bart.* ſtatuto cauetur, quod minor viginti annis non poſſit facere teſtamentum;an pater tali filio poſſit pupillariter ſubſtituere? Et videtur,quod ſic , quia impuberibus ideo ſubſtituitur per patrem ; quia ipſi teſtari non poſſunt propter ætatis defectum:vt *inſti.de pu.ſub.§.1.* ergo idem hoc caſu,cum ex forma ſtatuti iſte teſtari non poſſit. Iſti contrarium,quia,quando aliter quam per pupillarem ætatem filius impediebatur teſtari,fuit introducta ſubſtitutio exemplaris : vt *l. ex facto* in prin.ff.*de vul.& pupil.* & *l.humanitatis.C.eod.* & *inſti.de pu.ſub. §.qua ratione.* quæ tamen alia eſt à pupillari : ergo non pupillariter poteſt ei prouidere. Quare *Bar.* tenet, quod tali filio nõ poſſit pupillariter ſubſtitui. Quod probat,quia in ſubſtitutione facienda pupillo eſt duplex ratio,ſcilicet,defectus ætatis,& qua filios habere nõ poteſt. Sed talis minor viginti annorum licet impediatur teſtari ætatis defectu;tamen filios habere poterit,ideo magis in ſubſtitutione ſibi faciẽda æquiparatur furioſo,quam pupillo: quare ſibi non poteſt pupillariter ſubſtitui:ſed an exẽplarie,dicam infra. Item quæro † hoc,quid ſi pupillaris ſubſtitutio fiat puberi,an trahatur ad fideicommiſſariam? Reſpõdeo non. Vide *Doct.* in *l.precibus.* & *Bart.* in *l.verbis.* Item an † quod dicitur requiri , quod ſit in poteſtate ſit correctum per *authent. de hæred. quæ ab inteſtato.* qui dicit eſſe ſublatam differentiam emancipationis , & patriæ poteſtatis: *Doctores* dicunt quod non,quia in ſucceſſione ex teſtamento hodie nihil eſt immutatum:vt notatur in *l.Gallus.§.quod ſi tantum.* & *de collat.l.ſi emancipatus.* cum ſimilibus. ¶ Itẽ † cũ mater non poſſit ſubſtituere pupillariter,quia non habet filium in poteſtate; pone quod impetrauit à Principe,vt haberet filium in poteſtate; an illi poterit pupillariter ſubſtituere ? Credo, quod non : quia quamuis ſortiatur ratio dicti; non tamen corrigitur dictum. Hoc probat *glo.ſ.* notabilis in *l.ſuſpectam. §.fœmina. ff. de ſuſpect. teſt.* facit *gl.ſ.l.3.ff.de capit.diſt.* & *l.2.C.de cond. ob.ca.* præterea non eſt hæc ſola ratio,ſed alia:nam ſubſtitutio pupillaris fit, vt conſulatur pupillo de hærede,quem ſibi facere non poteſt, ſed conſiliũ mulieris † eſt fragile,debile , & inconſtans : vt *l.1.§.cũ lex.C.de rei vxo.act.* & dixi ſupra *in euidentiali. verſ. & ratio deciſionis.* & ſic licet ceſſet vna ratio,tamen habet locum alia. Ideo diſpoſitio durat:vt *l.ventri. §.in bonis. ff. de priuil. cre.* & ſic mater impediatur. Præterea ſequeretur abſurdum , quia forte pater iam fecerit ipſi pupillo ſubſtitutionem pupillarem, & quod mater poſſet facere aliam,iam haberet pupillus duo teſtamenta,& forte contraria: quare tene quod dictũ eſt. ¶ Item quæro,quo tempore debet eſſe in poteſtate ille,cui fit ſubſtitutio pupillaris ? Reſp. non eſt neceſſe , quod ſit in poteſtate tempore teſtamenti:vt *l.2.§.ſed ſi extraneum.de vulg.& pu.* Sed ſufficit, quod ſit in poteſtate tempore mortis:vt *l.coheredi.§.cum filia.eod.tit.* alias ſubſtitutio nõ valeret,vt ibi.Sed quomodo procedit hoc, cum requiratur capacitas tribus temporibus,ſecundum tempora teſtamenti,mortis.& aditæ hæreditatis? Solue per *gl.ſ.* in allegato *§.ſed ſi extraneum.* ¶ Item † quæro, nunquid ſpurio legitimato per Principem,vel per habentem auctoritatem ab eo , poſſit pupillariter ſubſtitui ? Reſpondeo,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

pondeo, quod sic: quia filio arrogato fieri potest: vt supra dixi, quia est filius ciuilis tantum: ita & legitimato, quia est in potestate. Præterea de iure naturę omnes erant legitimi; sed postea superueniente iure ciuili tales dicuntur non legitimi: & ideo cum iure ciuili sunt restituti, per rescriptum Principis videntur potius redditi primo statui, quam de nouo adepti. hoc probatur in *l. filius quem pater. ff. de li. & posthu.* ¶ Quæ-
202 ro, † quid si filius naturalis tantum post mortẽ patris legitimetur, an valeat substitutio pupillaris ei facta? *Bart.* tenet, quod sic; quia legitimatus per Principem in nullo differt à legitimo; quia videtur restitutus primis natalibus: vt in *Cor. quibus mod. na. effi. sui. §. illud.* & *§. bella.* Itẽ talis legitimatio seu natalibus restitutio retro trahitur, acsi semper legitimus fuisset: vt *ff. de natal. restitu. l. fi.* & per *Bart. in l. Gallus. §. & quid si tãtum.* ergo, &c. vide *Antonium de Butrio. in cap. per venerabilem. extra. qui fi. sint le.* Præterea filio post mortem patris ab hostibus reuertente valet institutio, & substitutio sibi facta, quia retro fingitur fuisse in potestate, & in ciuitate: vt *l. lex Cornel. de vulga. & pupil.* cum *l. seq.* Ita in proposito: quod autem filius possit legitimari post mortem patris, est casus in *Cor. in authen. quibus mo. na. effi. sui. §. si vero.* & in *authent. Item si quis. C. de natu. li.*
203 ¶ Vlterius † etiam quæro, an rupto testamento ex causa præteritionis conseruetur substitutio pupillaris? *Barto.* concludit, quoc sic: quia *auth. ex causa.* dicit, quod cætera firma manent, &
204 appellatione † cæterorum continentur tabulæ pupillares: vt *ff. ad Trebell. l. nam quod. §. qui compulsus.* & *l. qui plures. §. fi. ff. de vulga. & pupil.* ergo, &c. Et hoc tenẽt *Iac. de Aren.* & cõmuniter *omnes.*
205 ¶ Itẽ †, quæro, quid si filius præteritus, cui fuit facta substitutio pupillaris, approbat testamentum, an valeat substitutio? *Iuco. de Aren.* tenet q̃ sic, per *l. filio præterito. ff. de iniusto testam.* Quod
206 est † verum, si pupillus approbat: & sic necessaria est expressa approbatio, licet *glos.* contra in dicta *l. filio.* vbi notat sufficere, si taceat, sed reprobatur ipsa *glos.* ibi per *Doct.* & vide ibi *Bald.* late: quia videtur, quod tale testamentum pendeat ex voluntate filij præteriti, cui est facta iniuria, & ita est nullum de iure ciuili propter defectum solemnitatis; sed facta approbatione per filium præteritum, confirmatur de iure prætorio: & ita requiritur expressa approbatio, non tamen poterit approbari in præiudiciũ fratrum, qui sunt in pari gradu tutoris auctoritate: vt *l. fi. ad pupillũ.*
207 *ff. de auctorit. tu.* Sed † si filius præteritus fuit posthumus, qui natus moritur, non conualescit testamentum, secundum *Doct.* & *Bald.* in dicta *l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento.* Licet *glos.* ibi contra. Sed *Iacobus de Rauen.* dicit, q̃ præteritus potest approbare testamentum in præiudicium sequentium in gradu, sed non in præiudicium fratrum suorum, quibus est aperta
208 via intestati, ex ipsa præteritione. ¶ Itẽ † etiam quæro, an in pupillari substitutione veniant omnia bona impuberis? Dic aut fuit facta filio legitimo tantũ, aut filio adoptiuo. Et dic vt *l. si arrogator. ff. de adopti.* & *ff. de vulga. & pupil. l. sed si plures. §. in arrogato.* Aut filio legitimo & naturali, & tunc aut substituens fuit Paganus, & trahitur ad omnia bona pupilli vndecunque quæsita: vt dicta *l. sed si plures. §. ad substitutos.* Aut fuit miles, & tunc potest ad certa bona trahi: & ad certa nõ ex militis volũtate: vt dicto *§. ad substitutos.* Aut fit naturali tantum, & non valet substitutio: quia
209 non est in potestate: vt supra dixi. Item † substitutio pupillaris expressa matrem excludit, & alios ascendentes à testatore in substitutione præteritos: quos ipse filius præterire non potest: vt *l. Papa. § sed nec impuberis. de inoffi. testam.* & *ff. de vulga. & pupil. l. Lucius.* & *C. eodem tit. l. precibus.*
210 ¶ Sed † qualiter finiatur pupillaris substitutio. Dic quod septem modis. Primo, puberrate aduenient: vt *l. in pupillari. ff. de vulga. & pupi.* Secundo per aliud testamẽtum validum: vt *l. si quis eũ. §. fi. eod. tit.* Tertio agnatione posthumi: vt *l. si pater filium. eod. tit.* nec restituitur testamentum, licet ilico natus posthumus præteritus moriatur: vt *l. vxoris ub ortu. C. de posthu. hæredi. instit.* Quarto si non adeatur hæreditas ex paterno testamento: vt *l. quidam testamento. eod. tit.* Quinto capitis diminutione pupilli minima: vt *l. nec ei. §. eorum. ff. de adop.* Sexto, si testator certum tempus taxauerit: vt *l. si quis ita. ff. de vulga. & pupil. Dinus* addit
211 septimum modum, videlicet, si testamẽtum rumpitur per querelam inofficiosi in totum propositã: vt *ff. de inoffi. te. l. Papa. §. sed nec impuberis. Gui.* addit alium casum *l. quod finitur impuberis deportatione. C. de bo. damn. l. 1. ff. de iniusto testa. l. si quis exhæredatum. §. irritum.* & *l. 1. §. exigit. de seruis ta.*
211 *Bart.* dicit, quod † substitutio pupillaris quandoque deficit ab ipso initio: quia deficit in ea aliquid ex substantialibus, quæ ad eius existentiam requiruntur; & dic vt supra dixi. Quandoquo deficit ex post facto, & hoc contingit quatuor modis. Contingit primo ex persona testantis. Secundo ex persona substituti. Tertio ex persona eius cui est facta substitutio. Quarto ex ipsa substitutione. De his igitur per ordinẽ est videndũ: nã primo deficit ratione personæ testãtis, seu testamenti, vt puta si testator fuerit deportatus. Vnde vitiatur eius testamentum; vt dicta *l. si quis exhæredatum. §. irritum.* vel aliud fecerit testamentum: vt dicta *l. si quis eum. §. vlti.* vel si testamentum sit ruptum agnatione posthumi: vt præall. *l. pater filium.* dummodo viuus nascatur etiam voce non emissa, nisi prodigium fuerit, siue monstrum: vt *C. de posthu. hære. instit. l. quod certaũ.* quod est verum secundum iura antiqua. Hodie vero remanent tabulæ pupillares: vt supra dixi. Item si hæreditas non adeatur: est dicta *l. 2. §. adeo.* quod intellige, nisi sustineatur substitutio pupillaris per edictũ *si quis ob causam. te.* vt ibi dicitur. Vel nisi existentia sui hæredis hoc operetur: vt *l. si filius*

Digitized by Google

lius qui patri.ff.de vulga.& pupil. Item teſtameneo rupto per querelam:vt prædallegata *l.Papæ.§.ſed nec.* quod ſimiliter intellige, niſi ſecundum opinionem dicentium, quod hodie remanent firma legata,& certa,per *authent.ex cauſa.* Item ſi teſtamentum irritatur per contracta:vt *l.vt liberis. C. de collat.* ¶Secundo modo deficit ſubſtitutio pupillaris ex perſona ſubſtituti, vt puta ſi non reperitur capax tempore mortis pupilli : vt *l.ſi is qui hæres.ff.de vulga.& pupil.* Tertio modo vitiatur ſubſtitutio pupillaris ex perſona pupilli cui facta eſt.Et hoc pluribus modis contingit. Primo,adueniente pubertate : vt dicta *l.in pupillari.*

212 ¶Sed † an ſufficiat vltimum annum attigiſſe: an vero ſit neceſſe,quod ſit completus?Reſpondeo, quod eo momento, quo pupillus incipit poſſe teſtari, illico eodem momento deſinit ſubſtitutio pupillaris:facit 32.q.1.*cap.cum renuncia-*

213 *tur.* Quo† autem tempore hoc ſit,vide *ff.de teſta. l.qua ætate.* Item deficit,ſi teſtator aliam impuberis ætatem taxauit:vt in prædallegata *l.ſi quis ita.* Item deficit capitis diminutione,etiam minima: vt dicta *l.nec ei.§.eorum.* Sed hic aduerte, quia licet deſinat ſubſtitutio ipſo iure,tamen in effectu remanet valida;quia debetur hæreditas ex ſtipulatione illis perſonis,quæ ſuccederent adoptione non facta:vt *l. iis verbis de adop. l.cauſa cognita.*

214 *de vulg. & pup.* ¶Sed † quæro, quid ſi pupillus fuit paſſus magnam capitis diminutionem,quia deportatur, vel ſeruus effectus; quæ pœnæ poſſunt cadere in pupillũ doli capacẽ:vt *l.ſi arrogatus.ff.de inteſts.*& *l.impuberis.de falſis.*& *l.impuberẽ. de furtis*,an tũc vitiẽtur tabulę pupillares?Reſ. ꝙ ſic,nã remota minorũ ætate pupillus nó poſſet facere teſtamentũ.Ideo pater ſibi facere nó poterit;ſicut quãdo eſſet talis pupillus,qui poſt mortẽ patris reincideret in alterius poteſtatẽ : vt ff.

215 *de vulg.& pupil.l.2.*& hoc tenet *Gui.* ¶Itẽ † quęro, ſi pupillus efficiatur religioſus, an finiatur ſubſtitutio pupillaris?Hæc quæſtio non videtur procedere, nam pupillus religioni non obligatur : vt *extra. de regula.cap.2.* quare *Gui.* reſpondet:Intellige, quod parentes obligauerunt eum religioni:vt *l.Lucius. §.penult.* ff. *ad municipa.* & *l.1.*& *2.C.de mu.& hono.inter patrem& fil.non cõti. lib.11.* Vel intellige, quod fuerit factum ex diſpoſitione domini Papæ:ff.*de re iudica. l. quidam conſulebant.* Hoc caſu dicit ipſe,quod finietur ſubſtitutio:quia filius efficitur inteſtabilis etiam remoto ætatis impedimento: vt in *authent.ingreſſi.* Nec obſtat, quod dicitur de filio arrogato, vbi non extinguitur ſubſtitutionis pupillaris effectus:quia arrogatio non eſt impedimentum perpetuum,ſed de facili ſolui poteſt, emancipatione & ſimilibus modis,quod dictum *Gui.* limitat

216 *Bart.* nam in quantum † dicit de filio effecto religioſo ex diſpoſitione domini Papæ,dicit verum; ſed in quantum dicit de filio â parentibus tradito religioni, non videtur verũ:quia Decretales dicunt, quod pupillus traditus religioni, non perpetuo obligatur, ſed poterit pœnitere, donec peruenerit ad decimum quartum annum: vt in *cap.2.de regula.* Interim tamen tenet ingreſſus, vt ibi dicitur. Imo ipſe dicit idem eſſe, hoc caſu,quod in filio dato in arrogationem,ſcilicet, quod extinguatur,ſed non totaliter,vt ſupra dixi, quod maxime verum eſt, quando â ſola matre poſt mortẽ patris traditur monaſterio, quod fieri poteſt,vt in dicto *cap.2.* per *Inno.* ne ſit in po teſtate matris extinguere ſubſtitutionem â pa-

217 tre factam. Item † finitur ſubſtitutio pupillaris emancipatione pupilli,ſi ante mortem patris emancipatum fuerit:vt *l.cohæred.§.cum filius. ff.de*

218 *vulg.& pupil.* ¶Item quærit † *Bart.* quid ſi filius habuerit liberos intra tempus pupillaris ætatis: nam hoc poterit fieri,vt mulier concipiat in vndecimo anno,& pariat ante finem duodecimi,licet ſit contra communem conſuetudinem:arg. *l. ſi mater.C.de leg.hære.* hoc eſt, quod dicunt quædã decretales de impuberibus,quorum malitia ſupplet ætatem:vt *extra.de deſpon.impu.cap.illis.* Reſpondet ipſe,quod cum hoc poſsibile ſit,pupillaris ſubſtitutio finietur natiuitate filij:vt *l.ex fa-*

219 *cto.* in prin. *ff. de vulg.& pupil.* Quarto † dixi, quod deficit ſubſtitutio pupillaris ex defectu ipſius ſubſtitutionis,vt ſi facta eſt ſub conditione extrinſeca,quæ deficit:vt ff.*de vulg. & pupil. ſub. l.qui cum plures.*& hæc de ſubſtitutione pupillari ad præſens ſufficiant. ¶Sed quia ſubſti-

220 tutio † exemplaris introducta eſt ad exemplum pupillaris:vt *l.humanitatis. C. de impu. & aliis ſubſti.* ideo de huiuſmodi exemplari ſubſti-

221 tutione aliqua pauca dicam. Et † primo,quæro,quare vocetur exemplaris?Et eſt communis reſponſio,quia eſt inducta ad exemplum pupillaris : vt ſicut patri permittitur filio impuberi pupillariter ſubſtituere:ita & filio furioſo, vel mentecapto:vt *l.ex facto de vulg.& pupil.*& *l.humanitatis.* prædalleg.qua ratione,& quia in corpore iuris nõ ſunt plures textus,qui de huiuſmodi ſubſtitutione, loquantur,imo huius ſubſtitutionis materia cæteris eſt difficilior:cum in ea tex-

222 tus deficiant. ¶Secundo † eſt videndum,an omnia quę requiruntur in ſubſtitutione pupillari, requirantur in exemplari.Et quia in illa requiritur,quod ſit de liberis,an in iſta requiratur,ꝙ ſit de liberis ille, cui fuerit facta ſubſtitutio?

223 Dic,quod ſic:vt dicta *l.humanitatis.* Sed † quæro,de quibus liberis debet intelligi? Reſpõdeo, aut quæris de liberis legitimis, & naturalibus, & in hoc conueniunt: vt prædallegata *l.ex facto.* & *l.humanitatis.* Aut de legitimis tantum,& idẽ argum.*l.ſi arrogato.* ff.*de aaop.& de vulg.& pupil. l.ſed ſi plures.§.in arrogato.* quia cum non reperiatur diſcordia inter eos, ſimilitudini ſtabimus. Aut de naturalibus tantum:& in hoc differũt: quia iſtis nõ poteſt ſubſtitui pupillariter,quia in poteſtate non ſunt:vt *l. 2. de vulga. & pupil.* ſed exemplaris poteſt eis fieri: quia non fit ratione poteſtatis.Aut de ſpurijs, & in hoc conueniunt,

Digitized by Google

ueniunt,quia tales non sunt nominandi filij: vt in *authent. ex complexu. C. de incestis nup.* & in *Cor.qui.mo.va.effi. sint. §. fi.* imo nec pupilla is,
224 nec exemplaris potest fieri. ¶ Vlterius † quæro,quid econuerso,an patri furioso poterit per filium substitui exemplarite.? Respõdeo,non, quia pl' iuris habet pater in bonis filij quoad administrationem, quam econuerso:vt notatur in *l.is qui. ff. de tut. & curat.dat. ab his.* vide ibi
225 *Gui.* Itẽ † quia in pupillari substitutione requiritur;quod is,cui fit,sit impubes; quæro an hoc in exemplari requiratur ? Respondeo, non:vt in prælegata *l.ex facto.* & *l.humanitatis.* quæ loquũtur in ijs filijs, qui possunt filios suscipere.& dicta *l.ex facto*,dicit,*puberem*. ¶ Quæ-
226 ro † vlterius:quidam habet filium impuberẽ furiosum,vel mentecaptum; an ei possit substituere exemplariter? *Dinus*, & *Iac.de Ra.* tenent,quod non, quia cum in eo sit duplex defectus;naturalis, quia pupillus , & accidentalis,quia furiosus,vel mentecaptus:debet prævalere naturalis causa : vt *l.qui habet. ff. de tut. Guill.* dicit aliter,& melius: quia aut filius pupillus,furiosus,vel mentecaptus non est in potestate : & potest ei exemplariter substitui, cum pupillaris sibi fieri non possit propter potestatis defectum;aut est in potestate,& tũc si ei fiat exemplaris infra tempora pubertatis,valebit iure pupillaris.arg. dictæ *l.qui habet.* in prin.post valebit iure exemplaris.arg.*l.cẽturio.ff.de vulg.& pupil.* quod est verum si fuit facta sine limitatione temporis.Nec obstat huic vltimo membro , quod substitutio, quæ sumit vnum effectum,non transit in alium:vt *l.verbis.* & *l.in pupillari.ff.de v.lga.& pupil.* nam substitutio,quæ incipit valere iure directo,non transit in fideicommissariam,vt in contrario : sed vna directa in aliam directam bene transit : vt *l.* 3. *§.quæ fideicommiss. de heredi.instit.* & prælegata
227 *l.centurio* ¶ Item † quæro, in substitutione pupillari requiritur,quod pupillus sit in potestate,quid in exemplari?Respondeo,secus, quia in allegata *l.humanitatis*, permittitur substitutio parentibus vtriusque sexus. Rationem diuersitatis dic per *Gui.* & *Cinum.* in *l.precibus.* An
228 mater † quæ conuolauit ad secunda vota, possit filio exemplariter substituere?Respondeo , quod non:nam hæc substitutio ex quadam humanitate inducta est, quæ humanitas cessat in matre,quæ transiuit ad secunda vota: vt *l. lex qua. C. de adm. tu.* præterea pupillus
229 apud † eam educari non debet.*l.* 1. *C. vbi pu. edu.debet.* & tali matri non conceditur eius tutela:vt in *authent. sacramentum. C. quando mulier tu. offi. fungi.po.* si igitur in vita ei interdicitur administratio bonorum filij , multo magis in
230 morte. ¶ Item † quæro,quid si mater filio furioso fecit testamentum , demum ad secunda vota transiuit,an finiatur substitutio exemplaris?Respõdeo,sic,quia requiritur,quod tempore,quo testator moritur, adsint illa,quæ in substitutione requiruntur:vt *l.coheredi. §.cum filia. de vulg.& pupil.* quod non est in casu proposito,
231 ergo,&c. ¶ Item † quæro,in pupillari requiritur,quod per mortem substituentis pupillus efficiatur sui iuris,an idem sit in exemplari facta furioso? Respondeo, quod non, quia qualitercumque sui iuris fiat,siue per mortem , siue alio modo, substitutio durat.cum in ea non requiratur , quod substituens ipsum habeat in
232 potestate,vt supra dixi. ¶ Item quia † in pupillari substitutione requiritur,quod post mortem testatoris filius non sit recasurus in alterius potestatem:quæro an hoc in exemplari requiritur ? Resp. q̃ sic , quia solum hoc casu introductum est,vt quis possit alteri facere testamentum , cum impeditur propter dementiam, vel furorẽ: si vero propter alium defectum impediretur , puta quia est in alterius potestate: non pollet ei substitui. Ratio, quia per se non posset facere testamentum impedimento cessante,tunc nec per alium sibi fieri poterit:vt *l.*
233 *neque per sẽ.C.de heredi.instit.* Et † per illam rationẽ dicit *Gui.* quod si furiosus ante furorem esset de tali crimine condemnatus , propter quod efficeretur intestabilis , tunc non possit sibi substitui exemplaris : vt quia condemnatus de hæresi : vt *l.Manichæos. C.de hæreticis.* vel deportatus:vt *l.si quis exheredato. §.irritum.ff.de*
234 *iniusto.test.* ¶ Vlterius † quæro,an quãdo requiratur,quod quis patiatur defectum dementiæ, furoris,vel similis casus,possit sibi fieri substitutio exemplaris?Respondeo,quod non tempore testamenti,sed mortis, argum. *l.* 2. *§.sed si extraneus. ff. de vulg.& pu.* cum ergo in hoc non reperiatur discordia inter pupillarem,& exẽ-
235 plarem,remanet similitudo. ¶ Præterea † cum in pupillari substitutione requiratur:quod pater sibi faciat testamentum; quæro an hoc requiratur in exemplari ? Respondeo, quod sic, nam cum testamentum patris sit principale, ista substitutio,quæ est testamentum filij: vt *l. ex facto* præall.est accessoria.Ideo oportet,quod confirmetur, & vires alluimat â suo principali: vt *ff.de vulg.& pu.l.ex pupillari.* Præterea probatur in dicta *l.humanitatis.* quæ requirit , quod quis illi filio, cui facit exemplarem,saltem relinquat legitimam : ergo & sibi testari habet.
236 Sed † hoc fallit in milite:vt *l.miles in.* in fine.
237 *ff.de testamento militis.* ¶ Item † in pupillari requiritur,quod filius pupillus , cui fit substitutio , sit institutus , vel exhæredatus : quæro an hoc in exemplari requiratur?Respondeo,in eo quod dixit,*institutus*,cõcordat;in hoc quod dicit,*exheredatus*, discordat:nam in dicta *l. humanitatis*,dicitur, quod debet ei de necessitate relinqui legitima Et est ratio diuersitatis , quia pupillaris substitutio est introducta iuxta iuris rigorem occasione patriæ potestatis,quæ durat siue filius sit institutus siue exhæredatus. Item

in

Digitized by Google

in pupillari agitur de prouidentia filij, ideo ſibi etiam exhæredato fieri poteſt. Sed exemplaris eſt introducta ex quadam humanitate, quæ humanitas ceſſat, cum filius exhæredatur: cum
238 exhæredatio † ſit pietati contraria: vt *l.* 1. & *l. Titia. ff. de inoffi. teſtam.* hanc rationem tenet *Gui.* Sed *Ray.* dicit aliter, quia pupillaris ſubſtitutio fit impuberi, qui poteſt eſſe doli capax. vt *l. impuberem. ff. de fur.* & ſic cauſam ingratitudinis committere poteſt, & ſic exhæredari poteſt: vt *inſti. de pupil. ſub. §. non ſolum.* furioſus autem non poteſt ingratitudinis cauſam cõmittere, ergo, &c. *Bart.* hanc rationem reprobat: quia poteſt eſſe, quod furioſus commiſit cauſam ingratitudinis ante furorem ſibi obuenientem, & ſic exhæredari poſſet. Ideo dic, quod ratio *Gui.* tenenda eſt.
239 ¶Sed † quia in dicta *l. humanitatis.* dicitur quod illi, cui fit exemplaris, debet relinqui legitima; quæro quid ſi ei relinquitur minus legitima, an talis ſubſtitutio valeat? Reſp. *Doctores* tenent quod ſic; quia cum poſsit agere ad ſupplementum vt *l. omnium modo. C. de inoffi. teſt.* perinde eſt ac ſi eſſet in legitima inſtitutus. Pro hoc facit præſens cõſtitutio. & infra in *carta Dertuſæ. c.* 1.
240 ¶Sed † quid ſi ſtetit per quinquennium, ꝙ non egit ad ſupplementum, an valeat ſubſtitutio, & an agere poſsit? Reſp. quod valet ſubſtitutio, & agere poterit poſt quinquenniũ: quia hoc non ſuccedit in locũ querelæ, imo eſt oppoſitũ querelæ, licet *Bar.* tenuerit cõtra per calum *l. ſi quis filium. in fi. C. de inoffi. teſt.* cõmuniter tenetur, quod
241 agere poſsit. Demũ † quia in ſubſtitutione pupillari requiritur, ꝙ paterna hæreditas adeatur; quæro an idem ſit in exẽplari? Et videtur,
242 ꝙ non, quia † furioſus adire nõ poteſt, nec eius curator. vt *l. ſi. §. ſin autẽ perpetuus. C. de cura furio.* Circa hoc diſtinguitur. Aut eſt inſtitutus ſolus furioſus à patre, in cuius poteſtate erat: & tũc
243 exiſtentia † ſui hæredis confirmat tabulas exẽplares. arg. *l. ſi. §. 1. C. de cura furio.* & eorum quæ dicta ſunt in materia pupillari. Si autẽ non erat in poteſtate ſubſtituentis, quia forte mater ei ſubſtituit, vel habeat extraneũ cohæredem, quo caſu exiſtentia non poterit operari: tunc requiritur aditio hæredis: vt *l. apud Iul. §. adẽ Iul. ff. ad Trebell.* vel dabitur ſibi curator, qui petet bonorũ poſſeſsionem, quæ bonorũ poſſeſsio licet iure non ſit ſecundũ opinionem poſitam in *l. ſi. §. tali. C. de cura furio.* tamen confirmat tabulas exẽplares, cũ confirmet fideicõmiſſum vniuerſale: vt *l. cũ hæres inſti. ff. ad Trebel.* quam legẽ *Bar.* dicit ſingularem. ad hoc tu adde aliã, ſcilicet *l. Licinius. §. vlt. ff. de legatis ſecundo.* facit *l. nã quod. §. qui compulſus. ad Trebel.* & *l. qui plures. §. ſi. ff. de vul. &*
244 *pu.* Vlterius † nota, quod ſi tẽpore, quo fit ſubſtitutio vulgaris, ille non erat furioſus; tũc non continet tacitam exẽplarem. Sed ſi illo tẽpore iam erat furioſus, tunc continebitur tacita exẽ
245 plaris in ipſa vulgari. Item † nota, quod in expreſſa pupillari etiã continebitur tacita exẽplaris: quia in habentibus ſymbolũ facilior eſt tranſitus. vt *l. ſi rem. §. Item ſi quæcũq. ff. de res ven.*
246 tamen † *Bart.* hoc limitat: quia aut eſt facta ſubſtitutio pupillaris cum limitatione certi temporis; tunc ſi poteſt valere iure pupillaris, valet & poſt illud tempus; argu. *l. ſi quis ita. de vul. & pu.* aut eſt facta ſine temporis limitatione: vt quia dixit, Talis ſit hæres filio meo; nec dixit, Si deceſſerit in pupillari ætate: tunc ſi eſt facta filio impuberi in poteſtate poſito, intra tempora pubertatis valet iure pupillaris; poſtea valet iure exemplaris ſubſtitutionis: argu. *l. Centurio.* Sed ſi intra tẽpus pubertatis non poſſet valere iure pupillaris, valet eo modo, quo poteſt, ſcilicet, iure exẽplaris: arg. *l. Gallus. §. 1. de lib. & poſthu.* ¶Et ſic nota, quod eſt reperire tacitam exẽplarem probatam: vt *C. de teſta. mili.*
247 *l. in teſtamento.* ¶Item † quæro, an ſurdo vel muto, aut prodigo qui non ſit furioſus, vel mente captus, poſsit fieri ſubſtitutio exẽplaris? Reſp. de ſurdo, & muto tenet *Gui.* quod ſic; ſecus de prodigo. Sed *Ray.* & *Bart.* tenent idem de prodigo, per rationem, quia in vita datur ſibi curator & adminiſtrator bonorũ, ergo fortius in morte.
248 ¶Sed † quæro an mater illius, cui ſubſtituitur exemplariter, poſsit præteriri in tabulis exemplaribus? Reſp. ꝙ. ſic quia lex dicit, quod tenetur ſubſtituere filios ſi habet, alias fratres, & ſic alios poteſt præterire pater faciendo exemplarem ſubſtitutionem, ſecundum *Nic. de Maca.* & *Bart.* licet *Iaco. de Ra.* tenuerit contra in *l. precibus.*
249 ¶Item † quæro, an poſsit vnum ex filijs ſubſtituere, & alios filios præterire, vel exhæredare? Reſp. *gl. ſ.* in dicta *l. humanitatis.* dicit quod non. & idem *Bart.* qui dicit, quod vnum ex filijs debet ſubſtituere: tamen debet alios inſtituere ex re certa, vel exhæredare ex iuſta cauſa: quia ſi iſtud eſt teſtamẽtum furioſi: debet in eo facere id ad quod teneretur ſi ſanæ mẽtis eſſet, & quod
250 lex dicit, *nulla querela*, &c. intelligitur † quãdo eſt exhæredatus ex iuſta cauſa, & quod dicitur in *§. ſed neci puberis.* non habet locum in exẽplari; quia inducitur ex quadam humanitate, quæ ceſſat, quando quis exhæredatur ex non iuſta cauſa: quia non eſt teſtatus ex officio pietatis: vt
251 *l.* 1. & 2. *ff. de inoffi. teſta.* ¶Item † dictum eſt, quod debet ſubſtituere vnum ex fratribus, quæro de quo fratre intelligi debet? Reſp. *Gui.* dicit quod de vtrinq. coniuncto; quod patet, quia *l. humanitatis.* loquitur de ijs, qui admittuntur ad querelã, ſed ex vno parente tantum coniuncti nõ admittuntur ad querelam: vt *l. ſi fratres. C. de inoffi. teſt.* ergo, &c. *Ray.* dicit: ꝙ aut ſubſtitutio exẽplaris fit à patre, & debẽt ſubſtitui fratres cõſanguinei vtriuſq; aut fit à matre, & debẽt ſubſtitui vterini, vel vtrinq. cõiuncti. Ad *l. humanitatis.* & *l. ſi fratris.* reſpõdet ꝙ nõ põt rũpi per querelã à fratrib⁹ vterinis, reſpectu fratris furioſi, cui fit ſubſtitutio, ſed reſpectu matris, quæ facit ſubſtitutionẽ, ſic dicta *l. apa. §. ſed nec impuberis.* Vnde parẽs

qui facit teſtamentũ, non habet in ſe humanita-
252 tem, talem fratrem non ſubſtituendo. ¶ Sed † an pater, vel mater poſsint ſubſtituere ſeipſos? Dicunt communiter omnes, quod non, per *l. ſi. ff. de offi. præto.* & per *l. præſes. de offi. præſi.* & quia *l. proniſio*, quæ permittit parentes ſubſtituere filio, non debet intelligi de ſeipſis arg. *l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi centum. ff. man.* Sed forte pater poterit ſubſtituere matrem furioſi; & etiam mater
253 patrem. ¶ Deinde † quæro, an ſubſtitutio exemplaris habeat omnes effectus, quos habet pupillaris. Et primus effectus pupillaris eſt, vt contineat in ſe tacitam vulgarem, an ſit idem in exemplari? Reſpondeo: ſic, per *l. iam hoc iure.* in princ. *de vulga. & pupil.* & eſt eadem ratio, nec reperitur diſcordia. Secundus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quod trahitur ad bona patris & filij vndecumque quæſita, quæro an idem ſit in exemplari? Reſpondeo: aut exemplaris eſt facta filio legitimo & naturali, & trahitur ad omnia bona, ſicut pupillaris: vt *l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos, de vulg. & pupil.* & prælegata *l. in teſtamento.* prout ibi dicitur, quod eſt teſtamentum filij. Aut eſt facta filio arrogato; tunc trahitur ad bona arrogatoris tantum, ad exemplum pupillaris: vt *l. ſi arrogator. ff. de adop.* & dicta *l. ſed & ſi plures. §. in arrogato.* Item quid in exemplari, quæ continet tacitam vulgarem, & quid de vulgari, quæ continet tacitam exemplarem? Dic idem in omnibus, prout de pupil-
254 lari. ¶ Item † quæro vtrum ſubſtitutio exemplaris excludat matrem, ſicut pupillaris? Reſpondeo: tacita exemplaris nõ excludit matrẽ, ſicut nec tacita pupillaris: vt *l. precibus.* & hoc ratione paritatis. De exemplari vero expreſſa
255 dictum eſt ſupra. ¶ Quæſtio † etiam, pone, quod filio furioſo eſt facta ſubſtitutio exemplaris à patre & à matre, quis iſtorum ſubſtitutorum præfertur? *Iaco. de Rauen. Dinus, & Cinus.* dicunt ſubſtitutum à patre præferri: argumento *l. vlti. ff. de cura furio.* & *l. nec in ea. ff. de adul.* & *l. prima. C. ſi contra matris voluntatem.* Sed *Guil.* diſtinguit ſic. Aut pater erat vilis perſona, & præfertur ſubſtitutus à matre. vt *l. tertia. ff. de lib. exhi.* & *l. ſed & ſi vnus. § ſi filio. ff. de iniur.* Facit *l. ſi cum dotem. §. hoc autem tempore. ff. ſoluto matrimonio.* Aut non erat vilis perſona ſed honeſta, & tunc præfertur ſubſtitutus à patre, & capit omnia bona: vt *l. ſecunda. §. obijcitur. ff. ad Tertull.* Sed bona materna debet reſtituere per fideicommiſſum ſubſtituto à matre: vt *l. verbis ciuilibus de vulga. & pupil.* & *l. ſi filius. §. vt quis hærede. de legatis primo.* & *l. Scæuola. ad Trebell.* pro quo facit *l. arrogato. ff. de adop. Ray.* diſtinguit aliter, & ſic. Aut pater erat vilis perſona, & dicit idem quod *Gui.* quia præfertur ſubſtitutus à matre, alias ſubſtitutus à patre habebit bona paterna iure directo, & ſubſtitutus à matre habebit bona materna ſimiliter iure directo; & ſic decedet iſte filius cum duobus teſtamentis, argumento eius, quod dicimus de filio arrogato: vt dicta *l. ſi arrogator*: nam ſicut ibi diuerſitas parentum, qui poſſunt pupillariter ſubſtituere, facit quem cum duobus teſtamẽtis decedere, ita in propoſito pluralitas parentum, qui poſſunt hanc ſubſtitutionem facere, faciet ipſum filium cum pluribus teſtamentis decedere. Sed prædictæ diſtinctiones non placent *Bart.* primo, in eo quod præſupponũt, quod ſi pater eſt vilis perſona, poteſt ſubſtituere filio, nam dicit hoc non eſſe verum, ſicut enim tali patri denegatur adminiſtratio bonorum filij in vita: vt *l. fin. C. de ſententiam paſsis.* & dicto *§. hoc autem tempore.* ita debet denegari facultas diſponendi de bonis ſuis, eadem ratione ille, cui eſt bonis interdictum propter prodigalitatem, eſt interdictum in vita, & in morte: vt *l. ſi is cui bonis. ff. de teſtament.* præterea dicit ipſe, quod iſta diſtinctio eſt inſufficiens: dicit enim: *Subſtitutus à patre habebit bona paterna, ſubſtitutus à matre habebit bona materna.* Sed poſsibile eſt, quod habebit bona non paterna, nec materna, ergo, &c. *Nic. de Maca.* diſputauit hanc quæſtionem, & dixit ſic. Aut iſta ſubſtitutio eſt facta à patre filio, quem habet in poteſtate; & tunc ſubſtitutus à patre prætertur: cum ibi concurrat ius proprium primæ poteſtatis, & etiam illud ius humanitatis & pietatis: vt dicta *l. ex facto.* & *l. humanitatis.* Et hoc eſt verum. quod talis ſubſtitutus præfertur in bonis paternis, & in bonis aduentitijs vndecunque quæſitis, præter quam à matre: bona vero materna habebit ſubſtitutus à matre, qui eſt ſubſtitutus ex quadam humanitate, argumento dictæ *l. ſi arrogator.* & argumento eius, quod dicimus de tutore in *l. mulier. C. de teſtam. tut.* & *l. mulier.* & *l. patronus. ff. de confir. tut.* Si vero iſta ſubſtitutio fuit facta filio, quem ſubſtituens in poteſtate non habebat; hoc caſu ſunt paris conditionis ſubſtitutus à patre, & ſubſtitutus à matre: quia quilibet eſt ſubſtitutus ex quadam humanitate. Ideo ſubſtitutus à patre habebit bona paterna; ſubſtitutus à matre habebit bona materna tanquam hæredes vniuerſales ipſius filij furioſi; bona vero aduentitia aliunde obuenientia, inter ſe æqualiter diuident: ſicut in ſimilibus dicimus in *l. ex facto. ff. de hære. inſti.* & ſecundum hoc parentum diuerſitas operatur, vt talis filius cum duobus teſtamẽtis decedat. Hæc opinio placuit *Fran.* &
256 *Ni. Alexan.* ¶ Item † quæro, mater dedit filio furioſo ſubſtitutum; auus dedit alium in eiſdem bonis, quis præfertur? *Ray.* dicit, quod ſi nepos eſt in poteſtate aui, ſubſtitutus ab auo præfertur: argumento *l. ſecunda poſt prin. ff. de vul. & pu.* & *l. filius. §. ſecundum vulgarem. ff. de legatis primo.* Si vero non eſt in poteſtate, præfertur ſubſtitutus à matre: quia iſta ſubſtitutio ratione humanitatis conceditur; quæ humanitas magis in matre quam in auo eſt: vt *l. Nezennius. ff. de nego. go.* præterea potentius ius habet mater in bonis filij, quam auus: vt *C. ad Tertullia.*

authent.

Digitized by Google

authent. defuncto. ideo ſubſtitutus à matre præfertur. *Bart.* dicit idem quod ſupra *proxi. q.* per eaſdem rationes. Nec obſtat, quod mater habeat potentius ius in bonis filij, quam auus: quia in actu ſubſtitutionis facultas ſucceſſionis non attenditur: nam filio furioſo, qui habet liberos, qui omnes alios in ſucceſſione excludũt, poteſt iſta ſubſtitutio fieri. ¶ Vltimo † eſt
257 videndum, an hæc ſubſtitutio exemplaris finiatur eiſdem modis quibus finitur pupillaris. Et primo ſi teſtamentum deficit ex perſona teſtãtis, vel ex defectu teſtamenti; vel quia rumpitur per querelam, vel propter hæreditatem nõ aditam, in omnibus iſtis caſibus ita finitur exẽplaris ſicut pupillaris; vt ex præcedentibus patet per eaſdem rationes. Item ſicut pupillaris ſubſtitutio quandoque deficit ex defectu ſubſtituti, vel ex defectu ipſius ſubſtitutionis ſeu conditionis ipſi ſubſtitutioni adiectæ, ita exemplaris per eaſdem leges, & rationes, de quibus in materia ſubſtitutionis pupillaris. Sed
258 circa hoc ſunt examinandi duo caſus, qui ponuntur in prælallegata *l. ex facto.* Primo, quia ibi dicitur, *exemplaris deficit impedimento.* Secundo deficit pro creatis liberis. ¶ Quæſtio circa primum. Furioſus, cui eſt facta exemplaris ſubſtitutio, eſt ſanæ mentis effectus: tamen poſtea reincidit in furorem, an remaneat firma ſubſtitutio? Et videtur, quod ſic, per *l. penultimã. C. de bon. furios. &c.* circa hoc diſtinguit: aut furor ceſſauit in vita patris teſtantis, & in vita reuerſus eſt, & recuperauit ſubſtitutio: aut furor eſt reuerſus poſt mortem patris, & non recuperauit, *l. poſthumus*, in principio. *de iniuſto teſtamento.* conjuncta *l. ſecunda. C. de poſthu. hæred. inſtit.* *Ray.* tenet idem. Sed *Bart.* dicit, quod hoc nõ eſt bene dictum, per textum dictæ *l. humanitatis.* vbi dicitur, quod ceſſante furore ceſſat ſubſtitutio. Et nota, quod dicit, *ceſſat*, & non dicit,
259 *extinguitur.* Nam differentia † eſt inter ceſſare & extingui: vt *l. inter ſtipulantem. §. ſacramen. de verborum obligat.* Item diſtinctio, quam ipſi faciunt, aut eſt furor reuerſus in vita teſtatoris; aut poſt mortem nõ videtur vera, nam *l. poſthumus.* & *l. ſecunda* prælallegata, quæ diſtinguunt, an poſthumus moriatur in vita teſtatoris, vel poſtea, loquuntur in teſtamento, quod quis ſibi ipſi facit; ſed in teſtamento, quod quis facit alteri, vt filio pupillo, vel furioſo, non attenditur, vtrum ceſſauerit in vita teſtatoris, vel non; ſed an ceſſauerit in vita eius, cui eſt facta ſubſtitutio, vt in vita pupilli, vel furioſi. Ita notatur in prælallegata *l. arrogator.* in principio primæ *gl. ſ. magna.* Tenet ergo, quod ceſſante furore ſubſtitutio exemplaris ceſſat: non extinguitur, & furore reuertente incipit vires habere, cum nunquam extincta fuerit. Dicit tamen, quod ſi illo medio tempore, quo erat in dilucidis interuallis, furioſus ſibi fecerit teſtamentum, ſubſtitutio exemplaris eſſet omnino extincta per textũ dictæ *l. ex facto.* non enim debet auferri teſtamenti factio homini ſanæ mentis. Ex hoc ipſe infert ad aliud, quod ſi filius furioſus feciſſet teſtamentum ante furorem, ei poſtea facto furioſo non poſſet ſubſtitui à patre, vel à matre, ſufficit enim, quod ſibi teſtamentum fecit: & teſtamenti factio ei auferri non debet, vt dictum eſt. Sed contra prædicta videtur dicta *l. ex facto.* quæ innuit, quod furore ceſſante ſubſtitutio extinguatur omnino. Reſpondet ipſe, quod licet textus ille hoc innuat, tamen lex, *humanitatis.* quæ eſt conſtitutio noua, non vtitur illis verbis. Vnde in ſubſtitutione, quæ fieret ex *l. humanitatis.* dicit ipſe, quod ſtaret illi legi, ſed in ſubſtitutione, quę fieret ex præcepto, quod ſtaret dictæ *l. ex facto.*
260 ¶ Item † quæro, dicitur in dicta *l. ex facto*, quod liberis procreatis extinguitur ſubſtitutio exemplaris. Hoc videtur contra *l. humanitatis.* vbi dicitur, quod etiam ſi furioſus habeat liberos, poteſt ei ſubſtitui; ſi ergo iam nati non impediunt hanc ſubſtitutionem eadem ratione, vel maiori naſcituri non extinguunt ſubſtitutionem iam factam: vt *l. patre furioſo. ff. de iis qui ſui, vel alieni iuris ſunt.* Solutio. Concedo, quod ſi de filijs naſcituris in exemplari ſubſtitutione mentio facta eſſet, ſecundum quod ſupra dixi debere fieri de filijs iam natis, quod ſubſtitutio exemplaris non extingueretur per natiuitatem filiorum: & ſic *l. ex facto.* prælleg. determinatur in
261 hoc per *l. humanitatis.* ¶ Itẽ, † etiam quero, quid ſi furioſo naſcitur filius, quem in poteſtate non habet; an per hoc extinguatur ſubſtitutio exẽplaris? Et videtur quod non, per textũ dictæ *l. ex facto.* qui videtur requirere, quod ille qui naſcitur, ſit ſuus hæres. Contrarium dicit *Bar.* nam quando lex, vel homo facit mentionem de filijs furioſi, vel mentecapti, debet intelligi de ijs, quos habere poſſet; ſed tales perſonæ non poſſunt contrahere matrimonium, cum conſenſum non habeant, ideo debet intelligi de filijs naturalibus: vt *l. hæredibus. ff. ad Trebell.* Sed ſi hæc ſubſtitutio eſſet facta muto, qui poteſt poſtea accipere vxorem. vt dicta *l. ex facto.* & *l. mutus. de iure dot.* vel prodigo, qui forte habet conſenſum quãtum ad matrimonium; iſto caſu, an de liberis naturalibus intelligatur, eſt accedẽdum ad diſtinctionem *glo. ſ. l. generaliter. C. de inſti. & ſub.* & *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* & quod ibi notatur per *Bart.* Ad textum dictę *l. ex facto*, qui videtur requirere, ꝙ ſit ſuus, dic quod in lege illa ponuntur duæ rationes, vna locum habet tantum quãdo naſcitur ſuus; alia vero ratio, quæ ibi ponitur, quæ eſt quod non eſt veriſimile imperatorem de hoc caſu cogitaſſe, habet locum etiã in filijs naturalibus; & ex duabus rationibus ſufficit vnam adeſſe: vt *l. ventr. §. in bonis. ff. de priuil. credi. inſti. de nup. §. affinitatis. l. liberorum. §. notantur. ff. de iis qui notantur infamia.* ¶ Eſt
262 etiam † videndum, an ex defectu perſonæ, cui

fit, substitutio exemplaris finiatur. Et dic, quod sic, si enim prodigus, cui esset facta hęc substitutio, commisit delictum, propter quod est deportatus, vel seruus pœnæ effectus: cum dicamus prodigum obligari ex delicto, vt notatur per *Doct.* in *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* & per *Bart.* in *l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig.* vel si ponamus furiosum habuisse dilucida interualla, & delictũ commisisse, vel religionem intrasse, tunc exemplaris substitutio finietur, argumento eorum, quæ dixi in materia pupillari. Et hæc sufficiãt
263 pro nunc, quia † de substitutione breuiloca sue reciproca, & de compendiosa dicetur in *cap. 2. curia Dertusæ.* infra *collat. proxima.*

Vt officia temporalia non continuentur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Officium triennale qui gessit, non potest idem, vel aliud officium iurisdictionis tenere per duo immediata triennia infra eandem Vicariam, vel Baiuliam, quãnis in iudicio residendæ absolutus fuerit. limitatur nu. 2 declaratur nu. 10. & 47.*
3 *Sub iurisdictionis officio qui comprehendantur.*
4 *Officia iurisdictionis continuari non debent.*
5 *Honores neutiquam sunt continuandi.*
6 *Officia quæ præstent vacationem, traditur, & de materia remissiue, num. 7.*
8 *Fieri quid in fraudem constitutionis, vel legis non est permittendum.*
9 *Fraus legi fieri dicitur, quando saluis verbis legis fit contra mentem ipsius.*
11 *Spem dari de officio prohibetur.*
12 *Meri & mixti imperij, ac iurisdictionis materia. remissiue.*
13 *Concessa iurisdictione an in dubio censeatur concessa ordinaria, vel delegata. remissiue.*
14 *Iurisdictio in territorio est materialiter, & passiue; sed in magistratu formaliter, & actiue.*
15 *Iurisdictio sub quibus prædicamentis esse possit diuersimode considerata, traditur.*
16 *Iurisdictio est voluntaria respectu iudicis, respectu vero partis secus.*
17 *Iurisdictio voluntaria eo differt à contentiosa, quia in volentem redditur.*
18 *Iurisdictio, & quasi possessio iurisdictionis probantur per acta, sententias, vel Epistolam.*
19 *Iurisdictione limitata vsque ad certos terminos, index extra illos eam exercere nequit.*
20 *Ordinarij plures, licet habeant in solidum iurisdictionem antequam incipiant actum, si simul incipiam, iurisdictionem imposterum in solidum exercere non possunt.*
21 *Delegati ad vnam causam non habent in solidum iurisdictionem, quamuis secus sit in delegatis ad vniuersitatem causarum.*
22 *Iurisdictio vbi competit pluribus, vt singulis, quilibet habet iurisdictionis exercitium; secus si pluribus vt collegio.*
23 *Iurisdictionis exercitium quilibet habet in solidum, si plures hæredes vnius communiter succedunt in iurisdictione.*
24 *Laici in ciuilibus possunt prorogare iurisdictionem alterius, secus in criminalibus; clerici vero nequaquam neque in ciuilibus, neque in criminalibus.*
25 *Officialis durante officio exire non potest à ciuitate, vbi habet officium.*
26 *Officialis non debet esse perpetuus. Fallit ibidem.*
27 *Officiales scire præsumuntur plura mala, quam alij.*
28 *Ad officium continuandum nemo cogitur.*
29 *Officialis ementis durante officio pœna, & an valeat talis emptio. remissiue.*
30 *Officialis an durante officio contrahere possit, & dare mutuo. remissiue.*
31 *Officialis, quidquid acquirit durante officio, præsumitur ex officio acquisiuisse.*
32 *Officialis perdit salarium, si delinquat in officio.*
33 *Contra officialem committentem furtum, vel barataria plura iura sunt introducta.*
34 *Officialis, & index in officio nihil debent recipere pro iustitia ministranda. declaratur num. 35.*
36 *Officiales possunt contradicere potestati, vel capitaneo male agenti: alias si possunt, & non contradicunt, puniuntur.*
37 *Ad officia debent assumi diuites.*
38 *Officiales renuntiare non possunt nisi cum auctoritate Principis.*
39 *Præsumitur contra illum, qui vult redire ad officium, quod semel rexit.*
40 *Fraudes sunt euitandæ.*
41 *Fraus quandoque fit de nomine ad nomen.*
42 *Contractum, quem quis fecit in fraudem, impugnare nequit ratione dictæ fraudis.*
43 *Limitatio tituli ff. de his quæ in fraudem creditorum.*
44 *Donatio seu alienatio facta post delictum an præsumatur in fraudem. remissiue.*
45 *Fraus committitur ab illo, qui nesciens se soluendo liberat seruum, quamuis mereat libertatem.*
46 *Creditores vbi fraudantur ex pluribus alienationibus an omnes reuocentur alienationes. remissiue.*
48 *Baiulia non debet dari perpetuo.*
49 *Inquisitiones non possunt vltra finem cuiuslibet triennij prorogari. idem num. 67.*
50 *Curia nomen qua comprehendat.*
51 *Consules maris tenent tabulam.*
52 *Iudex appellationum vocatur iudex ordinarius.*
53 *Iudex ordinarius non datur ad aliquam specialem causam. idem nu. 56.*
54 *Iurisdictionem ordinariam qui dent.*
55 *Consuetudo non potest dare mulieri iurisdictionem ordinariam, & merum imperium.*
57 *Priuatorum consensus non dat iurisdictionem.*
58 *Iurisdictio ordinaria, & delegata differunt, & in quibus, late.*
59 *Regimen etiam cadit in brutis.*
60 *Gens non subiecta sibi potest eligere Regem.*
61 *Rex bonus melior est quam bona lex*
62 *Iudex ex officio supplere potest de facto in concernentibus publicam vtilitatem, & testes ministrare.*
63 *Officio iudicis agitur, vbi naturalis æquitas dictat agi posse, licet ex rigore iuris actio non detur.*

Iudex

Digitized by Google

64 *Iudex ſupplet ex officio in his, quæ ſibi conſtant ex inſpectione inſtrumenti.*

65 *Iudex in notorijs ſupplet ex officio etiam poſt cõcluſionem in cauſa.*

66 *In officio iudicis nobili an requiratur libellus, & litis conteſtatio.*

CVm iuriſdictionis officia continuari non debeant,
1 &c. Caſus. Qui † officium iuriſdictionis triennale geſſerit, etiam ſi à tabula abſolutus fuerit, non poterit idem, vel aliud iuriſdictionis officium tenere infra eãdem Vicariam, vel Baiuliam: dempto †
2 illo qui minus anno in præcedẽti triennio rexerit ſub ſpe, quod illud in ſequẽti
3 triennio adminiſtraret. Et † declarat Vicarios, Subuicarios, Curiam, Baiulos, Subbaiulos, Aſſeſſores, Iudices ordinarios, & Capita excubiarũ, ſub dicto iuriſdictionis officio comprehendi. Hoc dicit. Et diuiditur in tres partes: ſecunda, ibi, *ſub quo iuriſdictionis officio*. tertia, ibi, *illos autem*
4 *qui in triennio*. Nota, † quod iuriſdictionis officia non debent continuari, vt hic: ſic *C. de domeſticis,*
5 *& aſſeſſ. l. nemo in prouincijs*. non enim † poteſt quis continuare honores vt *ff. de mu. & ho. l. horum gerendorum*. & *C. de mun. non continuan.* per totũ *li.* 10. Et ſi quis per ambitionem honores, & officia in eodem loco continuauerit, pœna decem librarum punitur: vt *C. de domeſticis, & aſſeſſor. lib. nemo domeſticus*. vide *C. de prin. agen. in re. l. ex agentibus. lib.* 10. Imo debet vacare per quinquennium ab eodem officio, vel ab alijs per triennium, & ãlegatione longinea per biennium: vt *l.* 2. *C. de mu.*
6 *& ho. non conti. lib.* 10. Et † filius in poteſtate dat vacationẽ patri, & econtra, & frater fratri, quando ſtant ſimul in eadem domo, *C. eod. tit. l.* 1. Hoc autem fallit in decurionatu, qui non præſtat vacationẽ ab alijs officijs, vt ibi notatur. Secundo fallit in ſubſidium, quando non ſtant alij idonei: quia tunc qui geſſerunt, poſſunt cõpelli continuare, & de nouo creari: vt *l. bono. §. venult. & final. ff. de mu. & ho.* Tertio fallit, ſi eſt honor cum ſumptu, quem quis poteſt continuare. *l. ſponte. ff. eodem.* Quarto fallit, ſi Princeps proprio motu, & ex priuilegio illum confirmet: nota *glo. ſ.* in *l. ſecunda. C. de auuer. offic. lib.* 10. dummodo non faciat contra has conſtitutiones in Cathalonia, vide & adde, † quæ de hac materia latius notãtur per *Ioan. de Platea inſtit. de pub. iudi.*
7 8 *§. ſunt præterea*. Item † nota, quod non debet permitti aliquid fieri in fraudem conſtitutionis,
9 vel legis: vt *ff. de legi. l. contra leges*. & *l. ſequent*. Et dicitur fraus legi fieri, quando ſaluis verbis legis fit contra mentem: vt dicta *l. contra leges*. &
10 ibi nota. Item † nota, quod officia triennalia non ſunt per duo immediata triennia aliquo loco per aliquem continuanda, etiam ſi à primo triennio fuerit per ſententiam iudicum tabulæ abſolutus: & eſt ratio, quia per hoc multæ fraudes fiebant in abſolutione tabulæ, & ſic erat contra mentem *cap. Item volumus, & perpetuo ordinamus, quod de cætero*. & eſt *cap.* 10. *curia Montiſ-*

albi. ſupra *collatione* 5. vbi prohibetur etiam
11 dari † ſpes de officio, & quod non cõmittatur alteri conſanguineo, &c. vt ibi dicitur: vide & adde quæ ibi notantur. ¶ Super textu, *Cum iu-*
12 *riſdictionis*. de mero, † & mixto imperio ac iuriſdictione, nota per *Doctores* in *l. Imperium. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* de hoc dixi ſupra *collat.* 2. *in* 2. *curia Barcino. cap.* 11. & ſpecialiter reſtitui-
13 mus. ¶ Sed † vtrum concedens iuriſdictionem, in dubio videatur transferre ordinariam, vel delegatam, pro & contra vide *glo. ſ.* in *l. non ambigitur. ff. de legi.* & reſidet, quod in dubio ordinariam, & irreuocabilem, vide ibi *gl. f.* quod facit pro iuriſdictione iudicũ tabulę, adde quę ſcripſi infra *collat.* 8. in *curia Regis Martini. c. Item ſenyor,*
14 *que ſia merce voſtra*. Item nota, † quod iuriſdictio eſt in territorio materialiter, & paſsiue, ſed formaliter, & actiue eſt in magiſtratu. *C. vbi, & apud*
15 *quas. l. ſi.* & † eſt in perſona ius dicentis ſub prædicamento agere, & in perſona ſubiecti ſub prædicamento pati. Sed iuriſdictio in territorio eſt ſub prædicamento vbi, vel ſitus, ſecundum *Bald.*
16 in *l.* 1. *ff. de offi. prefecti vrbis*. Item † nota, quod iuriſdictio non dicitur voluntaria per reſpectum ad iudicem, ſed per reſpectum ad partem: ſecus *Bart.* in prælleg. *l. Imperium*. vbi dicit *Petrus,*
17 quod † iuriſdictio voluntaria eſt quæ in volentem redditur; contentioſa quæ in inuitum, & ſic
18 per reſpectum ad partes. Item nota, † quod iuriſdictio, & quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probantur per acta, & per ſententias. *ff. de offi. prefecti prætorij*. 1. Item iuriſdictio probatur per epiſtolam. *ff. de offi. prefecti vrb. l.* 1. & ibi nota, quod per hæc verba, *fidei tuæ committimus talem cauſam, vel ta-*
19 *le territorium*, datur iuriſdictio. Sed vbi † iuriſdictio limitatur vſq; ad certos terminos, non poteſt ſe iudex de illa intromittere, vltra illos ter-
20 minos *eod. l. §. cum vrbem*. ¶ Item † nota, quod plures ordinarij habent ſolidam iuriſdictionem, antequam incipiant? poſt non, ex quo ſimul inceperunt. Idem de pluribus vide *gl. f.* in *Cle.* 1. *de appel. delegatis ad vniuerſitatem cauſarum*. nota *glo. ſ.* in *l. ſi vna*. alias incipit, *Pomponius, de re iudi.* Sed quod
21 dicitur † delegatos ad vnam cauſam non habere ſolidam iuriſdictionem, verum eſt diffiniendo, ſed vnus ſine alio poteſt interloquutoriam proferre, ſecundum *glo. ff. de re iudi.* dicta *l. Pomponius ſi vna*. alias incipit, *Si vni*. vide ibi in ſi *glo. magna*. videtur ergo, quod etiam in procedendo vterque habeat iuriſdictionem ſolidam, quod credo verum, ſed altero poſſet reuocari, intellige tamen *glo. ſ.* ſecundum *Bart.* in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, ſecus ſi ad vnam cauſam tantum: vt *extra. de offi. delc. cap. prudentiam*. & ibi *Bart.* Item debet ſtari maiori parti iudicum: quod eſt verum. Et maior pars ponderatur in reſpectu ad maiorem dignitatem: dicit ibi *glo-*
22 *ſa.* & vide *Bart.* ibidem. ¶ Item † nota, quod vbi competit iuriſdictio pluribus, vt pluribus, & ſingulis, quilibet in ſolidum habet iu-

Digitized by Google

risdictionis exercitium, secus si pluribus vt collegio, secũdum *Bart.* ibidem. Et vbi iurisdictio spectat ad plures, oportet omnes in sententiando loqui: & an ante sententiam vnus iudex possit alteri comittere motum suum, vel post sententiam
23 eam ratificare, vide *Bart.* ibidem. Sed † si plures hæredes vnius cõmuniter succedũt in iurisdictione, quilibet habet iurisdictionem in solidum, & eius exercitium, secundum *Bar.* ibidem. Si vni Baroni succedat minor, quis iurisdictionẽ exerceat, vide *Bart.* in *l. quedam.* vide in *l. sepe Anduis.* & ibi vide an tutor regat ipsam iurisdictionem. *ff. de re*
24 *iud.* Item † nota, quod laici in ciuili possunt prorogare iurisdictionẽ alterius, secus in criminali; nota *glo.* 11. *q.* 1. *cap. inolita.* secus est in clerico: vide ibi rationem quare secus. ¶ Sequitur in textu,
25 *officia.* dic quod † officialis durante officio extra ciuitatem in qua habet officium, exire non potest. *C. de adno. diuers. iudi. l.* 2. Item officialis de officio non potest exire, & ad ciuitatem accedere, sine licentia superioris. *ff. de offi. rec. prouin. l. nullus.* Et sic officiales, qui mittuntur â ciuitate, redire non debent asque licentia superiorum. Et sic videtur, quod ambaxiatores non debent redire ante completam ambaxiatam: vide quæ dixi *de residentia officialiũ.* supra *collat.* 5. *curiæ Mon-*
26 *tisalbi cap.* 16. *Item quod Vicarij.* Item † nota, quod officialis non debet esse perpetuus: vt *C. de aduo. diuers. iudi. l. sancimus.* Fallit in quibusdam, vt in Cancellario, Vicecancellario, & Regente Cancellariam, vide infra *coll.* 10. *in curia Regine Marie cap. primerament.* & in Gubernatore, Baiulo generali, & alijs, qui consueuerunt poni ad placi-
27 tum. ¶ Item nota, † quod officiales plura mala scire præsumuntur, quam alij: & peiores etiam præsumuntur. *glos.* in *l. facultas. C. de iure fisci. li.* 10.
28 Item † nota, quod ad officium continuãdum, vel repetendum quis non compellitur, imo hic pro-
29 hibetur. Quæ sit † pœna officialis, qui aliquid emit durante officio, & an aliquo casu valeat venditio, vide *Cinũ* in *l. si per impressionem. C. quod*
30 *metus causa.* Et † an tempore officij possit contrahere, vide *C. si certum. pet. l. eos.* & ibi per *glos.* an possit recipere mutuo: & dicit quod non â subditis: sed â non subditis sic. Vide plenius, & pœnã criminalem in *l. quisquis. C. si certum pet.* Et vide ibi
31 *Butrium* & *Cinum*, qui dicunt, quod † quidquid officialis adquirit tempore officij, præsumitur ex officio adquisitum: de quo per *glos. C. de iure fisci. l. defensionis facultas. lib.* 10. adde quæ leguntur & notantur supra *colla.* 4. in 2. *curia Barcinone. cap.* 13. *Item quod aliquis Vicarius.* repete quæ scripsi
32 ibi, & in concor. Item † nota, quod officialis perdit salarium, si in officio delinquit: *C. de vesti-*
33 *bus elo. l. si. lib.* 11. Et contra † officialem furtum, vel barateriam committentem plura iura sunt. *ff. de fal. l.* 1. *§. qui iudicem. ff. ad l. Iuliam repe. l. lex Iulia. §. sed hodie. ff. de concussionibus. l.* 1. *ff. de calum. l.* 1. in *authent. scriptum exemplar.* in *authent. vt iudi. sine quoquo suffra. §. hæc omnia.* & *§. illud.* in *authent. de mandatis prin. §. oportet.* & *§. si quis autem.* in *authent. vt liti. inrent. §. si quis autem ex lit. C. de pœna iudi. qui male iudi.* vide *glos.* in *l.* 2. *§. sed si dedi. ff. de*
34 *condi. ob tur. causam.* Item quilibet † officialis, & iudex in officio nihil debent recipere pro iustitia ministranda: in *authent. de mãdatis prin.* in prin.
35 *collat.* 3. Hoc † intellige, nisi vbi alias à iure reperitur expresse concessum: vide & adde quæ dicam *l. ead. cap. si ratione executionis.* & *c. quia in sententijs.* & *colla.* 9. in *curia domini Ferdinandi. cap. los salaris.* cum concor. supra *colla.* 3. *curiæ Montissoni.*
36 *cap.* 3. Item † nota, quod officiales possunt contradicere potestati, vel capitaneo male agenti: & vbi possunt, & non contradicunt, puniuntur: vide *l. omnes. C. de decurio. lib.* 10. Et ibi, quod possint contradicere capitaneo torquenti, vbi torqueri non debet, de hoc *C. de appel. l. quoniam.* &
37 *extra. de sent. excom. cap. quante.* ¶ Item † nota, q̃ ad officia debent allumi diuites: vt *l. ad subeunda. C. de decurio. sub.* & qui oderint auaritiam, iuxta consilium Hieronymi, & habetur *Exodi* 18. *cap.*
38 Item nota, † quod officiales non possunt renunciare, nisi cum auctoritate Principis, & sic non possunt renunciare in manibus illorũ, à quibus electi fuerunt: *C. de defen. ciui. l. nulli.* ¶ Sequitur in textu, *continuari non debeant.* concor. dixi supra *in notabilibus.* & adde infra *collat.* 10. *in curia domine*
39 *Marie. cap. comsegons*, &c. Et † nota, quod de iure præsumitur valde contra illum, qui vult redire ad officium, quod semel rexit: quia est præsumptio prędę. vt notat *Ioan. de Platea* in *l. nullus approbatorum. C. de diuersis officijs. lib.* 12. ¶ Sequitur in
40 textu: *vt euitetur fraus.* nota † pro fraudibus euitandis, vt dixi supra *ead. colla.* in *curia Perpiniani. cap. ad excludendum fraudes.* & *cap. ad euitãdum.* &
41 *cap. vt fraudibus in notabilibus.* Item nota, † quod fraus fit quandoque de nomine ad nomen. vt *l. ne-*
42 *mini. C. de aduo. diuer. iudi.* Sed † quis non potest contractum, quem fecit in fraudem, impugnare ratione fraudis: *C. de reuo. dona. l. cum confitearis. C. de seruo. pig. da. ma. l. si creditoribus. C. de ijs quæ in frau. credi. l. filio.* vide *Bart.* in *l. post contractum. ff. de*
43 *dona.* Item † nota limitationem ad totum titulum *de his quæ in fraudem credi.* vt alienata in fraudem per reuocatoriã reuocentur: hoc habes verũ, quando emens fraudem ignorauit; alias si est sciens, cõtractus est nullus ipso iure, nec est opus reuocatoria: *ff. de priui. cred. l. ait prætor.* vide *Bal.* in
44 *l. ob maritorum. C. ne vxor marit.* Item † an donata, vel alienata post delictum præsumantur in fraudẽ, vide *C. de dona. inter virum, & vxorẽ. l. res vxoris.* vide *Butrium* in *l. maritus. eod. tit.* & *ff. de dona. l.*
45 *post contractum.* Item † nota, quod non excludit fraudẽ in manumittẽdo seruum meritum, ab eo qui nescit soluẽdo esse: *ff. qui, & à quibus. l. semper.*
46 ¶ Item † nota, quod vbi ex pluribus alienationibus fraudantur creditores quæ & an omnes reuocẽtur, vide *ff. eod. tit. l. si quis.* ¶ Sequitur in text. *cõstitutionis edita.* dic quæ supra *colla. proxi. cap.* 12.
47 vbi † prohibetur etiam dari spes regendi officium,

Digitized by Google

cium,donec tenuerit tabulam de eo quod rexerit in triennio præcedenti. ¶ Sequitur in tex. *triennale*,ſubintellige quod nequit ad vitam cõcedi: vt in *c. prohibemus.in curia domini Ferdinandi colla.9.*& in *cap.com ſegons*, prælleg. ¶ Sequitur in tex.*idem,vel aliud iuriſdictionis*. Nota,quia hic non repetit triennale ; vnde videtur prohibere etiam aliud non triennale,dummodo ſit officium gerens iuriſdictionem.Sed tamen de quibus officijs hoc debeat intelligi , declarat inferius,ibi, *ſub quo iuriſdictionis officio*.¶ Sequitur in tex. *infra eandem Vicariam*. ergo non prohibet gerere officium etiam iuriſdictionis & triennale in alio loco extra Vicariam , & Baiuliam , intra quas prius rexerat.Et hoc verum,dummodo prius fuerit à tabula per ſententiã abſolutus:prout cõtinetur latius in prædicta *conſtitutione, Item volumus*, de qua in præſenti mentio habetur, & pro cuius declaratione præſens emanauit. ¶ Sequitur in tex. *Baiuliam*. Notat dominus *Antonius de Butrio*, † quod Baiulia non debet dari perpetuo, nec vltra ſex menſes:vt *ff. de origine iuris. l. 2. §. populo* . ¶ Sequitur in tex. *abſolutus*. hoc faciebat dubium,& videbatur contra in prealleg.conſtitutione.Sed in his fraudes committebantur;ideo emanauit preſens capitulum : verum quia poterat dubitari;quæ officia ſub dicto iuriſdictionis officio comprehenderentur; ideo hic ſubijcit *ſub quo iuriſdictionis officio*, &c. Et intellige ſane iſtã litteram,& nota verbum, *fuerit abſolutus*:quia licet fuerit à tabula abſolutus , non tamen poteſt officium illud,vel ſimile continuare in eodem loco in ſequenti triennio. Et quod excipitur infra *eod.verſ.illos autem*. ſolum excipit à dicto conſtitutionis curię Montiſalbi, de qua præmiſit , ſcilicet,quia licet abſolutus à tabula non poſsit in eodem loco continuare illud,vel ad aliud officiũ habere ſpem, &c. hoc fallit in eo,qui minus anno rexerit de triennio proximo lapſo , dummodo de illo minus anno fuerit abſolutus, quia nul latenus poteſt fieri conſtitutio,niſi de priori etiã minus anno fuerit abſolutus: quia † inquiſitiones non poſſunt vltra finem cuiuslibet triennij prorogari.vt ſupra *colla.4.in 3. curia Barcino. c.7.* Et pro hoc intellectu eſt caſus,infra *colla.9.in curia domini Ferdin.cap.contra la penſa.* & *c.prohibim.* vide quæ in eis ſcripſi;nam & per illa duo capitula,quę ſunt poſteriora, etiam videtur hæc cauſa reuocata per *cap.licet Romanus.extra. de conſtit. lib.6.* ¶ Sequitur † in tex. *curia*. Hoc nomen eſt generale comprehendens officia ordinaria triennalia ad tabulam aſtricta,& etiam latius capitur. *ff.de ori.iur.lib.2.* & per hoc alias dixi quod comprehendebantur † conſules maris , licet ſint annuales : quia tenent tabulam, & de eis videtur ſubeſſe eadem ratio. Alij vero contra dicunt hic nomen *curia* accipi ſtricte pro officiali ſic vocato,vt eſt in ciuitate Illerdæ. adde quę dicã infra *colla.proxim.curia Dertuſæ.in proœmio.* ¶ Sequitur in tex.*ordinarios*. Secus forte eſt † de iudice appellationum: licet ſit ordinarius ipſarum appellationum:non enim eſt ſimpliciter vocatus ordinarius,ſed vocatur iudex appellationum , licet videatur de eo eſſe eadem ratio . Nota † tamen, quod ordinarius non datur ad aliquam ſpecialem cauſam : *ff. de iudi. l. cum proponebatur. in gl. f.* Item † nota, quod ordinariam iuriſdictionẽ dat Princeps,conſuetudo, lex, populus, vniuerſitas. *gl. in l. & quia.ff.de iuriſdict.omnium iud.* Et quod dictum eſt de conſuetudine, intellige de conſuetudine populi,qui poſſet illam dare,ſeu vniuerſitatis.vide *Petrum in l.more.*ad fi. *ff.eod.tit.* vbi dicit,quod dicitur de conſuetudine , eſt verum in voluntaria,non eſt in contentioſa : ſed hoc non tenet.Sed † an conſuetudo poſsit dare mulieri iuriſdictionem ordinariam,& merum imperium, vide ibi,qui dicit,quod non:licet poſsit dare caſtro.vide *Dect.extra.de arbi.c.dilecti.*Et † qui poſſint dare iuriſdictionem ordinariam,vide *Azonẽ in Summa.C.de iuriſdict.omnium iud.§.ſed illud.* vbi ponit verba *Inoc.in cap.cum ab Eccleſiarum.extra. de offic.ordi.* Et inter alia notanter dicit , quod non † dat iuriſdictionem priuatorum conſenſus etiam plurium,niſi fuerit vniuerſitas,niſi talis ſit qui habeat iuriſdictionem; alias nemo dat quod non habet ; vt dictum eſt ſupra.vide *Petrum in l. more.* prealleg.quod notat idem *Inno.*ibi. ¶ Itẽ † nota differentiam inter ordinariam iuriſdictionẽ, & delegatam;quia ordinaria non expirat morte mandantis;ſed delegata ſic re integra.Fallit in Inquiſitore hæreſeos:vt *extra.de hæreti. cap.ne aliqui.lib.6.*Item delegatus non ſubdelegat ; niſi ſit datus à Principe;ordinarius ſic.*ff.de iuriſdict.omnium iudi.l.more.*& *l.ſequen.* ¶ Sequitur in tex.*rexerit officium*.nota † quod regimen cadit in brutis,qui habent propriam naturalem facultatem ſibi inſtinctu naturæ datam. Vnde piſcis regit natando,& ſigna *glo.in l. 1.ff.de iuſti.& iure.§.ius naturale.*Item † nota, quod gens non ſubiecta poteſt ſibi eligere Regem, ſi non ſubeſt Imperatori: & ita factum fuit in Aragonia de domino Ferdinando poſt obitum Regis Martini. vide *Bal.in l. hoc iure.ff.de iuſt.& iure.*adde quod factum fuit de Rege Caſtellę,& poſtea de Rege Petro Quarto, qui fuit nepos domini Iacobi quondam Comitis Vrgelli,& fuit per populũ electus,& requiſitus: deinde Renatus . Sed poſtea fuit admiſſus Rex Ioannes domini Ferdinandi filius.Et † nota φ melior eſt bonus Rex,quam bona lex.*C.de his qui ad Eccle.confu.l.præſenti.*per *Bal.in dicta l. hoc iure.* Item nota,quod ex officio poteſt iudex ſupplere de facto in concernentibus publicam vtilitatem,& teſtes producere.*glo.in l.4.de condi. ob tur. cauſam*,quę incipit,*Imo conuentum* . Item † nota, quod vbi naturalis æquitas dictat agi poſſe: licet non detur actio propter rigorem iuris,agitur officio iudicis:dicit tex.in *l.ſeruo alieno.§.1.ff.de legatis primo.*& in *l.filiusfami. §.vt quando quis hæredem.eod.tit.in glo.*& in *l.ſeruus. de an. leg.* An iudex inchoato proceſſu poſsit teſtes producere,

vide

Digitized by Google

vide *Bart. in l. is apud quem. C. de edend.* Item nota,
64 quod † iudex ſupplet ex officio in his quæ ſibi conſtãt ex inſpectione inſtrumenti. *tex. & Bar. in l. age. C. de tranſac.* Item ſi liqueat ex actis. Et dicit *Odo*, quod poteſt ſupplere in his quæ ſibi cõſtant ex actis: vt *C. de appel. l. appellationem.* & *l. in reſtitutorijs.* Item dicit *Gui. in l. cum debitores. C. de iudi.* quod iudex ex officio poteſt condemnare de expenſis ante litis conteſtationem, etiam non facta petitione ſuper eis, quod vide latius per *Antonium de Butrio* in *cap. finem. extra. de dolo &*
65 *cont.* Item † in notorijs etiam poſt concluſionẽ in cauſa ex officio ſupplet, vt notat *Gui. in auth. ſubemus. C. de iudi.* Item etiam de facto ſupplet iudex in cõcernentibus publicam vtilitatem, quã do procedit contra abſentem, non alias, vt dicit
66 *Bar. C. vt qua adue. de. l.* 1. Item † nota, quod in officio iudicis nobili exigitur litis conteſtatio, & libellus: quando intentatur ſuper non liquidato, ſecus ſi ſuper liquidato. Vt quando intenditur officio iudicis, ſubaudi qui ſententiam tulit, vel eius ſucceſſor, alius non; niſi ad requiſitionem. vide *in curia Regis Ferdinandi. cap. E los aduocats.* §. *E los juges.* pro executione rei iudicatæ, vel miſsione facienda contra contumacem: vide *Bar. in l. ſuue e cauere. ff. de offi. iudi.* & adde quod notat idem *Bar. eod. tit. l.* 1. *in vlti. q.* ¶ Sequitur in tex. *nolumus comprehendi in conſti. præſenti.* ſcilicet quæ prohibet continuationem fieri, etiam ſi fuerit abſolutus, quia dummodo ab illo minus anno fuerit abſolutus, poterit continuare, & habere ſpem regendi in officio eiuſdem loci triennio ſequenti. Non enim excipit niſi â conſtitutione præſenti, quia non excipit ab alijs conſtitutionibus quę prohibent teneri aliud officium etiã
67 alibi, donec fuerit abſolutus: quia † inquiſitiones vnius triennij non poſſunt aliquatenus ad ſequens triennium prorogari, vt dixi ſupra *eod.* ſuper verbo *abſolutus*: & hoc probatur clare in dicto *cap. 7. Item ordinamus de conſilio. ſupra colla. 4. curiæ 3. Barcinonæ. in* §. *Et ſi curiæ generales prorogabantur*, &c.

Ne fiant conceſsiones in potentiorem. Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 *Leges prohibentes ceſsiones fieri in potentiorem, locum habent in perſonis Regis, Reginæ, & ſuorum officialium.*
2 *Leges Romanæ in Cathalonia diſponunt in defectum iuris municipalis.*
3 *Potentior quis dicatur tam ratione diuitiarum quam officij.*
4 *Titulus* C. ne liceat potentioribus, *quando locum habeat.*
5 *Officiales Regij per conſtitutionẽ dicuntur potentiores.*
6 *Præſumitur contra potentes, quorum natura eſt vt opprimant pauperes.*
7 *Metus iuſtus præſumitur ratione poteſtatis.*
8 *Alienatio facta in potentiorem, vel in exiſtentem de alieno foro equiparantur.*
9 *Ceſsio facta vxori vel filijs officialis non valet.*
10 *Donationes officialibus fieri non poſſunt etiam per interpoſitam perſonam.*
11 *Leges prohibentes ceſsiones fieri in potentiorem qualiter declarentur.*
12 *Lex gotica prohibens ceſsionem in alium rei, quam cedens incepit petere, traditur.*
13 *Fraudem allegans probare tenetur.*
14 *Dolus probatur ex perſpicuis coniecturis.*
15 *Titulus* C. plus valere quod agitur, *in quibus procedat.*
16 *Ceſsionarius eſt procurator in rem ſuam.*
17 *Ceſsio, ſi facta fuerit in perſonam pauperem, ad effectũ vt reus trahatur ad Audientiã Principis, an nulla.*
18 *Conſtitutio hæc, ne fiant ceſsiones in potentiorem, eſt declaratoria iuris communis, & non correctoria.*
19 *Diuitiarum ratio multum attenditur in iudicijs.*
20 *Litigioſa res dari non poteſt Reipublicæ inſolutum.*
21 *Fiſcus ſuſcipere non poteſt mandatum pro defenſione priuati.*
22 *Ceſsiones non valent niſi contineant iuſtam cauſam vel titulum.*
23 *Ceſsione facta cauſa mutandi iudicij quando vti non poſsit ceſsionarius.*
24 *Dolus requiritur, vt habeat locum edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta.*
25 *Pretium habens rem ipſam habere videtur.*
26 *Edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta locum habet in iudicio nondum perpetuato.*
27 *Ceſsio actionis vbi non valet, cedens eam experiri poteſt in iudicio. limitatur ibidem.*
28 *Litigioſi materia remiſsiue. & num. 49.*
29 *Litigioſi vitium habet locum, ſi pro iure incorporali agatur ſecundum* Innoc*ẽ. ſed ſecundum alios contra. vide num. 42.*
30 *Poſſeſsio in alium translata lite pendente finita per ſententiam reuocatur, & allegantur* deciſiones Rotæ Romanæ.
31 *Litigioſam rem alienãs qua plectatur pœna, remiſsiue.*
32 *Priuilegium impetratum lite pendente an valeat.*
33 *Litigioſa res vel actio quando dicatur ſecundum ius antiquum, & nouum.*
34 *Litigioſi vitiũ contrahitur vbi res petitur actione realis, ſecus ſi perſonalis.*
35 *Contractus factus de re litigioſa eſt nullus. declaratur ibidem.*
36 *Creditor ſoluenti an & quando teneatur cedere actiones remiſsiue.*
37 *Exceptio cedendarum an & quando obſtet creditori remiſsiue.*
38 *Litigioſi vitium aliquando contrahitur in actionibus realibus & perſonalibus. declaratur ibidem.*
39 *Actiones vel res quando litigioſæ dicantur, ſub diſtinctione traditur.*
40 *Litigioſam rem non facit litis perſonalis motio.*
41 *Lis mota in iudicio vniuerſali impedit alienationem rerum petitarum. fallit ibidem.*
43 *Ceſsionarius vtrum debeat facere fidem de ceſsione. remiſsiue.*
44 *Vtilis actio ſine actione quod competat, ſex traduntur caſus.*

Domi-

45 *Dominium ſicut in corporalibus non tranſit ſine traditione, ita nec in incorporalibus ſine ceſſione.*
46 *Ceſſio ſi fiat duobus ſucceſſiue, quis eorum præferatur. remiſſiue.*
47 *Lis pendere quando dicatur. remiſſiue.*
48 *Litigioſi vtilium non contrahitur per ſolam citationẽ, niſi in rei vendicatione.*
50 *Lite pendente nihil eſſe innouandũ quando verificetur.*
51 *Lite pendente an ſit licitum innouari remiſſiue.*
52 *Actio iniuriarum an cedi poſſit.*
53 *Actio iniuriarum, & alia annales perpetuantur per libellum.*
54 *Inſtantia iudicij poteſt cedi.*
55 *Actio ex delicto cedenda.*
56 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario. declaratur ibidem.*
57 *Ceſſio præſumitur ſimulata in ſeptem caſibus remiſſiue, licet dubitetur an ſit vera.*

LEges Romanas prohibentes ceſſiones, &c. Caſus. Hic declaratur leges Romanas † prohibẽtes ceſſiones in potentiorem fieri, in perſonis Regis, Reginæ, filiorum ſuorum, theſaurarij, & aliorum officialium ipſius domini Regis locum habere. Hoc dicit. ¶ Nota † hic, leges Romanas debere ſeruari in Cathalonia: quod eſt verum in ſubſidium, vel vbi expreſſe cauetur in huiuſmodi conſtitutionibus Cathaloniæ: vt hic dicitur. Et ſimile eſt de legitima filiorum: vt ſupra *colla. 5. in curia Montiſalbi. c. 28. Item dicimus, & ordinamus, quod in illis locis*, &c. vide, & adde quæ ibi ſcripſi: & in *curia domine Maria. c. Aſſats es coſa ridiculoſa.* infra *collat. 10. Et in curia Regis Martini. cap. Item ſenyor quels Canceller.* & infra *colla. 9. curia domini Ferdinandi. cap. Per tal que les ley*. vide quæ in eis latius ſcripſi. Secundo † nota, potentiorem dici tam ratione diuitiarum, quam ratione officij. *Bal.* tamen ſuper *Innocent. extra. de alie. mu. iudi. cauſa fac. cap. ex parte ſcabinorum*, notauit, quod tunc dicitur ceſſio facta potentiori, vt locum † habeat ille titulus *C. ne. li. potentioribus.* quãdo fit ei, qui ratione iuriſdictionis poteſt inferre maiorem fauorem, alias ſi minacem ſeruorem, non, ſi aliter fiat potentiori: vnde licet ceſſio fieret clerico, non habet locum ille titulus, niſi ille clericus iuriſdictionem haberet in laicos. ¶ Nota † tertio, quod omnes officiales Regij hodie per hanc conſtitutionem dicuntur fore potentiores: in tantum quod prohibentur in eos fieri ceſſiones, quę tamen factæ forte non valerent. Sic quidam dicunt tutores poſſe dici potentiores, ſi eis fiat ceſſio nomine pupillorum: vt *C. qui dare tu. po. authen. minoris.* vbi de hoc. & vide per *Azonem in Summa. C. ne li. poten.* ¶ Vide litteram. *leges Romanas*: dic quę ſunt, *C. ne li. po. l. 1. & 2.* & de hac materia lege, & nota in alleg. *cap. ex parte ſcabinorum.* Sequitur in tex. *in potentiorem.* Nota † præſumi contra potentes, quorum natura eſt vt opprimant pauperes: vt *l. 1. C. de cenſi. & cenſito. lib. 12.* & ibi *Joan. de Platea.* & ratione poteſtatis præſumitur iuſtus metus in tantum, quod ſtatur huic præſumptioni, niſi contrarium oſtendatur; vt puta vaſſallus dicit dominum coegiſſe, & ab eo indebita ſeruitia exegiſſe, & per metum feciſſe; tũc dominus habet probare, quod gratis fecerit: ad hoc *C. ſi rector Prouincie. l. vnica.* & *l. 2. ff. quod metus cauſa.* & *l. ſi. ff. de condi. ob turpem cauſam.* vide *glo. & Butriũ. extra. de reg. iur. cap. quod latemer.* Sequitur in tex. *tam ratione diuitiarum, quam officij.* Nota, quod dicitur aggrauari conditio exigere habentis, quãdo arctatur ad agendum in alieno foro. Et ęquiparatur † an res alienentur in potentiorem vel de alio foro exiſtentem. *ff. ſi ex noxa. cap. agatur. l. 1. §. 2.* ſecũdum *Ant. de Butrio.* Vnde etiam Imperator non vult inſtitui hæres in re litigioſa: vt *l. penul. ff. de hæred. inſti. & inſti. quibus mod. teſt. infir. §. eadem ratione.* & adde ſupra *colla. 2. cap. Item quod nos, & filij, & ſucceſſores noſtri*. Quid † ſi aliquis donauit actionẽ ſeu ceſſit, non ipſi officiali, ſed eius vxori, vel filijs? Dic quod non valet talis donatio, vel ceſſio, per notata per *Bar. in dicta l. 1. C. ne liceat potentioribus.* vbi dicit, quod ſiue præſtetur patrocinium palam, & publice, ſiue per interpoſitam perſonam, & ſiue procuretur patrocinium ipſius officialis, ſiue alicuius familiaris ſui, habet locum dicta lex. idem *Cinus* & *Paulus de Caſtro.* & alij, & *glo.* ad hoc facit *l. 1. C. de contractu iudi.* vbi † prohibentur fieri donationes officialibus, & eorum conſiliarijs & domeſticis, etiam per interpoſitam perſonam. Facit etiam *l. 1. C. ſi rector Prouincie:* vbi illa prohibitio extenditur ad filios domeſticos & propinquos. Facit etiam *l. eos. C. ſi cert. peta.* vbi prohibentur officiales cõtractare per ſuppoſitas perſonas. Qualiter † autem, & quando dictæ leges prohibeant ceſſiones in potentiorem fieri, diſtingue: quoniam aut fit ceſſio in potentiorem ratione officij publici, aut adminiſtrationis publicæ, cui præeſt. Et tunc aut eſt in maiori adminiſtratione, vel officio conſtitutus; vt puta, Gubernator, Vicarius, Baiulus, & huiuſmodi, qui ratione officij poteſt eſſe terribilis aduerſario: vt *C. quod metus cauſa. l. ſi.* & *C. ſi quacumq. po. prædi. l. vnica.* & *C. ſi rector Prouincie. l. vnica.* & tunc ceſſio eſt nulla, & cedens iactura cauſæ afficitur, ſiue ſit actor, ſiue reus, quia eſt eadem ratio: vt *C. ne li. po. l. 1. & 2.* & in alleg. *cap. ex parte.* & facit dicta *authen. minoris.* In † Gotis, *lib. 5. tit. 4. cap. 9.* eſt *lex* ſequens: *Non liceat vendere, nec donare, nec transferre in aliquo loco rem poſitam in contentione, ideſt, quam alter cœpit petere, aut poterat rationabiliter petere.* Aut eſt in minori officio, ſeu minori adminiſtratione conſtitutus, vt ſunt decuriones, porterij, ſagiones, notarij, ſeu ſcriptores curiæ, & tunc non habet locum titulus ille, *ne li. po.* vt ex illo capite vitietur ceſſio: vt *C. de adu. diuerſ. iu. l. 2.* Si vero ceſſio fit in potentiorem non ratione officij ſeu adminiſtrationis, ſed ratione diuitiarum vel loci, & tunc aut fit bona fide, & hoc cõſtat, & valet: vt *C. de procura. l. qui ſtipendia.* & ibi nota,

nota, aut fit in fraudem, & hoc constat; & tunc habet locum ille titulus *de alienat. mm. indi. causa facta*: quia cessio tenet, nisi aliud impediat. Sed cedens tenetur aduersario, contra quem facta est cessio actione in factum ad interesse. *ff. de alie. mm. in. causa facta. l. pennl. & vlti.* Aut est dubium vtrũ fuerit facta cessio bona fide, vel in fraudem, & tunc præsumitur bona fides: contrarium videntur tenere *Bal.* & *Paulus de Castro* in dicta *l. qui stipendia*. Imo si fiat potentiori cessio, nisi ostendatur iusta causa, vel sit persona coniuncta, præsumitur fraudulenta, & causa liti redimendæ, nisi
13 fraus probetur, quia † qui fraudem allegat, probare tenetur: vt *ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolo.* & *ad l. Iuliam repe. d. vltima*: & hoc tenent *Doct. C. de procura. l. qui stipendia.* & *C. ne li. pot. l. vlti.* & ibi hũc distinctionem ponit *Henricus in cap. 1. de alie.*
14 *mm. in. causa fac.* Probatur † autem dolus ex prospicuis coniecturis: vt *l. dolum. C. de dolo.* Et hæc distinctio procedit de iure communi, secundum
15 *Henr. in alleg. cap. ex parte*: Nota † quod titulus *C. plus valere quod agitur, &c.* non habet locum in actione cessionis simulatæ in odium debitorum: quia tunc admittitur cessio, sicut & vbi præsumitur simulata. Sed in donationibus & contractibus aliarum rerum, simulatarum locum habet ille titulus, vide *Azonem in Summa. C. ne liceat potentioribus pat. liti præstare*. Vnde si fuerit facta cessio alicui, licet simulata, non tamen in fraudem, vel vt vexetur debitor, non potest debitor dicere de simulatione, quia sua non interest, ex quo debitor est, & habet soluere cessionario, vel ce senti. Cogita, quia sæpe contingit, & vidi alias dubita-
16 ri: quia † cessionarius est procurator in rem suã, & sic potest agere nomine domini actione directa: vide *Doct. in cap. ex parte. extra. de alie. mm. indi.*
17 *causa facta*. Verum † quando cessio est simulata facta in personã miserabilem, ad hoc vt reus trahatur ad Audientiam Principis, videtur nulla, quasi facta in potentiorem ratione diuitiarum cũ habeat miserabilis aduocatum, & procuratorem & notarium francos, & sigilla. Sed tamen hic per hanc constitutionem, quod in omnibus officialibus Regijs cuiuscumq. præeminentiæ aut status fuerint, locum habeant dictæ leges prohibentes fieri cessiones in potentiorem, & ita indistincte tales cessiones sint hodie in hac patria prohibitæ, & sic nullæ per hanc constitutionem, & quidam hanc opinionem tenuerunt in quadam quæstione cuiusdam clami pacis & treugæ posit querelati comparitionem cessionati in quendã scriptorem curiæ Vicarij. Sed eorum & quorumcumq. melius me sentientium salua determinatione, & sententia, licet ipsa quæstio adhuc hodie de facto pendeat indecisa, ego sum contrarię intentionis: nec est credendum quod dominus Rex per hanc constitutionem voluerit tollere vnico verbo tot leges, & iura communia prædicta de materia huiusmodi loquentia, arg. *l. si quando. C. de*
18 *inoffi. testa.* & huiusmodi † constitutio est declaratoria, & non correctoria; & propterea declarat omnes officiales Regios, & personas potentes, & titulum, *Ne liceat potentioribus*, habere locum in omnibus officialibus Regijs, in alijs vero officialibus Ciuitatum, Villarum, Baronum, & Deputationis, & Prælatorũ seruentur iura Romana & distinctiones ibi positæ per *Doct.* quod probat text. ibi, *declaramus locum habere*, &c. Et expedit iura iuribus concordare: vt *extra. de elec. c. cum expediat. lib. 6.* nec est par ratio habenda de cessione facta in Principem, vel eius magnum officialem, sicut de cessione, quæ fieret in sagionem vel scriptorem; & ideo caute hic loquitur textus in plurali, *& eas inuiolabiliter obseruari*. & dic *eas*, scilicet leges Romanas prohibentes cessiones fieri in potentiorem, tam ratione officij, quam diuitiarũ.
19 Nam hęc ratio † diuitiarum multum debet attẽdi in iudicijs: quia pauper audiri contemnitur. *11. q. 3. c. pauper.* & in *c. ecclesiast. Non litiges cum potente*. Et ideo dixit Anselmus Turmeda: *Si pledejais dimes hajats*, &c. Et Curia Romana non vult ouem sine lana. Et tamen vltra est prohibitio de potentiori ratione officij, & alia ratione diuitiarum, vt patet per præd*ict*a, & debet intelligi littera, *Singula singulis referendo*: vt in officialibus maioribus cessio sit omnino nulla per *tit. ne li. pot.* Sed in minoribus officialibus distinguat ratio diuitiarum, & bonę fidei, vel malæ fidei, & sic in eis habebitur ratio ipsarum legum prohibentium tam ratione officij, quam prohibentium ratione diuitiarum: alias frustra dixisset, *tam ratione diuitiarum*, si in minoribus haberet locum *tit. ne li. poten.* Et hanc interpretationem declaratiuam recipiunt huiusmodi cõstitutiones, iuxta notata per *Iacobum de Celicio in 4. dubio sui Directorij pacis, & treugæ. in vers. Tertio quæro.* & hunc intellectum etiam consuetudo interpretatur, quæ est legum optima interpres. *extra. de consue. cap. cum dilectus.* & *ff. de legibus. l. si de interpretatione*, videmus enim inconcusse seruari, quod sagionibus, notarijs, & scriptoribus curiarum fiunt cessiones, & eis ac de ipsis ius redditur: quia non ipsimet de per se, sed per alios iudices, & officiales habent facere exe cutionem & cessat in eis ratio potentiæ, qua infertur metus per magnum officialem haben-
20 administrationem iurisdictionis in illum, contra quem facta fuerit cessio. Item † nota, quod res litigiosa non potest dari Reipublicæ insolutũ: vt *C. ne fiscus, vel Respublica procuratoris patrocinij causa in litem præstet.* in *l.* 1. Nec potest Respublica ex causa donationis actionem litigiosam vel
21 dubiam suscipere: vt *C. eod. l. cum allegas.* Nec potest fiscus suscipere procurationem ad defensionem priuati: vt *C. eod. tit. l. ad fraudem.* Sed nec propter remissionem debiti debet contra alios suscipere procurationem ex parte actoris, nec ex parte rei: vt in *authen. abhorreat. C. eod. tit.* Et idem est in quolibet aduocato, vt huiusmodi pactum facere non possit: vt *C. de postul. l. quisquis.* alias, *si quis.* quæ est canonizata. 3. q. 7. §. *item.* quod dic vt

no-

Digitized by Google

22 notatur infra *eod.colla.c.in ciuitatibus.* ¶ Itē † nota,quod ceſsiones non ſunt, nec valent, niſi iuſtam cauſam vel titulum contineant : nota *Gui. in Spe.tit.de pac.§. 1.verſ.Finis autem.* & *extra.de fide inſtrument. c. ſi cautio.* Sed vt huiuſmodi ceſsionis materia plenius hic habeatur, quæro quid
23 quādo fit ceſsio cauſa mutādi iudicij? Et dic, † ꝙ vbicūq.fit ceſsio cauſa mutādi iudicij per cedentem, & hoc fit dolo malo cauſa opponendi duriorem aduerſarium, non poteſt experiri ceſsionarius. ſed ſolum cedens, ſecundum *Bal.* qui ita notat in *l.cum mules.ff.de alie.mu.iudi.cauſa fac.*
24 ¶ Item nota † quod ad hoc vt iſtud edictum *de alie.mu.iudi.cauſa facta.* locum habeat, requiritur dolus, & ꝙ alienatio fiat cauſa mutandi iudiciū ſecundum *Bal.in l.item ſi res. §.itemq.ff.eod.tit.* Vnde ſi quis ideo rem donauerit, quia litem execratur,& mauult re carere,non videtur dolo facere: vt legitur,& notatur in dicta *l.item ſi res. §.poteſt autem quis,* &c. Secus eſt ſi permutauerit, vel
25 vendiderit: quia habet pretium æquipollēs, vel
26 rem habere videtur, vt ibi nota. Item † nota quod iſtud edictum locum habet etiam iudicio nondū perpetuato, & ſic nō eſt neceſſaria libelli oblatio,nec citatio,ſecundum *Bal.in l. ex hoc edi-*
27 *cto.§.ait prætor.ff.eod.tit.* Item † notat *Bal.* ſecundum *Imo.* in alleg. *c.ex parte ſcabinorum,* quod vbicumq.ceſsio actionis non tenet, ibi cedens eam in iudicio deducere poteſt. Fallit vbi ceſsio facta fuerit potentiori, vt vbi actio fuerit pro parte vēdita,& pro parte donata, quia his duobus caſibus,nec cedens, nec ceſsionarius agit ſecundum
28 *Bal.* ¶ Sed † de materia litigioſi vide hic quæ notantur latius per *Henr.Boich* in alleg. *c. ex parte in*
29 *1.di.* Vnum tamen nota † quod vitium litigioſi,habet locum etiam ſi pro iure incorporali agātur,ſecundum *Innoc.* & *Bal.* qui ita notant *extra. de reſtitu.in integrum.c.2.* ſuper verbo *inhibentes.* & *de arbi.c.ex parte in glo. Innoc.* ſuper verbo, *inhibe.* vbi etiam dicit,quod & ſi non haberet locū pœna litigioſi in incorporalibus, tamen haberet locum pœna translatę actionis, vel iuris dubitatio.
30 Item eſt *concluſio Rota* 366.quod † reuocatur poſſeſsio in aliū translata lite pendente, quæ finitur per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt in alia *cōcluſione* 461.& 483. & adde quæ ſcripſi ſupra *coll.2.in curia 2.Barcin.c.59. Itē quod nos, vel filij & ſucceſſores noſtri,* &c. vbi Rex non poteſt emere, vel alias adquirere Baronias, vel alias res
31 in contenione poſitas. ¶ Sed † qua pœna puniatur alienans rem litigioſam,& is,in quē alienatur, vide latius per *Henr.Boich extra. vt lit.pen. c.Eccleſia ſanctæ Mariæ. in 1. di. verſ. Si quæras quæ*
32 *pœna,* &c. ¶ Et † an valeat priuilegium impetratum lite pendente. vide *Henr.eod.tit. in c.dilectus.*
33 ¶ Et † ad videndum quando res dicatur litigioſa,vel actio ſit litigioſa,debes ſcire quod duplex eſt modus contrahendi vitium litigioſi,vnus eſt ſecundum iura antiqua per litis conteſtationem. *ff.& C.de litis conteſt.& C.de litigio.l.2.& l.ſi.* Præterquā in actionibus vniuerſalibus: vt *ff.de peti. hære.& familiæ erciſc.* vbi vitium litigioſi contrahitur etiam ante litis conteſtationem,mota controuerſia,vt legitur,& notatur *ff. de peti.haredi.l. diuus.& ff.familiæ erciſc.l.alienationes.* & *C. de peti. hære.l.poſt motam.* ſuper his vide *Cle. 1. vt lite pen. nil innouetur.* & quæ ibi per *gloſ.* & *Ioan. de Imola.* Secundus modus eſt ſecundum iura noua authēticorum per ſolam conuentionem petitionem continentem, vel vna cum petitione facta in rei venditione,& ille modus habet locū tantū in rei venditione: vt in *authen.de litigio.§.1.colla.8.& C.*
34 *de litigioſis. authen. litigioſa res eſt.* Et † dic,quod materia litigioſi ſolum habet locum vbi quis petit rem tanquam ſuam, ſecus autem vbi dicit rē ſibi debitam. *C.de litigioſis.l.vlti.* in prin. ſecundū *Innoc.& Hoſtien.extra.de conſti.c.cum Ma.* vide *Doct.*
35 *in l.lite.C.de litigioſis.* Et † notandum, quod contractus factus de re litigioſa, eſt nullus; quod eſt verum,ſi fiat lite pendente,ſecundum *Bart.in l.ſi. C.de litigioſis.* vide ibi de pœnis litigioſi,adde quę ſcripſi ſupra *coll.2.in curia Barcinonæ.cap.59. Item*
36 *quod nos, vel filij, & ſucceſſores noſtri.* Sed † an & quando creditor teneatur ſoluenti ſibi cedere actiones ſuas,dic per *Bar.in l. Modeſtinus. ff. de ſo-*
37 *lut.* Item † an & quando obſtet ipſi creditori exceptio cedendarum, dic per *Bar. in l. ſi ſtipulatus*
38 *eſſem.ff.de fideiuſſoribus.* Item † nota,quod vitium litigioſi quandoq.contrahitur in actionibus perſonalibus ſeu realibus;ita quod ipſę actiones dicantur affectæ vitio litigioſi; & non ipſæ res per ipſas actiones in iudicium deductæ. Exemplum de perſonalibus,peto â te fundum vel equū per actionem exempto, vel alia perſonali; & dico quod iſta res petita non afficitur vitio litigioſi, quin poſsit in alium trāsferri; ſed ipſa actio efficitur litigioſa poſt litis conteſtationē. Ita quod poſt litis conteſtationem in alium cedi non poterit,ſed bene ante. Exemplum in actionibus realibus,vt in rei vendicatione, confeſſoria, negatoria,& ſimilibus. Quandoq. vitiū litigioſi contrahitur in ipſis rebus per ipſas actiones in iudicium deductas. Ita quod ipſa res vitio litigioſi efficitur,vt patet in rei vendicatione: vt in *auth. litigioſa.* præalleg. vbi hoc nota per *Doct.* ¶ Vn-
39 de † ſi quæras quando actiones vel res dicantur litigioſæ,diſtingue,aut quæris de actionibus;aut de rebus. Si de actionibus,aut quæris de perſonalibus,& de illis conſtat,quod efficiuntur litigioſæ ſolummodo, ſecundum modum antiquum,ſcilicet,per litis conteſtationem: vt *C. de litigio.l.2.* & *l.vlti.* exceptis quibuſdam caſibus, ſcilicet, in cauſam dotis vel donationis propter nuptias,vel trāſactionis, aut diuiſionis rerum hæreditariarū, vel legati aut fideicommiſſi. vide in *l. ab Anaſtaſio.& l.per diuerſas.* cum *glo. C. mandati.* in lege illa poſitis,in quibus non contrahitur vitium litigioſi:& in quibus poteſt fieri ceſsio poſt litis conteſtationem abſque pœna litigioſi. Aut quæris de actionibus realibus, & tunc idem, licet

apud

apud aliquos dubitetur, de quo vide latius per *Henri.* in alleg. *cap. Eccleſia ſancta Maria. in 2. di.* Si quæris de rebus per ipſas actiones in iudicium deductis, tunc aut quæris de rebus deductis in iudicium per actiones perſonales: & tunc non efficiuntur ipſæ res litigioſæ, & ita loquitur *Innoc.* in alleg. *c. cum Miglo. penul. verſ. Sed ſi poſſeſſiones.*

40 & *de excep. c. dilecta.* in fin. vbi dicit quod † motio litis perſonalis nõ facit rem litigioſam. Aut quæris de rebus deductis in iudicium per actiones; & tunc aut agitur vniuerſali, & de vniuerſitate, quæ petitur iudicio vniuerſali, & tunc cõtrahitur vitium litigioſi, & efficitur res litigioſa per ſolam motam controuerſiam: quia in iudi-

41 cio † vniuerſali ſtatim mota controuerſia impeditur alienatio rerum petitarum: vt *ff. familiæ erciſc. l. alienationes.* & *C. de pet. hære. l. ſi poſt motam*, ſubaudi, niſi præſtita ſatisdatione, vel cauſa cognita, ſecundum *Bar. in l. 4. nus. ff. de peti. hære.* Item fallit quando eſt alienatio neceſſaria: vt dictis legibus. Item fallit in rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: vt dicta *l. 4. nus.* Aut agitur ſingulari actione, ſeu de re ſingulari, & tunc aut actio ſeu petitio realis directo dirigitur ad dominium propriæ rei, ad rem ipſam petendam per rei venditionem, & tunc efficitur res petita litigioſa ante litis conteſtationem, hoc eſt, quando de dominio rei inter petitorem, & poſſeſſorem cauſa mouetur iudicialiconuentione, vel precibus principi oblatis in iudicio, vt probatur in *auth. litigioſa res eſt*, aut ipſa actio ſeu petitio realis non tenditur nec dirigitur directe ad dominium rei, vel ad rem ipſam petendam, ſed ad rem diuidendam, & tunc efficitur res litigioſa, & cõtrahitur vitium litigioſi lite conteſtata. *C. comment. de le. l. 1.* in fin. & *C. de litig. l. 2.* Fallit in caſu neceſſariç alienationis per prædicta. & in his ſatis concordat *Ioan. Andr. in c. ſi. extra vt lite pen.*

42 vbi dicit † quod in rebus corporalibus, mobilibus, & immobilibus, & ſe mouentibus tantũ habet locum vitiũ litigioſi, & non in rebus incorporalibus per auctores, & leges alleg. & idem tenẽt *Goff.* & *Hoſtien.* & *Aco in Summa.* Nota tamen, quod ceſsionarius, cui debet fieri ceſsio de neceſſitate, abſente eo, qui debet cedere, agere poteſt. *ff. de dam. infecto. l. damns. §. ſi.* & non eſt alibi ſecũ-

43 dum *Bal.* Vtrum † autem ceſsionarius debeat facere fidem de ceſsione, vide *Bar. in l. ſi duo. ff. de ſo-*

44 *lu.* Item † nota ſex caſus, in quibus competit vtilis actio ſine ceſsione. Primus eſt in emptione. Secundus eſt in dote. *C. de actio. & ob. l. 2.* Tertius eſt in nomine dato in ſolutum, vt *C. quando fiſcus vel priua. l. fi.* Quartus in nomine dato pignori. *ff. de pig. ac. l. ſi conuenerit. C. quæ res pig. ob. po. l. nemẽ.* Quintus in legato nominis. *C. de lega. l. ex legato.* Sextus

45 in donatione *C. de dona. l. ſi nominis.* Et ſcias † quod ſicut in corporalibus non tranſit dominium ſine traditione, ita nec in corpõralibus ſine ceſsione regulariter: vide latius *Ioan. Andr. in addi. Spe.*

46 *tit. de ceſsione actionis.* Si ceſsio † fiat duobus ſucceſsiue, quis eorum præferatur, an primus, vel ẽcontra, dic per *Bar. ff. de legatis primo. l. non quocumq. §. qui Gayum.* Nota quod ſupradictarum actionum non tranſeunt vtiles ſine ceſsione, & ideo notarij ponunt, Cedentes iura quæ petunt, & competere poſſunt nunc & in futurum, & quę habere ſperant; vide *Bar. in l. hæredem. ff. mandati.* Vide *Ioan. Andr. in addit. Spe. tit. de ceſsione actionis. §. ſciendum. verſ. patet. in addit.* ibi nota ſex ca-

47 ſus. ¶ Quando † autem dicatur lis pendere, vide in *cap. cum lite. extra. vt lite penden. in Clem.* & quæ ibi notantur per *gloſ.* & *Ioan. de Imola.* Sed illud eſt intelligendum, quo ad hoc vt innouata reuocentur per viam attentati ex illo edicto, *vt*

48 *lite pendente nihil innouetur.* Sed † per ſolam citationem non contrahitur vitium litigioſi, niſi in rei venditione, iuxta diſtinctionem ſupe-

49 rius annotatam. De † materia litigioſi vide 11. *quæſt. 1. cap. vltim.* & ibi per *Gui. in Roſario.* vide etiam in *cap. 1. extra. de confirm. vtil. vel inutil.* & per

50 *Innocen. extra. de excep. cap. dilecta. in gloſ. fin.* & ibi nota, † quod lite pendente nil eſt innouandum, ſcilicet, per iudicem; ſecus eſt per partem, niſi quando de dominio rei agitur de actione reali. & intelligit illo modo *authen. litigioſa res eſt*, &c. An

51 & † quando lite pendente ſit licitum innouari, vide notata in *cap. hoc quippe. 3. q. 5.* & *11. q. 1. c. fin.* & *16. q. 4. cap. volumus.* & *extra. de conſti. c. cum M.* & *de reſti. in inte. cap. cum veniſſet.* & *vt lite penden.*

52 *cap. 2.* & *eod. tit. cap. 2. in Clem.* ¶ Vltimo † quæro hic, an actio iniuriarum poſsit cedi? Reſpondeo quod poſt litem conteſtatam cedi non poterit, cum ſit vitio litigioſi effecta, per ſuperius notata. Sed antea bene poterit cedi, vt notatur per *gloſ.* & *Doct. in l. ſi nomen. ff. de hære. vel actione vendita.* & per hoc patet, quod actio dictę querelæ pacis, & treugæ potuit cedi ſine vitio litigioſi, ante litẽ cõteſtatam: nec credo quod poſsit annullari, nec reuocari, ſaltem ex hoc capite neq. ex illo, *ne liceat potentioribus.* Sed neq. per edictum, *de alie. mutan. iudi. can. fac.* niſi probaretur dolus, vt dictum eſt. Nec forte probatur dolus ex eo quod dicatur ceſsionem factam in ditiorem, niſi eſſet de officialibus, de quibus ſupra dictum eſt, & in hoc cap. continetur perſona, niſi ex alijs perſpicuis coniecturis probaretur, vt dictum eſt. Poſtea fuit ſententiatum ceſsionem valere, & credo quod

53 bene per prædicta. Actio † tamen iniuriarum, & aliæ annales perpetuantur per libellũ, & preces principi oblatas: vt *C. quando libellus prin. da. ſit. conteſta. faciat. l. 1. & 2.* & ibi vide *glo.* & *Doct.* antiquos & modernos. Non proſequor amplius donec viderim deciſionẽ ipſius queſtionis, quæ pen-

54 det, & eſt in puncto ſententiandi. ¶ Nota † tamẽ, quod inſtantia iudicij poteſt cedi. *ff. ad Trebel. l. 1.* in prin. & *l. hære. ff. ac indi. l. tam ex contractibus.*

55 Item † nota, quod actio ex delicto ceditur: *ff. de peti. hæredi. l. quod ſi in diem. §. Iul. C. de hæredi. vel ac. ven. l. fin.* Item notat *Bal. in l. per diuerſas. C. man. in 19. q.* quod ſi ceſsionarius non poteſt terrere

aduer-

Digitized by Google

aduerſarium, non dicitur ceſsio ſimulata, & iſtud erit arbitrarium. Et *Ioan. Andr. in c. ex parte.* præalleg. dicit terrere, ſcilicet, de iure, & de facto. Itẽ
56 nota, † quod confeſsio cedentis nõ nocet ceſsionario, quãdo fieret ad incommodũ ceſsionarij, ſecundũ *Cinum in l. ſi. C. de procu.* & idẽ *Ant. de But. in c. quamuis. extra. de re iudi.* adde quæ notantur ſatis late per *G. in Specul. de ceſsione actio. verſ. Sed*
57 *nunquid ſola confeſsio.* Item † nota, quod in ſeptem caſibus ceſsio præſumitur ſimulata, licet dubitetur an ſit vera. de quibus vide in *Spe. eod. tit. §. ſcitẽ dum. verſ. Sed nunquid ratione cõſanguinitatis.* & *verſ. Sed ad hoc facilis eſt reſponſio.* vſque ad *verſ. Quid ſi excommunicatus.*

De remiſsionibus & compoſitionibus criminum, & vt ſeruentur conſtitutiones ſuper iis factę, pœna contrafacientibus imminente. Cap. IIII.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſsio criminis fieri non debet, niſi parte prius ſatisfacta. ſed male ſeruatur nu. 7.*
2 *Tranſigi an poſsit ſuper crimine, traditur diſtinctione adhibita.*
3 *Rex quamuis legibus ſit ſolutus, tamen ſecundum ipſas viuere vult.*
4 *Primogenitus Regis ratione primogenituræ habet iuriſdictionem.*
5 *Regia poteſtas immunis eſt ab omni pœna.*
6 Etiam *verbum eſt implicatiuum.*
8 *Conſtitutiones derogari non poſſunt per pragmaticas.*
9 *Contra officiales an agi poſsit pœna priuationis ante tempus tabulæ remiſsiuæ.*
10 *Paciſcens de crimine habetur pro confeſſo. limitatio traditur num. 12.*
11 *Remiſsus ob pecuniã eſt infamis, ſi de tali crimine impetitus fuiſſet, quod infamiã irrogaret. limitatur ibidẽ.*
13 *Remiſsio facta, non ſatisfacta parte læſa, eſt nulla, vt quæ ſit contra conſtitutionem.*
14 *Reſcripta contra conſtitutiones non valent.*

1 NOS, *& primogenitus noſter*, &c. Caſus. Sereniſsimus † dominus Rex, ciuſq. primogenitus, & omnes officiales Regij ordinarij & delegati, cuiuſcumq. præeminentiæ ſeu ſtatus fuerint, tenentur obſeruare conſtitutionem prohibentem aliquid recipi pro cõpoſitione criminoſi, donec parti læſæ fuerit ſatisfactũ, pœna priuationis & centũ morabatinorũ dictis officialibus pro vice qualibet imminente. Hoc dicit. Et nota, quod ſi fuerit in inquiſitione pars inſtans, proſequẽs, vel denunciator, tunc de iure non poteſt fieri criminis remiſsio, niſi prius ſatisfacta parte, ſecundum *Hoſt. in Sum.* & notat *Io. Fa. inſti. de pub. iudi. §. 1.* Et hoc modo dixerũt quidã debere intelligi has cõſtitutiones. Vnde ſis cautus petere ſatisfactionẽ, & proteſtari, quod alias non fiat remiſsio, vel liberatio delati. Notabilis & ſalubris cõſtitutio
2 eſt; ſed proh dolor male ſeruatur. An † ſuper criminali valeat tranſigi? Reſpon. Quia aut quæris de ciuili accuſatione, & tunc ſic; vt *ff. de furtis. l. poſt deciſionem*. Aut quæris de criminali accuſatione, & tunc aut tranſactio eſt interpoſita poſt accuſationẽ & in ſcriptis, & tunc non licet; quia incideret in turpilegiũ. Aut vult trãſigere poſt accuſationẽ ante inſcriptionẽ. Et aut de priuato crimine, & tunc licet, tamen infamiã incurrit: *ff. de his qui notantur infa. l. quoniã.* Aut de crimine publico; & tunc refert de iis quę ingerunt pœnã ſanguinis vel mẽbri mutilationem: & tunc licet regulariter; ſed fallit in crimine adulterij; item in crimine maieſtatis & hæreſis. Aut quæris de illis quæ non ingerunt pœnam ſanguinis; & tũc regulariter non licet. Fallit in crimine falſi: de his vide latius *Cinum C. de tranſact. l. tranſigere.* vi-
3 de litteram. *Nos*, ſcilicet, Rex, † qui licet ſolutus ſit legibus, tamen ſecũdum leges viuere vult: vt *C. de legi. l. digna vox eſt*, ipſe enim eſt Princeps, cui nemo dicere poteſt: Cur ita facis? ſed ipſe ſibi legem imponit per contractum: vt hic. hic ſit prę. *proxi.* & *2. q. 7. c. nos ſi incompetenter.* & *12. q. 2. c. non liceat Papa.* & *ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. eſt receptum.* Et hoc quod hic dicitur de primogenito, additur hic per iſtam conſtitutionẽ. Et ex hoc
4 videtur, quod † primogenitus ratione primogenituræ habeat iuriſdictionẽ, vt in Pſalmo: *Deus iudicũ tuũ Regi da: & iuſtitiã tuã filio Regis.* Alij dixerũt contra tempore inclyti Caroli primogeniti. Patet ergo quod per hanc conſtitutionẽ Rex & primogenitus iuramento aſtringuntur ſeruare hanc conſtitutionem. Sed dictis pœnis non aſtringuntur niſi officiales; quia † poteſtas Regia
5 immunis eſt ab omni pœna, vt in prin. vſaticorum in *c. vnde cum dominus.* in fi ibi *gloſ.* verbo, *poteſtas.* Ad idem *inſti. de iure naturali, gen. & ciuil. §. ſed quod principi placuit.* & *ff. de conſti. prin. l. 1.* cum ſimilibus. Sequitur in tex. *etiã* † *de domo noſtra*, verbum, *etiã*, eſt implicatiuũ, quaſi dicat, nedũ alij, de quibus iam olim cauebatur in conſtitutione, quę hic cõfirmatur, vt habetur ſupra *coll. 4. in 1. curia Barcin. c. 9.* & incipit: *Item quod nos, vel officiales noſtri non recipiamus*, &c. Et de materia huiuſmodi dixi ſupra *coll. 3. curiæ Monſſonij c. 15. Itẽ ordinamus & ſtatuimus, quod maleficia.* &c. & vide ibi, & in dicto *c. 9.* & ſupra *in curia Perpi. c. volumus & concedimus.* & adde quæ dicam infra *coll. 9. in curia domini Ferdinandi. cap. confirmamus la conſtitutio.* &c. ¶ Nota † tamen, quod Rex, & eius
7 primogenitus & gubernatores in Cathalonia nõ ſeruant has conſtitutiones ad litteram; ſed faciunt remiſsiones, & compoſitiones cum criminoſis, recepta pecunia, & alias ad libitum, etiam non ſatisfacto læſis & iniuriatis. Sed adijciunt clauſulam, quod ſtatim habeant ſatisfacere læſis & iniuriatis, & ſuper hoc dudum emanauit quædam pragmatica iſtius domini Regis Petri III. quæ eſt ſeriei ſequentis.

¶ Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonũ, &c. Expoſito nobis per vniuerſitates Ciuitatum, & Villarũ Cathaloniæ per grauamen inter cætera, q̃ per nos, ſeu procuratorem noſtrũ generalẽ, aut eius vices gerentem, aut alios officiales noſtros, aliquotiens fiunt diſſinitiones ſiue remiſsiones,

aliquibus criminosis, interuenientibus precibus seu pecunia, non facta satisfactione iniuriatis vel damna passis, nec præstita satisdatione decenti super satisfactione huiusmodi faciēda: propter ꝙ supplicatū fuit nobis, vt cū præmissa contra cōstitutiones generaliū Cathaloniæ curiarum fieri [subaudi, & ita est] videātur, dignaremur super præmissis de cōgruo remedio prouidere. Nos itaq. supplicatione ipsa benigne suscepta, Cōcedimus atq. statuimus: ꝙ in casu, quo tales diffinitiones seu remissiones fierēt, scilicet, de facto, quia de iure fieri nō deberent, per nos, vel procuratorē nostrū generalē, aut alios officiales quoscūq. ꝙ crimen, de quo remissio ipsa facta fuerit, sit habitū pro confesso, quantū ad hoc ꝙ uncōtinēti sine alia dilatione criminosus cōpellatur per captionem personę ad satisfaciendu damnificatis siue iniuriatis. Mandantes procuratori nostro generali, eiusq. vices gerenti, seu dictū officiū gerentibus, cæteris q. officialibus nostris præsentibus & futuris, ꝙ concessionē nostram huiusmodi teneant, & obseruent, & non cōtraueniant antiqua ratione: In cuius rei testimoniū præsentem fieri iussimus nostro sigillo munitā. Datum Barcinonę 4. Kalendas Augusti. Anno Domini 1317. Hu. Canc.

Nota, quod hæc pragmatica loquitur, quando fit remissio criminis; secus forte quādo remittitur iniūria querelę pacis & treugę per fi cū oblatæ, quia est processus ciuilis. vide & iunge notata per *Ioan. Fa. inst. de pœna temer. litig.* super verbo *dānati*. Ecce iuxta kalendariū pragmaticæ huiusmodi habes, ꝙ præsens constitutio emanauit postea, & deberent cōstitutiones huiusmodi obseruari ad litterā. Verūtamen (vt dixi) non seruantur vsquequaq. sed potius seruatur ista pragmatica: ideo inserui ipsam, quia bona est, licet vtilius foret Reipublicę seruari formā ipsārū con-
8 stitutionū, † quibus non potest præiudicari per pragmaticas sanctiones, vt dixi *coll. 9. c. vlt.* in fi. quia ex quo curia pro ipsa remissione exhauserit facultates criminosi, frustra fit executio pro satisfaciendo damnificatis: quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit: *extra. de restit. spo. cap. olim. in 3.* Nec multum prodest quod potest fieri executio per captionem personæ, quia aut aufugerit, aut guidatur, aut forsitā haberet conquerens sibi ministare alimenta in carcere, & sic potius grauaretur laboribus & expensis. Sed cōtra officiales tabulā tenentes, nisi ipsas constitutiones seruauerint, prouisum est per remedia iu-
9 dicij tabulę. Sed † ad pœnam priuationis potest agi ante tempus tabulæ, vt scripsi infra *colla. 9. c. quia quandoq. contingit*, super verbo, *eo ipso priuentur*. In remissionibus autem, quæ fiunt per Regem, Gubernatorem, aut alios, qui non astringūtur tenere tabulam, oportet recurrere ad remedium pragmaticæ præinsertæ; sed si delati fuerint post compositionem effecti non soluendo, de iure poterit haberi recursus cōtra fiscum, vel contra Gubernatorem, saltem in viam grauaminis in curijs generalibus, iuxta notata in *curiali*
10 *Iacobi de Calicio*. ¶ Ex † qua pragmatica nota, quod qui de crimine pacisci tur, habetur pro cōfesso; sic *ff. de his qui not. infa. l. quoniam*. Et si data
11 pecunia † fiat remissio, talis remissus erit infamis, si de tali crimine composuerit quod infamiam irrogaret. Secus si precibus impetrauerit, ne secum agatur, vt *l. furti. §. pactus. ff. eod. tit.* Item qui iussu prætoris dato pretio inde pacisci tur, nō notatur: *ff. eod. l. qui iussu.* & hoc forte est, ꝙ hæc pragmatica dicere voluit, ibi, *quantū ad hoc*, &c.
12 quia † nō semper pacisc̄, siue obtinēs remissionē habetur in omnibus pro cōfesso. de hoc notatur *C. de trāsac. l. trāsigere.* & *ff. de prævarica. l. in omnibus*: cætera dic vt dixi in *c. 9.* quod in hac cōstitutione cōfirmatur: vbi etiā ipsam pragmaticam inserui, quæ tamē hic cōpetentius inseritur, adde etiā pragmaticas insertas supra in *curia Ceruariæ, Rubrica de aueris. c. Itē etiā statuimus & sancimus, ꝙ officiales nostri, qui assueti sunt*, &c. ¶ Sequitur in tex *si pœna priuationis officij, & centū mora-*
13 *torum*. Sed † quęro quid si forsan remissio alicui per officialē facta fuerit, non satisfacto parti læsa, non seruatis huiusmodi cōstitutionibus, nū quid valeoit talis remissio? Respōdeo. Forte erit nulla ipso iure; quia vbi lex imponit pœnā, statim annullat, & extinguit ipsum actū. secundum *Bar.* quē vide super *l. 1. ff. de ijs quæ pro non scriptis habētur.* & quia quæ cōtra leges fiunt pro infectis haberi debent: *extra. de rescript. c. in nomine Domini.*
14 in fi. cū similibus. Item † rescripta cōtra cōstitutiones huiusmodi nō valēt: vt supra *coll. 3. c. 8. Itē ordinamus & statuimus, quod aliqua charta.* & *c. 17. Itē ordinamus & statuimus, quod aliqua littera.* vide ibi. Alij dicūt, ꝙ valet remissio facta per Regē, ne videatur deceptus in fide, & verbo Regis, iuxta *vsat. quoniā per iniquū*, qui loquitur de guidatico. Tu autē cogita bene, quia cōstitutiones iuratę & stipulatę seruari deberēt ad vnguē. Pro quo vide quę scripsi super *stipulatione in curia Reginæ Mariæ*.

De salarijs iudicum. & ne pro causis soni emissi, pacis & treugę, aut executionis vltra quatuor denarios pro libra recipiant. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Salaria constituuntur iudicibus & alijs officialibus iuxta taxam hic contentam.*
2 *Constitutiones de salarijs loquentes non comprehendunt causas feudales.*
3 *Processus pacis & treugæ an habeat locū pro rebus modicis & modicæ quantitatis.*
4 *Pax pro modico dicitur violari.*
5 *Causa delicti & criminis consideratur in processu pacis & treugæ.*
6 *Salarium non exigitur in processibus pacis & treugæ, ac soni emissi, nisi post sequutam declarationem, compositionem, remissionem, vel exequutionem. idem num. 19.*
7 *Iura, quæ veniunt ad diminutionem, & moderationem salariorum, non operantur augmentum.*
8 Cap. Los salaris, *curiæ Regis Ferdinandi, an reuocet hanc*

Digitized by Google

hanc conſtitutionem loquentem de ſalarijs.

9 *Princeps cõdẽdo conſtitutionẽ cõtrariã videtur priorẽ re nocare, etſi in vltima nullã faciat mẽtionẽ de prima.*

10 *Regalia non veniunt in generali conſtitutione, & ſub verbis generalibus.*

11 *Principem vnico verbo iura mutare, & condita tollere non eſt præſumendum.*

12 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*

13 *Verba generalia conſtitutionis poſterioris non derogant conſtitutioni priori, quæ ſpecialiter prouidet.*

14 Cap. Los ſalaris. *curiæ Regis Ferdinandi ſeruatur de conſuetudine.*

15 *Recipiens ſalarium vltra à iure taxatum punitur in quadruplum.*

16 *Sententia venalis præſumitur ſi multum plus debito recipitur pro ſalario.*

17 *Vẽditio præſumitur vbi interuenit numeratio pecuniæ.*

18 *Quãtitas pretij diſcernere facit locationẽ à vẽditione.*

20 *Salarium exigitur in clamo ſequuta declaratione, cõpoſitione, remiſſione, vel exequutione; ſi integrũ vel non, traditur nu. 22.*

21 *Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in iure.*

23 *Reus non conteſtatur confitendo debitum animo fugiendi iudicium.*

24 *Salarium iudici non eſt ſoluendum ab eo, qui non animo litem conteſtandi confitetur debitum.*

25 *Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.*

26 *Labor & pecunia dimiſionem recipiunt.*

27 *Tranſactione litis ſequuta ſalarium integrum debetur.*

28 *Iudicum ſalariorum materia remiſſiue.*

29 *Salarij peti non poteſt lata ſententia, declaratur ibidẽ.*

30 *Salarij nõ debetur pro ſententijs cauſarũ criminalium.*

31 *Salarium in cauſis ciuilibus per Regem Iacobum in curijs Barcinonæ fuit taxatum.*

32 *Salariorum aduocatorum, & aliorum materia remiſſiue. & nu. 34. 35. 36. 37. & 38.*

33 *Aduocatus, ſi per eum non ſtetit, poterit petere integrum ſalarium; ſi tranſigatur de cauſa, declaratur ibidem.*

39 *Salarium debet taxari iuxta petita in libello, non iuxta iudicata.*

40 *Salarium an debeatur pro tota hæreditate, vel tantum pro reliquo; vbi ratiocinia petũtur in actione tutelæ, vel ſimili.*

Ratione executionis, vel alia cauſa, &c. Caſus.

1 S Pro ſalarijs † diſtributionum, Iudices vltra quatuor denarios pro libra, & notarij vltra duos denarios, non debent recipere, & idem in proceſsibus pacis & treugæ, & ſoni emiſsi. In quibus proceſsibus pacis & ſoni, nil debent recipere, niſi per iudicem fiat declaratio, compoſitio, remiſsio, vel executio. In cæteris vero proceſsibus alia forma exigendi ſalarium per hanc conſtitutionem dabatur, quæ tamẽ hodie eſt per conſtitutionem domini *Ferdi. in c. los ſalaris*, reuocata. Ordinationes tamen, conſuetudines, & ſtatuta locorum, in quibus minus vel nihil recipi conſueuit, vult remanere in ſuis robore & valore. Hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes. In prima taxat ſalarium diſtributionum. In ſecunda, ibi, *& idẽ*, taxat ſalaria proceſſuum pacis & treugæ, & ſoni emiſsi. In tertia parte, ibi, *in alijs vero proceſsibus*, taxat ſalaria aliorum proceſſuũ. In quarta & vltima, ibi, *ordinationibus ſeu conſtitutionibus*, ſaluat ordinationes locorũ, in quibus minus vel nihil recipi conſueuit. Nota † hãc conſtitutionẽ, & ſimiles non comprehendere cauſas feudales; vnde nil diſponitur hic de ſalarijs iudicũ per dominũ datorũ in cauſa feudali; & ſic minus bene dixit *Iacobus Calcius in vſat. placitum iudicatũ*; ſed dic vt ibi dixi: quia dominus tenetur prouidere iudici & vaſſalo, quẽ inuitũ traxerit in cauſam, vt dixi in *vſat. bataya*. Et talis iudex non debet exigere vltra vigeſimã partem, iuxta *vſat. & nõ amplius*. Nota, ꝙ proceſſus diſtributionũ pacis & treugæ, & ſoni emiſsi communiter fiunt de magnis quantitatibus, & ideo in eis non recipitur ſalariũ à iudicibus vltra quatuor denarios pro libra. Per hoc dixerunt quidã, quod † proceſſus pacis & treugæ nõ habeat locũ pro rebus mõdicis, & modicæ quãtitatis: & huius ſentẽtiæ videtur fuiſſe dñs meus *Narciſſus de ſancto Dionyſio*. Pro quo videtur facere conſtitutio ſacri Concilij Tarracon. *c. olim*. Sed dic cõtra, ꝙ licet iſti proceſſus pacis & ſoni, & diſtributionis cõmuniter fiant de magnis quãtitatibus; attamẽ nõ negatur quin poſſint fieri de modicis, licet communiter & ſæpius fiãt de magnis: quia † imo & pro modico dicitur pax violari: vt in *fen. de pace te. & iuramẽto fir. §. ſi quis quing. ſolidos.* & ꝙ etiã pro quaſi delicto datur, vt ſupra *eod. c. quero lã.* & in proceſſu † pacis cõſideratur cauſa criminis vel delicti, & nõ quantitas damni dati: & ita vidi cõmuniter ſeruari, & teneri in practica. vide & adde quę ſcripſi infra *coll. 9. c. cordẽ*. ſuper verbo, *poſſit in ijs caſibus*. & adde quæ notat *Iacob. de Cal. in Directorio pacis & treugæ. in 10. dubio.* vbi agitur de tertia ſpecie pacis, in *q. quero vlterius an iniuria illata in corpore*, &c. Secũdo † nota, ꝙ in & ꝙ proceſsibus pacis & treugæ, & ſoni emiſsi nil debet recipi pro ſalario niſi quãdo inde ſequitur declaratio, cõpoſitio, remiſsio, vel executio. Vltimo † nota ꝙ iura, quę veniũt ad diminutionẽ & moderationẽ ſalariorũ, non operantur augmentũ. Vlterius pro intellectu ex declaratione huius cõſtitutionis, & *c. los ſalaris. curiæ dñi Ferdinãdi*: quæro, † an præſens cõſtitutio ſit ſaltẽ in totũ per ipſum *c. los ſalaris*, reuocata? Et videtur ꝙ ſic: quia *c. los ſalaris* eſt cõſtitutio poſterior, & huic conſtitutioni cõtraria: vnde † princeps cõdendo poſteriorẽ conſtitutionẽ contrariã, videtur priorem reuocare, licet de ipſa in vltima nullã fecerit mentionẽ. vt *c. vltim. de conſtitutionibus. c. licet Romanus. lib. 6.* In contrariũ videtur, quia in iſta cõſtitutione ſpecialis taxatio, & cõmemoratio fit de proceſsibus regaliarũ pacis & treugę, & ſoni emiſsi: & in conſtitutione dñi Ferdinãdi nulla fit mentio de huiuſmodi regalijs; & † ſic in generali conſtitutione & ſub verbis generalibus facta nõ veniunt regaliæ, de quibus nõ eſt verisimile, & in quib⁹ eſt diuerſa ratio, arg. *extra.*

de reg. iuris cap. in generali. cum ſuis concor. *lib. 6.* præterea expedit iura iuribus concordari: *extra. de elec. c. cum expediat. lib. 6.* & non eſt veriſimile,
11 quod † princeps vnico verbo velit iſta iura mature condita tollere: *C. de inoffi. teſtam. l. ſi quando.* quid dicendum? Breuiter mihi videretur de rigore iuris, & etiam de bona æquitate, quod in proceſsibus pacis & treugæ, & ſoni emiſsi, de quibus nil exprimitur in *cap. Los ſalaris.* deberet ſeruari diſpoſitio huius cõſtitutionis, quia quod
12 non † mutatur, ſtare non prohibetur: *l. præcipimus C. de appella.* & cum alleg. *cap. los ſalaris,* venerit ad moderandum, & diminuendum ſalaria, non debet operari augmentum: argum. *extra. de verb. ſignifi. cap. tranſmiſſa.* vide in *authen. de iudicibus. §. ne autem circa hoc labor.* in fin. *collat. 6.* Non enim credo, quod per generalia verba dicti *cap. los ſalaris,* hoc cap. quod ſpecialiter prouidet in iſtis tribus proceſsibus, fuerit de iure reuocatum: quoniam de iure communi per generalia
13 verba † conſtitutionis poſterioris, non derogatur priori, quæ ſpecialiter prouidet per hoc in *authen. hac conſtitutio interpretatur conſtitutiones. collat. 8.* & non in ſimili. *Bar. in extrauagant. ad reprimendum,* ſuper verbo, *non obſtantibus. verſic. Et per hoc patet, quia modus procedendi*: niſi in poſteriori poneretur clauſula, *nõ obſtãte lege contraria, quæ generaliter vel ſpecialiter in cõtrarium loqueretur*: quæ clauſula non eſt in dicto *cap. los ſalaris.* Ideo cogita, quia contrafacientes videntur delinquere.
14 Verumtamen † video in facto, quod hodie de conſuetudine notoria, & inconcuſſe, tam in Audientia Regia, & Gubernatoris, quam in curijs ciuitatis Barcinonæ & Gerundæ, & alijs Cathaloniæ generaliter ſeruatur *cap. los ſalaris.* tam in proceſsibus pacis & treugæ, quam in alijs quibuſcumque; & ſic minime ſunt mutanda, quæ ſic per certam habuerunt interpretationem: vt
15 *ff. ac legibus. l. minime.* ¶ Item † nota, quod de iure communi recipiens ſalarium vltra quam taxatum eſt, debet puniri in quadruplum, cuius triplum detur fiſco, reliquum parti: vide *glo. ſ. in authen. de iudicibus. §. nullo quoque reſumentes. collat. 6.*
16 Et † ſi multum plus debito receperit, præſu-
17 metur ſententia vanalis: nam † vbi interuenit pecuniæ mutatio, ibi præſumitur eſſe venditio. Nota *Bal. in l. hac venditio. C. de prædijs curialium.*
18 *lib. 10.* & † quantitas pretij facit diſcernere locationem à venditione. nota *Ioan. de Platea. C.*
19 *eod. tit. l. curiales.* ¶ Sed quæro, † an pro proceſsibus pacis & treugæ poſsit aliquid hodie exigi ante declarationem, compoſitionem, remiſsionem, vel executionem? Reſpondeo, quod non infra quindecim dies monitionis & citationis, licet in aliquibus locis pro clami moderatione, & mandato citandi de facto ab aliquibus indebite extorqueatur, & male pro animabus illorum. Sed ſi fuerit querelatus contumax pro interlocutoria electionis, quę vim litis conteſtatę obtinet, exigitur quarta pars ſalarij. Deinde ſeruatur modus & forma dicti *cap. los ſalaris.* Aliqui vero de facto ducti cupiditate ſalarij, exigunt tertiam partem integri ſalarij. Sed forma *cap. los ſalaris,* hoc non patitur: quia de quarta parte expreſſe
20 loquitur. Sed † pone: in clamo ſequitur declaratio, compoſitio, remiſsio, vel executio: nunquid tũc poterit exigi ſalariũ? Credo quod ſic, vt hic
21 dicitur â contrario ſenſu. † quod eſt validum argumentum in iure: vt *ff. de offi. eius cui mandata eſt*
22 *iuriſdic. l. 1. §. huius rei.* ¶ Sed † an ſequuta compoſitione vel remiſsione poterit exigi integrum ſalarium, ſicut pro ſententia diffinitiua exigeretur? Reſpondeo, quidam tenuerunt, quod ſic, propter verba, *niſi declaratio, compoſitio,* &c. Sed contra credo. Vnde credo hanc litteram ſic debere recte intelligi, quod ſi ſequatur declaratio, vel ſententia diffinitiua, tunc debeatur integrum ſalariũ. Si vero fiat executio, debebitur pro conſilio executionis tertia pars ſalarij integri, iuxta conſtitutionẽ domini Ferdinandi, *cap. los ſalaris. §. los juges empero.* Si vero ſequatur compoſitio, vel remiſsio, tunc aduertendum eſt, in quo puncto erit cauſa querelę, quando fit cõpoſitio, vel remiſsio: quia ſi erat infra quindecim dies citationis, credo, quod nil debeatur, arg. ſupra *coll. 2. & in 2. curia Barci. c. declaramus tamẽ, quod Vicarij. §. & ſi infra quindecim dies.* quia tũc videtur cõpoſitio, vel remiſsio facta ante iudiciũ, & de re nondũ deducta in iudiciũ: vt *l. 1. C. de iudi. ff. rem ratã habere. l. amplius.* Ad hoc facit. *c. forus. de verb. ſign.* & eſt ca-
23 ſus *ff. de procura. l. ſi reus.* quia † cõfitẽdo debitũ animo fugiendi iudicium, non conteſtatur litem, vt ibi notat *Bal.* ergo nec debetur ſalarium ante litem conteſtatam. Et hæc eſt ipſa veritas, quæ non placet multis. Non tamen reputarem malũ, ſi aliquid daretur pro remuneratione laborum: ſi tamen interfuerunt. Et ideo quãdoq. eliguntur aſſeſſores vel aduocati in arbitros, & tunc habebunt ſalariũ vt arbitri, iuxta conſtitutionẽ Ferdinandi, *c. los ſalaris,* quę facit pro mea opinione: quia dicit, ſalariũ debere ſolui certis terminis & ſolutionibus: & duę non ſoluuntur, niſi demum
24 lata ſententia, vt ibi dicitur. Qui ſponte † & non animo conteſtandi litẽ confitetur debitũ, non tenetur ſoluere iudici ſalariũ, iuxta ea quæ leguntur, & notãtur *ff. de procura. l. ſi reus paratus.* Si vero eſt facta cõpoſitio poſt ipſos quindecim dies, & antequã fit proceſſum ad publicationẽ teſtiũ, vel ad ſententiam, tunc poteſt exigi quarta pars ſalarij, quę deberetur in litis cõteſtatione: vt dicto *c. los ſalaris.* & arg. dicti *c. declaramus tamen, §. ſi.* Si tamen fuerit facta compoſitio, vel remiſsio, publicatis teſtibus, tunc dabitur medietas ſalarij. Sin autem lata ſententia, vel decreto executionis dato fuerit ſequuta compoſitio; tunc exigetur integrum ſalarium per iura allegata. Idem credo, ſi iam erat concluſum in cauſa, vel fuerit facta aſsignatio ad relationem, vel ad ſententiam: argum. eorum quæ notant *Doct. in cap. paſtoralis, extra. de cauſa poſſeſ. & proprie.* licet

cap.

cap. los ſalarios, videatur contra, quãdo loquitur de depoſito medietatis totius ſalarij. Et hoc modo ſane eſt intelligenda littera huiuſmodi cap. diſtinguendo † tempora, vt concordet ſcriptura. 2.
25 26 *q. 1. c. ſi peccauerit.* labor † enim & pecunia diuiſionem recipiunt: vt *l. Seio amico. ff. de annuis legatis.* Quidam tamen amare litteram huius cap. intelligentes, dicunt quolibet caſu declarationis, compoſitionis, &c. indiſtincte deberi integrũ ſa-
27 larium, ac ſi lata foret ſententia: quia † tranſactio habetur perinde ac ſi obtinuiſſet per ſententiã, & ſic deberetur integrum ſalarium; pro quibus facit *glo.* in *l. cum controuerſia.* in prin. *ff. mandati.* & eſt *l. alij.* ipſius tituli. Tene quod dixi, vt nõ dicaris prauus pecuniarum extortor. Nam & regulariter iudex nullatenus poteſt exigere ſalariũ, niſi in caſibus, & prout inueniatur de iure expreſſe cautũ, licet aduocatus poſsit petere iuſtam remunerationẽ laborum ſuorũ; addo infra *eod. c. in ciui-*
28 *tatibus.* Vide & adde quæ † ſcripſi de ſalarijs iudicum ſupra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 21. ordinamus.* & *coll. 4. curia 3. Barcin. c. 14. Item ordinamus.* & *in curia Gerunda. c. Item ſtatuimus.* & ſupra *coll. 5. in curia Montiſalbi. c. 24. Item confirmantes.* & 25.
29 *Item quod iudices*, vbi dicitur, † quod non poteſt peti ſalarium lata ſententia. & ſic eſt contra hic, vbi dicitur, quod non poteſt peti, niſi declaratio ſequatur. Dicas, quod poſt latam ſententiam nil poteſt peti pro ſalario, niſi antea ſibi caueri fecerit: & ita loquitur *cap. Item quod iudices.* ſed in caſu, quo declaratio ſequi habet, & eſt in puncto ſententiæ ferendæ, tunc poteſt peti: & ita loquitur
30 hic, & ſic non obſtat contrarium. Item nota, † quod pro ſententijs cauſarum criminalium nullum poteſt recipi ſalarium, vt infra *eod. coll. c. inſuper.* ad-
31 de quæ ibi dicam. Item † ſcias, quod in curijs Barcino. per priuilegium Regis Iacobi in cauſis ciuilibus datur ſalarium iudici de viginti ſolidis vſq. ad decem libras, ad rationẽ duorum ſolidorũ pro libra, & à decem libris vſq. ad quinquaginta libras, ad rationẽ vnius ſolidi, & à quinquaginta libris vſq. ad centum, ad rationem octo denario-
32 rũ pro libra inter ambas partes. De † ſalarijs vero aduocatorũ, vide in *Spe. 1. par. tit. de ſalarijs. §. ſequitur.*
33 vide ibi, quia forte † aduocatus, ſi per eum non ſteterit, poterit petere integrũ ſalariũ, ſi de cauſa tranſigatur. Intelligo tamen poſt litem conteſtatam, quia antea non petetur ſalariũ niſi iuxta
34 laborem. De † ſalarijs vero ſagionũ, vide ſupra *coll. 3. c. 26. Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliquis ſagio.* & ſupra *coll. 4. in curia 3. Barcin. cap. 19. Item*
35 *quod aliquis ſagio.* Sed † de ſalario carcerarij, vide ſupra *coll. 4. in curia 3. Barcino. c. 8. Item ordinamus ſalarium carcerariorum.* & in *curia Gerunda. c. 22. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod carcerarij.* De
36 ſalarijs † nunciorũ vel procuratorum, vide in *dicta curia Gerũdæ c. 21. Item ſtatuimus & ordinamus,*
37 *quod aliquis nuncius.* De † ſalarijs inquiſitorũ tabulæ, vide ſupra *colla. 5. in curia Montiſalbi. cap. in primis.* & in concordantijs ibi poſitis. Et de ſalario † notarij tabulæ, vide *colla. 5. cap. 6. Item ne de*
38 *ſalarijs.* De ſalario notarij extra domicilium eũtis, vide *colla. 5. cap. 27. Item approbantes.* De ſalarijs decretorum, vide ſupra *in curia Perpiniani. v. ne modus.* De ſalarijs diſtributionũ, vide ſupra in *curia Perpiniani. cap. pars modo.* & hic & in alleg. *cap. los ſalarios. §. vltim.* De ſalarijs ſcripturarum, vide in *cura Cernaria cap. denique confirmantes.* De ſalarijs porteriorum vide in *curia Cernaria. cap. ad reprimendam auaritiam.* De ſalarijs notariorum & chartarum dicam infra *in hac curia. cap. notarij ſeu ſcriptores.* & in 4. *vel* 5. *cap. ſequentibus.* Sed de ſalarijs officialium exequentiũ, vide in *conſtit. nouæ ſuper exactione cenſualium, & violariorum edita in cap. Mas communs vegades.*
39 Salarium † debet taxari iuxta perita in libello, non iuxta iud. cata, vt hic, & in *cap. Los ſalarios*, vide *Matthæum de Mataſalanis in 150. notab.* & *Bald. in l. hac edictali. in fin.* & *Bar. in l. penultis. ff. de iuriſdict. omnium iud.* & *Butrium in Spica*, in verbo *Gabella.* & *Bar. in l. offendendis. C. de appellat.*
40 Sed † quid ſi petantur ratiocinia, vt in actione tutelæ, vel petitione hæreditatis, & petantur reliqua, an ſalarium ſoluetur pro reliquis, an pro tota hæreditate? Æquius videretur quod pro reliquis tantum: Sed contrarium ſeruatur: & eſt ratio, quia ſi poneretur ſilentium, vel totum eſſet reſtituendum, de toto eſt ſoluendum.

Vt Iudices de curia nullatenus exigant ſalaria. & cauſæ appellationum extra curiam Iuriſperitis committantur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudices curiæ nullum debent à litigatoribus ſalarium exigere. ampliatur nu. 5. & declaratur nu. 8. & 16.*
2 *Dominus abutens dominio indignum ſe facit dominari.*
3 *Iudicia ſeu proceſſus, pro quibus datur pecunia, quo ad dantes in irritum decernuntur.*
4 *Cauſæ appellationis extra curiam Iuriſperitis ſunt committendæ, & non alijs.*
6 *Militibus peritiam cauſarum habentibus de iure cauſa poſſunt delegari, ſecus eſt de iure Catalonie n. 7.*
9 *Iudici non licet vendere iuſtum iudicium, quemuis Iuriſconſultus vendere queat iuſtum conſilium.*
10 *Verba ſtatutorum propriè ſunt intelligenda ſecundum diffinitionem vocabuli.*
11 *Verbũ poſitum in ſtatuto ſeu priuilegio ſimpliciter, ſimpliciter venit intelligendũ, & non ſecundum quid.*
12 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*
13 *Conſuetudo interpretatur ſecundum ius commune.*
14 *Conſuetudo contra conſtitutionem iuratam non valet.*
15 *Conſuetudo an excuſet quem à peccato remiſſionis.*
17 *Beatus eſt, qui excutit manus ſuas ab omni munere.*
18 *Quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt.*
19 *Aduocatus, plus intendens lucro quam iuſtitiæ, eſt infamis.*
20 *Dignitate conceſſa an videatur diſpenſatum ſuper infamia.*
21 *Infamia repellit quem à dignitate.*
22 *Infamia facti repellit quem ab officio ciuitatis, & à teſti-*

teſtificando, quamuis non à tutela. hodie tamen proh dolor hoc non ſeruatur.

23 *Sententia venalis nedum eſt nulla, verum etiam & proceſſus. declaratur nu. 24.*

25 *Peccet ut qui iudex dat pecuniam, & an eam repetere queat, remiſſiue.*

26 *Acta iudicialia ficti quandoq. valent pro una parte, & pro alia non, ita & contractus.*

27 *Sententia venalis quando dicatur. declaratur nu. 28.*

29 *Lex vbi facit actum nullum fauore alicuius, intelligitur, ſi talis vult vti tali nullitate.*

30 *Dominus Rex intra Principatum Cathaloniæ exiſtens cognoſcit de cauſis appellationum: quas ſi voluerit committere extra curiam, eas tantum committenda Iuriſperitis.*

31 *Gubernator committere conſuenit cauſas appellationũ per quemuis emiſſarum, domino Rege exiſtente extra Principatum.*

32 *Appellari debet à delegato Principis ad delegantem, alias non valet appellatio.*

33 *Appellatur vbi à Gubernatore, ipſe non dat iudicem niſi de conſenſu appellantis.*

Vxta conſtitutiones editas ſuper iis, &c. Caſus. Iudices † de curia domini Regis nullum debẽt à litigatoribus ſalarium exigere, vel habere, pœna priuationis ab officio iudicandi, & aduocationis, contrafacientibus cum infamia imminente, ordinatione contraria penitus reuocata.

1 Quoniam † quicumq. dominus abutitur dominio, indignum ſe facit dominari: vt *l. 2. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.* Ita dicit *Bal. in feu. tit. an apud iudi. vel curiam. cap. ex eo*, ſuper verbo, *priuaretur.* alias & verius eſt in *tit. qualiter dominus proprietate priuetur.* vnde Princeps poterit talem crudelem Baronẽ compellere, vt vaſſallos ſuos vendat vel alienet; aut ab oppreſsionibus deſiſtat. vide notata *inſti. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. §. expedit.* & in *l. inuitus. ff. de fideicom. libertatibus.* Et † iudicia ſeu proceſſus, pro quibus data fuerit pecunia, quoad dantes, decernuntur in

2 irritum. Vltimo † præcipit cauſas appellationum extra curiam cõmitti Iuriſperitis tantum, & non alijs. Hoc dicit. Et diuiditur in partes quinque. In prima commemorat, & confirmat duas conſtitutiones antiquas. In ſecunda ordinat, quod dictum eſt de ſalarijs per iudices curiæ domini Regis non recipiendis In tertia imponit pœnas iudicibus contrafacientibus. In quarta irritat acta quo ad pecuniam dantes. In quinta adijcit de cauſis appellationum extra curiam Iuriſperitis tantum committendis. Secunda ibi, *illis addendo*. Tertia ibi, *& qui contra egerit.* Quarta ibi, *& nihilominus.* Quinta & vltima ibi, *adijcientes inſuper.* ¶ Super textu, ibi, *ordinamus*, &c. dic quod eſt 20. *cap.* vbi dicitur, quod iudices de curia domini Regis non recipe ent ſalarium, nec ſeruitium de ſententijs negotiorum principalium: vide & adde, quę ibi ſcripſi. ¶ Sequitur in textu, ibi, *Item ſtatuimus, quod capiendum*, &c. iſtud habes ſupra *colla. 4. in curia Ge-*

3 *runda. cap. 15.* vbi etiam additur idem † de iudicibus curiæ domini Infantis, vide & adde quæ ibi dixi. ¶ Sequitur in textu, ibi, *Item confirmantes*, &c. iſtud habes ſupra *colla. 5. c. 24.* vbi additur priuatio officij iudicandi. vide & adde quæ

4 ibi ſcripſi. ¶ Sequitur in textu, *ſeu laici † milites*, ſubaudi, peritiã cauſarum habẽtes, quia talibus de iure poſſunt cauſæ delegari: vt *C. de indi. l. certis iuris.* Verũ eſt de iure communi; ſed † ſecus eſt

5 de iure huius patriæ, quia nullus poteſt ſe intromittere de iudicationibus, vel aduocationibus, niſi fuerit Iuriſperitus approbatus, vt dicitur in curia Regis Alfonſi III. vel 2. Montiſſoni *c. 18.* & in curia Perpiniani, *c. in ciuitatibus.* cum concor. Fallit in iudicibus rabulę & vbi forſan alias reperiatur ſpecialiter ſtatutum. Ridiculum eſt enim, vt dicitur in curia *Regina Mariæ. c. aſſatis eſt ſatis ridiculoſa.* vide ibi. ¶ Sequitur in tex. *penſionẽ recipiant, ſine non.* Nota. † quia quo ad recipientes

6 quitationem vel penſionẽ, iuſtũ & æquum fuit quod iſtis cõſtitutionibus cauetur, vt nil pro miniſtrada iuſtitia reciperẽt, arg. *extra. de vita & hone. cle. c. cũ ab omni.* Sed de alijs nõ habẽtibus quitationẽ videtur iniquũ, quia nemo cogitur proprijs ſtipẽdijs militare: 10. *q. 1. c. precarię.* Et, *Os bouis triturantis alligari nõ debet*, vt *extra. de præben. c. extirpãda.* Sed dic. q. licet illi, qui non ſunt ſtipẽdiati, non debeant cogi iudicare absq; ſalario: attamẽ ſi volentes aſſumpſerint ſponte officiũ iudicandi, adhuc debent ab omni ſalario, & ab omni mu-

7 nere abſtinere; quia † nõ licet iudici vẽdere iuſtũ iudicium, licet Iuriſconſultus poſsit vẽdere iuſtũ conſilium: vt 11. *q. 3. c. non licet.* & ita poteſt intelligi præſens cõſtitutio cum ſuis concor. Imo & in omni caſu, licet dura, præſens cõſtitutio ſeruari deberet: arg. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus manu. licet.* & 4. *dist. §. leges.* vide omnino. *cap. 3. curiæ Montiſſoni. Regis Alfonſi 11. verſ. durant officiales nõ iudicare in aliquo, neq. procedere in cauſa, ſine cognitione iudicis, vel aſſeſſoris.* & vide ibi ſcripta. Sed proh dolor videmus de conſuetudine, vel abuſu hãc & ſibi ſimiles, nullatenus obſeruari. ¶ Ver-

8 ba † ſtatutorũ debent proprie intelligi ſecundũ diffinitionẽ vocabuli, non improprie, nec procedit de ſimilibus ad ſimilia: maxime quado eſt contra ius, vel ad excluſionẽ cõtra ius naturale; vide *Bal. in feu. tit. an agnatus vel filius defuncti. c. 1.*

9 circa fin. Item † verbũ in ſtatuto vel priuilegio poſitũ, & ſimpliciter prolatũ habet intelligi de ſimpliciter tali, & nõ de eo, q̃ eſt tale ſecundum quid, & ſic improprie, ſecundũ *Ioan. de Platea. C. de decurio. l. vacantis. li. 10.* & *ff. de excu. tu. vel cura. l. ſpadonem. §. qui accepit.* Item † ſtatutum recipit

10 interpretationem legalem, & trahitur ad ius cõmune. *glo. in l. ſi. §. ſi vero poſtquã. C. de iure deli.* Item

11 nota, † quod cõſuetudo recipit interpretationẽ à iure cõmuni, ſecundũ *Ioan. ac Armania. in c. referente. de delictis puerorum.* ¶ Sed † an valeat huiſmodi conſuetudo? Videtur quod non, cum ſit irrationabilis, & contra iuratam conſtitutionem,

præ-

præceptiuam: de quo tamen dic prout latius notatur per *glos.* & *Doct. extra. de treu. & pace. cap.* 1.
15 & *de consue. cap. vltima.* Et an † consuetudo huiusmodi excuset à peccato mortali, vide per *glos.* & per *Henric. extra. de tempor. ordi. cap. sane.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *nullum salarium, donum, seruitium*, &c. subaudi, n si forte de cibo, & de eo parũ: alias imputaretur ad furtum: vt supra *colla.* 3. *cap.* 3. vide & repete hic quę ibi dixi: & vide quę scripsi intra *colla.* 9. *cap. confirmants la constitutio.*
16 super verbo, *E tolents lo abus fet.* &c. Sed † video, quod huiusmodi cõstitutiones, cum non sint omnino rationabiles, non possunt cõmode obseruari. & ideo moribus vtentiũ non recipiuntur: nullus enim cogitur propr is stipendijs militare, & vnusquisque rei suæ moderator est, & arbiter; & vniuersus populus ita viuit, & victualia nõ possunt appretiari, quoniã quotidie pretium, & pretia rerum variantur, diminuuntur, & augmentantur. Caueamus à dolo, & fraude, & honeste viuamus: & sponte donata nullus respuere tenetur omnino dolo cessante, &c. alias quis de vento viuere poterit? Sed quia hic dicit, *nullum*. & est vniuertale negatiuum, dicas quod hoc casu isti domini iudices de curia non possunt, nec debent aliquid etiam de cibo, quantumuis modicum, re-
17 cipere, quia † *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.* vt 1. *q.* 1. *cap. sunt nonnulli.* & *extra. de simo. cap. & si quæstionem.* ad idem infra *ead. ca. insuper.* vide ibi. ¶ Et ex hoc potest inferri, fere omnes de curia quotidie incurrere pœnam infamię, & priuationis prædictę; nisi dicas eos excusari propter contrariam consuetudinem. & verius, quia constitutiones huiusmodi nusquam fuerint moribus
18 vtentium approbatæ. 4. *dist.* §. *leges.* & quia † quod ratione caret, extirpare necesse est, vide quæ scripsi infra in *curia Ferdinandi. cap. è los adnocats.* super verbo, *encontinent fia tengut restituir.* Et in constitutione Reginæ Mariæ *cap. hauents acor.* Sed de fallariatis officialibus curiæ credere iniustissimum, quod præsens constitutio seruaretur. Pro hoc vide 1. *q.* 3. *cap. vendentes.* & *cap. in templo.* vide ibi *gl. f.* & *Gui. in Rosario.* & iudices curiæ consueuerunt habere auerias, & quitationes ordinarias. Sed valde dubito, quod isti iudices curiæ Regis sint excusabiles apud Deum: quia talis consuetudo videtur esse contra bonos mores, & inhonesta; nisi dicas, quod ista, & sibi similes sint reuocatæ per *cap. los salaris.* in *curia domini Ferdinandi.* propter verbum ibi appositũ, *als quals es legut*, &c. vel quia non fuerint moribus vtentium approbatæ: & ibi dicam de hoc latius Deo duce. ¶ Sequitur in textu, *infamis.* nota hic, quod aduoca-
19 tus † plus intendens lucro, quam iustitiæ est in-
20 famis. *ff. de postulan. l. ausquis.* & ibi *gl. f.* Sed † an concessa dignitate videatur dispensatum super infamia, vide *glos.* in *l. Imperialis. C. de nuptijs.*
21 ¶ Item nota, † quod infamia repellit aliquem ab habita dignitate: vt *C. de decurio. l. infamiæ lib.* 10. Et est infamia abominanda, ibidem. Item
22 infamis infamia facti, seu non bonæ opinionis, repellitur ab officio publico ciuitatis: in *authent. de defen. ciui.* §. *audiem. colla.* 3. Sed non repellitur à tutela: vt *l.* 1. §. *bestias. ff. de postulando.* Sed tamẽ repellitur à testificando, vt *l.* 2. *ff. de testa.* Sed hodiernis temporibus male morigeratis parum curatur de infamia, quoniam fere omnes reperiẽtur infames, & ideo periit pudicitia, & honestas, & regnat ambitiosa vsurpatio dignitatum, officiorum, & honorum; viaque morum penitus quasi exulauit. ¶ Sequitur in textu, *Et nihilominus illa*
23 *iudicia*, &c. hic habes, quod † nedum sententia venalis est nulla, per *l. venales. C. quãdo prouo. nõ est ne.* sed etiã processus, & acta iudicij, ac iudicia habita per pecuniã illicitã sunt ipso iure nulla quo
24 ad præiudicium dantis pecuniam: sed † valent quoad commodum aduersarij, qui pecuniam illicitam non dedit, & hoc est valde notabile. Sed
25 nunquid † peccat qui iudici dat pecuniam, & an repetere possit, vide *gl. f.* & *Gui.* 11. *quæstio.* 3. *cap. qui recte iudicat.* & *extra. de vita & hone. clerico. cap. cum ab omni.* adde notata per *gl. f.* & *Henric. extra ne prælati vices suas. c.* 1. & per totũ. Et sic nota
26 hic, † q sicut processus, acta, & sententiæ quandoque valent pro vna parte, & pro alia sunt nullius momenti; sic & contractus pro vnare valeant, & pro alia non valent. *ff. de actio. empti. vel vendi. l. si sterilis ancilla.* §. *quamuis prædiximus.* cum
27 similibus. Item † nota hic, quod vbicumque recipitur pecunia illicita pro sententia ferenda, illa sententia dicitur venalis, & sic est nulla per dictam *l. venales.* ita quod si iudex, qui nil recipere debet, aliquid recipiat; vel vbi potest recipere certum salarium iam à iure, vel constitutione taxatum, & aliquid plus debito recipiat, talis sententia dicetur venalis, & sic ipso iure nulla: & de hoc est casus infra *ead. cap. quia in sententijs.* in fi.
28 & hoc † verum in præiudicium corrumpentis, vt hic dicetur: quia si forsan iudex pecuniã illicitam recipiens contra dantem pecuniam sententiam ferret, non credo, quod talis sententia sit nulla, quia iam corruptor de dolo suo commodũ reportaret, & tamen fraus, & dolus nulli debet patrocinari. *extra de rescript. cap. Sedes Apostolica.* Sed si per pecuniam illicite datam sententiam sibi fauorabilem corruptor obtineret, talis sententia quoad ipsius corruptoris commodum erit nulla, vt sic puniatur in quo delinquit, vt hic littera dicit: sic *extra. de transla. Epis. cap. quanto.* & *de*
29 *tempore ordi. cap. litteras.* Vnde † nota, quod vbi lex facit actum nullum fauore alicuius; intelligitur si deliberauit se velle vti illa nullitate: vide *ff. de l. commissaria. l. si fundus.* §. *eleganter.* Et ego non reperio hanc constitutionem fore reuocatam, nec credo valere consuetudinem contrariam, quæ non potest induci per actus illicitos & reprobatos. vnde caueant curiales & consiliarij domini Regis, nisi esset declaratione opus. ¶ Sequitur §. *Adijcientes.* & in hoc §. & duobus capitulis sequentibus tractatur aliquid de materia appellationum.

Digitized by Google

30 tionum. Vnde nota, † quod dominus Rex existens infra Principatum Cathaloniæ, potest, & consueuit de causis appellationum, vbique fuerit, cognoscere. Sed si voluerit illas committere extra curiam, habet illas committere iurisperitis tantum, vt hic, & inter a Vicariam, vnde fuit causa principalis: vt supra *colla. 2. in curia 2. Barcinon. cap. 14. Item quod causæ Vicariæ.* vide ibi, & adde quæ dixi etiam in *curia Seruariæ, capi præterea, quia per reseruationes.* Vnde nota hic casum in quo laici non iurisperiti, etiam peritiam causarum habentes, non possunt cognoscere, nec iudicare, & ita hic non habet locum *l. certi iuris. C. de iud.* & quod dictum est supernius. ¶ Viterius
31 nota, † quod Rege extra Principatum existente consueuit Gubernator cõmittere causas appellationum ad Regem per quemuis emissum quocumque officiali, etiam si ab ipso Gubernatore fuerit appellatum: & hoc de consuetudine, quæ fundatur ex *C. de appel. l. præcipimus. §. huic*
32 *saluberrimæ.* Sed † si à delegato Principis appelletur, debebit appellari ad delegatem alias non valebit appellatio: vt *ff. de appel. l. 1. §. si quis.* vide & adde quæ notantur infra *colla. 8. cap. Item cum poch valrra.* in fine. & quæ dixi in curia Seruariæ,
33 *cap. præterea, quia per reseruationes.* Sed † quando ab ipso Gubernatore appellatur, non dabit ipse iudicem, nisi de consensu appellantis: nec valeret consuetudo contraria tanquam irrationabilis, cum sit suspectus appellanti, qui prætendit se grauatum: & quodam modo videtur causa propria, quia appellatio continet querelam iudicis, a quo.

De appellationibus, & apostolis infra decendium dandis. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli intra decem dies à tempore interpositæ appellationis dandi sunt per iudicem, à quo appellatur. & per hoc corrigitur ius commune. nu. 5.*
2 *Appellatio prosequi non potest intra decendium, nisi prius sint dati apostoli.*
3 *Appellatio prosequi potest lapsis decem diebus, quamuis apostoli dati non sint.*
4 *Index dando apostolos siue reuerentiales, siue refutatorios, potest præfigere terminum appellanti ad præsentandum appellationem iudici ad quem.*
6 *Index dando apostolos an deferat appellationi adhibito distinctionis fœdere dilucidatur.*
7 *Index à quo, si requisitus non dederit apostolos, suis congruis loco & tempore, censetur per eũ datos fuisse apostolos reuerentiales. declara ibidem, & nu. 25.*
8 *Appellationis tempus non currit impedita facto iudicis.*
9 *Appellatio suspendit sententiam. idem est in restitutione in integrum nu. 10.*
11 *Restitutione in integrum postulata nihil est innouandum.*
12 *Sententia Regia quamuis aduersus eam petatur restitutio in integrum, exequi potest præstita cautione.*
13 *Appellari potest à sententia, per quam quis pronunciat se fore iudicem competentem.*
14 *Appellatio alternatiua valet de iure ciuili, secus de iure canonico.*
15 *Appellari potest ab interloquutoria, quæ trahit secum exequutionem, vel quæ per iudicem, qui eam tulit, non potest reuocari.*
16 *Contumax non dicitur, qui fuit citatus vt compareat in vesperis, si comparet hora vespertina, licet post sententiam latam. & ideo auditur appellans. declaratur nu. 17.*
18 *Ab exequutione non appellatur, quamuis appelletur à pronunciatione de exequendo.*
19 *Appellationi videtur renunciare, qui promittit stare sententiæ iudicis. declara vt nu. 20.*
21 *Interloquutoria sententia non transit in rem iudicatam quoad iudicem. Fallit si duplici pronunciatione confirmatur.*
22 *Appellatus vbi non potest à sententia, ibi remouetur facultas reuocandi sententiam officio iudicis.*
23 *Notarius tradere tum debet instrumentum appellationis nisi impositum sit datis, vel lapso decendio ad appellandum.*
24 *Ab interloquutoria in ciuitate Barcinone non appellatur, sed reclamatur intra priuilegium.*
26 *Appellationem denegare, & non dare equiparantur.*

INfra decem dies a tempore appellationis, &c. Breuis est, & quotidie practicabilis, & non eget summa, habens duo dicta. Primum est, † quod iudices, à quibus appellatur, debent apostolos dare infra decem dies, à tempore appellationis emissæ. Vnde nota, † quod ante lapsum decem dierum nõ potest appellatio prosequi, nisi prius essent dati apostoli iuxta has constitutiones, de quo per *glos.* & *Doct.* in *Clemen. quidam. de appel.*
3 Secundo † dicit, quod lapsis ipsis decem diebus, si dati non fuerint apostoli, vtraque pars poterit appellationem prosequi: ac si ipsi apostoli dati fuissent. Hoc dicit. Nota † tamen, quod iudex dando apostolos reuerentiales, vel refutatorios, potest præfigere terminum appellanti ad præsentandum appellationem iudici ad quẽ, secundum *Bom. in suo tractatu de appellationibus. q.*
5 17. vide *Hem. in c. Nicolao.* ¶ Nota † textum, quia dicit, *infra decem dies*, quia per hoc corrigitur ius commune, per quod dantur triginta dies, infra quos dandi sunt apostoli: vt *C. de appella. l. iudicibus.* & *extra. de appella. c. abeo. lib. 6.* Sed † an
6 ex datione apostolorum iudex videatur deferre appellationi? Respõdeo, quod sic, si fuit dimissorij, secus si refutatorij. Idem si fuit simpliciter, secundum *Abbatem.* & *Antonii de Butrio. extra. de appel. c. dilectis. §. ipsum vero.* in 2. oppo. ¶ Sequitur in textu, *teneamur*, ergo non poterit iudex amplius dilatare, nec prorogare. Item † per hoc quod dicit,
7 *teneantur*, videtur, quod si congruo loco, & tempore requisitus non dederit, quod habeãtur pro reuerentialibus in odium ipsius iudicis contumacis, vt sic fiat interpretatio contra ipsum, qui in facultate habuerit deferre, vel non deferre: arg. *extra. de regulis iuris. cap. contra eum. lib. 6.* Si vero in culpa non fuit iudex, tunc credo, quod debeant

beant haberi pro refutatorijs;vel ſit diſtinguendum,an ad Principem appelletur, & tunc præſumantur delatorij:an ad alium,& tunc an appelletur à diffinitiua, & tunc idem,quia in dubio deferendum eſt; an ab interloquutoria, vel grauamine,& tunc videtur non detuliſſe:& hoc verum,quãdo in culpa iudex non fuit: quia erat abſens.Si vero requiſitus congruo loco, & tempore cum debita inſtantia non dederit, vel denegauerit; videtur detuliſſe iuris interpretationi,vt *extra.de appel.cap.ab eo.* & notatur per *Doct.* in *Clem.quamuis.eod.tit.* & vide *Ludouicum de Roma*, qui de hoc facit ſingulare dictum allega.
8 *c.dilecti.de ap.* ¶ Nota † tamen, quod tempus appellationis non currit, quando facto iudicis impeditur:vt in *authent.de appell.* §.1. *collat.4.* vide *Henric.extra.de appella.cap. cum ſit Romana.* & per *Inno.* & *modernos.*in *cap.ex ratione.*& per *legiſtas* in *authent.ij qui appellant.C.eod.tit.*vide *gloſ.Ioan.An. extra.de elec.cap.ſi electio.gloſ.ſi.lib.6.* ¶Sequitur in tex. *proſequi*,nota,ꝙ nõ dicit,*finire.*& ſic videtur, quod non poſsit petere confirmationem ſententiæ,niſi cum vnus menſis tantum de anno ſupereſt.2.q.7. *cap.appellare.* de hoc vide in *Spe. tit. de appel.*§.*nunc breuiter tranſcurrendum. verſ.illud autem.*& *extra. eod.tit. cap. oblate.*de hoc etiam vide
9 quæ dicam infra *cap.proxi.* Nota, † quod appellatio ſuſpendit:*extra.de iureiurand. cap. venientes.*
10 & *l.generaliter.C.eod.tit.* Nota,† quod reſtitutio in integrum ſuſpendit ſententiam, ſicut appellatio : textus eſt *C. de tranſac. l.ſi cauſa cognita.* &
11 non eſt alibi, ſecundum *Bald.* Sed † etiam reſtitutione in integrum poſtulata, nil eſt innouandum: vt in *l.vnica.*in rubro.*C.in inte.reſti. poſtu. ne*
12 *quid noui fiat* : verumtamen quando † petitur reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam Regiam, poteſt fieri executio præſtita cautione: iuxta *cap.ſuſcitata.extra.de reſtitu.in integrum.*Item
13 appellari † poteſt à ſententia, per quam quis pronunciat ſe fore iudicem competentem : vide *gloſ.* in *authent.habita.C.ne filius pro patre.* Item no-
14 ta,† quod de iure ciuili valet appellatio alternatiua,ſecus eſt de iure canonico : quod dic per *Ioan.An.*in *cap.vt quis duas.de elec.lib.6.* & melius in *cap.ſi is cui.de offi.dele.eod.li.* & per *Henric.Boich*
15 in *cap.conſuluit.extra.de appel.*in 2.*diſt.*Item † nota,quod ab interlocutoria,quæ trahit ſecum executionem,poteſt appellari : & idem ab omni interlocutoria, quæ a iudice non poteſt reuocari; ab alijs non.Et ideo ab interlocutoria, per quam iubetur aliquid dari,vel fieri,vide *Gui.de Cug.*in *l.ſi vero.ff.qui ſatis cog.*Itẽ pro actu nullo agitur,vt nullus declaretur,& de facto infirmetur. *ff.de fe-*
16 *rijs.l.*1.& ibi *gloſ.* ¶ Item nota,†quod contumax, qui fuit citatus,vt compareat in veſperis,ſi comparet hora veſpertina ,licet poſt ſententiam latam, non eſt contumax; ideo auditur appellans
17 ſuo iure. Secus † ſi veniat poſt horã iudice nõ ſedente pro tribunali:quia tunc verus eſt contumax,& ideo non appellat,niſi beneficio reſtitutionis:vt *l.diuus.ff.de reſtitu.in integrum.*& ibi *gloſ.*
18 & *Bal.*&*ff.de appella.l.ex conſenſu.*in fi. Item † licet non appelletur ab executione, appellatur tamen à pronunciatione de exequendo,ſecũdum *Bart.ff.quod metus cauſa. l.ſi cum excep. §.hac autem actio.*adde quæ notantur ſupra *colla.*4. in *curia Illerda.cap.*14.*Item ordinamus iſta pro euitandis.* vide & adde quæ notantur per *gloſ.* & *Gui.in Roſario.* 2.q.6.§.*de poſſeſsione* in *gloſ.ſed canones.*in fi.& quæ notantur infra *eod.cap.proxi.*§.*Item,quod ſuper iu-*
19 *dicio poſſeſſorio.*Itẽ nota,† quod promittens ſtare ſententiæ iudicis, quæcumque ſit ſententia, videtur renunciare appellationi:quod nota,licet non valeat compromiſſum in iudicem,valet tamen promiſsio talis : *Promitto ſtare ſententiæ talis iudicis.*& inducit renunciationem appellationis, ſecundum *gloſ.ff.de pactis.l.tale pactũ.*§.*qui prouoca-*
20 *uit.* quod † eſt verum in promiſsione voluntaria,non in neceſſaria, vt in promittente iudica-
21 tum ſolui, ſecundum *Guil.ibidem.* Item † nota, quod licet interlocutoria non tranſeat in rem iudicatam,quoad iudicem, tamen tranſit duplici pronunciatione,ſecundum *Bart.* in *l. quod ſuſſit.ff.de re iudi.* & *gloſ.*in *cap. fraternitatis. extra. de*
22 *frigi.& malefi.* ¶ Item † nota,quod vbi remouetur à iure facultas appellandi , ibi etiam remouetur facultas ſententiam iudicis officio reuocãdi,ſecundum *gloſ.*in dicta *l.quod ſuſſit.*Sequitur in textu, *ac ſi apoſtoli dati fuiſſent.* patet ergo hic à contrario ſenſu, quod neutra pars poſsit proſequi appellationem infra decem dies, intra quos dandi ſunt apoſtoli , niſi iudex à quo, antea apoſtolos dederit. Ergo ſi antea fuerint iudices impetrati, non valeret commiſsio , neque facta ab eis,quia antea non defertur iuriſdictio iudici ad
23 quem.Et ex hoc patet,† quod notarius non debet tradere inſtrumentum appellationis niſi datis apoſtolis , vel lapſis decem diebus;vt hic,& infra *cap.proximo.*& vide *gloſ.*quę incipit, *Vel infra*,in *Clem.quamuis.de appell.*& ibi *Ioan. de Imola.* de hoc per *Henric.*& alios *canoniſtas* in *cap.in lit-*
24 *teris.extra. de offi.delegati.* Sed † in Barcinona ab interlocutoria non poteſt appellari , ſed reclamari,iuxta priuilegium in curijs ordinariorum ſatis obſeruatum.Sed quæro,quales dati videantur,ſcilicet an refutatorij,an delatorij:dixi ſu-
25 pra in verbo *teneantur.* Sed † pro maiori declaratione ſubijcio hic trigeſimam allegationem *Lapi* abbreuiatã per *Antonium de Butrio.*ſub forma ſequenti ; Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſſe proponitur:Iudex appellanti congruo loco,& tempore ſæpius, & inſtanter apoſtolos petenti nil reſpondit;ſed poſtea infra iuris terminum ipſum appellantem citauit ad apoſtolos recipiendum.quæritur , nunquid dictæ appellationi idem iudex detuliſſe dicatur; ita quod inuitis partibus non poſsit in cauſa procedere.Quod videtur probari in *cap.ab eo.de appella.lib.6.*§.*illud autem.*vbi expreſſe dicitur in *cap.vt ſuper. eod.tit.*& *lib.*quod iudex,qui non tradidit

Digitized by Google

didit apostolos requisitus, eius processus postea non valet. Sed debet intelligi, cum iudex super hoc requisitus cum debita instantia congruo loco, & tempore eos præcise denegat. In casu nostro non proponitur sic, scilicet iudicem expresse denegasse: sed nihil respondisse, & postea in iuris termino citasse pro illis recipiendis, & tradidisse; & sic nec dolose, nec negligenter tradere prætermisit infra iuris terminum, quem requirit dictum *cap. ab eo.* in fine. Sed contrarium est verum, videlicet, quia secùndum præmissa iudex, de quo quæritur, dicte appellationi detulisse videtur: ita quod inuitis partibus non potest in causa procedere, nec grauamen reuocare, nec apostolos, maxime refutatorios, exhibere: Hoc clare, & breuissime ostenditur: nã nõ est dubiũ, quod si detulisset, neutrum prædictorum inuitis partibus posset facere iudex. vt in *cap. cum appellationibus. de appel. lib. 6.* Sed in casu præmisso detulisse probatur, ergo prædicta facere nõ potest.

26 Probo minorẽ. Denegare † appellationes, & requisitiones, & non dare, æquiparãtur in iure: hoc probatur in *Clem. quamuis. de appel.* in fine. Sed denegare apostolos est deferre. vt in dicto *cap. ab eo.* igitur in casu nostro, si iudex non denegauit, saltẽ interpretatione iuris apparet eum detulisse, & sic nec prædicta facere potuisse. Quod autem in casu prædicto denegauerit, ostenditur euidenter: nam si udex requisitus respõdit se daturum, nullo certo termino statuto, denegasse intelligitur. vt in dicta *Clementina.* fortius si nil respondit, quia idem est se espondere daturum, licet sine certo termino, vel n l respondere; quia in primo casu satis poterat intelligi de termino iuris, sed in secundo casu de nullo: & ita expresse dicit *glos.* in dicta *Clement. quamuis.* super verbo *aut si ante.* ita sentit expresse *glos. vlti.* in dicta *Clementina quamuis.* Nec obstat dicta decretalis *ab eo*, quæ dicit debere intelligi, quando expresse denegat: quia *Clement. quamuis.* in fine, æquiparat respondentem se daturum sine certo termino, expresse denegãti; igitur (vt prædixi) fortius eum, qui nil respondit: & vt supra *glos. ordi.* in dicta *Clemẽtina* hoc expresse sentit de eo qui nil respondit: & hoc puto de iure procedere, & ita obtinuit *Ant. de Butrio* post *Lapum.*

A quo tempore appellatio possit prosequi.

Capitulum VIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus potest prosequi appellationem, & iudicem super ea impetrare, sicut posset appellans.*
2 *Appellare, & prosequi appellationem an, & quãdo quis teneatur. remissiue.*
3 *Appellans, & appellatus æquiparantur de iure Cathaloniæ in prosequutione appellationis: secus est de iure communi.*
4 Statim *verbum, idest incontinenti.*
5 *Consuetudo Gerundæ circa prosequutionem appellationis adducitur. declaratur nu. 8. & 10.*
6 *Annus ad prosequendam, & finiendam appellationem à quo tempore incipiat.*
7 *Commissio appellationis de iure communi fieri potest ante datationem apostolorum.*
9 *Iudex ad quem potest inbere iudici à quo, & parti appellatæ, vt reportent acta primitiua.*
11 *Expensæ assecurantur cum pignoribus in causis appellationum de consuetudine Gerundæ. & an ista consuetudo sit reuocata. num. 19.*
12 *Non litigatur cum pignoribus tenentibus de iure Cathaloniæ, nisi pro pace & treuga, ac pro batallia.*
13 *Tempora appellationum non sunt instauranda per Regem. & ratio traditur nu. 14. declaratur nu. 15.*
16 *Procurator si non appellet an, & quando imputetur domino, vel ipse restitui possit. remissiue.*
17 *Appellationes sunt domini castri, in quo habet iurisdictionem, & non superioris ipsius domini.*
18 *Dominus non appellat in causis, quas habet subditus cum eo.*
20 *Consuetudo generalis non tollit consuetudines generales locorum, nisi in ea de dictis consuetudinibus caueatur expresse.*
21 *Cautio de iudicio sisti de iure communi præstatur in causa appellationis.*
22 *Iudex ex officio potest opponere, & pronuntiare instantiam, & appellationem deseriam.*
23 *Appellatur à sententia lata in iudicio possessorio tum de iure canonico, tum de consuetudine Barcinonæ, & Gerundæ.*
24 *Possessio magnum commodum habet.*
25 *Appellari potest à quolibet grauamine in Cathalonia.*
26 *Sententia in causa possessoria lata an sit interloquutoria, vel diffinitiua. remissiue.*
27 *In possessorio licet non appelletur de iure ciuili, appellatur tamen à grauamine, videlicet si iudex non vult recipere probationes.*
28 *Appellatur à negligentia iudicis.*
29 *Appellari ne possit a denegatione iustitiæ. remissiue.*
30 *Iudex à quo si succedit iudici ad quem; an in eius locum succedere possit. remissiue.*
31 *Iudex appellationis inhibere non potest iudici à quo, nisi parte prius citata.*
32 *Iudex ad quem potest condemnare in accessorijs in officio, sicut posset iudex à quo ante latam sententiam.*
33 *Cognitio vtrum appellatio sit recipienda, vel non, præcedit cognitionem vtrum sit iusta.*
34 *Iudex à quo potest exequi sententiam suam, quamuis sit inhibitus, si certus est non tenere appellationem. limitatur nu. 35.*
36 *Appellationem non tenere quando certum sit.*
37 *Superior per viã querelæ aliri non potest. Fallit ibidẽ.*
38 *Sententia est de actis.*
39 *Supplicari lite pendente in quatuor casibus potest, & referuntur ibidem.*
40 *Ex duobus iudicibus electio est actoris, & vno electo licet ad alium recurrere lite nondum contestata.*
41 *Continentia causæ diuidi non debet pœna extraordinaria fisco applicanda.*
42 *Litigatores duo vbi promiserunt litigare coram certo iudice, & lex dat potestatem variãdi; & alter ex eis vult vti potestate ista, an alteri teneatur ad interesse.*

Trahens

43 *Trahens aduersarium inuitum ad vetitum tribunal, tenetur de iniuria, & damnis.*
44 *Causa commissa appellatione remota non videtur remissa recusatio.*
45 *Appellari an possit à sententia alimentorum. & remissiue nu.* 48.
46 *Appellari potest ab iniqua taxatione expensarum, declaratur nu.*47.
49 *Appellari an possit à declaratione, ne pupillus apud substitutum alatur.*
50 *Omnis qui grauat dicitur modum excedere.*
51 *Non appellatur de iure ciuili à sententia nulla, & quæ actionem non parit.*
52 *Confessus ficte auditur appellans.*
53 *Contumax quis ad effectum vt non audiatur appellans.*
54 *Impedito prosequi, & finire causam appellationis facto iudicis, vel partis, succurritur ipso iure; si autem facto, vel dolo tertij, beneficio restitutionis in integrum.*
55 *Appellatione pendente quamuis nihil sit innouandum inter litigantes, hoc non procedit contra tertium, & declaratur ibidem.*
56 *Appellatio, & supplicatio differunt.*
57 *Supplicari debet intra decendium sicuti appellari.*
58 *Decem dies ad supplicandum currunt à die notitiæ.*
59 *Supplicatio non impedit executionem sententiæ.*
60 *Supplicans non auditur nisi præstita cautione, & referuntur ad hoc Regia pragmatica.*
61 *Supplicans subcumbens condemnari debet in expensis.*
62 *Supplicans intra decendium, si non præstat cautionem, nec vlterius curat committi causam dictæ supplicationis, qua cautela vti poterit supplicatus.*
63 *Supplicari his non licet à sententia Regia.*
64 *In integrum restitutio peti potest aduersus sententiam in causa supplicationis.*
65 *Supplicationis materia. remissiue.*
66 *Appellari quamuis ter non liceat ab eadem sententia, ab eadem poterit suo casu semel supplicari, vel in integrum restitutio peti aduersus eam.*
67 *Cautio iuxta pragmaticam in supplicando debet esse idonea. & an sufficiat iuratoria nu.*69. & 70.
68 *Cautio iuratoria aliquando succedit loco fideiussoriæ.*
71 *Cautionis idoneæ loco sit depositum in tabula cambij ciuitatis Barcinonæ.*
72 *Cautio qualis intelligatur, quando dicitur: Caueas ad sensum sapientis, vel idonee.*
73 *Cautionem non dare, vel dare fideiussorem tutum exceptione paria sunt.*
74 *Satisdationis prolatæ à lege verbo veniũt fideiussores, non pignora; secus si proferatur ab homine.*
75 *Inhabiles ad cauendum releuantur præstito iuramento, quod non inueniunt fideiussores.*

1 PArs appellata, *statim appellatione emissa*, &c. Casus. † Potest etiam appellatus causam appellationis prosequi, & iudicem super ipsa impetrare, eo casu quo pollet appellans. Hoc dicit.
2 An, † & quando quis teneatur appellare, & prosequi appellationẽ, vide *Salicetum*, & alios *Doct. ff. man. l. si procuratorem. §. si ignorantes.* & per *Anton. de Butrio* in *cap. non inuste. extra. de procu.* Et hic super textu, ibi, *casu quo*, scilicet, quia lapsi sunt vndecim dies, infra quos sunt dandi apostoli: vt supra *cap. proxi.* quia antea non potest prosequi appellatio, nec impetrari iudex in causa appellationis: vt hic, & supra *cap. proxi.* à cõtrario sensu, vide ibi, & *glos.* & *Ioan. de Imola* in *Clementina quamuis. de appellat.* ¶ Nota, † quod appellans, & appellatus hodie per hanc constitutionem æqui parantur in hoc, vt statim datis apostolis, vel lapsis decem diebus, qui dantur ad apostolos dãdum, possunt causam appellationis prosequi, & iudicem super ea impetrare; & sic vnus potest alterum præuenire iure isto, secus est de iure communi: & ita non habet locum hodie in hac patria *cap. appel.* & *cap. oblata.* de quibus dixi supra
4 *cap. proxi.* ¶ Vide † litteram, ibi, *statim*, id est incõtinenti, de quo per *Inno. in cap. olim. extra. de resti. spo.* qui dicit, quod non oportet spectare appellantem; quia illico potest pars appellata, si liceret appellanti, petere instrumentum appellationis, & causam intimare iudici ad quem, & super ea impetrare iudicem, vel citationem, & alias debite prosequi & finire, & hoc est probitibus abbreuiandis, & vnusquisq. potest prȩcurrere, & alterum præuenire, dummodo spectet apostolos, vel lapsis decem diebus, intra quos à iudice dari debent: vt supra *cap. proxi.* super quo etiam vide notata in *cap. ab eo. extra. de appella. lib.*6. Nota tamen, quod non credunt, quod ipsi teneantur dare instrumentum appellationis parti appellatę. Sed contra eos est hæc constitutio, alias quomodo posset statim prosequi, vt vult hoc capitulum. Nam dicit *Inno. extra. de appell. cap. ex ratione*, quod idem est, & eodem modo est procedendum in termino dato ab homine, sicut in termino iuris, licet aliqui dixerint, quod statim lapso termino dato à iudice, etiam si habeatur legitimum impedimentum, tamen sententia tranlit in rem iudicatam. argum. *extra. de in integrum resti. cap. constitutus.*
5 ¶ Nota † tamen quod in curia Gerundæ est quędã consuetudo scripta, quę est tenoris sequentis. *¶ Consuetudo obseruata, & obtenta est in curia seculari Gerundæ, quod si appellatum fuerit ab aliqua sententia, vel præcepto ad suadcem appellationis ipsius curiæ, quod nisi pars appellans infra viginti dies post datationem apostolorum dederit libellum suum coram iudice appellationis, quod appellatio habetur pro deserta.*
¶ Ecce prout ex serie, & tenore præinsertæ consuetudinis colligitur, quod ipsa consuetudo non habet locum, nisi in appellationibus, quæ emittuntur ab officialibus curiæ Regiæ Gerundæ: quia ista consuetudo non est consuetudo curiæ ipsius iudicis appellationum, sed tantũ est consuetudo, & prærogatiua dictæ curiæ Gerundæ singularis, & non extendenda ad alias appellationes, quæ emittuntur ab alijs officialibus diœcesis Gerundensis ad eundem iudicem appellationum: nec seruatur in alijs appellationibus emissis ad Regem, vel Gubernatorem, & quę coram delegatis ipsorum ducũtur. Vlterius † quæro, à quo tempore incipiat annus, qui datur ad
6 pro-

proſequendum, & finiendum appellationem? Hic & ſupra *cap. proxi.* videtur, quod à tempore datiõnis apoſtolorum, cum ante proſequi non poſsit. Tu dic, quod à tempore appellationis emiſſę, & hæc eſt communis opinio Doctorum; & eſt caſus hodie in *Clement. ſicut appellationem. de appel.* vide ibi, & in *Clementina prima, & de temporibus appellationis.* vide latius per *Henric. Boich.*
7 *extra. de appel. c. ex ratione.* Item nota, † quod de iure communi ante datiõnem apoſtolorum poterit fieri impetratio, ſecundum *Ioan. de Imola.* in *Clemen. cauſam. de elec.* in 3. *q.* licet viderim quandoque in audientia Regia dubitari, forte, quia ſi dentur apoſtoli reuocatorij, fit commiſsio ſub illa forma. *cognito prius an fuerit deferendum*, &c. Sed iure iſto per hanc conſtitutionem apparet, quod debent ſpectari apoſtoli, per decem dies;
8 quod eſt tutius. ¶ Sed † pone, quod à iudice curiæ Regiæ Gerundæ appellatur ad Regem, & ad dictum iudicem appellationum Gerundæ, & ad illum, & illos, &c. ſicut fieri conſueuit: & demũ appellans eligit cauſam appellationis proſequi coram dicto iudice appellationum; an habebit locum huiuſmodi conſuetudo? Forte ſic: & ita ſeruatur, quia ſic videtur ad ipſum iudicem appellationum gradatim voluiſſe appellare.
9 Item † nota. quod iudex ad quem poteſt iubere iudici à quo. & parti appellatæ vt exhibeant acta principalis cauſæ, vt quartam ſententiæ principalis; alias poteſt eis terminum præfigere, infra quem edant: quo elapſo poteſt pronunciare, & mandare, quod de cætero illa ſententia ſi reperiatur, non valeat, ac habeatur perinde ac ſi non eſſet lata, ſecundum *Bart.* in *l. is apud quem. C. de edendo.* & *Inno.* in *cap. G. perpetuus. extra.*
10 *de fide inſtrumentorum.* ¶ Sed † nunquid ſi ad Regem tantum appellaſſet, omiſſo medio, & re integra, mutato conſilio, cauſam appellationis introduxiſſet coram dicto iudice appellationum, quod fieri poteſt ſecundum *glo.* in *l. ſi quis libellos. C. de appell.* an tunc ſeruabitur dicta conſuetudo? Videtur, quod ſic, eadem ratione. Sed contra videtur ex tenore ipſius conſuetudinis à contrario ſenſu, dum dicit, *ad iudicem appellationis*, ſed iſte ad Regem, & non ad dictum iudicem appellationis appellauit: alias ſequeretur abſurdum, quod lapſis viginti diebus non poſſet re integra mutato cõſilio cauſam dictæ appellationis ad Regem eminæ, ad ipſum iudicem appellationis introducere. Et licet hoc ita de iure procedere credam, & non recordar contrarium vidiſſe: tamen conſulo, quod lapſis dictis viginti diebus impetres litteram à Rege ad iudicem delegatum, qui non tenebitur dictam conſuetudinem obſeruare. Vel ſi infra viginti dies volueris coram dicto iudice appellationum tuam appellationem proſequi, offeras ſtatim libellum, & tutus eris à periculo deſertionis per ipſam
11 conſuetudinem introductæ. ¶ Vlterius † nota, quod in dicta curia Regia Gerundæ eſt alia conſuetudo ſcripta tenoris ſequentis. ¶ *Item, quod in ipſa curia Gerundæ in cauſis appellationum aſſecurantur expenſæ cum pignoribus.* Hæc eſt optima cõſuetudo; pro qua facit *vſat. ſi quandocunque.* vbi dicitur, quod ſoluantur ſumptus per triuolæ appellationẽ triplices, vide quæ ibi ſcripſi, & hoc vidi in ordinario, non autem ſeruatur in delegato
12 ſecundum ſtylum. Sed † de iure conſtitutionum Cathaloniæ non litigatur cum pignoribus tenẽ. ibus, niſi pro pace & treuga, & pro batallia. vt ſupra *colla.* 4. in *curia ſecunda Barcinone. cap.* 21. *Item, quod omnis firma.* & ibi dixi latius de hoc.
13 Item † ſciendum, quod tempora appellationũ non poſſunt inſtaurari per Regem, vt vidi in quadam pragmatica Regis Petri data Barcinonæ 13. Martij, anno â Natiuitate Domini 1369, &
14 eſt ratio, † quia eſt contra ius quæſitum partis: quia ſententia per deſertionem appellationis tranſiuit in rem iudicatam: vt in *authent. ij qui appellant.* in fine. *C. de tempore appella.* Sed † ex cauſa poteſt ſuccurri per beneficiũ reſtitutionis in
15 integrum, iuxta notata in *cap. ex ratione. de appel.* vide *Henric. eod. tit. cap. cum ſit Romana.* adde quæ notat *Iaco. de Cal. in Margarita ſiſci. octauo dubio. verſ.* 101. & in *ſuo Curiali* in *ſeptimo dubio. ver.* 102. & quæ notat *Ioan. de Liniano* in *cap. inhærentes, de*
16 *iuramento calum.* ſi procurator non appellat. an & quando domino imputetur, vel poſsit reſtitui, vide *Inno.* in *cap. 1. vt lite non conteſtata.* & *de cauſa poſſeſ. & proprie.* & *Bald. inſti. quæ ex qui. ca. ma. po.* §. *vlti. f. per glo. 1. deſiderium ibi ſibi imputet.* ¶ Nota
17 tamen, † quod appellationes ſunt domini caſtri, in quo habet iuriſdictionem, & non ſuperioris ipſius domini: & ita fuit iudicatum in Cathalonia ſæpius per *glo.* in *verſ. de omnibus namq. communibus.* ſuper verbo, *iudicia.* facit *vſat. & ſi à poteſtate.* &
18 *vſat. omnes homines tam nobiles.* Item † per dictam *gloſſam*, vt imur, quod in cauſis, quas habet ſubditus cum domino, dominus non appellat. Pro quo vide in *Spe. tit. de appel.* §. *quibus. verſ.* 33. vide *Iaco. de Monte Iudaico ſuper verſ. de omnibus* præalleg. & huius opinionis fuerunt *P. Moles. Ioan. Ferrarij*, & aliqui practici iuriſperiti hu-
19 ius ciuitatis Gerundæ. ¶ Sed † dubitari poteſt, an dicta conſuetudo, quæ diſponit expenſas aſſecurari cum pignoribus, ſit reuocata per dictam conſtitutionem, *Item, quod omnis firma.* Et videtur, quod ſic, quia in curia generali interuenerit Syndicus Gerundæ: & ita videtur ſcire, & conſentire, vt per dictam generalem conſtitutionem contrariam tollatur dicta conſuetudo ſpecialis Gerundæ, & ita videtur velle *Iaco. de Calicio* in ſimili: prout ipſe notat in *ſuo Directorio pacis & treuga.* in 4. *dubio principali.* §. *præterea.* & melius in 8. *dubio.* §. *quæro nũquid vigore dictorũ priuilegiorum*, &c. Dic contra per *c. licet Romanus. de conſt. lib. 6.*
20 quia per † conſtitutionẽ generalẽ non tolluntur conſuetudines ſpeciales locorum, niſi in conſtitutione de ipſis conſuetudinibus caueatur expreſſe. Nec obſtaret ſententia Syndici, quia præ-

ſumitur

ſumitur ignorare: & ſi ſciret, forte non poſſet expreſſe ipſe ſyndicus reuocare ſi vellet, ergo minus poteſt tacite præiudicare. De hoc dixi ſupra *collatione ſecunda*, in *curia ſecunda Barcinona. cap. ſtatuimus vt itaque.* ſuper hoc tamen eſſet videnda poteſtas ſyndici: quia audiui, quod aliqui conſtituuntur cum plena poteſtate, ſaluis tamen
21 priuilegijs. Verumtamen † de iure communi etiam in cauſa appellationis præſtatur cautio de iudicio iiſti: vt legitur & notatur in *authentica de ijs qui ingredi. ad appell. colla.* 5. Notandum,
22 quod † iudex ex officio poteſt opponere, & pronunciare inſtantiam, & appellationem deſertam: vt *l. ſecunda, §. fin. C. de tempore appellat.* vide *Bald.* ibi. Et etiam verum, quod iuxta dictam conſuetudinem in cauſa appellationis aſſecurantur expenſæ per ambas partes. Facit 3. *q.* 3. *§. ſpatium*, & in auchenticis ibi inſertis, & canonizatis.
23 ¶ Item eſt † in dicta curia Gerundæ alia conſuetudo ſcripta tenoris ſequentis. ¶ *Item, quod ſuper iudicia poſſeſſorio appellatur.* Et idem eſt de iure canonico: vt *extra. de reſti. ſpo. cap. cum ad ſedem.* vide ibi *gloſſam. & de teſt. cap. ſignificauerũt.* vide ibi *Innocen.* & in *cap. penultimo. extra. de noui operis nunciatione.* & dicta conſuetudo eſt in priuilegio *Barcino. Del rey gouuerunt proceres.* Secus tamen eſt de iure ciuili: vt *C. ſi de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum. l. vna.* vide ibi *Cinum.* & *Bald.* Sed valde vtilius eſt, quod poſſit appelli-
24 ri, quia † magnum commodum affert poſſeſſio: vt *extra. de reſtitu. ſpo. cap. ſæpe.* & ita quis poteſt grauari in paruo ſicut in magno. *extra. de appella.*
25 *cap. de appellationibus.* ita. † quod regulariter hodie à quolibet grauamine poteſt appellari in Cathalonia; & in hoc ſeruamus ius canonicum tanquam magis æquum: vt *extra de appell. cap. ſuper eo.* vide *Gui. 2. q. 6. §. de poſſeſſione*, ſuper verbo
26 *ſententia interloquutoria.* Et ibi late nota, an † ſententia ſuper poſſeſſorio lata, diffinitiua ſit, vel interloquutoria. Sed quod dixi in hac patria appellari iuxta ius canonicum, quod eſt æquius, fallit in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorum: vt ſupra in *curia Perpiniani. cap. cauſa.* vide quæ ibi dixi. Nota tamen per *Gui.* & *Cinum. ff. de*
27 *mine. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.* quod licet † in poſſeſſorio non appelletur de iure ciuili Romano, tamen appellatur à grauamine; vt ſi non vult iudex recipere probationes, ſecundum *Innocen.* & *Bald.* in prælegato *cap. ſignificauerunt. extra. de teſt.* vide *Inno.* ibi, & latius per *Archi. in Roſario. 2. q. 6. §. de poſſeſſione in gloſ.* ſecundum *canones.* & ibi videtur tenere, quod in iudicijs poſſeſſorijs non appelletur etiam iure canonum, vide quæ ſcripſi ſupra *eadem cap. proxi. verſ. Item licet non*
28 *appelletur.* Item † nota, quod ſicut à iudice procedente, & iuſtitiam negante, poteſt appellari: ita etiam appellatur à iudice nolente procedere, vel cognoſcere vbi debet, & ſic à iudice negligente appellatur, ſecundum *Guil.* in *l. 2. ff. de offi. proconſulis.* & alleg. *C. de defen. ciui. l. ſubemus. C. vt lite pen. l. 2.* in *authent. de man. prin. §. permittitur.* vi-
29 de ibi. Item † an à denegatione iuſtitiæ poſſit appellari, vide per *Guil. ff. ex quibus cauſis ma. l. ſed*
30 *& ſi per prætorem. §. ait prætor.* ¶ Sed † ſi iudex à quo ſuccedat iudici ad quem, an in eius locum poſſit ſuccedere, vide *gloſ. ff. de inoffi. teſta. l. filius. §. Item ſi arrogati*; vbi tenet, quod ſic: hoc non putat verum *Alba.* arg. *ff. de iuriſdict. omnũ iudi. l. prætor.* & facit. *ff. de iudi. l. Iulianus. 2.* & nota contra dictam *gloſ. C. de appel. l. eos.* ſecundum *Bernardum Saporis*, & hanc teneas. Iudex enim à quo notorie ſuſpectus eſt: & ideo ſi ſuccedat iudici ad quem, non poterit de cauſa illa amplius iudicare, quia
31 præſumitur habere affectionem. Itẽ nota, † quod iudex appellationis non debet mittere inhibitorias, niſi prius parte citata, ſecundum *Inno.* & *Bal. extra. de offi. dele. cap. paſtoralis.* in *gloſ.* ſuper verbo,
32 *ſuſpendatur.* Item nota, † quod iudex, ad quem eſt appellatum, non ſolum vt ſurrogatur in principali, ſed etiam in officio iudicis, poſſit condemnare in acceſſorijs ex officio, vbi poſſet ante ſententiam iudex à quo: *ff. de vſuris. l. tutor.* Item no-
33 ta, † quod cognitio vtrum appellatio ſit recipienda, vel non, præcedit cognitionem vtrum ſit iuſta; & ideo illa poteſt fieri abſente parte. Et donec conſtet iudici ad quem, quod ſit iudex vigore appellationis, non poteſt mittere inhibitoriam, ſecundum *Inno.* & *Bal.* in *cap. paſtoralis.* in *glo.*
34 *ſi autem obijciatur. extra. de offi. dele.* Sed † ſi litteræ inhibitoriæ mittuntur per iudicem appellationis, is tamen iudex à quo poteſt exequi ſi certum
35 eſt appellationem non tenere. niſi † litteræ emanauerint à Principe; tunc omnino ſuperſedendũ eſt, ſecundum *Bal.* in dicto *cap. paſtoralis.* in *gloſ. mirum videtur.* adde tamen quæ notantur in *c. non ſe-*
36 *lum de appel. li. 6.* ¶ Item nota, † quod tunc dicitur eſſe certum appellationem non tenere, quando conſtat per euidentiam facti ſuper quo iudicatum eſt, vt quia appellatio prohibetur à iure, vel quia in ea nõ aſſignatur cauſa, vbi appellatur ab interlocutoria. Sed vbi eſt neceſſe, ꝙ fiat notũ per cauſæ cognitionẽ, nunquã fit executio. illa cauſæ cognitio fieri debet per iudicẽ ad quẽ, ꝙ nota, ſecũdũ *Bal.* in prælall. *c. paſtoralis.* ſuper dicta *glo. mirũ*
37 *videtur.* ¶ Vlterius nota, † ꝙ regulariter ſuperior non poteſt adiri per viã querelæ. Ita, ꝙ cauſa extrahatur ab inferiori iudice, qui cœpit cognoſcere. Fallit in caſibus, vnus eſt *C. de iuriſdi. omnũ iudi. l. ſi.* in *verſicula tamẽ vt ipſis.* Sed ibi ideo eſt, quia quilibet, ſeu vterq. erat iudex ordinarius rei, & immediate, propter ꝙ actor poteſt eligere, coram quo conueniat reũ: *C. de Epiſc. & cler. l. cũ clericis.* in prin. *& de Epiſcop. audi. l. decernimus.* Et hoc verum, niſi in ſcholaribus: vt in *authent. habita. C. ne filius pro patre.* Alius caſus eſt, ſi ordinarius deneget copiam actorum: idem de ſententia cuius
38 copia non debet denegari, quia † eſt de actis ſecundum *Ioan. An.* vide *Innocen.* in *cap. G. perpetuus. de fide inſtrumento.* quo caſu recurritur ad ſuperiorem. *C. vt lite pendẽ. l. 2.* Tertius caſus

eſt, ſi retardat, litem nimium protraſtinando quia tunc oppprimere videtur, vide *in ſumma de afflictionibus*: nam poteſt de ipſo conqueri ſuperiori. *C. de tempore appel. l. ſi. §. penul.* Alias autem, ſi partes ad Principem veniant, omiſſo ordinario, ipſas ad illum remitteret: vt in *authent. de mand. prin. §. & non permittere.* & in *authent. vt differen. iudi. §. 1. & 2.* Quartus caſus eſt, in quo recurritur ad ſuperiorem, omiſſo ordinario, ſcilicet, ſi iudex propter aliquam partium differat pronuntiare. *C. de pedan. iudi. l. 3.* & eſt textus in *authent. in medio litis non fieri ſacras fer. §. cauſa.* alias, *ſi vero dum*
39 *cauſa*. Et † ibi in *gloſ.* nota quatuor caſus, in quibus poteſt ſupplicari lite pendente, ſecundũ *Gui. de Cug.* qui ita, & latius notat in *l. nemo. C. de ſuis ſtatut. omnium iudi.* Adde quintum caſum, in quo poteſt Archiepiſcopus per viã querelæ audiri, ſcilicet, quãdo ſententia eſt manifeſte iniuſta, & ſic in caſu notorio, nota *gloſ.* 11. *q. 4. cap. ſi quis.* Item adde ſextum, ſcilicet, ex prærogatiua regaliarum: vt infra *colla. 9. cap. ne ex beneficio.* ¶ Sed
40 pone, † quod tu habebas duos iudices ordinarios, quia forte fouebas in duobus locis domicilij; quod potes: vt *ff. ad municipal. Labeo. & l. eius qui. §. ſi.* vel ſi in illo loco eſſent duo ordinarij, ego feci te citari coram vno; nunquid eo omiſſo poſſum recurrere ad alium? Videtur, quod ſic, quia ante litem conteſtatam non videtur quis agere, &c. *ff. res iudicata haberi. l. amplius.* & ideo licet pœnitere. *ff. de iurisdict. omnium iudi. l. ſi conuenerit.* & *ſoluto matri. l. ſi cum dotem. ff. eo autem tempore.* Item, quia in voluntate noſtra erat coram quo re cõuenire vellem. vt in allega. *l. cum clericus.* licet ergo coram vno vadam, ante litẽ conteſtatam potero cum alio ire, arg. *ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatus fuero Stychum aut Pamphilum. ad Tertul. l. filij mater. §. 3.* contrarium tenet *Guil.* vbi ſupra per *ff. de reg. ſua. l. nemo poteſt.* & *extra de reg. iuris. ſemutare conſilium.* & *ff. de op. leg. l. apud Anſidium.* & de hoc eſt textus *ff. de offi. conſul. l. 1.* Imo hęc pœna habet locum in caſu ſpeciali. *l. 1. de aſſe. toll.* quia regulariter eſt pœna extraordinaria: vide *gloſ. extra. de reſcrip. ex tenore.* & *An. de Butrio.* in *c. ſi. de foro competen.* & in *c. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct.* & dic ſecundũ *Ioan. de Platea.* in *l. ſemel.* & *l. iuſtos collatores. C. de re militari. l. 12. amitterem litem.* arg. *C. de aſſe toll. l. 1.* in fi. *& de re mili. l. iuſtos collatores. §. ſi.* & idẽ tenet *Bar.* in *l. properandũ.* circa fi. *C. de iudicijs.* Et notat *Iaco. de Cal. in Marga. ſiſer.* in 6. *dubio. verſ.* 190.
41 quod † punitur pœna extraordinaria hîc applicanda, qui continentiam cauſæ voluerit diuidere, & quod penes vnum iudicem poterat tractari, apud diuerſos iudices cauſam voluerit vẽtilare: vt *l. nulli. C. ne uxor ſeruijs.* & ibi nota per *gloſ.*
42 & *Doct.* Sed † pone, quod duo litigatores promiſerunt litigare coram certo iudice ante litem conteſtatam, ex dat poteſtatem variandi: *ff. de iurisdict. omniũ iudi. l. ſi conuenerit.* vnus ex ijs vult vti poteſtate ſibi concella, nunquid alteri teneatur ad intereſſe? *Albericus de Roſat.* tenet quod non, per ea quæ ipſe notat *ff. de verb. obli. l. miles. §. ſi ſtipulator.* in fi. quia ex quo variat, ex *l. poteſtate.* videtur hoc poſſe fieri impune. Videtur poſſe dici: quod aut quis conuenitur coram non ſuo iudice ex pacto, & tunc loquatur *Albericus.* aut alias ex domicilio, & tunc loquuntur *Guil. Barr.* & *Iaco. de Cal.* cogita tamen melius pro concor-
43 dia prædictorum. Et dic, † quod ille qui trahit aduerſarium inuitum ad vetitum tribunal, tenetur de iniuria, & damnis per *l. iniuriarum. §. ſi quis. ff. de iniur.* & vna fibra nuri. vt *l. nemo. C. de iurisdict. omnium iudi.* Et vbi alia pœna non reperitur, puniſetur extra ordinem crimine ſtellionatus: vt *C.*
44 & *ff. tit. de crimine ſtellionatus.* ¶ Item nota, † quod cõmiſſa cauſa, appellatione remota, non videtur remiſſa recuſatio. *C. de iudi. l. cũ ſpeciali.* de hoc dicit per *Henri.* & *Doct.* in *cap. ſuper eo. extra. de appell.*
45 ¶ Quæro † an à ſententia alimentorum poſſit appellari? Reſpondeo, quidam tenent, quod non: *ff. de feriis. l. 2. ff. de re iudi. l. 2. C. de ſepul. vio. l. vlt.* quia nulla res eſt quæ minorem capiat dilationem, quam alimentorum præſtatio. *O. Carbo. l. 1.* in fi. *& de appellatio. l. ſi.* In contrarium eſt, quia nõ reperitur prohibita appellatio, vnde *Gui. de Suza.* tenet, quod appellari poſſit. *C. de iure fiſci. l. 4. lib. 10.* Et hæc vera, niſi tame peretur. Interim tamẽ ſi ſe aliter alere nõ valeat, exhibenda ſunt ſibi alimenta per appellãtem: arg. *ff. de inoffi. teſta. l. ſi inſtituta. §. vltimo. ff. de iure dotis. l. ſi filius.* adde quæ notãtur per *Henric.* & modernos *extra. de accu. cap. ex parte.* vide *Gui. de Suza. ff. de ijs qui ſui, vel alie. iuris ſunt.* Et idem tenent *Iaco. de Calicu.* & *Bald.* per *l. ſi inſtituta.* & allegato *C. de ord. cog. l. ſi.* & *ff. de li. ag. l. ſi neges.* & eſt *gloſ. eod. tit.* in *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. Guil.* dicit, quod ſi petuntur alimenta officio iudicis vt debita; idem vbicumque petantur alimenta officio iudicis, ex aliqua iuſta cauſa a natura non admittitur appellatio: quia hoc non tangit, niſi poſſeſſionem. *ff. de li. ag. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. C. de ſen. pa. l. vnica.* alleg. *l. 2. de re iudi.* & *ff. de appellatio. recu. l. ſi. ff. de fer. l. 2. in argumentum.* Admittetur tamen appellatio ſi conqueratur de iniuſta taxatione. Idẽ
46 eſt † in taxatione expenſarum; quia ſi fuerit iniqua, poterit appellari, licet à condemnatione non fuerit appellatum. quia tũc fiet taxatio in ſufficientibus. *ff. de inoffi. teſt. l. ſi inſtituta. C. de orati. cog. l.*
47 *ſi.* Sed † ſi petuntur iure actionis, dicit, quod appellabitur; vt ſi petantur ex teſtamento, vel ex contractu: quia poteſt eſſe, quod omiſſa ſit exceptio, vel nulla fuit promiſſio, vel mutuatio. *ff. familiæ erciſc. l. quædam.* & *ff. de iure patron. l. copra.* ſecundum *Gui. de Cug.* in allegata *l. penultima.*
48 *ff. de ijs qui ſui, vel alieni iuris ſunt.* An †, & quando in cauſa alimentorum valeat appellari, vide *Bart. in tractatu ſuo*, quem compoſuit *de ap-*
49 *pellat.* ¶ Ex † prædictis etiam poteſt inferri, ſi agatur ne pupillus apud ſibi ſubſtitutum alatur; & fuerit ſubſtitutus condemnatus, vt pupillum reſtituat, ne ſecum vlterius moretur

propter.

propter vitandam ſuſpicionem legis, an valeat appellare â tali condẽnatione. Et videtur, quod non: quia maiorem celeritatem hæc cauſa requirit, quam alimentorum. Et hoc credo verum, ſi ille non neget ſe fore eidem pupillo ſubſtitutũ, & immediate ſucceſſurum: quia de eo lex male præſumit: vt *ff. vbi pupill. debet. l. 1.* & *C. eod. l. 2.* cum ſuis concor. & hoc maxime ſi ille ſubſtitutus auctoritate propria ſibi occupauit pupillũ; ſecus forte ſi â iudice, aut â teſtatore fuerit ſibi commendatus. Cogita tamen, quia de ijs habeo
50 quæſtionem in facto. Itẽ † nota, quod omnis, qui grauat dicitur modum excedere, ſiue excedat fines mãdati, ſiue fines iuris, & ideo vbicũque grauet iudex, poterit appellari, ſecundum *Inno.* qui hoc notat in *gloſ. modum excedit. in cap. ſuper quæſtionum. extra. de offi. dele.* ¶ Notandum vlterius,
51 quod † â ſententia, quæ eſt nulla, & quæ non parit actionem: non appellatur de iure ciuili: vt *l. 1.*
52 *C. de arbi.* ¶ Item † nota, quod ficte contestus auditur appellans: vt *l. 2. §. ꝙ ſi actor. C. de iure calũ. gloſ.* ibi. Sed *Gui. de Suza.* contra. ¶ Sed quare auditur contumax in non petendo, & non auditur contumax in non veniendo; vide per *Gui. de Cng.*
53 in *l. properandum. C. de iudi.* ¶ Vnde † nota, quod quidam eſt verus cõtumax, qui dicit aperte. Nolo venire. Quidam eſt verus contumax, quem citatio apprehendit. Quidam quaſi contumax, qui citatus eſt ad domum. Primi duo non audiuntur appellantes. Tertius ſic, ſecundum *Gui.* in dicta *l. properandum. §. ſin autem reus.* Sed tunc an poterit ſupplicare, vel petere reſtitutionem in integrum? Credo, quod ſic, per notata in *Spe. tit. de appel. §. quotiens.* & in *tit. de ſuppli. §. ſi.* & hoc ex cauſa ſi viſum fuerit iudici, vel ſuperiori. Aduerte tamẽ quod vt dicatur verus contumax, ſic quod repellatur ab appellando, non ſufficit quod citatio tranſiuerit in notitiam ſui per aliquod medium. Sed oportet, quod immediate â nuncio ſibi intimetur, ſecundum *Gui.* ibidem, quod eſt valde notandum. Quidam etiam voluerũt tenere, quod etiam fictus contumax non audiatur appellans per *§. ſin autem reus*, iuncto §. præcedẽti. vbi apparet, quod pars citata non inuenta fuit, & ſic fuit fictus contumax. Hoc non tenet *Cinus.* De hoc vide latius per *Doct.* in *Clem. ſi ante. de dolo, & contu.*
54 Item † nota, quod ſi quis impediatur proſequi, & finire debito tempore cauſam appellationis propter factum, vel culpã iudicis, vel partis, vel propter aliud proprium iuſtum impedimẽtum; puta, quia impeditur propter infirmitatem, vel temporis tempeſtatem, vel etiam inopiam, quod eſt notabile: vel propter aliam iuſtam cauſam: ſuccurritur ipſo iure. Sed ſi per factum aut dolũ tertij fuerit impeditus, tunc ſuccurritur beneficio reſtitutionis in integrum, ſecundum *Inno.* qui hoc latius notat *extra. de appellat. cap. ex ratione.* vide *Bon. in ſuo tractatu appellationũ.* & *Hẽric. Boich extra. de appel. cap. cum ſit Romana.* Item nota, quod
55 dicitur † appellatione pendente nil nouari: verũ eſt contra ipſos litigantes, ſed nõ contra tertium: Sic *ff. manu. codicio.* & ibi *glo.* vide *Inno. extra. de elect. cap. dudum.* qui dicit hoc verum de pendentia ſpectante ad proceſſum cauſæ: vide etiam *extra. de excep. cap. dilecti.* vbi dicit, ꝙ illud quoad iudicem: adde *extra. de appel. cap. teneamur.* & *cap. ſolicitudinem.* & *cap. dilectis.* ¶ Præterea ſciendum
56 eſt, † quod eſt differentia inter ſupplicationem, & appellationem, quia bis, vel ter appellatur, & ſolum ſemel ſupplicatur: *C. de preci. Impera. offe.*
57 *l. ſi quis.* vide ibi *gl. ſ.* Item † nota, quod ſicut debet appellari infra decem dies, ſic etiam ſuppli-
58 cari. *C. eod. tit. authent. quæ ſupplicatio.* ¶ Et † ipſi decem dies ad appellandum & ſupplicandum currunt â die latę ſententiæ, & notitiæ: vide *glo.*
59 *ibidem.* ¶ Item nota, † quod ſupplicatio non impedit executionem ſententiæ. Sed interim cauet is pro quo lata eſt ſententia de reſtituendo cum augmentis ſi obtineret ſupplicans, & de hoc nota in *cap. ex litteris. extra. de reſtitutione in integrum.*
60 Item † ſupplicans non auditur, niſi præſtita cautione expenſarum. Et de hoc eſt quędã pragmatica Regia tenoris ſequentis.

¶ Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Quia non eſt malitijs hominum indulgendum, neque fugamen deuicti, ſeu qui ſententialiter in conſilio ſeu auditorio Cancellariæ Regiæ ſubcubuerit ſub conuenientia confouẽdum. Ad inueſtigandas vias lubricas quibus luce regali non contentus: ex quo ſententialiter ſit de victus, ſeu ſubcubuerit, vt eſt dictum, ſubſtantiam ſui victoris faciet expenſis & vexationibus indebitis deuaſtari. Habita ſuper his deliberatione matura, pleno noſtro conſilio prouidemus, ac perpetuo ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod deinceps ſi & quandoque in curia noſtra poſt lationem ſententiæ, ſub notitia alicuius pronunciationis, vel declarationis per nos ſeu in perſonam noſtram per alium quemcumque ferendæ contigerit ſupplicationem aliquã porrigi [ſcilicet infra decem dies, infra quos eſt de iure appellandum, & etiam ſupplicandum, vt in alia pragmatica eiuſdem Regis Petri, de qua inferius mentio habetur,] de aut ſuper eadem ſententia, pronuntiatione, aut declaratione retractãda, reſoluenda, ſeu aliqualiter corrigenda; non aliter ipſa ſupplicatio admittatur [ſubaudi, nec iudices dentur, nec alias procedatur;] ſi ſecus factum fuerit, totum eſt irritum [vt in alia ſequenti pragmatica] niſi prius, dictus talis ſupplicans idoneam in dicta curia præbuerit cautionem, quod caſu quo in cauſa eiuſdem ſupplicationis ſubcumbat, expenſas faciendas, & damna ſubſtinenda per alteram partem occaſione dictæ cauſæ ſoluet, & reſarciet inter-
61 griter, & complete. [Nota verbũ, quia † videtur hic caſus ꝙ ſi ſuppl. cans ſubcubuerit non poſſit ſibi parci in expenſis in totum, nec in partẽ propter verbum *integriter.*] In cuius rei teſtimonium perpetuũ, præſentem fieri iuſſimus noſtro ſigillo

appenditio communiam. Dat. Barcinonæ 27. die Augusti, anno à Natiuitate Domini 1383. Regni que nostri 28. visa Ro.

62 ¶ Sed pone casum sæpe contingentem. Aliquis supplicauit à sententia infra dictos decem dies, non tamen cauit pro expensis, nec curat vlterius: sed pars quæ obtinuit sententiã, petit, quod ais gietur supplicanti ad cauendum: alias, quod habeatur ac si non foret supplicatum: an iustum petat? Vidi in consilio Regio concludi, quod sic, & fuit practicatum. quod fieret assignatio parti ad cauendum infra terminum competentem cum cõminatione quod alias haberetur pro non supplicato. & vlterius non audiretur. Et ita in contumaciam non cauentis fuit declaratum iuxta ipsam comminationem. Vide etiam, quod potest peti confirmatio sententiæ, vide & adde quæ scripsi supra *colla. 4. in curia Ilerden. cap. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur.* super verbo *cauere.* & vide pragmaticam, quã ibi inserui. adde & vide in *Manua.* super *vsat. indic. ñ.* vide *Angel.* in *l. ss apud quem. C. de eden.* ¶ Postea emanauit alia pragmatica eiusdem Regis Petri (quã vide supra) continens, quod intra decẽ dies habeat supplicari: & intra annũ supplicationis causa finiri, & terminari. Alias transit sententia in rem iudicatam. Et pro hoc datur amplius supplicari. Nota, 63 † quã à sententia Regia non potest bis 64 supplicari. Sed † an poterit fieri restitutio in integrum aduersus lapsum istum? Credo, quod sic, sicut aduersus rem iudicatam vt [illegible] sub pœna duorum milleflorenorum. ¶ De materia 65 huius supplicationis † vide & adde notata per *Doct. in c. suscitata. ext. de ac reiect.* [illegible] *integrum.* & per *Gui. in Spe. tit. de suppl. cartarum. §. supplicari potest.*

66 Nota, † quod non potest tertio ab eadem parte, & ab eadem sententia vel grauamine appellari? vt *extra de appel. cap. sua nobis.* & *2. q. 6. Si quis in quatuorque.* & *C. ne liceat in una eademque causa tertio prouocare. una.* Sed nunquid tunc quãdo nõ potest quis tertio appellare, poterit supplicare, vel restitutionẽ in integrũ petere? Dic quod sic, vt notatur in *Spe. tit. de ap. §. quoniam.* & *in ti. de suppli. §. fi.* & *de restit. spo. cap. cum ex litteris.* sed tamen non poterit nisi semel supplicari. vel in integrum restitutio peti: vide *in spe. vers. supra sed pragma-* 67 *tica videtur contra.* ¶ Vltimo nota, † quod cautio, de qua in præmissa pragmatica continetur, debet esse idonea; vnde debet cauere cum idoneis fideiussoribus vel pignoribus. vt *ff. mandati. l. si mandatu. §. fi.* vide ibi *§. ſ.* sed appellatio satisdationis requirit fideiussores. *ff. de fideicommiss. l.* 68 *ergo. adiudicatum.* quandoque † vero loco cautionis & fideiussoriæ succedit iuratoria. vt in *authent. de nuptijs. §. quamuis igitur. vers. sin vero collat.* & *C. de Episcopis, & clericis. authentica generaliter.* Sed in 69 casu dictæ pragmaticæ † non credo sufficere dare iuratoriam, alias de facili conueniretur prouisio ipsius pragmaticæ; & si dominus Rex voluisset, id dixisset. vt *extra. de decimis.* 70 *cap. ad audientiam.* Vide † tamen practicari in audientia Regia, quod pauperes admittuntur ad hanc supplicationem cum iuratoria cautione; secus in alijs, qui non gaudent priuilegio paupertatis: de quo in *curia Regis Ferdinandi. cap. nõ ex beneficio.* Sed pone, quod est aliquis, qui non potest dici pauper, sed est aduena, vel forte alius, qui non reperit fideiussores; quia hodie valde est difficile reperire fideiussores; tunc credo, quod si non habet pignora, quod possit admitti cum iuratoria cautione: nemo enim potest ad impossibile obligari, nec per hoc possit sibi iustitia denegari. Faciunt notata *extra. de ap-* 71 *pel. cap. ex ratione.* Tamen † Barcinonæ fit depositum in tabula cambij, loco idoneæ cautionis.

72 ¶ Qualis † cautio intelligatur quando dicitur, *Cauea ad sensum sapientis*, vel *Cauea idonea*, vel *plene*, vide *glos. ff. man. l. diem. §. fi.* alias est *l. dies adiecto.* & melius in *l. mandato. §. Paulus.* Vide & adde quæ scripsi supra *eadem collatione, curia Perpiniani cap. ad occurrendum desidiæ.* super verbo, *ad* 73 *cognitionem sapientis.* ¶ Item nota, † quod pauperes sunt non dare cautionem, vel dare fideiussorem ratum exceptione. *ff. ad Velle. l. quamuis. §. si tamen.*

74 Et appellatione † satisdationis à lege prolatæ intelliguntur fideiussores, non pignora: vt *l. prætoria. ff. de prætor. stipulationibus. Sard. ff. de constitut. pr. l. fin autem.* secus si proferatur ab homine, se- 75 cundum *Antonium de Butrio.* Item † nota, quod inhabiles ad cauendum, vbi exiguntur fideiussores, præstant iuramentum: vt in *authentica generaliter. C. ne Episcopis & clericis.* quod nota bene. Sed in prætorijs stipulationibus requiruntur fideiussores. Ita quod non sufficit dare pignora, secundum *glossam*, in *authentica offeratur. C. ne lite contestata.* vide ibi *Bart.* adde quæ notantur supra *collatione quarta*, in *secunda curia Barcinona. cap. primo.* & in *curia Ilerda cap. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus.* Et cum ibi dicatur *assecurare*, & proferatur à lege, videtur, quod sit ibi necesse dare fideiussores, & forte requiruntur de eodem loco, cum sit satisdatio voluntaria, iuxta notata per *Angelum*, & alios *Doctores ff. qui satis cogantur. l. si fideiussor. §. si necessaria.* nec etiam forsan habebit ibi locum iuratoria cautio, cũ sit satisdatio prætoria, iuxta notata supertius. Alias de vento ferunt ipsa constituta. Vide tutius esse pignoratitiã præstare, quã iuratoriã; quia tutius est pignori incũbere: quam personam agere. *Instit. de obli. quæ ex maleficio nascuntur. §. furti.*

De forma procedendi in iudicio tabulæ officialium. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vbi male absolvit reum ab instantia iudicij, facit litem suam, quamuis non perimatur ius partis.*

2 *Actus qui geritur, non præiudicat, nisi fortiatur effectũ.*

3 *Lex vbi deficit, vbi deficit interesse.*

4 *Exceptio, Tua nõ interest, tãquam peremptoria opponitur vsque ad sententiam.*

5 *Iudex non facit litem ſuam, quamuis non velit ſupplere cum poteſt.*
6 *Iudex ferens ſententiam nullam ipſo iure, non facit litem ſuam, tenetur tamen ad litis expenſas.*
7 *Iudex negligendo facit litẽ ſuam, ſicut male iudicando.*
8 *Iudex faciens litem ſuam non liberat debitorem.*
9 *Conſtitutiones de tabula loquentes traduntur late. & quælibet ex eis quid diſponat circa tabulam.*
10 *Actio ex quaſi maleficio datur contra iudicem negligentem facere iuſtitiam.*
11 *Officialis, qui tenetur ad tabulam, alibi conueniri non poteſt quam in ipſa tabula, vel coram Principe ante tempus tabulæ: ſecus erit ſi non tenetur ad tabulam; cum conueniri poſsit de iure communi in loco domicilij, originis, vel delicti.*
12 *Officiales tabulæ à quibus dentur de iure communi. & à quibus de iure Cathaloniæ. nu. 13.*
14 *Officiales de quibus rebus tabulam tenere debeant.*
15 *Officiales pro leui errore non ſunt condemnandi.*
16 *Ex officialibus ratione doli quilibet inſolidum tenetur, ſed ratione culpæ quilibet tantum inſolidum.*
17 *Officiales in ſyndicatu, & tabula poſſunt conueniri de contractibus ſeu quaſi, maleficijs ſeu quaſi, quos & quæ contraxerint, & fecerint, & commiſerint tempore regiminis. & quid ſi poſsint condemnari. n. 19.*
18 *Fideiuſſores officialiũ tenentur ad iudicata per iudices tabulæ, exceptis pœnis criminalibus, ad quas nõ tenẽtur.*
20 *Iudices tabulæ non ſe intromittunt de commiſſis per officiales non tenendo officium, nec de delictis commiſſis finito officio. nu. 21.*
22 *Inquiſitio generalis fieri poteſt contra officialem tabulam tenentem.*
23 *Offendens officialem tabulam tenentem punitur ſicuti ſi offendiſſet durante officio.*
24 *Fideiuſſores retineri an poſsint, ſi tempore tabulæ non reperitur officialis.*
25 *Duo ex tribus iudicibus tabulæ an poſsint procedere tertio nolente, vel impedito.*
26 *Iudices tabulæ an teneantur officialium commendationes ſeu defenſiones admittere.*
27 *Officialis ſyndicandus ſi aufugiat, quã pœnã incurrat.*
28 *Succeſſor in officio debet ab iniurijs defendere prædeceſſorem ſyndicandum in tabula.*
29 *Iudex omittens ſine cauſa condemnationem expenſarum, facit litem ſuam.*
30 *Iudices tabulæ impediri non poſſunt in exercitio per litteras Regias.*
31 *Littera Regia emanari non poſſunt contra conſtitutiones iudicum tabulæ.*
32 *Rex non poteſt euocare cauſas tabulæ prætextu miſerabilitatis ad ſupplicationem officialis: quamuis ſecus ſit ad ſupplicationem querelantis.*
33 *Cauſa tabulæ de una Vicaria ad aliam mutari poteſt cauſa per horreſcentiæ.*
34 *Diligentior quis efficitur propter ſpem ſalarij.*
35 *Spes præmij ſolatium eſt laboris.*
36 *Salarium ſoluendum de publico eſt iuſtum.*
37 *Sententia lata prætextu pecuniæ datæ à partibus, tamquam venalis, eſt nulla.*
38 *Iudices diligentiores ſe oſtendere debent tam propter ſalarium, quam ob iuramentum & homagium, quo adſtringuntur.*
39 *Iudex condemnari non poteſt de eo, quod non fecit, dum modo ei petitum non fuerit.*
40 *Statutum puniens iudicem ſi tale quid non fecerit, intelligi debet ſi illud ſit petitum.*
41 *Officium ſemper monet officialem, vt faciat pertinentia ad officium.*
42 *Iudex omittens imponere pœnam qua quis dignus eſſet, punitur eadem.*
43 *Iudex pronuntians nulliter, ſi non eſt facta executio, non facit litem ſuam.*
44 *Iudex faciens executionem indebitam an faciat litem ſuam. remiſſiue.*
45 *Iudex ſi dedit tenutam tertio, & poſtea reuocauit, an teneatur in expenſis illi, contra quem dedit: remiſſiue.*
46 *Iudex, qui male iudicauit, an poſsit conueniri deſerta appellatione.*
47 *Iudex an excuſandus, ſi pronuntiat de conſilio peritorũ.*
48 *Officialis non ſyndicatur ob delictum aſſeſſoris.*
49 *Officialis conueniri poteſt durante officio, de eo quod opprimendo commiſit durante officio.*
50 *Iudex non tenetur ſi per imprudentiam omiſit facere iuſtitiam, ſecus ſi per dolum.*
51 *Actio iniuriarũ non datur niſi adſit animus iniuriãdi.*
52 *Iudex non tenetur actione iniuriarum, ſi fuerit in culpa male iudicando, quamuis aliter inſurgat iniuria.*
53 *Officialis quando ſyndicatur appellatione pendente, non condemnatur niſi ad ſeruandum indemnem.*
54 *Officialis ſi fuerit condemnatus, ex quo ſua culpa fuit declarata marcha, debet appellatione pendente cogi ad præſtandam indemnitatem parti conquerenti.*
55 *Menſis cõſiſtit in triginta diebus, qui à die aſſignationis menſis currere incipiunt, & continui eſſe debent.*
56 *Libellus poteſt offerri diebus feriatis, ſi res eſt tempore peritura.*
57 *Feria an, & quando ſint ſeruandæ, in ciuilibus, vel criminalibus, late.*
58 *Neceſsitatis rõe, & cõceditur ceſſat ceſſãte neceſsitate.*
59 *Feriis an renunciari poſsit. quid de iuramento teſtium, libelli oblatione, & ſimilibus. nu. 60. & 61.*
62 *Negans ſe ſatisdare non poſſe, non creditur, imo ei incumbit onus probandi.*
63 *Satisdationis loco ſuccedit immobilium poſſeſsio.*
64 *Inquiſitiones ſeu proceſſus tabularum expediri debent intra tres menſes poſtquam datæ fuerint querelæ.*
65 *Inſtantia in iudicio tabulæ non perit per lapſum temporis, niſi triginta annorum.*
66 *Proceſſus factus contra ordinem conſtitutionis in iudicio tabulæ non valet.*
67 *Querelæ contra officiales debent proponi coram iudicibus tabulæ, & ipſis porrigi.*
68 *Locꝰ in quo dãtur querelæ, eſt ſcribẽdꝰ in actis tabulæ.*
69 *Litigantes debent ire ad iudicem, & non è contra.*
70 *Teſtes nõ requiruntur in actis iudicialibus, ſecus in extra iudicialibus n. 71 & ratio diuerſitatis traditur. n. 72.*
73 *Menſis ad dandum querelas poteſt prorogari ad modicum. & de ratione ibidem.*
74 *Mẽſis vnus tantũ dari debet officialibus pro defenſione querelarum, quãuis quãplures contra vnũ datæ ſint.*

Digitized by Google

75 *Officiales ſyndicandi ſunt velut ſignum poſitum ad ſagittam.*

76 *Aſſignatio ſecundi menſis querelatis eſt facienda per nuntium, vel notarium, & non vocem præconis; quænis aliter de conſuetudine aliquando obſeruetur.*

77 *Præconis vox paucis innoteſcit.*

78 *Reconuentio non habet locum in iudicio tabulæ. Nec in cauſa appellationis. nu. 79. nec coram arbitro. n. 80.*

81 *Reconuentio an habeat locum in cauſa criminali. remiſſiue.*

82 *Clericus an ſit reconueniendus coram iudice laico.*

83 *Reconuentio fieri non poteſt coram iudice ſpeciali, & qui habet cognitionem tantum particularium cauſarũ.*

84 *Iudex ad reuocandum poteſt terminum ſtatuere.*

85 *Officialis compenſare an poſſit iniuriam ſibi per querelãtem illatam in iudicio tabulæ, traditur ſub diſtinctione.*

86 *Iudex an eadem ſententia, qua reum abſoluit ob calumniam actoris; poſſit etiam dictum actorem calumnioſum condemnare pro dicta calumnia.*

87 *Calumnia euidens repellit agentem in ciuilibus, & criminalibus.*

88 *Calumnia manifeſta eſt à iudice repellenda.*

89 *Calumniari an videatur eo ipſo, quod quis non probat, ſeu ſubcumbit. remiſſiue.*

90 *Iudex poteſt comminari pœnam non probanti.*

91 *Calumniator ſi nobilis fuerit, an puniatur eadem pœna, qua ignobilis.*

92 *Calumniatur quis deficiendo in probatione; excuſatur tamen propter probabilem errorem.*

93 *Lapſo primo menſe ſi querelam non propoſuerit, non eſt vlterius audiendus. Idem erit lapſis viginti, vel triginta reſpectu probationis, & defenſionis rei. Et quid ſi interim partes compromiſerunt, vel ſteterunt in tractu concordiæ. nu. 94.*

95 *Non agens infra terminum præfixum amplius non auditur.*

96 *Statutum vbi denegat audientiam, ſi de facto audiatur, an teneat proceſſus.*

97 *Tempus quem abſoluit, ſicut ſententia.*

98 *Iudex finito ſyndicatu non poteſt in alio iudicio conueniri pro ijs, quæ extorſit, vel alias male geſſit.*

99 *Offendens officialẽ, vel eius familiam tẽpore ſyndicatus ita punitur ac ſi offendiſſet durante officio.*

100 *Non admittitur quis ad probandum lapſo tempore, niſi probato impedimento.*

101 *Datis per procuratorem aſſertum querelis in primo menſe, & in ſecundo probationibus, dominus non poteſt elapſis dictis menſibus habere ratum factum per dictum ſuum aſſertum procuratorem. & quid ſi de facto audiatur dominus elapſis temporibus, an valeat ſententia pro eo lata. num. 102. & an nullitas procedimentorum eo tunc opponi poſſit. nu. 104.*

103 *Procedens in contemptu legis videtur procedere errore iuris expreſſo.*

105 *Allegationibus locus eſt, quamuis ſit concluſum in cauſa. declara ibidem.*

106 *Teſtes iurati intra menſem in iudicio tabulæ an recipi poſſint elapſo menſe.*

107 *Factũ quid non dicitur vbi aliquid ſupereſt agendũ.*

108 *Perſona habilitari poteſt in iudicio tabulæ, quamuis tempus trium menſium elapſum ſit.*

109 *Mandati inſtrumentum in iudicio produci poteſt quandocumque, ante ſententiam, & poſt.*

110 *Reſponſiones perſonales an exigi poſſint elapſis temporibus.*

111 *Excluſus ab excipiendo poteſt nihilominus implorare officium iudicis.*

112 *Officium iudicis an, & quando impartiendum parte non potente.*

113 *Terminus datus à lege habet vim peremptorij.*

114 *Lex vbi denegat actionem, non tollit eam ipſo iure, ſed ſpe exceptionis.*

115 *Diſpoſitio generalis legis nõ aufert remedia ſpecialia.*

116 *De calumnia iuratur in criminalibus.*

117 *Fiſcus an iuret de calumnia. idem an qui litigat cum eo. num. 118.*

119 *Defenſio calumnioſa an licita ſit accuſato. remiſſiue.*

120 *Iudices tabulæ an in quarto menſe ſententias proferre poſſint ſine inſtantia partis.*

121 *In ſummarijs etiam aſſignatur ad ſententiam.*

122 *Reorum eſt fugere.*

124 *Iudices tabulæ an ſyndicãdi, traditur ſub diſtinctione.*

124 *Iudices tabulæ ſunt iudices conſcientiæ, & habent latum arbitrium.*

125 *Reus an citandus ad ſententiam in iudicio tabulæ.*

126 *In cauſis ſummarijs non requiritur de iure ciuili, quod ſententia feratur in ſcriptis.*

127 *Aſſertioni iudicis non creditur, niſi ſit Papa, vel Imperator.*

128 *Acta in iudicio ſyndicatus non ſunt exigenda.*

129 *Iudices tabulæ intendere debent inquiſitionibus ſeu proceſſibus ſaltem vna hora cuiuslibet diei non feriata durantibus quatuor menſibus tabulæ. declaratur ibidem.*

130 *Iudices tabulæ debent ſedere pro tribunali ſaltẽ duobus diebus ſeptimanæ.*

131 *Iudices tabulæ in aliquo procedere nequeunt diebus feriatis in honorẽ Dei. declaratur, & limitatur ibidẽ.*

132 *Iudices tabulæ ſi elapſis quatuor menſibus non perfecerint ſuas proferre ſententias, nec dederint complementum tabulæ, tenentur id præſtare poſt dictos menſes.*

Iudices tabulæ non teneantur in aliquo obedire, &c.

Hæc conſtitutio de iudicibus, & iudicio tabulæ officialium loquitur, & eſt notabilis, & menti tenenda, quia dat ordinem, & formam procedendi in iudicio tabulæ prædictæ in hac patria Cathaloniæ. Et diuiditur in tres partes. In prima parte enim confirmando conſtitutionem curiæ Montiſalbi quæ de electione notarij tabulæ loquitur, ſtatuit, quod dicti iudices non teneantur obedire litteris in cõtrarium emanatis, vel forſitan emanandis. In ſecunda parte, ibi, *qui iudicet, vt in eorum officio*, &c. dat modum, & formam ſoluendi ſalaria ipſis iudicibus per tres ſolutiones ſiue terminos, ita, quod vltima ſolutio differatur, donec in omnibus inquiſitionibus ſiue proceſsibus ſentẽtias tulerint. In tertia parte, ibi, *& vt tales inquiſitiones, ſeu proceſſus*, &c. dat ordinem,

Digitized by Google

ordinem & formam procedendi: & terminandi ipſas inquiſitiones ſeu proceſſus; ita videlicet, quod lapſo primo menſe, qui datur ad querimonias proponendas, ipſi iudices ſeu inquiſitores aſsignent alium menſem his, qui ſuas querimonias propoſuerint ad ponendum, articulandum, probandum, & ad dicendum quidquid ponere voluerint, articulare, dicere, ac probare. Et poſtea elapſo dicto ſecundo menſe ipſi iudices debent aſsignare alium menſem officialibus tabulam tenentibus, ad proponendum omnes defenſiones & exceptiones, & ad dicendum quidquid voluerint dicere ac probare. Et elapſis dictis menſibus; quælibet pars minime eſt audienda: ſed ipſi iudices in ſequenti menſe quarto & vltimo non debent ceſſare ſuas ſententias publicare. ¶ Vltimo mandat ipſis iudicibus, vt ſaltem vna hora cuiuslibet diei iuridicæ dictorum quatuor menſium in ipſis inquiſitionibus ſeu proceſsibus intendere cum diligentia teneantur. & hoc dicit in *verſ. Mandantes dictis iudicibus*, & ibi poteſt eſſe quarta pars vſque ad finem huius capituli, & hoc ſit pro ſummario ipſius litteræ. Antequam ad alteriora procedam, quæro. Sed † nunquid iudex, qui abſoluit reum ab inſtantia iudicij, & male poſito quod non perimatur ius partis: an per hoc faciet litem ſuam? Videtur quod non, quia per talem ſententiam ius partis non perimitur. In contrarium eſt veritas; quia licet nõ perimatur actio, vel ius partis, tamen faciet litem ſuam, ſecundum *Bart. C. de pactis. l. ſi quis in conſcribendo*, quia licet non faciat præiudicium in iure ſeu in actione partis; tamen facit præiudicium inſtantiæ: alias ſecus, ſi non faceret præiudicium, nec quo ad ius partis, nec quo ad inſtantiam: vt *ff. de varijs & extraor. cog.* alias, *cri. l. fi.* ſecundum *Angelum. in l. in vendicatione. ff. de pignoribus.* Facit, † quia non præiudicat actus qui geritur, niſi ſortiatur effectum: vt *ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. l. creditor.* §. *ſi voluntate.* Item † vbi deficit intereſſe, ibi lex deficit: vt *ff. de pecu. l. ſi noxalis.* §. *eſt autem.* vide ibi *Ang.* Item hæc † exceptio, *tua non intereſt*, tanqua peremptoria obijcitur vſque ad ſententiam. vide *Ange. ff. de inoffi. teſt. l.* 1. & *l. poſthumus.* §. *ſi quis.* adde quæ notantur latius per *Ange. in l. ſin autem.* §. *illud. ff. ſi quis cau.* ¶ Iudex, † qui non vult ſupplere cum poſsit, non facit litem ſuam: vide *Ange. ff. de pactis. l. ſi vnus.* §. *pactus.* ¶ Iudex, qui tulit † ſententiam ipſo iure nullam, non facit litẽ ſuam: tamen tenetur ad litis impendia: vt notat *Angel. in l.* 1. §. *hæc autem verba. ff. quod quiſque iuris.* ¶ Iudex † negligendo facit litem ſuam ſicut male iudicando: vide *Ange. ff. de edendo. l. argentarius.* §. *cum autem.* & in *l. mancipia. C. de ſeruis fugitivis. l. non quicquid.* §. *iudex. ff. de iudi.* ¶ Iudex, † qui facit litem ſuam, non liberat debitorem, quia propter culpam ſuam ſoluit, notatur per *Ange. ff. ne quis eum, qui in ius vo. eſt vi. exhi. l. ſi per alium.* §. *hoc edictum.* In tex. *iudices*, ſubaudi, & inquiſitores; quod probat littera in ſequentibus: & præſertim in dicto *verſ. Mandantes dictis iudicibus*, &c. ¶ Primo † enim fuerunt inquiſitores, qui ex mero officio inquirebant contra Vicarios, Bonaterios, & alios officiales: vt ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcin. cap. 22. Item concedimus, & ordinamus, quod inquiramus contra Vicarios*, &c. & illa fuit prima conſtitutio de tabula, vide quæ ibi dixi. ¶ Secunda cõſtitutio de tabula fuit in curia Montiſſoni Regis Alfonſi ſupra *colla. 3. cap. 5. Item ordinamus & ſtatuimus, quod officiales*, ſcilicet, *vnuſquiſque teneat tabulam per triginta dies*, &c. vide etiam quæ ibi ſcripſi. ¶ Tertia conſtitutio de tabula eſt ſupra *coll. 4. in 1. curia Barcino. cap. 4. Item quod Vicarij & Baiuli*, &c. & eſt prima quę introduxit, quod officiales haberent allecurare domino Regi & conquerentibus. ¶ Quarta conſtitutio de tabula eſt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcino. Regis Iacobi II. in cap. Item quod omnis Vicarius*, &c. & ibi fuit introductum, quod dominus Rex daret vnum Iuriſperitum iudicem & inquiſitorem quolibet anno prima die Ianuarij. vide & adde quæ ibi etiam ſcripſi. ¶ Quinta conſtitutio tabulę eſt in *ead. col. 4. curia Illerden. cap. in primis.* vbi ſtatutum fuit, quod ipſa tabula teneretur de biennio in biennium, & finiretur infra ſexaginta dies. vide etiã quæ ibi ſcripſi. & in eadẽ curia *cap. latinimus*, fuit ordinatum; quod curia teneretur de triennio in triennium. ¶ Sexta conſtitutio ipſius tabulę fuit in *eadem curia Illerden. cap. 17. Item ſtatuimus, volumus, & concedimus: quod eligantur*, &c. vbi fuit ſtatutum, quod vnus miles, & vnus ciuis, & vnus Iuriſperitus darentur iudices tabulæ, & vnus notarius eligeretur de qualibet Vicaria. Et hæc eſt prima, quæ dedit tres iudices, & quę dedit notarium; & quæ ſtatuit de ſalarijs iudicum, & de cautione expenſarum litium: & valde notabilis eſt. vide omnino & adde quę ibi dixi. ¶ Septima conſtitutio de tabula eſt ſupra *ead. colla. 4. in 3. curia Barcino. cap. 7. Item ordinamus de conſilio & approbatione*, &c. vbi ſtatuitur, quod huiuſmodi inquiſitiones tabulę fierent ad ſumptus Regios. Et dicit de quibus ſit inquirendum; & aſtringit iudices, & inquiſitores tabulæ cum iuramento, & homagio ad inquirendum contra officiales depoſitos, ſecundum iuſtitiam reorum, & bona conſcientiam iudicando. Et introduxit quod denũciationes querelæ & querimoniæ dentur contra ipſos officiales infra menſem, qui incipiat, quando ipſi officiales incipient tenere tabulam. Et ibi eſt prouiſum de iudice appellationum, & de pluribus alijs, quæ ibi vide: & adde quæ ibi dixi, quia eſt prolixior, & clauis totius materię tabularum huius patriæ: & ibi cauetur quod non prorogetur vltra triennium. Et exinde habuit ortum, quod tabula hodie tenetur quolibet triẽnio in fine ipſius triennij in carniſpriuio quadrageſimæ. ¶ Octaua conſtitutio fuit in curia Montiſalbi ſupra *colla. 5. cap.* 1. cum ſeptem vel octo cap. ſequentibus: vide in eis. ¶ Nona eſt ſupra *colla. 6. in curia Perpini. cap. ſane.* vbi ſtatuit, quod

nota-

notarij & ſcriptores curiarum habeant tenere tabulam, ſicut alij officiales: vide quæ ibi dixi. ¶ Decima eſt in curia Ceruariæ, *cap. ordinamus etiam*, vbi ſtatuitur, quod officiales ſtatim depoſito officio faciant per quinquaginta dies reſidẽtiam in ciuitatibus, & villis, in quibus tenere tabulam ſunt aſtricti: vide etiam quæ ibi ſcripſi. ¶ Vndecima vero conſtitutio de tabula loquẽs
10 eſt iſta: quæ notabilis eſt, vt dixi. Sed † nunquid detur actio ex quaſi maleficio contra iudicẽ negligentem facere iuſtitiam, puta non admittentem probationes vel exceptiones partis? *Bar. in l. ſi. C. ſi non compe. iudi.* tenet quod ſic, ex prouiſione *authen. vt differentes iudices, colla. 9.* Ita notat *Ioan. de Platea inſti. de obli. quæ ex quaſi maleſi. naſcũ.* in prin. Idem *Ange. ff. de edendo. l. argentarius. §. cũ*
11 *autem*. ¶ Iudex. † Peruſinus Regens in ciuitate Florentiæ tulit ſententiam contra me: volo eum conuenire in territorio Peruſino; nunquid poſſum? Dic quod ſic. *Gloſ.* quæ alibi non reperitur, hoc ponit in *l. 2.* circa fin. *magna gloſ ff. ad l. Iuliam repetun.* Sed licet ita ſit de iure communi: tamen per has conſtitutiones, officiales, qui tenẽtur ad tabulam, non poſſunt alibi conueniri, niſi in ipſa tabula, vel coram principe ante tempus tabulæ. Sed de alijs iudicibus, qui non tenentur ad tabulam, poteſt ſeruari ius commune, vt conueniantur in loco domicilij, vel originis, aut delicti. Et quia hodie teneo tabulam Gerundæ ratione iudicaturæ, quam depoſui 12. Iunij anno à Natiuitate Domini 1443. congruum mihi viſum fuit hanc conſtitutionem extenſius apoſtillare.
12 ¶ Et primo hic quæro, † quis habeat dare huiuſmodi iudices tabulæ? Reſpõdeo de iure communi in ſyndicatu eſt iudex princeps. Item præfectus prætorio. Item Epiſcopus. *C. vt omnes tam ciuiles, quam militares. l. 1. in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. neceſſitatem. colla. 2.* Sed de generali cõſuetudine iuriſdictio Epiſcopi in hoc non ſeruatur: & quia præfectos hodie nõ habemus, prædeceſſorem ſyndicat ſucceſſor, quia finito officio poteſt etiam loco ordinario conueniri: *ff. de iudi. l. pars litterarum.* & coram eo qui habet merum imperium, cum ſyndicator debeat habere gladij poteſtatem, dicto §. *neceſſitatem*. Hoc tenet *Ioan. Andr. in addit. Spec. de ſyndica.* Et hoc verum, niſi lex municipalis det formam: qua data nullus ſe intromittit, niſi illi quibus hoc datum eſt: ſicut eſt hic in Cathalonia per has conſtitutiones, quæ ſunt leges municipales huius patriæ: vt *l. 2. C. de prin. agen. lib. 12.* Et ita nullus alius ſe intromittit de iſtis officialibus tabulam tenentibus; niſi quia habent facere executionem ad requiſitionem iudicum tabulæ. *ff. de re vendi. l. qui reſtituere.* ſecundum *Bal. in l. obſeruare.* §. 1. & in dicto *cap. Item ordinamus de conſilio*. Vnde in
13 hac † patria Rex dat dictos tres iudices tabulæ. Sed Barcinonę conſiliarij nominant tres milites, tres ciues, tres iuriſperitos, & Rex eligit vnum de qualibet terna ex priuilegio. ¶ Secũ-
14 do quæro, † de quibus rebus habeant tenere tabulã dicti officiales? Reſpondeo, de his quæ fecerunt delinquendo in officio, vel tenendo officium, vt in allegg. *cap. Item ordinamus de conſilio,*
15 &c. & de alijs quæ ibi notantur. Nota † tamen, quod officiales non debent pro quolibet leui errore condemnari, ſed debet in eis inſpici potius bona fides, ſecundum *Baldum in l. quamuis. ff. de condi. & demonſtrat.* & dixi ſupra *coll. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 38. Item quod aſſignetur*, & ibi dixi de quibus iſti iudices habeant inquirere. Itẽ
16 nota, † quod officiales ratione doli tenentur quilibet inſolidum: ſed ratione culpę tenetur quilibet pro parte: vt *ff. de magiſtra. conue. l. in magiſtratibus.* & ibi *Bal.* Item officiales in ſyndica-
17 tu † & tabula poſſunt conueniri de omnibus cõtractibus ſeu quaſi, & maleficijs ſeu quaſi, quos & quæ fecerint, contraxerint, & commiſerint
18 tempore regiminis ſui officij & eorum † fideiuſſores etiam tenebuntur ad omnia iudicata per iudices tabulæ, præter pœnas criminales, ad quas non tenentur; iuxta *l. fideiuſſores magiſtratuum. ff. de fideiuſ.* & notat *Ioan. de Platea in l. 1. C.*
19 *de conuenien. fiſci debito. lib. 10.* Sed † an poterunt iſti officiales in tabula condemnari pro debitis quæ contraxerint durante regimine officij? *Iacob. de Calic. in ſuo Exgrauatorio curiarum* tenuit quod ſic: vide per eum in *6. dubio. verſ. Quæro quid*
20 *ſi dominus Rex debet mihi*. Sed † de alijs quæ cõmiſit non tenendo officium, non ſe intromittunt iſti iudices tabulæ, ſecundum *Bal. in l. vnica. C. vt omnes tam ciuiles, quam militares.* & dicto §. *neceſſitatem*. licet *Guil.* alter dicat in *l. nulli. C. quorum appel. non recip.* ſecundum *Ant. de Butrio in Spica,*
21 ſub littera S, in verbo *ſyndicatus*. Si † autem finito officio delinquat, hoc non pertinet ad iudices tabulæ arg. *ff. quod cuiuſq. vniuerſi. l. Item eorum. §. ſi decuriones*, niſi forte delinquat officialis tempore ſyndicatus in actis iudicij ipſius ſyndicatus, per *l. nullum. C. de teſt.* de quo dic vt notatur per *Bar. ff. ad l. Cor. de fal. l. ſi quis obrepſerit*, in fin. & adde quæ notat *Ant. de Butrio, extra. de offi. delegati. cap. 1.* & *Doct.* in *l. 1. C. de calumniatoribus.*
22 ¶ Tertio † quæro, an contra officialem tabulã tenentem poſſit fieri inquiſitio generalis? *Bald.* tenet quod ſic: & ita ſeruatur per has conſtitutiones: & hoc vult præſens conſtitutio in fin. ibi, *mandantes dictis iudicibus*. vide *Bal.* in dicta *l. vnica. C. vt omnes tam ciuiles, quam militares*, &c. ¶ Quar-
23 to quæro, † an tempore tabulæ offendens officialem tabulam tenentem puniatur, ſicut ſi in officio feciſſet? *Bal.* tenet quod ſic, ſi præextu præcedentis officij hoc fecit. alias non, vt ibidẽ
24 notat *Bal. in verſ. 7.* ¶ Quinto quæro, † ſi tempore ſyndicatus ſiue tabulæ non reperitur officialis, an pro eo poſſint fideiuſſores retineri? *Bal.* te-
25 net quod non; vide ibi. ¶ Sexto † quæro, an duo ex iſtis tribus iudicibus poſſint procedere tertio nolente vel impedite? Vide *Bal. in l. obſeruare. in 25. q.* Sed in Cathalonia ſeruatur quod dicitur

in

Digitized by Google

in alleg. *cap. Item ordinamus de conſilio.* ¶ Septimo
26 quæro, † an iſti iudices tabulæ ſicut debent cõtra officiales inquirere, & clamantes de eis audire, teneantur ſimiliter ipſorum officiũ cõmendationes admittere? Reſpondeo quod ſic: vt *l. inſtiſſimos. C. de offi. rec. prouin.* Nota hic caſum, in quo ſicut eſt licitum commendare ſeipſum, ſcilicet pro defenſione famæ; ſic etiam eſt licitum contra alium obijcere crimina & defectus, ſcilicet pro cauſa defenſionis etiam contra teſtes, vt *ff. de iniurijs. l. ſi quis ae libertate*, & vide quę ibi no
27 tant *Doct.* ſuper verbo, *conſeruet.* ¶ Octauo † quæro, quã pœnam incurrat officialis ſyndicãdus ſi aufugiat? Reſpondeo, incurrit crimen læſę maieſtatis, & punitur in quinquaginta libris auri, vt notat *Bal.* in dicta *l. vnica.* vide quę dixi in
28 *conſtit. de campſoribus abbatiis.* ¶ Nono † quæro, an ſucceſſor in officio debeat prædeceſſorem in tabula ſyndicandum ab iniurijs defendere? Reſpondeo q̃ ſic. Sed ſi ſit ſuſpectus de fuga, debet eũ
29 cuſtodire: vt dicta *l. vnica.* ¶ Decimo † quæro: ſi iudex omittit condemnationem expenſarum, an faciat litẽ ſuam? Reſpondeo q̃ ſic, ſi hoc faciat ſine cauſa: vt *C. de iudi. l. ſimu.* vide & repete hic quæ ſcripſi infra *colla. 9. cap. confirmantes la conſtitutio.* in verbo, *E per aſſo com lo dit official tendra tanta.* vbi etiam multa poſui de materia ſyndicatus. ¶ Sequitur in text. *non teneantur obedire lite-*
30 *teris.* Nota hic, quod iſti † iudices tabulę non poſſunt impediri per litteras Regias circa electionem notarij, de qua loquitur curia Montiſalbi. *cap. Item cum iuxta.* vide ibi. Sic etiam non poſſunt impediri in exercitio ſui officij iuxta alleg. *cap. Item ordinamus de conſilio.* & eſt ratio:
31 quia † contra iſtas conſtitutiones litteræ emanare non valet: ſupra *colla. 3. cap. 8. Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliqua charta*, &c. cum ſuis con-
32 cor. Sed † nunquid dominus Rex prætextu miſerabilitatis poterit cauſas tabulæ euocare? Reſpondeo, ad ſupplicationem officialis non, quia aſtrictus eſt ad tabulam. Et ita vidi declarari in facto cuiuſdam Baiul. ſancti Foticis Guixollen. Sed bene ad ſupplicationem querelantis de officiali in eius tabula conquerentis: & ita practi-
33 catum fuit. Sed † an cauſa perhorreſcentiæ valeat de vna Vicaria in alią mutari? Reſpondeo q̃ ſic: quia de vna tabula Gerundę vidi ex cauſa perhorreſcentiæ mutari ad iudices tabulæ Vici ſemel. Et iterum vidi de alia cauſa ad villã Perpiniani. Et ita fuit declaratum in audientia reginali in facto den Boxeda Subvicarij Biſulduni; & in alijs vidi, quod quidam Bartholomæus Malanich olim iudex villę Biſulduni, & villæ Campirotundi prætextu ſuæ paupertatis obtinuit cauſas, quas pro eius officialibus Gerundæ in tabula defendebat ad Audientiam Regiam euocari: quod licet mihi durum videtur; tamen de iure fieri poteſt per *l. vnicam. C. quando Impe. inter pu. & viduam.* & *cap. regum 23. q. 5.* quia huic regaliq̃ non poſſunt iura ciuilia præiudicare, &c.

Vidi conſuſum in Regia Audientia quod iudex appellationum tabulæ faceret verbum in eadẽ. Erat cauſa iuris variæ, per Pux de Cellent. ¶ Sequitur ſecunda pars; *qui iudices vt in eorum*
34 *officio diligentiores exiſtant*, &c. Nota, † quod propter ſpem ſalarij quis efficitur diligentior; & eſt
35 ratio, quia ſpes † præmij ſolatium eſt laboris: alias cum labor eſt in damnis creſcit mortalis
36 egeſtas, & iſtud † ſalarium, quod ſoluitur de publico eſt iuſtum. Sed à partibus nil debent exigere, alias poſſet ipſis iudicibus recipientibus à partibus pecuniam imputari ad furtum, vt ſupra
37 *colla. 3. cap. 3.* vide ibi latius. Item † ſententia prætextu talis pecuniæ ab aliqua partium receptæ eſſet nulla, tãquam venalis: vt *C. quando pro-*
38 *no non eſt nece. l. venales.* Item † nota, quod iſti iudices tam propter ſalarium, quam propter iuramentum & homagium quo aſtringuntur, debent ſe oſtendere diligentiores: alias male pro anima-
39 bus ipſorum. ¶ Vnde quæro hic, an † iudex poſſit condemnari de eo quod nõ fecit? *Bar.* quod non, niſi id foret petitum: vt *l. properandum. §. ſin autem citentur extra. C. de iudi. alleg. §. hoc autem iudicium. l. 3. ff. de dam. infec.* Et idem *Cinus* in dicto §. vide
40 caſum in dicto §. *ſin autem.* Vnde † ſi ſtatutum punit iudicem, ſi aliquid non fecerit, debet intelligi ſi ſit petitum: *ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem iudicium.* vide per *Ant. de Butrio. extra. de foro compet. cap. cum ſit generale in 2.* adde quæ leguntur, & notantur *C. de delatoribus. l. monente. lib. 10.* & ibi
41 notat *Ioan. de Platea*, quod † officiũ ſemper mouet officialem, vt faciat pertinentia ad officium ſuum: & ideo non præſumitur officialis negligẽs
42 niſi per proteſtationem. ¶ Item quæro, an † puniatur iudex, qui omiſit alicui imponere pœnã, qua dignus eſſet? Reſpõdeo q̃ ſic: & punitur eadem pœna, ſecundum *Bal.* & eſt forte ſpeciale in criminali. vide in *l. fi.* & *l. Chriſtianis. C. de paganis.*
43 ¶ Item † quæro, an pronunciando nulliter faciat litẽ ſuam, vt poſſit inde damnari? Reſpondeo q̃ nõ, ſi non eſt facta executio. *l. penni. ff. de var. & extraor. cog.* & per *Bar.* & *Bald. in l. obſeruare. in 16.*
44 Item † an iudex faciens executionem indebi-
45 tam faciat litem ſuam, vide in 22. q. ¶ Quid † ſi dedit tenutam tertio, & poſtea reuocauit, an teneatur in expenſis illi, contra quem dedit, vide
46 in 23. q. ¶ Sed † an deſerta appellatione poſſit conueniri iudex qui male iudicauit, vide notata *ff. de edendo. l. ſi quis ex argentarijs. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pac. & Inno. extra. de appel. cap. ſiepe.*
47 & *Bal. in l. obſeruare.* in 28. q. ¶ Item † an iudex excuſetur, ſi pronunciet de conſilio peritorum? *Bart.* quod non, niſi neceſſitare ur ex ſtatuto ſi qui conſilium peritorum, vel ex pacto: vt *ff. de re in. l. ſi conuenerit. Bal.* dicit hoc verum, quando conſultor eſt electus à iudice, ſecus ſi à partibus, & imputent ſibi eligentes, arg. *ff. de pac. l. Item ſi vnus. §. principaliter.* alias eſt *ff. de arbi.* adde quæ notantur *extra. de offic. dele. cap. ſuper quæſtionum.* quod nota *eod. tit. ſi pro debilitate* per *Inno. in nouella.* &

vide

vide quæ scripsi in materia assessorum villæ Frá chæ: vide & adde quæ notantur *colla. 8. cap. Item per tolre vexacio.* super verbo, *Ey dona son vot.* ¶ Itẽ
48 nota, quod officialis † non syndicatur ex delicto assessorum in delictis dolum requirentibus: *ff. quod quisque iuris. l. hoc edicto.* vide ibi latius.
49 ¶ Vlterius nota, † quod etiam durante officio potest conueniri officialis, de eo quod commisit opprimendo ratione officij: *glo. ff. ex qui. can. maio. l. sed & si per præterem. §. alleg.* hoc clare in *auth. vt differen. inds. §. si tamen. colla. 9.* adde in curia domini Ferdinandi, *cap. confirmants la constitucio feta en la cort de Montso.* vers. *per les quals despeses y*
50 *danys*, &c. ¶ Item etiam nota quod † iudex, qui per imprudentiam omisit facere iustitiam, non tenetur, secus si dolo omiserit; quod præsumitur, si fuit requisitus tertio, & neglexit, vt *extra. de suppleñ. negli. prela. cap. 1.* adde infra *coll. 9. cap. confirmants la constitutio.* super verbo, *E per asso*, &c. vt *ff. de inds. l. non quidquid. §. 1.* vt in hoc sit differen-
51 tia quando male iudicet obmittendo. Item † nota, quod actio iniuriarum non datur, nisi fuerit animus iniuriandi: & ideo magister non tenetur iniuriarum, licet culpa in plusquam debeat verberem: *ff. ad l. aquiliam. l. Sed & si quemcunq. §. pro-*
52 *ponitur.* Et facit quod † iudex etiam si fuerit in culpa male iudicando, per hoc tamen quod aliter insurgat iniuria, non teneatur iniuriarum; & sic consuluit *Ant. de Butrio.* & tenet *Bar. in tit. de iniurijs.* & vide in consilijs suis, secus tamen quã-
53 do procedit ad realem captionem. ¶ Et † quando syndicatur officialis appellatione pendente, non condemnabitur, nisi vt seruet indemnem: *ff. de statu. liber. l. hactenus. §. primo. ff. de aqua plu.*
54 *ar.* & *l. si filius. ff. de iudic.* Quod facit † ad condẽnationem officialis, cuius culpa est adiudicata marcha, quæ speratur executari; tunc debet fieri condemnatio ad præstandum immunitatem parti conquerenti: vt *l. liberorum. ff. de statu libe.* & *C. de sen. quæ sine certa quantitate. l. 2.* & *C. si non idem. pro m: l. 1. ff. de rei ven. l. pen.* facit quod notat *Inno. in cap. 3. ad fi. extra. de constitu.* ¶ Sequitur in tex.
55 ibi, *& elapso mense*, &c. Nota † quod mensis iste practicatur triginta dierum, quia à die assignationis ipsius mensis incipiunt currere: & sunt continui, quia occurrunt omnes, feriati, scilicet, &
56 non feriati. Et forte † diebus feriatis poterit offerri libellus siue petitio, ex quo res est tempore peritura: vt notat *Bar. in l. diuus. ff. de feriis.* vbi dicit, quod quandoq. iudicium agitur super
57 criminali, & tunc an feriæ † sint seruandę. & dic vt in *l. pronunciarum. C. eod. tit.* Si super ciuili, & tunc aut sunt actus voluntarij, & possunt expediri, vt *l. actus. C. eod. tit.* Aut contentiosi: & tunc aut respiciunt actum fauorabilem, & pium, & possunt expediri: vt *ff. eod. l. 2.* & *extra. de feriis. cap. conquestus.* in fi. Aut non actum fauorabilem, & tunc aut erat res tempore peritura, & possunt expediri diebus feriatis: *ff. eod. l. 1. 2.* & *3.* & *infra. eod. tit. cap. 1. set.* dic vt ibi: quod intellige de ferijs inductis ob necessitates hominum, non de inductis ob honorem Dei. *Cinus in vltim. q. C. eod.* dicit quod etiam diebus feriatis ob honorem Dei. Facit *extra. eod. cap. vlti.* Aut non est tempore peritura, & non potest agitari die feriata, nisi de voluntate partium: vt *ff. eod. l. diuus.* in prin. & *l. feriatis.* Fallit in appellatione quæ potest interponi qualibet die: vt *C. eod. l. 1.* Item fallit in libello: vt *l. miles. §. sexaginta. ff. de adulter.* & nota *ff. eod.* scilicet, *de feriis. l. 1. in glo.* super verbo *compellendi*, quam *glo.* nota, quia loquitur magis generaliter, quam *§. sexaginta.* idem notat *G. in Spe. in 2. parte. tit. de feriis.* quod dic latius per *Ant. de Butrio. in cap. præterea. extra. de dila.* ¶ Et nota, quod
58 quando † aliquid conceditur ratione necessitatis, eatenus conceditur, quatenus necessitas cessat, & non vltra, secundum *Bar. in l. 1. §. Sed excí-*
59 *piuntur. ff. de feriis.* Quæro † an possit renunciari feriis? Dic quod sic; illis quæ sunt inductæ fauore hominum, secus de inductis ob honorem Dei.
60 Quid † de iuramẽto testium? Dic quod sic: *extra.*
61 *de test. cap. tuis.* ¶ De † libelli oblatione, & alijs, dic vt notatur in *authen. offeratur.* & per *Ioan. An. de re ind. cap. fi. lib. 6.* & per *Inno. de test. cap. cum causam*, quod cap. facit, quod dicta testium minus legitime examinata possunt de consensu partium approbari. ¶ Quidam tamen dicunt, quod si dies continui inciderent in tempus feriarum, competeret restitutio in integrum, ex clausula generali: *si qua mihi iusta causa videbitur*: ff. *ex quibus. causa. lib. 1. §. vlti.* pro quo facit quod notat *Inno. extra. de ords. cog. cap. 2. in gl. s. hanc exceptionem.* Vlte-
62 rius † nota, quod non creditur simpliciter neganti se non posse satis dare, imo incumbit ei onus probandi: vt *l. is cui.* & *l. is a quo.* ff. *vt le. no. ca.* & nota *Ange. in l. sciendum.* ff. *qui satis co.* Et ibi
63 etiam tenet, quod † possessio immobilium loco satisdationis succedit; ita quod nec iuratoriæ cautio exquiratur; & hoc forte ita est de iure communi. Sed per has constitutiones in tabula habet præstari securitas idonea, iuxta *cap. Item statuimus, volumus, & concedimus, in curia Ilerd. supra colla. 3.* vide quæ ibi dixi. & supra *cap. proxim.* in fi. Et ad materiam huius constitutionis processus tabularum vide notata per *Ant. de Butrio. in cap. licet causam. extra. de probationibus.* ¶ Sequitur §. *& vt tales inquisitiones seu processus*, &c. Hic
64 est tertia pars. Ex qua videtur † quod inquisitiones & processus tabularum habeant expediri infra tres menses, postquam datæ fuerint querelæ omnes, quæ habent dari infra dictum primũ mensem. Sed tamen nihilominus lapsis dictis tribus mensibus poterunt prosequi & terminari, quia
65 in † eis non perit instantia per lapsum temporis, nisi forte triginta annorum, de quo dixi supra *colla. 4. in 3. curia Barcinone. cap. Item ordinamus, & primo de consilio*, &c. *in §. & denũciationes. vers. Et an perimatur instantia.* vide ibi. ¶ Sequitur in tex. *omnino volumus per ipsos hunc ordinem observari*, nota, quod dicit *ordinem*, & quod dicit, *omnino*,

66 *nou* , quiâ videtur † quod ſi proceſſum fuerit, non ſeruato hoc ordine, nil valet quod agitur: argum. *l. prolatam. C. de ſen. & interlo. omnium iudi.* cum imed. ſuper hoc vide *Bal. ff. de offic. proc. l. obſeruare. in fi. q.* & in *l. C. vt omnes iudi. vtantur.* & poterit enim à tali grauamine appellari. Patet ergo, quod lapſo primo menſe, qui datur ad querimonias proponendas, ſtatim debet aſſignari agenti mensis ad probandum. ¶ In text. ibi

67 *proponendas*. Sed quæro † coram quo debeant proponi iſtæ querimoniæ ſiue querelæ? Reſpondeo, Coram dictis iudicibus tabulæ, & ipſis debent porrigi: nec deest textus rotundus ſupra *eodi. 4. in curia §. Item. cap. 7. Item ordinamus de conſtitu. §. & denunciationes*, & *querelæ dentur dictis inquiſitoribus infra vnum menſem*, &c. vide ibi, & idem eſt de iure communi, *extra. de libell. obla. cap. ignoras.* & hoc ita tenet *Dyn. de libellis ſuis ſarti ciuilis. rub. apices quos offerantur libelli.* & *in rub. ſequenti*. Et ide n notab. *Inno.* in alleg. *cap. ignoras. gloſ.* ſuper verbo *ſyndico*, licet io dicat eſſe hoc de cautela; tamen quidquid ſit, per has conſtitutiones habemus formam, à qua recedere non licet: quia iudicibus, & inquiſitoribus tabulæ debent dari, porrigi, & offerri. Alias credo quod oblatio facta parti vel notario, abſentibus iudicibus, nõ valeret tanquam tactum contra formam conſtitutionum huiuſmodi, quæ iunt Hebraice ad literam intelligendę, & quod ſit contra formam iuris & illarum conſtitutionum, eſt nullum ipſo iure, per dictam *l. prolatam. & extra. de reſcriptis. cap.*

68 *cauſam quæ*. in fi. & *cap. cum dilecta*. ¶ Item † quæro, an locus vbi dantur huiuſmodi querelæ, & fiunt actaiudicij, huius tabulę, debeat ſcribi in actis? Reſpondeo, loca & tempora & in omnibus actibus iudicij, & quibus præſentibus fiant ſunt per notarium deſcribenda: vt in *cap. quoniam contra falſam. extra. de probation.* & ibi in *gloſ.* ſuper verbo *loca*. & de hoc eſt text. *in curia Leopoldi. cap. cum pridem*, ibi, *continuando loca*, &c. Item no-

69 ta. † quod litigantes debent ire ad iudicem, nõ autem decet ire iudex ad litigantes: vt *C. de Epiſcopis & cle. l. iubemus.* in fi. Sed quæro, an in

70 actis † iudicialibus requirantur teſtes? Reſpondeo quod non, ſecundum *Inno. Sard. C. de aona. l. in donationibus*, & huius in *l. is apud quem. C. de edẽ-*

71 *do.* vide ibi. Eſt † tamen verum, quod in inſtrumentis, & actibus extraiudicialibus, & etiam in ſententia requiruntur teſtes, vt in *Spe. de inſtrumentorum edi. §. 1. verſ. poſt locum teſt. ponuntur.* & in *verſ. Item locus teſt.* & in iuribus ibi allegatis. Ra-

72 tio † diuerſitatis patet, quia in iudicio ſemper adſunt plures perſonæ, ſaltem iudex & partes: *extra. ac verb. ſignif. cap. forus.* & 4. §. 4. *cap. nullus.* Item iudicium fit palam, & de die ante ſolis occaſum: *extra. de offi. dele. cap. conſulunt*, & pro tribunali etiam. adde *Ananiam ſalanis in* 141. *nota.* ¶ Sed

73 an † poterit menſis differri? Reſpondeo quod ſic: dummodo non nimis prorogetur, & ita ſeruatur in practica, quod poſt primum menſem, tranſeunt octo vel decem dies, antequam ſecundus menſis aſſignetur: & hoc ſic vt notarius poſſit complere, & copiare acta proceſſuum: quod ſatis videtur rationabile; licet mihi videatur melius dicendum, quod ſtatim poſt primum detur ſecundus, quia agentes debent venire parati. Sed lapſo ſecũdo, non debet dari tertius contentis ad defendendum, niſi data prius eis copia probationum querelantium: alias a denegatione huius copiæ, & nimia arctatione probationum

74 poſſet forſitan appellari. ¶ Sed pone, † quod contra vnum officialem dantur viginti quinq. petitiones, ſicut mihi contigit: an dabitur vnicus menſis tantum ad omnes ipſas cauſas viginti quinq. defendendas? Seruatur quod ſic, & forte male, quia quaſi eſt impoſsibile intra menſe n poſſe dare tot & tantas defenſiones per vnu n, qui habet defendere contra multos. & ita nimũ arctaretur probatio defenſionis. Vnde credo, hoc relinquendu n arbitrio iudicum, quia debent in vna, vel duabus, aut pluribus cauſis, iuxta qualitates earum dare menſem defenſionis: & poſtea in alijs aliũ: quia quilibet querelator in ſua cauſa habet menſem, & ita non erit æqua rei, & actoris conditio; imo deterior erit conditio rei, quæ deberet eſſe fauorabilior; cum officiales, qui ſyn-

75 dicatur, † ſint tanquam ſignum poſiti ad ſagittam: vt *extra. de actu. cap. quaſiter, & quando.* in magno. Et licet aſſignatio primi menſis ad dandu n querelas, fiat voce præconis, quia ignoratur quis velit dare querelas, tamen ex quo certum eſt

76 quis dederit elapſo ipſo menſe, aſſignatio † ſecundi menſis poterit fieri, & forte deberet fieri, & intimari querelantibus per nuncium vel no-

77 tarium, & non voce præconis: quia † vox præconis paucis innotefcit: vt *C. quomodo, & quando iudex. authen. qui ſemel.* nec de præconizatione fit in iſtis conſtitutionibus aliqua mentio: & ſic de tertio, & alijs aſſignationibus, licet quandoque fiant huiuſmodi aſſignationes generaliter omnibus voce præconis: quod ſatis concedi poteſt, quoniam ita eſt de conſuetudine interpretatũ: vt *l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & extra. de conſue. cap. cum dilectus*, & minime ſunt mutanda quæ interpretationem certam ſemper habuerunt: vt *l. minime. ff. de legibus.* Vidi tamen etiam aliquando fieri ſine præconizatione, & intimando per nuncium vel notarium; quod eſt tutius. Sed & partes, quæ bene ſciunt formam & practicam huius conſtitutionis, debent eſſe attentæ & diligẽtes.

78 ¶ Sequitur in tex. ibi, *exceptiones*. Sed † quæro nunquid querelantes in hoc iudicio tabulæ poterint reconueniri per officiales conuentos? Reſpondeo quod non, quia hoc iudicium procedit ſummarie: vt *cap. Item ordinamus de conſtitu.* ſupra alleg. & reconuentio non habet locum, quando prima cauſa eſt ſummaria. Item non habet locum quando vna eſt præparatoria ad alteram, ſecundum *Butrium in l. 1. C. vbi cauſa ſta.* & vide ibi *Cinum* & *Bar.* & *Ani. de Butrio. in cap. 1. extra. de mu-*

tuis

*tuis peti.& Ioan.de Imola.in Cle.ſæpe.de verb. ſign.in glo.*ſuper verbo *voluit.* contra videtur quod habeat locum in iudicio ſummario in *l.ſed & hæc. §.non ſolum.ff.de procu.* vide in dicto *cap.* 1. ¶ Item
79 quæro, † an reconuentio procedat in cauſa appellationis? Facit tex. quod nõ in *l.2.§.elegãter. ff.de iudi.* Sed loquitur de eo qui conuenitur in foro irregulari, alias ſæculari, ratione cõmunitatis
80 propriæ. vide in dicto *cap.* 1. ¶ Item † quæro, an reconuentio locum habeat corã arbitrio? Reſpõdeo quod non: vt *ff.de arbi.l. non diſtinguemus. §. ſi quis Romæ.* vide *glo.* in dicto *c.* 1. & *in c.contingit.ex-*
81 *tra.de arbi.* ¶ Item † quæro, an reconuentio habeat locũ in cauſa criminali? Vide *ff. de prætvel. vel inopis.* & in dicto *c.* 1. & *c.contingit.* ¶ Vlterius
82 quæro, an clericus † poſsit reconueniri corã laico? tex. quod ſic in *auth.de ſan. Epiſcopis. §.reuerendiſſimus.col.* & hoc verum de iure ciuili, ſecus de iure canonico, niſi reconuẽtio fieret de eadẽ cauſa; ſecus ſi de diuerſa, quia clericus nõ poteſt prorogare iuriſdictionem laici, & hæc eſt communis opinio canoniſtarũ, de qua 3.*q.* 8. *c.cuius in agẽdo.* 2.*q.* 1.*c.multi.* 11.*q.* 1.*in ſumma.* & *cap.nemo.* & *c.per clericũ.* vbi *Archi.* qui tamen tenet, quod habeat locũ in patrimonialibus, & temporalibus ipſius clerici, non in bonis Eccleſiæ vel ſpiritualibus. *Io.Call.* ſpecialiter allegat *§.reuerendiſſimus.* vbi melior tex. quã ſit in iure canonico vel ciuili. Vnde conclude, quod fit reconuẽtio in eadẽ cauſa, ſi ex diuerſa vel in ſpiritualibus non procedit; ſed in temporalibus ſi nomine proprio & reconuenitur de patrimonio. Si poteſt ſuper patrimonio Eccleſiæ, quidam ſunt opinionis quod nõ per *c.tuã de ordi.cog.* & *c.cauſam.qui ſi. ſint le.* Alij contra, propter naturã reconuentionis: *extra. de mutuis peti.c.* 1. & 2. *Bal.in l.2. §. legatis. ff.de iudi.* vide quod plene notatur per *Ant. de But.* in dicto *c.* 1. ſeruatur in practica, quod clerici agentes coram iudice ſeculari poſſunt ibidẽ reconueniri de profanis, & ijs de quibus eſt capax iudex ſecularis. Secus eſt tamẽ de ſpiritualibus, & eis anne-
83 xis. ¶ Notandũ inſuper, † quod corã iudice, qui habet cognitionem perſonarũ certarum tantum, non procedit reconuentio. *Cinus in auth.habita. C. ne ſi.pro patre.* & ibi *Iac.de Aren.* quod nota pro iudicibus iſtis tabularũ. Ex hoc videtur, quod in iudicio alcaldorũ Seccę non habet locũ reconuentio. Et idem videtur de Baiulo Barcinonæ, qui ſolus habet iuriſdictionẽ ſuper certis. ¶ Item no-
84 ta, † quod iudex poteſt ſtatuere terminũ ad reconueniendũ aliquem, & ſic poteſt arctare recõuentionẽ. *glo.in l.omni.ad hoc.ff.de peti.hære. l. ſi quis libertatem. §.cũ quidã. & extra.de reſti. ſpo.c.frequẽs. lib.6.* ¶ Nota etiã, quod recõuentio non ſolũ fundatur ſub fauore reconuentionis, ſed etiã ſub fauore reconueniẽtis. *ff.de iuriſd.omniũ iud. l. ſi idem. §.ſi.* ¶ Quia ex prædictis habes, quod in hoc tabulæ iudicio non admittitur reconuentio. Tum quia agitur ſummarie. Tũ quia ſunt iudices certarũ perſonarum. Tum quia ibi nõ agitur, niſi de culpa & crimine, in quo non admittitur recon-
85 uentio. ¶ Sed quæro, † an de calumnia vel iniuria officiali per querelantẽ illata poſsit officialis excipere vt poſsit de extimatione iniuriæ cõpenſare? Reſpondeo, quia aut vult excipere de iniuria, quã officialis prætendit ex eo quod calũnioſe conuenitur, & credo forſan, quod non poterit excipere de illa, quia etiam in alio iudicio non poſſet de ea agere, antequã de prima querela ſit cognitũ: quia vna eſt præparatoria ad alterã, vt *l.1.C.vbi cauſa ſta.* & *l. ſi tibi. C. de lit.æ.* & *C. de iniur.l. ſi quidẽ.* & nota *Io.Fo.inſti.de iniur.* ſuper *glo.ex affectu.* in fi. Aut vult excipere de alia iniuria, de qua poſſet ſeorſum in alio iudicio agere; & tunc credo, quod licet non admittatur hic reconuentio, tamen poterit de ea excipi per *l. cui damnus. ff.de reg.iu.* ſicut poſſet excipere de alia cõ-
86 penſatione. ¶ Sed † quæro an iudex ſi per acta viderit agentem calumnioſe egiſſe, nunquid poterit eadẽ ſententia, cũ qua abſoluit reum, etiam condemnare agentẽ de ipſa calumnia? Reſpõdeo: *Bar.* tenet quod ſic, ex officio eius mercenario: vt *C.de calum.lib.* 1. & tangitur in *glo.l.accuſator. ff.ad Turpill.* vide ibi *Bar.in* 3.*q.* vbi ponit tres modos procedendi ad puniendũ quem de calumnia, & de hoc eſt caſus in *c.querelã.de pace violata. §. & ſi lite.* in *conſtitu.domini Regis Ferdinandi.* vbi ſcripſi de hoc. adde que notantur per *Archi.extra.de homi.c.* 1.*lib.*6. Et vide *G. in Spec.tit. de formis ſententiarũ*, in forma, *talis ergo index.* Et quia quotidie videmus offerri querelas calũnioſas & fictas cõtra officiales, ita quod de calumnia euidẽter apparet ex eo inter cætera, quia agitur petẽdo decem millia florenorũ pro cauſa, quæ etiã ſi vera eſſet, non deberentur centum floreni: vnde ſi non probet, eo ipſo calumniari videtur, quia in tabula non agitur, niſi de maleficio, vel quaſi. Quare cõſulo officiali, quod de huiuſmodi calumnia in eodẽ proceſſu excipiat & probet, & petat ſe ab impetitis abſolui, & parti temere querelanti imponi ſilentium. Ac cũ eadem ſententia pronunciari ipſum agentẽ calumniaſſe, & calumnioſe egiſſe, & condemnando ipſum ad talionẽ pro calumnia, vel ſaltem arbitrarie, & ad damna, & intereſſe cum expẽſis, vide dictam formã Specula-
87 toris. ¶ Item † nota, quod euidens calumnia repellit agentem in ciuilibus: vt *l.poſtquã. in fine. ff. de petitio.hæredi.* Et in criminalibus: *ff. de accuſa. l.*
88 *ſi cui.* Quoniã † manifeſta calumnia ſemper debet à iudice repelli, ſecundum *Iac.de Aren.* & recitat *Bald.C.de legibus. ſuper rubr. verſ. Quarto eſt re-*
89 *latio malitioſa.* Sed † quæro, an eo ipſo quod quis non probat, calumniari videatur. vide *glo.* & *Cinũ* pleniſsime in *l.* 1. *C. de adue. diuer. iudi.* Et an eo ipſo quod quis ſubcumbit, præſumatur calũniari, vide *C. de Epiſcopis & cle. l. generaliter.* de quo tamen diſtingue latius per *Henr.Boich extra.*
90 *de calum.c.cũ dilectus.* ¶ Nota † tamen, quod iudex poteſt comminari pœnam non probanti, &
91 imponere. *ff.man.l.*2. ¶ Vlterius quæro, † an calumnia-

Digitized by Google

lumniator nobilis puniatur eadē pœna,quia calumniator ignobilis reus puniretur,si delictum fuisset probatū. vide *ff. de his qui notantur infa. l. athletas. §. fi.* per *Gui. de Cug.* ¶ Et ibi nota *glos.* ꝙ aduocatus improprie dicitur calūniator. ¶ Item
92 nota † ꝙ calūniatur, qui deficit in probatione eius de quo accusat vel excipit,excusatur tamē propter probabilē errorē,*de elec. c. statuimus. li. 6.* adde quæ notātur in *l. 1. ff. ad Turpill.* & *Henri.* vbi supra. & *C. qui accu. non po. l. 2.* in fi. adde quæ not. infra *coll. 9. c. querelā. §. quod si lite.* & *c. volētes à calūnijs. in primo notabili.* ¶ Sequitur in tex. *quibus elapsis*,scilicet,duobus mēsibus,de quibus præmisit,quoniā dantur ad probandū. Vel dic etiā,ꝙ loquitur de tribus mensibus elapsis, puta de primo mēse,qui datur ad querimonias proponēdas;& de secūdo mense, qui datur querelantibus ad probandū eorū intentionē;& de tertio mēse, qui datur cōuentis ad probandū eorū
93 defensiones. Et sic est sensus,ꝙ lapso primo mēse nullus audiatur super his, de quibus in primo mēse querelā non proposuerit. Et si forsan proposuerit,& infra secundū mensem non probauerit,postea nō admittatur ad probandū. Et si reus in tertio mense nō probauerit suā defensionē,postea vlterius non audiatur: & ita debet legi & intelligi sane singula singulis referendo: & hoc est ꝙ dicit & sequitur in littera, *qualibet*
94 *pars minime audiatur.* Pone †ꝙ pendēte dilatione mēsis assignati ad probandū in causis tabulę partes cōpromittunt,vel alias consentiūt ꝙ tēpus differatur,nunquid lapso mēse poterunt ad probandum admitti? Quidā dixerūt ꝙ sic:arg. *Cle. quādin. tit. de appel.* In contrariū est tex. huius constitutionis,quæ dicit, *quod minime audiātur*: non enim possunt partes mutare ordinē,& formā huius constitutionis,maxime altera partiū cōtradicente;& quia interest iudicū,quia dicit constitutio,ꝙ in quarto mense nō cessent ferre sentētias;& ita vidi seruari, & etiā seruaui de cōsilio peritorū. Pro quo facit constitutio quæ prohibet in tertia instantia admitti acta,vt supra *colla. proxi. curiæ Mōtisalbi. c. 28.* & *ff. de excu.*
95 *tu. l. scire oportet. §. multa vero.* Qui † non agit infra terminū præfixū,amodo nō auditur:ad *l. diffamari. C. de inge. & manu.* & vide notata ibi,& per *Ant. de Butr. in c. lator. qui fi. sunt legi.* Et nota ꝙ dicit,*minime audiatur*,& subaudi, scilicet, per remedia iuris communis. Sed forte secus si iure speciali,iure minoris per beneficiū restitutionis in integrū,secundum *glo. in auth. qua in prouincia.* vide in *Spica Butrionis. in verſ. appella.* & quā-
96 do statutū † denegat audientiā, vtrum intelligatur prohibitoriū. Et an si de facto audiatur, valeat processus,vide *Bal. in l. non dubiū. C. de legibus.*
97 in fi. Nota, † ꝙ tempus absoluit quē,sicut sententia: *ff. de iniurijs. l. sed si ante.* vide *Bal. in l. obseruari. §. proficiſci. ff. de offic. proconſu.* Hic ergo
98 habes expressum,ꝙ † iudex finito officio,& finito tēpore tabulę nō poterit etiā in alio iudicio cōueniri pro his quæ extorsit, vel alias male gessit in officio: & hoc tenet *Bal. in §. Proficiſci.* in materia syndicatus: licet *Ang.* cōtra in *l. si filiusfa. ff. de indi.* super verbo *vel sordes.* Vide quæ ibi notantur de arbitro, scriba, notario,& executore:& adde notata per *Bar. in l. fi. ff. de variis. & extraor. cog.* & per *Bal. in l. nouiſſime.* & *§. Pōponiur. & ſe. ff. quod cū falſo tu.* Vlterius
99 quæro,† an qui defendit officialē tēpore syndicatus,vel eius familiā, puniatur,ac si in officio offendisset? Videtur ꝙ sic: quia adhuc remanēt reliquiæ officij,idest,appellationis dies. arg. *C. vt cauſa poſt pube. adſit. tit. l. 1.* ꝙ verū credo,si offensus sit ratione præsentis beneficij,secundū *Bal.*
100 qui ita notat in dicto *§. proficiſci.* Et ibi nota,† ꝙ lapso termino ad probandū nō admittatur nisi probato impedimēto. Sed si fuerit admissus,valet;quasi propter impedimētū videatur admissus,ꝙ est notabile:ꝙ videtur æquum, quia iuste impedito succurrēdū est,alias lex videretur iniqua & impossibile cōtinere, vt pura quia erat
101 captꝰ,nec potuerit aliter ꝓuidere. ¶ Sed † quæro,pone ꝙ aliquis asserens se ꝓcuratorē alteriꝰ dedit in primo mēse petitionē,vel in secūdo ꝓbationes. Sed eis elapsis dñs vult habere ratū tacitū illiꝰ assecurati ꝓcuratoris,tex. hic ꝙ nō:quia dicit, ꝙ *qualibet pars minime audiatur*:& est ipsa veritas. Probatur per *l. bonorū. ff. rē ratā haberi*,ad hoc ꝙ notatur per *gl. in c. nō ſolēt 2. q. 6.* & per *Bar.* in dicta *l. bonorū.* & per *Bar.* & *Bal. in l. properādū.*
102 *C. de indi.* Sed † quæro,si de facto audiatur,an valeat sentētia ꝓ eo lata? Resp. *Iac. de Aren.* dicit,ꝙ nō:ꝙ credit *Ba.* verū,si est talis ꝙ habetur ꝓ mortuo vt bānitus:vel quia iudex dolo ꝓcedit, vt
103 *l. 1. §. ꝙ autē de alea.* quia ille,† qui ꝓcedit in cō tēptū legū,videtur ꝓcedere errore iuris expresso. & vide *l. 1. C. de hared. inſti.* per *Cinū.* Nō ergo lapsis istis mesib' debet aliquis audiri,sed potiꝰ repelli,& ei perpetuū silētiū imponi. Nā dicit lex,*quis tanta ſuperbia eſt*,&c. *C. de le. l. fi.* & *C. de crimine ſal. l. 2.* Et ita imponitur quādoq. silentiū etiā lite nō cōtestata,scilicet non audito perito rio,vt dicto *§. ꝙ autē.* Et ita patet ꝙ ei,qui petitionē dedit, & non cauit idonee pro expensis iuxta cōstitutionem supra *in curia Illerden. cap. 17. Item ſtatuimus, volumus*, debet imponi silentium; & si de facto admittatur,non valet quod agitur contra constitutiones huiusmodi: quod nota,& pro hoc facit quod notat *Bal. in l. 1. ff. de*
104 *libe. & poſthu.* ¶ Sed nunquid † elapsis prædictis mensibus poterunt proponi nullitates? Respōdeo:aut vult aliquid probare ad docendum de nullitate:& dico,ꝙ non poterit;quia omnis via probandi est præclusa. Aut vult docere de nullitate per iam probata in dictis mēsibus;& credo ꝙ hoc poterit, quia audietur allegando, & disputando de iure suo,& monstrando processum fore nullum ex defectu potestatis, & quod non potuerit lapso tempore ratificari, & huiusmodi: quia quod hic littera dicit, *mine-*

me audiatur;ſubaudi,ad probandum aliquid facti;quia ſolũ eſt concluſum in procellu facti, &
105 de facto,ſecus † eſt de allegationibus,quæ ſem per admittuntur, & audiuntur vſq. ad ſententiã,niſi forſan eſſet omnino per iudicẽ allegationibus etiã in cauſa cõcluſum , tunc enim,nec per inſtrumenta, nec per confeſsiones admittitur probatio in cauſa principali:ſecus tamẽ in cauſa appellationis,iuxta notata per *Inn. Hoſt.* & *Bal.in c.cũ dilectus. extra. de fide inſtrumentorũ.* adde quæ leguntur & notantur in *c.paſtoralis.ex*
106 *tra.de cauſa po.& proprie.*Sed † pone,ꝙ infra tẽpus iurarũt teſtes,ſed non depoſuerũt, nunquid eorũ depoſitiones ſcribentur, & recipiẽtur poſtea?Videtur hic ꝙ nõ,quia littera dicit,*minime audiatur.* In cõtrariũ facit,ꝙ notat *Bar.in l.ſi quã do.C.de teſt.*& *Matth.de Mataſal.*in 141. *nota.* & ſeruatur in practica ſaltem de facto. Dic de hoc per *Bar.in l.damn.§.Sabini.ff.de dam.infect.* vbi cõ fulit,ꝙ teſtes iurent infra terminũ,& ſtatim requirit iudicẽ,vt illos examinet infra terminũ, & de hoc proteſtetur,&c.vide ibi.Sed primum credo verius,ſecundũ rigorẽ huius conſtitutionis,& propter verbũ *minime.* ergo nullo modo:
107 quia nec dicitur † aliquid factũ,dũ aliquid ſupereſt ad agendum: vt *l. fin. C. ad Sill.* hoc tenet *Abbas in l.obſeruare.§.ſi.*& *Ioan. And. in addi Spe. tit.de teſta. §. qualiter eſt autẽ. in verſ.Is quoq.*dic, vt ibi notatur,& adde notata per *Ange. ff.de feriis.l.eadẽ oratione.*ſuper *glo.*quæ incipit, *quia facile,*vbi dicit, ꝙ ſi teſtis iurauit die iuridico,po
108 teſt examinari etiã die feriato.Sed † pone, ille qui dedit petitionem infra primũ menſem, erat procurator vel tutor,vel huiuſmodi,non tamen produxit inſtrumentũ procurationis vel tutelę infra primũ vel ſecundũ menſem, modo in tertio mẽſe , vel eo elapſo,vult producere ipſum inſtrumentũ ad habilitandũ perſonã ſuam:nũquid eſt admittẽdus?Hic videtur ꝙ minime.Sed vidi ſeruari cõtra,& credo ꝙ bene,& de æquita te,quia ſecũdus mẽſis datur ad ponendũ,&c.Ergo loquitur de meritis cauſæ,ſed inſtrumentum poteſtatis eſt de his quę poſſunt cognoſci ante litis ingreſſum.Imo etiã vidi admitti alia inſtrumenta ad merita, ſed quo ad legitimã perſonã, eſt æquũ;de alio forte ſecus. Cogita amplius ſu
109 per ipſis: quia † inſtrumentũ poteſtatis poteſt produci quandocumq.ante ſententiam , & etiã poſt.vide *Doct.in l.iudiciũ.ff.de iudi.*& ibi *Iac.de*
110 *Arena.*& *C.vt nemo inuitus.l.*1. ¶ Vlterius†quęro,nunquid lapſis dictis mẽſibus,poterit peti ꝙ iuretur de calumnia, & cũ iuramẽto cauſæ reſpondeatur poſitionibus?Videtur ꝙ ſic:quia iuramentũ cauſæ poteſt,& debet pręſtari in quacũq.lite petatur: vt *extra.de iuramento ca. cap.* 1. *li.6.*In contrariũ eſt hic tex.quia dicit , *minime audiatur.*& hoc credo verius, quia tẽpus eſt hic de ſubſtãtia,& vbi certũ & determinatũ tempus eſt de ſubſtãtia,ſolũ illud attẽdim⁹,& nõ aliud ꝙ precedit & ſequitur;vt *l.ſciendũ. §.poſſeſſor.* & ibi *Ang.ff.qui ſatis cog.* de hoc etiã videtur caſus *extra.de elec.c.ſi quis iuſto.§.vlt.*ibi,*quod non eſt ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio,*&c.vide *Bal.in l. obſeruare.§.poſt hac.ff.de offi.procõſu.* niſi forſan in ipſo mẽſe ſuo fuiſſet iã petitũ,& prælitũ per requirẽtẽ,ſed aduerſarius recuſaſſet prælare:quia tũc etiã lapſo mẽſe poterit petere, vt recuſans cõpellatur iurare:qui nõ poterit obijcere de lapſu mẽſis,cũ ſibi obſtet exceptio doli, præterea licet ſit cõcluſum quo ad partes,nõ tamẽ eſt cõcluſum quo ad iudicẽ; qui poteſt cõpellere partes ad iurandũ de calũnia,& de veritate dicenda; & interrogare partes quotiẽs viderit expedire,& debet inueſtigare veritatẽ;& cuncta rimari,etiã inquirendo in hoc iudicio,& ex proprio motu,& debito officij ſui : vt *extra. de fide inſtrum.c.cũ Ioannes Eremi. c.*30. *q.vlt. c.iudicãte.*
111 cũ ſuis cõcor.Sed nota,ꝙ † excluſus à via excipiẽdi poterit implorare officiũ iudicis,vt puta ſi per lapſum termini legalis , vel quia lata eſt ſentẽtia,& petẽs executionẽ eſt in dolo,poteſt cõuentus implorare officiũ iudicis vt petẽs remoueatur ab illa petitione. Vnde ſi petẽs executionẽ cẽſualis vel alterius inſtruméti garẽſis, contra ꝙ nõ poteſt obijci,niſi de cęteris exceptionibus;quia ſi petitor eſt in dolo,& exceptio nõ eſt de prẽmiſsis,imploret conuentus officio iudicis ſibi ſubueniri.Sed vbi ſtatutũ diceret,ꝙ nõ audiatur ad aliquã defenſionẽ,nõ haberet locũ ꝙ dictũ eſt, ſecundũ *Ang.* qui hoc notat *ff. de peti.hare. l. filius.* & vide quę notãtur in *l.placet.*
112 *eod.tit.*Sed an † & quãdo poſsit iudicis officiũ etiã parte nõ petẽte impartiri,notat idẽ *Ang.*in dicta *l.filius.*ſuper *glo.*ibi *ſed hoc eſt falſum,* ſecũ-
113 dũ *Ioan.*Itẽ nota,ꝙ terminus † datus à lege habet vim irreparabilis peręptorij: vt *ff. de excu.*
114 *tu.l.ſcire oportet.§.multa vero.*Nota † ꝙ licet lex deneget actionẽ,nõtollit ipsãipſo iure.Sed ope exceptionis *ff.de iureiuran.l.nã poſtea.*in prin.Itẽ
115 per † generalẽ diſpoſitionẽ legis nõ tollũtur re media de iure ſpeciali.vide *Bal. in l.legatorũ peti*
116 *tio.§.qui plures.ff.de le.*2. ¶ Sed † nũquid in crimi nalibus iuretur de calũnia?Dic ꝙ ſic:vt notatur in *c.inhærẽtes.extra.de iure ca.*&*C.eod.tit.l.*1. ¶ Sed
117 an † fiſcus iuret de calũnia? Dic ꝙ nõ : ſed iurat per ſuã legalitatẽ.vt notat *Iaco.de Monte Iudaico.in vſat.Omnes homines tã.* Imo nõ dicit ꝙ iuret. Sed dicit ꝙ dñs Vicarius,Baiulus,vel fiſcus interrogantur per ſuã legalitatẽ abſq. iuramento
118 cauſæ,vide ibi.Itẽ quęrit † ibidẽ,an aduerſari⁹ habebit idẽ priuilegiũ,ſcilicet,ꝙ non teneatur iurare de calũnia?& videtur ꝙ ſic,per *l.fin.C.de fruc.& litis expẽ.*& per ea quę notat *Cin. C.de iuramẽto ca.l.*2.*§.ſed quia veremur.* Facit *c.prudẽtiã. extra.de mu.pe.*& *c.nõ licet actori.de regu.iuris li.6.*
119 ¶ Sed † vtrum liceat accuſato ſe defendere calumnioſe, vide *Ioan.in Summa confe. lib.*2. *tit.* 5. *q.* 194. *vtrum liceat,* &c. ¶ Sequitur in text. *Et poſtmodum in vltimo menſe* , ſcilicet, lapſis dictis tribus menſibus, & ſic in quarto menſe: & ſequitur,

Digitized by Google

quitur, *non ceſſent ſuas ſententias publicare*: quidam
120 hoc † intelligunt etiã ſine partis inſtãtia, propter verbũ *non ceſſent*, quod tamen non credo ita ſimpliciter & amare, ſiue crude, ſed ciuiliter fo-
121 re intelligendũ: quia † etiam in ſummarijs fit aſsignatio ad ſentẽtiã: vt in *c. ſæpe. extra. de verb. ſig. in Cle.* Itẽ ſine partis inſtantia, in his in quib⁹ partes interuenerunt, & in quibus de intereſſe partis tantũ agitur, quieſcere debet iudicis officiũ: ſi enim partes conueniunt, vel cõpromittendo, vel tranſigendo, aut tacendo, aut alias, quid ad iudicem? Vnde ſubaudi, *non eſſent*, ſcilicet poſtquã fuerint ab aliqua partiũ requiſiti. Sed forte iſti iudices habent intereſſe propter vltimã tertiã, ſiue ſolutionẽ ſui ſalarij. Itẽ vertitur intereſſe publicũ propter inquiſitionẽ generalẽ, & ideo dicitur hic, *non ceſſent*; & ſic erit in hoc ſpeciale, quia hoc iudicium heteroclitũ eſt, & ſufficit aſsignatio, quę ſit voce præconis, & auctoritate huius conſtitutionis, ad ſentẽtias audiendas, ſiue proferẽdas. Sed forte lapſo quarto menſe aſsignato ad ſentẽtias: debent vocari ad ſententias vltra quartũ menſem proferẽdas. Vel dic melius, aut iudex proceſsit ex officio, & motu proprio inquirendo, & ſine partis inſtãtia, & ita ſine inſtantia poterit ſententia ferri: quia reus nunquã peteret ſententiam, ſi timeret
122 condemnari: quia † reorũ eſt fugere: 4. q. 4. c. 1. Aut proceſsit ad querelã partis, & tunc credo,
123 quod requiratur inſtãtia. Sed † quid ſi iudices tabulæ male iudicauerint, & aliquẽ litigantiũ per ſuã ſententiam vel proceſſum iniuſte læſerint, nunquid de hoc poterunt ſyndicari? Reſpondeo, aut fuerũt in dolo, aut in culpa: ſi in dolo, tenẽtur & poterunt propter dolũ ſyndicari, quia nunquã poteſt dari ita latũ arbitrium alicui, quod de dolo non teneatur: & ſicut nõ poteſt fieri per pactũ, ita non poteſt fieri per ſtatutũ: quia eſt contra bonos mores, quoniã conducit quẽ ad delinquendũ ſecundũ *Ange.* qui hoc notat in *l. incõmod. ff. in prin. ff. cõ. no.* adde notata per eum in *l. rem mihi. eod. tit.* Aut fuerũt in culpa, & tunc dico, quod non debent propter hoc
124 ſyndicari: quia ſunt † iudices conſcientiæ, & habent latũ arbitriũ, iuxta conſtit. ſupra *coll. 4. in 3. curia Barci. c. 7. Itẽ ordinamus de conſilio.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo *reorũ bonam conſcientiã.*
125 Sed † in iſtis iudicibus tabulæ nõ præſumitur dolus propter iuramentũ quod præſtãt. Sed an erit neceſſe partẽ citari ad ſentẽtiã? *Tex.* hic facit quod non, quia dicit, *non ceſſent*. Sed dico nunc proceſsit inquirẽdo, & reus fuit ab initio citatus ad omnes actus, & tũc forte nõ erit vlterius citãdus ad ſententiã, ſi ab initio fuit cõtumax; ſecus ſi non fuit cõtumax. Aut eſt proceſſum ad querelã partis; & tũc ſemper eſt neceſſe ꝙ partes vocentur ad ſententiã etiã in cauſis ſummarijs, licet nõ fiat aſsignatio peremptoria, ſufficit vt in dicto *c. ſæpe.* faciũt notata per *Bar. in extra. nag. ad reprimẽdũ.* ſuper verbo, *figura iudicij.* in illa

quæſtione: *Itẽ an debeat citari ad ſententiã*, &c. & in *glo.* poſita ſuper verbo, *in dicto crimine.* vide la-
126 tius ibi. Vbi etiam dicit, ꝙ † in iſtis ſummarijs de iure ciuili nõ requiritur ꝙ ſententia feratur in ſcriptis, licet debeat in ſcriptis redigi: quia
127 aſſertioni † iudicis nõ creditur, niſi ſit Papa, vel Imperator: *extra. de proba. c. quoniã cõtra.* & in *Cle. eod. tit.* Dicit etiã *Bar.* ibidẽ, ꝙ in hoc caſu valeret ſentẽtia lata pro abſente nõ citato. Sed etiã practicatur, ꝙ fit aſsignatio voce præconis, intimãdo omnibus generaliter vt veniãt ad audiẽdũ ſententias infra mẽſem: & tunc infra illum mẽſem proferũt ſentẽtias abſq. alia aſsignatione. Sed elapſo ipſo mẽſe ſententiarũ, conſueuerũt ſingulariter aſsignare partibus ad ſentẽtiã: & huiuſmodi practica credo ꝙ tanta ſit de iure
128 & mẽte harũ conſtitutionũ. Et nota † vnum, ꝙ reputo ſingulare in hac materia, vt in ſyndicatu & tabula officialiũ non exigãtur acta: vt in §. *neceſſitatẽ. in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffragia. coll. 2.* & hoc notat *Ant. de But. in c. quoniã cõtra falſam. extra. de proba.* Et eſſet valde bonũ, vt ita ſeruaretur in practica tabularũ, ſicut audiui ꝙ ſeruabatur antiquitus; & debet ſeruari ſaltẽ in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorũ, per conſtit. infra *eod. c. cauſa.* & ita quãdoq. ſeruaui. Sequitur in tex. *vna hora cuiuslibet diei iuridica*, &c. Nota
129 hic, † ꝙ iudices tabulæ debẽt per ſe cũ diligẽtia ſaltẽ vna hora cuiuslibet dici nõ feriatæ dictorũ quatuor mẽſiũ intendere in dictis inquiſitionibus ſeu proceſsibus. Intellige tamẽ, ꝙ hoc fiat de die, & nõ de nocte: & hoc probat verbũ *iuridica*: quia hora noctis, nõ eſt iuridica ad exercendũ iudiciũ: vt *extra. de offi. dele. c. conſuluit.* De-
130 bent † tamẽ iudices ſedere pro tribunali ſaltẽ bis in die, ſcilicet mane, hoc eſt, hora tertiarũ, & veſpere, ſcilicet hora veſperarũ, quę protẽditur vſq. ad ſolis occaſum: vt in *auth. de iudicibus. §. ſẽ*
131 *debũt colla.* Item † nota, ꝙ dicit, *diei iuridicæ*, ex quo patet, ꝙ diebus feriatis ob reuerentiam Dei & Sanctorũ non poterunt iſti iudices tabulæ in aliquo procedere; ꝙ ſi fecerint, nil valebit: vt *extra. de feriis. c. vlt.* ſecus eſt de aliis feriis, quæ non ſeruãtur in iſtis cauſis ſummarijs: vt in *Cle. ſæpe. de verb. ſign.* & ibi *glo.* ſuper verbo *neceſſitates.* Fallit vbi pietas vel vrgens neceſſitas aliud expoſcit: vt *extra. de feriis. cap. conqueſtus.* in fin.
132 Item † etiam nota, quod dicit, *dictorum quatuor menſium*. Sed nunquid lapſis ipſis quatuor menſibus tenebuntur? Dic quod ſic, ſi iam non dederint complementum, & de ijs præſtant ipſi iudices iuramentum, & homagium, nec eſt opus alia commiſsione: vt ſupra *colla. 5. in curia Montiſalbi. cap. 4. Item vt dicta inquiſitiones*, &c. vide quæ ibi ſcripſi.

De blaſphemis & maledicis. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemans Deum & beatam Virginẽ Mariam, ſi ex propoſito id fecerit, incurrit pœnam mortis: ſi vero alias, fuſtigabitur, portando virgam ferream per me-*

dium lingua. declaratur num. 19.
2 Blasphemia est crimen læsa maiestatis.
3 Blasphemans Deum dignus est supplicia sustinere.
4 Iurans illicite punitur pro vt hic.
5 Dicere malum simpliciter, vel dicere malum nefandissimum differunt.
6 Omnipotens Deus ex eo dicitur, quia omnia de nihilo fecerit.
7 Blasphemia definitur.
8 Iniuria dicta ex proposito nõ reuocatur sola pœnitentia.
9 Peccatum commissum in Deũ grauius est, quam quod committitur in hominem.
10 Vsat. Si quis criminalem foliam, expenditur.
11 Coniecturæ locum habent in incertis.
12 Sancta quæ sunt, coinquinari nequeunt.
13 Vsat. Si quis criminalem foliam, an habeat locum in officiali iniuriante.
14 Officiales in officio delinquẽtes maiori pœna digni sũt.
15 Pœna vis remitti non debet, qui peccant in Deum.
16 Offensa nostra est remittenda, non Dei.
17 Malo vbi parcitur, eo ipso intelligitur nocere bono.
18 Mors est maior pœna in hoc mũdo. & de ratione ibidẽ.
20 Ira quæ proferuntur, non imputantur.
21 Calor inconsultus iræ caret calumnia vitio.
22 Mens alienata furore reatum non contrahit.
23 Dixisse quis non videtur, quod mente non cogitauit.
24 Lingua lubricum nõ facile est ad pœnam trahendum.
25 Facilitas excusat à peccato mortali.
26 Voluntas & propositum distinguunt maleficia.
27 Offensa dicitur, siue fiat in bonis, siue in persona; dũmodo ex ea insurgat pœna.
28 Offensa proprie quid. remissiue.
29 Casus regulariter non imputatur. declaratur ibidem.
30 Verba prius formãtur in mẽte, quã proferãtur in ore.
31 Lingua si erret, cor non peccat.
32 Error detegit imperitiam.
33 Crimen non committitur sine dolo.
34 Potẽtia in quibus cõtractibus locum habeat, remissiue.

QVi verba nefandissima dixerit. Casus. Dicens
1 de † Deo, & beata Virgine Maria, & alijs Sanctis nefandissima, si id ex proposito dixerit, pœnã mortis sine spe veniæ incurrit: si vero alias protulerit, portando virgam ferream per mediũ linguæ, fustigabitur. Hoc dicit. Hic ergo habes pœnam maledicorum, & de ijs dicit Paulus: *Neq. maledici regnum Dei possidebunt.* de hac materia scripsi satis late supra *colla. 3. in curia Montissoni Regis Alfonsi cap. 30. Item ordinamus & statuimus, quod aliquis homo non dicat malum de Deo*, &c. vide ibi. & adde quæ dicam infra *colla. 9. curiæ domini Ferdinandi. cap. Enuers la honor y reuerencia de nostre Senyor Deu*, &c. & ibi confirmatur *cap.* præsens, cum dicto *cap. 30.* ¶ In textu, ibi, *verba nefandissima*, scilicet blasphemiam vel hæresim manifeste sapientia, & talia sunt quæ fari non licet, & ideo tam acerrima pœna mortis hic im-
2 ponitur, cum † sit crimen læsæ maiestatis, & longe grauius est diuinum quam temporalem lædere maiestatem: vt in *authen. Gazaros. C. de Episcopis & cleri.* & *extra. de hæreti. cap. vergentis.* ad hoc in *authen. vt non luxurientur contra naturam. colla. 6.*
3 quia † qui Deum blasphemat, dignus est supplici-
4 cia sustinere, vt ibi dicitur. Secus † forte vbi alias non blasphemando, nec hæreticando dixerit, sed tantum illicite iurando; tunc enim si est miles, vel filius militis; ciuis, vel homo villæ, soluat viginti solidos. Si alius homo, soluat decem solidos, vel decem assots in platea: vt in alleg. *cap. 30.* quod non credo corrigi per hanc cõstitutionem, quæ disponit contra dicentes verba nefandissima, & ibi dicit de illo, *qui malum de*
5 *Deo dixerit*, & aliud † est dicere malum simpliciter, aliud est dicere nefandissimum, & expedit iura iuribus cõcordari: vt ibi dixi latius. ¶ In textu, ibi, *omnipotentem*. dicit *August. Omnipotentem Deum dicimus, quia credimus, quod omnia faciens fa-*
6 *ctus non est: & ideo † omnipotens, quia de nihilo fecit quæcunq. fecit.* Hoc enim est esse omnipotentẽ, vt nõ solũ mundi fabrica, sed etiam ipsa materia ab ipso facta inueniatur, & huius patet plena ratio omnipotentiæ, quę in hoc est, quod omnia possibilia potest quæcũq. posse possibile est; & quia omnino potest, hoc est, sine coactione, & passione, sine impedimento, & sine indigentia, secundũ *Alex.* quod vide latius per *Gui. in Rosario. de pœ.*
7 *di. 2. §. vlt.* super verbo, *omnipotens*. Est † autẽ blasphemia secundũ *Ambro.* cum vel Deo attribuitur quod ei non conuenit, vel cum ab eo remouetur quod ei conuenit. hæc autem duo tantũ, scilicet, affirmatio vel negatio speciem blasphemiæ non diuersificant. ¶ Sequitur in tex. *si ex proposito di-*
8 *xerit*, nota quod iniuria † ex proposito dicta nõ reuocatur sola pœnitentia: quia sola pœnitentia quis non desinit esse nocens, nec habet hic locũ purgatio *vsat. si quis alicui criminalem foliam dixe-*
9 *rit*, qui videtur hic limitari: & grauius † est pactũ quod in Deũ committitur, quã ꝙ in hominẽ. *17. q. 4. sicut qui.* & *23. q. 5. quid ergo.* in fi. vide ibi *glo.*
10 & *Gui. in Rosario.* vnde † dic, aut quis dixit foliam ex proposito, & hoc constat, & tunc non
11 habet locum dictus vsaticus, vt hic: quia † in incertis, non in certis est locus coniecturis: *ff. de verbo. obli. l. continuus. §. cum ita*, aut non constat de proposito, & tunc loquitur dictus vsat. Sed dic verius, hic esse speciale: quãdo iniuria profertur contra Deum & Virginem Genitricem, & alios Sanctos Dei propter reuerentiam diuinæ maiestatis, quæ est sanctitas incorrupta, & quæ san-
12 cta † sunt, coinquinari non possunt, *vt extra. de cohab. cle. & mulie. c. vestra, & in omnium fertur iniuriam*, &c. *C. de apostat. l. quidã.* Sed dictus vsat. de facto practicatur, siue ex proposito, siue alias quis alicui priuato criminalẽ foliã dixerit, & sic minime sunt mutãda, &c. *ff. de legi. l. minime.* Sed quę-
13 ro † an dictus *vsat.* habeat locũ in officiali iniuriã dicẽte, & sic tenendo officiũ delinquẽte, an vero debeat syndicari non admissa purgatione dicti *vsat.* Quidã dixerũt dictũ *vsat.* etiã in officiali locũ habere, propter verbũ *si quis*; quia simpliciter loquitur, & non distinguit an fuerit priuatus, vel

officia-

Digitized by Google

officialis,qui foliam dixerit. Ego cõtra,quia per constitutiones Cathaloniæ est statutum,quod iudices tabulę inquirant, & puniant officiales de iniurijs,& alijs quę deliquerint in officio,vel tenendo officium,& cum iuramento & homagio tenentur illos sic delinquentes condemnare secundum eorum bonam conscientiam : vt supra *coll. 4.in 3.curia Bar.c.Item ordinamus de cõsilio.*& quia illa constitutio est posterior, limitat vsat. vt nõ habeat locũ in officialibus:& est ratio,quia vsaticus loquitur quo ad partis emendã cotumeliæ, quæ causa ciuiliter interpretatur. Sed cõstitutio præcipit etiam contra officiales inquiri & puni-
14 ri;quia † maiori pœna digni sunt, qui in officio delinquunt:arg.*C.vbi causæ fiscales.l.vniuersi.*& *C. de Episcop.& cle.l.presbyteri.*alias est *auth.* & nota *Bal.in feu.de pace te.& iuramento fir. §. indices.* Pro hac parte videtur casus supra *collat. 3. in 2. curia Bar.c.21. Item ordinamus & concedimus.*ibi *facta tamen restitutione passis iniuriã*,&c.pro hoc facit securitas præstita de tabula tenenda, qua cũ fideiussoribus tenentur ex stipulatu: & ita audacter iudicarẽ. ¶ Sequitur in text. ibi,*sine spe venia.*&
15 est ratio,† quia eis pœna remitti non debet,qui in Deũ peccant:63.*di.c.Salonitane.* Quædã enim sunt culpæ,in quibus culpa est relaxare vindi-
16 ctam:vt 28.*di. c.quia sunt culpæ* . Nam † offensam nostram remittere debemus,sed non Dei. 23.*q. 4.c.si is qui.*adde in *Deuter.c.25.*& hoc ipso quod
17 parcitur † malo , intelligitur nocere bono : in *auth. de man. prin. §. homicidas.* Et de iure communi eis solus princeps securitatem dare potest, nisi causa expressa in iure *eod.tit.§.sed neq.*& nota *ff.de publicis iud.l.is qui rem.* & per *Bal.de pace constantiæ*, super verbo *dispensationem.* adde quæ notantur supra in *curia Perpin.c.insuper.*adde quę scripsi supra in *curia Perpin.cap.vt occasioni.in vlti. q.*& infra *coll.9.c.per tal.*super verbo *dispensat.*Itẽ adde notata per *Ant. de Butr.extra.de maledictis.c.*
18 *vlti.* ¶ Sequitur in tex. ibi, † *moriatur* , subaudi, quia maiorem pœnam in hoc mundo pati non potest: quia vltimum terribilium est mors. *ff. de pœnis.l.vltimum* , non tamen hic textus significat
19 qua † morte sit moriturus, scilicet,an simpliciter suspendatur, vel iuguletur, an cremetur,vel excorteretur.Sed videtur quod debeat pati pœnam *l.Pompeia de parricidijs*: quia delinquit in patrẽ & creatorem suum.*ff.ad l.Pompeiam de parri.l. 2.C.eod.l.1.* & *insti.de publi.iudi.§.alia deinde.* Sed verius credo hoc fore arbitrariũ iuxta modum delicti; quamuis propter hæresim, & sodomiam videatur imponenda pœna concremationis ad terrorem aliorum: & ita seruatur vt plurimum de consuetudine. ¶ Sequitur in text.ibi, *vel ira.* hoc credo speciale hic propter immunitatem
20 criminis læsæ maiestatis diuinæ, quia † regulariter ea quæ ex ira proferuntur , non imputantur. *C. si quis Impera.maledixerit. l.vna.* & nota in
21 *cap. 1. extra.de maledictis.* quia † inconsultus iræ calor , calumniæ vitio caret. 2.*q.3.§.notandum.*

vide *C.qui.bo.ce.po.l.2.ff.de reg.iur. l.quidquid.ff.de*
22 *diuor.l.3.*Mens enim † alienata furore , cum sui capax non sit,reatum non contrahit;quia facultatem deliberandi non habuit. 15.*quæst.1.meretrix.* in fi.dic ibi in summa. Itẽ dicit lex,non videtur
23 quid † dixisse quod mente non cogitauerit:*ff. de supellectili.l.Labeo.* vide *extra.de re iudi.cap.cum*
24 *te.* & in *vsat. qui ira ductus* . Nec † etiam lubricum linguæ facile est ad pœnam trahendum : vt *ff.ad l. Iuliam maiestatis. l. famosos.*Præterea faci-
25 litas vel temeritas excusat à peccato mortali: & veniam continet. 2. *quæst.3. cap.si quis iratus.* nec per incautam iurationem quis incurrit mor
26 tale peccatum. 25.*di.§.alias econtra.* Vnde † voluntas & propositum distinguunt maleficium. *ff.de furtis.l.qui iniuria.C.ad l.Cor.de sica. l.1.* & *extra.de sent. excom. cap. cum voluntate.*de hac materia vide in *l.si non conniteris. C.de iniurijs.* & ibi per *Bart.*& *Salicetum.*Et nota,quia quando fit ex ira,
27 causatur offensa. Vnde nota † quod offensa dicitur siue fiat in re,siue in persona, dum tamen ex eo quod fit surgat pœna:*ff. de publica. l. licitatio. §.quod illicite.*tex.in *l.testamenta.ff.de manu.te-*
28 *stam.* quid † proprie sit offensa, vide *Bar.*in dicto §. *quod illicite.* an dicatur offensa si vestes scindantur, & si vxor ab alio supponatur,vide *Bart.* ibidem. Offensa est id, quod proximum alterius ad iracundiam prouocat. *C.de inoffic. testam.l.caute.*vide ibi *Bar.* & *l. filia. eod.tit.*& vide dictum §. *quod illicite* , vbi ponitur de offensa in rem & in personam. & vide *Innocen.extra.de sent. excom. cap. vt fama* . ¶ Sequitur in tex.*vel casu.* hoc est mirabile, quod quis puniatur de casu.
29 quia † regulariter casus non imputatur. *extra. de homicidio.cap.dilectus filius.* & *cap. ex litteris.* & *cap.exhibita.*quod est verum, quando dabat operam rei licitæ, alias culpa præcedente casus imputatur : & verisimile est, quod quando quis talia nefanda dicit : quod culpa sua in casum inciderit : nec video quo modo quis talia dixe-
30 rit à casu,quia † verba prius formantur in mente , quam proferantur in ore , & sic non dicit quis quod prius mente non cognouerit : vt *d. l. Labeo.§.caterum.* quoniam si quis cum vnum di-
31 cere vellet,& lapsu linguę dixerit aliud,tũc † si lingua errat,cor non peccat;nec iste est culpabilis apud Deum,nec credo eum tunc debere pu-
32 niri de eo quod errore casu dixerit:quia † error imperitiam detegit.*l.si per errorem.ff.de iur.omniũ*
33 *iudi.* quia sine † dolo non committitur crimen.*C. de fal.l.nec exemplum.*Et qui loquitur contra mẽtem,nihil dicit,quia nõ dicit quod cogitauit,nec dicit quod vox significat quia non intendit hoc dicere:*ff.de rebus du.l.in ambiguo.*vide quę notantur infra *colla. 9. cap. 1. euuers la honor*,&c. ¶ Sequitur in text. *fustigetur.* idest , fustibus vel loris in spatulis nudus currens per villam publice verberetur : & subaudi , nihilominus pœniteat de peccato:vt *extra. tit. de maledicis cap.statuimus.*vide & adde quæ ibi notantur per *glos.* &

Decl. & dixi in *cap.* 30. prælleg. Et est hic casus. in quo non admittitur pœnitentia, alias adde in
34 *glo. ff. de adil. edic. l. quid si fugitivus.* Item † in quibus contractibus habeat locum pœnitentia, vide *glo. in l. 1. ff. de condi. ob causam.* Item nota, quod non punitur proprie persona, sed tatutias delinquentis: vt notat *Bal. de pace constantiæ*, super verbo *delicta*. Ne forte hæc pœna propter scandalum erit obmittenda, cum sit veritas iustitiæ, iuxta notata in *cap. qui scandalizauerit. extra. de regu. iur.*

De meretricibus, & inhonestis mulieribus â vicis honestarum penitus expellendis.

Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices publicè diffamatæ in vico honestarum mulierum habitare non debent, imo sunt ejiciendæ etiam de propriis domibus. declaratur nu. 8. 17. 19. & 20.*
2 *Pecus una vesica omnia.*
3 *Mulieres viles inficiunt corpus humanum, & animã.*
4 *Castitas est potens præsentare animas Deo.*
5 *Lenæ sunt expellendæ â vicinis honestarũ personarũ.*
6 *Vilis persona quæ dicatur. remissiue.*
7 *Corpus non coinquinatur nisi de consensu mentis.*
9 *Lupanaria in qualibet ciuitate sunt, in quibus debent morari tales meretrices & viles mulieres.*
10 *Conuersatio vilium mulierum debet esse separata â conuersatione honestarum.*
11 *Publicè qui peccat, publicè debet corrigi.*
12 *Lenonem lena non diligit absq. crumena.*
13 *Datum & promissum ex causa luxuriæ an valeat, & repeti possit.*
14 *Vicus quid sit. remissiue.*
15 *Honesta persona quæ.*
16 *Vir bonus quis.*
18 *Per patientiam multa tolleranter.*
21 *Mulier sequitur domicilium viri.*
22 *Domicilium quis duplex habere potest; vnum ratione originis, & aliud ratione habitationis.*
23 *Seruus non dicitur habere domicilium.*
24 *Domus appellatione an veniat apotheca. remissiue.*
25 *Ex domo dicitur aliquid fieri, quando aliquid fit â domino domus.*
26 *Duo domicilia habens, cui debeat parere. remissiue.*
27 *Filius legitimus sequitur domicilium patris.*
28 *Indignatio animi præsumitur inter offendentem & offensum; & ex illis in quo prius præsumatur talis indignatio. num. 29.*
30 *Mulier an acquirat viro. remissiue.*

Mvlieres de corpore viles, &c. Casus. Meretri-
1 ces publicè † diffamatæ in vico honestarũ mulierum habitare non debent. imo possunt, & debent in le ejici, etiam de propriis domibus earundem. Hoc dicit Et est salubris, sancta, & ho-
2 nesta huius constitutionis prouisio; quia † vna sola pecus inficit omne pecus, & vna ouis morbida totum gregem inficit. 45. *di.* Et illud, & relecandę sunt putridæ carnes. 24. *quæst.* 3. *cap. resecandæ.* & nota in *c. ea quæ. extra. de sta. mo.* Et istæ
3 viles † mulieres inficiunt corpus humanum: vt *ff. de via pub. ædiles*, in fi. & multo fortius etiam, quia animam inficiũt: *l. sciamus. C. de sacrosanct. Eccles.* & *ff. de actio. emp. & vend. l. Iulianus*, in prin. & *ff. de cloac. l. 1.* & de iure communi videtur casus. quod ejici debeant, & sunt expellendæ, in *l. si*
4 *qua.* in fi. *C. de spec. scœni. et leno. li. 12.* Castitas † enim sola est, quæ potens est animas Deo præsentare: in *auth. de lenonibus. coll. 3.* & *Sapientiæ 4. c. O quam pulchra est generatio casta.* vide ibi latius, & adde quæ notat *Ioan. de Platea* super dicta *rubr. C. de spe ita. scœnicis & lenonibus.* Et d. honestate dixi infra
5 *colla. 10. cap. a la condicio femeni.* ¶ Sequitur † in tex. *viles de corpore*, idest, meretrices & fornicariç, & forte etiam de quacumque alia vilitate, quæ inficiat. vt quia sunt lenę, siue alcauotes, vel
6 alias litigiosæ, o fatilleres. Et † quæ dicatur vilis persona, vide in *l. humilem. C. de incestis nuptijs.* Et tabernaria, & quę præest publico quæstui, dicitur vilis. vide *l. fratres. C. de manu. iest.* Et quod dicit, *de corpore viles*, dic secus si sint viles de anima
7 tantum. Sed † non coinquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Idco dixit beata Lucia ad Paschasium: *Si me inuitam violari feceris, mihi duplicabitur ad coronam.* vt 32. *q.* 5. §. *quod autem.* Se-
8 quitur † in text. *publicè diffamatæ*. Secus ergo si inde non sint publicè diffamatæ; nec alias surgit scandalum; quia tunc forte stare possent, saltem in propriis domibus: argum. *extra. de cohab. clerí. & mulierum. cap. vestra.* & 1. *q.* 1. *cap. Christus.* & hoc credo verum, saltem si se voluerint emẽdare: argum. *l. di. cap. ferrum.* & in *cap. pactum venia. de regul. iur. lib. 6.* Alioquin si palam quęstum faciant, nullatenus sustineri debent, etiam si dicant hoc facere præ extu pauperta is: vt *l. palam. ff. de*
9 *ritu, nup.* Iam enim videmus, quod † in qualibet ciuitate & villa populosa sunt loca postribuli, siu. lupanaria, vbi debent tales meretrices & vi-
10 les mulieres morari: quia † talium separata debet esse conuersatio â cohabitatione honestarum, sicut dixi de Iudæis supra *collat. 4. in curia Ilerden. cap. 11. Item ordinamus & statuimus, quod quilibet Sarracenus.* & melius supra *collat. 1. in prima curia Barcinonæ domini Iacobi Primi. cap. Item irrefragabili constitutione.* &c. vide & adde quæ ibi dixi. Cauendum est tamen in ijs de scandalo: *extra. de præscrip. cap. nihil.* Sæpe enim fit, quod dum aliquem corrigere volumus, eum potius diffamamus: & quod erat occultum, efficitur publicum: & iam non dicitur corrector erroris, sed præditor: 2. *quæst.* 1. *cap. si peccauerit.* oportet igitur in his adhiberi cautelam; quia siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur vt vita hominum corrigatur: 23. *quæst.* 5 *cap. prodest seueritas moderata.* ergo debet esse correctio: vt 45. *di. cap. cum beatus.* & 23. *quæst.* 4. *cap. ea vindicta.* & *extra. de maio. & obe. cap. humilis.* & ibi no-
11 ta. Ita † tamẽ vt qui publicè peccat, publicè corrigatur: *extra. de pœn. & remi. c. manifesta*, & ita loquitur hęc cõstitutio de mulieribus, quę publicè peccant, & sunt publicè diffamatæ, alioquin de occul-

occultis, & pene occultis, non eſt ita proceden-
dum velociter, ſed moderate inquirendum: *extra. de accu. cap. qualiter, & quando.* in 2. ne forte vo-
lendo extirpare zizania, eradicetur forte & triticum: quia ſi omnia peccata in hoc mundo vindicata forent, locum diuina iudicia non ha-
berent. 6. q. 1. *c. ſi omnia.* & ait Pſalmiſta: *Ab occul-
tis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Sed
12 quia † lenonem lena non diligit abſque crume-
13 na; & ideo † propter actum luxuriæ mul-
toties viri dant, vel promittunt, aut cum inſtru-
mento ſe obligant meretricibus, aut iſtis vilibus mulieribus; quæro an datum teneat vel promiſ-
ſum; an vero conditio valeat repeti? Super hoc videtur debere diſtingui, quia aut eſt meretrix, quæ ſtat in lupanari, in quo communiter certa quantitas datur pro quolibet actu venereo, & tunc vir pro illo actu tenetur ſoluere mercedem ſolitam, & pro illa poteſt meretrix agere: nec ab ea poteſt res data repeti, quia ipſa meretrix licet turpiter agat, non tamen turpiter recipit. Aut eſt alia mulier non proſtituta in lupanari, & tunc datum ex quo tranſiuit dominium, non po-
teſt repeti, quia potior eſt conditio poſſidentis: vt *l. 3. §. meretrix. ff. de condi. ob. tur. cauſam.* Si vero eſt datum pignus, in quo non tranſit dominium, poteſt repeti. Si vero factum inſtrumentum, vel promiſſum, tunc ex illo agi non poterit: quia ob-
ſtat exceptio doli, & turpitudinis: de hoc vide *gloſ.* in *l. 2. C. de condi. ob. tur. cauſam.* & in prælleg. *§. meretrici.* & *Azonē in Sūma. eod. tit.* adde *gloſſam.* in *cap. qui venatoribus. 86. diſt.* & *extra. de decimis. c. ex tranſmiſſa.* ¶ Sequitur in textu, *vico.* quid ſit
14 vicus, † vide *ff. de leg. primo. l. ſi hæres. §. vicus.* & ibi *Bart.* ¶ Sequitur in textu, *ciuitatis*, vide quæ dicam infra *eod. cap. portari.* in verbo, *ciui-*
15 *tatis.* Sequitur in textu, *honeſte.* honeſta † perſona dicitur, quæ eſt bene morigerata, aliena non tol-
lens. & quantum eſt in ſe in aliam virtutem ope-
rans, & hæc ſola eſt quæ valet Deo animas præ-
ſentare: vt in *authent. de leno.* in prin. *colla. 3.* vide *gl. ſ. ff. de inſti. & iur. l. iuſtitia.* Et conſiderandum eſt quod eſt honeſtum. *ff. de ritu nup. l. ſemper.* & quis
16 dicatur † bonus vir, vide *l. cæteri. §. 1. ff. familiæ erciſc.* & *Bald.* in dicta *l. iuſtitia.* Sequitur in textu,
17 *conſuetæ.* hoc † valde nota, quia attendendum eſt ad loci conſuetudinem; quia ſi vicus talis eſt, in quo conſueuerunt morari tales publice diffa-
matæ mulieres de corpore viles, tunc non debēt
18 eiici inde inuitæ á contrario ſenſu, quia † multa per patientiam tollerantur: *extra. de præben. cap. cum iam dudum.* & conſuetudo valet in iis, quia in ſordido loco morari poſſunt viles: vt, *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Apocalypſis. 22. cap.* Sed hoc credo verum, ſi eſt lupanar, vel locus alias inhoneſtus, in quo honeſtæ perſonæ non conſue-
uerunt morari. Alioqui ſi locus eſt honeſtus, & in quo alias honeſtæ perſonæ conſueuerunt mo-
rari; & hodie morentur, vel morari velint: tunc debent viles inde eiici, vt hic vides. Ita vt ho-
neſtas, & Reipublicæ vtilitas attendantur in iis.

¶ Sequitur in textu *vllo modo*, nota verbum; quia
19 videtur, † quod nec cum viro, nec cum amaſio, neque per ſe, neque cum alijs pro ancilla, neque pro ſerua, quia textus dicit, *vllo modo*: vnde patet hic, quod ſi aliquis, vel aliqua perſona honeſta moretur in loco honeſtarum perſonarum, & ha-
bet ſeruam de corpore vilem, & publice diffa-
matam, quod inde poſſit ipſa ſerua eiici: vt non moretur cum domino, vel domina, quia poteſt eiici de propria domo, ergo fortius de aliena. Item poteſt eiici libera perſona, ergo fortius
20 ancilla, vel ſerua: imo credo, † quod domina, quæ permittit talem vilem ſeruam, vel ancillam ſecum habitare, poteſt dici vilis perſona: & ſi nollet eam à ſe ſeparare, poteſt etiam eiici â vico honeſtarum, quod tamen male ſeruatur. Facit conſtitutio Regis Ferdinandi, quæ incipit: *Penſants que de algun temps enſa.* vide, & adde quæ ibi dicam Deo duce. ¶ Sequitur in textu, *proprijs do-*
21 *micilijs, alias domibus.* Nota, † q̄ mulier ſolo cōtractu matrimonij ſequitur domicilium viri. *ff. ad municipales. l. ea quæ.* & text. & *gloſ.* in *l. cum*
22 *quadam. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Item † quis poteſt habere duplex domicilium, vnum ratione originis, & aliud ratione habitationis: vt *l. ſenatores. ff. de ſena.* & vtrum domicilium poſſit mu-
tari voluntate, vide *l. origine.* cum *gloſ. C. de muni-
ci. & origi. li. 10.* & *l. cines. C. de incolis. li. 10.* Seruus
23 autem † non dicitur habere domicilium, nota *Gui.* in *l. Barbarius. ff. de offi. prato.* ¶ Sed quæro an
24 appellatione dom⁹ veniat apotheca, vide *Bart. ff. de offi. proconſul. l. meminiſſe.* & *l. Cornelia. ff. de in-*
25 *iurijs.* & *ad Sill. l. prima.* Itē noca, † quod ex domo dicitur aliquid fieri: quādo aliquid fit â dūo do-
mus, & á familia domus: *C. vbi de cri. agi. oportet.*
26 *authent. quia in Prouincia.* ¶ Qui habet † duo domicilia, vnum ratione domicilij, aliud ratione origi nis: cui debeat parere, vide per *Gui.* in *l. pla-*
27 *cet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Filius † legitimus ſe-
quitur originem, ſiue domicilium patris, ſe-
cus eſt de illegitimo: vide *gl. ſ.* in *l. cum nuptiæ. ff. de ſta. ho.* Item per adoptionem adquiritur domi-
cilium. ff. *de adop. l. per adoptionem.* & ibi *gl. ſ.* ¶ Sed caueant officiales, ne ſubito in iis procedant, ne facile iniurientur coniugatos: quia iniuriæ Prin-
cipes, & domus prouocant ad indignationem. Facit ff. *de manumiſ. l. teſtamento Centurio.* quia in-
28 ter † offendentem, & offenſum præſumitur ani-
mi indignatio, & eſt præſumptio naturæ vulne-
ratæ propter offenſam: ff. *de arbi. l. licet.* ff. *de ali-
men. leg. l. 3. C. familiæ erciſc. l. in ipſius.* & nota per *Bal. de pace conſtantiæ.* ſuper verbo, *ad indignationem*
29 *pronocami.* Sed in quo † prius præſumatur indig-
natio, an in offendente, an in offenſo? Reſpondeo, quidam dicunt, quod in offendente, alij vero econtra, ſcilicet in offenſo: dic, quod oppoſitum
30 ſoluit propoſitum. An † mulier adquirat viro, vide *Inno. extra. de teſta. cap. cum in officijs.* & *Ioan. de Platea C. de fide inſtrumento.* & *iure haſtæ fiſcal. l.* & *ſi inſtru-*

Digitized by Google

inſtrumenta.lib.10. & *Bart.* in *l. ſi vt proponis. C.de rei.ven.* & ff.*de dona.inter virum & vxorem. l.quintus.* vide *Bald.* in *l.ſi vxorem. C.de condi. inſertis.* & in *Got.lib.4. 2.cap.17.l.dum perſona mariti. verſ.ſe-det ſi diuiſio.ti.*

De cauſis nullitatum infra decem dies proponendis. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio loquens de exceptionibus nullitatis infra decendium proponendis procedit in omnibus nullitatibus,ſiue appareant ex proceſſu,ſiue non.*

2 *Index propoſitis ſimul appellatione, & nullitate intra decendium debet ſimul cognoſcere de vtraque,alias ſuper omiſſis nullatenus eſt audiendus omittens. ratio primi dicti traditur n.13.& declaratur n.16.*

3 *Nullitatis exceptione oppoſita contra ſententiam prime appellationis, index ſecunde appellationis debet de ea cognoſcere ſimpliciter, & de plano,ac ſine figura iudicij.*

4 *Nullitatis materia eſt vtilis,& quotidiana.*

5 *Exceptiones nullitatis intra decendium eſſe proponendas limitatur, ſi exceptiones prouenerint ex defectu iuriſdictionis iudicis,& poteſtatis procuratoris.*

6 *Patia ſunt perſonam non eſſe legitimam,& iudicem non habere iuriſdictionem.*

7 *Sententia nulla propter defectum iuriſdictionis, ſi pronuntietur aliqua,reconualeſcit.*

8 *Veritas preualet rei iudicate in ſpiritualibus, & beneficialibus.*

9 *Sententia lata in cauſa beneficiali nunquam tranſit in rem iudicatam.*

10 *Iuriſdictionis defectum pati dicitur quatuor modis, qui referuntur.*

11 *Statutum vbi prohibet opponi exceptionem nullitatis, non cenſetur prohibita nullitas apparens ex actis.*

12 *Sententia per viam nullitatis infra qua tempora retractari poſſit.remiſſiue.*

14 *Nullitatis de exceptione ſolum propoſita quis index cognoſcet.*

15 *Iudex delegatus poſtquam pronuntianit ſiue bene, ſiue male functus eſt officio ſuo: & ideo de nullitate ſua ſententia cognoſcere nequit.*

17 *Sententia nulla quot modis dicatur.remiſſiue.*

18 *Executor non cognoſcit de nullitate ſententie.*

19 *Exceptione nullitatis exclusa an cenſeatur excludi remedium dicendi de nullitate per viam actionis.*

20 *Exceptio,& iudicis officium differunt.*

21 *Statutum prohibens admitti exceptiones,intelligitur de friuolis.*

22 *Conſtitutiones loquentes de nullitatibus ſententiarum, an locum habeant in foro Eccleſiaſtico.*

23 *Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur.*

24 *Conſtitutiones laicorum non ſeruantur in foro Eccleſiaſtico.*

25 *Leges,ſtatuta,aut conſuetudines laicorum an,& quando ligent clericos,traditur ſub diſtinctione.*

26 *Clerici vti non poſſunt ſtatutis factis per laicos, quamuis ſint multum fauorabilia, niſi ſint approbata ſpecialiter per Papam.*

27 *Statutum ſi condatur,quod agnati vſque ad quartum gradum excludant feminas à ſucceſſione patris,tali ſtatuto vti non poterunt clerici.*

28 *Statutum tollens remedia contra ſententiam,non comprehendit que competunt iure ſpeciali ſeu priuilegiato, & an trahatur ad beneficium reſtitutionis in integrum. nu.29.*

30 *Statutum prohibens in cauſis criminalibus appellationem,& reſtitutionem in integrum,intelligitur reſpectu deciſionis totius cauſe,non tamen quoad incidentia,& emergentia.*

31 *Index differt à ius dicente.*

32 *Cauſa ſecunde appellationis debet decidi ex iiſdem actis abſque nouo proceſſu,& libello.limitatur n.33.*

34 *A iure veteri non recedimus, niſi quatenus lex noua hoc dicit.*

35 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*

36 Sine figura iudicij.*clauſula quid operetur.remiſſiue.*

37 *Cauſam ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſolus Princeps committere poteſt, & non inferior ab eo. Item cum clauſula,* Remota appellatione. *nu.38.*

39 *Appellatione deſerta an ſit deſerta cauſa nullitatis. remiſſiue.*

40 *Appellationis iudex eſt index nullitatis, & ſic appellans in cauſa appellationis poteſt nullitatem proſequi ſiue agendo,ſiue excipiendo. declaratur nu.67.*

41 *De nullitate an dici poſſit prime ſententia confirmata in cauſa prime appellationis traditur ſub diſtinctione. ibidem nu.65.*

42 *Actum primum poſt inchoationem litẽ haberi pro litis cõteſtatione in cauſis ſũmarijs quomodo intelligatur.*

43 *De nullitate agi poteſt contra tres ſententias conformes ab vna parte obtentas; & ſi non admittitur ad dicendum de dicta nullitate,appellari poterit.*

44 *Litis conteſtatio an requiratur quando agitur de nullitate ſententia ſeu proceſſus, diſtinguendo reſoluitur. idem nu.61.*

45 *Contentio vbi eſt de iure,nullus ordo iuris in ea requiritur.declaratur ibidem.*

46 *In notorijs ordinem non ſeruare, vel ſeruare ordinem, equiparantur.*

47 *Sententia lata ſuper nullitate proceſſus vim habet diffinitiue. declaratur nu. 71.*

48 *Sententia continens intollerabilem iuris errorem, vel à non ſuo iudice lata,eſt retractanda ordine iuris non ſeruato.*

49 *Sententia retractanda eſt,vbi error ac iniquitas colligi poteſt ex actis:non ſecus ac ſi error fuiſſet in ſententia expreſſus.*

50 *Contra ſententiam latam inique,& doloſe qualiter ſubueniatur. remiſſiue.*

51 *Sententia nulla defectu iuriſdictionis poteſt confirmari in vim pacti,item per ſententiam iudicis cõpetentis.*

52 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſa appellationis.declaratur nu.54.*

53 *Iudex ad quem nedum cognoſcit de appellatione,verum etiam de nullitate ratione connexionis, que inter eas reperitur.*

55 *Pœna iudicis dicitur, ſi ſententia eius, vel proceſſus annulletur.*

Nullitas

56 *Nullitas ſententiæ an retardet, vel impediat eius executionem, traditur diſcrimine conſtituto.*

57 *Statutum deferens appellationem à diffinitiua, non tollit ab interloquutoria.*

58 *Princeps tollere non poteſt ſubſtantiam appellationis, licet formalitatem ſic.*

59 *Appellatio eſt defenſio de iure naturali.*

60 Sententiæ *verbum ſimpliciter prolatum intelligitur de diffinitiua.*

62 *Sententia declarata nulla, an iterato ſit indicandum ex eiſdem actis, remiſſiue.*

63 *Sententia contra notorium lata eſt nulla. idem ſi error in ea exprimatur, vel appareat ex actis.*

64 *Rite facta, antequam cauſa annullandi proceſſum veniſſet, rita manent.*

66 *Iudex facere nequit, quod ſententia nulla ipſo iure ſit aliqua.*

68 *Iudicis officio principaliter petitur ſententiam fore nullam.*

69 *Nulla ſententia declarata, executio illius eſt nulla, reuocaturque quatenus de facto proceſſit.*

70 *Sententia ſeu declaratio an ſit neceſſaria, vbi actus nullus.*

72 *Libellus an, & quando ſit neceſſarius in cauſa nullitatis, remiſſiue.*

Conſtitutio edita per ſereniſſimum dominum Regem Iacobum, &c. Hæc conſtitutio ſatis fuit pe: me declarata ſupra *collat. 4. in curia Illerdæ, cap. 14.* de quo hic fit mentio, & breuiter hoc in-
1 tendit conſtitutio † curiæ Illerden. quæ de exceptionibus nullitatis infra decendium proponendis loquitur, locum habet in omnibus exceptionibus nullitatis, ſiue per proceſſum appareat, ſiue non. Si hoc non dixiſſet, ſecus erat de iure. Sed adhuc poterit habere locum officium, vel exceptio doli, ſi petens executionem eſt in dolo, ergo ſecus quando apparet ex tenore ſententiæ. Hoc primo. Secundo in §. *Et vt ſit litium finis*,
2 dicit, quod vbi † appellatio, & exceptio nullitatis intra decem dies propoſitæ fuerunt, vnus, & idem iudex habeat ſimul cognoſcere de vtraque; alias ſuper omiſsis nullatenus audiatur omittens. Tertio in §. *Et quia iudex ſecundæ*
3 *appellationis*, dicit, † quod ſi contra ſententiam primæ appellationis exceptio nullitatis fuerit propoſita, iudex ſecundæ appellationis habebit de ea cognoſcere ſimpliciter, & de plano, ac ſine figura iudicij. Hoc dicit, vſque ad finem. Et diuiditur in tres partes, ſicut ſunt tria dicta: vt vides, partes patent. Et licet materia nullitatũ, de qua hic tractatur, fuerit in dicto 14. *cap.* tracta-
4 ta etiam ſufficienter, tamen, † quia materia vtilis eſt, & quotidiana, latius proſequi intendo. Et primo nota hic, lites fore abbreuiandas. concor.
5 vide in dicto *cap.* 14. Secundo † nota exceptiones nullitatum infra decem dies fore proponendas, quod intellige verum, exceptis illis, quæ proueniunt ex defectu iuriſdictionis iudicis, & poteſtatis procuratoris, vt dixi in alleg. *cap.* 14.
6 vide ibi. Et nota, † quod paria ſunt perſonam non eſſe legitimam, & iudicem non habere iuriſdictionẽ. vt *ff. quod cum falſo tu. auc. l. ſi falſo.* & hoc ibi notat *Bald.* vide *Ioan. de Imola.* in *Clem. ad compeſcendas. de ſequeſtra. po. & fruc.* & in *Clem. 1. de*
7 *re. iudi.* Sed † ſi ſententia nulla propter defectum iuriſdictionis pronuncietur aliqua, conualeſcit, ſecundum *Inno. extra. de reſcrip. cap. ſuper litteris.* bene facit, quod ipſe notat *de confir. vti. vel inuti.*
8 circa medium. Sed † in ſpiritualibus, & beneficialibus veritas præualet rei iudicatę, ſecundum *Inno.* in dicto *cap. ſuper litteris.* & hoc dictum facit,
9 quod † ſententia lata in cauſa beneficiali, nunquam tranſit in rem iudicatam: ad idem notatur per eum in *cap. cum olim. gloſ. penult. infra de dolo. & contu.* & *Ioan. Mo.* in *cap. cõcertationi. lib. 6.* & arg. in *cap. cum plures. de offi. delega. li. 6.* ſecundum *Bal.*
10 *extra. de reſcrip. cap. ſuper litteris.* Et † dicitur pati defectum iuriſdictionis, quia nunquam fuit iudex, vel quia ab eo fuit prius legitime appellatum. vel à ſuperiore inhibitus, vel erat publice excommunicatus: *extra. de re iudi. cap. ad probandum.* & notat *gloſ. extra. de elec. cap. ſi confirmatio*
11 *nem. lib. 6.* vide ibi latius. Nota tamen, † quod quando per ſtatutum eſt prohibitum opponi exceptionem nullitatis; attamen ſi nullitas eſt apparens ex actis, iudex debet ſupplere, nec poteſt ſe fundare ſuper eo, quod eſt nullum. Et hoc verum, quando de nullitate apparet ex actis, vel per confeſsionem partis; ſecus ſi per teſtes, ſecundum *Bald.* qui hoc latius notat *ff. de pac. l. ſi*
12 *vnus. §. quod in ſpeciem tantũ.* Intra † quæ tempora valeat ſententia retractari per viam nullitatis, vide per *Iaco. de Calic.* in *vſat. de omnibus namque cõmunibus canſis.* in *q.* quæ incipit: *Quæro infra qua tempora iudicia ſunt à predictis iudicibus retractanda.* & adde notata per *Henri. extra. de appel. cap.*
13 *cum ſit Romana.* in fi. Tertio nota hic, † de exceptione nullitatis intra decem dies propoſitę debere cognoſcere iudicem appellationis, & inſimul, vt ſit litium finis breuior: argum. *C. de agris, & cenſi. l. litibus. lib. 12.* & *extra. de dolo & contu. cap.*
14 *finem.* cum ſuis concor. ¶ Sed † pone, quod non appellauit, ſed tamen infra decẽ dies exceptionem nullitatis propoſuit, quis iudex de ea cognoſcet? Reſpondeo, idem iudex, qui ſententiam tulit, poterit etiam de nullitate ſententiæ cognoſcere, & hoc verum, niſi ipſa nullitas tangat perſonam ipſius iudicis; & hoc ſi fuit iudex or-
15 dinarius: quia † delegatus nullatenus poteſt, ex quo enim ſemel pronunciauerit ſiue bene, ſiue male, functus eſt officio ſuo. *l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quando iudex.* de hoc notatur per *Inno.* in *cap. 1. extra. de re iudi.* & per *Gui. de Monteluc.* in
16 *Clem. 1. eod. tit.* Intelligę † hoc *cap.* loqui de ſententia diffinitiua, vel quæ habet vim diffinitiuę: vt dixi in *curia Illerden ſuper cap. 14.* quod confirmatur hic: quia ſecus in ſimplicibus interloquutorijs, de quibus loquitur priuilegium reclamationum Barcinonæ. Et quot † modis dicatur ſententia nulla, notat idem *Gui.* in *Clemen. ad compeſcen-*
17

pescendas, de sequestra po. & fruc. super verbo, *nullitate.* & per *Doct.* in *l. si expressum. ff. de appella.* vide in *Spe. tit. de impug. sententia.* & melius in *tit. de sen.* §. *vlt.* per totum ipsum. §. adde notata per *Henri. Boich extra. de offi. dele. cap. in litteris.* ¶ Executor
18 tamen † non cognoscit de nullitate sententiæ, secundum *Inno.* in *cap. de cetero. extra. de re iudi.*
19 ¶ Quarto nota, † quod in littera ter fit mentio de exceptione nullitatis: ex quo videtur nullatenus excludi actionem nullitatis, si eam prosequi voluerit agendo: de quo per *Inno.* in *cap. nouit. de appel.* de quo dic melius vt dixi supra in dicto *cap.* 14. super verbo, *deinde exceptio aliqua*, &c. Sed verbum, *minime audiatur*, hic in textu appositum videtur obstare, quasi dicat, *minime audiatur.* ergo nec excipiendo, nec agendo, nec alias; quod videtur velle *Iaco. de Calicio.* in *vsat. de omnibus namque communibus causis, in q.* quæ incipit: *Quæro infra quæ tempora iudicia sint à prædictis iudicibus retractanda.* Et forte practica illa opinionem seruaret. Sed non vidi practicari. Pro hoc facit littera, quæ dicit, *Et vt breuius sit litium finis.* Sed ego de iuris rigore credo, quod non sit exclusa via agendi: & quia dicendo de exceptionibus nullitatum, videtur secus de actionibus: tu vero cogita. Et dicit *Ang.* in *l. si filius. ff. de peti. hereditatis.* quod vbi est præclusa via excipiendi per lapsum termini legalis, & petens executionem sententiæ est in dolo, potest reus implorare officiũ iudicis. Secus si statutum diceret, Non admittatur reus ad aliquam defensionem: vide latius in
20 dicta *l. si filius.* Et nota, † quod exceptio, & iudicis officium differunt: vide *Ange.* in *l. quos prohibet. ff. de postulando.* vide *Henri. Boich extra. de appel.*
21 *cap. cum sit.* in fine. Nota, † quod statutum prohibens exceptiones admitti, intelligitur de friuolis: *ff. quod vi aut clam. l.* 1. §. *denique.* vide ibi *Bart.* & *Nico. de Mac.* quem allegat. ¶ Vltetius quæro hic de quæstione, quam pridie habui in collaSecus si statutum diceret, Non admittatur reus ad aliquam defensionem: vide latius in
22 tione peritorum: vtrum † istæ constitutiones, quæ de huiusmodi nullitatibus disponunt, locũ habeant in foro Ecclesiastico? Et videtur, quod sic; quia in condendis illis constitutionibus interueniunt prælati, & alij Ecclesiastici totius
23 Cathaloniæ, † & omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur. *C. de veteri iure. enucle. l.* 1. §. *& ideo.* In contrarium facit, quia istæ constitutiones sunt laicorum, & à Rege tantum eis
24 impertitur auctoritas, & constitutiones † laicorum nõ seruantur in foro Ecclesiastico: vt *extra. de const. cap. quæ in Ecclesiarum.* & *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ.* Quid dicendum? Breuiter credo hanc secundam partem fore veram: quia huiusmodi constitutiones sunt leges sæculares; & non sunt per Papam approbatæ: & quia disponunt de ordinatione litium, vt exceptiones nullitatum habeant proponi infra decem dies appellandi: sicut videmus in *cap. infra decem dies. supra eadem.* quia licet in foro sæculari per dictum capitulũ apostoli debeant infra decem dies dari: attamen non ita seruatur in foro Ecclesiastico, imo possunt dari infra triginta dies: vt 2. *q.* 6. *cap. post appellationẽ.* & *C. de appel. l. iudicibus.* & *extra. eod. cap. ab eo. lib.* 6. de quo notatur in *Clem. quamuis rigor.*
25 per *glos.* An † autem, & quando leges, statuta, & cõsuetudines laicorũ ligent, & stringãt clericos, seu habeant locum in foro Ecclesiastico, distingue latius per *Henric. Boich* in allegato *cap. quæ in Ecclesiarum. extra. de constitu.* & per *Anto. de Butrio. extra. de foro compe. cap. quod clericis.* Dicit *Bald.* quod constitutio, & consuetudo laicorum circa decisionem seruabitur inter laicos in foro Ecclesiæ litigãtes; secus quoad ordinationem iudicij; de quo latius per eum in *l. ex ea causa.* super *glos.* argum. *ff. de postulando.* vide *Cinum* in *l.* 1. *C. quæ sit longa consuetudo.* adde quæ notat *Inno.* in *Rubri. de consue.* & *Ioan. de Imola.* in *Clem. sæpe.* in verbo, *vsus longæui. de verbo. signi.* Iudex enim Ecclesiasticus non astringitur per has constitutiones laicales, quoniam exceptiones nullitatis admittat: etiam post decem dies, & infra tempora à iure communi statuta. Et hoc videtur tenere *Matthæus de Mataselanis* in 108. *notabili*, vbi dicit, quod clerici
26 nõ † possunt vti statutis editis per laicos, etiã si sint multũ fauorabilia, nisi sint specialiter approbata per Papam: & hoc nedum in foro Ecclesiastico, sed nec in sæculari. 96. *dist. cap. bene quidem.* & in allegato *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.* & hanc regulam ponunt *Doct.* in *cap. fi. extra. de*
27 *solu.* Vnde † si hodie fiat statutum, quod agnati vsque ad quartum gradum excludant fœminas successione patris, non poterunt hoc statuto vti qui sunt clerici, secundum eundem *Matthæum.* vide per *Anton. de Butrio in consilio suo*, quod incipit, *Stante municipali. vers. de legibus laicorum an li-*
28 *gent clericos.* ¶ Sed † nota, quod vbi lex, vel statutum tollit remedium contra sententiam, refertur ad remedia communia, non ad remedia quæ competunt de iure speciali, vel priuilegiato: vt dicit textus cũ *glos. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum. l. sicut.* & *glos. in authent. quia in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.* & in *l.* 2. §. *legatis.* & in *l. hæres absens.* in prin. *ff. de iudi.* vide *l.* quam alleg. *Ang.* in cõtrarium. *ff. de testa. milit. l. in fraudẽ.*
29 §. *fi.* & fuit quæstio de facto, an † trahatur ad beneficium restitutionis in integrum: vide & adde quæ scripsi supra in *curia Illerden. cap.* 14. *Itẽ ordinamus, & statuimus pro euitandis malitijs*, &c. & in *cap. Item pro abbreuiandis litibus. supra collat.* 5. Dicit *glos.* & *Bald.* in *l. filius.* quæ est vlt. *ff. de peti. hæredi.* quod concluso à via excipiendi consulitur per
30 per officium iudicis. Nota, † quod licet minor non restituatur in facto principali, tamen bene restituitur in emergenti: quod est notatu dignũ pro statutis dicentibus, quod in causis criminalibus non habet locum restitutio, nec appellatio: quia illud est verum quoad decisionem totius illius litis, secus in eo, quod totam litem non dirimit, puta in interloquutoria, secundum *Bald.* in *l. si ex causa.* §. *nunc videndum. ff. de mino.* in 2. *notabili.*

¶ Se-

31 ¶Sequitur in textu, *Differentia † eſt inter iudicem, & ius dicentem.* (quia ius dicens proprie eſt habens merum imperium, iudicans eſt non habens: *glo. ff. de iuriſd. omnium iudi. l. 1. verſ. iudicare*) *Iudex ſecundæ appellationis ſimpliciter, & de plano, & ſine fi-*
32 *gura iudicij*, &c. Hic ergo habes, † quod iudex ſecundæ appellationis cognoſcit ſine figura iudicij; ergo ſine libello, & litis conteſtatione: vt in *Clement ſæpe. de verbor. ſig.* Imo etiam, & ex ſolis actis in cauſa principali, & in cauſa primæ appellationis, vt in præallegato *cap. Item pro abbreuiandis.* Secus tamen eſt in cauſa primæ appellationis, in qua fit litis conteſtatio regulariter: vt in *cap. per tuas, extra. de appella.* de quo tamen diſtingue: & ibi nota per *Henric. Boich.* ¶ Nota
33 tamen, † quod iſte iudex ſecundæ appellationis, in cauſa exceptionis nullitatis oppoſitæ cõtra ſententiam primæ appellationis eſt iudex ſecundæ inſtantiæ, & non tertiæ. Ita quod ſi iſte iudex ſecundæ appellationis pronunciauerit reijciendo cauſas nullitatum exceptatas, & oppoſitas contra ſententiam primæ appellationis, adhuc ab ipſa ſententia poterit appellari: quia hoc hic non prohibetur: ſed eſt caſus omiſſus,
34 quod relinquitur iuri communi, quia non † recedimus à iure veteri, niſi quatenus lex noua hoc dicit. *C. de appellat. l. præcipimus.* in fine. & caſus
35 omiſſus † etiam eſt pro omiſſo habendus: vt *l. ſi eum dotem. 1. Rubric. ff. ſolu. matri.* & *l. commodiſſime. C. ſi alterius. ff. de li. & poſthu.* & melius in *l. Gallus. 6. & quid ſi tantum.* & ibi per *Bart.* Nec in hoc caſu ſeruabitur d ta *conſtitutio. Item pro abbreuiandis.* quia loquitur in cauſa ſecundæ appellationis, quæ eſt tertia inſtantia. Sed hic eſt inſtantia cauſæ nullitatis de nouo oppoſitæ contra ſententiam primæ appellationis. Et ita hic poterunt de nouo fieri probationes, procedendo tamen ſi-
36 ne figura iudicij. Et † quid importent iſta verba, proſequere late per *Bart.* in *extrauag. Henrici Imperatoris, collat. 11. c.* alias *l. ad reprimendum.* & per *glo.* & *Doct. modernos* in allegata *Clem. ſæpe. de ver-*
37 *bor. ſig.* Nota † tamen, quod inferior principe non poteſt cauſam committere ſine ſtrepitu, & figura iudicij decidendam, ſed ſolus Princeps. Item
38 ſolus † princeps committit appellatione retẽta. ſecundum *Cin. ff. de eſſ. proconſul. l. nec quidquid.*
39 §. *de plano.* Sed an † deſerta appellatione ſit deſerta cauſa nullitatis? Videtur, quod ſic per hãc conſtitutionem. Quod dic per *Bald.* in *l. prima.* in prin. *ff. de ſtruc.* vide *Inno.* & *Doct.* in *cap. ſæpe. de ap-*
40 *pel.* ¶ Item nota, † quod appellans poteſt cauſam nullitatis agendo & excipiendo proſequi in iudicio appellationis, ſecundum *Inno.* in *cap. dilecto. extra. de appel.* vide *Anton. de Butrio.* in allegato *cap. dilecto.* & ita omnis iudex appellationis eſt iudex nullitatis, ſed non econuerſo, adde quæ leguntur & notantur per *Bald.* in *l. quadam.*
41 *ff. familiæ erciſc.* ¶ Sed † pone de facto appellatum, & à iudice appellationis confirmatam primam ſententiã; an poterit adhuc nulla dici ipſa ſententia prima? *Gloſ.* tenet, quod ſic. *ff. de appellat. l. ſi expreſſim. gloſ.* tamẽ notat contra *C. quando prono. non eſt nece. l. 1.* & idem *Spe. tit. de ſenten. §. vltim. verſ. ſed quid ſi à ſententia.* & dicam inferius. Sed *Dinus* ita concordat ipſas *gloſſas*, quia aut appellans cum appellauit, ſciebat ſententiam eſſe nullam; & tunc videtur renunciare iuri dicendi nullam. *C. de cadu. tollen. l. prima.* in fine. & *de furtis. l. 1.* & ita intelligit *gloſ.* contraria. aut ab initio quãdo appellauit, ignorabat ſententiam nullã eſſe, & tunc non videtur renunciare iuri dicẽdi nullam: & ita loquitur *gloſ. l. ſi expreſſim.* arg. *ff. de inoffi. teſt. l. quidam decedens.* vel aliter, quia aut appellauit tantum à ſententia, quæ eſt nulla; & adhuc non excluditur quin poſsit dicere nullam; & ſic *l. ſi expreſſim.* Aut vtrumque deduxit in iudicio, tunc ſecus, & ſic *gloſ.* contraria. Et hanc vltimam opinionem videtur approbare *Cinus. C. quando prono. non eſt nece. l. 1.* in *q. 5.* & vide *Inno. extra. de appellat. cap. ſæpe. gloſ.* in verbo, *expenſarum.* Nota,
42 quod † illud, quod dicitur primum actum poſt litem haberi pro conteſtatione in cauſis ſummarijs, dicit *Cinus* verum, quando actus ille eſt contradictorius, non quilibet alius. *Cinus* in *l. 2. C. de conſer. eiuſdem litis.* vide *gloſ.* in verbo, *abſentia.* in *cap. 1. de elec. lib. 6.* vide *Inno. extra. de dilat. cap. præterea.* ad fin. magnæ *gloſ.* & vide *Anton. de Butrio. extra. de conſt. cap. cum omnis. Bart.* dicit, quod eo, quod conueniunt ad cauſæ merita. vide in *extra.*
43 *ad reprimendum.* Item nota, † quod poſt obtentas ab vna parte tres concordes ſententias, poterit agi de nullitate contra vltimam; & ſi non admittatur, poterit appellari, ſecundum *Anton. de Butrio extra. de appella. cap. ſua.* & *Spe. tit. de appella.*
44 §. *quotiens.* ¶ Vlterius † quæro hic vtrum quando agitur de nullitate ſententiæ, vel proceſſus, requiratur litis conteſtatio, & alius ordo iuris, de quo notat latius *Anton. de Butrio. extra. de appellat. cap. per tuas.* in 2. *q.* Et de materia nullitatis, & etiam confirmationis ſententiarum, dic per *Bart.* in *l. 1. C. quando prono. non eſt nece.* Super hoc fuit à pluribus Doctoribus valde dubitatum. Et cõmuniter reſpondebatur diſtinguendo, aut de huiuſmodi nullitate notorie conſtare poteſt ex actis, aut non. In primo caſu non eſt neceſſaria litis conteſtatio nec datio libelli. Et ſi daretur libellus, & nihilominus ſi iudici conſtare poſsit ex actis ſententiam primi iudicis nullam ſuper huiuſmodi nullitate, ſtatim vocatis partibus ad audiendum ſententiam poterit expedire, & pronunciare, pro quo allegat text. *cap. cum ad ſedem. de reſti. ſpo.* & *cap. olim de iniur.* & *Cle. paſtora. de re iudi.* & vnam notam *Inno.* in *cap. cum inter. de cõſue.*
45 circa fi. vbi dicit, quod quandocumque eſt † cõtentio de iure an ſtatutum ſit validum, an nullũ, de iure nullus ordo requiritur: hoc verum, quando ex ipſo ſtatuto poteſt deprehendi nullitas; ſecus autem vbi propter defectum aliqualem intrinſecum, & aliunde prouenientem huiuſmodi nullitas prouenit. Tamen vbi reſultat notorie

nullitas

nullitas sententiæ ex actis, nil habet pars facere, sed dicere tantum, Hic vobis constat notorie de nullitate sententiæ contra me latæ, peto pronũciari. *ff. ex quibus causis in pos. eatur. l. si is à quo* allegat. & verius est *ff. vt in po. leg.* quia modo con-
46 stat, modo agatur: vt ibi. In † notorijs enim non seruare ordinem est seruare ordinem: *extra. de iure iur. cap. ad nostram.* in 5. In contrarium vero facit,
47 quod † sententia super nullitate processus lata vim diffinitiuæ habet, vt notat *Inno.* in *cap. audistis de procu.* & *Ioan. And.* in *cap. fi. de appel.* in *Clem.* super verbo, *repulsione.* in fi. ad quam diffinitiuam non deuenitur, nisi iuris ordine obseruato. *extra. de elec. cap. dubium. de lite contestata. cap. vno de resti. spo. cap. conquerente de maio. & obe. cap. inter quatuor.* & *cap. solite. C. de lite contestata. l. vna. ff. rem ra. haberi. Amplius.* & *vt lite non contestata,* per totum: & in *authent. offeratur. C. de lite contestata.* cum similibus. Tamen responderi potest, hoc procedere posse, seruata tamen distinctione hic statim dicenda, quando est dubium de nullitate processus. Secus vero si notorie constat per ipsum processum, siue sententiam fuisse, & esse nullam ex actis quæ sunt publica. *extra. de proba. cap. quoniam contra.* Si-
48 cut dicimus in simili, quando † est sententia à non suo iudice lata. Vel si à iudice suo sit lata, tamen continet intollerabilem errorem, sine difficultate, & ordine est relaxãda: *extra. de iudi. cap. ad si clerici de rescriptis ab excõmunicato. de sent. excommun. cap. per tuas.* & *c. solet.* & *cap. venerabilibus. lib. 6.* Imo dicit *Inno.* alibi, & *Ioan. An.* post eum, quod
47 quando † error, vel iniquitas recolligi potest ex actis, retractabitur sententia, ac si error fuisset in sententia expressus, hoc notat *extra. de re iudi. cap. cum Bertoldus.* per *Anton. de Butrio.* & per *Archid. de sent. excommun. c. ratio.* in fi. *lib. 6.* & per *Pan.*
50 in dicta *Clemẽt. pastoralis. de re iudi.* Qualiter † subueniatur contra sententiam inique, & dolose latam, vide *Ray. de Forli.* in *l. si is ad quem. ff. de adqui. hæredi.* & in *l. qui testamento. ff. de excu. tu.* vbi dicit, quod fauore pupillorum sententia lata falsa causa expressa est nulla ipso iure: vt notatur *ff.*
51 *de excu. tu. l. scire oportet. §. consequens.* Nota † tamen, quod sententia, quæ ex defectu iurisdictionis est nulla, potest confirmari vi pacti: vt *l. 2. C. communia vtriusque iudicij.* Item potest confirmari per sententiam iudicis competentis; & tunc amodo non poterit dici nulla. Tamen non confirmatur per iudicem appellationis, si dicat male appellatum, nisi addat, & bene iudicatum. Sed nota per *Ioan. de Platea.* in *l. si quos spontaneos. C. de decurio. lib.* 10. In secundo vero casu, vbi non ex actis resultat nullitas, sed aliunde requirit aliam siue altiorem indaginem, & aliam probationem; tunc iterum potest distingui, aut principaliter interpretatur nullitas, aut incidenter. In primo casu requiritur lite contestata, & ordo in re, secundum *Inno.* qui notat hoc *extra. de offi. iudi. c. 2.* qui allegat tria iura: *de procura. in præentia. de offi. dele. cap. cum contingat.* & *ff. de feriis. l. 1.* Aut inciden ter, & tunc non, prout legitur, & notatur per *Inno.* in *cap. suscitata de restitu. in integrum.* Aut in casu nostro principaliter agebatur de nullitate sententiæ, & dabatur super hoc libellus, ergo, &c. *Oldradus* vero *in quæstionibus suis.* 13. *q.* videtur dicere, & tenere, quod si in causa appellationis à diffinitiua sententia agatur de nullitate sententiæ ipsius, tũc non est necessaria litis contestatio, quia pars est ipsius appellationis, iuxta notata
52 in *cap. dilecto. de appellat.* & sicut † in causa appellationis non est necessaria litis contestatio: *extra. de appel. cap. per tuas.* item nec super huiusmodi nullitate requiritur litis contestatio, imo secundum ipsum maiori ratione non est necessaria litis contestatio in causa nullitatis, quam in causa appellationis. In causa enim nullitatis semper inquiritur iniquitas ipsius iudicis, & absque eo, quod tangitur iustitia partis, & videtur maiori ratione posse procedi lite non contestata, quam in causa appellationis, in qua semper de iniustitia partis agitur: vt *de appellat. cap. interposita.* imo
53 secundum † eum tanta est connexitas inter appellationem, & nullitatem, quia sola appellatio etiam sine expressione nullitatis facit cognoscere de nullitate per iudicem ad quẽ: *ff. familiæ erciscũ. l. quædam mulier.* de hoc per *Inno.* in allegato *cap. dilecto.* & hoc etiam videtur innuere *Oldra.* in sua *q.* prædicta in fi. in qua dicit, quod
54 tunc † non est necessaria litis contestatio in causa appellationis nullitatis, quando is qui sententiã nullam dicit, promptam offert probationem de nullitate ipsius sententiæ: vt *C. quando prono. non est nece. l. 1. C. de resti. spo. cap. litteras.* Multo fortius, si refert ad acta, quæ sunt publica, & notoria, tam iudici quam partibus, vt prędixi. Hoc etiam videtur expresse secundum per *Bart.* in *l. conquerebatur. ff. de re iudi.* & per *l. Thesopompus.* No-
55 ta tamen, † quod pœna iudicis dicitur, si eius cassetur sententia, vel processus: vt notatur in
56 *cap. 2. de appel.* in *Clem.* Nullitatis † ergo actio, vel obiectus interdum procedit, & executio retardatur, vt si sit liquida nullitas. Sic interdum procedit actio de nullitate, sed non retardat executionem, vt si liquida non sit. Interdum, nec procedit, nec retardat: vt si nullitati est renunciatum, vel os clausum dicendi: *C. de transac. l. pactum ad exhi. l. Iul. §. quotiẽs. C. communia vtrius iudi. l. 2.* Interdũ conuertitur ordo, vt suspendatur processus in obiectu nullitatis, donec permittatur executio: vt in *Clement. prima. de re iudi. Bald.* & *Inno.* in *cap. significantibus. extra. de noui oper. nunc.* & *Bonc.* cotra *in tracta. de appellat. de 12. q. qui quoties quis possit*
57 *appellare.* Nota, † quod vbi lex, vel statutũ tollit remedium appellandi à diffinitiua non videtur tollere ab interlocutoria. Ita dicit *Dñs de Sancto Gemi.* in *cap. vt inquisitionis. de hæreti. lib. 6.* vide *Ni-*
58 *co. de Sicilia. extra de ap.* in *Rubri.* vbi nota, † quod Princeps non potest tollere substantiam appel-
59 lationis, licet formalitatẽ possit tollere, † quia remediũ appellationis est defensio, quæ est iuris naturalis.

naturalis,vel gentiũ: vt in *Cle.paſtoralis.de re iudi.* facit,quod notat *Inno.*in *c.quæ in Eccleſiarũ.de con-*
60 *ſtit.* Nota † nomen *ſententia*,ſimpliciter prolatum debere intelligi de diffinitiua,quæ proprie continetur.vt *ff.quãdo ap.l.*1.& ibi nota.Et ideo quãdo in ſtatuto de ſententia loquitur, intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria, quia cũ ſit cõtra ius cõmune debet ſtricte interpretari: *ff.de muno.l.ſi ex cauſa.§.nũc videndũ.*& ibi per *Gui.*& *Cinũ*,vide *Bal.in Spe.tit.de ſen.*Sed *Speculator*,videtur
61 diſtinguere breuiter,& multũ cõfuſe,† q̃ aut nullitas opponitur in modũ exceptionis ad impediendũ executionẽ ſententiæ,& tunc non eſt dãdus libellus, nec litis conteſtatio eſt neceſſaria. Imo (n ſi probatio ſit: prõpta) executio non impeditur,per *l.*1.prealleg.*C.quãdo prouo.nõ eſt neceſſ.* alias enim nõ eſſet litiũ finis. *C.de trãſac.l.fratres.* ad hoc *ff.ad exhi.l.*3.*C.quibus mo.in po.cessat. l.is à quo.*Aut agitur,& petitur abſolutio de facto,vel reſcindi inſtrumenta,tũc requiritur libelli oblatio,& litis conteſtatio,ſecundum eum.Hoc vltimũ intelligo verũ, vt notat ipſe *Spe.in tit.de lib. concep.§.nunc dicendũ.verſ.quid ſi ſententia.*remittendo ad notata per eũ in *tit.de litis cõteſtat.§.ſi.verſ. quid ſi de cauſa.*vbi ponit,& tenet primũ membrũ diſtinctionis,nil tangendo de ſecũdo,vbi eſt maior difficultas:dic melius per eundem *tit.de ſen.§. iuxta.verſ. ſed ſi cauſa.* & *verſ. vel d.ſtrigne*, vbi ſic dicit: Vel diſtingue,& melius,nã aut fuit lis cõteſtata, & proceſſus habitus corã eo, qui nequit ab initio cognoſcere,vel iudicare: puta quia nõ erat iudex,vel erat excommunicatus,& tunc ex illis actis non poteſt iudicare, imo eſt neceſſe ſitem conteſtari de nouo. Si autem potuit cognoſcere,& iudicare ab initio,ſed ex poſt facto contingit aliquid ante ſententiã propter,quod non eſt opus litis conteſtatio de nouo, ſed ex illis actis poterit ſententia ferri. Mihi videtur, quod cum quis petit ſententiam ex aliqua cauſa iuſta nullam pronunciari,in hac inſtantia libellus offerretur,& litis conteſtatio,&c. & curia ſeruat, ſecundum *Spe. vbi ſupra. Ricardus de Saliceto* Doctor Bononiæ diſtinguebat ſic: Aut imploratur, dumtaxat officium iudicis. reſcindens etiã principaliter,vt quia petitur ſententia contra minorem,vel maiorem abſentem lata reſcindi.*de re iud.cum Bertoldus de procura.cap.querelam*,& tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec ordo iuris. Aut imploratur principaliter officium iudicis nõ ſolum reſcindens, ſed etiam reſciſſorium, puta,quia nedum petitur reſcindi ſentẽtiam; ſed etiam iudicatum,& tunc eſt neceſſaria litis conteſtatio,& alius ordo.& ſic intellexit ſecundam partem c.2.*de offi.ordi.* pro qua diſtinctione facit quod notatur per *Inno.in ſimils. extra. de reſtitu.in integrum.c.Dum ex litteris*,in per verbo *præſentibus.* & ita tenent dñi. de *Rota concluſione* 184. Sed an
62 pronunciato ſententiã fore nullam, ſit iterato iudicandum ex eiſdem actis. dic vt notatur per *Ioan.de Imola.*in *Clem.*1.*de re iudi.*in *glo.agendu de*

63 *nullitate.*Itẽ nota,† quod ſententia contra notorium lata eſt nulla.Et idẽ ſi iure error in ſententia exprimatur.Et idẽ ſi error appareat ex actis, de quo vide per *Ioan.de Imola* in *Clem.paſtoralis.*in
64 *verſ.rurſus.de re iudi.*Sed † ſi forſan ex aliqua cauſa proceſſus annulletur,tamen ea quæ præceſſerunt rite facta antequam cauſa, ex qua annullatur veniſſet, rata manent:arg.*extra.de elec.c.ſi cõfirmationem.li.*6.& *de reſti.ſpo.c. audita.* & *ff. de iti.*
65 *actũq. prius.l.nec enim.* Sed † quid ſi à ſententia, quæ eſt nulla, de facto appelletur, & iudex appellationis eam confirmet,nunquid adhuc poterit dici nulla?*Spe.*tenet nõ confirmari per *l.eum. C.de meſſi.te.*& *ff.familiæ erciſ.l.quædam.*vide in 2. *parte Spe.tit.de ſen.§.vlti.verſ.Sed quid ſi à ſententia.* & vide de hac materia in eodem *§.vlt.*de hoc tamẽ dixi in *q.Sed pone de facto.*& ibi recitaui gloſſas contrarias,& concordantes,vide ibi Sed per has conſtitutiones videtur contra:quia lata ſententia per iudicẽ appellationis vlterius non auditur excipiens de nullitate contra ſententiam confirmatam.Sed bene poteſt allegari noua nullitas contra vltimam ſententiam confirmantem
66 iuxta præſentẽ conſtitutionẽ. ¶ Vltimo † nota, quod iudex non poteſt facere, q̃ ſententia, quæ eſt ipſo iure nulla,ſit aliqua:vt *l.ſi expreſſim. ff.de appel.* & eſt caſus ſingularis,qui non eſt alibi, ſe-
67 cundum *Bal.* Vides† in hac conſtitutione,quod iudex appellationis cognoſcit de nullitate,quia verum eſt incidenter;& pronũciabit tunc iudex fruſtratorie appellatum,& ſententiam fore nullam;de quo per *Aug.*in *l.*1. *C.quando prouo. non eſt*
68 *nece.* & *l.eos. C.de appel.* Sed vbi † principaliter petitur declarari ſententiam fore nullam,quo iure petetur?Reſpondeo iudicis officio,ſecundum *Inno.extr.de prouo.c.ex inſinuatione.*& *de officio iudi. c.*2.Vel dic, quod iſtud iudicẽdium nullum eſt ius per ſe,de quo *Bar.*in *l.ſi expreſſim.ff.de appel.*Et
69 declarata ſententia nulla, omnis executio erit nulla,&reuocabitur quatenus de facto proceſſit: *ff.de euict.l.minor.*& eſt caſus in *c.*2.*extra. vt lite*
70 *non conteſtata.*Item quæro † an vbi actus eſt nullus,ſit neceſſaria ſententia?Reſpondeo,non indiget reuocatione,niſi quatenus de facto proceſſit. Poteſt tamen ad cautelam peti vt fiat declaratio nullitatis:vt *ff.de manu.l.cauſam.* in princi. & nota in dicta *l.ſi expreſſim.*& per *Angelum* in *l.*1. *ff.de feriis.ſuper gloſ.* quæ incipit, *infirmari.* Et ibi
71 dicit, † quod huiuſmodi ſententia ſuper nullitate erit diffinitiua ſi ſuper ea principaliter pe-
72 tatur;ſecus ſi incidenter. An † autem,& quando in cauſa nullitatis ſit neceſſarius libellus, & litis conteſtatio,vide per *Anton. de Butrio.extra. de appellat.cap.per tuas.*

De cauſis minimis ſine iuris ordine terminandis. Cap.XIII.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa minor quinquaginta ſolidorũ eſt terminanda ſine ſcriptis,& remota appellatione;declaratur, vt procedat in cauſis ciuilibus,non in criminalibus.nu.*2.3 7.& 40.

3 *Pœna qualibet corporalis maior est omni causa pecuniaria.*

4 *Causa stricte, & proprie solum comprehendit ciuilem, late vero etiam comprehendit criminalem.*

5 *Litis nomen tantum demonstrat ciuilem causam.*

6 *Verbum habens duos intellectus positum in lege, vel constitutione est intelligendum secundum proprium intellectum.*

7 *Causa alia maiores, alia minimæ, quæ viles dicuntur.*

8 *Causa minima dicitur si non sufficit ad litis sumptus. ibidem nu. 70.*

9 *Ordo iuris non seruatur in causis minimis, nec fertur sententia in scriptis.*

10 *Oppositio vxoris non admittitur in causa modica.*

11 *Scriptura non requiritur, nec quod sententia feratur in scriptis in duobus casibus hic contentis.*

12 *Quantitas magna, vel parua dicitur respectu personarum, & causæ.*

13 *Causa modica quæ sit, relinquitur arbitrio iudicis; vbi alias certum non reperitur statutum.*

14 *Causa magna, vel modica quæ dicatur, remissiue.*

15 Vsque, *dictio de sua natura est exclusiua: erit tamen inclusiua, si restringit odium.*

16 Ad, *dictio denotat cohærentiam intrinsecam.*

17 Ad, *dictio quandoque stat restrictiue, & notat causam, quandoque ampliat orationem.*

18 *Non omnium, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.*

19 Solidus, *quandoque est aureus, quandoque argenteus, & quandoque denariorum minutorum.*

20 Moneta, *verbum intelligitur de vsuali.*

21 *Moneta de terno est approbata per constitutiones Cathaloniæ.*

22 Monetæ *verbo intelligitur de minori moneta, quæ sit in vsu.*

23 *Consuetudo est legitima legum interpres.*

24 *Clausula,* sine strepitu, & figura iudicij, *quid importet, remissiue.*

25 *Causæ modicæ dicuntur summariæ.*

26 *Causa dotis an sit summaria sicut causa alimentorum.*

27 *Exceptio ineptitudinis libelli an reddat iudicium retro nullum.*

28 *Libellum ineptum, vel nullum esse oblatum, paria sunt.*

29 *Libellus dicitur ineptus, quando non conuenit negotio.*

30 *De dote agi non potest pendente dubio de matrimonio.*

31 *Libellus quando lacerandus.*

32 *Causa summaria quæ, remissiue.*

33 *Libellus in quibus criminibus non necessarius.*

34 *Testis vnicus facit plenam probationem in causis breuioribus.*

35 *Fama habet vim plenæ probationis in causis modicis. idem in iudicys. nu. 36.*

38 *Appellatio non admittitur, quando in lege, vel statuto ponitur clausula,* appellatione remota.

39 *Princeps solus potest committere causam appellatione remota. Fallit in Gubernatore de consuetudine Cathaloniæ.*

41 *Iudex, si sit tabellio, poterit in causis breuioribus ipsemet scribere acta, & sententiam suam, attribuunturque ei plena fides.*

42 *Salarium non debetur iudici, qui cognoscit sine scriptis.*

43 *Clausula,* sine scriptis, *operatur, vt de gestis stetur assertioni iudicis, vel informationi notarij.*

44 Omne *qui dicit, nihil excludit.*

45 *Appellari vbi non potest, exceptio doli opponi poterit; si aliquid dolo malo factum fuerit.*

46 *Appellari potest ex manifesta, & notoria iniquitate, & iniustitia, quamuis causa sit commissa appellatione remota.*

47 *Iustitiæ administratio est causa finalis, vt apponatur clausula,* appellatione remota.

48 *Clausula,* appellatione remota, *posita in rescripto an impediat seu remoueat appellationem, sub distinctione traditur.*

49 *Appellans temere quæ plectatur pœna.*

50 *Appellans semper præsumitur habere animum obtinendi, & iuste litigandi.*

51 *Appellatio prohibita in iure multis respectibus dicitur.*

52 *Appellans viua voce potest iterum in scriptis appellare.*

53 *Assertioni iudicis standum in causis breuioribus.*

54 *Causæ breuiores dicuntur secundum qualitatem personarum, & rei.*

55 *Causa minima quæ, remissiue.*

56 *Appellari potest ab instanti grauamine, vel à comminatione.*

57 *Comminatio non habet vim sententiæ interloquutoriæ, nec diffinitiuæ; nec est grauamen, sed ordinatur ad grauamen de futuro.*

58 *Conscientia excusat iudicem, qui non admittit appellationem, & quæ sit conscientia. nu. 59.*

60 *Consuetudines, nec statuta locorum tolluntur per constitutiones, nisi in eis specialiter tangatur.*

61 *Consuetudo irrationabilis non valet, quamuis obtenta in contradictorio iudicio.*

62 *Iudex seruare debet iuris ordinem in causa quinquaginta solidorum, vel maiori.*

63 *Argumentum à contrario sensu in statutis an valeat, declaratur.*

64 *Constitutio prohibens recipi vsuras vltra certum modum non permittit infra illum.*

65 *Libellus requiritur regulariter. Fallit vt hic.*

66 *Absque libello procedi tur in omnibus causis summariis.*

67 *Appellatione remota causam decidendam quis possit committere.*

68 *Gubernator Cathaloniæ consuetudine committit causas cognoscendas simpliciter, & de plano, ac sine strepitu at figura iudicij, & cognoscit de alijs causis vt hic.*

69 *Consuetudo dat iurisdictionem, etiam delegandi causas, quæ alias non delegarentur.*

71 *Satisdatio pro expensis non requiritur in causis summarijs, nec satisdatio de iudicio sisti. nu. 72.*

73 *Ciuitas, Castrum, Villa, & Prouincia quid, remissiue.*

74 *Ciuitas qualibet dici potest respublica.*

75 *Si ex maiori quantitate debita petatur pars non ascendens summam quinquaginta solidorum; an in ea causa ordo iudiciarius seruari debeat, traditur late.*

Dolus

76 *Dolus probari debet ex perſpicuis coniecturis.*

77 *Petenti partem debiti in uno iudicio, & reſiduum in alio iudicio, obſtat exceptio dilatoria, vt reus non teneatur reſpondere niſi tantum coram primo iudice.*

78 *Confitens debitum litigare non compellitur.*

Cauſa vſq; ad quinquaginta ſolidos excluſiue, &c.

1 Caſus. Cauſa † minor quinquaginta ſol dotum habet terminari ſine figura iudicij, & ſine ſcriptis, ac appellatione remota, conſuetudine contraria non obſtante. Hoc dicit. Practicabilis eſt valde, & ideo notabilis, & non ab omnibus bene intellecta. Idcirco expedit eã aliquatenus

2 declarari. Expone † litteram, *cauſa*, ſcilicet ciuiles; ſecus eſt de criminalibus, & corporalibus;

3 quia † quælibet pœna corporalis maior eſt omni cauſa pecuniaria: *ff. de his qui notantur infa. l.*

4 *quid ergo. §. pœna grauior.* & verbũ † *cauſa* proprie, & ſtricte ſumptum ſignificat cauſam ciuilem, & ad differentiam criminalis: vt *extra. de verb. ſignif. cap. forus. §. cauſa.* vide ibi, late vero ſumptũ etiã comprehendit criminalem: vt *C. de tranſac. l. cauſas.* & *de Epiſc. & cleri. authent. clericus.* Item †

5 etiam *litis* nomen tantũ ciuilẽ cauſam demõſtrat, ſecun-

6 dũ *glo.* in *c. forus. extra. de verb. ſig.* Et vbi † verbum habens duos intellectus in lege, vel cõſtitutione ponitur, ſemper in dubio debet intelligi ſecundũ propriũ intellectũ. vt *l. Labeo. ff. de ſupellec. leg.* cũ ſimilibus. adde quæ ſcripſi infra *col. 9.* in *curia Ferdinãdi. c. ne ex beneficio.* ſuper verbo *cauſas.* Et nota,

7 quod † cauſæ aliæ ſunt maiores, aliæ minimæ, quæ etiã viles cauſæ dicũtur: vt in *auth. niſi breuiores. C. de ſen. ex periculo recitã.* & dicuntur minimę arbitrio iudicis, vt ibi notatur. Intra tamẽ, vt cauſæ minores quinquaginta ſolidorum, minores & viles arbitrentur, vt eſt hic per hanc conſtitutionẽ. Itẽ

8 etiã † dicitur cauſa minima, quæ nõ ſufficit adſumptus litis: vt in *auth. de appel. §. illud. colla. 4.* Et pe hoc nota *extr. de appel. c. de appellationibus.* vide ibi.

9 In iis minimis, & in vilibus † cauſis nõ ſeruatur iuris ordo, nec fertur ſententia in ſcriptis, vt hic, & in alleg. *auth. niſi breuiores.* & per hęc alias dixi,

10 quod † pro cauſa modica nõ admittitur oppoſitio vxoris; de quo vide ſupra *col. 5. c. 10. Itẽ. quod in executionibus. §. ratio huius eſt.* & ibi dixi. Item

11 nota † duos caſus. in quibus nõ exigitur ſcriptura, nec acta, nec q̃ ſententia teratur in ſcriptis: primus eſt, quando cauſa eſt inter clericos ſuos: hoc intellige, vt notatur *extra. de libellis obla. c. 1.* & *de proba. c. quoniã.* Secundus eſt, quãdo cauſa eſt leuis: vt in *auth. niſi breuiores.* prę alleg. vide *11. q. 1. c. ſi quis cũ clerico.* & adde quæ notat *Ant. de But. extr. de libelli obla. c. 1. verſ. Septimus, quãdo agriculiores.* &

12 *verſ. Octauus.* Et dicit *Bal.* q̃ † magna quãtitas, vel parua dicitur reſpectu perſonarũ, & cauſæ, alleg. *l. cũ filius. §. hares meus. ff. de leg. 2.* & vide bonã *glo. extra. de re iudi. c. fi. li. 6.* dic etiã de hoc latius per *Ioan. de Platea. inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defe. §. ve*

13 *ſtigal.* Itẽ † notauit *Gui. de Suza.* in *auth. C. qui dari tu. po.* quod quæ ſit cauſa modica, relinquitur arbitrio iudicis, vbi alias certũ nõ reperitur ſtatu-

14 tum. Quæ † dicatur magna, vel modica cauſa notat *Abbas* in *c. vlt. extra. de iureiura.* vide ibi quoad delationẽ iuramẽti, & facit ad hoc quod dixi de oppoſitione vxoris, quia debet attendi quantitas dotis, & qualitas perſonarum, &c.

15 ¶ Sequitur in textu. *vſque*: hæc † dictio *vſque* de ſui natura tenetur excluſiue, & ita eſt hic, vnde verbũ *excluſiue*, q̃ ſubijcit, ſuperfluit, ſed fuit appoſitum ad remouendum omne dubium, ſaltẽ à laicis & perſonis illiteratis: tamen dictio *vſque*, quãdo reſtringit odium, tenetur incluſiue: *ff. de do lo. l. non dubiũ.* de hoc vide *glo. f.* not. *extra. de elec. c. bone.* in *glo.* quæ incipit, *excluſiue.* vide *de conſtit. vti. vel inuti. c. ſatis.* & *l. à caligato. C. de nuptijs.* & nota *Guil.* in *l. meminiſſe. de eſtim. præſ.* vide. *C. de procura. authent. quod ius.* & in *l. patruus. §. Sempronio. ff. de legatis tertio.* adde quæ ſcripſi ſupra *eod. c. impuberi-*

16 *bus.* ſuper verbo, *vſque*. ¶ Sequitur † in textu *ad*: dictio *ad* denotat cohærentiã intrinſecã. *ff. de offi. proconſul. l. mem nriſſe.* & ibi *Bart.* Item *ad*, id eſt, iuxta domum, ad teſtamentũ, id eſt iuxta teſtamen-

17 tum. *l. militis. de teſta. milit.* Item † dictio *ad*, quandoq. ſtat reſtrictiue, & notat cauſam, quandoq. non reſtringit, ſed ampliat orationem: vide textum & *glo. f. ff. de tranſac. l. cum ij. §. ſi vnus.* & *ff. de ſerui. verſ. 1. l. quidam libertus.* Item ad annum, id eſt, poſt annum. *ff. de manu teſta. l. qui duos. §. ſi.* ¶ Sequitur

18 in † textu. *quinquaginta.* Quare autẽ potuit *quinquaginta*, & non plus, vel minus, hoc fuit ad voluntatẽ curiæ gene alis bono arbitrio poſitum, & non poteſt reddi ratio alia: *ff. de legibus. l. non omnium.* ¶ Sequitur in textu. *ſolidos*, littera hic non clare dicit de qua moneta erunt iſti *ſolidi*: quia

19 *ſolidus* † quandoq. eſt aureus: vt *ff. de in ius vo. l. pe nult. & fi.* quandoq. eſt argenteus ſiue platæ finæ, quandoq. eſt denariorum minutorum: de quibus loquitur in. *vſati. ruſticus.* & alijs pluribus. vide ibi *Iaco. de Monte Iudaico.* & de valore iſtorum ſolidorum, & aliarum monetarum, de quibus loquuntur vſatici, vide ſupra *eod. collat.* in *curia*

20 *Perpiniani. c. cum de valore.* & ibi dixi. ¶ Sed † quia hic non dicit de quo ſolido, vel de qua moneta loquitur: quæro de qua moneta intelligetur? Reſpondeo, de vſuali, ſcilicet, Barcino. de terno, & ita loquitur de ſolidis argenteis; quorum quilibet valet duodecim denarios minutos Barcino. de terno, vt dicitur in alleg. *c. cum de valore.*

21 & quia † iſta moneta de terno eſt à conſtitutionibus huius patriæ expreſſe approbata: vt ſupra *collat. 4.* in *prima curia Barcinone. cap. Item confirmamus, & concedimus in perpetuum monetam Barcino.* &c. ad hoc facit *extra. de cenſibus. cap. clim.*

22 quia † in dubio intelligimus de minori moneta, quæ ſit in vſu, vt ibi notatur in *glo. f.* & ita eſt interpretatum de conſuetudine inconcuſſe, & ita minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. mini-*

23 *me.* eſt enim † conſuetudo legitima legum interpres: *ff. eod. l. ſi de interpretatione.* & *extra. de conſue. c. cum dilectus.* adde quæ dixi ſupra *collat. 2.* in *curia 2. Barcinone. cap. 33. Item ſtatuimus, quod Sarra-*

Digitized by Google

24 *ceni.§.ſed quæro cuius monetæ.* ¶ Sequitur † in tex. *ſine ſtrepitu. & figura iudicij.* quid importent iſta
25 verba, dixi remiſsiue ſupra *c.proxi.* Ex iis † patet, quod iſtę cauſæ viles, & modicæ dicuntur ſummariæ, quia in eis non requiritur libellus, nec litis cõteſtatio, nec aliquis ordo iuris. Sed an cauſa
26 dotis † ſit ſummaria, ſicut cauſa alimentorũ, vide per *Bald.ff.ſo.matri.l.dotis causa.* in *gloſ. cauſatu.* ibi, *inſtantia*, &c. Et ſi reus confiteatur debitum, vel alias probetur, aut actori iuramẽtum detulerit, faciet iudex ſibi præceptum de ſoluendo, & appellatur ſententia præcepti, & poteſt expediri tẽpore feriato, & iudice non ſedente pro tribunali, & contrario imperio reuocari, & tamẽ oritur actio in factũ ex illo præcepto, ſicuti ex ſententia, ꝙ dic latius per *Ang. ff. de iudi.l.ſi debitori.*
27 ¶ Sed † pone, quod cauſa erat ordinaria, fuit datus libell⁹ ineptus, quia forte agebatur ſine actione, fuit tamen de facto admiſſus, & lis ſuper eo conteſtata: demum eſt lata ſentẽtia, à qua nõ extitit appellatum: quæro an exceptio huiuſmodi ineptitudinis libelli reddat iudiciũ retro nullũ? Reſp. *Ang.* tenet, ꝙ ſic; & ideo lata ſententia poterit huiuſmodi exceptio opponi, quoniã talis ſentẽtia eſt nulla; quæ lata eſt ſuper libello inepto, & ideo ſemper videbitur obijci ante ſententiã, vt exceptio falſi procuratoris, ſecundũ *Ang.* qui ita notat in *l.ſi patronus.ff.de iure iuran.* Et hoc videtur tenere *Matth.de Mata.in* 10.*notabili.* vbi concludit, quod quotienſcumq. apparet ipſo iure actionẽ non cõpetere actori, ſi non nata fuerit, tunc libellus eſt nullus ipſo iure, vt ineptus; quia ex eo non concluditur ius agendi. *l.2.C.de formulis ſublatis.* Et ex his ſequitur, quod litis conteſtatio eſt nulla, & receptio teſtium, & totus proceſ-
28 ſus, quia † paria ſunt libellũ ineptũ eſſe oblatũ, & nullum eſſe libellũ oblatũ. arg. *l.quotiens. ff. de fatis cog.* ſecundũ *Matth.de Mataſa.* vide tamẽ cõſtitutionẽ Perpiniani. *c.quia ſæpe contingit.* & quæ
29 ibi ſcripſi. Et dicetur libellus † ineptus ſine dubio, quando nõ conuenit negotio: vt *l.1.ff.de offi. aſſeſſor.* nota *glo.* in *l.vna.C.vt quæ ãduo. deſunt. ff. ſi meſſor fal.mo.di.l.1.* Licet *Imo.* videatur tenere oppoſitũ, quia nõ curetur, quę actio proponitur; dũmodo negotiũ narretur in forma, vt concludatur in eo. Exẽplum ſi dico me vẽdidiſſe, & tradidiſſe rẽ pro centũ, & ideo petõ te ad centũ condẽnari, & adhoc propono actionẽ ex locato; nã ſuſtẽtatur libellus ſecundũ eũ. *extra.de iudi.c.examinata.* Secus ſi petatur dos data, quia ſuper matrimonio vertitur lis data libello diuortij: pendẽte
30 enim † dubio de matrimonio, non poteſt agi de dote, quia actio talis nõ cõpetit: vt *inſti.de nup.§. ſi cõuerſus.* & ideo ſentẽtia ſuper repetitione prętẽſæ dotis ſuper tali inepto libello lata eſt ipſo iure nulla. & hãc quęſtionẽ habeo in facto. Itẽ no
31 ta, † ꝙ ſi de iure communi petitio eſt euidenter inepta, iudex libellũ lacerat; ſed ſi ex poſt facto apparet inepta, iudex pronũciat actionẽ nõ tenere. Si vero dubitatur an fuerit apta, vel inepta, in dubio fit interpretatio pro actore: vide *Inno.* & *Bal.* & *Ant.de But.in c.ad audiẽtiã.extra.de offi.Vicarij.* ſeruatur tamẽ in hac patria, ꝙ habes ſupra in *curia proxi.c.quia ſæpe.* Si vis ſcire quæ ſint cau-
32 ſæ ſummariæ, vide *glo.* & *Doct.* in *Cle. diſpẽdioſam. de iudi.* & adde infra *ea.c.portari.* ſuper verbo, *ſummarie.* & *Roff.in libello iuris ciuilis.tit.in quibus cauſis offeratur libellus.* & *Ioan.de Blanoſ.inſti.de actio.§.qua liter fiat editio. verſ. fallit regula prædicta.* & *Gui. in Spe.tit.de libellorũ cõcep.§.nũc dicendũ.* & vide *Bar.* in *extra.ad reprimẽdũ.* ſuper verbo, *ſummarie.* Sed
33 & in † quibuſdã criminibus proceditur ſine libello, vt in crimine abigeatus. *C.de abige.l.vna.* Itẽ in crimine ſuſpecti: vt *ff.de ſuſp.l.2.§.nõ tãtũ.* Itẽ in criminibus notorijs, *C.de accu.l.ea quidẽ.* Itẽ in leuibus criminibus, ſecũdũ quoſdã *ff.de accu.l.lenia.* Itẽ in omnibus criminibus, in quibus ſine accuſatore dãnatur: vt *in crimine lenocinij. ff.ad l.Iuliã.de adul.l.2.§.ſi quis in publico.* Itẽ vbicũq. mulier admittitur ad accuſandũ, quia ibi libellus nõ eſt neceſſari⁹. *C.qui accu.nõ po.l.de crimine.* cætera dic per *Roſ. vbi ſupra.* & adde quę dixi ad materiã libellorũ ſupra *ead.coll.* in *curia Perpi.c.quia ſæpe cõtingit.*
34 Nota tñ, † ꝙ in iſtis cauſis breuioribus probatio per vnũ teſtẽ idoneũ intelligitur plena probatio eſſe, & ſic nõ neceſſario deuenitur ad iuramẽtum
35 neceſſariũ. Et ſimiliter fama † habet vim plenæ probationis: arg. *l.vbi.C.de iure dotiũ.* & hæc regula videtur eſſe de mẽte *Bar.* in *l.de minore.§.tormẽta.ff.de quæſtionibus.* & *Ant.de But.extra.de teſt.c.veniẽs in* 1. ſecũdũ *Matth.de Mataſ.* in 2.*nota.* Et idẽ
36 videtur † in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus dicitur agi de leui præiudicio: & hoc ſentit *Bar.* in *l.1.C.quorũ bonorũ.* & *l.2.§.ſi.C.vbi in rẽ actio.* licet *Bart.* videatur ſentire cõtra in *l.admonẽdi.ff.de iure iurã.* & in *extra.* ſuper verbo, *ſummarie,* ſecundum *Matt.* in 3.*notab.* Sequitur in tex. *terminẽtur.* Nota,
37 quia † nõ dicit, *exequatur:* & ita videtur ſolũ prohibuiſſe appellationẽ ante ſentẽtiam, & nõ poſt: verũtamen cõſuetudo eſt interpretata, ꝙ etiã poſt ſentẽtiã ſiue determinationẽ factã in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorũ non admittitur appellatio; & ita vidi pluries determinari, & ſeruari de cõſuetudine, & ita minime sũt mutãda, &c *l.minime.ff.de leg.* Et forte ita intellexerũt qui hãc cõſtitutionẽ fecerũt; etſi fuit poſtea moribus vtẽtiũ approbata. 4.*diſt.§.leges.* Sed eſt illa optima ra-
38 tio, † quia quãdo hæc clauſula, *appellatione remota,* ponitur in aliqua lege, vel ſtatuto, nullo modo permittitur appellatio, vt dicam infra ſuper
39 verbo *omni appel.remota.* Et nota, † ꝙ ſolus Princeps poteſt cauſã taliter cõmittere terminãdã, vt notatur *col.*8.*c.primeramẽt.* Sed fallit in Gubernatore de cõſuetudine Cathalonię. Sequitur in tex. *ſine ſcriptis,* ſubaudi ſolemnib⁹, quia nõ requiritur libellus, nec ꝙ ſentẽtia feratur in ſcriptis, iuxtæ notata per *Bart.* in *extra.ad reprimendũ.* ſuper ver-
40 bo *figura iudicij.* Sed † fient acta ad rei memoriã, alias non crederetur aſſertioni iudicis, *extra.de proba. cap. quoniam contra falſam.* In contrarium

facit

facit in *authent. nisi breuiores. C. de sen. ex periculo recitandis.* & hoc verius. Et seruatur de consuetudine, quia alias acta scripturarum cito ascenderent ad ipsos quinquaginta solidos, cõtra *l. in authen. de appel. §. illud. colla. 4.* & contra mentẽ huius constitutionis. Sed tutius est præceptum fieri in scriptis, vt postea de eo nullatenus valeat disceptari; & ita seruaui sæpissime, cum essem iudex; arg. *Cle. sepe.* & *cap. significauit.* & *c. Albericus extra.*
41 *de test.* Et † si forte iudex sit tabellio, poterit ipsemet scribere acta, & sententiã suam in istis causis breuioribus, & attribuetur ei plena fides, secundũ *Bar. in l. inbemus. §. sane. C. de sacrosanct. Eccles.* & sic debet limitari quod notat *Imo. in c. cũ à nobis. extra. de test.* vbi videtur tenere contrarium secundũ *Matthæum*, qui hoc notat in *primo notabilis suo.* addit quæ notat *Bar. ff. de prætor. stipu. l. seruus. in q.* quę
42 incipit, *Quæro, pone, q aliquis not.* Nota † tamen, q vbi iudices cognoscunt sine scriptis, non dantur sportulæ siue salaria: vt *C. de proxi. sacrorũ scriniorũ. l. in sacris scriniis militantes.* & ibi notat *Andreas de Barrato li. 12.* & adde quæ dixi in *c. Eos aduo-*
43 *cats. in curia Ferdi. colla. 9.* Nota tamẽ, † quod hæc clausula *sine scriptis*, quæ frequenter in cõpromissis, & in cõmissionibus Regijs ponitur, operatur effectum mirabilem, quia de gestis stabitur allertioni iudicis, vel informationi notarij: vt in alle. *authen. nisi breuiores.* & ibi *Bar.* & vide *Ant. de But.* in *c. cum ad sedẽ. de rest. spo.* & *Ludo. de Roma in suis singularibus.* Adde notata per *Nico. de Sicilia* in *cap. quoniam contra falsum. extra. de proba.* in 3 *notabili.* ¶ Sequitur in textu, *& omni appel. remota.* ¶ Nota verbum *omni*, quia nedum de friuola loquitur; &
44 nedũ ante sententiam, sed etiam post, quia † qui *omne* dicit, nihil excludit: *extra. de maio. & obedien. c. soluta. §. nos autẽ.* in fi. & ita seruatur de consuetudine, quæ est legũ optima interpres: *extra. de consuetudine. c. cum dilectus.* vnde patet hic, quod in hac patria non seruatur *c. de appellationibus. extra. de appel.* Vbi etiam nota quę dicatur minima causa. Sed †
45 licet non possit appellari, habebit tamen locũ exceptio doli, si dolo malo aliquid factum fuerit, iuxta notata per *Gui. de Suz. in l. 1. C. si de momen. possess. appel. sit.* Adde quæ dixi supra *cad. colla. & curia. c. constitutio edita.* & hac vera, quãdo hæc clausula *appellatione remota*, est posita in aliqua lege, vel statuto, vt hic. Secus si in rescripto, secundum *Bal. in l. 2. §. deinde ex actis. ff. de origine iuris.* tunc enim qui operetur hanc clausula in rescripto, nota per *Henr. Boich extra. de appel. c.*
46 *pastoralis.* & ibi etiam nota per *Doct.* Et † nota, quod ex manifesta causa notoriæ iniquitatis, & iniustitiæ potest appellari, licet causa sit cõmissa appellatione remota. vt notat *glo. fi. in c. ex conquestione. de rest. ff o.* & *Ant. de But. in c. inter cæteras. extra. de sen. & re iudi.* Et etiam vbi aliter est notorium, quam iuris dispositione: quia vbi causa est notoria in facto, & euidenter iniusta, plus est notorium, quã quando casus adaptatur ad casum
47 expressum in iure. Itẽ † nota finem apponentis

hãc clausulam, *appellatione remota*, esse vt iustitia ministretur, non ergo vult tollere appellationes legitimas, secũdũ *Ant. de But. extra. de appel. c. sæpe requiris.* quod intelligo quãdo est apposita in rescripto; secus si in lege, vel statuto: vt dixi, & patet hic, vt lites magis abbreuientur, & citius tollantur in minimis causis: vide *Ant. de Butr. in c. pa-*
48 *storalis. de appel.* ¶ Et cũ quæritur † an remotio appellationis in rescripto impediat appellationẽ? Distingue, quia aut agitur coram ordinario, aut coram delegato. In primo, si grauatur, etiam ante sententiam poterit appellari: sic loquitur *c. vt debitus. extra. de ap.* In secũdo subdistingue: quia aut delegatus est datus sine clausula, *appellatione remota*: aut cum illa clausula. In primo idem, quod in ordinario: & sic loquitur *c. vt debitus.* In secũdo iterum subdistingue, quia aut illud grauamẽ est expressum in iure, aut non. In primo non obstãte illa clausula poterit appellari. In secundo licet appellet iudex, tamẽ non tenebitur deferre, & sic intelligitur *decretalis, pastoralis.* Nam in quantum possumus, debemus correctionẽ iurũ euitare, & iura iuribus concordare: *de elec. c. cũ expediat. li. 6.* Et sic intelligendo *decre. pastoralis*, nõ erit correcta per *c. vt debitus.* & vide *glos.* in *c. ex conquestione. extra. de rest. spo.* super verbo, *post appellationem.* & vide *Bart.* in *l. 1. ff. quod vi aut clam.* ¶ Vlterius no
49 ta, † quod appellans, qui ab executore temere appellat, secundũ leges punitur pœna quinquaginta librarum: vt *l. ab excommunicatione. C. quarum ap. non reci.* & ibi nota, qualiter puniatur temere appellans. de hoc etiam nota 2. *q. 6. §. patet.* & *cap. omni modo.* & vide in *vsat. Si quando cuiuscũq. iniusta appellatio comprobatur, sumptus, quos pro appellatione aduersarius suus compulit iustinere, non in simplum, sed in quadruplum ei reformare cogantur.* Et ecce tenorem dicti vsatici, qui videtur concordare dicto *c. omni modo.* vbi de hoc dic per *Archid. in Rosario*, quia vsaticus iste non est in vsu. Imo aliter seruatur de consuetudine in practica, quia aut appellans subcumbit, & condemnatur in expensis simplicibus tantum, aut obtinet, & tunc aut executio est eadem actis, & debet etiam obtinere omnes expensas, aut ex nouis actis, & tunc non fit condẽnatio expensarũ, nisi à tẽpore quo in actis apparuit de iure ipsius: adde quę scripsi supra *colla. 4.* in *curia Illerden. c. 15. Item ordinamus, & statuimus, quod si aliquis proposuerit.* Item adde quæ leguntur & notãtur infra *colla. 8.* in *curia Regis Martini. cap.*
50 *Item per tolre vexationes.* in fi. ¶ Nota † tamen, quod appellãs semper præsumitur habere animũ obtinendi, & iuste litigandi: ita dicit tex. qui alibi nõ reperitur, secundũ *Bal.* in *l. in ratione. §. quidã. ff. ad*
51 *l. fal.* & multũ limita *l. fi. ff. de re iudi.* Item † nota, quod multis respectibus reperitur in iure prohibita appellatio, de quo dic per *Gui. de Cug.* in *l. vna.*
52 *ff. de offi. præfec. præto.* ¶ Vtrum † autem ille, qui semel viua voce appellauerit, possit iterum in scriptis appellare; & practicatur, quod sic. Vide plene per *Bart.* in *l. cum procurator. ff. de dam.*

Digitized by Google

53 *infecto*. In breuioribus † cauſis ſtatur aſſertioni iudicis: vt in *authent. niſi breuiores. C. de ſent. ex periculo recitandis.* & clarius in *authent. vt iudices ſi-*
54 *ne quoquo ſuffra. cap. veritatem. collat.* 2. Sed † quæ cauſæ dicantur breuiores, eſt arbitrariũ ſecundũ qualitatem cauſæ, & perſonarum; nota in dicta *authent.* & in *cap. ſi. de re iudi. lib.* 6. & in *cap. quinta vallis. de iureiurand.* per *Anton. de Butrio*, & in allegato *cap. quoniam contra falſam. de proba.* per *Nicol. de Sicilia.* Sed tamen conſulo, quod ſemper fiat deciſio in ſcriptis, ſaltem ad rei memoriam, alias abſente, vel mortuo iudice non poſſet veritas deciſionis bene probari. Item quid ſi iudex variare vellet animum, vel diceret non recordari.
55 Et † quæ ſint cauſæ minimæ, vide in *gloſ. C. de appellationibus. extra. de appel.* & *Bart.* in allegat. *authent. niſi breuiores.* Præterea nota *Inno. extra. de ap-*
56 *pel. cap. inter cætera.* quod † ab inſtituti grauamine, vel à comminatione poteſt appellari. Sed cõtra videtur, quod à comminatione non poſsit
57 appellari: quia † comminatio non habet vim ſententiæ interlocutoriæ, vel diffinitiuæ. *C. cõminationes, epiſtolas. l. interlocutio.* & *l. ſi.* Item nec eſt grauamen, ſed ordinatur ad grauamen de futuro. Solutio. Aut comminatio infert iuſtum metum facti, & tũc poteſt appellari, quia poſt factum, vt poſt capturam, vel oſſa contracta tarde appellatur: *l. ſi quis prouocatione. C. de appel.* Aut non infert iuſtum metum, verbi gratia, vt quia iudex comminatur ſe pronunciaturum, & tunc non appellatur. *ff. de iudi. l. in peremptorio.* & hoc ſecundũ leges: ſed ſecũdum canones videtur ſecus, inhærendo dicto *Inno.* in allegato *cap. inter cætera.* & facit *ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de offi. præfec. vrbis. l.* 1. *§. cum patronus.* & vide, quod notatur *C. de chartis. l. ſi apparitor. lib.* 12. *ff. de offi. proconſul. l. nec quidquid. §. de plano.* adde quæ notãtur in *l. licet. ff. de arbi.* hæc notat *Bald.* ſuper *Inno.* in allegato *cap. inter cætera.* ¶ Inſuper nota, quod
58 conſcientia † excuſat iudicem, qui non admittit appellationem, non tamen debet eam interim exequi, ſecundum *Inno.* & *Bald. extra. de offi.*
59 *dele. cap. paſtoralis.* ¶ Eſt † autem conſcientia, vehemens opinio; & de duplici conſcientia vide *Gui.* in *§. exijs.* in *gloſ.* 1. *conſcientia poſita*, ſuper verbo, *ex fide.* 28. *q.* 1. vide ibi de qua conſcientia agatur, *quod facit contra conſcientiam, ædificat in gehennam.* Et proprie conſcientia eſt diſcretio faciendi, vel non faciendi aliquid, ſecundum iudicium rationis: adde quæ ſcripſi ſupra *collat.* 4. in 3. *curia Barcino. cap.* 7. *Item ordinamus de conſilio*, ſuper verbo, *ſecundum iuſtitiam.* ¶ Sequitur in textu,
60 *conſuetudine, vſantia*, &c. Nota † hic argumentum, quod huiuſmodi conſtitutiones non tollunt ſpeciales conſuetudines, & ſtatuta locorum, niſi in eis expreſſe caueatur, vt hic. & *extra. de cõſti. cap. licet Romanus. lib.* 6. vide ibi, & adde quæ dixi ſupra *collat.* 2. in *curia ſecunda Barcinonæ. cap.* 6 *ſtatuimus itaque.* Et nota, quod nedum tolluntur conſuetudines antiquæ, ſed etiam reprobantur nouæ. Ita, quod hodie de nouo non valeret introduci conſuetudo in contrarium huius conſtitutionis, quia talis conſuetudo diceretur irrationabilis, & non valeret præſcribi; iuxta notata *extra.*
61 *de conſue. cap. vltimo.* Et non valet † conſuetudo etiam in contradictorio iudicio obtenta, quando eſt irrationabilis, vel contra publicam vtilitatem, ſecundum *Anton. de Butrio extra. de re iudi. cap.*
62 *cum cauſa.* in vlti. op. ¶ Sed † quæro, an in cauſa quinquaginta ſolidorum, & maiori iudex teneatur ſeruare iuris ordinem? Et videtur, quod ſic, à contrario ſenſu huius conſtitutionis, quod tamẽ non credo verũ indiſtincte, quia licet hic in iſta conſtitutione prohibeatur ſeruari iuris ordinem in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorũ, non tamen iubet in maioribus quinquaginta ſolidorum debere ſeruari. Sed eſt caſus omiſſus, qui iuri communi relinquitur, quia quod non mutatur, ſtare non prohibetur. *C. de appella. l. præcipimus*, & *C. de teſta. ſcimus.* Nec habet locum argumentũ à contrario ſenſu, vbi contrarium reperitur in
63 iure ſtatutum, & dicit *Ang.* quod † ex ſtatutis non valet argumentum à cõtrario ſenſu. Ita ipſe notat *ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. l.* 1. licet de hoc ſint opiniones, vt ibi refert. Dic, quod ſi ex argumento ſequitur legis, vel iuris correctio, vel abſurdum, non habet locum; alias ſic: *C. de agris, & cen. l.* 1. *lib.* 12. vide *l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. & de pac. dota. l. inter. §. cum inter. ff. de ma. teſta. l. ſi quis locuples.* vide, & adde quæ notat *Bald. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. quæcumque autem.* Dic ergo de cauſis omnibus breuioribus, & maxime vilibus, quod ſunt cito, & ſine ſcriptis terminandæ: vt in *authent. de mandatis principum. §. ſic tibi. collat.* 3. Sed in dubio cauſa quinquaginta ſolidorum, hic reputatur vilis; tamen non eſt vilis in paupere: tamen hæc conſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit inter pauperes, & di-
64 uites. Item † conſtitutio, quæ prohibet recipi vſuras vltra certum modum, non permittit intra illum; ex quo omnis vſura eſt alias de iure prohibita, vt notatur per *Ioan. de Imola.* in *Clemen. eos. de vſuris.* & dixi ſupra *collat. prima*, in *prima curia*
65 *Barcinonæ. cap. primo.* vide quæ ibi ſcripſi. Et † nota, quod regulariter in omnibus cauſis hodie requiritur libellus. Fallit in cauſis notatis per
66 *Anton. de Butrio. extra. de li. ob. cap. primo.* Item † nota, quod in omnibus cauſis ſummariis, procedi-tur abſque libello, vt notatur ibidem in *verſicul. Chriſtus.* quando agitur de beneficijs; vide ibi latius. Item fallit coram Principe, & eius Gubernatoribus, vbi non ſeruatur ordo iudiciarius
67 de conſuetudine. ¶ Sed quæro, † quis poſsit committere cauſam decidendam in appellatione remota? Reſpondeo, ſolus Princeps hoc poteſt, qui poteſt tollere iura ciuilia: de hoc vide latius in *Spe. tit. de legato. §. ſupereſt. verſ. Sed nunquid legatus.*
68 Sed de conſuetudine dominus Gubernator † Cathaloniæ cognoſcit, & committit cauſas cognoſcendas ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figu-

Digitized by Google

& figura iudicij, & concedit perhorreſcentias, de quo notatur infra *colla.9.cap. ne ex beneficio. §. & ne inde naſcantur iniuria.* Item committit cauſas meri & mixti imperij, & etiam cauſas appellationum ad dominum Regem emiſſarum, ipſo Rege extra principatum Cathaloniæ exiſtente, de quo vide quæ dixi infra *colla.8. cap. Item com poch valria.* Cognoſcit etiam de cauſis & contro-
69 uerſijs marcharum: nec mirum, quia † conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam delegandi cauſas, quæ alias de iure non delegarentur. vt *l. cum prætor. §. is quoq. ff. de indi.* quod nota, quia dicit ibi *Ange.* ſe neſcire ita clare alibi quod potentia delegandi poſſet induci per conſuetudinem. Vnde credo, quod ſi iudex videret cauſam maiorē quinquaginta ſolidorum, quia forte eſt ſexaginta ſolidorum, & expēſę litis vltra de facili poſſent excedere, tamē poſſet cauſam ſummarie diffinire, præſertim partibus non contradicentibus. Tutius eſt tamen litē cōteſtari, ex quo eſt cauſa quinquaginta ſolidorum, & vltra, & ita multi ſeruant ad cautelam, quæ non eſt improbanda. Sed ſi forſan eſſet omiſſa litis conteſtatio, & cōſtaret de cauſa, non credo quod propterea deberet ſententia reuocari in tam vili cauſa, nec ſyn-
70 dicari iudex: quia † cauſa vilis debet reputari, quæ non valet ſumptus cauſæ, & hoc eſt vtile Reipublicę, vt in *authen. de appel. §. illud. colla.4.* & dixi ſupra *colla.5. curiæ Montiſalbi. cap.10. Item quod in executionibus. in §. ratio.* vide ibi, & in *glo.*
71 ſuper *cap. de appellationibus. extra. de appel.* Sed † illud quæro, an in iſtis cauſis ſummarijs habeat ſatiſdari pro expenſis? Reſpondeo quod non, quia exceptio huius ſatiſdationis eſt dilatoria, & magis de ſolemnitate, & in ea poſſent fieri expenſæ vltra quā ſit valor cauſæ principalis. Præte-
72 rea † in iſtis cauſis ſummarijs, in quibus poteſt procedi ſine litis conteſtatione, non requiritur ſatiſdatio de iudicio ſiſti: vt notat *Ang. ff. qui ſatis cog. l. Iulianus.* in fi. quia iudices debent litem quanto poterunt facere breuiorem: vt *Cle. ſape,* & in ijs non debent permitti fieri magnæ expenſæ, ergo de cautione ipſarum non curandum; & ſic ſeruat ſtylus curiarum domini Regis, & eius Gubernatoris, in quibus proceditur ſine figura iudicij: ſicut & alij ſeruare debent in cauſis ſummarijs: arg. *extra. de re iudi. cap. in cauſis.* ad hoc *ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam,* & adde quæ dicam infra *ead. curia cap. portari,* ſuper verbo *ſummarie, & de plano,* &c. ad hoc quod notat *Anto. de Butrio extra. de iureiurand. cap. fin. verſi. magnitudo autem cauſæ.* ¶ Sequitur in textu, *Ciuitatis.* Quid
73 ſit † ciuitas, quid caſtrum, quid villa, quid prouincia, vide per *Bar. in extrauag. quoniam nuper. colla.11. in glo.* ſuper verbo *Lombardia.* Item quid ſit oppidum, vicus & municipium, notat *Gui. in cap. in qualibet,* ſuper verbo, *oppida, 22. q. 8.* Item quid ſit vrbs & ciuitas, notat idem *Gui. 80. di. cap. in illis.* & *cap. vrbs.* adde quæ ſcripſi in *Summa Regalia ſoni emiſſi. 28. q.* vbi dixi de camino & vi-
74 co. ¶ Nota tamen, quod quęlibet † ciuitas poteſt dici Reſpublica, vt notatur *C. qui po. in pig. tra. l. 3.* & ideo gradum iuris minoris. de hoc etiā nota in *l. eum qui ira. ff. de verb. ſigniſi.* & vide *Inno. de reſti. in integrum. cap. cum veniſſent,* & per *Ioan. Andr.* & *Anto. de Butr. eod. tit. cap. auditis.* & vide *Doct. in l. Rempublicam. C. de iur. Reipu. lib. 11.* & *l. nihil. ff. ad Macedo. de Republica.* vide & adde quæ notantur infra *ead. cap. prouidentes.* ſuper verbo
75 *Reipublicæ.* ¶ Vltimo quæro hic. Pone † quod de quantitate maiori, de & pro qua haberet alias de iure ſeruari ſolemnitas ordinis iudiciarij, petitur aliqua pars, quæ nō aſcendit ad quinquaginta ſolidos, vt ſępe multi faciunt, vt vitent longum litigium: nunquid hoc licet? Quidam (vt *Ray. de Forliuio*) dicunt quod ſic, tamen loquitur in caſu ſimili, puta ſtatutum eſt Bononiæ, quod prohibet probationem fieri per teſtes vltra quātitatē vigintiquinq. librarum. Dicit quod ille, cui maior quantitas debetur, petat minorem; & poterit per *l. cum quadam puella. §. ſi. ff. de iuriſdict. omnium indi.* In contrarium tamen faciunt notata per *Gui. de Cug. in l. quidam. ff. ſi certum petatur.* vbi dicit. Pone, quod quidam eſt iudex, qui non poteſt cognoſcere niſi vſque ad ſexaginta: alij vltra petunt coram maiori centum: debitor excipit quod non debet niſi quinquaginta; quare excipit fori declinatoriam. Concludit *Gui.* quod habent litigare coram illo qui habet cognitionem de centum. in *authen. de defen. ciui. §. & iudicare. colla.3.* Sed quæ dicit *Guil.* habent locum quando poterat de facili probari eſſe maius debitum? Reſpondeo, loquitur quando non poterat probari: quare in quæſtione propoſita mihi videtur præſumendum, pro agente ad minorem, niſi forſan reus probet id fieri in fraudem, quod proba-
76 bis. quia extra iudicium plus petebat. quia † dolum probari oportet ex perſpicuis coniecturis. *l. dolum. C. de dolo. ff. de proba. l. quotiens. §. qui dolum.* & *extra. de renun. cap. ſi de prabend. li. 6. Ange.* tamē in *l. quidam. ff. ſi certum pe.* dicit quod ſi debitum eſt diuiſibile, tunc poterit petere partem. Secus ſi erat vnum quid integrale. Vide ibi in *q. an creditor poſſit petere partem deb. ii.* & in *l. incommodato. §. duabus. ff. commodati. Cinus* tenet, quod oppoſita exceptione per reum non poſsit actor diuidere debitum per partes. Sed oppoſitam opinionem dicit *Bal.* de cōſuetudine ſeruari ſpecialiter Florentiæ. de quo vide latius per ipſum *Bal. in l. ſed & ſi quis. ff. de adqui. hære.* & adde notata per eum in *l. quidam extimauerunt. ff. ſi cert. peta.* Conſulo, quod ſi vis per partes minores quinquaginta ſolidorum petere, quod fiant plures ceſsiones, & vnuſquiſq. ceſsionarius poterit petere partem ſuam, & procedetur iuxta hanc conſtitutionem, & erit optima cautela. *Matthæus de Mariſalanis in 114. notabili,* dicit, quod aut qui petit partem debiti, agit coram iudice, qui non poteſt de maiori quantitate cognoſcere: & tunc non obſtat exceptio, quod cauſa ſit maior. Secus ſi agatur co-

ram

ram iudice habente amplam iurisdictionem; quia tunc reus potest obijcere exceptionem, quod nõ debeo audiri nisi totum petam, ne reus distringatur per plura iudicia: arg. *l. non tantum. ff. de procu.* & hoc tenet *Bar. in l. commodato. §. duabus. ff. cõmo.* Sed si iudex non posset cognoscere nisi de viginti quinq. vel infra, tunc actor diuidens debitum audiretur te inuito, per *l. cum quadam puella. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* & per prædicta multum limitatur *tex. insti. de actioni. §. si minus.* Item notat
77 idem *Matthæus in 16 1. nota.* quod † qui petijt partem debiti in vno iudicio, & velit agere pro residuo in alio iudicio, obstat sibi exceptio dilatoria, quod non tenetur, nisi coram primo iudice respondere. vt *insti. de actt. §. si minus.* & ibi hoc te-
78 net *glo.* Et nota, † quod qui debitum confitetur, litigare non cogitur. vt *l. si domus. §. in pecunia. ff. de le. 1.* & *ff. de procu. l. si reus paratus.*

De homicidio, vxoricidijs ac parricidijs.

Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Occidens non succedit occiso.*
2 *Periculosum valde est habitare cum eo, qui successionẽ illius sperat.*
3 *Maritus non tenetur nisi in quantum facere potest. limitatur si maritus haberet artem, qua posset se alere. num. 4.*
5 *Auaritia est radix omnium malorum.*
6 *Dans confectiones potionatas pupillo propter spem succedendi, suspenditur, & sic de facto fuit practicatum ibidem.*
7 *Faciens propria auctoritate actum lege permittente, propter quem aduersarius incurrit periculum mortis vel magni supplicij, censetur renuntiare actioni ciuili sibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto.*
8 *Maritus occidens vxorem deprehensam in adulterio videtur renuntiare lucro dotis, quod habere debeat propter dictum adulterium. declaratur nu. 9.*
10 *Maritus accusans vxorem non lucratur dotem, si cõdemnata fuerit criminaliter; secus si ciuiliter.*
11 *Statutũ disponens, quod maritus lucrari debeat medietatem dotis sibi datæ, non habet locum in dote promissa: secus si statutum disponens quod lucraretur dimidiam dotis.*
12 *Statutum disponens quod vir præmortua vxore lucretur dimidiam dotis, habet locum postquam matrimonium fuerit contractum per verba de præsenti, præcedat; quamuis non fuerit secuta copula carnalis, nec ad domum mariti traducta.*
13 *Maritus occidens vxorem, vel ab alio occisa necem nõ vindicans, ei non succedit. idem nu. 17.*
14 *Marito virum aliquo casu liceat occidere vxorem. traditur, & nu. 24.*
15 *Maritus potest verberare vxorem adulteram & captam tenere de iure canonico. declara ibidem.*
16 *Maritus inuita vsaticum Barcinonæ potest vxorem de adulterio conuictam habere captam muratam ad illum vitium, quem voluerit.*
18 *Metus in vxore durat, quousq. durat causa metus.*
19 *Mariti male tractantes vxores extra casus legis puniuntur in tertia parte donationis propter nuptias.*
20 *Remissio de facili conceditur marito occidenti vxorẽ adulteram.*
21 *Occisor nedũ occisis prohibetur succedere ex propria persona, verum etiam ex persona filij. declaratur num. 23.*
22 *Argumentum à maiori etiam negatiue valet.*
25 *Deus colitur pugnando pro patria.*
26 *Maritus vxorem suam infirmam debet curare, & ei adhibere expertum medicũ, alias præsumeretur culpa sua decessisse.*
27 *Hæreditas per fiscum aufertur occidenti filium sororis suæ tanquam indigno.*
28 *Hæres scriptus interficiens testatorem an perdat successionem ipso iure.*

MAritus vxori, quam occiderit, &c. Casus. Qui
1 alium † in casu nõ permisso occiderit, nullatenus ei succedit. Hoc dicit. Ista est notabilis constitutio: quam tene menti perpetuo, quia sanctissima est: *multos enim occidit aurum & argentum.* vt habetur *Ecclesiast. cap. 7.* non enim debet occidens de dolo suo, vnde pœnam meretur, commodum reportare: vt *ff. soluto matrimo. l. si ab hostibus. §. si vir vxorem*, vbi de hoc per *Bar.* & *Bal.* adde *l. cum ratio.* in fi. *ff. de bonis damnatorum.* Expone literam: *Maritus.* supple, maxime: quia idẽ in alijs, vt infra subijcit in *vers. & idem in alijs.* Sed maximę de marito expressit plurium respectu, videlicet quia quandoque mariti occidunt vxores, vt eis succedant in bonis, forte propter pactum lucrãdæ dotis, vel augmenti nuptiarum: vel quia ita erit consuetudo loci: *extra. de donatio. inter virum & vxorem. cap. fi.* in fine. vel quia erant agermanati: vel forte vxor non habebat succedentes ab intestato. & vir excludit fiscum, per *l. maritus. C. vnde vir & vxor.* adde quæ notãtur infra *eod. cap. pro instrumento.* in *vers. vlterius notandum.* & est valde † periculosum habitare cum eo qui prius suc-
2 cessionẽ expectat: vt hic, & *C. de secundis nuptijs. l. vidua.* & *C. vbi pupi. edu. l. 2.* & *ff. eod. tit. l. 1.* & ibi nota per *glo.* & *Bal.* qui consulit habẽtibus grossa beneficia, vt caueant à consortio expectãtium
3 per Bullas Apostolicas. Maritus † non potest exigi nisi in quantum facere potest de re dotali llãte. Casus est singularis in *l. si filio. ff. soluto matr.*
4 quod nota. Item † hoc verum, nisi quando maritus habet artem, qua possit se alere, & est *glo.* singularis in *l. si maritus. ff. eod. tit.* Item quandoque maritus habet vxorem vetulam, vel sterilem, aut ebriam, vel rixosam, vel (quod peius est) adulteram; & propterea mouentur mariti ad occidendum vxores, vel quocumq. alio casu illicito, suggerente diabolo: *33. q. 2. cap. admonere.* Sed de alijs vix reperitur, quod moueantur ad occidendum illos, quorũ successionem expectant, ni-
5 si † propter auaritiam, quæ est radix omnium malorum: vt *de pœ. di. 2. cap. quia radix.* alias est.
6 *vers.* sub §. *ex præmissis.* Pridie † enim dominus Gubernator fecit Barcinonæ suspendi quendam,

qui

qui propter ſpem ſuccedendi dederat cõfectiones potionatas cuidam pupillo, vt veneno moreretur, de illis confectionibus comedendo. Hodie vero creſcente malitia periculoſum eſt cum talibus ſucceſſionem expectantibus cohabitare: vide *ff. de annu. l. quintus. §. vlt.* Vnde nota hic ad elucidationem materiæ vnam mirabilem doctri-
7 nam, videlicet, quod † quotieſcumq; aliquis auctoritate propria facit actum, etiam iure permittente, propter quem aduerſarius incurrit periculum mortis, vel magni ſupplicij corporalis, intelligitur renunciaſſe actioni ciuili ſibi pertinenti, ſiue competenti ad meram pœnam pro illo delicto, vt eſt tex. ſingularis in *l. interdum. §.*
8 *qui furem. ff. de furtis.* Per † quod ſequitur, quod ſi maritus ſtatuto permittente occidat licite vxorem ſuam deprehenſam in adulterio, videtur renunciare lucro dotis, quod debebat habere propter illud adulterium. vt *l. conſenſu. C. de repudijs.* licet *Bar.* videatur ſentire contra in *l. ab hoſtibus.*
9 *§. ſi. ff. ſolu. matri.* Secus † puto, vbi ex forma ſtatuti vel pacti maritus debet lucrari certam partem dotis, primo moriente vxore; quia huic lucro non videtur renunciaſſe, quia inſurgit hoc propter delictum; ſed quomodocumque vxor præmoriatur, habet hoc ex ſtatuto vel pacto; ergo, &c. Facit *l. ſeruum. ff. de verb. obli.* & in hoc caſu poteſt ſaluari dictum *Bar.* præſertim quia in tali parte, quam lucratur vir, ipſe dicitur habere titulum non lucratiuum, ſed oneroſum propter onera matrimonij, præterea *l. ſi donaturus. §. fi. ff. de condi. ob cauſam.* ſecundum *Matth. de Mataſal.*
10 *in 72. nota.* Vlterius † nota, quod maritus accuſans vxorem, ſi fuerit damnata criminaliter, non lucratur dotem; ſecus ſi ciuiliter: vt notat *glo.* in *authen. Sed hodie. C. de dinor.* vide *gloſ.* in *cap. ad hoc*
11 *vt lite non conteſtata.* ¶ Item nota † quod ſtatutũ diſponens quod maritus debeat lucrari medietatem dotis ſibi datæ, non habet locum in dote promiſſa: vt notatur in *l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Secus ſi ſtatutum dicat, *lucretur dimidiam dotis*: arg. *l. ſi donaturus. §. fi. ff. de condi. ob cau-*
12 *ſam.* Item † nota, quod ſtatutũ diſponens, quod vir præmortua vxore lucretur dimidiam, habet locum, ſi præmoriatur vxor, ſiue fuerit deducta ad domum mariti, ſiue fuerit ſequuta copula carnalis, ſiue non, dummodo matrimonium fuerit contractum per verba de præſenti. *l. nuptijs. ff. de reg. iur.* & *l. nihil. ff. rerum amotarum.* & ibi nota per
13 *Bart.* ¶ Sequitur † in tex. *quam occiderit.* Idem ſi necem eius non vindicauit: vt *l. is qui. ff. de his qui-*
14 *bus vt indignis.* Vtrum † liceat viro aliquo caſu occidere vxorem ſuam? Reſpondeo de iure canonico non: vt 33. *q.* 2. *cap. admonere.* Sed de iure ciuili eſt licitum viro occidere vxorem in adulterio deprehenſam: vt *ff. ad l. Iuliam de adulte. l. nec in ea. §. vlt. in fi.* & *l. marito.* & *C. eod. l. Gracchus*, cũ ſimilib. Et nota *glo.* in alleg. *cap. admonere.* & hoc ſeruatur de conſuetudine huius patriæ, quę non eſt bona, ſaltem in foro animæ, & eſt forte ex lege Longobardorum, de qua in dicta *gloſ.* Sed
15 de iure canonico † maritus poteſt verberare vxorem ſuam adulteram, & eam captam tenere: vt 34. *q.* 2. *cap. placuit.* vbi de hoc, & nota *glo.* & *Doctor. extra. de iureiuran. cap. quemadmodum.* & hoc erat ſpeciale in clerico. Sed idem ſeruatur etiã in laicis, per vſaticum Barcinonæ, quo eſt per-
16 miſſum viro vxorem in adulterio † deprehenſam, vel alias de adulterio conuictam, tenere captam, & muratam, ad illum victum quem voluerit ei dare maritus: vt in *vſat. mariti vxores.* vide quæ ibi notantur per *Iaco. de Monte Iudaico*, qui recitat hanc conſuetudinem, ſecundum quam vidi ſemel iudicari in curia ſancti Felicis Guixollen. in quadam cauſa, de qua fui aduocatus: adde quæ notãtur *extra. vt lite non conteſtata c.* 1. &
17 *de dote poſt dinor. rep. cap. de prudentia.* & *cap. plerũq.* & quæ ſcripſi ſuper dicto *vſat. mariti vxores.* Tamen contra maritum, qui non alimentat ſuam vxorem licite, & honeſte ſibi ſeruientem, vide *gloſ.* in *l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrim.* melius eſt in *§. ſin autem in ſeniſſimo.* vbi dicit
17 *glo.* quod poteſt excommunicari. ¶ Vlterius † nota, quod ſi maritus mortem vxoris ab alio factã non vindicauerit, ab eo vt ab indigno dos, & omne lucrum ab vxore ſua ſibi peruenturum auferetur. vt *l. ei qui mortem. ff. de vs quibus vt indi-*
18 *gnis.* vide ibi *Bar.* Sed ſi maritus † non occiderit, ſed alias verberauerit vxorem, quia non volebat conſentire ſibi in aliquo inſtrumento; ſi poſtea etiam ex interuallo conſentiat, videbitur metu conſenſiſſe, donec enim durat in matrimonio, durat iuſtus metus: vide *Bar.* latius. *ff. de condi. ob turpem cauſam. l. ſi ob turpem.* circa finem. adde
21 quæ notantur *extra. quod metus cauſa. cap.* 1. & quæ dixi ſupra *ead. colla. in curia Perpiniani. cap. ad tol-*
19 *lendam.* & *cap. ad excludendum.* Item † nota, quod mariti male tractantes vxores extra caſus, & cauſas legis, puniuntur in tertia parte donationis propter nuptias: vt in *auth. vt liceat matri & auiæ. §. ſi quis autem.* vide ſuper hoc *glo.* notabilem in
20 *cap. placuit.* 33. *q.* 2. Item nota, † quod ſi vir vxorem adulteram occiderit, à Rege de facili remiſſio ſibi conceditur. Et hoc caſu non habet locum conſtitutio curiæ Perpiniani edita ſuper obtinentibus remiſſionem huiuſmodi, ne infra tempus audeant morari in loco vbi defunctus morabatur; & ita declarauit Rex Petrus Tertius ſuper facto Giſperti Carrera, cum prouiſione ſua manu ſua, & ſui Cancellarij Romani ſigillata. Data Barcinonæ 10. die Octobris. Anno à Natiuitate Domini 1386. ¶ Sequitur in textu, *etiam me-*
21 *diante perſona filij ſui.* Nota, † quod nedum iſti occiſores prohibentur occiſis ſuccedere ex perſona propria: ſed etiam perſona filij, & ſupple, *maxime filij*, quia etiam ex perſona alterius cuiuſcumque per verbum *etiam*, hic poſitum, quod tenetur ampliatiue, & per argumentum à maiori: quia ſi ex perſona filij non permittitur ſuccedere; minus etiam poterit ex perſona alterius,

& va-

22 & valet † argumentum à maiori negatiue: vt *extra. de elec. cap. cum in cunctis.* & *ff. de ſenatoribus.*

23 *l. qui indignus.* Imo † forte talis filius, ſi non eſſet emancipatus, non habebit bona materna in vita patris, ne ſibi adquiratur vſusfructus: quia punitur quandoque filius ex delicto patris. Sed credo verius, quod in iſtis bonis maternis habebitur filius pro emancipato: facit *authen. excipitur etiam. C. de bonis quæ liberis.* & quæ ibi notãtur. Et ſi erat impubes, dabitur curator iſtis bonis: arg. in *authen. vt liceat matri & auæ. colla. 8.* & *ff. de tu. & cu. da. ab ijs. l. ſcire oportet.* §. 1. Sed eſt optima cautela, quod pater emancipet filium: de quo vide latius per *Angelum in l. adoptiuum.* §. *patroni. ff. de in ius vo.* Et ſic nota caſum, in quo filiusfamilias habetur pro emancipato ſicut in caſtrenſi peculio, vel quaſi: ſic etiam in clerico quo ad beneficia, & alia ſpiritualia: vt *extra. de iudi. cap. ſi annũ.* & ibi nota *lib. 6.* ¶ Sequitur in textu, *caſibus de iure litis*, ſubaudi, in caſu defenſionis, mortem aliter vitare non valens: vt *extra. de homicidio. cap. ſi*

24 *fortuitus. in Cle.* vel † quia reperijt eam in adulterio thorum proprium mariti violantem cum ribaldo. *l. Gracchus. C. de adulterijs.* quia iſte eſt caſus licitus ſaltem de dicta conſuetudine, & in foro ſeculari, in quo habet locum præſens conſtitutio. Vel quia ipſa vxor transfugerat ad hoſtes: & veniebat pugnando proditionaliter cõtra patriam, quo caſu etiam licitum eſt occidere patrem: vt *l. minime. ff. de religioſis.* vide *Bal. ff. ad legem Aquil. l. quemadmodum.* §. *ſi nanis alteram.* pu-

25 gnando † enim pro patria Deus colitur: vt 23. *q. 4. cap. ſi non ex fidei merito.* adde in *comme. Petri*

26 *Alberti. cap. Si quis? Baro.* Scias † tamen, quod maritus bonam vxorem ſuam infirmam debet curare & ei adhibere fidelem, & expertum medicum: alias præſumeretur culpa ſua deceſſiſſe: vt eſt *glo.* aurea, quam notat *Bal.* in alleg. §. *ſi vir vxorem. l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolu. matrim.* Item nota,

27 quod † qui occidit filium ſororis ſuæ, tamen ſuccedit ipſi ſorori ab inteſtato: ſed auferretur ei hæreditas per fiſcum tanquam indigno: quod ſecus eſt in lucro pacti, quod habet in ſe tacitam conditionem: quod vide latius per *Bal. in l. codicillis.* §. *matre, & vxore. ff. de legatis ſecundo.* ¶ Vl-

28 timo † nota, quod ſi hæres ſcriptus interficiat teſtatorem, non perdit ſucceſſionem ipſo iure. Secus eſt in pacto lucrandæ dotis per mortem: quia intelligitur dolus exceptus ſecundum *Bal.* quem vide *ff. familiæ erciſc. l. uas conſequemur.* §. *Sed an infamet.* Sed credo quod à tali occiſore tanquã ab indigno ſit defuncti hæreditas auferenda.

De taxatione ſcripturarum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio ſcripturarum. remiſſiue.*

SVb pœna priuationis. &c. Hoc capitulum man-

1 dat † exequi *cap. ordinamus & ſtatuimus, quod Baiulus Cathaloniæ Generalis*, &c. ſupra in *curia Cernariæ*: vide quæ ibi dixi. Loquitur enim de taxatione ſcripturarum, & ſalariorum notariorum, de quibus habes infra *eod. c. notarij, ſeu ſcriptores*; & ibidicam.

De portarijs, azemilarijs, & ſuperazemilarijs. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Portarij, azemilarij, & ſuperazemilarij pro executione exeuntes pro dieta vltra quinque ſolidos recipere nequeunt ſub pœna priuationis.*

2 *Animalia ab inuito capi non poſſunt pro equitatura niſi pro ſeruitio Regis & Reginæ, & Regiorum officialium. idem num. 3.*

4 *Salaria iudicum, qui ante tempus completum moriuntur, an debeantur hæredibus. remiſſiue.*

5 *Sagiones valentes capere animal producendo condemnatum ad ſupplicium, ſi dimittunt illud recipiendo pecuniam pro eo puniuntur.*

6 *Actio ciuilis datur parti ad intereſſe ex quocumque delicto, ex quo agi poteſt criminaliter.*

7 *Statutum non dicitur extendi in omnino ſimilibus, quia tacite inſunt.*

8 *Summarie an ſit agendum pro debito fiſcali.*

9 *Clauſula* ſummarie & de plano *tollit ea quæ ſunt de ordine iudiciario.*

10 *Litis conteſtatio quæ.*

11 *Reſponſio rei facta* non animo litem conteſtandi, *non inducit litis conteſtationem: & eſt optima cautela.*

12 *Iudex præcipere poteſt parti, quod pure litem conteſtetur; & ratione contumaciæ procedere poterit ad primum & ſecundum decretum.*

13 *Iuramentum calumniæ petitum prætermitti non poteſt, alias proceſſus eſſet nullus.*

14 *Statutum vel conſuetudo diſponens non eſſe neceſſariũ iuramentum de calumnia, non valet.*

15 *Iuramentum de calumnia in cauſis ſummarijs habet etiam locum.*

16 *Cauſa ſummaria quando dicatur. remiſſiue.*

17 *Iudex vbi poteſt procedere ſummarie, poteſt etiam, ſi vult, procedere ordinarie.*

18 *Caſus in quibus procedi poteſt ſummarie. remiſſiue.*

19 *Summarium iudicium ſumitur multis modis.*

20 *Iudex in cauſis ſummarijs poteſt remittere dilationes.*

21 *Cauſæ vbi tractantur ſummarie, tunc procedituꝝ vel leuato ſine libello.*

22 *Officiales in caſibus aliquibus non poſſunt remittere pœnas, vt hic.*

23 *Domeſtici qui ſint, traditur.*

24 *Familiares qui, & familiaritas quot modis ſumatur. remiſſiue.*

POrtarij vel azemilarij, &c. Caſus. Portarij, azemilarij, † & ſuperazemilarij domini Regis, & eorum locatenentes, exeuntes pro executione, vel alias, nequeunt inter ſalarium & ſumptus pro dieta vltra quinq. ſolidos recipere vel habere; contrafacientes ſunt officijs ipſo iure priuati: vt in *cap. ad reprimendum auaritiam. in curia Cernariæ.* quod hic confirmatur, & nihilominus notam infamiæ cum pœna centum morabatinorum auri pro qualibet vice incurrunt. Cuius pœnæ executionem faciũt ordinarij locorum, domino

Rege

Rege inde abſente procedentes ſummarie, de plano, & ſine figura iudicij: de quibus pœnis ipſi ordinarij emiſsionem facere non poſſunt. Animalia † tamen, quæ quis non tenet pro propria equitatura: vel quæ furnis, & molendinis non deſeruiunt: recipi poſſunt pro ſeruitio ſereniſsimorum domunorum Regis, Reginæ, & filiorum ipſorum, & etiam pro ſecretarijs, & alijs notarijs, ſeu ſcriptoribus, pro negotijs Regijs accedẽtibus. Vltimo mandat hanc conſtitutionem fideliter obſeruari. Hoc dicit. Nota † quod animalia pro propria equitatura non debent capi ab inuito, cuius contrarium ſæpe fit, ſed male: adde quæ ſcripſi in dicto *cap. ad reprimendum.* vbi optime prouidetur contra illos qui recipiunt pecuniam pro animalibus; quæ ire permittunt: quia tenentur exacta reſtituere in duplum. De ſalarijs † iudicum, & officialium, qui ante completum tempus moriuntur, an hæredibus debeãtur, & quid ſit ſoldada ſiue ſolidata, & quid iuris de ea, vide per *Bal. in fen. tit. quis dicatur Dux, Marchio, & Comes. cap. vno.* ¶ Sed † quæro an ſagiones, qui volentes capere animal producendo condemnatum ad ſuſpendium, recipiunt pecunias ab alijs, quibus animalia capta dimittunt, & ſic multos reſcatare faciunt, debeant puniri pœna hic cõtenta? Videtur quod ſic, quia vtrobiq. eſt par ratio, & vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem ius: vt *extra. de reſcriptis. cap. inter cæteras.* cum ſuis concordan. In contrarium videtur, quia iſta conſtitutio eſt pœnalis & odioſa, & ſic reſtringenda: *extra. de reg. iur. cap. odia, lib. 6.* arg. *l. interpretatione. ff. de pœnis.* & hanc partem credo veram, & tales vocantur parſipi, & debent puniri, vt legitur & notatur *C. de curſu pu. l. parſipum. lib. 12.* vide ibi *Ioannem de Platea*, quia hæc conſtitutio non eſt extendenda, virtute ipſius tamen tales ſagiones tenentur crimine concuſſionis, & lege repetundarum: de quo dic vt notatur ſupra in *curia Ceruariæ. c. inſuper confirmantes conſtitutionem*, &c. Nota quod † ex quocumque delicto, ex quo poteſt agi criminaliter, datur actio ciuilis parti ad intereſſe. *l. quidquam.* & ibi nota *ff. proſocio.* ita tenet *Matthæus de Mataſalanis in ſuo 124. notabili.* Sed † vbi eſt omnino ſimilitudo, non dicitur ſtatutum extendi, quia ineſt tacite ſecundum *glo. extra. de tempore ordi. cap. 1. lib. 6.* in *gloſ. quod ergo.* Sed † an pro debito fiſcali ſit agendũ ſummarie, vide *Cur. in l. ſi aliquam. §. curatores. ff. de offi. proconſu.* & nota ſupra in *curia Perpiniani. cap. vlterius.* Tamen in caſu huius capituli agitur ſummarie, vt hic vides. ¶ Sequitur in tex. *ſummarie, & de plano, & ſine figura iudicij.* Per † hæc verba, quæ ſæpius in iſtis conſtitutionibus apponuntur: vt ſupra *ead. cap. cauſæ.* cum alijs multis, tolluntur ea quæ ſunt de ordine iuris ciuilis: vt quia non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, & alia, de quibus in *Cle. ſæpe. de verb. ſign.* & quæ notat *Bar. in extrauag. ad reprimendum.* ſuper verbo, *figura iudicij.* Vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. cap. cauſæ*, ſuper verbo *ſine ſtrepitu.* ¶ Eſt † autem litis conteſtatio, fundamẽtum iudicij per petitionem in iure propoſitam, & congruam reſponſionem ſequutam animo conteſtandi litẽ factam; quo omiſſo ſi in figura iudicij procedatur, vexantur inanibus laboribus, & expenſis litigãtes, ſecundũ *Hoſt.* & *Ioan. And.* & *Henr. Boich*, qui ita notat *extra. de litis conteſtatione. cap. olim in 1. di.* ¶ Vnde † eſt cautela, quod quando reus reſpõdet adijciat, illa verba, *non animo litem conteſtandi.* nam tunc per reſponſionem talem nunquam inducitur litis conteſtatio, ex quo ipſe in hoc non conſentit. nota *gloſ. in l. 1. C. de litis conteſtatione.* quod tenent *Doct.* communiter. Iudex † tamen debet ei mandare, quod pure litem conteſtetur: & ſi ille recuſet, non poterit pronunciare litem haberi pro conteſtata. Sed ratione contumaciæ procedat ad primum, & ſecundum decretum: vt notant *glo.* & *Bar. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex.* vbi dicit *Bar.* quod illa *glo.* facit verecundiam doctoribus iuuenibus ſecundũ *Matthæum de Mataſalanis*, qui ita notat in 64. *notabili.* ¶ Item nota † aliam cautelam, quod reus in aliqua parte ſuarum exceptionum petat iurari de calumnia: quoniam ex quo fuerit petitum, non poteſt prætermitti: & ſi contra fiat, proceſſus eſt nullus. *l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iur. am. ca.* & *eod. tit. cap. 1. lib. 6.* ¶ Et ẽconuerſo actor ſit cautus: vt propter vitandum hoc periculum præſtet motu proprio iuramentum de calumnia. ¶ Item † nota, quod non valet conſuetudo vel ſtatutum diſponens, quod non ſit neceſſe præſtari iuramentũ de calumnia: vt in *cap. conſtituta. de fideiuſſo.* & in *cap. ſæpe. de iuramen. ca.* vnde non obſtante tali conſuetudine vel ſtatuto, proceſſus eſt nullus. Sed Barcinonę eſt priuilegium in contrarium, quod forte non valet, quia eſt contra *vſat. quoniã ex quæſtione.* & conſtitut. Regis Iacobi, quibus ſtatuitur iuramentum cauſæ debere præſtari: & cõſuetudo & ſtatutum in contrariuni tanquam irrationabile non debet valere: Tamen Barcinonę ſerua, priuilegium ſi non vis ibi â ciuibus increpari. Sed ego credo tale priuilegium non valere, præſertim cum fraudis & peccati inductiuũ ſeu nutritiuum exiſtat: nec poſsit tale iuramentum remitti expreſſe, nec valet conſuetudo: *extra. de iuram. cal. cap. cæterum ipſo iure.* ſi hoc iuramentum fuit petitum, & non præſtitum. Et † hoc habet locum etiam in cauſis ſummarijs, in quibus non proceditur in figura iudicij: vt in *Cle. ſæpe.* præalleg. & nota *Bar.* in dicta *extrauag.* & hoc tenet *Matthæus in 66. notabili.* ¶ Quando † dicatur cauſa ſummaria, vide *Butr. Bar.* & *Iacob. de Arena in l. iudices. C. de iuds.* & vide *Bal. ff. ſoluto matri. l. 1.* ſuper verbo *inſtantia.* vbi nota quod quatuor modis dicitur cauſa ſummaria. Et nota † quod de iure communi, vbi iudex poſsit procedere ſummarie, etiam ſi vult poteſt procedere ordinarie: vt in *Cle. diſpendioſam. de iuds.* & notat *Bal. in l. non quidquid. ff. de iudicijs.* Sed in iſtis conſtitutionibus

nibus iuratis credo quod iudex cogatur eas ſeruare ad litteram, procedendo ſummarie, & de
18 plano, &c. vt in littera continetur. Caſus † in quibus poteſt procedi ſummarie, enumerat *gloſ. in l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibendum*. Summa-
19 rium iudicium ſumitur multis modis, ſecundum *Iacob. Butrium in l. 1. ff. ad exhibendum*. ¶ Iudex
20 in † cauſis ſummarijs poteſt remittere dilationes dilatorias. *ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam.*
21 & dixi ſupra *eod. cap. cauſæ*. ¶ Quando † cauſæ tractantur ſummarie, tunc proceditur velo leuato: vt *l. de ſubmerſis. C. de naufragijs. lib. 10.* & ibi nota, quod nõ exigitur libellus, ſed ſufficit quædam petitio vel interpellatio: vide *Ant. de Butr. extra. de iudic. cap. vno.* & adde quæ dixi ſupra *eod. in cap. cauſa.* ſuper verbo *ſine ſtrepitu & figura iudicij*. ¶ Sequitur in textu, *gratiam facere non poſſunt*.
22 Nota hic caſum, in quo † officiales non poſſunt remittere pœnam. Idem habes in conſtitutione domini Ferdinandi, quæ de clandeſtinis ſponſalibus loquitur: *cap. comfer. o contraure*, &c. vide quæ ibi dicam: & adde quæ dixi ſupra *eod. curia cap. quæ verba nefandiſſima*, ſuper verbo *abſq. ſpe ve-*
23 *ræ*. ¶ Sequitur in textu, *domeſticis*. domeſticus † dicitur, ideſt, in domo mea ſtans. *C. de proba. l. inſtrumenta*. vide *Butrium*, & *Cinum in l. etiam. C. de teſt.* Item domeſtici dicuntur cancellarij iudicũ, & alij officiales. *C. de aſſeſſoribus. l. & cancellarios. §. compiliarios.* Domeſticæ perſonę etiam dicuntur ſerui, coloni, ſcriptitij, familiares, & liberti. *C. de his qui ad Eccleſias confugiunt. l. 1.* vide *Bar.* in dicta *l. Eccleſia*. Item pater & mater, filij, & filiæ & eadem poteſtate exiſtentes, vt hic præmiſit: vt eſt tex. *ff. quod cuiuſq. vniuerſi. d. illud.* & *l. ſe.* adde notata *ff. locati. l. ſi quis inſulam. §. ſi*. Vide *glo.* & *Bar. in l. 1. ff. ad Silla.* in prin. Item vide & adde quæ dicam infra *eod. cap. officiales noſtri.* ſuper verbo,
24 *de domeſticis*. Sed † qui dicantur familiares, & quot modis ſumatur familiaritas, & de eius effectu, dic late per *Bal. in l. 1. C. de Epiſcopis & cle.* & per canonicas conſtitut. in *cap. ſicut. extranag. de verb. ſign. lib. 6.* & vide quæ ſcripſi in *curia domine Mariæ cap. La ſuperfluitat dels alguatzirs.*

De profeſſoribus, iuriſperitis, & medicis.

Cap. XVII.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis, aſſeſſoris, & aduocati officium gerere quis non poteſt in ciuitatibus & villis Perpiniani, Ceruariæ, Podyceritaniæ, & Villafranchæ Pœniten. niſi ſit doctor ſeu approbatus. idem eſt in medicis.*

2 *Quatuor ſeruanda per aduocatum, & tria per clientulum traduntur.*

3 *Aduocatus non tenetur de iniuria, quamuis contenta in accuſatione non probentur. declaratur nu. 4.*

5 *Cathalonia dici poteſt* decapolis, *quia in ea ſunt decem ciuitates.*

6 *Epiſcopalis dignitas debet eſſe in ciuitatibus populoſis.*

7 *Ciuitas an poſſit eſſe ſine Epiſcopo.*

8 *Ciuitas, villa, vicus vel caſtrum an ſint vniuerſitates approbata. remiſſiue.*

9 *Ciuis non dicitur qui eſt de vico ciuitatis.*

10 *Ciuis efficitur quem ciuitas permittit tractari vt ciuẽ.*

11 *Ciuis quot modis efficiatur. remiſſiue.*

12 *Oppidũ, municipium, ciuitas, caſtrum, pagus, & vicus, quid remiſſiue.*

13 *Doctor dicitur ſcriptor.*

14 *Doctorum memoria conſeruatur per ſcripturam.*

15 *Doctor ſegregari debet à conuerſatione vulgarium.*

16 *Doctores debent præcedere milities. quod male ſeruatur. idem nu. 25.*

17 *Honor eſt pramium proprij meriti & virtutis.*

18 *Iudices de iure communi eſſe poſſunt illiterati habentes diſcretionem, & peritiam cauſarum.*

19 *Doctorum ordo in Eccleſia Dei eſt quaſi præcipuus.*

20 *Doctores quæ nomina habeant. remiſſiue.*

21 *Medicus nouus eſt homicida pereuntium, & aduocatus nouellus confuſor litium.*

22 *Aduocati officium eſt periculoſius ceteris.*

23 *Doctores an ſint præferendi ſcholaribus traditur ſub diſtinctione.*

24 *Regnum Dei adquiritur non in ſublimitate gradnum, ſed in amplitudine charitatis.*

26 *Aduocatus approbatus in vno loco non debet iterũ approbari in alio loco, ſi in eo velit commorari. & ibidẽ aduocatus approbatus qui.*

27 *Aduocato an debeatur promiſſum in caſu victoriæ, caſu quo cliens obtineat non per ſententiam, ſed tantũ per tranſactionem.*

28 *Aduocatus ſemel approbatus an poſſit reprobari.*

29 *Officiũ dicitur quo quis artẽ exercens quotidie vtitur.*

30 *Patrocinium prohibitum præſtans punitur.*

31 *Aſſeſſoris materia. remiſſiue.*

32 *Aſſeſſor & iudex differunt.*

33 *Cõſtitutio reſpicit futura & non præterita, niſi de præteritis caueatur, & ligat poſt duos menſes.*

34 *Aduocati an teneãtur clientulis vel aduerſarijs, quos damnificarunt ex mala aduocatione.*

35 *Pertinacia quid. remiſſiue.*

36 *Pertinax dicitur ſuperbus.*

37 *Aduocatorum officium periculoſum eſt.*

38 *Inſtans ſequeſtrari vel pignorari rem iniuſte, tenetur in ſubſidiũ parti actione de dolo, ſi res perdatur.*

39 *Aduocatus tenetur de infidelitate, negligentia, vel imprudentia. intellige vt nu. 40.*

41 *Aduocatus reſtituere tenetur quod vltra iuſtum ſalarium indebite extorſit.*

42 *Diuiſionem recipiunt labor & pecunia.*

43 *Aduocatus ſi eſt in culpa, ex quo non eſt idoneus ad aduocandum, an teneatur parti.*

44 *Aduocare qui prohibeantur. remiſſiue.*

45 *Aduocari non poteſt pro famoſo latrone. idem pro delato de crimine læſæ maieſtatis, vel hæreſis. intellige num. 46.*

47 *Iudex an & quando teneatur dare aduocatum, & cuius expenſis. nu. 48.*

49 *Aduocare cauſas pauperum ad opus miſericordiæ ſpectat.*

50 *Iudex compellere poteſt ſubditum, vt det ſibi conſilium.*

51 *Aduocato qua obijci poſſint. remiſſiue.*

Iuriſ-

52 *Iurisperitus compelli poteſt ad dandum conſilium, ſatisfactus de ſalario.*
53 *Salarium aduocati quo iure petatur.*
54 *Aduocandi modus quis ſit.*
55 *Aduocato defendenti cauſam iuſtam licet occultare, ſine prudenter tacere ea, quibus poſſet impediri proceſſus: non autem licet ei vti aliqua falſitate.*
56 *Subſtrahens aduocatum aduerſario præſumitur iniuſtam cauſam habere.*
57 *Aduocati dicuntur clariſſimi.*
58 *Aduocatis impoſs quandoque eueniunt propter eorum peccata, vt ſiant muti, vel ſurdi.*
59 *Salarium quale recipere poteſt aduocatus.*
60 *Gradus ille cæteros antecellit, quem prolixior labor & ſtipendia longa fecerint ameire.*
61 *Aduocatum habens gratis an poterit computare eius ſalarium in expenſis.*
62 *De quota litis aduocato paciſci non licet. intellige vt num. 63.*
64 *Patrocinari nullus cogitur amico, vel contra amicum.*
65 *Conſtitutiones vel ſtatuta laicorum an ligent clericos. remiſſiue.*
66 *Aduocato, cui per vnam partem fuerunt pandita ſecreta cauſæ, non poteſt aduerſario patrocinari in illa cauſa.*
67 *Aduocatus in vna cauſa non poteſt eſſe iudex in eadem.*
68 *Aduocatus eſt amicus ſui clientuli, cui patrocinatur in cauſa.*
69 *Aduocationis officium exercere non poteſt quis, niſi ſtuduerit tempore quinque annorum. intellige vt num. 70.*
71 *Annus dicitur multipliciter.*
72 *Annus naturalis conſtat 12. menſibus.*
73 *Præſumitur magis pro eo, qui ſtuduit in generali ſtudio.*
74 *Studens in caſtro ſeu loco, in quo non eſt generale ſtudium, non gaudet priuilegio ſtudij.*
75 *Studentes in Theologia debent eſſe promoti per ſeptennium; ſed in iure canonico per quinquennium.*
76 *Aduocatum excuſat bona fides, ſi credit cauſam eſſe iuſtam, quam fouet, licet in veritate ſit iniuſta.*
77 *Ius canonicum præfertur ciuili.*
78 *Ad arbitrium boni recurritur deficientibus vſaticis, conſtitutionibus, & alijs iuribus patriæ.*
79 *Ius tribus modis ſumitur.*
80 *Cæcus ſi cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.*
81 *Aduocatorum examinatio an poſsit fieri ſine præſentia officialis. idem num. 82.*
83 *Officiales, quamuis laici, habent peritiam iuris.*
84 *Aduocatum habere libros ordinarios iuris probatur per exhibitionem eorum, vel per teſtes. & nunquid ſufficiat proprium iuramentum, nu. 85.*
86 *Probatio plena vel ſemiplena quæ dicatur. remiſſiue.*
87 *Clericus abſque libris hauriat aquam cribris.*
88 *Libri peritorum ſicut & libri aduocatorum pignorari nequeunt.*
89 *Arma militum pignorari non poſſunt, nec veniunt ſub generali donatione.*
90 *Acceſſorij & principalis idem eſt iudicium.*
91 *Libri ordinarij iuris canonici quatuor.*
92 *Pœna ſimpliciter impoſita applicatur fiſco.*
93 *Pœna in dubio applicatur fiſco.*
94 *Conſtitutio* aſſats es coſa ridiculoſa, *declaratur.*
95 *Infirmus quærit medicum ſcientem curare, & non garrulantem.*
96 *Notariorum examinatio, remiſſiue.*
97 *Notary debent habere libros artis notariæ, quod male ſeruatur nu. 98.*
99 *Spurius vel naturalis filius non poteſt eſſe tabellio. Ex diſpenſatione tamen prob dolor contrarium ſeruatur nu. 100.*

1 *IN ciuitatibus.* Caſus. In † ciuitatibus Cathaloniæ & villis Perpiniani, Ceruariæ, Podijceritani, & Villæfranchæ Pœniten. prohibetur quilibet, qui nõ ſit Doctor, vel approbatus, gerere officiũ aſſeſſoris, iudicis, & aduocati, niſi prius iurauerit ſe in generali ſtudio per quinquenniũ audiuiſſe ius canonicum vel ciuile, & fuerit examinatus per duos iuriſperitos, aut per vnum in præſentia officialis, & iurauerit, vel alias fidem fecerit, quod penes ſe habeat libros ordinarios illius iuris, quod audiuerit: alias contrafaciens pœnam quinquaginta morabatinorum auri cum priuatione officij per biennium incurrit. Hoc primo dicit vſque ad §. *Et idem ſub dicta pœna.* Secundo ſtatuit idem debere ſeruari in medicis, & phyſicis Chriſtianis. In quibus tamen ſufficit per triennium audiuiſſe in ſtudio generali libros ordinarios ſcientiæ medicinæ. Hoc ſecundo vſque ad §. *Iudæi autem.* Tertio hic dicit, quod Iudæi aut Sarraceni medici examinari habent per medicos eiuſdem legis vel ſectæ; vno tamen medico adhibito Chriſtiano: ita tamen, ꝙ ſi non fuerint ibi medici eiuſdem legis vel ſectæ, habeant examinari per duos medicos Chriſtianos. Hoc tertio vſque ad §. *Quæ examinatione habita*: hic eſt quarta pars & vltima, in qua generaliter dicit, quod facta per modum prædictum de iuriſperitis, & medicis examinatione, ſi reperti fuerint ſufficientes, habent publice iurare, quod bene & legaliter ſe habebunt in practica, antequam ad ipſam practicam admittantur. Hoc dicit vſque ad finem huius capituli: qui male tamen per omnia obſeruatur. De hac materia habes ſupra *colla. 3. cap. 18. Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliquis iuriſperitus.* vi- & adde quæ dixi ibi, & in *cap. ſequenti.* Et de eodem tractatur ſupra *eod. colla. 6. in curia Cernaria. cap. confirmantes inſuper.* quod cap. hic declaratur, & in omnibus iſtis conſtitutionibus additur per curiam ſereniſſimę dominæ Mariæ: infra *colt. 9. c. aſſats es coſa ridiculoſa.* quod quilibet iuriſperitus antequã vtatur officijs aſſidendi vel aduocandi in Principatu Cathaloniæ, habeat ſine fraude vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones & capitula curiarum Cathaloniæ, ſecundũ quos,

quas, & quæ præ ceteris iuribus iudicari oportet in Cathalonia. Et licet fuerit sufficiẽter hæc materia deducta in dictis *cap. Item ordinamus & statuimus, quod aliquis iurisperitus.* & c. *cõfirmãtes in fine.* tamen quia sæpe eis abutitur, & pericula Reipublicę in his verruntur, valde expedit materiã lucidius declarare. Et nota, quod † quatuor 2 sunt quæ ab aduocato seruari congruum est, scilicet, aduersariũ patienter audire, audita peruigili mente discutere, & ad discussa congrua responsa dare, & obiecta pro parte sua allegando cõcludere. Et tria sunt per clientulum seruanda, scilicet, in proponendo humilitas, in litigando cu- 3 ralitas, & in expensis largitas. Pone: † aduocatus querelatoris in scedula accusationis vel querelę scripsit Titium occidisse Seium, vel aliquid iniuriosum, q̃ probari non potuit: quæro, an ipse aduocatus teneatur de iniuria vel dampnis parti querelatæ? Respondeo quod non, quia aduocatus non accusat: vt *ff. de operis libertorum. l. qui cum matre.* & *accusasse.* Et † hoc verum, nisi probetur 4 quod aduocatus dolose, vel calumniose versatus fuerit forte in odium querelati: adde quæ dicam infernus. Vnde expone litteram textus. ¶ *In ciuitatibus*, subaudi Cathaloniæ, videlic. et Barcinonę, Illerdę, Gerundę, Vici, Dertusæ, Elnæ, & Vrgellæ, & Terraconæ, quæ est metropolis, & etiã 5 Minoricæ, & Balaguerni. Cathalonia † potest dici decapolis, quia in ea sunt decem ciuitates. Sed 6 in his duabus vltimis non est dignitas † Episcopalis, quæ tamen debet esse in ciuitatibus populosis: *extra. de priuilegijs. c. Episcopalia.* ¶ Habes ergo hic notabile, quod in omnibus prędictis ciuitatibus habetur copia peritorum, ergo in eis poterit fieri commissio causarum ex causa perhorrescentię, iuxta constitutionem domini Ferdinãdi, *cap. ne dũ ex beneficio. §. & ne inde nascantur.* Itẽ in eis poterit cognosci de causis per Sedẽ Apostolicam delegatis: iuxta *c. statutum. extra. de rescriptis. lib. 6.* & idem est de villis Perpiniani, & alijs hic nominatis, vt littera dicit, & experientia claret: quia istæ sunt villæ populosæ, & insignes, in quibus reperitur copia peritorum. adde quæ scripsi super dicto §. *Et ne inde nascantur.* ¶ Sed quæ- 7 ro, † an ciuitas possit esse sine Episcopo? *Bal.* tenet quod non, in *l. omnes. ff. de offi. procons. finitis.* vide 8 ibi. Facit prędicta *c. Episcopalis.* ¶ Ciuitas, † villa, vicus, vel castrum, an omnes sint vniuersitates approbatæ. & quid de burgo, & in quo differãt inuicem, vide *ff. de legatis primo. l. si hæres. §. vias.* vide *Godofr. in l. leg. in Ecclesijs. C. de Episcopis, & cle.* Nota hic contra Gerunden. qui habent vt ciues, multos, qui non sunt de ciuitate, sed de parrochijs extra ciuitatem natos, & continue morantes, vt est Nastruc de Camploch: en Garuau de Fornells, & similes. ¶ Et nota † quod non dicitur 9 ciuis qui est de vico. *C. de natural. lib. l. 3.* & ibi 10 *Bart.* Sed si ciuitas † permittit aliquem tractare vt ciuem, efficitur ciuis: *ff. de verbo. obl. g. l. quidam cum filium.* vide ibi *Bar. in vltima quæst.* Sed ciuitatis appellatione non comprehenditur rus, & impium est relinquere ciuitatẽ, & habitare rus: vt *C. si curialis relicta ciuitate rus habitare voluerit.* 11 *l. 2. lib. 10.* Quot † modis efficiatur ciuis, vide 12 *l. omnes. C. de incolis. lib. 10.* Et † quid sit oppidum, municipium, ciuitas, castrum, pagus, vicus, vide *Gui. in Rosario. 23. quæst. 3. cap. in qualibet fuit lex, quæ hodie non habetur in C. nostro.* dic latius in *vsus. Castrum* per *Gui. de Aren.* ¶ Sequitur in tex. 13 *Doctor.* Nota quod doctor † dicitur scriptor. *ff. de offi. præfect. præto. l. 2.* sicut ego, qui multum scribo, & ideo in Euangelio dicuntur Scribæ, & Pharisæi, quia legisperiti declarando leges ha- 14 bent multum scribere, quia † per scripturam conseruatur memoria doctorum. vt *l. 2. §. post hos. ff. de ori. iur.* Sed in Euangelio scriba dicitur â notitia scripturarum, non autem ab officio scribendi, secundum *glos.* super *Matthæum 23. cap.* ibi, 15 *Sederunt Scribæ & Pharisæi.* Item nota quod † doctor debet esse segregatus à conuersatione vulgarium: *l. 1. C. de Iudæis. vr. Romæ, lib. 11.* quod male hodie seruamus; & ideo merito minus reputa- 16 mur: quia cum † doctores & scientifici deberent præcedere vulgares in honoribus, forte & etiam milites, quia scientia præfertur viribus & diuitijs: vt *extra. de præben. cap. de multa. §. circa sublimes & litteratas personas,* in antiquis. & *de offi. delegati. cap. 2. lib. 6.* cum similibus. tamen videmus, quod nostri ciues illiterati, & multi etiã grossi & inexperti & etiam pauperes, ex eo solo præferuntur, quod trahunt originem â parentibus honorabilioribus, & ita totum honorem sibi vsurpant ex personis & meritis suorum parentum defunctorum, cum in seipsis & proprijs personis nil proprij meriti reperiantur habere, parum consi- 17 derantes, quod honor † est præmium proprij meriti & virtutis; & is gradus debet antecellere, quem labor prolixius fecerit anteire: vt *C. de officio magistri. l. nemo.* Et ait Salomon: *Melior est sapientia quam vires, & vir prudens magis quam fortis. Sapientiæ cap. 5.* in fin. & *Ecclesiastes cap. 9.* in fin. & ibi etiam dicit, *Melior est sapientia quam arma belli.* &, *Quo modo ergo sapientia pauperis contempta est,* &c. vide ibi, & contẽplare ad idem primo Machabæorum cap. 2. circa finem, ibi, *Ecce Si-* 18 *mon.* Sed † tamen de iure communi illiterati habentes discretionem & peritiam cautarum, possunt esse iudices: vt *C. de iudi. l. certi,* quod dic vt notat *Gui. in prima parte Spe. tit. de delegato. §. excipi potest. versic. Item quod est illiteratus, & imperitus,* &c. vide & adde quæ dixi *ead. cap. iuxta.* 19 in §. *adijcientes.* ¶ Et nota † quod ordo doctorum in Ecclesia Dei quasi præcipuus est: *extra. de hæreticis. cap. cum ex iniuncto.* Et decem quæ requiruntur in Doctore, & nomina quæ habet, & decem priuilegia quibus gaudet, vide per *Doct. in Salut. primi li. Decretalium.* Nota quod clamat *Angelus*, dicens, Nunquam confidas in 20 medico nouo, quia † est homicida pereuntium; neq. in aduocato nouello, quia est confu-

sor

ſo: litlū, pro quo allegat *glo. in l. cū ea. C. de tranſact.* vide *Ioan. de Anania ſuper rubrica de delictis puerorum.* Item nota *Hoſtien. in Summa de pœ. & remi.*

22 §. *addito.* quod † officium aduocationis eſt periculoſius quam cætera officia: & ideo dicit, quod quandoque aduocati amittunt auditū & loquelam: vide *glo.* & *Dotl. inſti. qui. non eſt permi. fa. teſtamentum.* §. *nam & mutus.* ſuper verbo *amittunt.*

23 ¶ Et vtrum † Doctores ſint ſcholaribus præferendi, nota in 6. lib. Decre. per Doct. ſuper quo breuiter dic, quod aut ipſi Doctores ſunt inſufficientes ad ſcientiam miniſtrandam; & tunc non ſunt prouectis ſcholaribus præponendi, ſed potius poſtponendi, vt notat *glo. de anno. ciuil. l. 1. li.* 11. & probatur *l. 9. 1. c. vil ſumus.* vbi dicitur, q̄ viliſſimus cōputandus eſt niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior. Fallit in antiquis & veteranis honorarie remiſſis. Aut ipſi Doctores ſunt ſufficientes ad ſcientiam miniſtrandam; ſed ſunt alias criminoſi, & tales non ſunt præferendi, quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobat: vt 23. *q. 4. c. ſint*

24 *excellentiam*, & non † in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis adquiritur regnū Dei. *extra. de tẽpore ordi. cap. ad aures.* Aut non ſunt criminoſi, nec alias infames, & tunc tales cæteris paribus ſunt ſcholaribus præferendi. 61. *di. quid proderit. & de maio. & obe. cap. ſtatuimus.* quod vide latius per *Henr. Boich in proœ. Gregorij in 1. di.* Et

25 quod † doctor ſit præferendus militi, eſt tex. in *l. ſi duos.* & *l. ſed reprobari. ff. de excu. tu.* ſecundum *Bal.* ¶ Sequitur in tex. *vel approbatus.* dic, ideſt licentiatus, quia ante licentiaturam examinatur ſecrete vel dic, *approbatus*, vt quia iam vel alibi præſtiterat huiuſmodi iuramentum, & examen,

26 de quo ſtatim ſubijcit. Nam ſi ſemel † fuit in aliquo loco, puta Barcinonæ, hoc modo approbatus, non oportebit ſe Gerundę, vel in alio loco huiuſmodi iubire examen. Vel dic, forte *approbatus*, ſi ſaltem quod conſtet ipſum fore baccalaureum, & chartam oſtendat, per quam appareat ipſum debito tempore in ſtudio generali ſtuduiſſe, & de eius ſufficientia habeat laudabile teſtimonium: quod prædixi, verius credo, quia ſæpe in ſtudijs etiam idiotis chartæ baccalaureatus conceduntur: & forſan de rigore harum cōſtitutionum omnes niſi doctores vel alias legitime approbati, tenentur ſubire examen harum conſtitutionum: de facto tamen quilibet iuriſperitus admittitur, & quod peius eſt, etiam omnino imperiti, & de facto non puniuntur, licet ſcedulas faciendo, & alias contra formam harum conſtitutionum præſumpſerint aduocare, & etiam iudicis officium notorie exercere. Po-

27 ne; † cliens promiſit centum aduocato ſi in cauſa vinceret; poſtea facta eſt tranſactio, & obtinuit; an debet aduocatus habere cētū? *Glo. in l. cū conuenerjia. ff. proſocio*, videtur tenere quod ſic: & idem *Gui. ae Cug.* quia actus æquipollens interceſſit: nam cum per eum non ſtetit, ſed per cliē-

tulum, videtur viciſſe: arg. *ff. de condi. & de l. iuriſti.* arg. pro hoc *l. patri Seuerinam.* §. *fin. eod. tit.* & hoc videtur expreſſum *ff. de re mili. l. qui cum vno.* §. *non omnis.* & in *authen. neque virum quod ex dote.* §. *illud.* & vide *glo. in l. 1.* circa fin. *C. de ſuffragio.*

28 ¶ Sed † an ſemel approbatus poſsit poſtea reprobari? Reſpondeo quod ſic: vt *ff. de mu. & ho. l. vt gradatim.* §. *ſed reprobari*, & dixi ſupra *collat. 3. cap. 18.* ſuper verbo *inſperitus.* vide ibi. ¶ Sequitur in text. *officium*, nota verbum, quia officium prohibet: ſecus ſi ſemel non faciendo officium, quis pro amico aduocauerit, vel fuerit in

29 aliqua cauſa aſſeſſor, vel aduocatus, dummodo non ſæpius id fiat, quia † illud dicitur officium quo quis quaſi artem exercens quotidie vtitur, & faciūt pro his quæ dixi in allег. *cap. 18.* & ſupra *collat. 6. in curia Cerwarsa cap. confirmantes inſu-*

30 *per.* Et ſecundum legem Romanam ille † qui cōtra decretum principis præſumit officium aduocationis arripere, & prohibitum patrocinium præſtare, debet puniri pœna exilij, & proſcriptionis bonorum, vt dicitur in *l. canonizata de pœ. di. 1. cap. quicumque auſus fuerit.* ¶ Sequitur in tex.

31 *aſſeſſoris.* de officio † aſſeſſoris dixi ſupra *collat. 4. in prima curia Barcino. cap. Item quod aliquando ricus.* cum ſuis concor. ¶ Sequitur in tex. *iudicis.*

32 ergo † aliud eſt officium iudicis, & aliud aſſeſſoris; quia punctus, qui hic habetur, eſt loco copulæ, & quæ coniungit diuerſa, quod facit pro his quæ dixi ſupra *collat. 4. in curia Gerundæ. cap. 28.* vbi agitur de aſſeſſore Villæfranchæ, in *verſic. Item nota quod aſſeſſores.* ¶ Sequitur in text. *in futurum.*

33 Nota, † quod conſtitutio reſpicit futura, & non extenditur ad præterita, niſi caueatur hoc expreſſe in ea, de quo dic, vt legitur, & notatur *extra. de conſti. cap. rem quæ culpa.* & *cap. fi.* & ligat poſt duos mēſes. vt in *authen. vt facta noua conſtitutiones. colla. 5.* & nota. *extra. de poſtulan. prælat. cap. 1.*

34 ¶ Sed † quæro vtrum aduocati teneantur clientulis vel aduerſarijs, quos damnificarunt ex mala aduocatione? Reſpondeo. Tenetur aduocatus ad reſtitutionem omnium illis contra quos præ-

? ſtabat patrocinium propter ipſius pertinaciam.

35 Pertinacia quid ſit † vide, & nota 24. *quæſt. 3. cap. dixit Apoſtolus.* & *extra. de offic. dele. cap. 2.* ibi,

36 *proterua*, *ideſt*, *ſuperba*: quia † pertinax dicitur ſuperbus incorrigibilis, & veritatem ſcienter impugnans, & nolens agnoſcere bonam fi-

37 dem & veritatem. Et ſic † nota, quod periculoſum eſt animę officium aduocatorum malignantium, contra quos eſt *Pſalm. Quotidie cogitauit iniuſtitiam lingua tua.* vnde *Ioan. Chryſoſt. Difficile eſt rem dimittere, ſed difficilius eſt ſine peccato de iudicio eximere.* vide *Henric. extra. de homi. cap. ſicut di-*

38 *gnum. 3. diſt.* in fin. *iniuſte amiſerunt.* Imo † etiam pars inſtans, quæ fecerit iniuſte ſequeſtrari rem, vel pignorari, ſi res perdatur, tenetur parti alteri in ſubſidium per actionem de dolo: vt *ff. de dolo. l. ſi olenus.* & ibi *Bart.* & *Doctor.* faciunt quæ leguntur, & notantur *ff. eod. l. eleganter.*

& de neg. gest. l. ait pretor. §. executor. ff. loca. l. si in damno. ff. de euic. l. si pignora. & *C. eod. l. si ob causam.* & ibi *Cinus*, & *Ioan. And. in c. fi. de consuetu.* Tene-
39 tur † etiam aduocatus suis clientulis, quibus prastitit patrocinium, si propter suam infidelitatem, negligentiam, vel imprudentiam, amiserunt causam, secundum *Ioan. in Sum. Confe. li. 2. tit.*
40 *5. q. 175 in quibus casibus*, &c. Sed † quod dicit de negligentia, credo verum, si fuerit in lata culpa; alias de negligentia simplici sufficeret pœnitere, licet non emendet damnum per negligentiã datũ. *20. q. 2 x. inebrianerunt.* Sed tamen in foro iudiciali teneretur ad emendationẽ damni; arg. *ff. ad l. Aquil. Item Mela. §. in hac.* & *l. si seruus seruũ ab ipso possim.* secundum *Hen. Boich extra. de usur. c. vñ tu. in 4. dist.* Quod autem dixit, *per imprudẽtiã*, videtur contra *glo. inst. qui & ex quibus causis manũ. non possunt. §. cum ergo.* Sed illa *glo.* intelligitur vera, quando aduocatus se non obtulit, sed iudex eum coegit: vt notat *Ioan. Fa.* in alleg. *§. cum ergo.* adde notata per *Iac. de Calz. in sua Margarita Esci. primo dubio. vers. 10. quia facit litem suã.* Sed *Hen. extra. de pœnis. c. calumniam.* distinguit quia aut clientulus tacuit veritatem, & non bene informauit aduocatũ, & tunc non tenetur aduocatus. Aut expressit totam veritatẽ aduocato, qui ambitione salarij, quod probatur quando in extimando iniuriam multũ excedit: arg. infra *coll. 9. cap. confirmantes constitutionem super fienda*, & etiã ex causæ exitu, vt hic dicitur, scienter decepit clientulum, quod finis causæ demonstrat. *C. de iudi. rem non nouam.* & tunc obligatur insolidum aduocatus, nedum ad damna, sed etiam ad interesse; arg. *C. de admi. tu. l. si bona.* & *ff. de admi. tu. l. non est ignotum.* & *l. quotiens.* vide *Henric. vbi supra.*
41 ¶ Vlterius nota, † quod tenetur aduocatus restituere quod vltra iustum salarium indebite extorsit; alias si absq. fraude essent ei sponte oblata ab ipso clientulo, si accipiat, non tenetur ad restitutionem; nisi forsan clientulus esset persona rustica, & imbecillis, qui vltra modum notabiliter daret: quia debet prudens aduocatus re-
42 stituere illud plus, quia labor † & pecunia dimissionem recipiunt: vt *l. Seio amico. ff. de annu. le.* posset enim repeti tanquam indebitum per *l. cum de indebito. ff. de proba.* nisi esset persona, quæ dare posset, & animum donandi haberet, & daret sciẽter non per errorem: vt *ff. de condi. indeb. l. 1.* & *l. qui exceptionem*: adde quæ notantur *14. q. 5. cap.*
43 *non sane.* Item nota, † quod si aduocatus in culpa fuit pro tanto quod non fuit idoneus ad aduocandum, vt quia religiosus in casu non concesso, vel in sacris, tenetur reddere, non tamen clientulo, si alias non fuit in culpa amissionis causæ. Sed est ei iniungendum quod illud expendat in pias causas, ad quod male aduertunt multi Ecclesiastici de Capitulo Ecclesiæ Gerundæ: vide per *Hostien. in rubr. de postulando in*
44 *Summa.* ¶ Sed † qui prohibeantur aduocare, vide in *Summa Confe. lib. 2. tit. 5. q. 167.* Item nota,
45 quod † pro famoso latrone quis non potest aduocare: vt *l. 2. C. de offic. pra.* & *l. per omnes. C. de de-*
46 *fen. cini.* secundum *Bal.* Sed an † pro delato de crimine læsæ maiestatis, & quid de crimine hæresis? Credo idem, nisi cum venia propter periculum fautoriæ; vide *Cuñ in l. aduocati. C. de aduo. diuerso. indi.* & adde in *Spe. tit. de aduoc. §. 1. vers. quid si eius pater agit contra patriam.* vide *Bar. in extraua. ad reprimendum*, super verbo *strepitu*. ¶ Vlterius
47 quero, † an & quando iudex teneatur dare aduocatum? Respondo, si quis propter paupertatẽ, vel aduersarij potentiam, non reperiat aduocatum; tunc iudex dabit aduocatũ; quia ait prętor, Si nõ habent aduocatum, ego dabo. *ff. de postulan. l. 1. §. ait pretor. ff. de offic. proconsul. l. ne quidquam. §. fin.*
48 ¶ Sed † cuius expensis dabitur aduocatus? Respondeo, si pauper est clientulus, gratis aduocet,
49 & à Deo remuneratiõnẽ expectet: quia † aduocare causas pauperum ad opus misericordiæ spectat. Super quo vide notata in *Sum. Cõf. li. 2. tit. 5. q. 174.* Labores enim, & seruitia remunerari debent, nota *glo. ff. si quis à parente fuerit manu. lib. 1.* Si vero erit dives, constituetur sibi competens salarium pro facundia aduocati, vbi alias non est à constitutione taxatum. Alij autem, qui sibi possunt inuenire aduocatum, quærant sibi, quia iudex non tenebitur dare: *ff. de re. eorum. l. mag.*
50 *puto. l. in primis ergo.* Item nota † quod iudex potest compellere subditum. ergo videtur lo. qui de iudice ordinario, secus in delegato: *extra. de rescrip. cap. statutum. §. assessorem. lib. 6.* vt det sibi consilium: vt est casus singularis, in *l. 2. C. de proxi. sacro. scri. lib. 12.* adde quæ notantur in *Spe. tit. de salariis. §. sequitur.* & *tit. de requi. consilij.* & *Bar. in l. proxi. ff. de ijs quæ in testamento delentur.* & *glos.* & *An. in l. 2. de proxi. sacro. scri.* & *l. scimus de aduo. diuer. iudi.* adde quæ scripsi infra *ead. cap. insuper*, su-
51 per verbo *pro consulendo.* Et † quæ possint obijci aduocato vide in *Spe. tit. de aduo.* per totum. Et
52 intellige quod possit † iurisperitus compelli ad dandum consilium, scilicet, satisfacto de salario; alias nemo debet compelli proprijs
53 stipendijs militare. Sed † quo iure petat dictũ sa-
54 lariũ, vide in *Rosario 1. q. 3. c. in tẽplo.* ¶ Quis † sit modus aduocãdi? Respõdeo, secundũ *Ray.* modus debitus est, vt nõ producat falsa instrumẽta, nec falsos testes, nec corruptos, nec falsas leges, nec alias falsas probationes iuris vel facti inducat. Nec dilationes nõ necessarias in grauamẽ partiũ quærat. Itẽ quod fideliter causam cliẽtuli sui foueat, nihil de contingentibus omittendo: *3. q. 7. §. si quis autem. arg. extra. de test. cap. intimauit. C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio. 4. q. 4. cap. 1.* & *2.* Item, quod non procaciter, nec dicendo conuitia, nec nimium vociferando aduocet, quia per hoc impediretur cultus iustitiæ. *Isaia. 32. cap. Erit cultus iustitiæ silentium.* & *Proverbiorum 22. Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium.* & habetur *5. quæst. 4. cap. in loco benedictionis.* & *3. quæst. 7. cap. Si quis adeo procax.* Item dicit

Thom.

Digitized by Google

55 *Thom.in 2.2. ar. 3.* quod aduocato † defendenti cauſam iuſtam licet occultare, ſiue prudenter tacere ea, quibus poſſet impediri proceſſus; non autem licet ei aliqua falſitate vti: de quo etiam
56 vide in *Roſario. 23.q.2.cap. Dñs noſter.* Qui † ſubtrahit aduocatum aduerſario, præſumitur iniuſtã cauſam habere; & contra eum ſtatim pronunciãdum eſt: vt *C.de poſtul.l.pronidendũ.* ad fi. Et nota
57 quod † aduocati dicũtur clariſsimi, vt Comites: *C.de aduo.diuer.iudicum.l.ſuggeſtione.§.uerum.* Et
58 nota quod † impijs aduocatis propter eorum peccata quandoq. euenit vt fiant muti vel ſurdi, ſecundum *Ioan.de Pla.inſti. quibus nõ eſt permiſ. fa. teſt.§. Item mutus.* ait enim Propheta: *Fiant muta labia doloſa. Pſal.30.* Et: *Non miſereatris omnibus qui operãtur iniquitatem. Pſal.58.* Et, *Facienti conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde ei nocuerit illi*, ſecundum *Eccleſiaſticum.* ¶ Qua-
59 le † vero ſalarium recipere poterit aduocatus? Reſpondeo in cauſis pecuniarijs, quæ dicuntur in curijs Regijs & alijs ſæcularibus Cathaloniæ ſeruabunt conſtitutiones Cathaloniæ ſuper huiuſmodi ſalarijs editas, de quibus dicetur latius in curia domini Ferdinandi, *c. los ſalaris.* in foro Eccleſiæ Gerundæ eſt iam certa taxia facta, ſimiliter. in curia Epiſcopi Barcinonę, vide conſtitutionem ſacri Concilij Tarraconen. ſuper ſalarijs officialium Eccleſiaſticorũ. Sed de iure communi, & in alijs, quæ non reperiuntur alias â iure certo modo taxata, debet aduocatus ſiue â principio, ſiue ex poſt facto ſalariũ recipere moderatũ. In quo debent attendi quatuor. Primum eſt quantitas cauſæ. Secundũ eſt labor aduocationis. Tertium eſt ſcientia, facundia & honeſtas aduocantis. Quartum eſt cõſuetudo regionis: & iuxta horum quatuor conſiderationẽ maius vel minus poteſt & debet dictum ſalarium taxari. *3.q.7.§. apud vrbem. & 12.q.2.c.Vulterana.* & *c.conceſſo. extra.de præben.c.de multa.verſ.circa ſublimes & litte-*
60 *ratas perſonas*, &c. Ille † enim gradus cæteros antecellit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerint anteire, *61. di. c.miramur.* Facit *ff. de varijs, & extraor.cog.l.1. §.honoraria.* & *ar. ff. de iure deli.l.1.* & *extra.de offi.dele. c.de cauſis.* vide in *Spe.tit.de ſalarijs.§.ſequitur de aduocatorum.* & adde quæ notat *Ioan.in Sũma Confe.lib.2.tit.5.q.173.*
61 Sed ſi quis † habuerit aduocatum gratum, an poterit eius ſalarium computare in expenſis, vide tex. quod ſic. & ibi *Bar.ff.loca.l.quod ſi domus.ff.de fideiuſſo.l.ſtipulatus.* & *C.de fruc. & litis expen. l.terminato.* per eundem *Bar.* Et idem tenet *Anton. de Butr. in Spica.* ſub verbo *aduocatus.* Licet *Bal. in Spe.* videatur contra. vide *Aimo.de Butr.* ſuper *glo. magna in cap.finem.extra de dolo & contu.* ¶ Vnum
62 tamen nota † quon non licet aduocato paciſci de quota litis, ſed de quãta; alias debet reijci ab aduocando. *C.de poſtulan. l. ſi quis aduocatorum.* dummodo non excedat legitimũ modum, quod videtur hodie eſſe in hac patria ſeptuaginta quinq. librarum Barcinonę, iuxta dictum *cap. los ſalaris.* Sed verius videtur ſecundum quod notat *Ange.ff. de pact. l. ſumptus* ſuper *gloſ. magna.* quod
63 aduocatus non debet paciſci ſuper eo de quo litigatur, nec per modum quotæ, nec per modum quantæ: vnde ſit cautus aduocatus cum recipit promiſsionem ſalarij, ne appelletur litis redemptor, quod nunquam recipiat promiſsionem de his quæ vertuntur in lite. Sed de alia re. ¶ Item
64 nota † quod nullus cogitur inimico, vel contra amicum patrocinari, vel alias operari: vt *ff. de poſtula.l.1.§.ait prætor.* & ibi nota per *Ange.* ¶ Sed
65 an † conſtitutiones, & ſtatuta laicorum ligent clericos, vide per *Ange. in l. ex ea cauſa.* ſuper glo. fin. *ff. de poſtulan.* & latius per *Henr. extra. de conſtitu. cap. qua in Eccleſiarum.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. cap. conſtitutio. in q. vlterius quæ-*
66 *ro hic de quæſtione.* Sed ſi forte † vni aduocato quis pandiſſet ſecreta cauſæ, non poſſet ille aduerſario patrocinari in illa cauſa? De hoc vide per *Ange. in l. hi qui ſiſti.§. à Principe. ff. de poſtulan.* vide ibi, quia ſecus eſt ſi pandiſſet malitioſe, ſicut etiam eſt in ſimili, de teſte. de quo per *Bal. ff. de excu. tu. l. athletas.§. amplius.* ¶ Item nota, quod
67 qui † fuit in cauſa aduocatus, non poteſt eſſe iudex eiuſdem cauſæ, etiam ſi hoc velint partes, quia honeſte illi cauſæ tanquam iudex ſe non poſſet immiſcere. vt notatur per *Ange. in l. prætor.*
68 *ff. de iuriſdict. omnium iud.* Item † nota, quod aduocatus eſt amicus ſui clientuli, cui patrocinatur in cauſa, aduocare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui, &c. vt *3.q.7.§. tria. verſ. Eſt autem poſtulare.* & per conſequens eſt inimicus aduerſarij, contra quem patrocinatur in cauſa illa, & ſicut in ea non poterit eſſe iudex, nec teſtis pro ſuo clientulo. ¶ Sequitur in text. *per quinque annos.*
69 Nota, † quia idem tempus quinque annorũ ſtatuitur à iure communi Romanorum; nullus enim poteſt aduocationis officiũ exercere, niſi tempore ſtatuto ſtuduerit: quod eſt quinq. annorum: vt in *1. conſti. ff. veteris.* Ita etiam notat *Bar. in l. petitio-*
70 *nes. C.de aduo.diuer. iudicum.* Et † intellige iſtos
71 annos ſcilicet ciuiles: quia † annus dicitur multipliciter: quia alius ciuilis, alius naturalis, alius magnus, alius ſolſtitius, alius lunaris, alius amboliſmus, alius biſſextilis, alius iubileus, alius
72 olympius. Eſt † ergo annus naturalis, qui per duodecim menſes conſtat. Sed apud antiquos nõ erant niſi decem menſes in anno, quia Ianuarius & Februarius additi fuerunt â Numa Pompilio. Et eſt menſis lunaris circuitus. Hebdomada vero ſeptem dierum circuitu peragitur. Dies vero conſtat ex ſolis præſentia, iuxta illud: *Qui mane iunctum veſperi diem vocari præcipit.* & hoc eſt verum de die artificiali, de quo habetur in *Geneſi cap. 1.* ibi, *Factumque eſt veſpere, & mane, dies vnus.* Sed dies naturalis habet viginti-
quatuor horas, & comprehendit ſimul noctem. ¶ Sequitur in textu, *in ſtudio generali.* No-
73 ta, † quod magis præſumitur pro eo qui in generali ſtudio ſtuduerit: & bene dicit, ſtu-

dueritquia nõ in ſtudio fuiſſe,ſed bene ſtuduiſſe laudandum eſt: arg. 12.q.2. *Ec. gloria Epiſcopi.*

74 Item nota,† quod ille qui ſtudet in caſtris vel locis,vbi non eſt generale ſtudiũ,non gaudet priuilegio ſtudij:de hoc die latius vt legitur & notatur in *c.tuæ.extra. de cleri.non reſi.* Nota tamen,

75 quod ſtudentes†in Theologia debent eſſe promoti in ſeptẽnio.vt *extra.de elec.c.cũ ex eo.*Sed in iure canonico ſufficit quinquenniũ : vt *extra. de magiſtris.c.vlti.*vide *glo.*in dicto *c.cum ex eo.* ſuper

76 verbo *ſeptennium.* Nota,quod † aduocatũ excuſat bona fides, quamdiu credit cauſam eſſe iuſtã, quã fouet;licet in veritate ſit iniuſta:quia eſt ibi iudex ſuperior,qui cauſam examinat,& iudicat de allegatis:ſecundum *Gai.*qui hoc notat in *Roſario.in cap.denique* 14.*q.*5.in *addi.* ſuper *glo.* quæ incipit, *arg.quod nulli.in addi.* quæ incipit, *Adde argumentum optimum,*&c. vide *ff.de iſt quibus vt indig:l.poſt legatum.§.aduocatum.* ¶ Sequitur in tex.

77 *ius canonicum,vel ciuile* . Nota, quia † præmittit de canonico;quia præferendum eſt,quia in multis corrigit ius ciuile,& eſt magis æquum:*extra. de iudi.cap.dilecti.* præſertim in ijs quæ concernũt conſcientiam,vel pactum,præfertur: *extra.de iudi.cap.cleri.* & *de noui operis nun. cap. intelleximus.* vbi de hoc,& in *cap.fi.*adde *extra.de præſcrip. cap.*

78 *quoniam omne.*Et ita eſt hic argumentum,quod † deficientibus vſaticis,& cõſtitutionibus,& alijs iuribus huius patriç,hodie recurrimus ad bonum arbitrium,quod eſt iuxta iura canonica,& ciuilia:& vbi ius canonicum eſſet contra ius ciuile, potius eſſet iudicandum ſecundum canones quã ſecundum leges in hac patria ; quod eſt verum,

79 ſaltem vbi vertitur periculum animæ.Ius † autem ſumitur tribus modis,iuxta verſum:

Ius aqua,ius rectum,ius eſt dicenda poteſtas.

Vide & adde quæ notantur per *Iac.de Monte Iudaico.in vſat.Iudiciã curia,*verbo *leges.*& ſuper verbo *arbitrium.*Et melius infra *coll.*8. *in curia domini Regis Martini.cap. Item ſenyor quels Canceller,*vide ibi cum concor.& conſtitu.*Regis Ferdinandi cap. per tal q̃ les leys.* ¶ Sequitur in tex.*& per duos iuriſperitos* , ſubaudi doctores , vel aliàs approbatos,

80 alioquin,*ſi cæcus* † *cæco ducatum præſtet , ambo in foueam cadunt*:vt *de pæ.di.*1.*cap.quem pœnitet. verſ. Quare qui vult confiteri.*& habetur *Luc.*6.*c.* ¶ Se-

81 quitur in tex. *aut per vnum* , videtur † quod per duos poſsit fieri examinatio ſine præſentia officialis,vel per vnum in eius præſentia. Sed melius eſt,quod fiat ſemper in præſentia officialis, ſiue per duos,ſiue per vnum fiat examinatio; ſed erit in arbitrio officialis , quod fiat per duos vel per vnum. Sed erit tutius fieri per duos,ſi cõmode haberi poſsint . ¶ Sequitur in tex. *& in præ-*

82 *ſentia dicti officialis.* ergo patet , † quia hoc non poterit officialis committere,quia eius præſentia

83 hic requiritur,habent †enim ipſi officiales quãuis laici peritiam iuris,vt notat *glo.in decretũ.*38. *di.cap.ſi in laicis.C.de iudi.l.certi iuris.* & adhibentur præſentia,ne forſan colludatur , & quia examinandus debet venire ad præſentiam examinãtis: arg.*Cle.dudum de ſepul.*& ſuper hoc ipſorũ examinantiũ conſcientiæ valde onerantur , vt hic ſubijcit,*& vt omnis fauor* , &c. ¶ Sequitur in

84 tex.*& fidem facere.*ſubaudi,per ipſorum† librorum ocularem exhibitionem,vel per teſtes fidedignos ſaltẽ duos:*extra.de teſt.c.in omni.* & *l. vbi numerus.C.eo.tit.*& forte in hoc caſu non ſuffice-

85 ret proprium iuramentum , quia facere † fidem

86 dicit plenã probationẽ: & quæ dicatur † plena vel ſemiplena probatio,vide quæ dixi infra *coll. 9.c.volentes à calumnijs,*ſuper verbo *probatum,*& in *glo.* ibi ſequenti. ¶ Sequitur in text. *& penes ſe.* ſcilicet in loco,& quod non ſint data in pignus. & quod ſequitur,*ſuos habeant,*intelligo,quod ſint ipſi libri ſui proprij,& non commendati,nec cõmodati , vel precario conceſsi , aut pro pignore traditi.Imo requiritur , quod habeat dominium ipſorum librorum;& irreuocabiliter,ſaltẽ de vi-

87 ta.Et eſt ratio, † quia

Haurit aquam cribris clericus abſque libris.

88 Vnde eſt quod † libri peritorum , ſicut & libri aduocatorũ non poſſunt pignorari. vide *glo.*

89 *in l.nepos.ff.de verb.ſig.*arma † militũ non poſſunt pignorari,nec veniunt in generali donatione:vt *ff.de pig.l.obligatione generali,*cũ *l.*ſequen.adde quę notat *Matth.de Mataſ.in* 144.*nota.*& *Ioan. in Sũma Cõſe.lib.*2.*tit.*7.*q.*75.& *Ioan. And.extra. de reg. iuris.c.in generalis.lib.*6. & *Ioan.Fa. inſti. de re.dini.* in prin. in 1.*q.* & nota *glo.in l.nepos Proculo. ff. de verb.ſig.* ¶ Sequitur in tex.*ordinarios libros* , ſcilicet textuales,& intellige etiã cũ gloſsis ordina-

90 rijs,cum ſint acceſsoriæ,& de acceſsorijs† idẽ eſt iudiciũ:arg. *l.quæ religioſis. ff. de reli. & ſuper.* De alijs vero libris Doctorũ, ſiue Summiſtarum,ſiue Legiſtarum non eſt neceſſe habere, quoniam vt admittatur quis ad aduocandum per hanc conſtitutionem, requiritur tantũ hodie, quod vltra dictos libros iuris ordinarios habeat librũ vſaticorum & conſtitutionũ Cathaloniæ:vt infra *coll. 10. domine Regine Maria cap. aſſats es coſa ridiculoſa.*vide & adde quę ibi habentur,& dicam am-

91 plius,Deo duce.Libri ordinarij † iuris canonici ſunt quatuor,ſcilicet, Decretum,Decretales, Sextus,& Clemẽtinæ.Sed libri iuris ciuilis ſunt quinq.ſcilicet,Codex, Volumen,ff.vetus,Infortiatum,& ff.nouum. Ordinarij vero libri medicorum ſunt Hippocrates,Galenus,& Auicenna. ¶ Sequitur in text. *& pœnam quinquaginta mora-*

92 *torum auri nihilominus incurrat.* Nota, † quod non dicit hic cui applicetur hæc pœna. Tu dic, quod applicabitur fiſco, ex quo ſimpliciter pœnam hæc conſtitutio imponit : & cui applice-

93 tur non dicit,quia † omnes pœnæ in dubio applicantur fiſco : vt *l. multarum. C. de modo multarum.*ſecundum *Bar.* qui latius notat in *l. inbemus.§.fi.C.de ſacroſan.Eccl. Ange.*vero in *l.ſi quis. id quod.ff.de iuriſdict.omnium iudi.*dicit,quod quãdoq;lex introducit pœnã,& ius accusãdi,& tũc fiſco debetur : vt *l. agraria.ff.de termino moto.* &

*cap.*1.

Digitized by Google

cap.1.in feu.quæ ſunt regalia. niſi aliud diſponatur expreſſe. Quandoque introducit ius agendi; & tunc parti applicatur: vt *l.ſi cui. ff.de verbo.ſigniſt.* & *l.3.de ſepul.vi.* in prin. niſi alia exprimantur: vt *l.legis Cornelie.* in fine. *ff.ad Sill.* Quandoque ſimpliciter loquitur, vt in hac conſtitutione; & tunc aut imponitur pœna propter publicam offenſam tantum, & tunc fiſco applicatur: vt in dicta *l.ſi quis id quòd.* & ita pœna fraudantis gabellam debet applicari fiſco, niſi aliud in impoſitione gabellę dicatur: vide *Cin.* in *l.creditor. ff.de ac. Epiſ.* Quandoque imponitur pœna pro intereſſe iniuriam paſsi, & tunc applicatur parti. vt *l.cum.* cõiuncta *l.ſi quis.* in prin. *ff.de in ius vo.* vide *Ange.* latius ibi ſupra. & *Bart.* in *l.agraria.* ¶ Vlterius nota, quod hodie per dictã conſtitutionem, *aſſats es coſa ridiculoſa*, imponitur pœna quinquaginta librarum adquirenda pro medietate fiſco, & pro alia medietate accuſatori: vltra alias pœnas,
94 quas vide ibi. ¶ Quæro † an per dictam conſtitutionem, *aſſats es*, quæ nouam, & maiorem pœnã imponit, ſit ſublata pœna quinquaginta morabatinorum? Dicam ibi, ſi Deo placuerit. Vide tamen interim ſuper hoc notata per *Gui.* in 2. *parte Spe.tit.de pœna temere litigantis. verſ.Sed quæritur.* & in 3. *parte.tit.de accuſa.* §. 1. *verſ.accuſet etiam.* & *Bald.* in *l.cum mulier ſolu.matri.* & *Ang. ff.de calum. l.ſi quis ab alio.* & *Bart.* in *l.ſanctio legum. ff. de pœnis.* ¶ Sequitur in textu. *Et idem*, ſcilicet, quod dictũ eſt de forma examinis, & de libris medicorum: quia medici debent habere libros medicinæ ordinarios, alias Galenum. *Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtinianea. Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.* ſcilicet, Auicennam, Hippocratẽ, & Auerroem.
95 Et quod † medicum curare ſcientem quærit infirmus, non eloquentem ſeu garrulaptem: vt notat *gloſ.* in *cap. ſcedulo.* 28. *diſt.* adde *l. parabolam.*
96 ¶ De † examinatione notariorum, vide ſupra *collat.tertia curiæ Monteſſoni.cap.* 20. *Item ordinamus, & ſtatuimus, quod illud idem fiat in notarijs.* vide quę ibi dixi, & *colla. 7. curiæ Dertuſæ.cap. præterea declarantes.*
97 Debent † igitur notarij habere libros artis notariatus, ſcilicet, Rolandinum, & Salachiel, & ſtuduiſſe ſaltem per tres annos in ſtudio generali, vel morando in arte cum aliquo antiquo & bono notario idoneo, tam in theorica,
98 quam in practica: quod † tamen minus bene ſeruatur: quia hodie vix ſciunt calamum tenere, & cum formis ſtylatis inſtrumentum facere: & ſubito quærunt eſſe notarij propter auaritiam, & lucri ambitionem. Et de hoc non contenti faciũt ſe iudices, & aduocatos, & curritores ſiue mediatores, & preſonetas pro contractibus cenſualium & alijs ineundis: & vtinam calamus eorum foret per omnia bene moderatus, & ſeruarent iuramenta quæ inde præſtant in creatione ſua: vt dixi in *cap.* 20. præallegat. omnes volunt fieri
99 manumiſſores, vel arbitri. Spurius, † vel naturalis tamen non poteſt eſſe tabellio. Iſtud tenet *Azo in ſumma. C. de his qui notantur infa.* Sed tamen ex diſpenſatione † multos videmus notarios ſpurios, vel baſtardos; nimirum, quia etiam ad presbyteratum cum talibus de facili hodie proch dolor diſpenſatur.

De prohibita vẽditione, & obligatione officiorum iuriſdictionis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis obtinens officium pecunia, perpetuo inhabilis efficitur ad regimen dicti officij, & quidquid per eum actum fuerit, irritum erit, & inane. declaratur num. 7.*
2 *De materia inhabilitatis officialium. remiſſiue.*
3 *Lex vbi facit actum nullum in fauorem alicuius, intelligitur ſi ille declaret ſe velle vti tali nullitate.*
4 *Acta geſta per eum, qui obtinuit officium pecunia, licet ſint nulla in ipſius præiudicium; non autem annullabuntur in præiudicium litigantium, & ratio differentiæ traditur. ibidem.*
5 *Culpa ſuos ſequitur auctores.*
6 *Error communis facit valere acta.*
8 *Emptores officiorum ſunt priuati officijs emptis. declaratur ibidem.*

1 *ADdendo conſtitutionibus factis per ſereniſſimum dominum Regem Alfonſum*, &c. Caſus. † Officialis, qui pro obtinendo officium iuriſdictionis pecuniam dederit, mutuauerit, vel de parte prouentuum ipſius officij obligationem aliquam fecerit, ſeu de ipſis prouentibus aſsignationem aliquam impetrauerit, ad regendum ipſum officium efficitur inhabilis, & quidquid ipſe, vt officialis egerit: erit irritum & inane. Hoc dicit.
2 De † materia huiuſmodi dixi ſupra *collat.* 4. in *prima curia Barcino. cap.* 4. *Item, quod Vicarij, & Baiuli.* & ſupra *collatio.* 3. *curiæ Monteſſoni cap.* 1. *ordinamus & ſtatuimus*, &c. & vide etiam in *curia Gerunda. cap.* 18. *Item ad ſupplicationem omnium prædictorum.* & de iſtis tribus capitulis fit mentio in præſenti. Et omnia iſta capitula hodie etiã ſunt confirmata per conſtitutionẽ dominæ Mariæ infra *colla.* 10. *cap. com ſegons*, &c. & ibi additur, *quia perpetuo ſint inhabiles in ipſo officio*, per hanc conſtitutionem, & per illam ad alia officia per decennium: & vltra hoc incurrũt alias pœnas, de quibus vide ibi latius, & ibi dicam de hoc, Deo duce. ¶ Super textu, ibi, *quidquid ipſe vt officialis egerit, fore irritum, & inane.* Nota quod ex hac conſtitutione multi proceſſus poſſent annullari. Nota
3 quod † vbicumque lex facit actum nullum in fauorem alicuius, intelligitur, ſi ille declarauerit ſe velle vti nullitate: *ff.de lege commiſſaria. l.ſi fundus.* §. *eleganter.* ſecundum *Ant. de Butrio in Spica in verſ.nullitas.* Et
4 † credo, quod in præiudiciũ ipſius officialis gerentis geſta per eum ſint irrita, non autem in præiudicium litigantium; qui culpam in prædictis non habuerunt argu. ſupra *eod. cap. iuxta conſtitutiones.* §. *& nihilominus.* Alias puniretur ſine culpa, quod eſſe non debet, *extra. de*
5 *conſti. cap. cognoſcentes.* pœna † enim ſuos debet tenere actores: vt *extra. de iijs quę fi. à maio. parte. capit.*
6 *c. quæſitum.* Itẽ † communis error facit valere acta:

vt

vt *l. Barbarius. ff. de officio pretoris.* Sed si facta exceptione contra officialem, quod officium emerit: & de hoc constiterit, ea quę spreta exceptione egerit, non valebunt per hanc cõstitutionem. Et ijs pœnis poterit puniri, & conueniri durante officio: vt dixi infra *colla. 8. curiæ domini Ferdinandi. cap. quia quandoque contingit.* super verbo, *eo*
7 *ipso prouenitur.* ¶ Vlterius † nota, quia per istam constitutionem, qui dat pecuniam pro officio, est inhabilis ad ipsum regendum, quod intelligo perpetuo. Sed est inhabilis quoad alia officia per decem annos, si vltra valorem decem solidorum dederit pro habendo aliquo officio iurisdictionis: vt in allegato *cap. Com segons constitu-*
8 *tions,* infra *colla.* 10. Vnde † emptores officiorum sunt ipso iure priuati officijs emptis: & perpetuo inhabiles ad ea, & infames: ac inhabiles decennio indispensabiliter, quoad aliqua alia officia iurisdictionis regię in Cathalonia, vt ex dictis constitutionibus colligitur euidenter. Adde in *authent. vt indices sine quoquo suffragio.* & in *authent. ins iurandi. collat. secunda.*

De salarijs scripturarum notariorum, & scriptorum curiæ domini Regis, & Gubernatorum Cathaloniæ. Cap: XIX.

SVMMARIVM.

1 *Taxantur salaria scripturarum iudicialium ad formam hic traditam, & nu. 2. & priuatio officiorum contrafacientibus imponitur.*
3 *Notarius vbi dixerit,* Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti à me confecti, *hoc instrumentum fidem facit, sicut originale.*
4 *Instrumentum datum à notarijs parti, non præsumitur exemplum, sed originale.*
5 *Scripturæ cuiuslibet habentis officium de publico fides adhibetur, sicut scripturæ notarij. declaratur nu. 6.*
7 *Notarij officium est conficere singulorum acta, eaque subscriptione propria roborare.*
8 *Notarij serui publici appellantur, & seruile officium gerere dicuntur.*
9 *Scribæ officium est dicta testium, & partium allegationes in actis redigere, Iudicum Epistolas, libellos, edicta, & decreta scribere.*
10 *Scribæ licet pro præsentationibus appellationum, mandatis apponendis in litteris Regijs, & pro dictandis, & scribendis litteris, & chartis, nihil recipere debeant, cum habeant quitationem ordinariam: hoc tamen male per eos seruatur.*
11 *Scribæ in litteris seu chartis clausuram apponere nequeunt, nisi requisiti à parte, salario moderate per eos tunc exigendo.*
12 *Salarium moderari, & taxari debet iuxta laborem, & negotij qualitatem.*
13 *Labor, & pecunia diuisionem recipiunt.*
14 *Bonus vir dicitur iudex ordinarius.*
15 *Notarij scribentes actus extraiudiciales quamuis de nocte, dicere nequeunt illud actum de nocte, sed de die, cum eidem nox etiam applicetur: secus est in actibus iudicialibus, cũ in illis debeant continuare horã.*
16 *Sententia lata de nocte an valeat. remissiue.*
17 *Iudex nullus est in causa propria. Fallit in Principe.*
18 *Ab arbitro recedi potest, si sit omnino inexpertus.*
19 *Clausula,* quod possit semel, & pluries pronuntiare, *quid operetur.*
20 *Compromissum generale restringitur iuxta petita.*
21 *Sententia vltra petita non valet.*
22 *Compromissum est strictis iuris, & sic in eo veniunt tantum illa, de quibus specialiter est actum.*
23 *Sententia arbitri lata per pecuniam est nulla.*
24 *Arbitri potestas pendet à tenore compromissi.*
25 *Arbiter de duobus se intromittit, licet in compromisso dictum non sit, statuere videlicet diem solutioni, & determinare de fructibus.*
26 *Arbitrium censetur habere terminum instantiæ, trium annorum, vbi non est appositus terminus. declaratur num. 27. vt procedat in arbitro, secus in arbitratore.*
28 *Dolus in arbitratore non præsumitur in dubio.*
29 *Dolus præsumitur ex qualitate facti.*
30 *Submittens arbitrio, vel volũtati alicuius, intelligitur si iusta, & æqua sit.*
31 *Arbitrator potest enormiter ladere, si dicatur in compromisso, quod alte, & basse possit arbitrari. dummodo tamen dolus absit.*
32 *Reductio ad arbitrium boni viri peti non potest aduersus laudum, si dictum fuerit in compromisso, quod arbiter, vel arbitrator possit ladere in magna, vel parua quantitate, pro vt voluerit, dummodo tale laudum bona fide, & absque dolo latum fuerit.*
33 *Cõpromitti non potest de re indicata, sicut nec transigi.*
34 *Collata in arbitrum intelliguntur collata in bonum virum.*
35 *Recurrens ad arbitrium boni viri an excusetur à pœna, traditur sub distinctione.*
36 *Arbiter facit litem suam iniquè pronuntiando. limitatur nu. 37.*

1 NOtary seu scriptores curiæ nostræ, &c. In hoc capitulo ponitur † taxatio scripturarum notariorum, & scriptorum curiæ domini Regis, primogeniti, & suorum Gubernatorum, pœnam infamiæ, & priuationis officiorum contrafacientibus imponendo. Hoc dicit pro summa, quia aliter non potest congrue summari. Sed diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur taxatio pro salario actorum formæ minoris, vel maioris, vsque ibi, *quia appellationibus.* ibi est secunda pars, in qua ponitur taxatio salariorum pro appellationibus, litteris, prouisionibus, & mandatis, quæ habent taxari arbitrio, quod non excedit ducentos solidos: vsque ibi, *Et si male fuerint.* ibi est tertia pars, in qua prouidet si male fuerint arbitrati, vsque ibi, *Et si aliqui notarij.* vbi est vltima, in qua punit notarios hanc constitutionem non ser-
2 uantes. ¶ Ex prima parte nota, † quod pro qualibet charta processus originalis formæ minoris recipit notarius tres denarios à qualibet parte. Et pro qualibet charta translati recipit tres denarios ab ea parte quæ translatum habuerit. Item pro originali formæ maioris recipit pro qualibet charta ab vtraque parte quinque denarios. Et de charta translati formæ maioris recipit

pit quinque denarios à parte quæ translatum habuerit. Et nota, † quod si notarius dicit, *Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti à me confecti*, hoc instrumentum facit fidem sicut originale; quia non est exemplum, sed originale, secundum *Bart.* in *l. si quis ex argentarijs, §. prætor.* Item † instrumentum datum à notarijs parti non præsumitur exemplum, sed originale. *Bart.* ibidem. Ideo si apparet instrumentum, & dubitetur de fide, id quod est penes notariũ censebitur originale, & illi fides, vt originali præstabitur, iuxta *Bart.* Itẽ † scripturæ cuiuslibet habentis officium de publico adhibetur fides sicut scripturæ notarij: *ff. eod. l. quædam. §. nummularios.* quod † est verum, si est officium iuratum. *extra. de præscrip. cap. ad audientiam.* Nota, † quod officium notarij est singulorum acta, gesta, & facta conficere, & subscriptionibus propriis roborare; quapropter † seruile officium gerere dicuntur, & serui publici appellantur. Ita nota in *summa. C. de tabularijs. lib. 10.* Scribæ † vero officium est, gesta conficere, dicta testium, allegationesque partiũ in actis redigere, iudicũ epistolas, libellos, edicta, & decreta scribere: vt dicitur in eadem Summa. *§. scribæ officiũ.* vide ibi latius, & in *cap. quoniam contra falsam. de proba.* Ex secunda parte nota, † quod pro præsentationibus appellationum, & mandatis in litteris Regijs apponendis, & pro dictandis, & scribendis litteris, prouisionibus, & chartis, nihil recipiunt notarij, cum iam habeant quitationem ordinariam. Sed vidimus, quod post quam Rex Alfonsus iuit Neapolim, non dedit quitationes notarijs: ideo ipsi notarij facto abusi sunt, & extorquere pecunias pro ijs scribendis, & dictandis valdè immoderate præsumpserũt in dãnum non modicum totius reipublicæ: quia exinde multę oppressiones sequutę fuerunt, & quotidie fiunt, donec aliter per iustitiã prouideatur. Item nota, † quod ipsi notarij non debent in alijs litteris seu chartis apponere clausurã, nisi hoc torẽt requisiti à parte. Et tũc possunt inde recipere salarium moderatum, quod non potest excedere summam ducentorum solidorum. Item † nota, quod salarium debet moderari, & arbitrari iuxta laborem, & negotij qualitatem. Ex quo nota, quod † labor, & pecunia diuisione recipiunt: vt *l. Neto amico. ff. de annuis legatis.* de quo dixi latius infra *collat. 9. E los aduocats.* super verbo, *salari e traball.* Et nota, quod scribæ domini Regis de facto hic sumpta occasione petunt salarium pro legendo sententiam, vsque ad decem libras, & tamen hic nil debetur de lectione, nec de legendo sententiam. Item eis obstat infra *curiæ Regis Ferdinãdi cap. als seruans.* Ex tertia parte nota, quod si notarius male arbitratus fuerit, habetur recursus ad arbitrium boni viri, qui erit Cancellarius, vel Vicecancellarius, aut regens Cancellariam in curia Regia, aut alius consilior in curia Gubernatoris, quia † bonus vir, dicitur iudex ordinarius: vt *ff. de verbo. obli. l. continuus. §. cum ita.* Ex quarta & vltima parte nota, quod notarij seu scriptores hanc constitutionem violantes, sunt ipso iure infames, & ab eorum officijs, & tabellionatu, & à curia, & mercede domini Regis perpetuo sunt priuati. Vlterius nota, quod † notarij qui scribunt actus extraiudiciales, non scribunt, *Actum est hoc de nocte.* Sed scribunt, *Actum est hoc de die*, cui nox illa applicatur, vt *l. more Romano, ff. de ferijs.* Secus in actibus iudiciorũ, quia debẽt scribere horam, secundum *Inno.* & *Bald.* in *cap. consuluit. de offi. dele.* facit, quod notatur *de proba. cap. quoniam contra falsam.* in *glos. per hoc satis.* vide, & ad de quæ dixi supra *eod. curia, cap. indices.* & supra *eod. collat. curiæ Carpiniani cap. cum pridem.* Sed vtrũ valeat † sententia lata in tenebris, vide *Inno.* in dicto *cap. consuluit*, & *Bart. in quoniam suo consilio*, quod incipit, *pluries contingit.* Vide textum, ibi, *æqualiter.* dic, idest, æqua lance arbitrando secundum Deum, & bonam conscientiam moribus, & legibus informatam, alias *quod non est ex fide peccatum est: vt extra. de præscrip. cap. quoniam omne.* ¶ Sequitur in textu. *& si male fuerint arbitrati*, idest, si pars conqueratur, quod notarius male fuerit arbitratus, & quod excessiue petat sicut male consueuerunt, quia in exigendo salaria metas domus excedunt: vt infra *eod. cap. cum notar.* tunc super huiu modi controuersia arbitrabitur bonus vir, puta Cancellarius, &c. quia nullus est † iudex in causa propria: vt *C. ne quis in causa propria.* in rubro. & nigro. Fallit in Principe: vt *ff. de vsu. & hab. l. si pater fa.* & in *l. prox. ff. de ijs, quæ in testamẽto delentur.* ¶ Et nota † quod potest recedi ab arbitrio, si sit omnino inexpertus, quod nesciat ordinare cautam. *ff. de arbi. l. Item si vnus. §. 1.* intellige tamen sane *glo.* ¶ Quid † operetur illa clausula, *possit semel, & pluries pronũciare*: & q̃ per hoc non possit corrigere sententiam, nisi expresse dicatur, quod corrigere possit: *ff. eod. tit. l. quid tamen*, secundum *Bart.* Item nota, † quod promissum generale restringitur ad comprotequuta, & petita: *ff. de arbi. l. si cum dies. §. plenum.* & alibi dicit *Bart.* per illum tex. scilicet, in *l. cum Aquiliana. ff. de transac.* quod † sententia pro non petito, non valet: quod nota, quia in compromisso † cũ sint astricti iure, veniũt solum illa de quibus specialiter est actum. Secus in iudicio: *ff. de arbi. l. si cum dies. §. plenum.* Item nota, † quod sententia arbitri lata per pecuniam est nulla. *ff. eod. tit. l. ita demum.* de hoc vide per *Henric. extra. de. tit. cap. non sine.* Item nota, † quod potestas arbitri perpenditur ex tenore compromissi: *ff. de arbi. non distinguemus. §. de officio.* & ibi in *glos.* habens duo de quibus † se intromittit, licet expresse in cõpromisso dictum non sit. vt stare diem solutioni: & vltra hoc determinare de fructibus, & ibi est *glos.* Item nota, † quod arbitrium censetur habere terminum instantiæ trium annorum, vbi non est appositus terminus, & sic termino instantiæ, vel iudicij videtur esse terminus instantiæ seu potestatis arbitrij: *ff. de arbi. l. Item si vnus. §. 1.* vide

27 de ibi *Guil.* qui dicit hoc verum † in arbitro. Secus in arbitratore; idem notat *Ioan. An.* in addi. *Spe. tit. de arbi. §. differt. verſ. Item vt infra. Guido* dicit, quod ſententia fuerat *Azonis*, quod tẽpus inſtantię habeat locum in arbitro. Incontrarium quod niſi ad triginta annos: quia ſunt obligati perſonaliter ad pœnam: argum. *C. de præſcrip. triginta annorum. l. ſicut.* dicit *Guido*, quod videtur ſeruari de facto opinio *Azonis*, & illam credit eſſe veram. Item nota, quod ſi in compromiſſo dicatur, quod partes ſubmittunt ſe miſericordiæ, quod hoc verbum, importat arbitrium boni viri, ſed notatur per *Inno. extra. de reuun. cap. veniens.* &
28 *Ludouicum de Ro.* Item † in dubio non præſumitur dolus in arbitratore, ſecundum *Fre. de Senis ſuo conſilio.* per *l. dolum. C. de dolo.* & per *l. quotiens. §. qui dolum. ff. de proba.* Sed *Anton. de Butrio*, & *Bar.*
29 dicunt dolum † ex qualitate facti præſumi per *l. omnis. §. Lucius. ff. quæ infra. credi.* Et idem ſi iuſſerit dare res pretioſiores per *l. in ſummis. ff. de peculio.* ſecundum *Angelum.* in *l. 2. C. de repu. hæredi.* ſecundum *Ludouicum de Ro. in Rubrica de arbi.*
30 *ff.* ¶ Item nota, † quod ſi ſuppono me arbitrio tuo, vel voluntati tuæ, intelligitur de æquo: *ff. de arbi. l. penult. Guil.* & etiam ibi *gloſ.* vide *de verbor. oblig. l. ſi ſtipulatus ſim.* de materia vide *gloſ.* in *l. ſi cum me. C. de dotis promi.* & vide *extra. de renun. cap. ſane. & de iureiran. cap. quinta vallis.* & *cap. veniens.*
31 Pone, † quod dictum eſt, quod alte, & baſſe poſſit arbitrari, dic quod poterit enormiter lædere, dum tamen dolus abſit, ſecundũ *Ioan. An.* in *cap. humilis. extra. de maio. & obe.* refert *Bald.* in *l. in annalibus. C. de appel.* & in *c. 1. §. inter pares. cap. de cap. Corradi. in fen.* & notat *Ludouicus de Roma* ſuper
32 *Rubrica de arbi.* ¶ Item nota, † quod ſi dictum eſt, quod arbiter, vel arbitrator poſsit lædere in magna, & parua quantitate, & prout voluerit, ſi bona fide arbitrator fecerit, non poteſt peti reductio, ſecus ſi dolo malo. Ita tenet *Ray.* diſputãdo. *Ioan. An. in Spe. tit. de arbi.* præſertim vbi eſt appoſitum iuramentum: pro quo *ff. man. l. creditor. §. Lucius.* qui text. eſt optimus. ad hoc *Bald.* dicit, quod in practica nunquam potuit obtinere, ſed ſemper reductio fit ſi lædi non modicum ſequendo. *Din. in regula ſcienti. extra. de regu. iu. lib. 6.* ¶ Vl-
33 terius nota, † quod de re iudicata non poteſt compromitti, ſicut nec tranſigi: vide *de arbi. cap. expoſita.* & *Bald.* in *§. arbitrorum. l. ſi ſocietatem. ff. pro*
34 *ſocio.* ¶ Sed † collata in arbitrium intelliguntur collata vt in bonum virum, non in liberum velle. *ff. de contrahen. emp. l. hac venditio.* vide quæ dicam infra *eod. cap. confirmantes.* ſuper verbo, *com-*
35 *promiſſo.* An † & quando recurrens ad arbitrium boni viri excuſetur à pœna? Reſpondeo, ſecundum *Ludouicum de Roma*: aut compromiſſum fuerit neceſſarium, & tunc excuſatur per notata in *gloſ. l. 1. ff. ſi quis ius di. non ob.* Aut voluntarium, & tunc receſſerit actor, & non excuſatur. Aut reus, & tunc ex iuſta cauſa excuſatur; alias ſecus: & iſto modo concordat opiniones *Dini*, & *Baldi*
36 in *l. ſi. C. de contraben. emp.* Sed † an arbiter faciat litem ſuam inique pronunciando? Reſpondeo,
37 quod ſic: *C. de pac. l. fi.* niſi † quando iuraſſet ferre æquam, ſecundum *Bald.* late. *C. de arbi.* in *authem. decernimus.* quia ratione iuramenti ſolum Deum habet vltorem: *l. 2. C. de re credi.*

De ſalarijs teſtamentorum, & codicillorum.

Capitulum XX.

SVMMARIVM.

1 *Salaria habenda pro inſtrumentis vltimarum voluntatum taxantur ſecundum valorem bonorum, forma ibi tradita.*
2 *Inuentarium quid ſit, & an poſſit fieri eodem contextu.*
3 *Inuentarium qui ſemel fecit, an poſſit illud mutare, remiſſiue.*
4 *Inuentarium non faciens an teneatur vltra vires hereditarias in foro conſcientiæ.*
5 *Inuentarium heredis an proficiat fideicommiſſario, remiſſiue. & an fideicommiſſarius teneatur facere inuentarium. ibidem.*
6 *Inuentarium non faciens de iure canonico non tenetur vltra vires hereditarias.*
7 *Verba ad diminutionẽ ordinata nõ operãtur augmentum.*
8 *Perſona omnes teſtari poſſunt. Fallit ibidem.*
9 *Filiusfamilias teſtatur ad pias cauſas cũ cõſenſu patris.*
10 *Carens bonis teſtari non poteſt.*
11 *Non habens dominium bonorum, nec habere valens, non teſtatur.*
12 *Teſtamentum rumpitur ademptis bonis.*
13 *Ademptio bonorum non reddit quem inteſtabilem, vbi memoria defuncti non damnatur.*
14 *Ademptio facultatis adminiſtrandi bona ex defectu perſonæ impedit facultatem teſtandi, ſed non tollit iam factum.*
15 *Teſtis eſſe nequit in teſtamento, qui teſtari non poteſt.*
16 *Legaturius teſtis eſſe poteſt in teſtamento.*
17 *Teſtis in teſtamento an præſumatur rogatus, remiſſiue.*
18 *Teſtamentum ſcriptum propria manu teſtatoris, etſi non publicatum, eſt perfectum ratione voluntatis; non vero ratione ſolemnitatis.*
19 *Voluntas teſtatoris colligitur ex facto pro vt eſt in opinione ipſius, non pro vt eſt de iuris effectu.*
20 *Teſtamenta duo fieri poſſunt in eadem charta, & præſentibus iiſdem teſtibus.*
21 *Verbum omne prolatum in extraneis præſentibus, nec aliquo præparato ad codicillandum habet vim vltimæ voluntatis.*
22 *Vltima voluntatis appellatione comprehenditur multiplex voluntas.*
23 *Clauſula codicillaris gruat venientes ab inteſtato.*
24 *Solemnitates teſtamenti an poſſint remitti per ſtatutũ.*
25 *Teſtamentum poteſt quis facere vltimo vitæ ſpiritu.*
26 *Solemnitas quæ requiratur in teſtamento in ſcriptis.*
27 *Teſtamentum eſt imperfectum, quamuis ſcriptum à tabellione, dummodo non ſit lectum: nec præſumitur lectum, niſi tabellio hoc dicat.*
28 *Sententiam ſcribi non ſufficit, niſi legatur; neque verbis proferri, niſi antea ſcribatur.*
29 *Conſuetudines, & ſtatuta locorum non tollentur per generalem conſtitutionem, niſi caueatur expreſſe.*

PRO

1 PRO *testamentis, codicillis*, &c. Hic † ponitur taxatio salariorum, quæ possunt exigere notarij pro instrumentis vltimarum voluntatum, & inuentariorum, & laborum; ordinationibus, & consuetudinibus locorum, quibus minus recipitur, in suo robore duraturis. Et diuiditur in partes sex: quia in prima parte dicit, quod pro instrumentis testamentorum, codicillorum, donationum causa mortis, & aliarum vltimarum voluntatum est taxatum salarium, secundum valorem bonorum: quia de bonis valentibus à mille solidis vsque ad decem mille, dantur viginti soli-
di, & de valentibus supra decem mille, vsque ad
quinquaginta mille dantur quinquaginta solidi;
& de valentibus quinquaginta mille, vsque ad
centum mille, & quantumuis vltra ascendat,
dantur centum solidi tantum, & non vltra. Et si
vltra exegerit notarius, erit priuatus officio ipso facto. In secunda parte, ibi, *Et præsens taxatio*, i
dicitur, quod similis taxatio sub eadem pœna
2 seruetur in inuentarijs. Quid † autem sit inuentarium, & an debeat fieri eodem contextu; dicitur, quod non, & quod plures notarij non possunt particulatim conficere illud inuentarium:
vide *glos.* in *authent. de hæred. qua ab intestato. §. si ve-*
3 *ro.* super verbo, *inuentarium*. Sed † an qui semel fecit inuentarium, possit illud mutare, vide *Cum.*
4 in *l. quisquis. C. de spor.* Item † non faciens inuentariũ an teneatur in foro conscientiæ vltra vires hæreditarias, vide *Bart. in Rub. ff. de adqui. hæred.*
5 Item † an fideicommissarius teneatur facere inuentarium, & an inuentarium hæredis proficiat fideicommissario, vide *Iaco. de Bellouiso* in *authent.*
6 *de hæred. & fal. §. si vero absint*. Item nota, † quod de iure canonico, non faciens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, secundum *Bart.* in *l.* 1. *C. de sacrosan. Eccle.* & *Ioan. Andreæ in extra. de vsu. cap. quamquam. lib.* 6. & *Hostien. in Summa*. & vide ibi an de iure ciuili teneatur sacerdos, vel etiam qui adiuit sine beneficio inuentarij. In tertia parte, ibi, *Et hic non solum prædicta*, extendit ad præterita, & præsentia, quæ tempore datæ non fuerant parti tradita. In quarta parte, ibi, *vltra tamen*, taxat salaria laborum notariorum, vt pro die qualibet extra ciuitatem recipiant decem solidos, & infra ciuitatem quinque solidos. In quinta parte, ibi, *Et vlterius pro carta*, taxat salarium foliorum ipsius inuentarij, vt si fuerit minoris formæ, quatuor denarios pro qualibet charta habeat notarius. In sexta parte & vltima, quæ est ibi, *per hanc taxationem*, saluat vsus, cõsuetudines, ordinationes, & statuta locorum, quibus minus recipitur, & hoc est, quod habet in longo præsens constitutio. Et nota, † quod verba ad diminutionem ordinata non operantur augmentum,
7 nisi quando alias non possunt aliquid operari, nec verificari: *ff. de vsuf. l. Proculus*. vide *l. denique. §. interdum. ff. ad pe. le.* ¶ Vide textũ, ibi, *notary omnes terræ nostræ*, &c. quod præsens constitutio cõprehendit omnes notarios infra Principatum Cathaloniæ; imo & etiam in Aragonia, & Valentia, quia hæc constitutio fuit generalis omnium regnorum habita in Montesono, & ideo
8 dicit, *terræ nostræ*. vide tamen quæ dicuntur supra *eod. in proœmio*, in verbo, *vniuersis subditis nostris*. ¶ Quæ † personæ testari prohibeantur, dic quod regula est permissiua. Fallit in casibus notatis per *glos.* in *l. si quaremus. ff. de testa.* & ponuntur ibi
9 solemnitates testamenti. ¶ Item nota, † quod filiusfamilias volente patre testatur in piam causam, alias non testatur etiam in aduentitijs, & in ijs in quibus patri non quæritur vsusfructus: vide *glos.* & *Bart.* in *l. qui in potestate. ff. de testa.* ¶ Sed
10 non † habere bona repellit quem à facultate testandi, quia non habet in quo testetur: vide *glo.* in *l. eum qui. ff. de testa.* in prin. & vide textũ in §.
11 *fi.* ¶ Item non † habens dominium bonorum, nec habere valens, non testatur: *ff. de testa. l. qui à latronibus.* in fi. quia testamentum sequitur bonorum
12 habitum, & si bona † adimuntur, rumpitur testamentum. vide *glos.* in dicta *l. qui à latronibus*. Sed
13 ademptio † bonorum no reddit quem intestabilem, quando memoria defuncti non damnatur: quia dato, quod non habeat bona, tamen vtilis est testatio, propter substitutiones pupillares, &
14 propter tutelas, vide *Bart.* in dicta *l. qui à latronibus.* in fi. ¶ Item † ademptio facultatis administrandi bona ex defectu personæ impedit facultatem testandi, sed non tollit iam factum: *ff.*
15 *eod. l. is qui*. Item † qui non potest testari non po-
16 test esse testis in testamento. Item † legatarius potest esse testis in testamento, & idem in intore: vt *ff. de testa. l. qui testamento*. Item † an testis in
17 testamento præsumatur rogatus, vide *ff. eod. l. hæredes palam.* in fi. *Bart.* & describitur præsentibus
18 testibus, an intelligantur rogati. Si † testator propria manu scripsit testamentum, & nondum publicauit, est perfectum ratione voluntatis, sed nõ solemnitatis, vide *Bart. ff. de test. l. qui testamentum.*
19 ¶ Et ad ponderandum † voluntatem defuncti, inspicitur factum, prout est in opinione testantis, non prout est in iuris effectu, quod potest facere ad multa, vide textũ in *l. peto. §. water. ff. de*
legatis secundo. scilicet, an probari, vel cõiecturari possit, alias præsumitur opinio illa, quam sonat
20 verba *l. non aliter. ff. de legatis tertio.* ¶ Item † nota, quod duo testamenta possunt fieri in vna charta,
21 & præsentibus eisdem testibus: vide *de vul. & pu. i. patris & filij*. Item nota, † quod omne verbum prolatum in extraneis præsentibus, licet ad hoc non vocatis, sed facto præsentibus, nec etiam aliquo præparato ad codicillandum habet, vim vltimę volũtatis: textus notabilis est *ff. de fideicom-*
22 *miss. l. fi. §. si pater. §. fi.* De † multiplici vltima voluntate, & appellatione vltimæ voluntatis cõprehenditur multiplex voluntas: vide *glos.* in *authent. de hæred. & falsi. §. fi.* ad fi. *collat.* 1. Clausule
23 codicillaris † venientes ab intestato grauat in hærede *l. ex ijs verbis. ff. de testa.* adde quæ notat
24 *Bald.* in *l.* 1. *ff. de iure codicillorum*. Sed † an solemnitates

nitates testamenti possint remitti per statutum,
25 vide *Bart.* in *l.3. ff.de testa.* Item † nota, quod te-
stamentum potest quis facere vltimo vitæ spiri-
26 tuff. *de statu.li.l.si quis libertatis.* Et † quæ solem-
nitas exigatur in testamento in scriptis, vide in
authent.de hæredi. ab intesta.§.quia vero. in fi.§.1.& ibi nota quot modis sumatur vltima voluntas.
27 Vlterius nota, † quod testamentum est imper-
fectum si est scriptum à tabellione,& non est lo-
ctum. Nec præsumitur lectum, nisi tabellio hoc
dicat. Ita *glos.* & *Bald.ff.de legatis tertio.l. fideicom-*
28 *missa.§.1.* Ita † non sufficit sententiam scribi, nis
si legatur; neque verbis proferri, nisi ante scriba-
tur, iocundum *Bald.* quem vide in *l.fi.C.de senten.*
ex periculo.rect. & adde notata per *Ioannem And.*
in *Spe.tit.de instrument. edi.§.videndum restat. versi.*
Et nota, quod tabellio. super textu in vltima parte,
ibi, *per hanc tamen,* &c. vide & adde quæ dixi su-
pra rubr.cap.si ratione executionis. in fi. Et dic, quod
29 hoc est hic saluatum ad cautelam, quia † regu-
lariter per generalem constitutionem non tol-
luntur consuetudines, & statuta locorum, nisi ca
caueatur expresse, per *cap.licet Romanus de consti.*
lit.6. Super hoc tamen, vide notata per *Albericum de Rosate ff. de verbor.oblig. liquis hos idem.* super
glos. vbi eam inducit ad quæstionem, in *§.vltimo*
istam glos.tulimus vt quæstionem. Consuetudo erat in
aliqua ciuitate, &c. vide infrà *eod. cap. pro instru-*
mentis. in fine.

De excessibus notariorum. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem habentes ad taxandum salaria ea taxare*
tenentur, infra annum sub priuationis pœna, & quan-
do incipiat dictus annus. nu. 9.
2 *Notarij appellantur superbi, & rapaces.*
3 *Inquisiti ad teneantur soluere acta notario. remissiue.*
4 *Notarius auctoritate Regia creatus an possit exercere*
suum officium in terris Ecclesiæ, vel in causis Eccle-
siasticis; & è contra an notarius Apostolicus idem
officium exercere possit in terris Regis.
5 *Notarius proprie dicitur, quem creauit Papa, vel Im-*
perator.
6 *Notarius creari non potest per statutum, vel consuetu-*
dinem, vt vniuersaliter exerceat officium suum.
7 *Acta facta per scribam intra territorium statuentis*
valent, secus vero extra.
8 *Papa, vel Imperator concedere potest facultatem cre-*
andi tabellionos.
10 *Dilatio temporis non potest prius habere finem quam*
principium.
11 *Annus, vel dies interpellit pro homine.*
12 *Notarius non potest delegare scripturam.*
13 *Dictionis, & cætera, significatio.*

CVM notarij salaria exigant excessiue, &c. Ca-
1 sus. Hi qui † ad taxandum salaria notario-
rum, & scripturarum per constitutionem habent
potestatem, tenentur infra annum continuũ ip-
sam taxationem facere, pœna priuationis offi-
ciorum suorum, & inhabilitatis ad ipsa perpe-
tuæ, ipso iure eis, nisi taxauerint, imminente. Hoc
dicit. Super ijs vide notata per *Ioan. An. in addi.*
Spe.tit.de instrumẽt. edi. super *Rubrica.vers.ad quin-*
2 *tum respondet.* Et † nota notarios appellari super-
bos, & rapaces: vt *C.de priuilegijs eorum qui in sa-*
cro palatio militant.l.ex aula.lib. 12. vide ibi *Ioan.de*
Platea. quia Imperator alibi dicit, Vorax, & frau-
dulentum numerariorum propositum, quia di-
uersis obsequijs rectoribus obsequuntur. *l. 1. de*
3 *numerarijs.* vide etiam ibi latius. An † inquisiti
teneantur soluere notarijs acta, vide *glos.* & *Dñm*
de Sancto Geminia. in *cap.cum officij. §.verum.de hæ-*
reti.lib.6. Super textu, *demque confirmantes,* &c.
dic, quod ista constitutio est supra *colla.6.* in *cu-*
1 *ria Cæsaris.cap.denique.* & ibi fit mentio de alia
constitutione, quæ est supra *colla.3.* in *curia Mõ-*
tissoni.cap. 11. *Item statuimus, & ordinamus.* vide &
4 adde quæ in eis scripsi. Sed † quæro hic, nunquid
tabellio auctoritate Imperiali possit exercere
in terris Ecclesiæ, vel in causis Ecclesiasticis spi-
1 ritualibus, vel notarij Papæ in terris Imperij in
temporalibus? *Bal.* putat, quod sic, quia istud offi-
1 cium non est iurisdictio. Et vbique extenditur
dignitas hominis, quæ est annexa osibus: argu.
ff.de postulando. l.ex ea. tene menti, & vide *Bald.*
super *Inno.* in *cap.cum P.tabellio.extra.de fide instru-*
5 *mentorum.* Item nota, † quod proprie est tabellio,
quem creauit Papa, vel Imperator, quia iste vbi-
cumque terrarum mundi potest conficere instru
6 menta, per statutum † autem de consuetudine
non potest fieri tabellio qui vere, & vniuersali-
ter habeat publicum officium. Sed † scriba, qui
7 intra territorium statuentis habet potestatem
conficiendi instrumenta, & intra facta vbicum-
que habent vigorem: sed extra rogata, nec vbi
valent ij habent quoddam officium locale. Po-
8 test † etiam Papa, & Imperator hoc ius alijs
concedere secundum *Bald.* vbi supra. Sequitur
in textu, *continue sequentem.* pro declaratione, &
9 intellectu huius litteræ; quæro † an iste annus de-
buerit computari à die publicationis præsentis
constitutionis; vel à die, qua consules, & alij, qui
ipsam taxationem per dictas constitutiones ta-
cere possunt, ceperint eorum officia adminis-
tare. Et videtur à tempore dictę publicationis cõ-
putandus. arg. in *authent. vt facta noua cõstitutiones,*
&c. scilicet, computando istum annum post
duos menses, ab ipsa publicatione, post quos in-
cipiunt ligare nouæ constitutiones; de quo nota
per *glos.* & *Doct. extra. de postu.præla. cap.*1. Et sic
iste annus iam fuit, & est elapsus. Et ipsa forte
fuit mens istius constitutionis. Verumtamen ne
videatur frustratoria ista constitutio, & vt ali-
quid commodum afferat, videtur, quod liget
quoscumque negligentes, quorum negligentia
currit à tempore eorum regiminis: quia antea nil
potuit eis imputari, & ita si primi fuerint negli-
gentes, etiam tenebuntur successores, nisi infra
alium annum ipsam taxationem fecerint, quia
per dictum *cap.* 11. *Item statuimus, & ordinamus.*
probi homines vniuscuiusque ciuitatis, villæ,

vel

vel loci poſſunt ordinare, taxare, & ponere pretium ſiue ſalarium de voluntate officialiũ illius loci ſuper ſalarijs ſcriptorum & ſcripturarũ Vicariorum, Baiulorum, & aliarum ſcribaniarũ forſades, & etiam non forſades per dictum *cap. demq. confirmantes*. Et iſta conſtitutio confirmat illa duo capitula, & venit executiue imponendo pœnas negligentibus, niſi id fecerint infra annum; & iſte annus non poteſt incipere, niſi à die quo quis eſt in officio, & poteſt eſſe in mora & negligẽtia: & iſte videtur mihi, quod ſit melior intellectus,
10 quia † dilatio temporis non poteſt prius habere finem quam principium: vt *l. ſi in die.* & ibi notãt *Bal. ff. de condi. & de.* & *l. tali. ff. de inrestr.* vnde adhuc hodie dicti probi homines poſſent ipſam taxationem facere in locis, vbi iam facta non reperitur. Et ſi requiſiti non facerent infra annum à tempore ipſius notitiæ ſiue requiſitionis, incurrerent iſtas pœnas priuationis, & inhabilitatis.
11 Sed forte non eſt neceſſaria requiſitio, quia † annus interpellit: vide *glo.* & *Ioan. de Imo.* in *Cle. quia contingit. de reſi. dom.* ſuper verbo, *negligentiã*. & ſuper verbo *ſingulis annis*. Conſulerem tamen, quod ſuper ijs haberetur prouiſio ſeu executoria regalis, vt fieret ipſa taxatio in locis vbi tacta non reperitur; ſicut eſt in curia Regia Gerundæ, vbi hodie non reperitur certa taxatio, & ſcriptores ſæpiſsime abuntur excedendo metas rationis, vt hic, & infra *coll. 9. c. als ſeruans de la noſtra cort.* Ita, quod recipiendo ſalaria maiora, quam olim fuerit ſtylatum, & minus ponẽdo de ſcriptura in folijs, quia cum deberent, & erat olim aſſuetum ponere ad minus quatuordecim lineas in vtraq. parte folij minoris formæ, hodie vix ponũt duodecim, & in qualibet linea vix ponũt tres dictiones, cum deberẽt ponere ad minus quinq. & plus debito extorquent. Et hinc exit omne malũ litigiorum & damnorum litigantium, & non eſt qui occurrat, vel ſuccurrat prædictis, nec velit conſulere vtilitati Reipublicæ: quia licet ſuper regimine ciuitatum ſint diſcordiæ; quilibet tamen cupit præeſſe, & non prodeſſe, & male pro conſcientijs ipſorũ: & hoc experientia docet, nec eſt opus alia probatione. Notat *Imo.* & *Hoſt. extra. de fide inſtrumentorum. cap. cum per tabellio.* & *glo.* ſ. in
12 *authent. de tabellionibus. §. nos autẽ. coll. 4.* quod † notarius non poteſt delegare ſcripturam, vnde notarius palatij non poteſt alteri commentarienſi committere vices ſuas. *C. de iure fiſci. l. in fraudem. §. quotiens. lib. 10.* & arg. *C. de ſpor. l. 1.* & quod non, in *authent. de hær. & fal. §. ſi vero abſunt. colla. 1.* Nec vnus gerere manus in officio alterius: *C. de*
13 *exec. & exac. l. 2. lib. 12.* Et nota, † quod quando ponit dictionẽ, *&c.* in inſtrumentis ſemel & pluries iudex ſupplet interpretando ex natura contractus, & ex conſuetudine regionis, & ex cõſuetudine notariorum, & ex proximis ſcripturis, ſecũdũ *Hoſt.* Facit *C. loca. l. licet. ff. de fundo inſtructo. l. cũ de lanionis. §. 1. de pig. ac. l. velut vnuerſorum.* & *de eden. l. ſi ex argentarijs. §. ſi initium*, ſecundum *Bal.*

vide & adde quę dixi ſupra *prima colla. curiæ Perpiniani. cap. ad occurrendum deſidia.* & infra *ead. cap. finem.* ſuper verbo, *cauſa mortis*.

De ſalarijs inſtrumentorum nuptialium, & dotalium. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Salaria pro inſtrumentis nuptialibus iuxta valorem dotium itidem pro inſtrumentis venditionum cenſualium, & violariorum taxantur forma hic tradita.*
2 *Dos eſt contractus.*
3 *Actio realis datur mulieri ad dotem repetendam ſoluto matrimonio. declaratur ibidem.*
4 *Statuto cauente, quod matre moriente bona dotalia remaneant filijs, per hoc non capiunt filij dicta bona, vt hæredes, ſed iure proprio ex diſpoſitione legali.*
5 *Filij lucra dotalia, vbi capiunt ex diſpoſitione legali, tranſmittunt etiam non agnita ad ſuos.*
6 *Conſtitutio, impuberibus, expenditur.*
7 *Dotis reſtitutio quibus in caſibus conſtante matrimonio locum habeat.*
8 *Dotis cõtractus nõ dicitur lucrativus. declaratur ibidẽ.*
9 *Lucratum ex lege non dicitur ex cauſa lucrativa.*
10 *Legatum ex cauſa dotis, quamuis viri contemplatione, dicitur in piam cauſam, & ratio traditur.*
11 *Pater an contracto matrimonio teneatur dotare filiam, remiſſiue.*
12 *Dos ſi conſtante matrimonio repetatur, non dicitur dos reſtitui, ſed tantum aſſignari mulieri loco pignorum: vnde non eſt vera reſtitutio.*
13 *Mulier ſterilis habet priuilegia dotis.*
14 *Mulier nondum cognita in dote etiã habet priuilegia.*
15 *Dos non valet, vbi non eſt matrimonium.*
16 *Mulier habet priuilegium dotis, quando repetit condictione ob cauſam.*
17 *Veſtes computantur in dotem.*
18 *Data per vxorem viro, ſi non exprimitur cauſa dotis, cenſentur loco paraphernalium. declaratur ibidem.*
19 *Mulier ſi dote data primo viro prædefuncto ſecũdo nubat, nulla dote aſſignata, cenſetur dediſſe dicto ſecundo viro in dote, quantũ dedit primo. declaratur ibidẽ.*
20 *Mulier omnia bona videtur velle dare in dotem.*
21 *Dos non eſt, niſi ſeruiat oneribus matrimonij.*
22 *Mulier minor vbi dedit maiorem dotem viro, quam ſit dignus, poteſt reſtitui, & eo tunc pro rata repetit fructus.*
23 *Maritus pauper; vxore exiſtente diuite, lucratur dotẽ.*
24 *Mulier pro rebus datis in dotem præfertur omnibus creditoribus etiam expreſſam hypothecam habẽtibus: & ratio traditur.*
25 *Iura vbi in materia dotali appellant aliquem extraneum, intelliguntur de non habente in poteſtate.*
26 *Dos data ab extraneo pro muliere, licet quoad maritũ ſit datio ob cauſã, quoad mulierẽ tamẽ eſt pura donatio.*
27 *Dos dari poteſt in veſtibus & ornamentis.*
28 *Dotis promiſſæ quando quis teneatur ad intereſſe, vel vſuras; traditur ſub diſtinctione.*
29 *Extraneus promittens dotem videtur facere animo donandi, niſi quando erat debitor mulieris.*
30 *Dotis ſpeciale eſt, vt dans eam pro alio in dubio videatur animo donandi feciſſe.*

31 *Pater tenetur dotare filiam etiam ſecundo nubentem.*

32 *Pater, ſi pro filia primo viro dederit certum quid pro dote, poſtea ſimpliciter promittens dotem ſecundo viro, videtur dediſſe illud idem.*

33 *Pater non cogitur dotare filiam ſpuriam, niſi quatenus capiunt alimenta: & quid in filia naturali.nu.* 34.

35 *Priuilegia conceſſa in diminutionem ſalariorum non tolluntur per conſtitutionem ſuperuenientem.*

36 *Conſuetudines, & ſtatuta laicorum contraria tolluntur per generalem conſtitutionem, niſi aliter caueatur; ex* Calicio.

37 *Conſuetudo vbi viget in ciuitate, quod inſtrumentum debiti debet habere quatuor teſtes, & iſta conſuetudo eſt confirmata per ſtatutum idem habens, poſteaquam emanat generalis lex, vel conſtitutio, per quam expreſſe tollitur ſtatutum, nulla mentione facta de conſuetudine: an fidelata cenſeatur talis conſuetudo, ſeb diſtinctione traditur.*

PRO *inſtrumentis ſponſalitiorum*, &c. Caſus. Hic taxantur † ſalaria notariorum totius terræ domini Regis, pro inſtrumentis nuptiarum, ſecundum valorem dotium. Vt videlicet â quantitate dotis vſque ad mille ſolidos, detur ſalarium octo ſolidorum. Et â mille ſolidis vſque ad bis mille ſolidos, dentur pro ſalario decem ſolidi. Et â quantitate bis mille ſolidorum vſque ad quatuor mille ſolidos, dentur quindecim pro ſalario. Et â quatuor mille vſque ad decem mille ſolidos, dentur viginti pro ſalario. Et â decem mille vſque ad viginti mille, dentur pro ſalario quadraginta ſolidi. Et â viginti mille ſolidis quantumuis aſcendat, non habebit notarius pro ſalario niſi quinquaginta ſolidos. Attende quod notarij Barcino. in fraudem huius conſtitutionis faciunt capitula nuptialia, & de quolibet capitulo faciunt vnum inſtrumentum, & de quolibet exigunt vnum ſalarium, & ſic faciunt fraudem huic conſtitutioni. Item de nuptialibus fiũt duo conſilia, vnum vni coniugum, & alterum alteri, & de vtroque exigunt ſalarium, & ita multifarie faciunt fraudes propter lucra, propter quas incurrunt pericula animarum; & quia in exigendis ſalarijs metas rationis excedunt: vt ſupra *eap. proximo.* opinor tamen, quod de mente huius conſtitutionis fuerit, quod de omnibus inſtrumentis neceſſarijs, quæ fuerint pro nuptijs amborum coniugum, ſolum debet exigi vnicum ſalarium, iuxta taxationem præſentis conſtitutionis. Si tamen ſiunt alia inſtrumenta ſeparata, vel quæ tangant alios extra coniuges, & parentes dotantes, poterunt alia ſalaria recipere moderata. Et hoc dicit vſque ad §. *pro inſtrumentis autem venditionum.* ibi eſt ſecunda pars, in qua taxat ſalaria pro inſtrumentis venditionum cenſualium, & violariorum, & apocharum eorundem, videlicet ſecundum quantitatem annuæ penſionis. Ita, quod vſque ad quantitatem annuæ penſionis quinquaginta ſolidorum dentur pro ſalario inſtrumenti viginti ſolidi. Et â quinquaginta vſque ad centum dentur pro ſalario triginta ſolidi. Et â centum vſque ad ducentos dentur pro ſalario quadraginta ſolidi. Et â ducentis vſque ad quingentos dentur pro ſalario quinquaginta ſolidi. Et â quingentis vſque ad mille, & quantumuis plus aſcendat, ſolum dentur pro ſalario centum ſolidi, & amplius non poſſit notarius exigere, nec recipere. Hoc dicit vſque ad §. *mandantes*, &c. vbi eſt tertia pars, in qua prohibet fraudem fieri, vſque ad §. *Et etiam taxationem*, &c. Et ibi eſt quarta pars, vbi hanc formã taxationis cenſualium & violariorum extendit ad inſtrumenta ſententiarum, non loquitur de ſententijs Regijs, de quibus fuerint chartæ ſigillatæ, & pro quibus ſoluitur ius ſigilli ſatis magnum, tam iudicialium, quam arbitralium, quam etiam amicabilium compoſitionum. vſque ad §. *Et ſi omnes iſtas.* ibi eſt quinta pars in pœna priuationis officij ipſo facto punit notarij taxationes huiuſmodi non ſeruans, vſque ibi in §. *Si tamen in aliqua ciuitate.* vbi eſt ſexta pars, in qua præcipit ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines locorum, vbi minus taxari eſt conſuetum, vel recipi. Et in hoc concordant ſupra *eod. cap. pro teſtamentis.* & *cap. Si ratione executionis.* ¶ Sequitur §. *Et hæc non ſolum.* vbi eſt ſeptima pars, in qua præſentem conſtitutionem trahit ad præterita, & præſentia inſtrumenta parti nondum tradita. ¶ Sequitur §. *vltra tamen*, vbi eſt octaua pars, in qua taxat ſalarium laborum pro dieta, qua notarius exierit extra ciuitatem, vel locum, duodecim ſolidos, & eius iurato octo ſolidos, ita quod amplius nõ audeãt recipere, pœnam iam dictam formidantes. Et hoc ſit pro caſu longo præſentis conſtitutionis, in qua nota, † quod dos eſt contractus: vt *ff. de re iudi. l. non tantum.* Et † quod dicit, ſoluto matrimonio dari actionem realem ad res dotales, habet locum tantum, quando mulier agit, non quando hęredes mulieris, ſecundũ *Bar. l. Nezennius.* §. *ſi. ff. de re iudi.* quod forte eſt verum in extraneis, non in filijs eiuſdẽ matrimonij, iuxta ea quæ legũtur & notãtur *ff. ſolu. matri. l. etiam.* Item nota, † quod licet ſtatutum dicat, quod moriente matre, bona dotalia remaneãt filijs, nõ per hoc capiunt bona vt hæredes, ſed capiunt iure proprio ex diſpoſitione legali, in *auth. de nuptijs.* §. *ſi vero mortãtu . colla.* 4. Et † lucra dotalia tranſmittunt filij vbi capiunt ex diſpoſitione legali, etiam non agnita ad filios ſuos, ibidẽ vide, quia facit pro † intellectu *conſti utionis, Impub. ribus*, vt illi proximiores ſuccedentes impuberibus in bonis illius lineæ, vnde prouenerũt, non dicantur capere vt hæredes, ſed ex diſpoſitione illius conſtitutionis: & ſic etiam tranſmittantur non agnita, vide quæ ſcripſi in dicta conſtitutione. Et multos † caſus, in quibus conſtante matrimonio fit dotis reſtitutio. Vide in eadem *authent.* §. *dotes autẽ.* & *ff. ſolu. matri. l. mutus.* §. 1. Item nota, † quod contractus dotis non dicitur lucratiuus: hoc verum quoad virum, ſecus quoad vxorem, cui data eſt dos: *ff. de condi. ob cauſam. l. ſi extraneus.* & ibi *glo. ff. quibus modis pig.*

vel

Digitized by Google

vel hypo. ſol. l. ſi tibi. §. ſi permiſsio. & etiam, quod
9 lucratur † ex pacto, vel ex lege, non dicitur habere ex cauſa lucratiua: quia attendi debet principalis cõtractus, & eius natura non extrinſecus accedens: ibi *gloſ.* & *ff. ſicut pe. l. ſi quis pecuniam.*
10 Item nota, † quod legatum in cauſa dotis etiam per reſpectum ad virum dicitur in piam cauſam, quia pium eſt, quod mulier non remaneat indotata, & quod maritus non habeat ſine dote vxorem: *ff. de condi. inde. l. cum is. §. ſi mulier.* quod
11 nota bene. An † pater poſt matrimonium contractum, teneatur dotare filiã: vide *Cin.* in dicto
12 §. qui cõcludit, quod ſic. ¶ Si † conſtante matrimonio dos repetatur, non dicitur dos reſtitui, ita quod dominium transferatur in mulierem de bonis viri, ſed dicitur ſibi aſsignari loco pignorum, vnde non eſt vera reſtitutio: vide *Gui. ff. de peculio. l. ſi noxali. §. eſt autem.* & *Doct.* in *l. vbi. C. de*
13 *iure dotium.* ¶ Item † mulier ſterilis habet priui-
14 legia dotis. *ff. de vſuf. l. arboribus. §. de illo.* Item † habet ipſa priuilegia, licet nondum fuerit cogni-
15 ta: *ff. de ritu nup. l. denique.* Sed † vbi non eſt matrimonium, non valet dos: *ff. de iureiuran. l. doti.* cum
16 ſimilibus. ¶ Item † mulier habet priuilegium dotis quando repetit condic. ob cauſam. Et eſt dos peculium mulieris, & ideo eſt quid vniuerſale: *ff. de iureiuran. l. ſi ego.* & in *§. dotis.* & ibi *gloſ.*
17 Item † veſtes computantur in dotem: vt *l. plerumque. ff. eod. tit.* Item † in dubio data marito, ſi
18 non exprimitur cauſa dotis, videntur data loco paraſernalium: hoc verum quando iam habet aliud in dotem: quia vbi nõ apparet aliqua dos, tunc datum, vel promiſſum per vxorem marito, videtur datum in cauſam dotis: *ff. eod. tit. l. quod*
19 *autem.* Item † ſi mulier prius dedit dotem vni viro, & ſecundo nubens nihil dicit de dote, videtur conueniſſe, vt tantum ſit in dote, quãtum dedit primo: vt *ff. eod. tit. l. dotem.* Sed poteſt intelligi in eodem viro, & nihil facit, quibuſdam videtur hoc verum, quando ſecundus maritus eſt dignus
20 tanta dote. Item † mulier omnia bona videtur velle dare in dotem: *ff. eod. tit. l. mulier bona.* in *gloſ.*
21 Sed dos † non eſt, niſi ſeruiat oneribus matrimonij: *ff. eod. tit. l. ſi pater. ff. de pac. do. l. ſi conuenerit.* Item
22 ſi † mulier dedit maiorem dotem viro, quam ſit dignus, minor poteſt reſtitui, & pro rata repetit fructus: *l. 1. C. ſi aduerſus dotem.* & vide *gloſ.* in *l. 1. C. eod.* ¶ Vlterius notandum, & menti tenendum,
23 quod maritus † pauper vxore exiſtente diuite, lucratur dotem. vide *gloſ.* & *Cinum* in *l. licet. C. de iureiurand.* quæ *gloſ.* allegat caſum *authent. præterea. C. vnde vir & vxor.* adde quæ dixi ſupra *eod. cap. maritus.* Hæc autem habent locum tam ex teſtamento quam ab inteſtato, vt ibi notat *Bald.* Item
24 nota, † quod mulier in rebus datis in dotẽ præfertur omnibus creditoribus etiam habentibus expreſſam hypothecam, quia res illæ ſinguntur ſemper mulieris fuiſſe: *l. aſsiduis. C. qui po. in pig. ha.* & ipſa materia habet locum in rebus viri: vide *l. in rebus. C. de iureiurand.* vide notata in *collat. 8.*

cap. è los aduocats. ſuper verbo, *à diſtribuir.* & in §.
25 *entenem empero, è declaram.* ¶ Item nota, † quod vbi iura in materia dotis appellant aliquem extraneum, intelligitur de non habente in poteſtate: *C. de iureiurando. l. ſi.* & *l. vna. §. accedat. verſ. ex-*
26 *traneum. C. de rei vxo. ac.* ¶ Itẽ nota, † q̃ dos quæ datur ab extraneo pro muliere, quantum ad maritum, eſt datio ob cauſam; quoad mulierem eſt pura donatio: *C. de iureiurando. l. ſi.* ¶ Item nota,
27 quod † dos poteſt dari in veſtibus, & ornamen-
28 tis: *eod. l. §. præterea.* ¶ Item † quando teneatur quis ad vſuras dotis promiſſæ, vel interene. ita quod non interpellatus dicatur in mora, vide in *eadem l. ſi.* quod ſtatim, quando mulier promittit: vt *l. de diuiſione. ff. ſ. luto matrimonio.* poſt biennium. quando extraneus. dicta *l. ſi.* & vide ibi *Bart.* Seu
29 ſi † extraneus promittit dotem, videtur facere animo donandi, niſi quando erat debitor mulieris, ſed *Bart.* in *l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de legatis tertio.* & vide *gloſ.* in *l. fina. C. de dotis promi.*
30 ¶ Nota † ſpeciale in dote, vt dans ea n pro alio, in dubio videatur animo donandi fecille: licet alias nemo præſumatur habere animum iactandi *l. ex morte. §. accedat. C. de pac. conuen.* ¶ Item pa-
31 ter † tenetur dotare filiam etiam ſecundo viro
32 nubentem, non tantum primo. Et † ſi mulier, vel pater primo viro dedit certum quid pro dote, poſtea ſimpliciter promittendo dotem ſecundo viro, videtur dediſſe illud idem: *C. de pactis*
33 *conuen. l. ſi.* & ibi *Cin.* ¶ An † pater cõgatur dotare filiam ſpuriã, colligitur ex dictis *Bart.* quod non, niſi quatenus capiunt alimenta: vt in *cap. cum haberet. de eo qui duxi. in mat. l. ſi fraudato. §. ſi*
34 *à ſocio. ff. de ijs quæ in frau. credi.* Sed † tamen pater non tenetur dotare filiam naturalem: *l. vxorem. §. teſtamento,* alias *pater naturalis. ff. de legatis tertio.* ¶ Super textu, ibi, *vel eſt minus recipi conſuetum,*
35 *illa, vel illud ſeruare debeant,* &c Nota hic, † quod priuilegia, & conſuetudines in diminutionem ſalariorum conceſſa nullatenus tolluntur: ſic habes in *authentica de iudicibus. §. ne autem circa hoc*
36 *labor.* in fin. *collatione ſexta.* Item nota, † quod hic eſt argumentum pro *Iacobo de Calicio,* qui notat, quod per generalem conſtitutionem Cathaloniæ tollantur conſuetudines, & ſtatuta locorum contraria, niſi aliter caueatur, vt hic de quo vide per eum in *octauo dubio ſuæ Directorij pacis, & tregæ.* in illa *quæſtione, Numquid vigore dictorũ priuilegiorum,* &c. de hoc dixi ſupra *eadem cap. pro*
37 *teſtamẽtis.* in fine. ¶ Sed pro declaratione † huius pone, quod erat conſuetudo in aliqua ciuitate, quod inſtrumentum debiti deberet habere quatuor teſtes, & hæc conſuetudo fuit confirmata per ſtatutum idem habens; poſtea emanat generalis lex, vel conſtitutio, per quam expreſſe tollitur, dicendo, quod non valeat ſtatutum, nulla facta mentione de ipſa conſuetudine, nunquid illa conſuetudo ſit ſubblata? *Albericus de Roſat.* putat, quod ſic, & allegat ſua iura in *l. quis bis idem. ff. de verbor. obligat.* & Reſpondendo

Digitized by Google

notatis in *cap. 1. extra. de constitu. lib. 6.* dicit, quod aut conditor legis generalis remouendo statutum facit contrariam dispositionem, dicendo, Remouemus tale statutum, & statuimus, quod valeat instrumentum, cum duobus testibus, tunc statutum, & consuetudinē simul remouerī: alleg. *ff. de legi. l. non est nouum.* & hoc modo intelligit notata in dicto *cap.* 1. Sed si solum remouet statutū, non disponendo vltra contrarium, tunc remanet consuetudo: vide latius per dictū *Alberi. de Rosat.* in dicta *l. qui bis idem.* in §. *vlt. istā glo. induco. in arg. ad quæstionem*, &c. vide & adde quæ scripsi supra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 6. statuimus itaque.* & infra *ead. cap. notarij.* in fine.

Vbi officiales pro eorum contractibus conueniantur. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij ordinarij locorū absentib⁹ Rege, ei⁹ vxore, ac primogenito facere possunt iustitiā querelātibus de domesticis Regis, & eius primogenitis; nec non repertis in locis suspectis arma auferre etiam præsentibus dictis Rege, Regina, & primogenito. declaratur num. 4. & 27.*

2 *Domestici Regis sunt exempti à foro ordinariorum regulariter.*

3 *Rex solus, vel eius successor, aut eorum mandato cognoscere potest de domesticis Regis: & qui sint isti domestici traditur ibidem.*

5 *Delegati non habent potestatem vltra quam continetur in delegatione.*

6 *Officiales ordinarij, quānis sint dati per Regem ad eius beneplacitum, non reuocantur tamen per eius obitum. declaratur* cap. si gratiose, extra de rescriptis.

7 *Gubernatoris officium durat post mortem Regis.*

8 *Domestici dicuntur pater & filius, & omnes, qui successionem sperant.*

9 *Domestici sunt magis timendi quam alij. & de ratione.*

10 *Consiliarij, & officiales curiæ Regis sunt domestici ipsius; & sunt exempti à foro ordinariorum.*

11 *Procurator fiscalis Regis, si absente Rege efficiatur procurator fiscalis Gubernatoris, & delinquat, sortietur forum dicti Gubernatoris. & de ratione.*

12 *Domesticorum appellatione veniunt serui.*

13 *Domestici dicuntur Cancellarij iudicum, & alij officiales.*

14 *Domesticæ personæ quæ.*

15 *Domesticus dicitur, id est, in domo stans.*

16 *Familiares sumuntur multis modis. remissiue.*

17 *Testis an esse possit familiaris, vel domesticus. remissiue.*

18 *Domestici etiam dicuntur existentes de curia.*

19 *Familiares eius sunt fori, cuius est dominus.*

20 *Familiares clericorum gaudent priuilegio fori Ecclesiastici.*

21 *Casus, in quibus clericus conueniri potest coram iudice seculari. remissiue.*

22 *Papa aliquando delegat causam spiritualem.*

23 *Iudex quis esse nō potest in causa familiæ, quæ sit in sua potestate.*

24 *Familiaritas modica non repellit quem ab officio iudicis: licet quoad testem sit secus.*

25 *Domestici Regis in duplici differentia, vt hic.*

26 *Forum quis sortitur ratione domicilij, & quibus alijs modis sortiatur quis forum traditur.*

28 *Priuatus quilibet capere potest delinquentes per constitutionem soni emissi: nec per hoc derogatur iurisdictioni Regiæ.*

29 *Officialis excusari non potest à negligentia non corrigens notoria crimina.*

30 *Loca suspecta quæ sint, traditur.*

31 *Suspectum hominem faciunt non possidere immobilia, vel possidere pauca.*

32 *In crimine fragarnte potest quis capi non spectato consilio iudicis.*

33 *Capi quando quis possit. remissiue.*

34 *Vicarij possunt facere iustitiam querelantibus de Baiulis, & eorum locatenentibus, assessoribus, & iudicibus infra eorum Vicarias pro debitis, quæ debent vt priuatæ personæ. declaratur nupt. 37.*

35 *Baiuliæ sitæ infra Vicariam latam Gerundæ.*

36 *Exactor conuictus de depredatione potest per iudicem loci puniri non spectata consultatione Principis.*

OFficiales nostri ordinarij, &c. Casus. Officiales 1
Regij † ordinarij locorum, domino Rege, eius vxore, ac primogenito eorum inde absentibus, possunt de domesticis ipsorum Regum, & primogeniti, ius, & iustitiam querelantibus exhibere. Possuntque etiam ipsis dominis præsentibus in loco dictis domesticis in locis suspectis repertis arma auferre. Hoc dicit vsque ad §. *Et quilibet*, &c. ibi est secunda pars. In qua dicit, quod Vicarius, vel eius locumtenentes de Baiulis, & eorum locatenentibus, & assessoribus, & iudicibus ordinarijs eorundem: & econtra. Baiuli, vel locatenentes de Vicario, & eius locumtenentibus, & assessoribus, iudicibus ordinarijs eorundē, possunt, & debent, de ijs, quæ vt priuatæ personæ debuerint, facere iustitiam, durante officio, seu eius administratione. Hoc dicit vsq. ad finē.

Et est notabilis constitutio. Et nota, † quod hic 2
est casus contrario sensu, quod domestici Regij sunt exempti à foro ordinariorum, nisi in casibus 3
in hac constitutione cōtētis. Et † ita patet, quod nullus valeat cognoscere de domesticis Regijs, præsertim de ijs quæ dicantur in officio deliquisse, puta, Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, Algutzurij, Aduocati, & Procuratores fiscales, portarij, & consiliarij Regis; nisi ipse Rex, vel eius successor, aut eorum mandato: vide *l. nulli post hanc. C. de agen. in rebus. libr.* 12. & *Iacobū de Calicio in sua Margarita fisci ottano dubio. versicul.* 116. Fallit in casibus in hac constitutione contentis. Ex qua habes duo notabilia, quæ dixi in summario. Vide litteram in textu, quia dicit, *officiales nostri*, & dicit, *ordinarij*.

dic † secus de alijs, qui non sunt officiales Regij, vel forte sunt delegati, in quibus nil mutatur, sed iuri communi relinquitur. *C. de appellat.* 4
l. præcipimus. quia † delegati non habent potestatem, nisi quatenus in delegatione contineatur: *extra. de offic. delegati cap.* 1. Et officiales ordinarij 5

narij Baronum in ſuis territorijs vtuntur ſua iuriſdictione quatenus à iure communi, vel patriæ
6 eſt permiſſum. Nota, † quod officiales ordinarij licet ſint dati per Regem ad eius beneplacitum; per eius obitum non reuocantur. Non obſtat dictũ *c. ſi gratioſè. extra. de ſcriptis. li. 6* quia ibi loquitur in odioſis: ſed officia ſunt fauorabilia, & in conceſsione ipſorum ſemper intelligitur beneplacitũ Regis cõcedẽtis, & ita tenet *Gui. de Cug.* quẽ vide in *l. meminiſſe. ff. de offi. proconſulis.* & ideo
7 officiũ † Gubernatoris durat poſt morte Regis, ſecundũ *Iaco. de Calicio in ſuo Curiali, 4. dubic.* in fi.
8 Sequitur in tex. *de domeſticis.* Nota, † q̃ domeſtici dicuntur pater & filius, & filij in eadẽ poteſtate. vt *ff. q̃ cuiuſq. vniuerſitatis. l. illud.* & *l. ſequenti.* Item domeſtici ſunt familiares aſsidui, & omnes qui ſucceſsionẽ ſperant; vt notatur in *fin. tit. qualiter vaſ. iurare debet,* & ibi etiam nota, † q̃ domeſtici
9 ſunt magis timendi quã alij, quia nulla peior pe-
10 ſtis &c. Conſiliarij, † & officiales curiæ Regis ſunt domeſtici ipſius Regis, & gaudent exẽptione fori iſtorum ordinariorũ, niſi in caſibus huius
11 *conſtit.* vel *c. Quid ſi aliquis.* de officialibus, † & domeſticis Regis, vt puta procurator fiſcalis abſente Rege factus ſit etiã procurator fiſcalis Gubernatoris, & ſi in officio coram Gubernatore delinquat; certe ſortietur forũ Gubernatoris, nec habebit locũ præſens conſtitutio, quæ ſolũ loquitur de ordinarijs locorũ. Sed Gubernator eſt or-
12 dinarius Prouinciæ. Itẽ † domeſticorũ appellatione cõprehẽduntur ſerui: *ff. locati. l. ſi quis inſulã. §. fi.* vide *Iaco. de Ar. C. de teſta. l. etiam.* vide *l. 1. C. ſi rector prouin. glo.* & *Bar. ff. ad Sille.* in prin. Itẽ do-
13 meſtici † dicuntur Cancellarij, iudices, & alij officiales. *C. de aſſeſſo. l. & Cancellarijs.* & *l. conſiliarios.* & ſic videtur hic, q̃ Vicarius ſit domeſticus Regis, & ita Rege abſente poterit conueniri coram
14 ordinario loci per hanc conſtitutionẽ. Itẽ † domeſticæ perſonæ dicuntur ſeruus, colonus, aſcriptitius, familiaris, & libertus. *C. de his qui ad Eccl. confu. l. 1. §. Sanc.* vide *Bart.* in dicta *l. etiã. C. de teſta.*
15 Item † domeſticus dicitur, ideſt, in domo ſtans: *C. de proba. l. inſtrum.* vide *Butriũ*, & *Cinũ*, in dicta *l. etiam.* adde *l. ſi vir. §. ſi. ff. de dona. inter virũ & vxorem.* adde etiã quæ ſcripſi ſupra *ead. c. portarij*, ſu-
16 per verbo, *domeſticis.* Item familiares † ſumuntur multis modis, d̃ quo late not. *Bal.* in *l. 1. C. de Epiſc. & cleri.* & ibi vide de effectu familiaritatis. Vtrũ
16 autem † familiaris, vel domeſticus admitti debeat in teſtem; dic vt notat *Henri. Boich extra. de teſtibus. c. in litteris.* Et notatur latiſsime per *glo. 3. q. 5. in Sũma.* Vide ibi. & *15. q. 8. c. Epiſc. nullius.* Sed melius eſt in Summa *glo. 3. q. 5.* ſcilicet, qui dicantur familiares ſeu domeſtici. Itẽ hic habes, q̃
18 etiam † domeſtici dicuntur exiſtentes de curia, vt ſequitur in littera, ibi, *Seu exiſtentes de curia no-*
19 *ſtra.* &c Et probatur per iura prælleg. Et † nota hic, quod familiares, & domeſtici fortiuntur
20 forum domini. Vnde † videtur, quod ſeruitores, & mancipia, & tota familia clericorum gaudeãt priuilegio fori clericorũ, vt non conueniantur corã iudice ſæculari: 11. *q. 1. c. clericum.* & ibi *glo.* vide *Doct. de cleric. coniu. c. 1. l. 6.* vbi dicunt cõtra-
22 rium, & idẽ dicit *glo.* de filio clerici. Itẽ † nota caſus, in quibus clericus conuenitur corã iudice
23 ſæculari; in *glo.* 11. *q. 1. c. clericũ. 2.* Nota † illud, quando Papa delegat cauſam laico, etiã ſpirituali, vide *extra. de iudi. c. 2.* Nota illud, quãdo laico ſuccedit clericus, ſed hoc non eſt verum. Sed dic, vt notant *Doct. extra. de fo. cõpe. c. quod clericis.* Tertium nota, quando conuenitur pro euictione. Sed adhuc falſum, vt ibi dixit *glo.* vide *ff. de indi. eius. l. venditor.* Itẽ notant *Inno.* & *Bal. extra de offi. de-*
25 *le. c. inſinuante.* quod quis † non poteſt eſſe iudex in cauſa familiæ, quæ eſt in ſua poteſtate, vel in
24 ſuo obſequio. Sed † modica familiaritas non repellit, & facilius repellitur iudex quam teſtis, vt ibi notatur in *glo. magna.* Sequitur in textu, ibi,
25 *domiciliatos*; quidam † ſunt domeſtici domus Regis, non habentes domicilium in ipſa ciuitate, villa, vel loco. Alij ſunt domeſtici Regis habitãtes, & habentes domicilia in ciuitate, villa, vel loco, & tamen omnes ſunt exempti, niſi in caſibus
26 huius conſtitutionis. Et regulariter dic, † quod ratione domicilij ſortitur quis forum: *extra. de foro. cõpe. c. ſi.* & ſupra *colla. 2.* in *2. curia Barcino. c. 18. Item quod nulli homines.* & vide quæ ibi dixi. Sequitur in littera, *aut alias exiſtentibus de eorum iuriſdictione.* ſubaudi, vel ratione delicti ibidem cõmiſsi, aut aliquo de modis ſortiendi forum, ſcilicet ratione contractus, vel alias iuxta notata per me in allegar. *c. Item, quod nulli homines.* & latius per *Doct.* allega. *c. vltimo. extra de foro compe.* Sequitur in textu, *ius & iuſtitiam querelantibus red-*
27 *dere teneantur.* intelligo † ciuiliter & criminaliter, dummodo ad partis querelatricis inſtãtiam; quia dicit, *querelantibus.* Secus ergo videtur ex officio, inquirendo in caſibus, quibus poteſt inquirendo procedi: de quibus vide ſupra *ead. coll.* in *curia Perpiniani. c. volumus, & cõcedimus, quod non obſtante.* & *extra. de iureiuran. c. ad iuramentum.* quoniam regulariter de iure communi ex prærogatiua & regalia, dominus Rex punit ſuos officiales, & domeſticos, qui ſunt exempti à foro inferiorũ officialium, niſi quatenus à iure communi, vel per iſtas conſtitutiones expreſſe conceditur ipſis inferioribus, & patet hic: quod etiam ſi reperti fuerint ipſi domeſtici delinquendo, attamen ſolum permittitur iſtis ordinarijs capere, & auferre arma: & nil dicitur de perſonis capiendis. Verumtamen credo, quod ſi iſti domeſtici crimine fragrante reperirentur in atrocioribus, quod iſti inferiores ordinarij tenerentur ipſos taliter delinquentes capere, & remittere domino Regi.
28 Nam, & quilibet † priuatus taliter delinquentes capere poſſet per conſtitutiones ſoni emiſſi ne inde euadere poſſent, & hoc non eſt derogare iuriſdictioni, & prærogatiuæ domini Regis, ſed eum iuuare, quia Reipublicæ intereſt, ne maleficia remanent impunita: vt

29 *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* Nec † potest officialis excusari à negligentia, qui non corrigit notoria crimina; vt *extra. de cens. cap. Romana. §. notoria vero. lib. 6.* & *de sentē. excommunicationis. cap. quæ c.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *in suspectis locis*, sus-
30 pecta loca † dicuntur loca separata, & secreta, & lupanacia, & huiusmodi; quod etiam ex tempore, & personarum, & rerum qualitate arbitrio boni viri pensandum est: ad hoc infra *colla. 9. cap. per tal que mal.* & quæ ibi scripsi super verbo *dis-*
31 *tre cases*, &c. Item † hominem suspectum faciunt nō possidere immobilia, vel possidere pauca, & in alio res prius maleratas, de hoc vide per *glo. ff. qui satis legad. si fideicomm.* §. *fi.* v. de *l. cla possidere. ff. de acquir. poss.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *seu delu-*
32 *quendo*, & sic † crimine flagrante potest quis capi, non spectato iudicis consilio, nec requisita instantia huius: vt infra in *curia domini Berengarii. cap. als procuradors fiscals*, &c. vide, & adde quæ ibi
33 dicam, & quando † quis capi possit, vide late per *And. de Barzula. C. de decurio. l. generali. lib. 10.* vide etiam infra *coll. 10. c. la superfluitat. §. excepta-da captio.* ¶ Sequitur §. *quilibet.* & est hic secunda
34 pars, in qua habes expressum, † quod Vicarij possunt facere iustitiam querelantibus de Baiulis, & eorum locatenentibus, Assessoribus, & iudicibus, infra eorū Vicarias in debitis, quæ debent, vt priuatæ personæ: & quod hic dicit litera, *infra suam Vicariam*, intelligo de latissima Vicaria, prout habet iurisdictionem pro pace & treuga: vt puta Vicarius Gerundæ, & Bisulduni, poterit facere iustitiam de debitis, quæ debent, vt
35 priuatę personæ † tam Baiulus Gerundæ, quam Baiulus Bisulduni, & Baiuli Villarum Figueriarę, Turricellæ Sancti Fælicis Guixollen. de Colonico, de Palanosio, & de Palis. ac de Valle Corniliana: quia illæ omnes Baiuliæ sunt infra latam Vicariam Gerundæ, & Bisulduni. Et non credo, quod intelligatur tantum de Vicaria stricta, in qua habet omnem iurisdictionem, quia tūc non posset compellere nisi Baiulum Gerundæ, & Bisulduni, & suos officiales, & sic alij Baiuli, Iudices, & Assessores dictarum Villarum non haberent superiorem Vicarium in istis ciuilibus debitis, durante officio, quæ debent, vt priuatę personæ, quod foret contra mentem huius constitutionis. Vnde credo, quod verbum *Vicariam*, hic sumatur latissime, vt hic Vicarius Gerundæ compellat Baiulos, & officiales dictarum Villarum, quæ sunt infra suam latam Vicariam. Nota
36 tamen, † quod exactor de deprædatione conuictus, potest per iudicem loci puniri, non spectata consultatione Principis, vt *l. quotiens. C. de lucris*
37 *aduocatorum. lib. 12.* Et credo, † quod isti officiales adinuicem debeant facere iustitiam querelantibus, de ijs quæ debent vt priuatę personæ, procedendo simpliciter, & de plano; ne ipsi officiales euocentur extra loca suarum iurisdictionum personaliter, nec cogantur deserere regimen, & exercitium officiorum sibi commissorum: contra *l. curiales. C. de decurio. lib. 10.* Sed videō, quod creditores parum curant de remedio huius constitutionis; sed expectant tempus tabulæ, vt habeant fideiussores officialium obligatos, & causa ducatur velocius. Verumtamen ista constitutio salubris est: Præsertim pro debitis minoribus quinquaginta solidorum, in quibus proceditur sine scriptis, & appellatione remota, iuxta *cap. causæ curiæ Perpiniani.* Sed consule rem tibi, vt prius conqueraris de Vicario tuo debitore, vt priuata persona, virtute huius constitutionis apud Baiulum. Et si Baiulus fuerit negligens, in ministrando tibi iustitiam, expectes tabulam, & facias ibi querelam de ambobus: & fideiussoribus eorum, & habebis plures obligatos: & erit tuum debitum magis secutum. Et nota, quod dicit, *vt priuatæ personæ*, puta pro contractibus proprijs & priuatis: secus si pro crimine, delicto, vel quasi in officio commissis; quia tunc oportebit expectare tēpus iudicij tabulæ; vel recurrere ad Principem: iuxta *cap. Item statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur.* in fi. supra in *curia Illerden.* & supra *colla. 4.* in 2. *cursa Barcinone. cap. 18. Item cum quilibet.* Item possunt in tabula conueniri pro debitis contractis, & factis, vt priuatæ personæ, durante officio, de quo scripsi supra *eod. c. iudices tabulæ.* In libro ordinationis dom. Regię est sub titulo de officio Cancellarij posita clausula sequens: *Declaram à ell*, scilicet Cancel. *esser sotsmesos Prelats, Capellans, Clergus, Doctors, sauis en dret de conseyl, ò de casa nostra stats en les cases, empero en les quals no cōtradiē Canoniques sanccions. E los oydors, è los promouedors, Caualliers, seruians nostres. Los seruians empero al mestre racional de nostra cort, per raho de son offici sotsmesos tant solament foragitats.* Ecce qualiter prædicti sunt exempti à foro inferiorum ordinariorum, nisi in casibus huius capituli, scilicet in absentia curiæ Principum: vt dixi superius: & hoc nota valde, quia vidi alias dubitari in audientia Gubernatoris.

De salarijs sententiarum condemnatorum, censualium, & violariorum.

Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium pro sententijs censualium, & violariorum taxatur forma hic tradita. declaratur nu. 2.*
3 *Sententia continens condemnationem, vel absolutionem est proprie sententia.*
4 *Sententia diffinitiua dicitur, si imponit finem liti.*
5 *Sententia diffinitiua non valet contra alteram sententiam diffinitiuam: quod secus dicitur in interloquutorijs, & de ratione.*
6 *Sententia interloquutoria transit in rē iudicatam quoad iudicem ob lapsum quatuor mensium.*
7 *Sententia interloquutoria parit exceptionem rei iudicatæ, sicut diffinitiua.*
8 *Sententia in causa iactatorum an diffinitiua, vel interloquutoria sit dicenda; traditur remissiue.*
9 *Sententia contra diffamantem in causa iactatorum qualiter proferenda, traditur.*

Sententia

10 *Sententia ab obſeruatione iudicij an ſit diffinitiua. remiſſiue.*
11 *Sententia lata contra Titium agentem nomine meo me ſciente an mihi præiudicet. remiſſiue.*
12 *Dominium non quæritur ex ſententia abſolutoria, quia actor non probauit.*
13 *Iudicis officium finitur per ſententiam.*
14 *In ſententia cauſa eſt exprimenda, quando aliter timetur præiudicium.*
15 *Sententia lata contra ius non valet. declaratur ibidem.*
16 *Sententia vt valeat, quæ requirantur, traditur.*
17 *Sententia eſt nulla, ſi lata fuerit contra merita actorũ, ſeu proceſſus.*
18 *Sententia lata ſine cognitione cauſæ eſt nulla.*
19 *Salarium iudici non debetur ex ſententia ſi non ſit plene deliberata, & cum cauſæ cognitione.*
20 *Colluſio præſumitur ex breuitate temporis.*
21 *Ponderatum eſſe nequit, quod non eſt frequentatum.*
22 *Tempore indigemus, vt quid maure agamus.*
23 *Error mentalis iudicis, etiam non expreſſus, reddit ſententiam nullam.*
24 *Sententia lata ex teſtibus minus rite receptis eſt nulla.*
25 *Sententia eſt nulla, quando error eſt expreſſus in ea. declaratur nu. 26.*
27 *Sententia lata ob contumaciam vtriuſque partis eſt nulla.*
28 *Sententia lata contra ius extrauagans, vel contra ſententiam Principis, quæ habetur pro iure, an nulla ſit. declaratur idem ſi fuerit lata contra communẽ opinionem doctorum nu. 29. & ſi ſit lata contra mentem legis. nu. 30.*
31 *Sententia lata pro reddendis computis nõ eſt vera diffinitiua.*
32 *Salarium integrum non datur pro ſententia lata in cauſis redditionis computorum, ſed hoc male ſeruatur.*
33 *Iudex iudicare debet ſecundum quod ſibi iuſtum videtur.*
34 *Iudex iudicare debet ſecundum allegata & probata, & non ſecundum conſcientiam. declaratur nu. 36.*
35 *Iudex iudicare debet de eo, quod ſibi conſtat, vt iudici; non de eo, quod ſibi conſtat vt priuato.*
37 *Iudex factum per eum abſque cognitione cauſæ de facto reuocare poteſt.*
38 *Sententia lata corrupto aduocato, traditur ſub diſtinctione.*
39 *Corruptela iudicis amicitia vel aliter non reddit ſententiam nullam; ſecus ſi corruptus fuiſſet pecunia.*
40 *Iuſtitia venditur accipiendo præmium.*
41 *Sententia an præſumatur lata prece, vel pretio. remiſſiue.*
42 *Sententia vt valeat, requiritur iudicem eſſe certum de ſubſtantialibus iudicij.*
43 *Sententia notorie iniuſta eſt nulla.*
44 *Iniuſtitia notoria dicitur, quæ ex actis apparet.*
45 *Sententia declaratoria qualitatis perſonæ facit ius quo ad omnes.*
46 *Sententia vt faciat ius quo ad omnia quæ requirantur. remiſſiue.*
47 *Cauſa ſtatus matrimonij, & legitimitatis facit ius quo ad omnes.*
48 *Sententia contra ſententiam an valeat, traditur ſub diſtinctione.*
49 *Sententia criminalis in actione populari facit ius quo ad omnes.*
50 *Sententia abſque cauſæ cognitione proferri non poteſt.*
51 *Sententia in abſentia vtriuſque partis lata, an valeat, traditur diſtinguendo.*
52 *Citationis finis eſt comparitio.*
53 *Fiſcus eſt abſque & in quolibet loco.*
54 *Labor & pecunia diuiſionem recipiunt.*
55 *Salarium recipi non poteſt vltra taxam etiam ab ſponte donantibus.*
56 *Sententia venalis dicitur, ſi recipiatur ſalarium vltra taxam.*
57 *Iudex corruptus dicitur pecuniam indebite recipiens.*
58 *Sententia lata per iudicem corruptum an nulla, traditur.*
59 *Corrumpere iudicem quomodo dicatur.*
60 *Iudicem corrumpens an cadat à cauſa. remiſſiue.*
61 *Corrumpentis alia pœna. remiſſiue. Et de pœna corrumpentis teſtes nu. 62.*

1 QVia in ſententijs condemnatorijs, &c. Caſus. Iudices † & aſſeſſores pro ſententijs condẽnatorijs cenſualium, & violariorum, ſi fuerint mille ſolidorum rendalium, decem ſolidos: ſi ſupra bis mille ſolidos, viginti ſolidos, & non vltra recipiãt pro ſalario. Et ſententia lata recepto, vel dato ſalario, vltra formam prædictam,
2 eſt nulla ipſo iure. Hoc dicit. Nota, † quod dicit, *vltra formam*, & ita ſi vnum nummum vltra receperit, ſententia erit nulla in caſu huius conſtitutionis, quæ eſt ſeruanda ad vnguem. In alijs autem caſibus, vbi aliquid vltra debitum ſalariũ eſſet datum, vel receptum, crederem diſtinguendum, quia ſi multum vltra, iudicarem ſententiã venalem: ſecus ſi eſſet modica quantitas, in qua non præſumatur dolus: ſed potius error in taxatione ſalarij; & ita intelligo quæ dixi infra *eod.* ſuper verbo *ſi plus receperint*. Diuiditur in duas partes. In prima taxat ſalarium. In ſecunda irritat ſententiam recepto exceſſiuo ſalario vltra hanc taxationem latam. Secunda ibi, *Et nihilominus*. Vide litteram ibi, in *ſententijs*. Nota,
3 quod † ſententia, quæ continet condemnationẽ, vel abſolutionem, illa eſt proprie ſententia, vel res iudicata: *ff. de re iudi. l. 1. in verſic. iudicis*. Et
4 illa † eſt diffinitiua, quæ imponit finem negotio & controuerſiæ, & finis ſententiæ eſt tollere cõ-
5 trouerſiam, & ſic pacem inducere. Item † nota, quod licet ſententia diffinitiua non valeat contra ſententiam diffinitiuam in rem iudicatam tranſactam, valet tamen interlocutoria contra interlocutoriam: & facit quod ſententia interlo-
6 cutoria non inducit notorietatem. Item † ſentẽtia interlocutoria trãſit in rem iudicatam etiam quoad iudicem lapſu quatuor menſium, ſecundũ *glo. in l. quod ſuſſit. ff. de re iudi.* vide *Henr. in cap. in literis. extra. de offic. dele.* & *Bar.* in dicta *l. quod ſuſſit.* & in *l. cum Tuia. ff. de accuſa.* Item † ſententia
7 inter-

interlocutoria parit exceptionem rei iudicatæ
8 ſicut diffinitiua *gloſ.* ibidem. Sed an † & quando ſententia lata in caſu libelli iactatorij ſit diffinitiua, vel interlocutoria, dixi infra *colla. 9. cap. los*
9 *ſalaris*, ſuper verbo *ſententia*. Sed † hic quæro, qualiter feratur ſententia contra diffamantem? Reſpondeo, ne de cætero infamet. Sed per hoc non eſt plene conſultum, quia non eſt præcluſa via agendi; & ide littera in *l. diffamari*, dicit, quod debet pronũciare ne de cætero iungeretur, quod idem eſt quod imponere ſilentium ſuper diffamatione in ipſa cauſa. & hoc dicit *Inno. in cap. cũ in tua. extra. qui ma. accu. po.* & ibi *Bal.* & in dicta
10 *l. diffamari*. Sed † an abſolutoria ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua, vide *extra. de iudi. examina-*
11 *ta.* & *C. de iudi. l. properandum.* & ibi *Bal.* Sed † an ſententia lata contra Titium nomine meo agente me ſciente mihi præiudicet, vide *Bar. in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno.* & *Inno. in cap. ex parte decani.*
12 Item † nota, quod ex ſententia abſolutoria: quia agens ſe dominum non probauit nullum quæritur dominiũ obtinenti. vt dicta *l. ſi ſuperatus. §. 1.*
13 Officium † vero iudicis finitur per ſententiam:
14 *ff. de vſur. l. 1. §. 1.* In † ſententia cauſa exprimenda eſt, quando aliter timetur præiudicium:
15 *ff. de pac. dota. l. Bebius Marcellus. in gloſ.* Item † nota, quod dicitur ſententiam latam contra ius nõ valere, verum eſt quando ius eſt certum: ſecus quando habet opinionem, vt dicit *Bar. in l. 1. C. de nouo C. compo. alleg. l. cum prolatis. ff. de re iudi.* vide etiam quæ notat *Cinus in l. 1. C. de legi. in pe. q. verſic. modo*, &c. vbi declarat quãdo dicatur ſen-
16 tentia lata contra ius. Item † nota, quod ad hoc vt valeat ſententia, oportet iudicem habere nota acta. vt *l. hoc autem. C. ex quibus ca. in po. eatur.* ideo conſilium eſt quando variatur iudex, quod acta omnia reproducam. *C. de edend. l. 1.* & ibi *Bar.*
17 Item quando † ſententia eſt euidenter contra actorũ merita, præſumitur indeliberata, & quod iudex non viderit acta. vel non intellexerit, & ita eſt ipſa ſententia nulla, quia non ſentit merita cauſæ & iudicij. Et tali caſu per principem poteſt annullari proprio motu, ſecundum *Iacob. de Calic. in Dire. Iorio. 24. dubio.* & nota per *Ange. in*
18 *l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt.* Item † ſententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla, & non eget appellationis remedio. facit text. *C. de tranſact. l. ſi cauſa cognita.* vnde nõ valet ſententia lata in breue tẽ-
19 pus. Ita quod non ſit deliberata, nec † deberetur ſalariũ iudici, niſi quando eſt ſententia bene deliberata. vt dicitur in *vſat. Et non amplius*, quem quidam habent poſt *vſat. de omnibus namque communibus*, & ibi ſcripſi, quia tempus quandoque non ſufficit ad plene deliberandum: vt in
20 *1. conſti. §. Nos igitur. Bart. de Capua.* dicit, quod † ex modicitate temporis præſumitur colluſio. *ff. de adulterijs. l. miles. ff. de dona. inter virum & vxorẽ. l. mulierem. 31. q. 1. cap. ſi quis.* & *cap. ſi qua famina.* Ex breuitate temporis præſumitur: vt *ff. de pri-*
21 *nil. credi. l. ſi ventri. §. eos.* quia † non poteſt eſſe
22 ponderatum, quod minime eſt frequentatum: tẽpore † indigemus vt aliquid maturius agamus, *l. di. ca. ponderet.* vide *Bal. in l. prolatam. C. de ſen. & inter. omnium iudi.* de hoc *extra. de reſtitu. in integrũ.*
23 *c. cum ex litteris*. Item nota, † quod error mentalis iudicis, etiam non expreſſus in ſententia reddit ſententiam nullam, quando apparet ex actis: *Cinus in l. ſi. C. ſi mi. maiorem ſe dixi.* & *l. 1. de*
24 *erro. adue.* Itẽ nota, † q̃ ſententia lata ex teſtibus minus rite receptis eſt nulla. *2. q. 1. cap. primates.*
25 Item ſententia † eſt nulla, quando error eſt in ea expreſſus etiam in ſententia excommunicationis: vt in *cap. ſacro. extra. de ſent. excommunicationis.*
26 Et † ſi in actibus vbi ſe refert ſententia expreſſe ad acta eſt nulla. Idem ſi ſe non refert, & ſunt talia, ad quæ neceſſario habet ſe referre; quia error in actibus cauſæ videtur in ſententia; ideo vitiatur ſententia, ſecundum *Barto. C. de erro. cal. l. 1.* Secus ſi error ſit in alijs actibus, vt ibi. vide ibi *Cinum* & per *Innocentium*, & *Anto. de Butr. ex-*
27 *tra. de re iudi. cap. cum Bertoldus.* Item † ſententia lata vtraque parte contumace eſt nulla, quia tũc eſt circunducta aſsignatio, iuxta notata in *c. conſuluit. de offic. dele. vt C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem alterutra*, adde quæ dixi ſupra *eod. cap. iudi-*
28 *ces.* ſuper verbo, *non ceſſent.* Item † nota, quod ſententia lata contra ius extrauagans, vel ſententia principis, quæ habetur pro iure vel contra extrauagantem extra ſtatutorum volumina, valet; licet ſit error expreſſus in ſententia *glo.* & *Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iudi.* Secus ſi eſt lata contra ſtatutum ciuitatis, vbi iudex traxit vel habuit tempus ad præuidenda ſtatuta: vide in *l. 1. C. de*
29 *Summa Trini. & fin. cap. per Dolũ.* Item † ſententia lata contra opinionem in caſu, vbi ſunt opiniones, non eſt nulla, in ſyndicatu tamen punitur, ſed mitius: vide ibidem alleg. *inſti. de obli. ex*
30 *quaſi maleſi.* in prin. Item † ſententia lata contra ſimilem vel mentem legis, vbi non apparet caſus expreſſus, non eſt nulla. *Iacob. de Aren. in l. cũ prolata. ff. de re iudi.* & *Cin. C. de rei. vx. ac l. vnica. §. cum autem.* vide *Hoſtien. extra. de appel. c. intimaſti*, vbi idẽ dicit, vide notata per *Anto. de Butr. in c. 1.*
31 *extra. de re iudi.* Item † nota, quod ſententia ad reddendum rationes lata, non eſt vera diffinitiua; quia non diffiniret vere totam controuerſiam: vt *ff. de re iudi. l. 1.* ſecundũ *P. Ia. in libello de actione negotiorum geſtorum. §. Item rette*, dicitur ratione
32 per eum prius reddita, vnde † non eſſet pro tali ſententia dandum integrum ſalarium, ſed ſolũ tertia pars ſalarij, tanquam pro interlocutoria; contrarium tamen ſeruatur de facto. & forte nõ
33 bene. Item † nota, quod iudex debet iudicare ſecundum quod ſibi iuſtum videbitur: in *authen. iust iur. quod præſtatur ab ijs*, circa prin. *colla. 2.* alibi dicitur, quod habet iudicare ſecundum leges in *authen. de defen. ciui. §. nos igitur.* ad fin. Dic quod
34 iudex † ſententiando debet ſententiare ſecundum allegata, & probata, non ſecundum conſcientiam. *ff. de offic. præſi. l. illicitas. §. veritas.* Et

debet

35 debet † iudicare de eo quod ſibi conſtat vt iudici, non de eo quod ſibi conſtat vt priuato. ibi *glo.* & vide in *l. ſi irruptione. ff. finium regun.* vbi iudex iudicat ſecundum conſcientiam, ſed ibi erat informata *ex iure vt iudici.* vide *l. eadé oratione.* ad fi. *ff. de ferij. de procu. l. filiusfa. §. milit. ff. de poſthu. l.*
36 *quos prohibet.* Sed † dic, cum iudex vult iudicare ſuper aliquo negotio, ſi eſt ſibi notum vt iudici, poteſt iudicare ſecundum conſcientiam. Secus ſi eſt ſibi notum non vt iudici, ſed vt priuato: & tunc non poteſt, nec debet iudicare ſecundum conſcientiam; ſed tantum ſecundum allegata, & probata, vt dicto *§. veritas. & C. de iudi. l. rem non nouam.* de hoc latius per *Henr.* & *Anto. de Butrio. in cap. 1. extra. de offic. ordina.* vide quæ ſcripſi ſupra *colla. 4. in curia 3. Barcinona. cap. 7. Item ordinamus, de conſilio,* ſuper verbo *conſcientiam.* vide quæ ſcri-
37 pſi in *vſatico, Alium namque.* ¶ Vlteriùs † nota, quod illud quod de facto fecit iudex ordine iuris non ſeruato, & ſine cognitione; illud poterit ipſemet reuocare ſine cognitione: *ff. de mino. l. verum. §. ex facto*, ſecundum *Gui. de Cug.* adde quæ notantur per *Ioan. Fab. inſtitut. de pœna temere liti. §. vlti.* & per *Doct. extra. de reſti. ſpo. cap. conquerente.* quod dic vt notatur infra *collat. 9. in curia Regis Ferdinandi. cap. cordi.* ſuper verbo, *vera ſpoliatio poſſit dici.* adde etiam quæ notat *Bal. in l. 1. ff. de libe. &*
38 *poſthu.* Sed † an valeat ſententia corrupto aduocato, vide *ff. de mino. l. minor. §. ſin autem*: quidam quod ſic, ſi fuit pecunia corruptus, alias ſecus.
39 Item † nota, quod corruptela iudicis amicitia vel aliter non reddit ſentẽciam nullam, niſi corruptus ſit pecunia quaſi venalis. vide rationem per *Gui. de Cug. in l. ius pluribus. ff. de iuſti. & iure.* & nullam aliam aſsignat rationem; niſi quia plus delinquit faciendo iuſtitiam venalem. Pro quo facit præſens *conſtitutio.* in fin. & ſupra *ead. in cap. iuxta conſtitutiones.* vide & adde quæ ibi dixi.
40 Iuſtitiã † enim vendere eſt, hanc præmij acceptionem ſeruare: vt *1. q. 3. cap. in templo.* vide quæ
41 ibi notantur per *glo.* & *Gui.* Sed † quando præſumatur lata prece vel gratia, an ex pretio? Reſpõdeo ex qualitate perſonarum erit iudicandum, arg. *l. fin. §. 1. coniuncta glo. ibi in verſic. Ex perſonis. ff. de ac. & ob.* ſecundum *Ioan. de Plated*, quem vide latius ſuper hac materia *inſti. de excu. tu. §. fin.*
42 ¶ Item † nota, quod ad hoc vt valeat ſententia, exigitur iudicem eſſe certum de ſubſtantialibus iudicij, & ſubſtantifice requiſitis ad ſententiam: vt *de litis conteſta. & ſimilibus.* De alijs non ſubſtãtifice requiſitis ſufficit quod adſint; licet non ſit certificatus: *ff. de iudi. l. 1.* per *Bar.* qui dicit, quod ſi iudex non eſt certificatus de cõtumacia, non valet ſententia ad ſecundum decretum. Et
43 ſententia † aperte iniuſta eſt nulla: *ff. de inofficio-*
44 *ſo teſtamento. l. pars litterarum.* & illa † iniuſtitia eſt aperta, quæ apparet ex actis, quia acta ſunt notoria: vide tamen quæ dixi ſupra in *verſic. Item*
45 *ſententia eſt nulla quãdo error*, &c. ¶ Vlteriùs † etiã nota, quod ſententia declaratoria qualitatis perſonæ, facit ius quo ad omnes, & poteſt imprimere & tollere qualitatem â iure poſitiuo impoſitã, & pro veritate ſeruatur. vide in *l. ingenuum.* ff. *de*
46 *ſta. uo.* ibi nota quæ † requirantur ad hoc quod faciat ius quo ad omnes. vide *Anto. de Butr. extra.*
47 *qui ſi. ſunt legi. cap. cauſamque.* Et † quod cauſa ſtatus matrimonij, & legitimitatis facit ius quo ad omnes ſicut in cauſa ingenuitatis, & habet locũ *C. & ff. ne de ſta. defunct.* vide notata per *gloſ. Ioan. And. & Henr. in cap. peruenit. qui. ſ. ſint legi.* ¶ Item
48 ſententia † contra ſententiam indiſtincte non valet in eadem inſtantia; ſecus in diuerſa, vide *Butrium. & Bar. in l. 2. & l. nam poſtea.* ff. *de iureiur.* & latius per *Ant. de Butrio in cap. inter monaſterium.*
49 *extra. ae re. iu.* ¶ Item † ſententia in criminali facit ius quo ad omnes in actione pupillari. *l. eum qui. §. in pupillaribus.* ff. *de iureiur.* vide *Bal. in l. in-*
50 *genuum.* ¶ Item † quod ſententia ſine cauſæ cognitione proferri non poteſt: vnde ſi iudex parte dante libellum, & narrando qualiter Titius debet decem, ſi petat à iudice vt ſtatim mittat Epiſtolam abſenti, & precipiat, vt ſibi ſoluat; nõ valet hęc ſententia, & hoc præceptum, caſus ſecundum vnum intellectum, quem ponit *Pet. & Gui. de Cug. in l. nec quidquam. §. vbi decretum.* ff. *de offic. proconſul.* quod nota, pro his quæ notat *Bar. in l. prolatam. C. ae ſent. & interlo. omnium iudi.* Vnde
51 nota, † quod ſententia aut fertur vtraque parte abſente, & nullatenus valet *C. de iudi. l. properandum.* in prin. Aut vtraque pars eſt præſens, & valet etiam ſine aliqua citatione: vt ff. *de his qui vt*
52 *indigni. l. poſt legatum. §. is vero.* nam † finis citationis eſt comparitio, & fruſtra citatur præſens, ſecundum *Ioan. And. in cap. ſi. extra. de elec. lib. 6.* Sed ſi vna pars abeſt, & alia eſt præſens, & ſi fertur ſententia pro abſente non citato, ſi eſt fiſcus, valet, quia ibi præſens eſt: ſic intellige quod notatur *C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem reus*, & ſic valet in criminali pro fiſco. *C. de adul. l. quamuis.*
53 quia † fiſcus eſt vbique; notatur *C. de quadrien. præſc. l. bene à Zenone. l. 1.* Sed in ciuili nõ valet diffinitiua, vt notat *gloſ. in l. furioſe.* ff. *de re iudi.* quia ibi non eſt iudicium, cum ſit actus perſonarum. *extra. ae verb. ſig.* & *cap. ferus.* Et ſi ſeruatur ſententia contra abſentem, aut eſt diffinitiua, & non valet eo non citato. *C. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. Item cum ex edicto. l. ſi feriatis. C. de feriis.* Sed ſi eſt interlocutoria, & requirit cauſæ cognitionem, non valet niſi abſente citato. *ff de aaſp. l. nam ita ainus.* vel ſufficit ſi ſit citatus ad proceſſum, licet non ſit citatus ad ſententiam, ſecũdum *Butr.* Si vero non exigit cauſæ cognitionem ante ſe, tunc valet non citato abſente, vt in *§. vbi decretum. alleg. l. 3. de bonorum poſſeſſ.* Quædã enim ſunt interlocutorię, quæ non continent præiudicium tertij, & tales poſſunt ferri in abſentem nõ citatum. vide *Bar.* & moderniores in alleg. *§. vbi decretum.* vide & ad de infra *colla. 8. in curia Regis Martini. cap. Item per tolre vexationes.* & infra *colla. 11. cap. vltimo.* ¶ Sequitur in tex. *non habent moram trahe-*

54 *trahere,nec cum labore,*&c.Nota † quod labor,& pecunia diuisionem recipiunt: vt *l.Seio amico. ff. ne annuis le.* & est simile quod habes supra *ead. cap.notarij,*vide & adde quæ ibi dixi, & in *curia comini Ferdinandi. cap. E los aduocats. §. los juges empero.*super verbo, *salari, y traball.* vnde iuxta moram & laborem debet communsurari salariũ, vbi alias non reperitur â iure vel constitutione taxatum: arg. *l.1.ff.de iure delt.*& *extra. de offic. dele.cap.de causis.* ¶ Sequitur in text. *si plus rece-*
55 *perint,*&c.Nota † quod non licet recipere vltra taxiam etiam à sponte donantibus: vt *l.1.*& ibi nota *Ioan.de Platea. C. de stratoribus. lib.12.* Item nota hic casum pro his quæ dixi supra *ead. cap.si ratione executionis.*& *cap.iuxta constitutiones. §. pe-*
56 *nult.*videlicet quod vbi † pecunia recipitur pro sententia vltra quam fuerit taxatum, talis sententia dicetur venalis,& est ipso iure nulla, vt hic vides,& probatur *extra.de vita & ho. cle. cap. cum ab omni specie mali.* quia nec aliquid sub nomine assessorum debet recipi: vt ibi dicitur, de quo tamen dic melius in *cap.statutum. §.assessorẽ. de rescriptis.lib.6.*& ibi *glo.*& *Doct.*& est ratio,vt puniatur in quo delinquit, vt hic dicitur. vide
57 concor. ibi. Eo enim ipso,quod iudex receperit indebite pecuniam,præsumitur iniquus, & corruptus.vnde in Alexandro *cap.gesta ducis. §. si lis inciderit. verſ. Muneris,* arguitur accepti censor iniquus,hoc verum credo si sit magna quantitas: quæ vltra debitum datur quod relinquitur arbitrio iudicantis; secus si sit modica quantitas illa.
58 Et † est verum,quod est nulla sententia in præiudicium partis corrumpentis & pecuniam illicitam dantis,& etiam in præiudicium iudicis taliter corrupti;quia debet perdere salarium,& illud restituere tanquam indebite receptum,& ac si nullatenus tul.ilet sententiam, iuxta ea quæ habentur & notantur supra *ead.cap.iuxta constitutiones.§.Et nihil minus.* ibi, vt *sic quoad dantes,* &c. adde quæ notantur infra *colla. 9. cap. als scrinans.*
59 in fine. Corrumpere † iudicem dicitur siue eum liberauerit â debito,siue gratis ei mutuauerit:siue rẽ sibi minoris vendiderit.*ff.de calum.l.eã.*Sed an
60 corrumpens iudicem cadat à causa,vide *glo.C.de pæ.iudi.qui male iudi.l.1.*& *Bar.in l.1.C.de calumn.* & in *l.eius qui delatorem.ff. de iure fisci.*vide *de condi.ob tur.causam.l.2.*& ibi *Gui.* De pœna corrum-
61 pentis † acta,vide *ff. de iure fisci. l.in fraudem.* Et
62 de † pœna corrumpentis testes, vide *C.si ex falsis instrumentis.l.1.* & *2.*& *ff.de re iudi. l.diuus.*

De commercijs, & in quo loco victualia vendantur. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Rectores ciuitatum ordinare possunt,quibus in locis victualia vendantur.idem num.2. Quid si aliqua vigeat in contrarium consuetudo num.4. Quid si priuilegium num.5.*
3 *Concilium ciuitatis equiparatur decurionibus.*
6 *Vendere nec emere quis non compellitur. limitatur ibidem.*
7 *Mercator à mercibus dicitur.*
8 *Fœnerator appellatione mercatoris non venit.*
9 *Creditores an contribuantur vbi mercator plures fecerit negotiationes.*
10 *Creditor,ex cuius pecunia merces empta est,an præferatur alijs creditoribus mercatoris.remissiue.*
11 *Merces specialiter obligatæ non remanent obligatæ, si exeant de dominio obligantis.declaratur nu.12.*
13 *Militia & nobilitas non perditur per exercitium mercaturæ.*
14 *Plures exercentes vnam mercantiam an obligentur insolidum.remissiue.*
15 Mercari *exponitur,ideſt,*emere.
16 *Mercator dicitur qui etiam exercet officium scriptoris.*
17 *Mercatoris appellatione quid veniat.remissiue.*
18 *Mercatoris priuilegio an gaudeat descriptus in matricula,si dictum mercatoris officium non exerceat. remissiue.*
19 *Consules & Rectores ciuitatum an bona vniuersitatis alienare nequeant sine consilio procerum, seu consiliariorum eiusdem vniuersitatis.limitatur nu.20.*

STatuimus quod mercaturæ,altilia,& gallinæ, &c.
1 Casus.Mercantię,† volatilia,caules,fructus,victualia,& huiusmodi similia debent vẽdi in certis locis ciuitatis,villæ,vel loci, in quibus consiliarij,paciarij,iurati,vel consules duxerint ordinandum,quibusuis contrarijs ordinationibus penitus reuocatis. Hoc dicit. *Si victualia,* vt panes, & pisces,carnes,& vinum,casei, & alia,quæ veniunt nomine victus,vel mercantiarum,dummodo sint similia istis contentis in littera constitutionis.Et debet intelligi quod sint congrue similia, scilicet, in quibus iuris ratio est communis, & indifferens:vt *l.pen.ff.si quadru.pau.fe.di.* vide *Bal. in cap. dilecto. de offic. Archid.* ¶ Nota ergo
2 quod † rectores ciuitatum auctoritate huius constitutionis possunt ordinare & disponere,in quibus locis ciuitatis vel villæ habeant vendi victualia,puta quod bladum vendatur in certo loco,& vinum in certo loco,& caules, casei, gallinæ,& huiusmodi in certo loco. Et † scias, quod
3 concilium vniuersitatis decurionibus æquiparatur.vide *glo. in rubrica. C. de decurio. lib.10.* & est *glo.in l.2.eod.tit.*adde quæ notantur supra *colla.2.*
4 *curiæ Barcinonæ cap.29.concedimus etiam.*Sed † pone quod de vsu, & consuetudine antiqua est in ciuitate quod gallinæ vendãtur in platea albergariarum, & Iurati volunt ordinare quod amodo vendantur gallinæ alibi, & non ibi,quæro an hoc possint,non obstante consuetudine? Et videtur quod sic,quia hic dicit, *quibuscumque ordinationibus reuocatis.* Contrarium credo, quia per illam consuetudinem est quæsitum ius vicinis plateæ,& per generalem constitutionem nõ derogatur consuetudinibus singularium,iuxta *cap. licet Romanus.de consti.lib.6.* & dominus Rex si de consuetudinibus sicut de ordinationibus voluisset,id expresse dixisset.arg.*extra.de decimis. cap. ad audientiam,* adde notata supra *ead.cap.pro testamentis.*

Digitized by Google

mentis. §. vlti. niſi forte dicamus, quod illa conſuetudo ſit vniuerſitatis loci, & non vicinorum, & ordinatio, quæ nouiter fiet, concernat vtilitatem publicam, quæ præfertur vtilitati priuatorum. Sed ad omne dubium remouendum conſulerem illam ordinationem fieri per iuratos cum
5 conſilio & conſenſu procerum. Sed † quid ſi vicini alicuius plateæ ſeu contractæ habeant priuilegium vel ſtabilimentum, ſicut vidi in platea bladi & caulium Gerundæ; an iurati poſsint cõtrarium ordinare? Credo quod non, quia per hác conſtitutionem non eſt derogatum priuilegijs, & contractibus prius habitis per *cap. licet Romanus.* quia licet ſyndicus vniuerſitatis interſit curijs, non tamen poteſt præiudicare priuilegijs ſingulorum ſine ſpeciali eorum mandato quorũ
6 intereſt. Nota † quod regulariter quis non compellitur vendere: vt *l. nec emere. C. de iur. deli.* & *l. inuitum de contrahen. emptio.* Fallit in eo qui alienum filium emit neceſsitate famis. Item fauore libertatis. Item in odium fæuientis. Item in odiũ mentientis. Item in rebus commeſtibilibus: vt *l. munerum. §. Item Epiſcopi. ff. de mu. & ho.* Nota etiã quod regulariter nullus compellitur emere. Fallit in quinque caſibus, quos vide per *Ioan. de Platea inſti. de donat. §. erat olim.* ¶ Sequitur in text.
7 *mercaturæ.* Dic † quod mercator dicatur â mercibus. *ff. ad l. Rhodiam. de iac. l. 2. §. cum enim.* Sed
8 mercatoris † appellatione non comprehenditur fœnerator. *ff. de inſti. l. cuicumque. §. 1.* Tamen mercator dicitur, licet non habeat certam ſtationẽ.
9 *eod. tit. l. 3.* Si † mercator habet plures ſtationes, vel negotiationes; an creditores omnes in omnibus debitis contribuantur, an præferantur ſpecialis negotiationis creditores alijs alterius. Et
10 an † ſi merces data ſubſit, vel empta ex pecunia illa præferatur. Et quid ſi fuit facta alicui obligatio realis, vide *ff. de tributo. l. Proculus. §. ſi*
11 *plures.* Sed † nota, quod licet merces poſsint obligari, attamen ſi exeant de dominio obligantis, non remanent hypothecatę priori creditori, & hoc eſt fauore negotiationis, & Reipublicæ: de quo per *Ludouicum de Roma in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrim.* & per *Bal. C. loca. l. certi.* & per *Bar.* & *Doct. ff. de vſufr. le. l. generali. §. vxori.* & *ff. de pig. l.*
12 *debitor.* & *l. cum tabernam.* Quod † forte verum, quando obligantur generaliter, vel ſub nomine tabernæ: ſecus ſi nominati, & ſpecialiter obligãtur, puta, quia dixi, Obligo tibi lanam iſtam, vel
13 pannos tales, &c. ¶ Nota † tamen, quod per mercaturam non detrahitur nobilitati. *C. de commer. & mer. l. mercatores.* vel dic quod prohibetur nobili ne mercetur: vt ibi vide *C. nego. ne militent. lib. 10.* Item † an ſi plures gerant vnam mercantiam, obligentur in ſolidum, vel quando, vide
14 text. & *Bar. in l. 1. §. fin. cum l. ſe. ff. de exercit.* Mer-
15 cari, † ideſt, emere, vt *l. ſiue libertatem. ff. de euic.* & adde *l. licitatio. §. fi. ff. de publica.* ¶ Item mer-
16 cantia † dicitur quod quæritur ex ſcriptura, & ſic ſcriptor poteſt dici mercator: vide tex. & *glo.*
17 *C. de Epiſc. & cle. l. 2.* Et † quid comprehendatur appellatione mercatoris, vide *ff. de le. 2. l. lega. ſer-*
18 *nis.* in prin. Sed an † deſcriptus in matricula, qui non exercet mercantiam, gaudeat priuilegio mercatorum, vide *ff. de teſta. milit. l. ex eo,* per *Bar.* adde quæ dicam infra *colla. 10. in curia domine Mariæ. cap. molti inexperti:* adde quæ leguntur & notantur in *l. præclaram. C. de primicerio. lib. 12.*
19 ¶ Sed † quæro, an rectores ciuitatum, vt ſunt iſti patiarij, iurati, vel conſules, poſsint ſine cõſilio procerum, ſiue conſiliariorum vniuerſitatis alienare prædia & proprietates, vel ſtabilire in
20 emphyteoſim? Reſpondeo quod non; niſi † aliter hoc habeant de conſuetudine, vel niſi ſint terrulæ minus vtiles, vel longe poſitæ: vt *C. de ven. re. ciuitatis. lib. 11. ex. de his quæ fi. ap. ſine. con. ca. cap. 1.* & *cap. 2.* & *c. tua.* & quaſi per totum. & *extra. de dona. cap. cæterum. 12. q. 1. cap. ſine exceptione.* & *cap. terrulas.* & *cap. ſi quos de ſeruis.* cũ ibi notatis. ¶ Sed tanta poſſet eſſe neceſsitas, quod etiam magna prædia, & pretioſa poſſent vendi ſine cõſilio procerum, ſecundum *Lan.* & *Gui.* qui de hoc latius notant in alleg. *cap. terrulas.* & adde quæ leguntur, & notantur *10. q. 2. cap. hoc ius porrectũ. poſſent etiam reinfeudare,* iuxta *cap. per tuas. extra. de dona.*

Vt ſcriptores iurati nullatenus recipiant inſtrumenta vltimarum voluntatum. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarij Regij, & non eorum ſubſtituti poſſunt recipere teſtamẽta, codicillos, donationes cauſa mortis, & alias vltimas voluntates. idem nn. 2.*
3 *Teſtes quod ſint rogati, non requiritur in codicillis.*
4 *Codicilli poſt teſtamentum conditi effectum non habẽt, ſi hæreditas non adeatur ex teſtamento.*
5 *Verba, quiſquis mihi hæres erit, habent vim clauſulæ codicillaris.*
6 *Teſtamentum vbi valet in vim codicillorum, non ſolum eſt reſpectu legatorum, verum etiam & reſpectu hæredis inſtitutionis.*
7 *Donare eſt perdere & dilapidare.*
8 *Donatio remuneratoria non eſt proprie donatio.*
9 *Fideiuſsio pro reſtituenda dote cum iuramento facta valet & tenet.*
10 *Donatio inter virum, & vxorem cum iuramento an valeat, traditur.*
11 *Contractus factus per adultum cum iuramento valet, quamuis curatorem habeat.*
12 *Seruitia in donatione remuneratoria an probanda. traditur.*
13 *Donatio remuneratoria inſinuatione non eget. declaratur ibidem.*
14 *Donatio inter patrem, & filium quando valeat. traditur.*
15 *Donatio, etiam ad pias cauſas facta, non valet donatario non acceptante, vel altero eius nomine.*
16 *Merita quibus licet donare, traditur remiſsiue.*
17 *Donare videtur exceptiones commodum remittens.*
18 *Donare videtur, qui non adimit, cum adimere poſſet.*
19 *Donatio cauſa mortis habet ſe ad inſtar legati.*

Dona-

20 *Donatio cauſa mortis non eſt proprie donatio.*
21 *De mortis cauſa captione remiſſiue.*
22 *Donatio cauſa mortis an requirat additionem hæreditatis; ſub diſtinctione traditur.*
23 *Donatio cauſa mortis ad eius eſſe non requiritur teſtamentum, ſed teſtandi potentia.*
24 *Donatio cauſa mortis requirit quinque teſtes.*
25 *Donatio cauſa mortis plus ſapiat naturam contractus quam vltimæ voluntatis.*
26 *Donatio cauſa mortis fieri non poteſt niſi præſenti; & requiritur ad ipſius validitatem, quod fiat traditione vel ſtipulatione: cum alias non valeat vt donatio, ſed tantum vt legatum.*
27 *Donatio cauſa mortis reuocatur eo ipſo, quod donans infirmitate eo tunc detentus conualuerit.*
28 *Dominium ſine traditione transfertur ex donatione cauſa mortis. & de ratione ibidem.*
29 *Donatio cauſa mortis ſicuti confirmatur per mortem naturalem donantis, ita & per mortem ciuilem.*
30 *Donatum ab infirmo an videatur cauſa mortis donatio. traditur.*
31 *Donata vxori ab amicis, & conſanguineis viri, donata cenſentur à viro.*
32 *Teſtamentum & codicilli licet æquiparentur, tamen nõ ſunt idem.*
33 *Notarius tria debet facere per ſe, & qua ſint, traditur.*
34 *Inſtrumenti confectio alteri per notarium delegari nequit.*
35 *Inſtrumentum vacillat notario atteſtante ſe præſentem facto non fuiſſe.*
36 *Notarius in inſtrumento continuare debet nomen antiquum, & nouum contrahentis.*
37 *Inſtrumentum quamuis ſine die, valet, ſi de eo fuerit conſuetudo.*

Finem conſtitutionis edit 2. &c. Caſus. Conſtitutio
1 prohibens † quod iuratus ſcriptor, qui non eſt notarius, non poſsit recipere teſtamenta hic extenditur ad codicillos, donationes cauſa mortis, & alias vltimas voluntates. Hoc dicit. Nota ergo,
2 † quod ſoli notarij poſſunt recipere teſtamenta, & vltimas voluntates, & non eorum iurati: quod male ſeruatur in ciuitate & diœceſi Gerundæ vt d xi ſupra *colla. 5. in curia Regis Alfonſi eadem in Monte Gelbo. cap. 32. Item quod nullus de cætero. §. Et quod nullus iuratus not.* &c. ¶ Vide litteram. *Finem*, ideſt. §. *Et quod nullus*, & c. vbi dicitur, quod nullus iuratus notarij poſsit teſtamentum recipere. Sed ſolus notarius publicus hoc poſsit. Et idem eſt hodie de codicillis, donationibus cauſa mortis, & aliis quibuslibet vltimis voluntatibus, per hanc cõſtitutionem. ¶ Et nota, quod dicit *extendimus*, quia hoc eſt ex identitate rationis: arg. *extra. de confir. vtil. vel inuti. cap. cum dilecta.* cum ſuis concor. Nam iſta omnia æquiparantur, etiam in taxationibus ſalariorum notariorum, & inſtrumẽtorum quæ fiunt de teſtamẽtis aliiſque vltimis voluntatibus, vt ſupra *eod. cap. pro teſtamentis.* vide & adde quæ ibi dixi. Et huiuſmodi extenſio dicitur potius fieri ex mente iuxta notata *extra. de elec. cap. ſi poſtquam.* ſuper verbo *mente. lib. 6.* adde quæ notantur infra *coll. 9. c. com fer, o contraure.* ſuper verbo. *E ſi lo pare no viura.* circa finem. ¶ Sequitur in tex. ibi, *ad codicillos.*
3 Nota quod † in codicillis non exigitur quod teſtes ſint rogati. *ff. de fideicom. li. l. ſi pater. §. ſi.* Item quandoque profertur codicillus in numero ſingulari. vt *l. generaliter. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Item
4 nota, † quod quando eſt factum teſtamentum, nõ habent effectum codicilli ſi non adeatur hæreditas ex teſtamento, quia videntur grauati venientes ex teſtamento: vide *l. ſi quis cum nullũ. ff. de co-*
5 *dicillis.* & vide *Bar. in l. 1. eod. tit.* ¶ Item † nota, quod hæc verba, *quiſquis mihi hæres erit*: habent vim huius clauſulæ, ſi non valet iure teſtamenti, ſaltem valeat iure codicillorum quoad legata re licta. *l. ſi quis cum nullum.* notat *Bar. in l. ex duobus.*
6 *§. filium. ff. de vulga. & pupil.* Itẽ nota, † quod quãdo teſtamẽtum tranſfertur in vim codicillorum, non ſolum transferuntur legata, ſed etiã hæredis inſtitutio, nam non valente teſtamento in quo eſt clauſula codicillaris; non ſolũ legata & fideicõmiſſa, ſed etiam hæredis inſtitutio trahitur ad cauſam fideicommiſſi: iã, ſecundum *Oldra.* & *Bal.* qui hoc notant latius in *l. querebatur. ff. de teſta. milit.* adde ſupra *eod. cap. pro teſtamentis. verſi. Clauſula codicillaris.* ¶ Sequitur in text. ibi, *donationes.*
7 Nota, † quod donare eſt perdere & dilapidare: vt *l. plus. ff. de dona. ff. de proba. l. cum in debito.* Fallit quando quis mouetur iuſta ratione. *ff. de dona. l.*
8 *ſi filius.* Sed † non eſt proprie donatio, quod fit in ſignum remunerationis. *l. Aquilius. ff. de dona.* &
9 *l. ſi pater. C. de dona.* Idem † de fideiuſſore dotis reſtituendę, quia valet fideiuſsio cum iuramento, non obſtante *C. ne fideiuſſores dotium dentur.* vide *Henr. in cap. per veſtras de dona. inter virum &*
10 *vxorem.* ¶ An † donatio inter virum & vxorem iurata, ex iuramento confirmetur, diſputat *Guil. de Cug. in l. ſed & ſi poſſeſſor. §. Item ſi in auero. ff. de iureiuran.* & determinat, q̃ ſic: q̃ nota bene. Allegat ibi multas cauſas ſophiſticas. *Anto. de Butrio.* credit quod valeat, per text. *cap. cum contingat. ex-*
11 *tra de iureiuran.* vide per eum ibi latius. Sic † etiam contractus factus per adultum cum iuramento, licet habeat curatorem, valet. vide *Gui.*
12 *de Monte Lug. in Cle. de iureiuran.* ¶ Item † nota, quod ſi donetur ob aliqua, & per donantem exprimatur ex qua cauſa donat, ſcilicet, propter remunerationem ſeruitiorum. Dicens remunerationem vel cauſam remunerationis debet probare eam eſſe veram, dicit *Gui.* allegans multas
13 bonas leges *ff. de exercito. l. fin.* ¶ Item † nota, quod donatio remuneratoria, non eget inſinuatione: quatenus concurrit cum cauſa: ſecus ſi excedat, quia tunc non valet, quatenus excedit, niſi ſic inſinuata. vide *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. illud.*
14 vide ibi *Gui.* & nota bene. ¶ Item nota † caſus hodie, in quibus valet donatio inter patrem & filium non expectata confirmatione, & inter cæteros quando donatio fit in aduentitiam cauſam.

ſam. *C. de reuo. do. l.* 2. per *glo.* vide & adde quæ ſcripſi ſuper *vſatico. auctoritate, & rogatu cuncto-*
15 *rum.* & ibi *Iacob. de Monte Iudaico.* ¶ Item † nota, quod donatio etiam ad pias cauſas non valet abſque præſentia donatarij, vel aliquo ſuſcipiẽte nomine eius: vide *gloſ.* in *l. illud. C. de ſacroſan.*
16 *Eccleſ.* vide *Butrium* & alios *Docto.* ibi. Et † merita, quibus licet donare, collige *ex l. ſi collecta-*
17 *neus.* & *ex l. etiam.* §. 1. *ff. de manu. vin.* Item † nota, quod remittens commodum exceptionis, videtur donare: vt *l. ſi deportatis.* §. *ſi quis creditori.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *exceptionis. ff. de lega-*
18 *tis tertio.* Item † donare videtur qui non adimit, cum adimere poſsit. *ff. eod. l.* 1. §. *ſciendum.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *non adimitur.* adde *l. Proculus. ff. de probat.* ¶ Sequitur in text. ibi, *cauſa mor-*
19 *tis.* Dic † quod donatio cauſa mortis obtinet inſtar legati. vide in *l. Marcellus. ff. de dona. cauſa*
20 *mortis.* & melius in *l. ſi debitor.* Sed donatio cauſa mortis non eſt proprie donatio, ſed mortis
21 cauſa capio. *ff. eod. tit. l. mortis cauſa.* De † mortis cauſa capione. vide *extra. de teſta. cap. Raynun-*
22 *tius.* ¶ Sed † an donatio cauſa mortis exigat aditionem hæreditatis? *Bar.* tenet quod ſic. *ff. de dona. cauſa mortis. l. ſi mortis cauſa.* dic hoc verum, ſi donatio mortis cauſa eſt facta in codicillis, vel alia vltima voluntate; aliter ſecus, ſi intrinſece, ſecundum *Anton. de Butrio.* ¶ Item
23 ad eſſe † donationis cauſa mortis non exigitur teſtamentum, licet exigatur potentia teſtandi, excepto filiofamilias. *ff. eod. tit. l. tam is.* ¶ Item
24 donatio † cauſa mortis exigit quinque teſtes: ſecus forte in hac patria, vbi aliter ſeruatur de conſuetudine, vt Barcinonæ, ſicut in codicillis,
25 & ibi nota per *gloſ.* licet † plus ſapiat naturam contractus, quam vltimæ voluntatis: vt notatur in *l.* 1. & 2. *ff. de dona.* vide idem *ff. de teſta. l. qui in*
26 *poteſtate.* quod patet, quia † donari non poteſt, niſi præſenti, & oportet quod fiat traditione, vel ſtipulatione: alias non valeret vt donatio, ſed vt legatum: vt *l. cum is. ff. de dona. cauſa mortis.* Item
27 nota, † quod reuocatur donatio cauſa mortis, eo quod de ægritudine, de qua mors ſperabatur conualuerit; quia præſumitur donare cauſa illius mortis, quæ ex illa cauſa aſsiſtenti ſequitur, & non ex alia: *ff. eod. tit. l. ſi mortis cau-*
28 *ſa.* Item nota, † quod in donatione cauſa mortis, quæ mixtam habet naturam contractus, & donationis, transfertur dominium ſine traditio-
29 ne. *gloſ.* & *Bar.* ibidem. Et † ſicut donatio cauſa mortis confirmatur per mortem naturalem donantis; ita confirmatur per mortem ciuilem; vt *C. de dona. inter virum & vxorem. l. res vxoris.* & notat *glo.* in *cap. ſi Epiſcopus. de ſupplen. negli. prælа. lib.* 6. ſuper verbo, *Sed capitulum.* dic vt ibi, &
30 *16. q.* 1. *cap. placuit in* 2. per *gloſ.* ¶ Sed † an donatum ab infirmo videatur cauſa mortis donario? Reſpondet *gloſ.* quod non, niſi exprimatur de
31 morte. *l. apud Celſum.* §. 1. *ff. de dolis excep.* Item nota, † quod donatio inter virum & vxorem facta ab amicis & conſanguineis viri vxori, videntur donata à viro, ideo debent reſtitui. *ff. de vulga. & pu. l. ſed & ſi plures.* §. *in arrogato.* adde quæ leguntur & notantur per Canoniſtas in *c. fi. extra.*
32 *de dona. inter virum & vxorem.* Sed † licet teſtamẽtum & codicilli æquiparẽtur, tamẽ non ſunt idẽ:
33 vt *C. de codicillis. l. ſi idẽ.* Vltimo † nota, quod tria habet facere notarius per ſe, ſcilicet, audire per ſe, ſcribere per ſe, & per ſe ſuoſcribere: vide in *auth. de tabellionibus.* in prin. *colla.* 4. & adde infra *colla.* 10. *curia Regina Maria cap. loſcrima de la tau-*
34 *la.* Item † nota, quod confectio inſtrumẽti alteri delegari non poteſt. *ead. auth.* §. *nos autem.* & ſi deleget, non valet vbi ipſe eſt rogatus. Item nota, q
35 vacillat † inſtrumentũ, ſi notarius dicat ſe præſentem facto non fuiſſe: *ead. auth.* §. 1. etiam ſi fa-
36 teatur ſcripturam. Itẽ † notarius debet in inſtrumento apponere nomen antiquuũ, & nouum cõtrahentis; & rei, ſi mutauit nomen: *Bar.* in 1. *con-*
37 *ſtit. ff.* §. *nos autem.* Item valet † inſtrumentum ſine die, ſi hoc habeat conſuetudo, vt notat *Gui. de Sud.* in *l. cum de conſuetudine. ff. de legi.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. colla. in curia Perpiniani cap. cum pridem.* adde quæ dicam infra in *curia domine Maria, cap. loſcrima de la taula.*

De arbitrijs & pœnis compromiſſorum rigide exequendis. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones edita ſuper exequutione ſententiarum arbitralium locum obtinent, etiam ſi in compromiſſo iuramentum non interuenerit, nec pœna poſita fuerit. & num.* 11.
2 *Compromiſſum vbi eſt in arbitrum & arbitratorem, inſpici debet quam viam elegerit arbiter tam in procedendo, quam in pronunciando.*
3 *Compromiſſum non tenet; vt pronunciet arbiter, prout placuerit tertio.*
4 *Pactum non valet, per quod libere arbiter iudicare nequit.*
5 *Compromiſſum nõ valet in duos; vt ſi diſſentiãt, eligatur incertus, ſecus eſt ſi certus eligendus fuerit.*
6 *Compromiſſum non valet, vt certa feratur ſententia.*
7 *Compromiſſi finiendi modi qui remiſsiue.*
8 *Arbitrium arbitratorum vbi eſt iniquum, recurrẽtur ad arbitrium boni viri: arbitrium vero arbitratorum quamuis iniquum teneat, retractari tamen poteſt per ſuperiorem.*
9 *Arbitralis ſententia lata per dolum, licet non retractetur per appellationem; retractatur tamen per exceptionem.*
10 *Appellari poteſt à iudice exequente laudum iniquum.*
12 *Inſtrumentum iuratum habet promptam exequutionẽ ſicut ſententia. contrarium nu.* 14.
15 *Inſtrumentum guarentigia habet exequutionem paratam.*
16 *Scriptura tertij dicitur confeſsio iudicialis.*
17 *Pactum factum coram iudice dicitur guarentigiatũ, & habet exequutionem paratam, vt ſententia.*
18 *Inſtrumentum guarentigia habet vim ſententia.*

notatis in *cap. 1. extra. de constitu. lib. 6.* dicit, quod aut conditor legis generalis remouendo statutum facit contrariam dispositionem, dicendo; Remouemus tale statutum, & statuimus, quod valeat instrumentum, cum duobus testibus, tunc statutum, & consuetudinē simul remouerī: alleg. *ff. de legi. l. non est nouum.* & hoc modo intelligit notata in dicto *cap.* 1. Sed si solum remouet statutū, non disponendo vltra contrarium, tunc remanet consuetudo: vide latius per dictū *Alberi. de Rosat.* in dicta *l. qui bis idem.* in §. *vlt. istā glo. induco. in arg. ad quæstionem*, &c. vide & adde quæ scripsi supra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 6. statuimus itaque.* & infra *ead. cap. notarij.* in fine.

Vbi officiales pro eorum contractibus conueniantur. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij ordinarij locorū absentib⁹ Rege, ei⁹ vxore, ac primogenito facere possunt iustitiā querelātibus de domesticis Regis, & eius primogenitis; nec non repertis in locis suspectis arma auferre etiam præsentibus dictis Rege, Regina, & primogenito. declaratur num. 4. & 27.*
2 *Domestici Regis sunt exempti à foro ordinariorum regulariter.*
3 *Rex solus, vel eius successor, aut eorum mandato cognoscere potest de domesticis Regis: & qui sint isti domestici traditur ibidem.*
5 *Delegati non habent potestatem vltra quam continetur in delegatione.*
6 *Officiales ordinarij, quānis sint dati per Regem ad eius beneplacitum, non reuocantur tamen per eius obitum. declaratur* cap. si gratioſe, extra de rescriptis.
7 *Gubernatoris officium durat post mortem Regis.*
8 *Domestici dicuntur pater & filius, & omnes, qui successionem sperant.*
9 *Domestici sunt magis timendi quam alij. & de ratione.*
10 *Consiliarij, & officiales curiæ Regis sunt domestici ipsius; & sunt exempti à foro ordinariorum.*
11 *Procurator fiscalis Regis, si absente Rege efficiatur procurator fiscalis Gubernatoris, & delinquat, sortietur forum dicti Gubernatoris. & de ratione.*
12 *Domesticorum appellatione veniunt serui.*
13 *Domestici dicuntur Cancellarij iudicum, & alij officiales.*
14 *Domesticæ personæ quæ.*
15 *Domesticus dicitur, id est, in domo stans.*
16 *Familiares sumuntur multis modis. remissiue.*
17 *Testis an esse possit familiaris, vel domesticus. remissiue.*
18 *Domestici etiam dicuntur existentes de curia.*
19 *Familiares eius sunt fori, cuius est dominus.*
20 *Familiares clericorum gaudent priuilegio fori Ecclesiastici.*
21 *Casus, in quibus clericus conueniri potest coram iudice seculari. remissiue.*
22 *Papa aliquando delegat causam spiritualem.*
23 *Index quis esse nō potest in causa familiæ, quæ sit in sua potestate.*
24 *Familiaritas modica non repellit quem ab officio iudicis: licet quoad testem sit secus.*
25 *Domestici Regis in duplici differentia, vt hic.*
26 *Forum quis sortitur ratione domicilij, & quibus alijs modis sortiatur quis forum traditur.*
28 *Priuatus quilibet capere potest delinquentes per constitutionem soni emissi: nec per hoc derogatur iurisdictioni Regiæ.*
29 *Officialis excusari non potest à negligentia non corrigens notoria crimina.*
30 *Loca suspecta quæ sint, traditur.*
31 *Suspectum hominem faciunt non possidere immobilia, vel possidere pauca.*
32 *In crimine fragrante potest quis capi non spectato consilio indicis.*
33 *Capi quando quis possit. remissiue.*
34 *Vicarij possunt facere iustitiam querelantibus de Baiulis, & eorum locatenentibus, assessoribus, & iudicibus infra eorum Vicarias pro debitis, quæ debent vt priuatæ personæ. declaratur num. 37.*
35 *Baiulia sita infra Vicariam latam Gerundæ.*
36 *Exactor conuictus de depredatione potest per iudicem loci puniri non spectata consultatione Principis.*

OFficiales nostri ordinarij, &c. Casus. Officiales
1 Regij † ordinarij locorum, domino Rege, eius vxore, ac primogenito eorum inde absentibus, possunt de domesticis ipsorum Regum, & primogeniti, ius, & iustitiam querelantibus exhibere. Possuntque etiam ipsis dominis præsentibus in loco dictis domesticis in locis suspectis repertis arma auferre. Hoc dicit vsque ad §. *Et qui libet*, &c. ibi est secunda pars. In qua dicit, quod Vicarius, vel eius locumtenentes de Baiulis, & eorum locatenentibus, & assessoribus, & iudicibus ordinarijs eorundem: & econtra. Baiuli, vel locatenentes de Vicario, & eius locumtenentibus, & assessoribus, iudicibus ordinarijs eorundē, possunt, & debent, de ijs, quæ vt priuatæ personæ debuerint, facere iustitiam, durante officio, seu eius administratione. Hoc dicit vsq. ad finē.
2 Et est notabilis constitutio. Et nota, † quod hic est casus contrario sensu, quod domestici Regij sunt exempti à foro ordinariorum, nisi in casibus
3 in hac constitutione cōtētis. Et † ita patet, quod nullus valeat cognoscere de domesticis Regijs, præsertim de ijs quæ dicantur in officio deliquisse, puta, Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, Algutzurij, Aduocati, & Procuratores fiscales, portarij, & consiliarij Regis; nisi ipse Rex, vel eius successor, aut eorum mandato: vide *l. nulli post hanc. C. de agen. in rebus. libr. 12.* & *Iacobū de Calicio in sua Margarita fisci ottano dubio. verficul. 116.* Fallit in casibus in hac constitutione contentis. Ex qua habes duo notabilia, quæ dixi in summario. Vide litteram in textu, quia dicit, *officiales nostri*, & dicit, *ordinarij.*
4 dic † secus de alijs, qui non sunt officiales Regij, vel forte sunt delegati, in quibus nil mutatur, sed iuri communi relinquitur. *C. de appellat.*
5 *l. præcipimus.* quia † delegati non habent potestatem, nisi quatenus in delegatione contineatur: *extra. de offic. delegati cap.* 1. Et officiales ordinarij

Digitized by Google

narij Baronum in ſuis territorijs vtuntur ſua iuriſdictione quatenus à iure communi, vel patriæ
6 eſt permiſſum. Nota, † quod officiales ordinarij licet ſint dati per Regem ad eius beneplacitum; per eius obitum non reuocantur. Non obſtat dictũ *c. ſi gratioſè. extra. de ſcriptis. li. 6* quia ibi loquitur in odioſis: ſed officia ſunt fauorabilia, & in conceſsione ipſorum ſemper intelligitur beneplacitũ Regis cõcedẽtis, & ita tenet *Giu. de Cug.* quẽ vide in *l. meminiſſe. ff. de offi. proconſulis.* & ideo
7 officiũ † Gubernatoris durat poſt mortẽ Regis, ſecundũ *Iaco. de Calicio in ſuo Curiali, 4. dubic.* in fi.
8 Sequitur in tex. *de domeſticis.* Nota, † q̃ domeſtici dicuntur pater & filius, & filij in eadẽ poteſtate. vt *ff. q̃ cuiuſq. vniuerſitatis. l. illud.* & *l. ſequens.* Item domeſtici ſunt familiares aſsidui, & omnes qui ſucceſsionẽ ſperant; vt notatur in *fen. tit. qualiter*
9 *vaſ. iurare debet,* & ibi etiam nota, † q̃ domeſtici ſunt magis timendi quã alij, quia nulla peior pe-
10 ſtis &c. Conſiliarij, † & officiales curiæ Regis ſunt domeſtici ipſius Regis, & gaudent exẽptione fori iſtorum ordinariorũ, niſi in caſibus huius
11 *conſtit.* vel *c. Quid ſi aliquis.* de officialibus, † & domeſticis Regis, vt puta procurator fiſcalis abſente Rege factus ſit etiã procurator fiſcalis Gubernatoris, & ſi in officio coram Gubernatore delinquat; certe fortietur forũ Gubernatoris, nec habebit locũ præſens conſtitutio, quæ ſolũ loquitur de ordinarijs locorũ. Sed Gubernator eſt or-
12 dinarius Prouinciæ. Itẽ † domeſticorũ appellatione cõprehẽduntur ſeruj: *ff. locati. l. ſi quis inſulã. §. fi.* vide *Iaco. de Ar. C. de teſta. l. etiam.* vide *l. 1. C. ſi rector pronin. glo.* & *Bar. ff. ad Sille.* in prin. Itẽ do-
13 meſtici † dicuntur Cancellarij, Iudices, & alij officiales. *C. de aſſeſſo. l. & Cancellarijs.* & *l. conſiliarios.* & ſic videtur hic, q̃ Vicarius ſit domeſticus Regis, & ita Rege abſente poterit conueniri coram
14 ordinario loci per hanc conſtitutionẽ. Itẽ † domeſticæ perſonæ dicuntur ſeruus, colonus, aſcriptitius, familiaris, & libertus. *C. de his qui ad Eccl. confu. l. 1. §. Sane.* vide *Bart.* in dicta *l. etiã. C. de teſta.*
15 Item † domeſticus dicitur, ideſt, in domo ſtans: *C. de proba. l. inſtrum.* vide *Butriũ*, & *Cinũ*, in dicta *l. etiam.* adde *l. ſi vir. §. ſi. ff. de dona. inter virũ & vxorem.* adde etiã quæ ſcripſi ſupra *ead. c. portarij*, ſu-
16 per verbo, *domeſticis.* Item familiares † ſumuntur multis modis, ꝺ quo late not. *Bal.* in *l. 1. C. de Epiſc. & cleri.* & ibi vide de effectu familiaritatis. Vtrũ
16 autem † familiaris, vel domeſticus admitti debeat in teſtem; dic vt notat *Henri. Boich extra. de teſtibus. c. in litteris.* Et notatur latiſsime per *glo.* 3. *q.* 5. *in Sũma.* Vide ibi. & 15. *q.* 8. *c. Epiſc. nullius.* Sed melius eſt in Summa *glo.* 3. *q.* 5. ſcilicet, qui dicantur familiares ſeu domeſtici. Itẽ hic habes, q̃
18 etiam † domeſtici dicuntur exiſtentes de curia, vt ſequitur in littera, ibi, *Seu exiſtentes de curia no*
19 *ſtra.* &c Et probatur per iura præalleg. Et † nota hic, quod familiares, & domeſtici fortiuntur
20 forum domini. Vnde † videtur, quod ſeruitores, & mancipia, & tota familia clericorum gaudeãt priuilegio fori clericorum, vt non conueniantur corã iudice ſæculari: 11. *q.* 1. *c. clericum.* & ibi *glo.* vide *Doct. de cleric. coniu. c.* 1. *l.* 6. vbi dicunt cõtra-
22 rium, & idẽ dicit *glo.* de filio clerici. Itẽ † nota caſus, in quibus clericus conuenitur corã iudice
22 ſæculari; in *glo.* 11. *q.* 1. *c. clericũ.* 2. Nota † illud, quando Papa delegat cauſam laico, etiã ſpiritualem, vide *extra. de iudi. c.* 2. Nota illud, quãdo laico ſuccedit clericus, ſed hoc non eſt verum. Sed dic, vt notant *Doct. extra. de fo. cõpe. c. quod clericis.* Tertium nota, quando conuenitur pro euictione. Sed adhuc falſum, vt ibi dixit *glo.* vide *ff. de indi ciis. l. venditor.* Itẽ notant *Inno.* & *Bal. extra de offi. de-*
23 *le. c. inſinuante.* quod quis † non poteſt eſſe iudex in cauſa familiæ, quæ eſt in ſua poteſtate, vel in
24 ſuo obſequio. Sed † modica familiaritas non repellit, & facilius repellitur iudex quam teſtis, vt ibi notatur in *glo. magna.* Sequitur in textu, ibi,
25 *domiciliatos*; quidam † ſunt domeſtici domus Regis, non habentes domicilij in ipſa ciuitate, villa, vel loco. Alij ſunt domeſtici Regis habitãtes, & habentes domicilia in ciuitate, villa, vel loco, & tamen omnes ſunt exempti, niſi in caſibus
26 huius conſtitutionis. Et regulariter dic, † quod ratione domicilij ſortitur quis forum: *extra. de foro. cõpe. c. ſi.* & ſupra *colla.* 2. in 2. *curia Barcino. c.* 18. *Item quod nulli homines.* & vide quæ ibi dixi. Sequitur in littera, *aut alias exiſtentibus de eorum iuriſdictione.* ſubaudi, vel ratione delicti ibidem cõmiſsi, aut aliquo de modis fortiendi forum, ſcilicet ratione contractus, vel alias iuxta notata per me in allegat. *c. Item, quod nulli homines.* & latius per *Doct.* allega. *c. vltimo. extra de foro compe.* Sequitur in textu, *ius & iniſtitiam querelantibus red*
27 *dere teneantur.* intelligo † ciuiliter & criminaliter, dummodo ad partis querelatricis inſtãtiam; quia dicit, *querelantibus.* Secus ergo videtur ex officio, inquirendo in caſibus, quibus poteſt inquirendo procedi: de quibus vide ſupra *ead. coll.* in *curia Perpiniani. c. volumus, & cõcedimus, quod non obſtante.* & *extra. de iureiuran. c. ad iuramentum.* quoniam regulariter de iure communi ex prærogatiua & regalia, dominus Rex punit ſuos officiales, & domeſticos, qui ſunt exempti à foro inferiorũ officialium, niſi quatenus à iure communi, vel per iſtas conſtitutiones expreſſe conceditur ipſis inferioribus, & patet hic: quod etiam ſi reperti fuerint ipſi domeſtici delinquendo, attamen ſolum permittitur iſtis ordinarijs capere, & auferre arma: & nil dicitur de perſonis capiendis. Verumtamen credo, quod ſi iſti domeſtici crimine fragrante reperirentur in atrocioribus, quod iſti inferiores ordinarij tenerentur ipſos taliter delinquentes capere, & remittere domino Regi.
28 Nam, & quilibet † priuatus taliter delinquentes capere poſſet per conſtitutiones ſoni emiſſi; ne inde euadere poſſent, & hoc non eſt derogare iuriſdictioni, & prærogatiuæ domini Regis, ſed eum iuuare, quia Reipublicæ intereſt, ne maleficia remaneant impunita: vt

29 *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* Nec † potest officialis excusari à negligentia, qui non corrigit notoria crimina; vt *extra. de cens. cap. Romana. §. notoria vero. lib. 6.* & *de sentent. excommunicationis. cap. quàm.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *in suspectis locis*; sus-
30 pecta loca † dicuntur loca separata, & secreta, & lupanaria, & huiusmodi; quod etiam ex tempore, & personarum, & rerum qualitate arbitrio boni viri pensandum est: ad hoc infra *colla. 9. cap. per tal que mal.* & quæ ibi scripsi super verbo *din-*
31 *tre cases*, &c. Item † hominem suspectum faciunt nõ possidere immobilia, vel possidere pauca, & in alio res prius malefactas, de hoc vide per *glo. ff. qui satis dare cog. l. si fideiuss. §. fi. v. de l. cla possidere. ff. de aqui. poss. f.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *seu delu-*
32 *quendo.* & sic † crimine flagrante potest quis capi, non spectato iudicis consilio, nec requisita instantia huius: vt infra in *curia domini Berenguadi. cap. als procuradors fiscals.* &c. vide, & adde quæ ibi
33 dicam, & quando † quis capi possit, vide late per *And. de Barrula. C. de decurio. l. generali. lib. 10.* vide etiam infra *coll. 10. de la superflitat. §. exceptada capcio.* ¶ Sequitur §. *quilibet.* & est hic secunda
34 pars, in qua habes expressum, † quod Vicarij possunt facere iustitiam querelantibus de Baiulis, & eorum locatenentibus, Assessoribus, & iudicibus, infra eorũ Vicarias in debitis, quæ debent, vt priuatæ personæ: & quod hic dicit littera, *infra suam Vicariam*, intelligo de latissima Vicaria, prout habet iurisdictionem pro pace & treuga; vt puta Vicarius Gerundæ, & Bisulduni, poterit facere iustitiam de debitis, quæ debent, vt
35 priuatę personæ † tam Baiulus Gerundæ, quam Baiulus Bisulduni, & Baiuli Villarum Figueriarę, Turricellæ Sancti Fælicis Guixollen. de Colonico, de Palamosio, & de Palis, ac de Valle Corulliana: quia istæ omnes Baiuliæ sunt infra latam Vicariam Gerundæ, & Bisulduni. Et non credo, quod intelligatur tantum de Vicaria stricta, in qua habet omnem iurisdictionem, quia tũc non posset compellere nisi Baiulum Gerundæ, & Bisulduni, & suos officiales. & sic alij Baiuli, Iudices, & Assessores dictarum Villarum non haberent superiorem Vicarium in istis ciuilibus debitis, durante officio, quæ debent, vt priuatę personæ, quod foret contra mentem huius constitutionis. Vnde credo, quod verbum *Vicariam*, hic sumatur latissime. vt hic Vicarius Gerundæ compellat Baiulos, & officiales dictarum Villarum, quæ sunt infra suam latam Vicariam. Nota
36 tamen, † quod exactor de deprædatione conuictus, potest per iudicem loci puniri, non spectata consultatione Principis. vt *l. quotiens. C. de lucris*
37 *aduocatorum. lib. 12.* Et credo, † quod isti officiales adinuicem debeant facere iustitiam querelantibus, de ijs quæ debent vt priuatę personæ, procedendo simpliciter, & de plano; ne ipsi officiales euocentur extra loca suarum iurisdictionum personaliter, nec cogantur deserere regimen, & exercitium officiorum sibi commissorum: contra *l. curiales. C. de decurio. lib. 10.* Sed videõ, quod creditores parum curant de remedio huius constitutionis; sed expectant tempus tabulæ, vt habeant fideiussores officialium obligatos, & causa ducatur velocius. Verumtamen ista constitutio salubris est: Præsertim pro debitis minoribus quinquaginta solidorum, in quibus proceditur sine scriptis, & appellatione remota, iuxta *cap. causa curiæ Perpiniani.* Sed consule rem tibi, vt prius conqueraris de Vicario tuo debitore, vt priuata persona, virtute huius constitutionis apud Baiulum. Et si Baiulus fuerit negligens, in ministrando tibi iustitiam, expectes tabulam, & facias ibi querelam de ambobus: & fideiussoribus eorum, & habebis plures obligatos: & erit tuum debitum magis securum. Et nota, quod dicit, *vt priuatæ personæ*, puta pro contractibus proprijs & priuatis: secus si pro crimine, delicto, vel quasi in officio commissis; quia tunc oportebit expectare tẽpus iudicij tabulæ; vel recurrere ad Principem: iuxta *cap. Item statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur.* in fi. supra in *curia Illerden.* & supra *colla. 4. in 2. curia Barcinonæ. cap. 18. Item cum quilibet.* Item possunt in tabula conueniri pro debitis contractis, & factis, vt priuatæ personæ, durante officio, de quo scripsi supra *eod. c. indices tabulæ.* In libro ordinationis dom. Regię est sub titulo de officio Cancellarij posita clausula sequens: *Declaram à ell*, scilicet Cancel. *esser sotsmesos Prelats, Capellans, Clergus, Doctors, sauis en dret de conseyl, ò de casa nostra stats en les cases, empero en les quals no cõtradiẽ Canoniques sancions. E los oydors, è los promouedors, Canallers, seruans nostres. Los seruans empero al mestre racional de nostra cort, per raho de son offici sotsmesos tant solament foragitats.* Ecce qualiter prædicti sunt exempti à foro inferiorum ordinariorum, nisi in casibus huius capituli, scilicet in absentia curiæ Principum: vt dixi superius: & hoc nota valde, quia vidi alias dubitari in audientia Gubernatoris.

De salarijs sententiarum condemnatorum, censualium, & violariorum. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium pro sententijs censualium, & violariorum taxatur forma hic tradita. declaratur nu. 2.*
3 *Sententia continens condemnationem, vel absolutionem est proprie sententia.*
4 *Sententia diffinitiua dicitur, si imponit finem liti.*
5 *Sententia diffinitiua non valet contra alteram sententiam diffinitiuam: quod secus dicitur in interloquutorijs, & de ratione.*
6 *Sententia interloquutoria transit in rẽ iudicatam quoad iudicem ob lapsum quatuor mensium.*
7 *Sententia interloquutoria parit exceptionem rei iudicatæ, sicut diffinitiua.*
8 *Sententia in causa saltatorum an diffinitiua, vel interloquutoria sit dicenda; traditur remissiue.*
9 *Sententia contra diffamantem in causa saltatorum qualiter proferenda, traditur.*

10 *Sententia ab obſernatione iudicij an ſit diffinitiua. remiſſiue.*
11 *Sententia lata contra Titium agentem nomine meo me ſciente an mihi præiudicet. remiſſiue.*
12 *Dominium non quæritur ex ſententia abſolutoria, quia actor non probauit.*
13 *Iudicis officium finitur per ſententiam.*
14 *In ſententia cauſa eſt exprimenda, quando aliter timetur præiudicium.*
15 *Sententia lata contra ius non valet. declaratur ibidem.*
16 *Sententia vt valeat, quæ requirantur, traditur.*
17 *Sententia eſt nulla, ſi lata fuerit contra merita actorũ, ſeu proceſſus.*
18 *Sententia lata ſine cognitione cauſæ eſt nulla.*
19 *Salarium iudici non debetur ex ſententia ſi non ſit plene deliberata, & cum cauſæ cognitione.*
20 *Colluſio præſumitur ex breuitate temporis.*
21 *Ponderatum eſſe nequit, quod non eſt frequentatum.*
22 *Tempore indigemus, vt quid mane agamus.*
23 *Error mentalis iudicis, etiam non expreſſus, reddit ſententiam nullam.*
24 *Sententia lata ex teſtibus minus rite receptis eſt nulla.*
25 *Sententia eſt nulla, quando error eſt expreſſus in ea. declaratur nu. 26.*
27 *Sententia lata ob contumaciam vtriuſque partis eſt nulla.*
28 *Sententia lata contra ius extrauagans, vel contra ſententiam Principis, quæ habetur pro iure, an nulla ſit. declaratur idem ſi fuerit lata contra communẽ opinionem doctorum nu. 29. & ſi ſit lata contra mentem legis. nu. 30.*
31 *Sententia lata pro reddendis computis nõ eſt vera diffinitiua.*
32 *Salarium integrum non datur pro ſententia lata in cauſis redditionis cumputorum, ſed hoc male ſeruatur.*
33 *Iudex indicare debet ſecundum quod ſibi iuſtum videtur.*
34 *Iudex indicare debet ſecundum allegata & probata, & non ſecundum conſcientiam. declaratur nu. 36.*
35 *Iudex indicare debet de eo, quod ſibi conſtat, vt iudici; non de eo, quod ſibi conſtat vt priuato.*
37 *Iudex factum per eum abſque cognitione cauſæ de facto reuocare poteſt.*
38 *Sententia lata corrupto aduocato, traditur ſub diſtinctione.*
39 *Corruptela iudicis amicitia vel aliter non reddit ſententiam nullam; ſecus ſi corruptus fuiſſet pecunia.*
40 *Iuſtitia venditur accipiendo præmium.*
41 *Sententia an præſumatur lata prece, vel pretio. remiſſiue.*
42 *Sententia vt valeat, requiritur iudicem eſſe certum de ſubſtantialibus iudicij.*
43 *Sententia notorie iniuſta eſt nulla.*
44 *Iniuſtitia notoria dicitur, quæ ex actis apparet.*
45 *Sententia declaratoria qualitatis perſonæ facit ius quo ad omnes.*
46 *Sententia vt faciat ius quo ad omnia quæ requirantur. remiſſiue.*
47 *Cauſa ſtatus matrimonij, & legitimitatis facit ius quo ad omnes.*
48 *Sententia contra ſententiam an valeat, traditur ſub diſtinctione.*
49 *Sententia criminalis in actione populari facit ius quo ad omnes.*
50 *Sententia abſque cauſæ cognitione proferri non poteſt.*
51 *Sententia in abſentia vtriuſque partis lata, an valeat, traditur diſtinguendo.*
52 *Citationis finis eſt comparitio.*
53 *Fiſcus eſt abſque & in quolibet loco.*
54 *Labor & pecunia diuiſionem recipiunt.*
55 *Salarium recipi non poteſt vltra taxam etiam ab ſponte donantibus.*
56 *Sententia venalis dicitur, ſi recipiatur ſalarium vltra taxam.*
57 *Iudex corruptus dicitur pecuniam indebite recipiens.*
58 *Sententia lata per iudicem corruptum an nulla, traditur.*
59 *Corrumpere iudicem quomodo dicatur.*
60 *Iudicem corrumpens an cadat à cauſa. remiſſiue.*
61 *Corrumpentis alia pœna. remiſſiue. Et de pœna corrumpentis teſtes nu. 62.*

QVia in ſententijs condemnatorijs, &c. Caſus. Iudices † & aſſeſſores pro ſententijs condẽnatorijs cenſualium, & violariorum, ſi fuerint mille ſolidorum rendalium, decem ſolidos ſi ſupra bis mille ſolidos, viginti ſolidos, & non vltra recipiãt pro ſalario. Et ſententia lata recepto, vel dato ſalario, vltra formam prædictam,
2 eſt nulla ipſo iure. Hoc dicit. Nota, † quod dicit, *vltra formam*, & ita ſi vnum numinum vltra receperit, ſententia erit nulla in caſu huius conſtitutionis, quæ eſt ſeruanda ad vnguem. In alijs autem caſibus, vbi aliquid vltra debitum ſalariũ eſſet datum, vel receptum, crederem diſtinguendum, quia ſi multum vltra, iudicarem ſententiã venalem: ſecus ſi eſſet modica quantitas, in qua non præſumatur dolus: ſed potius error in taxatione ſalarij; & ita intelligo quæ dixi infra *eod.* ſuper verbo *ſi plus receperint*. Diuiditur in duas partes. In prima taxat ſalarium. In ſecunda irritat ſententiam recepto exceſſiuo ſalario vltra hanc taxationem latam. Secunda ibi, *Et nihilominus*. Vide litteram ibi, in *ſententijs*. Nota,
3 quod † ſententia, quæ continet condemnationẽ, vel abſolutionem, illa eſt proprie ſententia, vel res iudicata: *ff. de re iudi. l. 1. in verſic. iudicis*. Et
4 illa † eſt diffinitiua, quæ imponit finem negotio & controuerſiæ, & finis ſententiæ eſt tollere cõ-
5 trouerſiam, & ſic pacem inducere. Item † nota, quod licet ſententia diffinitiua non valeat contra ſententiam diffinitiuam in rem iudicatam tranſactam, valet tamen interlocutoria contra interlocutoriam: & facit quod ſententia interlo-
6 cutoria non inducit notorietatem. Item † ſentẽtia interlocutoria trãſit in rem iudicatam etiam quoad iudicem lapſu quatuor menſium, ſecundũ glo. in *l. quod iuſſit. ff. de re iudi.* vide *Henr. in cap. in litteris. extra. de offic. dele.* & *Bar.* in dicta *l. quod iuſ-*
7 *ſit.* & in *l. cum Titia. ff. de accuſa.* Item † ſententia

inter-

interlocutoria parit exceptionem rei iudicatæ
8 ſicut diffinitiua *glo.* ibidem. Sed an † & quando ſententia lata in caſu libelli iactatorij ſit diffinitiua, vel interlocutoria, dixi infra *colla. 9. cap. los*
9 *ſalaris*, ſuper verbo *ſententia*. Sed † hic quæro, qualiter feratur ſententia contra diffamantem? Reſpondeo, ne de cętero infamet. Sed per hoc non eſt plene conſultum, quia non eſt præcluſa via agendi; & ide littera in *l. diffamari*, dicit, quod debet pronũciare ne de cætero iungeretur, quod idem eſt quod imponere ſilentium ſuper diffamatione in ipſa cauſa. & hoc dicit *Imo. in cap. cũ*
10 *in tua. extra. qui ma. accu. po.* & ibi *Bal.* & in dicta *l. diffamari*. Sed † an abſolutoria ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua, vide *extra. de iudi. examina-*
11 *ta.* & *C. de iudi. l. properandum.* & ibi *Bal.* Sed † an ſententia lata contra Titium nomine meo agente me ſciente mihi præiudicet, vide *Bar. in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno.* & *Imo. in cap. ex parte decani.*
12 Item † nota, quod ex ſententia abſolutoria: quia agens ſe dominum non probauit nullum quæritur dominiũ obtinenti. vt dicta *l. ſi ſuperatus.* §. 1.
13 Officium † vero iudicis finitur per ſententiam:
14 *ff. de vſur. l.* 1. §. 1. In † ſententia cauſa exprimenda eſt, quando aliter timetur præiudicium:
15 *ff. de pac. dot. s. l. Rebus Marcellus. in glo.* Item † nota, quod dicitur ſententiam latam contra ius nõ valere, verum eſt quando ius eſt certum: ſecus quando habet opinionem, vt dicit *Bar. in l. 1. C. de nouo C. compo. alleg. l. cum prolatis. ff. de re iudi.* vide etiam quæ notat *Cinus in l.* 1. *C. de legi. in pe. q. verſic. modo*, &c. vbi declarat quãdo dicatur ſen-
16 tentia lata contra ius. Item † nota, quod ad hoc vt valeat ſententia, oportet iudicem habere nota acta. vt *l. hoc autem. C. ex quibus ca. in po. eatur.* ideo conſilium eſt quando variatur iudex, quod acta omnia reproducam. *C. de eden. l.* 1. & ibi *Bar.*
17 Item quando † ſententia eſt euidenter contra actorũ merita, præſumitur indeliberata, & quod iudex non viderit acta. vel non intellexerit, & ita eſt ipſa ſententia nulla, quia non ſentit merita cauſæ & iudicij. Et tali caſu per principem poteſt annullari proprio motu, ſecundum *Iacob. de Calic. in Directorio. 24. dubio.* & nota per *Ange. in*
18 *l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt.* Item † ſententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla, & non eget appellationis remedio. facit text. *C. de tranſact. l. ſi cauſa cognita.* vnde nõ valet ſententia lata in breue tẽ-
19 pus. Ita quod non ſit deliberata, nec † deberetur ſalariũ iudici, niſi quando eſt ſententia bene deliberata. vt dicitur in *vſat. Et non amplius*, quem quidam habent poſt *vſat. de omnibus namque communibus*, & ibi ſcripſi, quia tempus quandoque non ſufficit ad plene deliberandum: vt in
20 *1. conſti.* §. *Nos igitur. Bart. de Capua.* dicit, quod † ex modicitate temporis præſumitur colluſio. *ff. de adulteriis. l. miles. ff. de dona. inter virum & vxorẽ. l. mulierem. 31. q. 1. cap. ſi quis.* & *cap. ſi qua famina.* Ex breuitate temporis præſumitur: vt *ff. de pri-*
21 *nil. credi. l. ſi ventri.* §. *eos*, quia † non poteſt eſſe
22 ponderatum, quod minime eſt frequentatum: tẽpore † indigemus vt aliquid maturius agamus, *l. di. ca. ponderet.* vide *Bal. in l. prolatam. C. de ſen. & inter. omnium iudi.* de hoc *extra. de reſtitu. in integrũ.*
23 *c. cum ex litteris*. Item nota, † quod error mentalis iudicis, etiam non expreſſus in ſententia reddit ſententiam nullam, quando apparet ex actis: *Cinus in l. ſi. C. ſi mi. maiorem ſe dixi.* & *l. 1. de*
24 *erro. aduo.* Itẽ nota, † q̃ ſententia lata ex teſtibus minus rite receptis eſt nulla. *2. q. 1. cap. primates.*
25 Item ſententia † eſt nulla, quando error eſt in ea expreſſus etiam in ſententia excommunicationis: vt in *cap. ſacro. extra. de ſent. excommunicationis.*
26 Et † ſi in actibus vbi ſe refert ſententia expreſſe ad acta eſt nulla. Idem ſi ſe non refert, & ſunt talia, ad quæ neceſſario habet ſe referre; quia error in actibus cauſæ videtur in ſententia; ideo vitiatur ſententia, ſecundum *Bart. C. de erro. cal. l.* 1. Secus ſi error ſit in alijs actibus, vt ibi. vide ibi *Cinum* & per *Innocentium*, & *Anto. de Butr. ex-*
27 *tra. de re iudi. cap. cum Bertoldus.* Item † ſententia lata vtraque parte contumace eſt nulla, quia tũc eſt circunducta aſſignatio, iuxta notata in *c. conſuluit. de offic. dele. vt C. de iudi. l. properandum.* §. *ſin autem alterutra*, adde quæ dixi ſupra *ead. cap. iudi-*
28 *ces.* ſuper verbo, *non ceſſent*. Item † nota, quod ſententia lata contra ius extrauagans, vel ſententia principis, quæ habetur pro iure vel contra extrauagantem extra ſtatutorum volumina, valet; licet ſit error expreſſus in ſententia *glo.* & *Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iudi.* Secus ſi eſt lata contra ſtatutum ciuitatis, vbi iudex traxit vel habuit tempus ad præuidenda ſtatuta: vide in *l.* 1. *C. de*
29 *Summa Trini. & fin. cap. per Dolo.* Item † ſententia lata contra opinionem in caſu, vbi ſunt opiniones, non eſt nulla, in ſyndicatu tamen punitur, ſed mitius: vide ibidem alleg. *inſti. de obli. ex*
30 *quaſi maleſi.* in prin. Item † ſententia lata contra ſimilem vel mentem legis, vbi non apparet caſus expreſſus, non eſt nulla. *Iacob. de Aren. in l. cũ prolata. ff. de re iudi.* & *Cin. C. de rei. vx. ac. d. vnica.* §. *cum autem.* vide *Hoſtien. extra. de appel. c. intimaſti*, vbi idẽ dicit, vide notata per *Anto. de Butr. in c.* 1.
31 *extra. de re iudi.* Item † nota, quod ſententia ad reddendum rationes lata, non eſt vera diffinitiua; quia non diffiniret vere totam controuerſiam: vt *ff. de re iudi. l.* 1. ſecundũ *P. Ia. in libello de actione negotiorum geſtorum.* §. *Item rette*, dicitur ratione
32 per eum prius reddita, vnde † non eſſet pro tali ſententia dandum integrum ſalarium, ſed ſolũ tertia pars ſalarij, tanquam pro interlocutoria; contrarium tamen ſeruatur de facto, & forte nõ
33 bene. Item † nota, quod iudex debet iudicare ſecundum quod ſibi iuſtum videbitur: in *authen. iust iur. quod præſtatur ab ijs*, circa prin. *colla.* 2. alibi dicitur, quod habet iudicare ſecundum leges in *authen. de defen. ciui.* §. *nos igitur.* ad fin. Dic quod
34 iudex † ſententiando debet ſententiare ſecundum allegata, & probata, non ſecundum conſcientiam. *ff. de offic. præſi. l. illicitas.* §. *veritas.* Et

debet

35 debet † iudicare de eo quod ſibi conſtat vt iudici,non de eo quod ſibi conſtat vt priuato. ibi *glo.*& vide in *l.ſi irruptione.ff.finium regun.* vbi iudex iudicat ſecundum conſcientiam,ſed ibi erat informata *ex iure vt iudici.* vide *l.eadé oratione.* ad fi.*ff.de feriis.de procu.l.filiusfa.*§.*milit. ff.de poſthu.l.*
36 *quos prohibet.*Sed † dic, cum iudex vult iudicare ſuper aliquo negotio, ſi eſt ſibi notum vt iudici, poteſt iudicare ſecundum conſcientiam. Secus ſi eſt ſibi notum non vt iudici,ſed vt priuato: & tunc non poteſt, nec debet iudicare ſecundum conſcientiam;ſed tantum ſecundum allegata,& probata, vt dicto §. *veritas.*& *C.de iudi.l.rem non nouam.*de hoc latius per *Henr.* & *Anto. de Butrio. in cap. 1.extra. de offic. ordina.* vide quæ ſcripſi ſupra *colla.4.in curia 3.Barcinone. cap. 7. Item ordinamus, de conſilio,*ſuper verbo,*conſcientiam.*vide quæ ſcri-
37 pſi in *vſatico. Alium namque.* ¶ Vlterius † nota, quod illud quod de facto fecit iudex ordine iuris non ſeruato,& ſine cognitione ; illud poterit ipſemet reuocare ſine cognitione: *ff.de minо.l.verum.* §. *ex facto* , ſecundum *Gui.de Cug.*adde quæ notantur per *Ioan.Fab. inſtitut. de pœna temere liti.* §.*vlti.*& per *Doct.extra.de reſti.ſpo.cap.conquerente.* quod dic vt notatur infra *collat. 9. in curia Regis Ferdinandi.cap.cordi.*ſuper verbo,*vera ſpoliatio poſſit dici.*adde etiam quæ notat *Bal.in l.1.ff.de libe.&*
38 *poſthu.*Sed † an valeat ſententia corrupto aduocato,vide *ff.de minо.l.minor.* §. *ſin autem* : quidam quod ſic , ſi fuit pecunia corruptus,alias ſecus.
39 Item † nota, quod corruptela iudicis amicitia vel aliter non reddit ſentẽtiam nullam,niſi corruptus ſit pecunia quaſi venalis. vide rationem per *Gui.de Cug.in l. ius pluribus. ff. de iuſti.& iure.* & nullam aliam aſsignat rationem ; niſi quia plus delinquit faciendo iuſtitiam venalem. Pro quo facit præſens *conſtitutio.*in fin.& ſupra *ead.in cap.iuxta conſtitutiones.* vide & adde quæ ibi dixi.
40 Iuſtitiã † enim vendere eſt , hanc præmij acceptionem ſeruare:vt *1.q.3.cap. in templo.* vide quæ
41 ibi notantur per *glo.*& *Gui.*Sed † quando præſumatur lata prece vel gratia, an ex pretio? Reſpõdeo ex qualitate perſonarum erit iudicandum, arg.*l.fin.*§.1.*coniuncta glo. ibi in verſic. Ex perſonis. ff.de ac.& ob.*ſecundum *Ioan.de Platea*,quem vide latius ſuper hac materia *inſti. de excu. tu.* §. *fin.*
42 ¶ Item † nota,quod ad hoc vt valeat ſententia, exigitur iudicem eſſe certum de ſubſtantialibus iudicij,& ſubſtantifice requiſitis ad ſententiam: vt *de litis conteſta.& ſimilibus.*De alijs non ſubſtãtifice requiſitis ſufficit quod adſint;licet non ſit certificatus : *ff. de iudi. l.* 1. per *Bar.* qui dicit, quod ſi iudex non eſt certificatus de cõtumacia, non valet ſententia ad ſecundum decretum . Et
43 ſententia † aperte iniuſta eſt nulla: *ff.de inofficio-*
44 *ſo teſtamento. l. pars litterarum.* & illa † iniuſtitia eſt aperta,quæ apparet ex actis,quia acta ſunt notoria : vide tamen quæ dixi ſupra in *verſic. Item*
45 *ſententia eſt nulla quãdo error,*&c. ¶ Vlterius † etiã nota,quod ſententia declaratoria qualitatis perſonæ facit ius quo ad omnes,& poteſt imprimere & tollere qualitatem â iure poſitiuo impoſitã, & pro veritate ſeruatur. vide in *l.ingenuum.* ff. *de*
46 *ſta.ho.*ibi nota quæ † requirantur ad hoc quod faciat ius quo ad omnes. vide *Anto. de Butr. extra.*
47 *qui ſi. ſunt legi.cap.cauſamque.*Et † quod cauſa ſtatus matrimonij, & legitimitatis facit ius quo ad omnes ſicut in cauſa ingenuitatis , & habet locũ *C.*& ff.*ne de ſta.defunct.* vide notata per *glo.ſ. Ioan. And.*& *Henr.in cap.peruenit.qui.ſ. ſint legi.*¶ Item
48 ſententia † contra ſententiam indiſtincte non valet in eadem inſtantia ; ſecus in diuerſa, vide *Butrium.*& *Bar.in l.2.*& *l.nam poſtea.* ff. *de iureiur.* & latius per *Ant.de Butrio in cap.inter monaſterium.*
49 *extra.ne re.in.*¶ Item † ſententia in criminali facit ius quo ad omnes in actione pupillari. *l. enim qui.*§.*in pupillaribus.*ff.*de iureiur.*vide *Bal. in l. in-*
50 *genuum.* ¶ Item † quod ſententia ſine cauſæ cognitione proferri non poteſt: vnde ſi iudex parte dante libellum, & narrando qualiter Titius debet decem, ſi petat â iudice vt ſtatim mittat Epiſtolam abſenti,& precipiat,vt ſibi ſoluat;nõ valet hęc ſententia,& hoc præceptum, caſus ſecundum vnum intellectum, quem ponit *Pet.& Gui.de Cug.in l.nec quidquam.*§.*vbi decretum.* ff. *de offic.proconſul.*quod nota, pro his quæ notat *Bar.in l.prolatam.C.ae ſent. & interlo. omnium iudi.* Vnde
51 nota, † quod ſententia aut fertur vtraque parte abſente,& nullatenus valet *C.de iudi. l. properandum.*in prin.Aut vtraque pars eſt præſens,& valet etiam ſine aliqua citatione : vt ff.*de his qui vt*
52 *indigni.l.poſt legatum.* §.*is vero.*nam † finis citationis eſt comparitio,& ſruſtra citatur præſens , ſecundum *Ioan.And.in cap.ſi.extra.de elec.lib.6.* Sed ſi vna pars abeſt , & alia eſt præſens , & ſi fertur ſententia pro abſente non citato,ſi eſt fiſcus,valet,quia ibi præſens eſt: ſic intellige quod notatur *C.de iudi.l. properandum.* §.*ſin autem reus,*& ſic valet in criminali pro fiſco. *C. de adul.l.quamuis.*
53 quia † fiſcus eſt vbique : notatur *C. de quadrien. præſc. l.bene à Zenone.l.*1.Sed in ciuili nõ valet diffinitiua,vt notat *glo.ſ. in l. furioſo.* ff. *de re iudi.* quia ibi non eſt iudicium,cum ſit actus perſonarum.*extra.ae verb.ſig.* & *cap. ferus.* Et ſi ſeruatur ſententia contra abſentem, aut eſt diffinitiua,& non valet eo non citato. *C. quæ ſen. ſine appel. reſcin.l.* 1.§.*Item cum ex edicto.l. ſi feriatis.C.de feriis.* Sed ſi eſt interlocutoria,& requirit cauſæ cognitionem,non valet niſi abſente citato. *ff de aaſp. l. nam ita diuus.* vel ſufficit ſi ſit citatus ad proceſſum,licet non ſit citatus ad ſententiam, ſecũdum *Butr.*Si vero non exigit cauſæ cognitionem ante ſe,tunc valet non citato abſente , vt in §. *vbi decretum.alleg. l.3. de bonorum poſſeſſ.* Quædã enim ſunt interlocutorię, quæ non continent præiudicium tertij,& tales poſſunt ferri in abſentem nõ citatum. vide *Bar.*& moderniores in alleg. §. *vbi decretum.*vide & adde infra *colla.* 8. *in curia Regis Martini.cap. Item per tolre vexationes.* & infra *colla.* 11.*cap.vltimo.* ¶ Sequitur in tex.*non habent moram trahe-*

Digitized by Google

54 *trahere,nec cum labore,*&c.Nota † quod labor,& pecunia diuisionem recipiunt: vt *l.Seio amico. ff. de annuis le.* & est simile quod habes supra *ead. cap.notarij*,vide & adde quæ ibi dixi, & in *curia clemini Ferdinandi. cap. E los aduocats. §. los juges empero.*super verbo, *salari, y traball.* vnde iuxta moram & laborem debet commensurari salariũ, vbi alias non reperitur â iure vel constitutione taxatum: arg. *l.* 1.ff.*de iure delt.*& *extra. de offic. dele.cap.de causis.* ¶ Sequitur in text. *si plus rece-*
55 *perint,*&c.Nota † quod non licet recipere vltra taxiam etiam â sponte donantibus:vt *l.* 1.& ibi nota *Ioan.de Platea. C. de stratoribus. lib.* 12. Item nota hic casum pro his quæ dixi supra *ead. cap.si ratione executionis.*& *cap.iuxta constitutiones. §. pe-*
56 *nult.*videlicet quod vbi †pecunia recipitur pro sententia vltra quam fuerit taxatum, talis sententia dicetur venalis,& est ipso iure nulla, vt hic vides,& probatur *extra.de vita & ho. cle. cap. cum ab omni specie mali.* quia nec aliquid sub nomine assessorum debet recipi: vt ibi dicitur, de quo tamen dic melius in *cap.statutum. §.assessorẽ. de reseriptis.lib.*6.& ibi *glo.*& *Doct.*& est ratio,vt puniatur in quo delinquit, vt hic dicitur. vide
57 concor. ibi.Eo enim ipso,quod iudex receperit indebite pecuniam,præsumitur iniquus, & corruptus.vnde in Alexandro *cap.gesta ducis. §. si lis inciderit. verſ. Muneris*, arguitur accepti censor iniquus,hoc verum credo si sit magna quantitas: quæ vltra debitum datur quod relinquitur arbitrio iudicantis; secus si sit modica quantitas illa.
58 Et † est verum,quod est nulla sententia in præiudicium partis corrumpentis & pecuniam illicitam dantis,& etiam in præiudicium iudicis taliter corrupti:quia debet perdere salarium,& illud restituere tanquam indebite receptum,& ac si nullatenus tul.ilet sententiam, iuxta ea quæ habentur & notantur supra *ead.cap.iuxta constitutiones.§.Et nihil minus.*ibi, vt *sic quoad dantes*, &c. adde quæ notantur infra *colla. 9. cap. als ſerinans.*
59 in fine. Corrumpere † iudicem dicitur siue eum liberauerit â debito siue gratis ei mutuauerit:siue rẽ sibi minoris vendiderit.*ff.de calum.l.eã.*Sed an
60 corrumpens iudicem cadat à causa,vide *glo.C.de pœ.iudi.qui male iudi.l.* 1.& *Bar.in l.* 1.*C.de calumn.* & in *l.eius qui delatorem.*ff.*de iure fisci.*vide *de condi.ob tur.c turpem.l.* 2.& ibi *Gui.* De pœna corrum-
61 pentis † acta,vide *ff. le iure fisci. l.in frandem.* Et
62 de † pœna corrumpentis testes, vide *C.si ex falsis instrumentis.l.* 1. & 2.& *ff.de re iudi. l.diuus.*

De commercijs, & in quo loco victualia vendantur. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Rectores ciuitatum ordinare possunt,quibus in locis victualia vendantur.idem num.*2. *Quid si aliqua vigeat in contrarium consuetudo num.*4. *Quid si priuilegium num.*5.
3 *Concilium ciuitatis æquiparatur decurionibus.*
6 *Vendere nec emere quis non compellitur. limitatur ibidem.*
7 *Mercator à mercibus dicitur.*
8 *Fœnerator appellatione mercatoris non venit.*
9 *Creditores an contribuantur vbi mercator plures fecerit negotiationes.*
10 *Creditor,ex cuius pecunia merces empta est,an præferatur alijs creditoribus mercatoris.remissiue.*
11 *Merces specialiter obligatæ non remanent obligatæ, si exeant de dominio obligantis.declaratur nu.*12.
13 *Militia & nobilitas non perditur per exercitium mercaturæ.*
14 *Plures exercentes vnam mercantiam an obligentur insolidum.remissiue.*
15 Mercari *exponitur,idest*,emere.
16 *Mercator dicitur qui etiam exercet officium scriptoris.*
17 *Mercatoris appellatione quid veniat,remissiue.*
18 *Mercatoris priuilegio an gaudeat descriptus in matricula,si dictum mercatoris officium non exerceat. remissiue.*
19 *Consules & Rectores ciuitatum an bona vniuersitatis alienare nequeant sine consilio procerum, seu consiliariorum eiusdem vniuersitatis.limitatur nu.* 20.

STatuimus quod mercaturæ,altilia,& gallinæ, &c.
1 Casus.Mercantię,† volatilia,caules,fructus,victualia,& huiusmodi similia debent vẽdi in certis locis ciuitatis,villæ,vel loci, in quibus consiliarij,paciarij,iurati,vel consules duxerint ordinandum,quibusuis contrarijs ordinationibus penitus reuocatis. Hoc dicit. *Si victualia*, vt panes, & pisces,carnes,& vinum,casei, & alia quæ veniunt nomine victus,vel mercantiarum,dummodo sint similia istis contentis in littera constitutionis.Et debet intelligi quod sint congrue similia,scilicet, in quibus iuris ratio est communis, & indifferens:vt *l.pen.*ff.*si quadru.pau.fe. di.* vide *Bal. in cap. dilecto. de offic. Archid.* ¶ Nota ergo
2 quod † rectores ciuitatum auctoritate huius constitutionis possunt ordinare & disponere,in quibus locis ciuitatis vel villæ habeant vendi victualia,puta quod bladum vendatur in certo loco,& vinum in certo loco,& caules, casei, gallinæ,& huiusmodi in certo loco. Et † scias, quod
3 concilium vniuersitatis decurionibus æquiparatur.vide *glo. in rubrica. C. de decurio. lib.*10. & est *glo.in l.*2.*eod.tit.*adde quæ notantur supra *colla.*2.
4 *curiæ Barcinonæ cap.*29.*concedimus etiam.*Sed † pone quod de vsu, & consuetudine antiqua est in ciuitate quod gallinæ vendãtur in platea albergariarum, & Iurati volunt ordinare quod amodo vendantur gallinæ alibi, & non ibi,quæro an hoc possint,non obstante consuetudine? Et videtur quod sic,quia hic dicit, *quibuscumque ordinationibus reuocatis*. Contrarium credo, quia per illam consuetudinem est quæsitum ius vicinis plateæ,& per generalem constitutionem nõ derogatur consuetudinibus singularium,iuxta *cap. licet Romanus.de consti.lib.*6. & dominus Rex si de consuetudinibus sicut de ordinationibus voluisset,id expresse dixisset.arg.*extra.de decimis. cap. ad audientiam*, adde notata supra *ead.cap.pro testamentis.*

mentis. §. vlti. niſi forte dicamus, quod illa conſuetudo ſit vniuerſitatis loci, & non vicinorum, & ordinatio, quæ nouiter fiet, concernat vtilitatem publicam, quæ præfertur vtilitati priuatorum. Sed ad omne dubium remouendum conſulerem illam ordinationem fieri per iuratos cum
5 conſilio & conſenſu procerum. Sed † quid ſi vicini alicuius plateæ ſeu contractæ habeant priuilegium vel ſtabilimentum, ſicut vidi in platea bladi & caulium Gerundæ; an iurati poſsint cõtrarium ordinare? Credo quod non, quia per hãc conſtitutionem non eſt derogatum priuilegijs, & contractibus prius habitis per *cap. licet Romanus.* quia licet ſyndicus vniuerſitatis interſit curijs, non tamen poteſt præiudicare priuilegijs. ſingulorum ſine ſpeciali eorum mandato quorũ
6 intereſt. Nota † quod regulariter quis non compellitur vendere: vt *l. nec emere. C. de iur. deli.* & *l. inuitum de contraben. emptio.* Fallit in eo qui alienum filium emit neceſsitate famis. Item fauore libertatis. Item in odium fæuientis. Item in odiũ mentientis. Item in rebus commeſtibilibus: vt *l. munerum. §. Item Epiſcopi. ff. de mu. & ho.* Nota etiã quod regulariter nullus compellitur emere. Fallit in quinque caſibus, quos vide per *Ioan. de Platea inſti. de donat. §. erat olim.* ¶ Sequitur in text.
7 *mercaturæ.* Dic † quod mercator dicatur â mercibus. *ff. ad l. Rhodiam. de iac. l. 2. §. cum enim.* Sed
8 mercatoris † appellatione non comprehenditur fœnerator. *ff. de inſti. l. cuicumque. §. 1.* Tamen mercator dicitur, licet non habeat certam ſtationẽ.
9 *eod. tit. l. 3.* Si † mercator habet plures ſtationes, vel negotiationes; an creditores omnes in omnibus debitis contribuantur, an præferantur ſpecialis negotiationis creditores alijs alterius. Et
10 an † ſi merces data ſubſit, vel empta ex pecunia illa præferatur. Et quid ſi fuit facta alicui obligatio realis, vide *ff. de tributo. l. Proculus. §. ſi*
11 *plures.* Sed † nota, quod licet merces poſsint obligari, attamen ſi exeant de dominio obligantis, non remanent hypothecatę priori creditori, & hoc eſt fauore negotiationis, & Reipublicæ: de quo per *Ludouicum de Roma in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrim.* & per *Bal. C. loca. l. certi.* & per *Bar.* & *Doct. ff. de vſufr. le. l. generali. §. vxori.* & *ff. de pig. l.*
12 *debitor.* & *l. cum tabernam.* Quod † forte verum, quando obligantur generaliter, vel ſub nomine tabernæ: ſecus ſi nominati, & ſpecialiter obligãtur, puta, quia dixi, Obligo tibi lanam iſtam, vel
13 pannos tales, &c. ¶ Nota † tamen, quod per mercaturam non detrahitur nobilitati. *C. de commer. & mer. l. mercatores.* vel dic quod prohibetur nobili ne mercetur: vt ibi vide *C. nego. ne militent. lib.* 10. Item † an ſi plures gerant vnam mercantiam, obligentur in ſolidum, vel quando, vide
14 text. & *Bar. in l. 1. §. fin. cum l. ſe. ff. de exercit.* Mer-
15 cari, † ideſt, emere, vt *l. ſiue libertatem. ff. de euic.* & adde *l. licitatio. §. ſi. ff. de publica.* ¶ Item mer-
16 cantia † dicitur quod quæritur ex ſcriptura, & ſic ſcriptor poteſt dici mercator: vide tex. & *glo.*
17 *C. de Epiſc. & cle. l. 2.* Et † quid comprehendatur appellatione mercatoris, vide *ff. de le. 2. l. lega. ſer-*
18 *nis.* in prin. Sed an † deſcriptus in matricula, qui non exercet mercantiam, gaudeat priuilegio mercatorum, vide *ff. de teſta. mili. l. ex eo,* per *Bar.* adde quæ dicam infra *colla.* 10. *in curia domine Marie. cap. molts inexperts:* adde quæ leguntur & notantur in *l. præclaram. C. de primicerio. lib.* 12.
19 ¶ Sed † quæro, an rectores ciuitatum, vt ſunt iſti patriarij, iurati, vel conſules, poſsint ſine cõſilio procerum, ſiue conſiliariorum vniuerſitatis alienare prædia & proprietates, vel ſtabilire in
20 emphyteoſim? Reſpondeo quod non; niſi † aliter hoc habeant de conſuetudine, vel niſi ſint terrulæ minus vtiles, vel longe poſitæ: vt *C. de ven. re. ciuitatis. lib.* 11. *ex. de his quæ fi. ap. ſine. con. ca. cap.* 1. & *cap.* 2. & *c. tua.* & quaſi per totum. & *extra. de dona. cap. cæterum.* 12. *q.* 1. *cap. ſine exceptione.* & *cap. terrulas.* & *cap. ſi quos de ſeruis.* cũ ibi notatis. ¶ Sed tanta poſſet eſſe neceſsitas, quod etiam magna prædia, & pretioſa poſſent vendi ſine cõſilio procerum, ſecundum *Lan.* & *Gui.* qui de hoc latius notant in alleg. *cap. terrulas.* & adde quæ leguntur, & notantur 10. *q.* 2. *cap. hoc ius porrectũ. poſſent etiam reinfeudare,* iuxta *cap. per tuas. extra. de dona.*

Vt ſcriptores iurati nullatenus recipiant inſtrumenta vltimarum voluntatum. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarij Regij, & non eorum ſubſtituti poſſunt recipere teſtamẽta, codicillos, donationes cauſa mortis, & alias vltimas voluntates. idem nu.* 2.
3 *Teſtes quod ſint rogati, non requiritur in codicillis.*
4 *Codicilli poſt teſtamentum conditi effectum non habẽt, ſi hæreditas non adeatur ex teſtamento.*
5 *Verba, quiſquis mihi hæres erit, habent vim clauſulæ codicillaris.*
6 *Teſtamentum vbi valet in vim codicillorum, non ſolum eſt reſpectu legatorum, verum etiam & reſpectu hæredis inſtitutionis.*
7 *Donare eſt perdere & dilapidare.*
8 *Donatio remuneratoria non eſt proprie donatio.*
9 *Fideiuſsio pro reſtituenda dote cum iuramento facta valet & tenet.*
10 *Donatio inter virum, & vxorem cum iuramento an valeat, traditur.*
11 *Contractus factus per adultum cum iuramento valet, quamuis curatorem habeat.*
12 *Seruitia in donatione remuneratoria an probanda. traditur.*
13 *Donatio remuneratoria inſinuatione non eget. declaratur ibidem.*
14 *Donatio inter patrem, & filium quando valeat. traditur.*
15 *Donatio, etiam ad pias cauſas facta, non valet donatario non acceptante, vel altero eius nomine.*
16 *Merita quibus licet donare, traditur remiſsiue.*
17 *Donare videtur exceptiones commodum remittens.*
18 *Donare videtur, qui non adimit, cum adimere poſſet.*
19 *Donatio cauſa mortis habet ſe ad inſtar legati.*

Dona-

ſam. *C.de rem. do. l.* 2. per *glo.* vide & adde quæ ſcripſi ſuper *vſatico. auctoritate, & rogatu cunctorum.* & ibi *Iacob.de Monte Iudaico.* ¶ Item † nota, quod donatio etiam ad pias cauſas non valet abſque præſentia donatarij, vel aliquo ſuſcipiẽte nomine eius: vide *gloſ.* in *l. illud. C.de ſacroſan. Eccleſ.* vide *Butrium* & alios *Doctos.* ibi. Et † merita, quibus licet donare, collige *ex l. ſi collecta-neus.* & *ex l. etiam.* §. 1. *ff. de mann. vin.* Item † nota, quod remittens commodum exceptionis, videtur donare: vt *l. ſi deportati.* §. *ſi quis creditori.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *exceptionis. ff. de legatis tertio.* Item † donare videtur qui non adimit, cum adimere poſsit. *ff. eod. l.* 1. §. *ſecundum.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *non adimitur.* adde *l. Proculus. ff. de probat.* ¶ Sequitur in text. ibi, *cauſa mortis.* Dic † quod donatio cauſa mortis obtinet inſtar legati vide in *l. Marcellus. ff. de dona. cauſa mort.* & melius in *l. ſi debitor.* Sed donatio cauſa mortis non eſt proprie donatio, ſed mortis cauſa capio. *ff. eod. tit. l. mortis cauſa.* De † mortis cauſa capione. vide *extra. de teſta. cap. Raynutius.* ¶ Sed † an donatio cauſa mortis exigat additionem hæreditatis? *Bar.* tenet quod ſic. *ff. de dona. cauſa mort. l. ſi mortis cauſa.* dic hoc verum, ſi donatio mortis cauſa eſt facta in codicillis, vel alia vltima voluntate; aliter ſecus, ſi intrinſece, ſecundum *Anton. de Butrio.* ¶ Item ad eſſe † donationis cauſa mortis non exigitur teſtamentum, licet exigatur potentia teſtandi, excepto filiofamilias. *ff. eod. tit. l. tam is.* ¶ Item donatio † cauſa mortis exigit quinque teſtes: ſecus forte in hac patria, vbi aliter ſeruatur de conſuetudine, vt Barcinonæ, ſicut in codicillis, & ibi nota per *gloſ.* licet † plus ſapiat naturam contractus, quam vltimæ voluntatis: vt notatur in *l.* 1. & 2. *ff. de dona.* vide idem *ff. de teſta. l. qui in poteſtate.* quod patet, quia † donari non poteſt, niſi præſenti, & oportet quod fiat traditione, vel ſtipulatione: alias non valeret vt donatio, ſed vt legatum: vt *l. cum is. ff. de dona. cauſa mortis.* Item nota, † quod reuocatur donatio cauſa mortis, eo quod de ægritudine, de qua mors ſperabatur conualuerit; quia præſumitur donare cauſa illius mortis, quæ ex illa cauſa aſsiſtenti ſequitur, & non ex alia: *ff. eod. tit. l. ſi mortis cauſa.* Item nota, † quod in donatione cauſa mortis, quæ mixtam habet naturam contractus, & donationis, transfertur dominium ſine traditione. *gloſ.* & *Bar.* ibidem. Et † ſicut donatio cauſa mortis confirmatur per mortem naturalem donantis; ita confirmatur per mortem ciuilem; vt *C. de dona. inter virum & vxorem. l. res vxoris.* & notat *glo.* in *cap. ſi Epiſcopus. de ſuppleu. negli. prælat. lib.* 6. ſuper verbo, *Sed capitulum.* dic vt ibi, & 16. q. 1. *cap. placuit in* 2. per *gloſ.* ¶ Sed † an donatum ab infirmo videatur cauſa mortis donatio? Reſpondet *gloſ.* quod non, niſi exprimatur de morte. *l. apud Celſum.* §. 1. *ff. de dolo excep.* Item nota, † quod donatio inter virum & vxorem facta ab amicis & conſanguineis viri vxori, videntur donata à viro, ideo debent reſtitui. *ff. de vulga. & pu. l. ſed & ſi plures.* §. *in arrogato.* adde quæ leguntur & notantur per Canoniſtas in *c. ſi. extra. de dona. inter virum & vxorem.* Sed † licet teſtamẽtum & codicilli æquiparẽtur, tamẽ non ſunt idẽ: vt *C. de codicillis. l. ſi idẽ.* Vltimo † nota, quod tria habet facere notarius per ſe, ſcilicet, audire per ſe, ſcribere per ſe, & per ſe ſubſcribere: vide in *auth. de tabellionibus.* in prin. *colla.* 4. & adde infra *colla.* 10. *curia Regina Maria cap. loſcrina de la tavla.* Item † nota, quod confectio inſtrumẽti alteri delegari non poteſt. *ead. auth.* §. *nos autem.* & ſi deleget, non valet vbi ipſe eſt rogatus. Item nota, ꝙ vacillat † inſtrumentũ, ſi notarius dicat te præſentem facto non fuiſſe: *ead. auth.* §. 1. etiam ſi fateatur ſcripturam. Itẽ † notarius debet in inſtrumento apponere nomen antiquuũ, & nouum cõtrahentis; & rei, ſi mutauit nomen: *Bar. in* 1. *cons. ſtit. ff.* §. *nos autem.* Item valet † inſtrumentum ſine die, ſi hoc habeat conſuetudo, vt notat *Gui. de Sud.* in *l. cum de conſuetudine. ff. de legi.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. colla. in curia Perpiniani cap. cum pridem.* adde quæ dicam infra in *curia domina Maria, cap. loſcrina de la taula.*

De arbitrijs & pœnis compromiſſorum rigide exequendis. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones edita ſuper exequutione ſententiarum arbitralium locum obtinent, etiam ſi in compromiſſo iuramentum non interuenerit, nec pœna poſita fuerit. & num.* 11.

2 *Compromiſſum vbi eſt in arbitrum & arbitratorem, inſpici debet quam viam elegerit arbiter tam in procedendo, quam in pronunciando.*

3 *Compromiſſum non tenet; vt pronunciet arbiter, prout placuerit tertio.*

4 *Pactum non valet, per quod libere arbiter indicare nequit.*

5 *Compromiſſum nõ valet in duos; vt ſi diſſentiãt, eligatur incertus, ſecus eſt ſi certus eligendus fuerit.*

6 *Compromiſſum non valet, vt certa feratur ſententia.*

7 *Compromiſſi finiendi modi qui remiſsiue.*

8 *Arbitrium arbitratorum vbi eſt iniquum, recurrẽtur ad arbitrium boni viri: arbitrium vero arbitratorum quamuis iniquum teneat, retractari tamen poteſt per ſuperiorem.*

9 *Arbitralis ſententia lata per dolum, licet non retractetur per appellationem; retractatur tamen per exceptionem.*

10 *Appellari poteſt à iudice exequente laudum iniquum.*

12 *Inſtrumentum iuratum habet promptam exequutionẽ ſicut ſententia. contrarium nu.* 14.

15 *Inſtrumentum guarentigia habet exequutionem paratam.*

16 *Scriptura tertij dicitur confeſſio iudicialis.*

17 *Pactum factum coram iudice dicitur guarentigiatũ, & habet exequutionem paratam, vt ſententia.*

18 *Inſtrumentum guarentigia habet vim ſententia.*

19 *Compromiſſum nec tranſactio fieri poteſt propter litẽ calumnioſum ſuper inſtrumento guarentigiæ.*
20 *Inſtrumentum guarentigiæ an habeat vim litis conteſtatæ remiſſiue.*
21 *Statutum diſponens quod compromitti debeat, nõ comprehendit debitum guarentigiatum, nec quod ſuper eo lata fuerit ſententia.*
22 *Euocatione generali cauſarum non venit cauſa executionis rei indicatæ vel inſtrumenti guarentigiæ.*
23 *Confeſsio facta in inſtrumento guarentigiæ reuocari poteſt ex errore per præceptum notarij.*
24 *Contra inſtrumentum guarentigiæ licet aliquid opponi non poſsit; opponi tamen poterit quod factum fuerit ex poteſtatis defectu.*
25 *Contra inſtrumentum guarentigiæ opponi poſſunt illa, per quæ inſtrumentum non ſit inſtrumentum.*
26 *Depoſitum in exequutionibus cenſualium & violariorum debet fieri certo modo hic tradito.*
27 *Statutum, vbi repellit exceptionem nullitatis, eſt intelligendum de nullitate latenti, non autem de notoria, & quæ appareat.*
28 *Nullitas patens, vel quæ ſtatim conſtare poteſt, impedit exequutionem. & quando ſtatim conſtare dicatur, num. 29.*
30 *Arbitrium continens manifeſtam iniquitatem per ſuperiorem retractatur ex ſuo officio.*
31 *Inſtrumentum guarentigiæ non habet exequutionẽ paratam circa illa quæ vltra verba dicti inſtrumenti conijcturantur ex ipſo.*
32 *Inſtrumentum guarẽtigiæ competens ceſsionario an habeat promptam exequutionem. traditur.*
33 *Exceptio non numerata pecunia opponi poteſt contra inſtrumentum guarentigiæ.*
34 *Arbitrorum ſententia de iure communi non ſtatur regulariter, niſi metu pœnæ. declaratur. nu. 35.*
36 *Sententia duorũ valet tertio præſente, & non abſente.*
37 *Arbitralis ſententia lata contra ius litigatoris non retractatur, niſi iniquitas notoria fuerit.*
38 *Iudex recurſus à ſententia arbitrali confirmando ſententiam debet recurrentem condemnare in expenſis. Secus ſi infirmat ſententiam. declaratur num. 39.*
40 *Pronunciare poſſunt duo ex tribus iudicibus præſente tertio, viſis allegationibus.*
41 *Prorogatio cõpromiſſi an valeat. & an idem vel aliud compromiſſum ſit, traditur in littera.*
42 *Recurſus ab arbitrali ſententia an retardet eius exequutionem.*
43 *Arbitri recuſari non poſſunt.*

CONfirmantes conſtitutionem editam, &c. Caſus.

1 Confirmatis † conſtitutionibus ſuper exequutionem ſententiarum arbitralium editis, illis addendo declaratur hic, ipſas conſtitutiones locum habere, poſito etiam quod in compromiſſo iuramentum non interuenerit, neq. pœna appoſita fuerit. Hoc dicit. Sequitur in tex. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod Vicarius*, &c. iſtam conſtitutionem habes ſupra *colla. 3. cap. 14. in §. Item quod teneamur reddere.* vide & repete hic quæ ibi dixi. & in *coll. 4. curia 3. Barcin. c. 15. Item ordinamus, quod capitulum.* & in *curia Gerundæ c. 16. Item ſtatuimus, quod capitulum factum per nos.* de quibus hic fit mentio, & adde quæ in quolibet ipſorum trijũ capitulorũ ſcripſi. Sequitur hic in text. ibi,
2 *in compromiſſo.* Nota, † quod ſi cõpromiſſum eſt in arbitrium & arbitratorem, inſpici debet quá viã elegerit, tam in procedendo, quã in pronunciãdo. ff. *de arbi. l. ſi de meis.* §. 1. & ibi *Bal* & *Canoniſtæ*
3 in *c. quinta vallis. extra. de iureiuran.* Item † nota, quod non valet compromiſſum, vt pronunciet prout placuerit tertio. ff. *eod. l. ſi quâ alia.* §. *ſed ſi ita.* & facit quod non valet cõpromiſſum. vt pronunciet de conſilio ſapientis, vel prout placet
4 ſapienti. Itẽ non † valet pactum, per quod liberum non eſt ius iudicandi in arbitro, ſicut in iudice, *extra. de conſue. cap. ad noſtram.* vide *Innoc. extra. de offic. dele. cap. ſcilicet, ſi pro debilitate.* Itẽ † nõ
5 valet compromiſſum in duos, vt ſi diſſentiant, incertus eligatur; ſi ſe. us, certus. ff. *de arbi. l. Item ſi vnus.* §. *ſi in duos. extra. eod. tit. c. innotuit.* Item non
6 valet compromiſſum vt certam ferat ſententiã. ff. *eod. l. Item ſi vnus.* §. *qualem.* ideo ſi præfigitur certa forma, vt pronunciet prout eſt in ſcedula,
7 non valet compromiſſum. Multos † modos, ex quibus ſoluitur cõpromiſſum, vide ff. *eod. l. nõ diſtinguemus.* §. *ex compromiſſo*, & ibi *gloſ.* adde quæ ſcripſi ſupra *eod. cap. notarij ſeu ſcriptores.* ſuper
8 verbo, *& ſi male fuerint arbitrati.* Nota, † quod duo ſunt arbitri: quidam ſunt arbitratores, qui componunt inter partes, & talium arbitriũ ſi eſt iniquum, reducitur ad arbitriũ boni viri: vt ff. *pro ſocio. l. ſi ſocietatem.* §. *arbitrorum.* vide ibi *Bar.* Sed arbitrium illorum, qui eliguntur ſub pœna, licet ſit iniquum, bene tenet. Sed â ſuperiore poteſt re
9 tractari: vt *extra. de arbi. cap. non ſine*. Item † ſi per dolum tulit ſententiam, licet nõ retracteturper appellationem, tamen retractatur per exceptionem: vt ff. *eod. l. non diſtinguemus.* §. *quidam.* ita notat *glo. in cap. à iudicibus. 2. quæſt. 6.* adde quæ ſcripſi ſupra *eod. curia, cap. notarij ſeu ſcriptores.* ſuper
10 verbo, *& ſi male arbitratus fuerit*. Item † poteſt appellari à iudice exequente iniquum arbitrium: vide *Bar.* in *l. 1. ff. de le. 2.* & *Bal. in feu. tit. quo tempore miles inueſtituram petere debet. cap. ſan-*
11 *cimus.* Sequitur in text. ibi, *iuramentum.* Nota † ergo, quod ſententia arbitrorum, & arbitratorum, & amicabilium compoſitorum habet promptam executionem per has conſtitutiones, licet in cõpromiſſo non interuenerit iuramentũ; nec pœna. Si tamen iuramentũ, & pœna nõ interuenerit, nec fuerit renunciatum arbitrio boni viri, tunc poterit haberi recurſus ad arbitrium boni viri: vt ff. *pro ſocio. l. ſi ſocietatem.* §. *arbitrorum.* quia quod per has conſtitutiones non mutatur, eſt relictum diſpoſitioni iuris communis: adde quæ leguntur & notantur *C. de arbi. l. ne in arbitris.* per *gloſ.* & *Bar.* & per *Antonium de Butrio.* & *Nico. de Sicilia. in cap. quinta vallis. extra. de iureiuran.* & ibi vide ad plenũ de materia arbitra-
12 torũ. ¶ Item † nota, quod inſtrumentũ iuratũ habet

ber

bet promptã executionẽ ſicut ſententia, ſecun-
13 dũ *Bar.* in *l.1.ff.de iureiuran.* quia † iuramẽtũ habet executionẽ paratam, ſicut ſententia. *ff.eod.l.nã & poſtea. §.penult.* & expreſsius *ff.de re iudi. l. poſt rem.* & dicit quod miratur quare totus mundus
14 non inuenit iſtam practicam. Sed † dicit *Ant.de Butr.* quod non credit, quod ex iuramẽto extraiudiciali detur prompta executio, nec poſsit hoc operari, vix enim parit actionẽ: vt *l.ſi quis pro eo. ff.de fideiu.* & ideo ſemper eſſet neceſſe contractũ fieri coram iudice, & iuramentũ præſtari: & forte tunc, & ſine iuramento haberet executionem paratam, per *l. tale pactum. §. qui procurauit. ff.de pac.* & hoc forte quando eſt facta confeſsio iudicialis, & emanauit præceptum iudicis in confeſſum de ſoluẽdo, & idẽ quando eſt facta ſcriptura tertij iuxta priuilegiũ Barcinonæ, & hoc eſt ꝙ
15 ſequitur in *verſ. Item nota*, cum ſeq. ¶ Itẽ † nota, ꝙ præceptũ. & inſtrumentũ guarentigiæ, habent executionẽ paratam, quia videntur facta à iudice, & coram iudice, qui habet poteſtatẽ iuriſdictionalẽ. cum ſtatutum faciat eum iudicẽ quoad hoc, ſed ipſum non facit iudicẽ quoad potentiã exequendi, ſecũdum *Bar. ff.de re iudi. l. à diuo Pio.*
16 §. 1. ¶ Item confeſsio † in inſtrumento guarẽtigiæ, ſicut eſt ſcriptura tertij, dicitur confeſsio iudicialis, ſecundum *Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſ.*
17 ¶ Item † nota, quod omne pactũ coram iudice dicitur guarentigiatũ, & confeſsionatum: vt habeat executionem vt ſententia: vt in alleg. §. *qui*
18 *procurauit*, quia † inſtrumentũ guarentigiæ habet vim ſententiæ, vt dicit *Bar.* in *l. poſt rem. ff.de traj-*
19 *act.* vide ibi *Angelũ*, qui notat, quod † propter negationẽ calumnioſam, de inſtrumento guarentigiæ, vel ſimili habẽte promptam executionẽ non
20 poteſt cõpromitti, neq. tranſigi. ¶ Sed † an inſtrumentũ guarentigiæ ſicut habet vim cõfeſsionis, habeat etiã vim litis cõteſtatę; ita ꝙ obligatus dicatur in mora? *Bar. ꝙ non. l. cũ qui. §. 1. ff.de iureiur.*
21 ¶ Item † nota, quod ſi ſtatutũ dicit, quod debeat cõpromitti, intelligitur de debito, ſuper quo nõ eſt lata ſententia, vel inſtrumẽtum non appareret guarentigiatũ, vide *tex.* & *glo. ff.de condi. in de.*
22 in *l. eleganter. §. 1.* & ita † generali euocatione cauſarũ non venit cauſa executionis rei iudicatę vel inſtrumenti guarentigiati. de hoc vide quæ ſcripſi infra *colla. 11. c. les cauſes dels pubills.* Facit conſtitutio cenſualium. vide ordinationes Barcinonæ, quę diſponunt de cauſis cõpromittendis.
23 ¶ Itẽ † nota, ꝙ confeſsio facta in inſtrumẽto guarẽtigiæ poteſt reuocari poſt præceptũ notarij ex
24 errore, ſecundũ *Bar. C.de iuris & facti ignorãtia. l. error*, quod nota. ¶ Itẽ † nota, vbi contra inſtrumentũ guarentigiæ non poteſt aliquid opponi, poterit tamen opponi, ꝙ eſt factũ à deficiente poteſtate, & ſic non eſt inſtrumentũ etiã quoad no-
25 mẽ: vide *l. à nullo. C.de fideiuſ.* Itẽ † poſſunt ea apponi, per quæ inſtrumentũ non eſt inſtrumentũ: vt *l. diuus. ff.de teſta. milit.* & iſta faciũt ad intelle-
26 ctũ priuilegij ſcripturæ tertij. Sed † tamẽ in exe-

cutione cenſualiũ & violariorum oporteret fieri depoſitũ certo modo, prout cõtinetur in capitulis nouæ conſtitutionis editæ ſuper executione cenſualiũ, & violariorũ, quæ eſt infra *colla. 11.* vi-
27 de quæ ibi dicã. ¶ Item nota † quod vbi ſtatutũ repellit exceptionem nullitatis, intelligitur de nullitate latenti, non apparenti, & aperta, vt dicit *glo.* in *l. 1. §. fin. authen.* incipit, *hoc eſt contra. ff.*
28 *de tabul. exhiben.* ¶ Item † nota, quod exceptio nullitatis patens, vel de qua ſtatim conſtare poteſt, impedit executionẽ. Et † dicitur ſtatim poſſe conſtare, quãdo non exigit longiorẽ tractũ ipſa executione, ſecũdũ *Bar. ff.de re iudi. l. 4. §. ſi quis condemnatus.* & allegat *l. ſi is, à quo. ff. vt in po. le.* vide & adde quæ notãtur ſupra *eod. c. cõſtitutio.* & in
30 concor. ſuis. Item † nota, ꝙ ſi arbitriũ continet manifeſtã iniquitatẽ, poterit ſuperior ex ſuo officio illud retractare. vide *glo. 2. q. 6. c. à iudicibus.*
31 ¶ Item † nota, quod inſtrumentum guarentigiæ non habet executionẽ paratã in ijs quæ cõtinentur ex inſtrumẽto, vltra verba inſtrumẽti. *ff.de legatis primo. l. ſi res obligata.* & ff. *de vulga. & pu. l. cũ*
32 *filio.* & *l. ex litteris. §. hæc verba.* ¶ Sed † an inſtrumentũ guarentigiæ cõpetens ceſsionario habeat in vtili promptã executionẽ? *Bar.* dicit quod ſic; ff. *de ac. & ob. l. 1.* quod *Ant.de Butr.* credit verum, quãdo inſtrumentũ directe ſimile eſt guarẽtigiæ,
33 alias non. ¶ Vlterius † nota, ꝙ contra inſtrumẽtũ guarentigię poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſecundũ *Cinũ C.de non nu. pe. l. in cõtractibus.* & ꝙ illa cõfeſsio dicitur facta per modũ voluntariæ iuriſdictionis, vide ibidem. ¶ Se-
34 quitur in tex. ibi, *nec aliqua pœna.* Nota, † ꝙ de iure cõmuni non ſtatur ſententię arbitrorũ; niſi metu pœnæ regulariter. ff. *de arbi. l. 2.* & *l. diem proferre. §. ſtari.* adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 4. in curia 3. Barcin. c. 15. Item ordinamus, quod capitulum*, vide
35 ibi in §. *vlterius ad videndum.* Item † nota, ꝙ licet in cõpromiſſo ſit appoſita pœna; tamen ſentẽtia tertij arbitri à iudice electi, vt iudicis ſententia habebit executionem: quia reſpectu illius tertij pœna non eſt appoſita, & quia ille tertius potius eſt iudex quam arbiter: dicit notabiliter *Butri.* ff. *de arbi. l. Item ſi vnus. §. principaliter*, quod
36 nota bene ſecundum *Ante. de Butrio.* Item † valet ſententia duorum tertio præſente, & non abſente. Sed an ſufficiat quod ſit præſens, & taceat: vide *tex.* pro & cõtra *eod. l. §. ſi in tres.* & *l. ſe-*
37 *quenti.* Item † nota, quod licet ſententia arbitratorum ſit contra ius litigatoris lata, non retractatur, nec recurritur ad arbitrium boni viri, niſi iniquitas manifeſta fuerit, vt promptam fidem faciant de iniquitate: vt *ff. vt in poſſ. ff. le. l. is, à quo*, circa prin. & ff. *ad exhi. l. 3.* ſecundum *Gui. de Suza.* qui ita notat in *l. ſi Neruæ.* ff. *proſo-*
38 *cio.* Item † nota, quod ſi iudex recurſus confirmet ſententiam arbitratorum, condemnabit recurrentem in expenſis: Si vero eam infirmet, non condemnabit aduerſarium in expenſis: quia excuſabitur propter ſententiam ar-

bitratorum, vt in *cor. Auth. de iudicibus. §. oportet.* & *ff. de legatis secundo. l. qui solidum vel solitum. §.*
39 *etiam*, secundum *Gui.* quod forte verum, † nisi dolus etiã ipsius aduersarij interuenerit, quia nullus de suo dolo debet patrocinium reportare, vt *extra. de rescrip. cap. Sedes Apostolica.* Vltimo nota,
40 quod †, visis allegationibus possunt duo præsente tertio pronunciare, vt dicta *l. Itẽ si vnus. §. prin.* Sed hoc videtur falsum secundũ *Bart.* ibi, licet *Innoc.* contra *extra. de test. cap. Raynaldus.* vide *cap. fin. extra. de arbi. lib. 6.* quia si est contumax, valet sententia, licet de iure ciuili secus. Cum au-
41 tem † quæritur an compromissi prorogatio valeat: & an sit idem vel aliud cõpromissum. Dic quod si est actum, vt possit iudex prorogare, valet; & est idem compromissum. Si vero non est actum, si prorogatio solius compromissi fiat de voluntate partium intra tempus compromissi, & consentiente arbitrio, dicit *Butrius* quod nouum est compromissum. *ff. eod. tit. l. Labeo.* quia pœna in primo promissa ad hoc non extenditur nisi ad hoc expresse repetatur. Sed si sine voluntate partium iudex prorogat, non valet prorogatio, & si consentiant, postea est nouum compromissum. Si autem fiat post lapsum tempus; non cogitur suscipere, nisi prout ibi distinguitur, & semper est nouum compromissum. *ff. de arbi. l. si cum dies,* in prin. dic vt ibi. Et an cogatur suscipere de nouo: vide ibi, & *§. fin.* & vide
42 *l. & si quia. §. fin. eod. tit.* & ibi *Bar.* Pone † quod à sententia arbitratorum est habitus recursus, nũquid propter recursum retardabitur excutio sententiæ? Videtur quod sic, sicut appellatione pœnæ. Tu dic contra si in compromisso fuit renunciatum appellationi, & recursui, quia tunc mandabitur executioni sententia arbitralis, iuxta has constitutiones: quod credo verum, nisi incontinenti doceatur de nullitate, vel enormissima iniquitate: adde notata in *c. non sine. extra. de*
43 *arbi.* ¶ Vltimo † nota, quod arbitri non possunt recusari: vt *2. q. 6. cap. à iudicibus,* & *§. sequents.* Et hoc verum, nisi ex noua causa: vt *extra. de offic. dele. cap. insinuante.* & *ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum quidam.* Dic vt ibi notatur per *glos. Bar.* & alios *Doct.*

De barris, & vectigalibus in vsum destinatum, & non in alium conuertendis. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concessiones barrarum in priuatum commodum cõcessæ non valent, quamuis pretendatur in chartis ipsarum vtilitas publica.*
2 *Annona quæ, tributum quid, & in quo differant, & an & quando bona sint pro tributo obligata; & qui ad solutionem tributorum teneantur. remissiue.*
3 *Tributorum materia remissiue.*
4 *Constitutio vbi est præceptiua, contrafacientes mortaliter peccant.*
5 *Pactum contra constitutionem præceptiuam non valet, nec etiam iuramentum.*
6 *Vectigal vel pedagium recipiens tenetur saluare soluentem in persona & rebus.*
7 *Vectigal & tributum an soluendum sit Sarracenis. remissiue.*
8 *Differẽtia inter tributũ, censum, annonã, capitationẽ, inductũ, & superinductum. remissiue. idem num. 24.*
9 *Pedagiorũ illicitæ exactiones solui debent in duplum.*
10 *Pro gabellis an licitũ sit frandare ciuitatem, traditur.*
11 *Gabellæ regulariter exigi non possunt à personis Ecclesiasticis pro rebus suis, quas negotiationis causa non deferunt.*
12 *Dacia & pedagia inducere sunt de reseruatis Principi.*
13 *Gabella vbi soluenda sit de contractu, solui non debet de distractu simplici, nisi transeat in contractus nomen.*
14 *Gabella an soluenda de successione naturali, sub distinctione traditur.*
15 *Gabella debet solui de commodato, æstimãdo vsum cõmodati.*
16 *Gabella vbi debet solui de omni re vendita, an de accessorio debeat solui. traditur.*
17 *Publicanus propter gabellam non solutam potest vendere rem.*
18 *Gabella vbi est soluenda pro contractu; non est diuersus contractus à distractu, qui statim vel post modicum tempus reficitur.*
19 *Contractus non est resolutio alterius contractus.*
20 *Gabella solui debet in mercibus de iure communi in octaua parte.*
21 *Ciuitas potest imponere & leuare gabellã à iure permissam, eamque applicare ad quoscumque voluerit vsus.*
22 *Consuetudo potest imponere ius exigendi vectigalia.*
23 *Præscribi potest ius præstandi gabellæ, seu libertatis illius.*
25 *Vectigalia an sint onera realia vel personalia. remissiue.*
26 *Mulio debet soluere gabellam pro mulo.*
27 *Miles à gabella non excusatur de iure communi.*
28 *Gabella de multis non soluitur, vt hic.*
29 *Consuetudo excusat à solutione vectigalis.*
30 *Consuetudo est attendenda in collectione, & solutione gabellæ.*
31 *Minor incidens in commissum an excusetur à pœna. remissiue.*
32 *De pœna daciarij extorquentis plus debito. remissiue.*
33 *Consuetudine tollitur ius exigendi vectigal.*
34 *Conductor non exigens gabellam an præiudicet fisco. remissiue.*
35 *Fiscus non tenetur ad vectigal. idem nu. 36.*
37 *Ementes res à fisco non gaudent priuilegio fisci.*
38 *Dominus Rex, fiscus, & omnes alij ex pacto tenetur soluere vectigalia, & gabellas generalis Cathaloniæ. & ratio traditur nu. 39.*
40 *Pedagia an præscribantur. remissiue.*
41 *Princeps solus imponit vectigalia & pedagia.*
42 *Gabellam illicitam frandans non peccat.*
43 *Ab scandalis est cauendum.*
44 *Pedagium præstatur pro securitate.*

Soluens

45 *Soluens vectigal iuribus marcharum non poteſt iterũ marchari.& nu.62.*
46 *Vectigalis conditor non poteſt habere dominium ſuper iure vectigalis.*
47 *Merces illicitæ vbi portantur cum licitis an publicẽtur omnia.remiſſiue.*
48 *Dominus mercium,quæ ceciderunt in commiſſum, poteſt illas emere à fiſco.*
49 *Conductor vectigalis recipiens anno præcedenti maximos fructus, cogitur anno poſtea ſubſequenti conducere iterum dictum vectigal.*
50 *Vectigalis remiſſio an fiat propter ſterilitatem.remiſſiue.*
51 *Gabellam fraudans quid perdat de iure communi.*
52 *Fiſcus infra quantum tempus poſsit agere contra incidentem in commiſſum.*
53 *Conducens dacium dicitur conductor fructuum,& non emptor.*
54 *Conductor vectigalis, ſi vti prohibeatur, qua agat actione.remiſſiue.*
55 *Telonea an licite emi & vendi poſsint.*
56 *Gabella non ſoluitur pro ſeruis, & rebus priuatis deſtinatis ad vſum.*
57 *Gabella an pro eadem re pluries ſit ſoluenda.*
58 *In commiſſum non incidit animal, ſi fugiens tranſierit pedagium,& pro eo tunc non ſoluatur pedagium.*
59 *Vectigal non eſt ſoluendum de re furata.*
60 *Ignorantia non excuſat à pœna non ſolutionis vectigalis.*
61 *Vectigal videtur debitum de iure naturali.*
63 *Gabellario non imputatur, ſi non inſtruxit tranſeuntes,vt ſoluerent gabellam.*
64 *Gabellam non ſoluens de licentia daciarij non incidit in commiſſum.*
65 *Gabella ſi de venditione debet ſolui,non ſoluetur tamẽ de reuenditione,quæ fit ex pacto.*
66 *Gabella vbi de qualibet lite debet ſolui; ſi lis fuerit ſuper poſſeſſione,talis poſſeſſio eſtimanda.*
67 *Priuilegio gabellariorum gaudent conductores gabellarum à fiſco, non vero qui ab ipſis gabellarijs conduxerint.*
68 *Mulum alterius vbi quis contra deuetum ducit,mulus publicatur,& regreſſus habetur contra ducentem.*
69 *Gabella an debeatur, ſi quis portans merces occulte,de quibus alias non debetur,non propalauerit. traditur negatiue.*
70 *Gabella non debetur de veſtibus quotidianis. nec quæ portantur ad vſum perſonæ,nu.73.*
71 *Gabella nec de veſtimentis,nec de annullis debetur.*
72 *Gabellam ſcholares ſoluere non debent pro libris, ſed contrarium de facto ſeruatur,quamuis male.*
74 *Ius petenti commiſſum per gabellam non ſolutam perditur ſpatio quinque annorum.*
75 *Vectigal exigendi ius vltra triennium locari non poteſt.*
76 *Gabellam exigens vltra debitum,vel pro mercibus,pro quibus ſolus non debet,pœna capitali tenetur.*
77 *Gabella inter omnes debet eſſe æqualis.*
78 *Reſcriptum non valet, quod gabellam quis non debeat.*
79 *Ad gabellam conducendam nemo eſt compellendus.*
80 *Ad conducendum dacium quis non admittitur, niſi ſoluerit antea pro anteriori tempore.*
81 *Ex conducentibus dacium alter tenetur pro facto alterius.*
82 *Compenſatio an admittatur in ſolutione gabellarum. remiſſiue.*
83 *Appellatio an ſit admittenda in decimarum taxa,remiſſiue.*
84 *In alienatione rei immobilis minorũ quæ requirantur.*

1 PRæcipimus inſuper,& ordinamus,quod ſi in priuatum,&c. Caſus. Non † valent conceſsiones barrarum in priuatum commodum factæ,licet in chartis ipſarum publica vtilitas prætendatur. Hoc dicit primo. Secundo prohibet vectigalia contra formam antiquam alibi quam in locis antiquitus aſſuetis leuari. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes,ſecunda eſt ibi,*Et addentes.* Et eſt hæc conſtitutio notabilis, & iuri communi conſona,licet alicubi male ſeruata. Quid † ſit annona,& quid tributum,& in quo differant,& an & quæ bona ſint obligata pro tributo, & qui teneantur ad ſolutionem tributorum,vide *Ioan.de Platea ſuper rubric. C. de actio. & tribu. lib.* 10. & adde quæ notantur in *Aſanna.* ſuper *vſat. de Bailis in q.* 15.de † materia eius dixi ſupra *colla.*2. *in curia* 2. *Barcino.cap.Item concedimus & etiam approbamus.*& ſupra *colla. iſta in curia Perpiniani cap. volumus.* vide quæ in eis dixi. & melius in *cap.* 10.*rubr.de gabella ſalis.coll.*2.ſupra in 2.*curia Barcinonæ.*præalleg.& *cap.*10.vbi prohibentur noua vectigalia imponi. Vide litteram *præcipimus.* No 4 ta † quod hæc conſtitutio eſt præceptiua, & ſic contrafacientes peccant mortaliter, quia quod præcipitur, imperatur; q imperatur, neceſſe eſt fieri;& ſi non fiat,pœnã habet,14.*q.*1.*c.quod præcipitur;*& *extra.de verb.ſig.c.in ijs,* & ſcriptum eſt, *Qui non obedierit principi,morte moriatur.* de hoc *extra.de maio.& obe.c.ſi quis venerit.*& ſic nõ valeret 5 pactum,iuramentum,nec conſuetudo in contrariũ:vide notata per *Bar.in l.ſi quis pro eo. ff.de fideiu.*& per *Doct.in c.*1.*de treug.& pace.* Et † nota,q 6 is qui recipit vectigal vel pedagiũ, tenetur ſaluare in perſona & rebus ſoluentem iuxta ſuum poſſe,intra diſtrictum,quia propter hoc ſoluitur vectigal, & huiuſmodi. Alioquin tenetur ei ad emendationẽ perditorũ,ſi in defectu iuſtitiæ inueniantur,vt 23.*q.*2.*c.dominus noſter,* & *q.*5. *c. adminiſtratores.*& in *auth.vt differẽtes iudices.*§.*penul.* 7 *& vlti.*Sed † an ſolui debeat Sarracenis? *Raymũdus,*quod ſic. *Hu.* contra. de hoc vide latius per *Gui.in Roſario.*24.*q.*3.*cap.Si quis Romipetas.* Et de 8 differentijs † inter tributum,cenſum,annonam, capitationem,inductum, & ſuperinductum,& de alijs ordinarijs,& extraordinarijs muneribus,vide *Pe.*& *Cin.ſuper l. nemo. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* 9 Et † nota, quod illicitæ exactiones pedagiorum debent reſtitui in duplum, vt notat *Bal. in feu.tit.de pace te. l. hac edictali.* §. *conuenticula.* vide ibi de hac materia,& in *tit. quæ ſint regalia.*
10 Et † quia tractamus de vectigalibus, barris,&

gabellis,quæro an ſit licitum fraudare ciuitatem in iſtis? Reſpondeo, dicit *Bal.* quod non,ſi licite exigantur:vt *l.1.ff.de iuſtitia & iure*,& in *l. veluti.* & *C.de iure annulorum aureorum.l.vlt.*& *Bar. in l.vectigalia.ff.de publicanis.*vide notata ff.*de reg.iuris.l.non videtur.*§.*qui iuſſu.* ff.*de legatis ſecundo l.cũ patre.*§.*Titio.*ſecundum *Bal.*vide *Bar.in l.1.de legi.* vbi dicit,quod liceat forenſibus,nõ ciuibus,quia forenſibus gabella imponi non poteſt: vt *C. noua vectigalia imponi non poſſe*, per totum.ad idem
11 *extra.de cenſibus.cap. innouamus*. Imo † regulariter iſtæ & ſimiles exactiones tam iure canonico, quam ciuili ſunt damnatæ, nec poſſunt exigi à perſonis Eccleſiaſticis pro rebus ſuis,quas negotiationis cauſa non deferunt:de quo dic vt legitur & notatur *extra.de cẽſibus.cap.quamquam. li.6.* & *eod.tit.c.præſenti.in Cle.*vide & adde ſupra *colla.*
12 *1.c.Item ſtatuimus quod clerici.*Item nota, † quod inducere dacia, & pedagia ſunt de reſeruatis principi:vide *Butrium ff.de iuriſdict. omnium iudi.*
13 *l.penul.*§.*fi.*Item†nota,quod ſi de cõtractu debet ſolui gabella,nõ tamẽ ſoluetur de diſtractu ſimplici;niſi tranſeat in nomen cõtractus.*ff.de pact.l.*
14 *ab emptione.*& ibi *Bar.*& *Guil.* ¶ Item† ſi de qualibet alienatione debet ſolui gabella, an de ſucceſsione iuriũ naturaliũ debeat ſolui? Dic quod ſi traditur poſſeſsio rei,debet ſolui,alias non, ad hoc *glo.C.de litigio.auth.litigioſam.*vide *Butri.* ff.*de procura.l.ſi quis in rem.*vide *Bar.*in *l.& ita.* §.*noniſſime.*ff.*nau.caupo.*& *l.in lege cõmiſſaria.ff.locati.* ¶ Itẽ
15 ſi † ex contractu,quo transfertur dominium,debet ſolui gabella, debet ſolui de cõmodato extimato illo vſu,quia transfertur ius vtendi.ff.cõ-
16 *mo.l.1.*§.*1.glo.*& *Bar.*ibi. ¶ Item † ſi de omni re vendita debet ſolui gabella, an ſi aliquid accedat emptori acceſſorie, de illo debeat ſolui gabella? Dic quod ſi determinatũ eſt pretiũ pro acceſſorio ſic alias non.ff.*de peculio.l.ſi ex duobus.*§.
17 *venditor.*vide ibi *Gui.* in ſimili. Itẽ † nota,quod publicanus poteſt vẽdere rem propter tributum nõ ſolutũ,& gabellã.*l.creditor.*ff.*de actio.emp.ven.*
18 vide in *Manua.ſuper vſuf.de Baiulis.*Item † nota, quod ſi gabella debet ſolui de contractu, nõ videtur diuerſus cõtractus,qui diſtractus ſtatim vel poſt modicum tempus eſt refectus:arg. ff. *de vita nup.l.pleriq.*ſecundum *Ant.de But.*& facit pro foriſcapijs, de quibus notatur *colla.9. c.als ſcandols*
19 *via precloents*, vide ibi.Item † nota,quod contractus nõ eſt reſolutio cõtractus;ideo gabella ſolui non debet:*glo.*in *l.1.C.quando li.ab emp.diſce.*Item
20 nota,†ꝙ de iure cõmuni,octaua pars debet ſolui pro gabella pro mercibus. *l. ex præſtatione. C. ne.*
21 *vec.impo.nõ poſſe.*Itẽ † nota,quod quælibet ciuitas poteſt imponere & leuare gabella à iure permiſſam,& applicare ad quoſcũq. velit. vſus: *C. eo.l. vectigalia.*quã l.repetit dominus *Bar.* vide ibi la-
22 tius materiam iſtorum vectigalium. ¶ Itẽ † nota,quod conſuetudo poteſt ius vectigalium exigẽdi imponere.*C.eod.l.ſi.*& ibi *Bar.* vide *Cinum*, qui dicit hoc verũ,ſi cõſuetudo eſt tãti temporis cuius initij memoria nõ exiſtit:vide *extr.de verb. ſign.c.in quibuſdã.*vide *Butriũ in l.ſeruiẽtes.*ff.*de ſerui.*ponit *Cin.in l.non quadã.C.no.vec.inſti.non poſſe.*
23 Itẽ † nota,quod ius præſtãdę gabellæ,ſeu libertatis illius pręſcriptibile eſt,& pręſcribi poteſt: vt notatur *dicta l.non quadã* per *Cin.* alleg.*l.ſi publicanus.*§.*ſi.*& *l.licitatio.*§.*earũ.*& *C.de aquæduct.*
24 *l. vſuf.li.* 11. Quæ † ſit differentia inter vectigal, tributũ,& cenſum,nota *ff.de publi.l.*1.§.*hac.* ¶ Sed
25 an † pedagia & vectigalia ſint munus perſonale, vel reale.Dic quod perſonale pro rebus ſecundũ
26 *Bar.*ibidem.Itẽ † mulio ſoluit gabellã pro mulo,dominus merciũ pro mercibus.Et portãs merces nõ ſoluta gabella,perdit totũ id quod portat: cõtra deuetũ.*ff.de publica.l.de eo.*& *l.ſi.C.eo.* Et de
27 iure † cõmuni miles nõ excuſatur â gabella: vt
28 dicta *l.ſi publicanus.* Et †ibi inter cætera notat *glo.* ꝙ nõ ſoluitur gabella de ijs quæ portãtur ad vsũ præſidis vel etiã priuati,vel ſeruorũ,vel ad fiſcũ, vel gratia exercẽdi iuris,& in fiſcalibus rebus uiclarij,& legati hoſtium excuſantur,& res quæ portãtur pro exercitu.Sed tamẽ de facto vidi cõtrariũ ſeruari Barcinonæ,anno 1464.quãdo exercitus iuit verſus Ceruariã, quia de omnibus fuit ſoluta impoſitio,& ius generalitatis licet omni-
29 no ſeruiret pro ipſo exercitu.Itẽ † cõſuetudo excuſat à vectigali nõ ſoluendo,vt dicta *l.ſi publica-*
30 *nus.*Itẽ † in modo colligẽdi attẽditur cõſuetudo, vt patet in hac cõſtitutione: & dicta *l. ſi publicanus.*& vide ibi *Dinũ* & *Bar. Et in l.2.C.nona vecti.*
31 per *Cinũ* & *Bar.* ¶ Sed †an & quãdo pupillus incidẽs in cõmiſſum, vel minor excuſetur à pœna.
32 ff.*de vecti.pu.& co.l. Imperatores.*§.*fi.* ¶ Itẽ † de pœna daciarij vel cõductoris extorquẽtis plus quã debeat:vide in dicta *l.licitatio.*§.*quod illicite,& eſt*
33 *criminalis & ciuilis.* ¶ Item † nota,ꝙ cõſuetudine tollitur ius exigẽdi vectigal.vt ff.*eo.l.earũ.*& ibi quãto tẽpore exigatur, & quid ſi vni ſoluit,alij
34 non,& quid ſi alij,& nõ vni. Itẽ † an cõductor nõ exigendo poſsit præiudicare fiſco,vide ibi *Bar.*
35 ¶ Itẽ † nota,quod fiſcus nõ tenetur ad vectigal.vt
36 dicta *l.*§.*fiſcus.*& ſic † nota ꝙ emptores gabellæ nõ poſſunt exigere à fiſco:vide ibi *Dinũ*,& quid
37 de alijs ciuitatibus, vide ibi *Bar.* Sed † ementes res,à fiſco non gaudent priuilegio fiſci, quoad gabellam: vt dicta *l. Imperatores.*§. *fi.* vide ibi *Din.*& *Bar.*de eo qui emit ſal ab Eccleſia Roma-
38 na. ¶ Sed †in Cathaloniæ principatu tã Rex,quã fiſcus,quã alij omnes, ex lege & pacto totius curiæ gene. alis tenentur ſoluere vectigalia,impoſi-
39 tiones,& gabellas generalis Cathaloniæ:quia † Reges ad prædicta expreſſe ſe aſtrinxerũt. Et de iure non eſt dolus malus fraudare pedagia illicite impoſita nec tenentur fraudantes in foro conſcientiæ,& veræ iuſtitiæ,ſecundũ *Bal.*quod vide
40 latius in *fen.tit. quæ ſint regalia.* Et †ibi ponit an, & quando, ac qualiter iſta pedagia valeãt præſcribi,dicit tamen quod cõtra Cæſareã Poteſtatẽ nõ præſcribatur,vt *l.comperit. C.de præſcriptis* 30.
41 *vel* 40.*annorũ.* ¶ Itẽ †nota,ꝙ ſolus princeps vecti

galia

galia,& pedagia imponit:*ff.eod.l. vectigalia.* imo
nec addere aliquid,nec diminuere,nec reforma-
42 re inferioribus licitum: vt ibi. ¶ Item † nota,
quod fraudans gabellam illicitam,non peccat.
Ideo gabellæ,quas ciues inter ſe imponunt,quia
poſſunt, licite non fraudantur, illicitæ autem,
hoc eſt impoſitę forenſibus abſque Principe,li-
cite fraudantur, ſecundum *Bart.*in dicta *l.*de hoc
dic latius per *Ioan.*in *Summa Confeſſ. lib.*2. *tit.* 5.
43 *q.*29.& *q.*30.& *q.*31. Cauendum † eſt tamen ab
ſcandalis: arg.*extra.de præſcrip. cap. nihil.* cum ſi-
milibus.dic de hoc latius per *Bald.in feu. tit. quæ
ſunt regalia.*circa princip.in *verſ. Extra nota, quod*
44 *pedagium † pro ſecuritate præſtatur, vnde qui ſoluit
pedagium non poteſt capi pro repræſaliis*,&c. vide ibi
45 de hac materia. Et † ita qui ſoluit vectigal iu-
ribus marcharum, non poteſt iterum marchari,
46 vt in priuilegio cauetur. ¶ Item † an conditor
vectigalis dicatur habere dominium ſuper iure
vectigalis, vide *Bart.*in dicta *l.publicanus.* ¶ Item
47 ſi † illicitas merces portant cum licitis,an om-
nia publicentur:& quid de equo,& de naue por
tante,vide textū,& *Bart.*in *l,conten.ff.de publi.*&
ibi vide *Iaco. de Butrio*, qui aliter loquitur: vide
48 ibi *Dinum.* ¶ Item † dominus mercium quæ ce-
ciderunt in commiſſum, poteſt illas emere à fiſ-
co:vt dicta *l.conten. §.earum rerum.* ¶ Item nota,
49 quod † conductor vectigalis, qui conduxit an-
te,& maximos fructus habuerit,cōpellitur eme-
50 re anno ſequenti,vt dicta *l.§.ſi.* ¶Sed † an pro-
pter ſterilitatem fiat remiſsio. *Bart.* quod ſic, in
dicta *l.§.maximos*,& ibi quid in locatore,& quid
in emptore. Et ſi propter guerram emptor ga-
bellæ nihil percipit,fit remiſsio,ſecundum *Bart.*
51 *ibidem.* ¶ Item † quid de iure perdat fraudans
52 gabellā,vel tributum:vide *ff.eod.l.cōmiſſa.* Et † in-
fra quantum tempus poſsit fiſcus vendicare in-
53 cidentem in commiſſum,*ibidem.* ¶ Item † nota,
quod conducens dacium dicitur conductor fru-
ctuum,& non emptor:vt *ff.de pu.lo.fruen.l.*1. Sed
54 qua † actione agat ipſe conductor vectigalis, ſi
vti prohibeatur,vide ibi,& per totum *tit. de pu-*
55 *blica.*& in *l.*1.*§.ſi.ff.de pu.lo.fruen.*Et † an poſsint
licite emi,& colligi iſta telonea,vide *Bart.in feu.
tit.quæ ſunt regalia.*vide,quia videtur,quod arren-
damenta reddituum ſunt conductiones, & non
56 venditiones. ¶ Item nota, † quod pro ſeruis &
rebus priuatis ad vſum non ſoluitur gabella,ſe-
cundum *gloſ ff.de pub.l.interdum.§.quotiens.* ¶ Sed
57 an † pro eadem re debeat pluries ſolui gabella:
vt ſi locaui tibi fructus pro centum, an de fructi-
bus,& de centum debeat ſolui gabella, vide *ibi-*
58 *dem.* ¶ Item nota, † quod pro animali in fuga
tranſeunte pedagium non fit commiſsio ſi non
59 ſoluit vectigal:vt dicta *l.§.ſeruus.* Si † latro tran-
ſit pedagium, an de re furata ſolui debet vecti-
gal?Dic,quod non:quia tota res illa ſuo domino
eſt reſtituenda,& latro venit puniendus;ſed for-
te de bonis latronis ſoluetur. Pro quo facit *gloſ.*
60 in *l.quotiens.§.dominus.ff.de publica.* Item † nota,
quod ignorantia non excuſat à pœna non ſōlu-
61 tionis vectigalis:vt dicta *l.§.licet*,quia † ſoluere
vectigal videtur debitum ex iure naturali, ibid
ergo nō ſoluēs peccat:quia ſcriptū eſt; *Cui vecti-
gal,vectigal;cui tributū,tributū*,&c.Immo,& Chri-
ſtus etiam voluit ſolui tributum de ore piſcis:
vt *Matthæi* 17.& *in decretis.* 23. *q.*8.*cap.tributum.*
vide & adde quæ notat *Gui.in Roſario.*23. *q.*3.*c.
ſi quis Romipetas.* ſuper verbo, *pedagiorum*, & ibi
62 videtur, quod ſoluens † pedagium non poſsit
63 marchari,nec alias moleſtari. Sed † nec imputa-
tur gabellario,ſi non inſtruxit tranſeuntes in ſol-
64 uenda gabella, vt dicta *l.§.dini quoque.* Sed † ſi de
licentia daciarij, quis non ſoluit gabellam, res
non cadit in commiſſum,vt dicta *l.§.ſi quis.* Item
65 nota,† quod ſi de venditione debet ſolui gabel-
la,tamen non ſoluetur de reuenditione, quæ fit
ex pacto,vt puta, vendo, & ſi talis conuitio ex-
titerit,res fit inempta:*ff.de euic.l.ſi hominem.* Et ſi
66 de † qualibet lite debet ſolui gabella, ſi eſt
quæſtio poſſeſsionis,ſola poſſeſsio extimabitur:
vt *ff.vti poſſidetis.l.ſi duo.§.hoc interdicto.* & quid ſi
fiant plura teſtamenta : & plures copiæ, v de
67 *Bart.*in *l.*1.*ff.de teſt.*Item † nota quod priuilegio
gabellariorum gaudent qui vect gal à fiſco im-
mediate conducunt, & non qui ab ipſis gabella-
rijs conducunt:vt *l.*1,*C.quibus mu.exen.lib.*10.ſu-
per quo vide *conſtitutionē Regina Mariæ.infra col-*
68 *lat.* 10. *cap. Iaiſia per conſtitutions.* ¶ Item † nota,
quod ſi quis mulum alterius contra deuetum du-
cit, mulus publicatur:ſed regreſſus habetur cō-
tra ducentem.*gloſ.* vide *l.quotiens. §.dominus. ff. de*
69 *publica.*& *l.interdum.§.ſerui.eod.tit.*Sed †, an por-
tans merces occulte, de quibus non debetur ga-
bella,teneatur ſi illas non propalat:argum.quod
70 non *ff.ad Sill.l.ſi quis in graui.§.*1. Vlterius † no-
ta.q̄ gabella non debetur de veſtibus,& quæ po-
ſita ſunt ratione pœnoris quotidiani, nec vectu-
rę:*ff.de nau.can.ſta.l.ſed ipſi. §. Iulianus.* & ibi *Bart.*
71 de hoc infra *colla.*10.*cap.habents acor.* Item † ve-
ſtimentorum & annullorum non debet ſolui ga-
bella,nota *ff.ad l. Rhod.de iac.l.*2.*§.ſi nauis.l.cēſoria.*
72 *ff.de verbor.ſig.* Item † ſcholares non debent ſolu-
ere gabellam pro libris contrarium ſaltem de
facto ſeruatur Piſis: & in loco de ſancta Gonda,
& tempore guerrę Barcino.per Diputatos gene-
ralis,ſed male pro animabus eorum:*gloſ.* in *au-*
73 *thent. habitam. C. ne. ſi. pro patre.* nec † de ijs quæ
portantur ad vſum perſonæ, ſoluitur pedagium,
vel gabella,ſecundum *Butrium ibidem.*Item nota,
74 quod † ius petendi commiſſum per gabellam
non ſolutam perditur ſpatio quinque annorum:
75 *l.*3.*C.de vectig.*Item ius † exigendi vectigal non
poteſt vltra triennium locari:*C.eod.l.neque.*Item
76 nota,† quod exigens gabellam vltra debitum,
vel pro mercibus, pro quibus ſolui non debet,
pœna capitali tenetur:*l.vniuerſi.C.eod.tit.*& quā-
doque pœna exilij:*c.ſi.C.noua vectig. inſti. non po.*
77 Item attende, † quod gabella debet eſſe æqua,
inter perſonas:*C.de vectig.l.*1. hoc eſt contra Ge-

rundenses qui maiorem impositionem imponunt in pane & vino, quando venditur minutatim, quam quando emitur in bota, vel media bota: modo audiui, quod postquam se dederũt Re-
78 gi Franciæ, totum fuit adæquatum. Nec † valet rescriptum, quod gabellam quis non debeat: *C.*
79 *eod. l. omni.* & *l. si quis.* Item nota, † quod ad conducendum gabellam nemo compellitur: *ff. eod.*
80 *l. licitatio.* §. 1. Nec † admittitur quis ad conducendum datium, nisi antea soluerit pro anteriori tempore: *eadem l.* §. 2. nec alij debitores fisci, vt
81 ibi. Et † si duo conducunt datium, vterque eorum tenetur pro facto alterius. Ideo si vnus efficitur non soluendo, potest alter petere, quod pars datij, quam ille administrat, in se transferatur: *ead. l.* §. *si socij.* ¶ Sed † an, & quando in soluendo gabellam, tributum, vectigal, vel decimas admittatur compensatio, vide per *Henric. extra. de decimis. cap. cum homines. in* 2. *dist.* adde notata per *Ioan. Fabr. instit. de actio.* §. *in bona fides.* super
83 *glos. quod tu.* in fine. Et † vtrum in causa decimarum admittatur appellatio, vide *Henric. eod. tit.*
84 *cap. tua. nobis. in* 3. *dist.* Sed † quæ requirantur in alienatione rei immobilis minorum, vide *C. de admi. tu. l. lex quæ tutores.* & *ff. de rebus eorum. l. magis puto.* & etiam nota per *Doct. extra. de resti. in integrum. cap. constitutus.* vide & adde notata in *l.* 1. *C. de fide instrum. & iure hastæ fiscalis. l.* 1. *lib.* 10. Et dic per *Bald.* super *Inno. extra. de deposito. c. gravis.*

De iudicibus, & assessoribus, ne pro criminalibus salarium recipere audeant vllo modo.

Capitulum XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non debetur iudicibus in causis criminalibus, declaratur num.* 12. 13. & 14.
2 *Sententia criminalis venalis dicitur, pro qua pecunia recipitur.*
3 *Absolutus non est à crimine, qui per pecuniam obtinuerit sententiam absolutoriam.*
4 *Sententia criminalis ad mortem condemnatoria lata per pecuniam, venalis dicitur, & iudex tenetur de homicidio: etiam si forsan ex processus meritis condemnatus esset reus mortis. num.* 5.
6 *Bonis male vtuntur, qui pro temporali lucro iuste iudicant.*
7 *Nummorum acceptio præuaricatio est veritatis.*
8 *Excutiens manus suas ab omni munere in excelsis habitabit.*
9 *Seruitium, nec munus, quod non sit pecunia, recipi non potest pro sententia criminali.*
10 *Totum, quod habent homines, in pecunia est cõuertibile.*
11 *Iudex salarium temperatum recipere potest in criminali causa, si extra domum proficiscatur, pro recipiẽdis testibus pro defensione delati.*
15 *Salariorum materia. remissiue.*
16 *Assessores habent officium consulendi, & iudicandi.*
17 *Consiliary vocati pro consulendo in causis criminalibus an recipiant salarium pro consulendo. traditur idem num.* 18. 19. 20. & 21.
22 *Iudici non licet vendere iustum iudicium.*
23 *Iudex eligere debet peritiores in consulendo; & eis licet paucioribus potius credere, quam pluribus imperitis.*
24 *Iudex an teneatur requirere consilium de iure communi. remissiue.*
25 *Iudex peccat, si non seruat bonam consuetudinem.*
26 *Transgressor consuetudinis punitur, sicut transgressor legis.*

1 *IN super ordinamus, & statuimus, quod nullus iudex,* &c. Casus. Iudices, † vel assessores pro consulendo, vel iudicando absolutionem, vel condemnationem alicuius delati de crimine, nullum audent salarium recipere. Hoc dicit. Et est notabilis constitutio, & menti tenenda, licet per nonnullos male seruetur; & punitur iudex, qui receperit pecuniam pro causa criminali, quia patitur confiscationem bonorum, & mittitur in exilium: vt in *authent. vt litigantes iurent.* §. *si quis autem est litigatoribus. coll.* 9. Vnde nota hic iuncto
2 *quia in sententijs.* §. *vltimo. supra ead.* & quæ ibi notãtur cũ concor. Φ † vbi pro obtinenda sententia in causa criminali, datur, vel recipitur pecunia, illa sententia tanquam venalis est ipso iure nulla, per *l. venales. C. quando prouo. non est nece.* & *extra.*
3 *de vi. & ho. cle. cap. cum ab omni.* & sic † ille, qui per pecuniam obtinet sententiam absolutionis, à crimine non est absolutus, & se illaqueat, & illaqueatur iudex, qui talem pecuniam illicite recipit, & incidunt in pœnas, legum, & *authent. nouo iure. C. de pœna iudi. qui male iudi.* & nihilomious tanquam violator huius constitutionis punietur, iuxta ea quæ leguntur, & notantur supra in
4 *curia Perpiniani. cap. cum secundum.* Item † si forsan vt delatum condemnaret, pecuniam in causa criminali iudex receperit, sententia erit nulla, tanquam venalis, & si vigore huius venalis sententiæ, ille delatus condemnatus suspendatur, vel alias occidatur, talis iudex homicida est, quia absq. sententia executari fecerit, & tenetur lege Cornelia de sicarijs. *ff. ad l. Cor. de sica. l.* 1. §. 1. *vers.*
5 *qui ne magistratus.* Etiam † si forsan secundũ actorum merita ille debuisset taliter per iustitiam condemnari, quia qui recte iudicat, & præmium remunerationis spectat, fraudem in Deũ perpetrat, quia iustitiam, quã gratis impertiri debuit,
6 acceptione pecuniæ vendit. Bonis † male vtuntur, qui pro temporali lucro iuste iudicant: tales quippe non iustitiæ defensio, sed præmij amor prouocat. Quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ confessione recedunt, quia
7 acceptio † nummorum præuaricatio veritatis est, secundum *Gregorium.* Vnde & pro iusto dicitur
8 *Isaiæ* 32. *cap. Qui* † *excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit;* vt in *decretis* 11. *q.* 3. *c. qui recte.* quia non licet iustum iudicium vẽdere iudici; *ead. q. c. nõ licet.* vide & adde quæ ibi notantur, & in *cap. Summo opere.* & quæ scripsi supra *colla.* 3. in *curia Montissoni. cap.* 3. & in suis concor.
9 ¶ Sed † an liceat recipere aliquod seruitium, vel munus, quod non sit pecunia? Respondeo, quod

non

non in caſu huius conſtitutionis per verbum *vllo modo*, in littera poſitum; & ſic non obſtat dictũ *cap. 3.* quantum in caſu huius conſtitutionis pro condemnando, vel abſoluendo delatum de crimine prohibetur iudicibus, & conſiliarijs ne inde audeant ſalarium recipere vllo modo, quaſi dicat, nec etiam de cibo, etiam ſi parum, quia beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. *extra. de ſimo. cap. Matthæus.* & arg. *extra. de vita & cleri.* 10 *cap. cum ab omni.* & totum, † quod habẽt homines, in pecuniam conuertibile eſt: vt 1. *q.* 3. *cap. totum.* & 8. *q.* 1. *cap. infidelis.* in fi. & *ff. de verb. ſig. l. pecunia.* Non tamen improbarem, ſi delatus abſque ſorde, ſed per iuſtitiã prius abſolutus, aliquid de cibo in ſeruitium iudici dare veller, vt videretur memor beneficij, licet ſibi per iuſtitiam oblati. 11 Verumtamen † etiam in examinatione cauſæ criminalis ſi oportuerit iudicem pro examinandis teſtibus, pro defenſione delati, vel alia iuſta & neceſſaria cauſa extra domicilium proficiſci, poſſet pro labore exigere ſalarium tẽperatum, iuxta conſtitutionem ſupra *colla. 4.* in *prima curia Barcinę. cap. 14. Item, quod aliquis iudex.* vide quę 12 ibi ſcripſi. ¶ Sed † contra hanc conſtitutionem opponitur *cap. los ſalaris curiæ domini Ferdinandi.* ibi loquitur de cauſis ciuilibus, hic de criminaliter intentatis. Item ibi loquitur vbi alias erat de iure licitum recipi ſalarium, quod ibi taxatur; non enim ibi diſponit, qui & de quibus debeant recipere ſalarium; ſed illis, qui alias poſſunt recipere, taxat ſalarium, vt ibi patet, & ibi 13 dicã Deo duce. Et † nota, quod olim in alia curia Barcinonæ fuit in anno domini 1379. factum quoddam capitulum curiæ de recipiendis ſalarijs pro ſententijs abſolutorijs delatorum per iudices curiæ Regiæ. Sed vt in hac conſtitutione vides, hodie eſt generalis prohibitio, quod nullus iudex ordinarius, aſſeſſor, vel delegatus, &c. Et pro hoc, quod dicit, *nullus*, intellige, ſiue ſit regius, vel alius iudex ſæcularis curiarum prælatorum, baronum, & aliorum de Cathalonia, & etiam expreſsius prohibet de aſſeſſore, vnde cõprehendit aſſeſſorem domini Gubernatoris, & aſſeſſorem Villæ Franchæ, & quoſcumque alios aſſeſſores: & idem dicit hic de iudicibus delegatis, dum dicit, *vel alius delegatus*: & ſic credo, 14 quod cõprehendat relatores audiẽtię. quia † ſunt quidam delegati, & ſunt iudices curiæ domini Regis, de quibus iam fuerat prohibitum etiam in ciuilibus: vt ſupra *collat. 2.* in *curia ſecunda Barcino. cap. 21. ordinamus*, &c. & de materia ſalario- 15 rum, † vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. colla. cap. Si ratione executionis.* vbi dedi remiſsiones de ſalarijs ſagionum carcerariorum, procuratorum, inquiſitorum tabulæ, & plurium aliorum: dic etiam, *nullus*, ſiue fuerit iudex cauſæ primitiuæ, ſiue appellationis, ſiue quiuis alius. Sed tamen vſus hoc non tenet, quia nullus vult proprijs ſtipendijs militare. Credo tamen, quod ſalariati de publico contrafacientes nullatenus excuſentur.

¶ Sequitur in textu, *pro conſulendo.* ſcilicet quoad 16 aſſeſſores, qui † habent officium conſulendi, & non iudicandi: & de officio aſſeſſorum, vide quæ ſcripſi ſupra *colla. 4.* in *prima curia Barcino. cap. 6. Item, quod aliquis clericus.* cum ſuis concor. & melius ſupra in *curia Gerundæ. c. 28.* vbi agitur de aſ- 17 ſeſſore Villæ Frãchæ. ¶ Sed † quæro, quid de cõſiliarijs, qui quotidie votant in collationibus, ad quas vocantur pro conſulendo iudici in cauſis criminalibus, numquid iſti tales conſiliarij poterunt recipere ſalarium pro dando conſilium, & eorum votum in cauſis criminalibus? Reſpõdeo. Credo, quod non per hanc conſtitutionem, quæ prohibet recipi ſalarium pro conſulendo: quo- 18 niam, omnes † iſti conſiliarij quidam aſſeſſores ſunt: vt *extra. de reſcriptis. cap. ſtatutum.* §. *aſſeſſorem.* & *l. conſiliarijs. ff. de off. aſſeſſor.* Item, quia quod vna via prohibitum eſt, alia via concedi non debet: vt ſupra in *curia Perpiniani. cap. cum non debeat.* & *extra. de regu. iuris. cap. cum quid vna via. lib. 6.* Et hoc ita ſeruatur Gerundæ, quando delati ſunt in viam condemnationis, adde infra *eod. cap. licet Va-* 19 *rinus.* §. *vltimo.* Sed † vidi quandoque de delatis, qui erant in viam abſolutionis, quod dabantur pecuniæ conſiliarijs, qui in collatione vota ſua dederant, & male, vt credo; quia par eſt ratio, vt vtrobique tam in caſu abſolutionis, quam condẽnationis; & minus debent grauari qui ſunt in caſu abſolutionis, quam qui eſt in caſu condẽ- 20 nationis, vt habetur in alleg. *cap. curiæ.* niſi † forſan gratis oferatur poſt datum conſilium: argu. 11. *q.* 3. *cap. non licet iudici.* vide quæ ſcripſi ſupra *eod. cap. in ciuitatibus.* ſuper verbo, *in futurum.* Sed 21 quid † ſi iudex ſiue principalis cauſæ, ſiue appellationis in cauſa criminali interlocutoriam tulerit, vel alias inde laborauerit, an pro tali labore poterit exigi ſalarium? Credo, quod non, ne vna via permittatur, quod alia prohibetur, licet alias viderim ſeruari contrarium; & forte non bene; ex quo non reperitur à iure tõceſſum, imo potius prohibitum, vt hic vides. Facit Decretũ, 22 *non* † *licet iudici vendere iuſtum iudicium*, &c. 11. *q.* 3. *cap. non licet.* præallegat. Et quãdo talis appellatio ſit admittenda vide infra *colla. 8. vers. Item tam poc valria.* §. *de les quals ſentencias.* ¶ Vltimo nota, 23 hic, † quod in conſulendo ſibi debet iudex eligere peritiores, & credere eis, licet paucioribus imperitis: quia, & ſi lata fuerit ſententia ad dictum imperitorum, ſi poſtea producãtur peritiores, reuocabitur; quod dic vt latius notatur per 24 *Ant. de Butrio. extra. de proba. cap. propoſuiſti.* Sed † an iudex teneatur requirere conſilium de iure communi, dic per *Ioan. An.* in *addi. Speculat. de requiſitione conſilij.* §. 1. *verſ. vt autem*, &c. Sed de bona conſuetudine huius patriæ in criminalibus, & in cauſis alijs ponderoſis debent requirere conſilium peritorum, & ita ſeruatur; & de iure Catha- 25 loniæ talis bona conſuetudo, & bonus vſus ſunt approbati, & confirmat, & peccat † iudex qui non ſeruat hanc conſuetudinem requiſitus: vt

26 11 *dist.cap.in ijs.* & ibi *glos.* notabilis, quod † ita punitur transgressor consuetudinis, sicut transgressor legis, vide infra *collat.* 11. *cap. des causes dels pubils.* & quæ ibi scripsi.

De Vicarijs distinguendis. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij duo infra terminos vnius castri non vtuntur iurisdictione.*

2 *Termini omnes debẽt esse illius Vicariæ, cuius est caput.*

CO*nstitutionem editam*, &c. Hæc constitutio non eget summa, nec glossis, quia solum præcipit inuiolabiliter obseruari constitutionem, quæ est supra *colla.* 4. in *curia Gerundæ. cap.* 3. *Item statuimus, quod capitulum curiæ domini Regis Petri.* quod incipit: *Item, quod Vicariæ sint distinctæ.* &c. & istud *cap. Item, quod Vicariæ sint distinctæ*, habetur supra *colla.* 2. in *curia* 2. *Barcin. c.* 53. Vbi etiam dicitur,

1 q† duo Vicarij infra alicuius castri terminos nõ vtantur iurisdictione: vide quæ in ipsis duobus capitulis late scripsi. Cõtra videtur de castro de Luliano, quia Vicarius Vici, & Vicarius Minoris inrant terminos dicti castri. Sed vna pars terminorum est vnius Vicarij, alia pars alterius.

2 Sed caput castri solũ est vnius Vicarij. Sed † tamen omnes termini debent esse illius Vicariæ cuius est caput: vt dicitur in dicta *constitutione. Item statuimus.* § *statuentes.* dic vt ibi.

De salarijs Algutziriorum. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Algutzirius nihil aliud recipere potest nisi mulum, quem equitauerit captus tempore captionis. Cætera vide in littera. declaratur nu.* 11.

2 *Miles, cuius honoratus, & homo de paratico æquiparãtur.*

3 *Homines aut sunt equites, aut villani: & quæ differentia inter illos.*

4 *Vltimum supplicium lex interpretatur mortem.*

5 *Salarium non debetur iudici pro condemnando reum ad vltimum supplicium.*

6 *Iudex potest habere auerias, vbi reus remittitur per Regem pro pecunia.*

7 *Equus pignorari non potest: similiter nec equa. nu.* 8.

9 *Mulus seu mula prohibentur emi pro maiori pretio triginta librarum.*

10 *Vasa destinata ad vsum esus veniunt nomine escarum.*

12 *Morabatinum in ciuitate Gerundæ non soluitur Algutzirijs ex priuilegio.*

13 *Officiales recipientes vltra salarium taxatum puniuntur in quadruplo.*

14 *Nuntiorum, & executorum diuersa nomina, remissiue.*

1 CO*rrigentes constitutionem editam per nos in curia Cerutaria*, &c. Casus. Corrigendo † constitutionem curiæ Ceruariæ loquentem de salarijs algutzirij ratione custodiæ militis, ciuis honorati, ac burgensis ad vltimum supplicium damnatorum; statuit, vt de cætero nil de bonis talium damnatorum audeat algutzirius recipere, nisi equum, vel mulum, aut mulam, quem seu quam equitauerint tempore captionis, & arma cũ quibus fuerint deprehensi, lectum & vasa, quæ vsui damnati in eius captione seruirent; contentis in principio dictæ constitutionis Ceruariæ in suo robore duraturis. Hoc dicit. Vide litteram, ibi, *ordinamus.* etiam dic, quod huiusmodi constitutio est supra *ead. colla. curiæ Ceruariæ. cap. ordinamus etiam, & statuimus, quod algutzirius*, &c. vide & adde quæ ibi dixi. ¶ Sequitur in textu, ibi, *nobilem militẽ de paratico, ac honeratũ ciuitatis, vel villæ.* No-

2 ta hic † æquiparari quoad casũ huius cõstitutionis, nobiles, milites, & homines de paratico, & ciues, & burgẽses honoratos: & illi omnes quoad honores emendarum etiam æquiparantur: vt in *vsat. ciues & burgenses.* vide quæ ibi notantur per *glos.* & *Iaco. de Calicio.* concor. supra *curia Gerundæ cap.* 25. Illi enim omnes dicuntur equitantes: quia consueuerunt equitãdo incedere, & tenere equos & arma, & facere hastiludia, & torneamenta: vt videmus per experientiam. Pro quo facit præsens constitutio infra *ead. cap. equũ & mulum*, &c.

3 omnes † ergo homines aut erunt equites, aut pedites: pedites vero sunt ciues, mercatores, & villani mecanici, & rustici, non tamen habent priuilegium guerreiandi, sicut milites. Alij vero ciues, & burgenses honorati sunt equites, sicut & milites. Sic supra *coll.* 4. in *curia* 3. *Barcino. c.* 19. *Item ordinamus de consitio.* vide & repete hic quæ ibi dixi. ¶ Sequitur in textu, ibi, *vltimo supplicio.*

4 scilicet, ad mortem naturalem: quia † vltimum supplicium lex mortem interpretatur: vt *ff. de pœnis. l. vltimũ.* ¶ Sequitur in textu, *codemnari.* dic,

5 de † cuius condemnatione nullum salarium da-

6 bitur iudici: vt supra *ead. cap. insuper.* Si † tamen per Regem fieret remissio ipsi condemnato pro pecunia, tunc posset ipse iudex habere auerias compositionis: vt supra *ead. colla. curiæ Ceruariæ cap. Item etiam statuimus, & sancimus.* vide quæ ibi

7 dixi. ¶ Sequitur in textu, *equum*, subaudi, qui † nõ potest pignorari: sicut nec arma militum, de quibus dixi supra *colla.* 2. in *curia* 2. *Barcino. cap.* 49.

8 *Item, quod animalia.* Item † equa etiam pignorari prohibetur supra *coll.* ista in curia Ceruariæ, *cap. ordinamus præterea.* § *quodque etiam.* ¶ Sequitur in

9 textu, *mulum & mulam.* qui prohibentur † emi pro maiori pretio triginta librarum: vt in dicto *cap. ordinamus præterea.* in prin. de quo tamen dic vt ibi scripsi. ¶ Sequitur in textu, *deprehensus.* subaudi, tempore commissi criminis, quia forsan fuit captus crimine fragrante, & ita arma, quæ deferebat, fuerunt ilico confiscata curiæ capienti, eo quia illicite mouit arma. vt in *l.* 1. *C. vt nulli insceio principe liceat arma mouere. lib.* 10. Sed dic verius, *deprehensus*, scilicet, tempore captionis, quia quoad contenta in hoc capitulo solum attenditur tempus captionis, vt littera dicit. ¶ Sequitur

10 in textu, *vasa, quæ pro esu*, &c. dic, † quod ista veniunt nomine escarij: vt *ff. de auro, & arg. leg. & si nõ sunt.* § *si cui escarium.* ¶ Sequitur in textu. *seruierint in captione*, dic, scilicet, & ibi fuerint tempore condemnationis: alias forte secus, si tunc ipsa escaria ibi non forent, nisi forte inde fraus

11 esset commissa. ¶ Sequitur † *vers. in alijs autem*

contentis

contentis in principio, &c. ſcilicet, in quantum loquitur de morabatino, & ſalario capti, qui exit à carcere non condemnatus. de quo vide ibi in dicto *c. ordinamus etiã in curia Cernariæ.* à principio vſque ad §. *& ſi forſan.* qui §. corrigitur hic: dic tamen hodie vt habetur infra *colla.* 9. in *curia domini Regis Ferdinandi. cap. tollents los abus dels algutzirs*, &c. vbi dicta conſtitutio Cernariæ, in quãtum per hanc non corrigitur, confirmatur, & contrafacienti pœna priuationis, & inhabilitatis officij algutzirij imponitur. vide ibi. Sed
12 nota, † quod in ciuitate Gerundæ eſt priuilegium de non ſoluendo morabatinum algutzirijs, licet quandoque de facto per abuſum male
13 ſeruetur. Et † nota, quod de iure Romano, recipientes vltra ſalaria taxata puniuntur in quadruplo: ita quod fiſcus habet triplum, & ſimplũ datur damna paſſo, ſeu indebite exacto; de quo,
14 & de diuerſis † nominibus nuntiorum, & executorum vide *gl. ſ.* notabilem in *authent. de iudicibus. §. nullo quoque præſumente. collat. 6.*

De priuilegijs generoſitatis. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Generoſi gaudent priuilegio militari, ſi infra annum militiam aſſumpſerint.*
2 *Milites, & generoſi non tenentur ſubire onera ciuitatis, vel villæ, in quibus faciunt habitationem.*
3 *Priuilegium militare a multis impetratur pro euitandis oneribus ciuitatis.*
4 *Fraudibus eſt obuiandum.*
5 *Generoſi iudicantur vt milites.*
6 *Militiæ priuilegium perditur, ſi infra tempus militiam non aſſumpſerit.*
7 *Milites ex priuilegio non poſſunt torqueri, niſi in certis caſibus ibi expreſſis.*
8 *Leges tranſgredi licitum eſt propter caſus emergentes.*
9 *Neceſſitas legem non habet.*
10 *De militaribus priuilegijs. remiſſiue.*
11 *Miles vt gaudere queat militaribus priuilegijs, quæ ſint neceſſaria. remiſſiue. idem nu. 12.*
13 *Milites noſtri temporis priuilegio militari an gaudeãt, & an poſſint deferre arma. remiſſiue.*
14 *Militiæ multiplex genus. remiſſiue.*
15 *Militia quæ dicatur. remiſſiue.*
16 *Militum priuilegia quæ circa actũ teſtandi. remiſſiue.*
17 *Militia alia armata, alia inermis, negotiator non poteſt eſſe miles.*
18 *Aduocati boni dicuntur militare legibus.*
19 *Aduocati dirimentes facta ambigua cauſarum non minus dicuntur militare legibus; quã ſi pralijs ac vulneribus patriam liberarent.*
20 *Aduocati ſunt neceſſarij in ciuitate, ſicut muri.*
21 *Aduocati legibus militare dicũtur, ſicut milites armis.*
22 *Pecunia dicitur vita hominum.*
23 *Pecunia omnia deſeruiunt.*
24 *Pecunia eſt fideiuſſor neceſſitatis.*
25 *Experientia eſt magiſtra rerum.*
26 *Peritus dicitur, qui ſola experientia naturali edoctus, ſic inſtructus dicitur.*
27 *Peritia cadit etiam in brutis.*

QVia vt experientia nos docuit, &c. Caſus. Impetrantes † priuilegium generoſitatis, niſi
1 infra annum ſe milites effecerint, carent omni commodo ipſius priuilegij. Hoc dicit. Nota, quod generoſi gaudent priuilegio militari, dummodo infra annum militiam aſſumpſerint.
2 Item nota, † quod milites, & generoſi non tenentur ſubire onera ciuitatis, vel villæ, in quibus
3 domiciliati fuerint. Item nota † quod multi pro euitandis dictis oneribus, priuilegium generoſitatis impetrabant. Item nota, †
4 quod fraudibus
5 eſt obuiandum. Item nota, † quod generoſi iudicantur vt milites: ſic ſupra *cap. proxi.* & ibi dixi
6 ſuper verbo *nobilem militem.* Item nota, † quem teneri infra certum tempus aſſumere militiam, alias perdit priuilegium militis: ſic in *vſat. milites ſi cauallariam. §. filius militis.* & in *vſat. agayt. §. vltimo.*
7 Item † eſt priuilegium militare, quia dominus Rex Petrus Tertius in quodam cap. curiæ Montiſſoni, & eſt cap. 18. conceſſit militibus, quod homines de paratico nullatenus poſſint torqueri, niſi pro morte domini ſui primogeniti, vel proditione Regni, vel occupatione terrarum cum inimicis domini Regis, vel pro crimine hæreſis; & tunc in dictis caſibus datis defenſionibus, & lata prius ſententia interlocutoria iudicis. Vide quæ latius ſcripſi ſupra *collat. 5. curia Mõtisalbi. cap. Item ordinamus, quod nullus condemnetur ad mortem*, &c. ¶ Sed etiam vidi in anno 1462. in ciuitate Barcino. quod milites, & qui fuerant conſiliarij ciuitatis, fuerint torti, & quæſtionati, quia dicebatur, quod volebant prodere ciuitatem, & Principatũ in magna parte, & dicit †
8 *Innocentius* in *cap. 1. de conſti.* quod propter caſus emergentes licitum eſt leges tranſgredi, & immanitas criminis hoc quandoque ſuadet: quia
9 neceſſitas † non habet legem: tu cogita, quia
10 tale priuilegiũ nõ videtur rationabile. De † priuilegijs militaribus dixi ſupra *colla. 4.* in *prima curia Barcino. cap. 25.* & *cap. 26.* vbi poſui materiam
11 acuydamenti, & duelli militum. ¶ Nota, † quod milites examinantur: & quæ exigantur erga militem, vt gaudere poſſit priuilegijs militaribus, vide in *auth. de man. prin. §. ſi. collat. 3*, vbi *gl. ſ.* plena. & in *l. ſi. ff. ex qui ca. ma.* Et quę exigatur, † vt
12 quis dicatur miles: *ff. eod. l. penult.* & ibi *glo.* & *Gui.*
13 An † hodie gaudeant noſtri milites priuilegio militari, & an poſſint deferre arma, vide plene per *Cinum C. de iuris & facti ignor. l. 1.* & vide *Iaco.*
14 *de Butrio* in dicta *l. penult.* De † multiplici genere militiæ, vide *gl. ſ. ff. de teſta. mili. l. penult.* Et
15 quid † dicatur militia, vide *l. omni modo. C. de mil. teſta.* per *gl. ſ.* & *Guil.* & vide *ff. de teſta. mil. l. 1. §. miles.* & ibi ponitur alluſio vocabuli militis.
16 ¶ Quæ † autem ſint priuilegia militum circa actum teſtãdi, vide *Bart.* in *l. neque enim. §. 1. ff. eod. tit.* adde quæ ſcripſi ſupra *colla. 2.* in 2. *curia Barcino. cap. 54. Item, quod nullus miles.* cum ſuis con-
17 cor. Item nota † quod militia alia armata, alia inermis; & quod negotiator nõ poteſt eſſe miles.

C.nego.

C.nego.ne mili.l.prima. lib.12. Sed loquitur stricte de militibus antiquis. Sed quędam est militia inermis, vt sunt Florentini & Veneti, ibi *Bart.* vide *Gui.* in *l.1.C.vbi sena. vel clarissimi.* Et Veneti sunt milites maris, vt dicit *Bald.* in *l. de quibus.ff. de legibus.* in 5.*q.* allegat. notatur *ff.de bo.po. quæ ex*
18 *te.militis. l.1. vers. in classibus.* Item † etiam boni aduocati dicuntur militare legibus: vt *C. de aduo.diuersiudi.l.aduocati.* vbi dicit Imperator: *Ad-*
19 *uocati, † qui dirimunt ambigua facta causarũ, suaque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro imperio credimus militare illos, qui gladijs, clypeis, ac thoracibus nituntur; sed etiam aduocatos: militant namque causarum patroni, qui gloriosa vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Nota,
20 quod † aduocati, & iurisperiti sunt necessarij in ciuitate, sicut muri: vide quæ scripsi infra *colla. proxi.cap.postremo.* super verbo, *ciuibus.* in *vers.vlterius nota.* Sed ciues Barcino. opida habent infe-
21 sta, nos iurisperitos. Ex † hac lege nota, q aduocati dicũtur legibus militare, sicut milites armis: vt in *proœmio inst.* dum dicit, *Imperatoriam maiestatem.* &c. Item nota, † quod pecunia dicitur vita hominum. Ideo hodie pro pecunia certatur; sicut
23 pro vita; & amplius quia † pecunia est Regina, cui deseruiunt, & obediunt omnia: quia nemo
24 diu sine pecunia viuere potest, est † enim nummus fideiussor necessitatis, & est pecunia quidquid habent homines: vt infra *q.3. cap. totum.* &
25 dixi supra *eod.cap.insuper.* ¶ Vlterius † nota de experientia, quæ docet, quia est magistra rerum: vt *extra.de elec.cap.quam sit.lib.6.* & *de censibus. cap. felicis.eod.li.* sic supra in *curia Perpiniani. cap. quia rerum experientia.* vide & adde quæ ibi dixi. Et
26 nota, quod sola peritia, & experientia naturali edoctus siue instructus, dicitur esse peritus; quod nota pro promittentibus stare peritis, quia cõprehendit etiam peritos solo naturali instinctu & documento, vide *l.1.§.naturali.ff.de iusti. & iu-*
27 *re.* ibi, *peritia censeri.* Vbi † habes, quod etiam peritia cadit in brutis, quod nota, quia possit facere ad multa, & vide *ff.de ori.iuris. l.2. §. post originem.* vbi sumitur properito in iure. adde notata infra *collat.9.* in *curia domini Ferdinandi.cap. per tal que las leys.*

Ne pro electione capitum excubiarum, & subbaiulorum aliquid exigatur. Cap. XXXIII.

S V M M A R I V M.

1 *Pro eligendo capita excubiarum, vel subbaiulos pecunia recipi non potest, nec esculentum, vel potulentum. n.2.*
3 *Munus est multiplex.*
4 *In munere multa consueuerunt attendi.*
5 *Collecta an imponi possit pro transitu Imperatoris. remissiue.*

APprobantes constitutionem editam, &c. Casus.
1 Pro † eligendo capita excubiarum, vel subbaiulos, prohibetur pecunia recipi, pœna du-

centorum morabatinorum cum priuatione officij absque spe veniæ cõtrafacientibus imminente. Hoc dicit primo, secundo, ibi, *Et si per nos irritat electionem de talibus per dominum Regem, vel alios quam per Vicarium in Barcinona, vel Baiulos locorum Cathalonię faciendam.* Hoc dicit vsque ad finem. ¶ Et confirmatur hic constitutio de electione capitum excubiarum, & subbaiulorum facta in curia Montisalbi, quæ est supra *colla.5.cap.18. Item statuimus & ordinamus, quod subbaiuli.* vide & repete hic quæ ibi scripsi. ¶ Vide textum, ibi, *pecuniam, aut aliquod donum, vel munus.* ergo, nec pote-
2 rit † pro tali eligendo in subbaiulum, vel caput excubiarum recipi esculentum, vel potulentum, propter verbum *aliquod.* sic supra *eod. cap. insuper.*
3 & ibi dixi super verbo *nullum.* Item nota, † quod munus est multiplex: vt *1.q.1.cap. sunt nonnulli.* & quando per ipsum committitur simonia: vide
4 *extra.de simo.cap.tue.* in *glos.1.* & † in munere multa consueuerunt attendi: vt *extra.eod.tit. cap. & si quæstiones* in *glos.1.* & *vltima.* & vide per *Gui.* in
5 *l.neminem.C.de sacrosanct. Eccles.* & ibi nota, † an pro transitu Imperatoris possit imponi collecta.

De iuramento per querelatorem pacis violatę præstando. Cap. XXXIIII.

S V M M A R I V M.

1 *Querela pacis & treugæ admitti non debet, quin prius iuranerit querelator posita in querela esse vera. declaratur nu.5.*
2 *Processus querelæ pacis & treugæ non valet non præstito per querelatorem iuramento, de quo hic.*
3 *Omissio solemnitatis præambulæ ad actum vitiat dictum actum.*
4 *Solemnitas certa vbi requiritur, si actus ille non habuit effectum præambula solemnitate; non sufficit, si iteretur secundo actus.*
6 *Paria sunt non iurare, & non rite iurare.*
7 *Iuramentum faciendum iuxta vsat. si quis criminalem foliam.*
8 *Citatio an valeat in causa clami; si prius iuretur; & postea fiat moderatio clami.*
9 *Forma iuris vt seruanda ad vnguem.*
10 *Querelans debet dare informationem prius quam citetur querelatus.*
11 Moderatio, *verbum dicit diminutionem. idem n.21.*
12 *Mandatum speciale requiritur pro præstando iuramento in querela pacis & treugæ. idem nu.18.*
13 *Mandatum speciale in quibus requiratur, remissiue. idem nu.21.*
14 *Malitijs hominum est obuiandum.*
15 *Mali occasio est euitanda.*
16 Iacobus de Calicio *ad saturitatem tractat de processibus clami pacis & treugæ.*
17 *Citatio querelæ pacis & treugæ antequam fiat, qua requirantur. remissiue.*
19 *Infans debet esse pubes.*
20 *Tutor loco domini est.*

VT tollatur omnis occasio malignandi, &c. Casus.
1 Vicarius, † coram quo querela pacis & treugæ offertur, non debet audire querelatorem, nisi

fac.a

facta prius taxatione querelę iurauerit querelator, quod credat fore vera posita per eum in clamo, & quod non credit defice e in probãdo. Hoc dicit. Simile iuramentum habetur *extra. de elec. c.* 2 *vt circa. lib.* 6. vbi nota. † quod si factum fuerit cõtra formam huiusmodi, hoc est si procellum fuerit vltra, non præstito tali iuramento, non valet, vt ibi, & in *cap. constitutionẽ. eod. tit.* in *Cle.* arg. *C. de* 3 *legibus. l. non dubium.* Omissio † solemnitatis præambulæ ad actum, vitiat actum: *C. de Fabricen. l. ig-* 4 *nis. lib.* 11. Et † vbi certa solemnitas requiritur ad actum, si actus ille non habuit effectum præambula solemnitate, non sufficit si secundo actus iteretur: tex. *ff. de adquirend. l. si quis mihi bona. § Si* 5 *quis facit.* Sed † quid si ita iurauerit, quod credit fore vera, saltem talia quæ probare intendit solũ quæ sufficiant ad causæ victoriam? Respondeo, quod non valet, quia simpliciter iurare tenetur iuxta formam huius *cap.* argu. *extra. de elec. c. is qui contra. lib.* 6. quia non est recedendum à verbis legis. 6. *q.* 3. *cap. scriptum. de decimis cap. ad audientiam.* 6 & *ff. de leg. l.* 3. *nõ aliter.* & † quia paria sunt non iurare, vel aliter quam debeat iurare, vnde non auditur querelator, nisi iurauerit sub forma huius constitutionis: iuxta notata per *Ioan. An.* in *gl. ff.* 7 dicti *c. is qui contra*, super verbo, *audiendus.* Et † per hoc alias dixi, quod ille, qui volebat euitare cõdemnationem iniuriq per *vsa*. *Et si quis ad aliquẽ criminalem foliam*, non excusetur dicendo ita: Ego non iniuriaui, & si feci, iuro id per iram dixille, &c. quia debet simpliciter iurare seruando formam dicti *vsatici.* Item † quæro, quid si prius iuretur, & postea fiat moderatio clami, an valeat citatio? Respondeo, quod non valet, quia præposteratio est debiti ordinis, & formæ omissio, & 9 forma † iuramenti specifica data à iure est seruanda ad vnguem; alias secus acta sunt nulla: vt in constitut. *querelam*, Regis Ferdinandi, & ibi no- 10 ta, & in *cap. Ne ex beneficio.* Nota † ergo, quod antequam querelatus citetur, vel mandetur citari pro pace & treuga, requiritur hodie, quod querelans det informationem, iuxta *cap. querelam. de pace violata.* infra in *curia domini Ferdinãdi.* & quod facta moderatione clami iuret in forma huius capituli, alias hoc ordine prætermisso non valet citatio ipso iure; vide & adde quæ scripsi in dicto 11 *cap. querelam.* Item nota, † quod verbum *moderatio*, dicit diminutionem: vt *extra. de verb. signi. cap. transmissa.* Ideo oportet in taxatione querelæ de quantitate aliquid diminuere, quod est tutius. 12 Item nota, † quod ad præstandu huiusmodi iuramentum requiritur speciale mandatum, sicut 13 & in iuramento calumniæ; & casus, † in quibus requiritur speciale mandatum, vide per *glo. extra. de procura. cap. qui ad agendum.* super verbo, *pacisci.* 14 *lib.* 6. ¶ Item nota, † quod malitijs hominum est obuiandum: vt *extra. qui mat. accu. po. cap. significãte.* 15 Item † omnis occasio mali est amputãda, vt hic in prin. & *extra. de vita & ho. cleri. c. cũ ab omni specie mali.* & *extra. de consti. cap. nam concupiscentiam.* & infra *coll. 8. cap. per tal que mal, & occasio de mal*, &c. vide ibi, & in *authen. de depositio. 1. Rubri.* in fi. *col. 6.* & supra *colla. proxima. cap. vt occasiõni.* Sed non est, quin homo semel ad malitiam deditus adinueniat: vt in *auth. vt ij qui. ob. se. ha. para. res. 4.* in prin. & *ff. commo. l. ad eos.* & *de præscriptis verbis. l. nam natura. C. man. l. ab Anastasio.* & in *proœmio. Clem.* ¶ Super textu, ibi, *deinde sancimus hanc constitutionem*, habes supra *eod. colla.* in *curia Cenuaria. cap. deinde sancimus.* vide quæ ibi dixi; cetera per *Iaco. de Calicio in Directorio pacis & treugæ.* quia non intendo multum insistere super constitutionibus loquentibus de processibus pacium & treugarum, quia 16 dictus † *Iaco. de Calicio* super eis loquutus est ad saturitatem, vide tamen & adde quæ notantur infra *coll. 9. c. querelã. de pace violata.* quia ibi latius 17 dixi de hoc, videl cet, † quæ requirantur antequam mandetur citatio in querela pacis & treugæ: ita. quod illorum omissio vitiet citationem, quæ est fundamentum totius processus: vt *infti. de* 18 *pœ. temere liti. §. vltimo.* ¶ Nota † tamen, quia procurator ad prædicta constitutus nõ erit idoneus, nisi ad præstandum dictum iuramentum habeat speciale mandatum dicta forma expressa: argum. *extra. de elec. cap. procura. ad appellandum. lib.* 6. vbi est speciale sicut in procuratore dato ad matrimonium contrahendum: vt ibi notat *glos.* Item re- 19 quiritur, quod iurans sit pubes, iuxta *authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendic.* alias iurabit 20 eius tutor, &c. quia tutor † loco domini est. *C. de* 21 *pactis. l. pactum curatoris.* Casus, † in quibus requiritur speciale mandatum, vide per *Ioan. Fabr. insti. de ijs per quos agere po. §. procur.* per hanc const. tutionem, quæ vult querelam moderari, dixi alias non valere citationem, nisi de ipsa querela aliquid diminuatur; & ita male faciunt assessores, qui admittunt querelas sine diminutione, & moderatione: quia dicunt eas se habere pro sufficientibus, & bene taxatis: quia dicunt contra 22 istam constitutionem, quia † verbum *moderatio*, dicit diminutionem: vt *extra. de verborum significatio. cap. transmissa.* Et quia communiter accidit, quod dentur querelæ huiusmodi immoderatæ, & excessiuæ; & ideo emanauit constitutio Regis Ferdinandi. *cap. confirmantes constitutionem.* super facienda querelarum moderatione, per quam puniuntur assessores inmoderatas querelas admittentes: vide quæ ibi scripsi, & supra *in curia proxima. cap. deinde sancimus.* quod est tutius, vt semper aliquid diminuatur, & moderetur, nec valeat opponi, quod fuerit excessiua quantitas querelæ, & quod non fuit moderata prout volunt istæ constitutiones: & ita consulo ad cautelam: vide *Dominum de Sancto Geminiano*, super *cap. cupientes, de elec. lib.* 6.

De venditione mulorum, & pignoratione equæ calcatæ. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Muli maiori pretio triginta librarum vendi non possunt pœna hic comenta, non obstante renuntiatione facta*

ex quacunque causa. & nu.2 quid erit si renuntiatio in casu huius constitutionis sit inrata, nec valet consuetudo in contrarium. nu.8. & declaratur nu.10.

3 *Iuramentum non est vinculum iniquitatis.*

4 *Iuramentum contra primum iuramentum licite praestitum non tenet.*

5 *Iuramẽtũ seruari, debet si nec vi, nec dolo praestitũ fuerit.*

7 *Iuramenti materia. remissiue.*

6 *Nicolaus Tudesquini de Sicilia Magister Thomæ Mieres laudatur.*

9 *Obedientia non praescribitur.*

1 D*Eniq. confirmantes*, &c. Casus. Confirmata cõstitutione † Ceruariæ prohibente mulum & mulã maiori pretio triginta librarum vendi, vel emi, sub pœna amissionis muli & mulæ, ac pretij, & equã ca catã, per equũ vel rossinũ pignorari, & etiã quamdiu tuerit apta ad coeũdũ, iubetur hic finem ipsius constitutionis Ceruariæ sub pœna centũ morabat norũ inuiolabiliter obseruari, non obstãte renuntiatione facta quauis causa. Hoc dicit. Super textu, ibi, incip. *ordinamus praterea.* dic ꝙ ipsa constitutio est supra *ead. colla. in curia Ceruariæ. c. ordinamus praterea.* vide, & adde quæ ibi dixi. Et nota, ꝙ illa constitutio, per istã in totũ cõfirmatur. Sed ad ectio pœnę centũ morabatinorũ, quæ per hanc constitutionẽ apponitur, solũ respicit finẽ illus, scilicet, in quantum prohibetur equa pignorari. Et dic, finẽ, scilicet, §. *quoq.* in dicta etiã constitutione Ceruariæ appositũ. Sequitur in tex. *etiã si renũtietur, vel renuntiatum extiterit quauis causa.* ¶ Sed † an valeret huiusmodi renũtiatio si foret vallata cũ iuramẽto? Forte nõ, quia ista constitutio est præceptiua, vt littera dicit, ibi, *præcipimus sub pœna*, &c. & ꝙ præcipitur, imperatur, &c. vt dixi supra *ead. cap. præcipimus.* & renũciando de facto veniret contra obedientiã & præceptũ Principis & huius con-

2 3 stitutionis, & sic peccaret mortaliter. Vnde † iuramentũ non est vinculũ iniquitatis: vt 22. *q.* 4. *c. inter cætera.* & *extra. de iureiurand. c. quanto.* & hanc partẽ videtur tenere *Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso.* ꝙ credo verũ, saltem in ijs qui alias prius iurauerint seruare constitutiones Cathaloniæ, & præcipue ij qui hanc constitutionẽ iurarunt, vt

4 patet in firma ipsius infra eadẽ quia † cũ primum iuramentũ tuerit licitũ, non valet secundũ contrariũ. vt *extra. de iureiuran. c. intellecto.* alias regulariter † omne iuramentũ non vi, nec dolo præstitũ ꝙ seruari potest sine periculo animæ, seruari debet, nisi vrgeat in præiudiciũ alterius: vt *extra. de iureiuran. c. cum contingat.* cum tuis concor. & de

6 materia † vide ibi late per *Ant. de Butrio.* & *Nicol. Tudesquini de Sicilia*, Magistrum meum, † qui fuit Abbas Monachus, & est electus Cardinalis & Archiepiscopus Panormitanus, valentissimus Canonista. ¶ Sequitur in fine textus. *quauis causa.* Nota verbũ *quauis causa.* ex quo dico, ꝙ quia etiã hæc cõstitutio, est facta fauore Reipublicæ, & vergit in vtilitatẽ multorũ ꝙ etiã cũ iuramento non poterit renũciari, in contrariũ videtur *extr. de pac. c. quãuis pactũ. li. 6.* Nec valeret cõ-

8 suetudo † in cõtrariũ tanquam irrationabilis, &

9 forte † non posset præscribi contra obedientiam: de quo tamen dic, vt legitur & notatur in *c. 1. extra. de treu. & pace.* & *de cõsue. c. vlti.* per *Doct.* præallegatos, & vide quę scripsi supra *ead. c. iuxta.* su-

10 per verbo, *pẽsionẽ.* Sed † miror cur nõ seruatur hęc constitutio in eo, quod prohibetur mulum, vel mulam vendi maiori pretio triginta librarum, quia vidimus sæpe vendi etiam vltra quinquaginta libras, præsertim de mulis & mulabus prælatorum. Sed potes dicere, quod per detuetudinem, & contrariam consuetudinem sit penitus abrogata: vide, & adde quæ scripsi *collat. 9. curia domina Maria. cap. habents acor.* & *collatio. 9. cap. è los aduocats.* super verbo, *encontinent sia tengut restituir.*

De officio Gubernatorum. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices Gubernatoris, seu eius gerens officium nequit locumtenentem facere; nec per alium officium exercere, ipso existente in Cathalonia: sed quid si fuerit infirmus. nu.2.*

3 *Gubernatoris officium. remissiue.*

4 *Gerens vices Gubernatoris potest exercere officium in aliquo loco Cathaloniæ, quamuis Rex, vel eius locumtenens in Principatu resideat.*

5 *Legato maioris auctoritatis adueniente cessat officium minoris.*

6 *Gerens vices Gubernatoris locumtenentẽ facere non potest, præsentibus Rege, vel eius locumtenente.*

7 *Regentem Gubernatoris facere potest Rex, vel eius locumtenentem in absentia Gubernatoris.*

8 *Gubernator præsens non potest excercere suum officium per locumtenentem.*

9 *Regens, vel vices regens Gubernatoris nequit facere ex domesticis suis officiales, alguzirios videlicet, portarios, sagiones, & huiusmodi.*

10 *Respublica sumitur multis modis, sed hic pro vniuerso populo Principatus Cathaloniæ. nu. 11.*

12 *Respublica de iure communi proprie est Romanorum.*

13 *Respublica quandoque sumitur pro imperio.*

14 *Respublica sumi potest pro ditione Regis superiorẽ non recognoscentis.*

15 *Res Romana sumitur pro iure publico vniuerso.*

16 *Respublica Romanorum hodie separata est a fisco: & quæ fisci sunt translata sunt in Principem.*

17 *Respublica late dicuntur vniuersitates.*

18 *Publicum dicitur proprie res Romana.*

19 *Respublica appellatione stricte solum venit Romana ciuitas.*

20 *Legati municipum non dicuntur abesse causa Reipublicæ.*

21 *Ciuitates inferiores habent Rempublicam, & restituitur si laedatur nu. 22.*

23 *Villæ ac castrum an habeant Rempublicam. remissiue.*

24 *Respublica vniuscuiusque ciuitatis habet priuilegium, vt sententia lata contra eam indefensam sit nulla.*

25 *Ciuitates alia an gaudeant priuilegijs vrbis Romæ. remissiue.*

Respublica

26 *Respublica obtinet vicem populi.*
27 *Ius publicum sumitur quandoque pro iure Romanorũ, quandoque pro iure aliarum ciuitatum, & quandoque pro vtroque.*
28 *Respublica, & ciuitas gaudent eodem priuilegio.*
29 *Respublica, & fiscus olim idem erant, sed hodie non.*
30 *Gubernator olim vocabatur procurator generalis.*
31 Gubernator, *verbum comprehendit in se iurisdictionem, & actum iurisdictionalem.*
32 *Gubernator est maior post Regem, & aquiparatur Prefecto Pratorio.*
33 *Supplicatur à sententia Gubernatoris, & nõ appellatur.*
34 *Gubernatoris officiũ nõ consueuit dari nisi primogenito, vel ei, qui successurus erat in Regno post Principẽ.*
35 *Vicesgerens dicitur, qui à superiore ponitur in locum mortui, absentis, vel impediti.*
36 *Vicesgerens Gubernatoris locumtenentẽ creare non potest, nisi proficiscatur extra Principatum.*
37 *Domiciliatus in Vicaria nõ potest esse Vicarius in eadem etiam sub nomine regentis Vicariam.*
38 *Lex non est imposita verbis, sed rebus.*
39 *Denominatio bona non tollit malum.*
40 *Vicesgerẽs Gubernatoris cõsetur datus à Gubernatore; & ideo locũtenẽtẽ facere nõ potest. ratio traditur. ibidẽ.*
41 *Proconsul est præses, qui regit Prouinciã sibi decretã.*
42 *Proconsul dicitur, ex quo mittebatur ad regendũ Prouinciam remotam.*
43 *Præsidis appellatione venit omnis habens imperium.*
44 *Præpositi nomen est generale omnibus, qui præsant.*
45 *Gubernator extra Vicariam & Baiuliam processus extrahere non potest.*
46 *Gubernator sine assessore nequit proferre sententias diffinitiuas, nec interloquutorias tormentorum.*
47 *Gubernator an teneatur appellationi deferre, & causam appellationis ipsius committere. remissiue.*

1 PRonidentes *Reipublicæ*, &c. Casus. Gerẽs † vices Gubernatoris generalis, seu quiuis ipsum regens officiũ, non possunt facere locũtenentẽ, nec per aliũ illud officiũ exercere, ipsis existentibus intra Cathaloniæ Principatum. Hoc dicit. Sed
2 quid † si fuerit infirmus, ita vt per se regere non possit. videretur, quod tunc possit durante ipsa infirmitate, quia abesse videtur. Sed contra seruatur de facto, propter hoc verbũ, *existentibus*, quia simpliciter loquitur; & non distinguit an fuerit
3 infirmus, vel alias impeditus. Et † de officio Gubernatoris Cathaloniæ multa dixi supra in *curia Cerua. i. c. præterea, quia per reseruationes.* vide &
4 pete hic quæ ibi dixi. Sed quæro † hic, an iste vicesgerens siue regens officiũ Gubernatoris, poterit vti officio suo in aliquo loco Cathaloniç. primogenito, vel alio generali Gubernatore intra ipsum Principatũ relidente? Resp. videtur, quod
5 non, quia † aduenientе legato maioris auctoritatis, cessat officiũ minoris: *extra. de offi. le. c. volentes.* & *de priuil. c. antiqua.* & notatur in *Spe. tit. de legato. §. superest. vers. illud non etiã*, & argumẽtũ huius capituli in contrariũ videtur intra *colla. proxi. c. viterius statuimus.* vide ibi, & hãc credo veriorẽ per quandã commissionem & prouisionẽ regiã, quam postea vidi, dũmodo non vtatur in loco vbi erit præsens dñs Rex, vel eius primogenitus, aut locũtenẽs; vel Gubernator generalis. Itẽ vicesge-
6 rens † Gubernatoris in Cathalonia, dño Rege, vel eius locũtenente præsente in Cathalonia, nõ potest facere locũtenentẽ Gubernatoris vt in dicto
7 *c. viterius.* Sed † dñs Rex, vel eius locũtenens absente Gubernatore potest facere regentẽ Gubernatoris in Cathalonia, quia ibi hoc non prohibe-
8 tur. Sed nota hic, † quod Gubernator præsens, non potest suum officiũ per locumtenentẽ exercere, vt hic facit: quod nota per *glos. extra. de offi. Vicarij. c. Romana. li. 6.* Nec † poterunt isti regẽtes seu vicesgerentes de domesticis suis facere officiales; puta algutzirios, portarios, sagiones, &
9 huiusmodi: vt *C. de domesticis & assesso. l. nullus iudicum.* Facit supra *colla. 3. in curia Montissoni. c. 6. Itẽ ordinamus & statuimus, quod aliquis officialis noster.* &c. vbi inter cætera prohibentur officiales fieri de domo nobilium & agabellaria. Vide quæ ibi scripsi: contrarium vidi de facto aliquando esse seruatum, sed pessime. Sequitur in textu, ibi, *Re-*
10 *publica.* Nota, † ꝙ Respublica sumitur multis modis, vt notatur per *glos. in authent. de hæredi. quæ ab intest. §. 1.* Sed credo, quod hic sumatur pro
11 vniuerso populo Principatus † Cathaloniæ, cuius valde interest nõ grauari pluralitate officialium: argum. intra *colla. 10. curia domine Mariæ*
12 *cap. contra constitutiones*, &c. Item nota, † quod in iure communi regulariter Respublica proprie Romanorum est, in *authent. de triente, & semisse.* in
13 prin. Item † Respublica quandoq. sumitur pro imperio: vide in *1. const. ff.* in *glo.* super verbo, *lan-*
14 *itionem.* & † ita potest sumi hic pro ditione domini Regis, qui non recognoscit in tẽporalibus superiorem in toto Principatu Cathaloniæ, nec in Regnis Aragonum, & Valentiæ, & alijs, quæ
16 sibi adquisiuit cum ense. Sed † res Romana sumitur pro iure publico vniuerso. *l. 1. §. huius stu-*
17 *dij. ff. de iust. & iure.* Et † hæc Respublica Romanorum hodie separata est à fisco, & ea quæ sunt fisci translata sunt in Principem, & ea quæ sunt Reipublicæ particularis Romæ retenta sunt in populo, secundum *Iaco. de Butrio* in *l. de quibus. ff.*
17 *de legi.* ¶ Item Respublicæ late dicuntur cuiuslibet vniuersitatis: *ff. de verũ diui. l. 1.* Sed stricte dicuntur Respublicæ solius ciuitatis Romæ: vide *glos.* in dicta *l. prima.* in verbo, *publica.* allegat textum *ff. de verbor. signifi. l. eum qui vectigal.* vide *Butri. ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod*
18 *simpliciter.* Item nota, † quod publicum dicitur proprie Romanorum, sumendo late prout opponitur dominio. sic dicitur in *l. fi. C. de sacrosanct. Eccle.* secundo modo alias sumẽdo prout opponitur priuato, & sic apprehẽdit publicũ alterius ciuitatis, secundũ *Butrin.* in dicta *l. 1. de verũ diui.*
19 Itẽ † nota, ꝙ appellatione Reipublicæ stricte nõ cõprehẽduntur alię ciuitates, ed per extẽsionem, per rationẽ idẽtitatis: *ff. de contrac. emp. l. qui fundũ.* & *de petit. hæred. l. Itẽ veniũt. §. petitam.* Et sic Res-

publica non dicitur res municipij, vel ciuitatis.
20 Ideo † legati municipum non dicuntur abesse
causa Reipublicæ: *ff. ex quib. caus. maio. l. legatus.* vi-
de *Iaco. de Aren. ff. de publi. l. sed & hi.* & per *Cinum*
C. qui pot. in pig. ha. l. Rempublicam. vide *l. sed si per*
21 *prætorē. §. hac clausula. ff. ex qui. cau. ma.* Sed † quod
aliæ ciuitates inferiores etiã habeant Rẽpublicam tenet *Bar.* etiam in dicta *l. Rẽpublicã.* vide quæ
leguntur & notantur in *l. Respublica. C. ex qui. cau.*
22 *ma.* Et † restituitur si læsa est. vide *glo.* in *l. 1. C. de*
iure Reipu. li. 11. & in dicta *l. Respu.* & ibi quid in
Ecclesia, vide *extra. de restit. in integrũ. c. 1.* per *glo.* &
per *Inno.* in *cap. cum venissent. eod. ti.* vide *Iun. in Spe-*
cu. de restit. in integrũ. in 2. *parte. §. 2. vers. idẽ quoq; iure.*
23 Vbi † etiam notat, quid de villa, & quid de ca-
stro, de hoc etiã per *Ioan. An.* & *Ant. de But.* in *c.*
auditis. in *glo.* super verbo, *minoris. extra. eod. ti.* vide
Bar. in *l. 1. §. illud. ff. de edilitio edicto.* Vlterius no-
24 ta. † quod Respublica cuiuslibet ciuitatis habet
priuilegiũ, vt sententia lata contra eam indefen
sam sit nulla: vt *l. 1. C. de iure Reipu. li. 11.* & habes
25 ibi plenã *glo.* an † aliæ ciuitates gaudeant priui-
legio vrbis Romæ, & de alijs priuilegijs vide ibi.
26 Item nota, † quod Respublica obtinet vicẽ po-
27 puli: *C. ex qui. caus. ma. l. Respubli. ca.* in *glos.* Et † pu-
blicum sumitur quandoq. pro iure Romanorum
tantũ, quandoq. pro iure aliarũ ciuitatum tantũ,
quandoq. pro vtroq. *C. de sacrosanct. Eccles. l. vt in-*
28 *ter diminũ. glo. 2.* Et Respub. † etiã, & ciuitas gau-
dẽt eodẽ priuilegio: *C. de sacrosanct. Eccles. l. illud.*
29 & *l. si.* ¶ Item nota, † quod Respub. & fiscus idem
sunt: vt dicit *glo. C. de iudi. l. properandũ. in vers. su-*
per iur. nota illam *glos.* Sed *Butrius* dicit ibi, quod
illud verũ erat ante trãslationẽ. Sed hodie fiscus
est separatus, quia sumitur pro fisco Imperij, &
Respub. habet fiscum de persi: dicit tamen quod
illa Reipub. obtinent priuilegia. Sed differentia
colligi potest inter Rempublicã, & fiscum: quia
Respublica Romanorũ est vniuersalis, cõprehendens om-
ne publicũ Romanorũ, quod in alijs ciuitatibus repræsentatur. Sed fiscus est fiscus pri-
uatus ipsorum Romanorum, & ciuitatis Romæ:
vide *Cinũ* in *l. Respub.* circa prin. *C. ex qui. cau. ma.*
Vbi etiã assignat aliam differentiam, quia fiscus
sumitur pro bonis Imperij, Respub. pro bonis
ciuitatis, & allegat, quia rubricæ sunt diuersæ, in
Rubri. de iure fisci. l. 10. & *de iure Reipub. l. 11.* habẽt
tamen eadẽ priuilegia vbi est eadẽ ratio, ibi *Ci-*
nus. Sequitur in textu, ibi, *Gubernatoris seu procura-*
30 *toris.* olim † solum vocabantur procuratores ge-
nerales, & hoc nomen Gubernatoris erat in Ca-
thalonia incognitum. Sed quia nomen procurato
ris est nimium generale, & forte non cõprehen-
dit mandatum iurisdictionis exercendæ, nisi ex-
primatur in mandato, congruentius fuit, vt dice-
31 retur Gubernator, quia hoc verbũ † *Gubernator,*
in se comprehendit iurisdictionem, & actum iu-
risdictionalẽ: textus est in *l. 2. ff. de orig. iuris.* ibi, *a*
regibus gubernentur. adde quæ dixi supra in *curia*
Cernaria. in alleg. *c. præterea, quia per reseruationes.*

32 Sequitur in tex. *generalis.* dic † quod iste procu-
rator generalis, siue Gubernator, est maior post
Regem, & æquiparatur præfecto prætorio, quia
33 ab † eius sententia nõ appellatur, sed supplica-
tur. vt *ff. de offi. præfecti præto. l. vnica. §. his cunabulis.*
& *C. de sententijs præfectorũ prætorio. l. vna.* Et ideo
34 tale † officium non consueuit dari, nisi primoge-
nito, vel ei qui succellur⁹ credatur in Regno post
Principẽ, & iste est quidam Vicerex, vel Locũ-
tenens personæ domini Regis. Et constituit suos
vicesgerentes Gubernatoris, vel dominus Rex
ponit ipsos vicesgerentes, vel regentes officium
Gubernatoris. & isti vicesgerentes, vel regentes
in Principatu Cathaloniæ æquiparantur præsidi-
bus Prouinciarũ, & sunt adinstar proconsulum,
vt dixi in allegat. *c. præterea, quia.* vide & repete
35 hic quæ ibi dixi. Et nota, † quod vicesgerẽs di-
citur ille, qui à superiore in locum mortui absen
tis, vel impediti ponitur, & ideo est ordinarius,
non delegatus. & potest omnimodã iurisdictionẽ
exercere, sicut poterat ille cui surrogatur: vt *C. de*
offi. eius qui vicẽ alterius gerit. l. suggerente. Et isti vi-
36 cesgerentes, vel regentes, quocumq. nomine nũ
cupentur, vt puta, quod dicantur generales Gu-
bernatores Cathaloniæ, sicut hodie se nuncupãt,
non tamen possunt facere locũtenentem, vt hic
vides, nisi quando proficiscuntur extra Principatũ.
Et nota textũ in hoc, quod dicit, *quocũq. nomine nũ*
cupentur, quia per hoc videtur hic casus pro mea
opinione, quam dixi supra *colla. 5.* in *curia Mon-*
tisalbi. c. 13. Item statuimus, & ordinamus, vt omnis su-
spicionis, &c. in quæstione, quam ibi posui, an no-
37 mine † regentis possit poni domicilliatus in sua
Vicaria: & dixi, quod non, etiã quocũq. nomine
38 nuncupentur, quia † lex nõ est imposita verbis,
sed rebus: vt *l. 2. C. cõmunia de legatis.* & fieret fraus
legi de nomine, quod fieri non debet: vt ibi dixi,
quia bona denominatio nõ tollit peccatũ. vt *ex-*
39 *tra. de sim. c. eaq.* & ibi *glo.* notat, † quod bona de-
nominatio nõ tollit malũ, & verba debẽt intel-
ligi cũ effectu, & bona ratione recti sensus: *extr. de*
cleri. non resi. c. relatũ. Sequitur in textu ibi, *consti-*
40 *tuere.* Dic, idest, substituere: quia † ipsi sunt iam
ab alio cõstituti; & censetur datus à generali Gu
bernatore, cuius vices gerit, vel cuius officiũ re-
git. & sic est quidã substitutus, qui nõ potest aliũ
substituere. Sed tamẽ hic alia est ratio huius pro-
hibitionis, ne sint duo exercẽtes insimul officiũ,
& ita prohibentur facere locũtenentem ipsis
existentibus infra Cathaloniã. Secus ergo quando
proficiscuntur extra, vt dixi: & probatur hic argu
mento sumpto à contrario sensu: *extra. de ijs quæ*
fiunt à Prælatis sine consensu Cap. c. cũ Apostolica. Sed
41 nota, † quod proconsul est præses qui regit pro-
42 uinciã sibi decretã, sed dicitur † procõsul, quia
ex consulibus eligebatur, & mittebatur ad regẽ-
dum prouinciam remotam: *ff. de offi. proconsul. l. 1.*
43 in *glo.* Item nota, † quod præsidis appellatio-
ne comprehenditur omnis habens imperium:
glos. in *l. 2. C. de peda. iudi.* Item comprehenditur
quilibet.

Digitized by Google

quilibet regens Prouinciam. Et eſt nomen generale: *ff. de offi. præſt. l.* 1. & hoc quando additur genus, ſcilicet, Prouinciæ: quandoque ponitur ſimpliciter, & intelligitur de quolibet qui præeſt: & eſt generaliſsimum nomen, ſecundum *gloſ.* ibi.

44 Sic † nomen præpoſiti eſt generale ad omnes qui præſunt, vt dicitur *extra. de verbo. ſign. cap. quamuis.*

45 Vlterius nota, † quod iſte dominus Gubernator non poteſt extra Viceariam & Baiuliam extrahere proceſſus: vt ſupra in *curia Cernariæ. c. prætérea, quia per reſeruationes.* Nec † poteſt ſententias diffinitiuas, nec interloquutorias tormentorũ proferre ſine aſſeſſore: vt infra *colla.* 8. in *curia Regis Martini. cap. Item com poch valdria*, &c. vide

47 ibi an, † & quando teneatur appellationi deferre, & cauſam appellationis ipſius cõmittere.

De venatione perdicum, & prohibita occiſione ouium, & agnorum. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio prohibens venationẽ perdicũ eſt obſeruanda.*
2 *Ioannes Secundus fecit aliam prohibitionem venationis perdicum.*

1 DEnique *conſtitutionem editam*, &c. Caſus. Præcipitur obſeruari † conſtitutionem prohibentem venari perdices iuxta illius ſeriem, & tenorem. Hoc dicit. Et eſt illa conſtitutio ſupra *colla.* 5. in *curia Monteſalbi. cap.* 33. *Item, quod intra decẽ annos*, &c. in qua prohibebãtur occidi oues, niſi excellerint quatuor annos, & agnos, cauſa vendendi. Item ibi etiam prohibebantur venari certo tempore, niſi cũ auibus: vide ibi latius. Sed aduerte, quod illa conſtitutio fuit tẽporalis, duratura dumtaxat per triennĩ: & quia hic ſolum præcipitur illam obſeruari iuxta illius ſeriem, & tenorem, credo, quod ſimiliter iſta fuerit temporalis, ſcilicet, per alios decem annos tantum; & ſic iam hodie non tenet, nec habent locum ipſæ prohibitiones, & pœnæ. Et quia modici fructus hæc ſunt, non oportet amplius membranas ſuper iſto capitulo occupare: vt dicit *Ioan. An. in proœmio. Cle.* Verumtamen officiales ſæpius faciũt præconizari prohibitionem venandi perdices propter ambitionem pœnarum. Poſtea per Re-

2 gem † Ioannem Secundum fuit facta alia conſtitutio, per quam prohibetur venatio perdicum, & fuit præceptum celebrari feſtũ ſancti Georgij, & prohibitum portari caudas in gramaſijs lugubribus. Sed non curaui de illis, quia ſunt modicæ vtilitatis, & nil ſeruatur, niſi de dicto feſto.

De faronibus tẽpore guerrę faciẽdis. C. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *De faronibus tempore guerra faciendis iam fuit tractatum alias.*

1 VLterius *ordinamus, quod Faroni ſiue Fars durante guerra*, &c. Hanc, † vel ſimilem de verbo ad verbũ habes ſupra in *curia Cernariæ.* vide quæ ibi dixi, & non oportet repetere hic, nec membranas occupare, vt dixi ſupra *cap. proxi.* Item tempore guerræ contra Regem Ioannem non fuit ſeruatum, quod dicitur de faronibus.

De aſſeſſoribus, & inquiſitoribus cauſarum criminalium curiarum Vicarij, & Baiuli Barcinonæ, & de ſalarijs eorundem. Cap. XXXIX.

1 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ in criminalibus habet aſſeſſores ſalariatos de Regijs emolumentis, & ſunt ad beneplacitum Regis: & iſti aſſeſſores tenentur aſſecurare tabulam. idem nu.* 71. & 72.
2 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ in ciuilibus non habent aſſeſſores; ſecus eſt in ciuitate Gerundæ.*
3 *Curia quælibet ſuos habet ſtylos: & vnaquæque terra in ſuo ſenſu abundat.*
4 *Aſſeſſor debet eſſe aſſiduoſus, & diligens. idem nu.* 43.
5 *Aſſeſſor habet officium iudicandi quid ſit de iure.*
6 *Aſſeſſor non debet nominari in ſententia tanquam iudicans, ſed tanquam conſulens.*
7 *Cancellarius non eſt iudex in propria perſona, ſed eſt quaſi aſſeſſor Regis.*
8 *Aſſeſſor poteſt repellere aduocatos inhabiles, & ſupplere de iure in allegationibus.*
9 *Aſſeſſor poteſt ex officio repellere libellos male cõceptos.*
10 *Libelli quando ſint male concepti, traditur.*
11 *Aſſeſſor decretũ nõ poteſt interponere in alienationibus.*
12 *Ordinarius poteſt habere aſſeſſorem, ſed non delegatus inferioris: delegatus vero Papæ an poſſit, traditur.*
13 *Ordinarius poteſt eligere ſibi aſſeſſorem.*
14 *Aſſeſſoris officium ad obtinendum an quis compelli poſſit, traditur.*
15 *Aſſeſſor non poteſt eſſe in Prouincia, de qua eſt originarius.*
16 *Aſſeſſor conſiliarius appellatur.*
17 *Aſſeſſor eſſe non poteſt aduocatus de iure in auditorio, in quo reſidet.*
18 *Aduocatus non poteſt eſſe aſſeſſor in cauſa, quam patrocinatur.*
19 *Aſſeſſor duorum officialium quis eſſe non poteſt.*
20 *In criminalibus probationes requiruntur luce meridiana clariores.*
21 *Ex indicijs, & præſumptionibus in criminalibus quis non eſt damnandus.*
22 *Ad torturam eſt deueniendum propter difficultatem probationis in ſecretis delictis, & tractatibus.*
23 *Præſumptio vrgens ſufficit aliquando ad condemnationem in criminalibus, ſed ex ſententia auctoris talis præſumptio ſeruiret pro torquendo reum. num.* 24. *declaratur nu.* 25.
26 *Præſumptio iuris eſt rei dubiæ rationabilis coniectura lege approbata ad ſtatuendum aliquid.*
27 *Præſumi pro ſententia dicitur reſpectu partis, non indicis.*
28 *Præſumitur contra dominum domus, ante quam homo mortuus reperitur.*
29 *Periculum maius vbi vertitur, cautius in rebus eſt agendum.*
30 *Reipublicæ intereſt, ne crimina impunita remaneant.*
31 *Reſpublica quot modis ſumatur, remiſſiue.*
32 *Iuſtitiam nimium dilatari intereſt.*
33 *Indicis malitia præſumitur, quando nimium procraſtinat.*
34 *Oppreſsis iniuſte eſt ſuccurrendum.*

35 *Carceris pœna quis non debet affligi. & ratio traditur.*
36 *Restitutio damnorum prius facienda est, quam curia aliquid recipiat.*
37 *Dilatio nimia est nonerca iustitiæ.*
38 *Causæ criminales intra biennium finiri debent.*
39 *Iudices, vt non faciant iustitiam, impediri non possunt.*
40 *Executio condemnati aliquando debet retardari.*
41 *Pœna vnius est multorum metus.*
42 *Venia facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*
44 Continue, *verbum est ciuiliter intelligendum.*
45 *Inquisitio generalis contra aliquem est prohibita. Fallit vt hic.*
46 *Salarium maius datur doctori, quam non doctori in casu* huius capituli.
47 *Assessores assumi debent præmio, & spe salarij.*
48 *Salarij distributio non fit æqualiter.*
49 *In constituendo salario aduocatorum attenditur scientia, & facundia.*
50 *Nō gradus elegantior, sed vita melioris actio laudatur.*
51 *Assessor de iure communi habet salarium de publico.*
52 *Ad infirmitatis impensas quis teneatur. remissiue.*
53 *Remotus ab officio propter baratariam non debet habere salarium.*
54 *Potestate mortuo assessor pro residuo temporis, quo stat in officio, an debeat habere salarium ab hæredibus potestatis, traditur.*
55 *Salarium de iure communi quando, & quale exigendum. remissiue.*
56 *Iudex de iure communi regulariter non potest recipere salarium à priuatis, sed à publico.*
57 *Salaria recipi à publico regulariter prohibetur, nisi cōcedantur à Principe.*
58 *Præses, & assessor habent salarium de publico.*
59 *Salarium an repetendum ab aduocato mortuo, dato libello, si dictum salarium fuerat sibi datum pro certo tempore, vel pro certa aduocatione, traditur.*
60 *Labor, & pecunia diuisionem recipiunt.*
61 *Cautio vbi dari debet, requiritur fideiussoria: & an sufficiat iuratoria, traditur nu. 62.*
63 *Ad officium quis non debet admitti, nisi assecuret prius cum fideiussoribus ad cognitionem proborum hominum ciuitatis, vel locorum.*
64 *Iudices tabulæ sæpius pro pecunijs absoluunt condemnandos, & condemnant innocentes.*
65 *Officiales habentes salarium ordinarium recipere nequeunt auerias.*
66 *Assessores debent esse contenti suis salarijs, & à partibus nihil recipere debent.*
67 *Concussionis pœna qua. remissiue.*
68 *Sententia lata per Vicarium ignorantem eius assessorem pecunias pro tali sententia recepisse; venalis ne sit, traditur.*
69 *Pœna suos debet tenere auctores.*
70 *Sententia lata de consilio assessoris excommunicati est nulla.*
73 *Assessor Gubernatoris non tenetur assecurare tabulam.*
74 *Beneplacitum Regis non moritur, & semper durat, nisi renocetur ab eius successore.*
75 *Petens consilium periti, an teneatur eius expensas soluere, traditur.*

Licet Vicarius, & Baiulus Barcinonæ, &c. Casus. 1
Vicarius, † & Baiulus Barcino. nullum habent certum assessorem ordinarium, nisi in causis criminalibus, super quibus deputantur inquisitores salariati de Regijs emolumentis, & sunt triennales ipsi assessores siue inquisitores, & astringuntur assecurare, & tenere tabulam sicut alij assessores Cathaloniæ, & hæc fuit duratura por triennium, & vlterius ad domini Regis beneplacitum, non obstante constitutione, de qua in ista mentio habetur. Hoc dicit. ¶ Licet ego ignorem practicam, stylum, & obseruantiam curiarum Vicarij & Baiuli Barcino. tamen, quia hæc constitutio notabilis est, & materiam vtilem continet; insistam a iquantulum super ea, & legam per partes. Diuido eam sic. Primo decernuntur dicti assessores siue inquisitores, videlicet duo; ita quod vnus habeat esse doctor, vel licentiatus, & alius de alijs iurisperitis dictæ ciuitatis Barcino. vsque ad §. *Et habeant pro eorum salarijs*, &c. ibi est secunda pars. In qua prouidetur dictis assessoribus siue inquisitoribus de salarijs, vsque ibi, *Et antequam viantur*, &c. Hic est tertia pars, in qua dicti assessores siue inquisitores astringuntur assecurare de tenendo tabulam, sicut & alij assessores Cathaloniæ: vsque ibi, *Et hanc constitutionem.* Hic est quarta pars, in qua ponit tempus durationis præsentis constitutionis, vsque ibi, *Et hæc sic fieri.* Hic est quinta pars & vltima, in qua aliquantulum corrigit, vel remouet obstaculum cuiusdam constitutionis, quæ est supra *colla. 4. in 1. curia Barcino. cap. Item, quod aliquis iudex.* vbi prohibentur iudices exigere salarium pro inquisitionibus faciendis, & alijs negotijs
2 criminalibus. Ex prima parte nota, † quod Vicarius & Baiulus Barcino. in ciuilibus non habent ordinariorum iudices, nec assessores, secus
3 est in curia Gerundæ, & sic † quælibet curia suos habet ritus, & stylos, & vnaquæque terra in suo sensu abundat: *extra de sepulturis. cap. certificari.* & *de offcio assessorum.* vide & adde quæ scripsi supra *colla. 4. in curia Gerunda. cap. 28. Item statuimus, & etiam ordinamus*, &c. vbi agitur de assessore Villæ Franchæ, & supra *colla. 5. curia Mōtisalbi c. 19. Item volumus, & perpetuo ordinamus.* & *cap. 12. Item*
4 *vt frandibus*; &c. cum suis concor. ¶ Item † nota, quod assessor debet esse vir assiduosus: *ff. de offi. asse. l. 1.* ¶ Item nota, † quod assessor habet solum
5 officium iudicandi quid iuris sit de ijs quæ fiunt
6 coram suo superiore, & sic † de iure non deberet assessor nominari in sententia tanquam iudicās, quia iudex non est in sententijs, quæ proferuntur per potestatem, sed tanquam consulens, vel deliberans, & sic sententiatur *ff. de offi. asse. l. 1.* vide ibi *Bart.* Idē est de Vicecancellario, & huiusmodi, quia debet dicere in sentētia: Dns Rex sententiat & condemnat, & non Vicecancellarius,
7 quia † Vicecancellarius, non est iudex in propria persona, sed est quasi assessor Regis; vnde nō debet in sua, sed domini Regis persona prouisio-

nes

nes facere,& dicere:Dominus Rex mãdat,Dominus Rex facit,& reuocat. Et iſta bene ſciunt notarij diſcreti,qui ſcribũt:Dominus Rex mãdat mihi ex prouiſione Vicecancellarij, & non ſcribunt, quod Vicecancellarius mandauerit, quia ipſe iudex non eſt, ſed deliberans, & iuſta
8 concipit in perſonam domini Regis. ¶ Itẽ † aſſeſſor poteſt aduocatos inhabiles repellere, & poteſt ſupplere de iure in allegationibus. & poteſt interrogare ad veritatem iuris adinuenien-
9 dam,ibidem. ¶ Item † poteſt aſſeſſor ex officio ſuo repellere libellos male conceptos.*eod.l.* Et
10 dicuntur † male concepti quando notorie continent illicitum:vt *C.vt nemo prima. l. fi.* vel quia nullatenus concludit. Sed ex eo euidenter appareret de non iure agentis,ſecundum *Innoc. extra.de offic.Vicarij,cap. ad audientiam.*adde quæ ſcripſi ſupra in *curia Perpiniani,cap.quia ſæpe contingit.* quæ non prohibet quin iudex ex officio repellat li-
11 bellos ineptos,& male conceptos.Non † tamen poteſt aſſeſſor aliqua decreta interponere in alienationibus,vel auctoritatem præſtare,ſed debet conſulere: vide *glo.eod. l.* quod nota bene.
12 ¶ Item † nota,quod ordinarius iudex poteſt habere aſſeſſorem, ſed non delegatus inferioris: Delegatus vero Papæ vel Principis poteſt habere,ſi eſt ſalariatus expenſis proprijs: alias expenſis partium,ſecundum *Guil.*in dicta *l.1. ff. de offic. aſſ. ff.* Sed in delegato Papæ ſerua §. *aſſeſſorem* in *capitulum extra.de reſcriptis lib.6.* ¶ Item
13 nota, † quod poteſt ordinarius ſibi eligere aſſeſſorem, & electio dependet ab eius poteſtate; licet quidam dicant, quod à poteſtate principis hoc dependeat,moti per *l.vetus. C. de aſſeſſo.* Sed ibi loquitur de Cancellarijs,vt *eod.tit. l. conſiliarios.*Ad hoc quod poſsit,eſt *l.1.*& *l.liceat. C. eod. tit.* tex.expreſſus in *auth. de mand.prin.* §. *feſtinabit.*
14 *Guill. ff.de offic. aſſeſ. l.* 1. ¶ Sed † an quis poſsit compelli ad officium aſſeſſoris? *Gui.* tenet quod ſic,*C.eod.tit.l.ſtatuimus.*Secus tamen eſt in Cathalonia,vbi aſſeſſores ſunt aſtricti ad tabulã; quod
15 eſt verum de ordinarijs. Sed † in prouincia de qua quis eſt,non poteſt aſsidere.*ff.de offic.aſſ.f. l.ſi*
16 *eadem.*Item † nota,quod aſſeſſor appellatur cõſiliarius.*ff.de offic. aſſ f. l. conſiliarys.* Sic Vicecancellarius & Regens Cancellariam,ſunt conſiliarij domini Regis,& in perſonam ipſius Regis ge-
17 ſta concipiunt: vt dixi ſuperius. Item † nota, quod aſſeſſor non poteſt eſſe aduocatus de iure in auditorio,in quo reſidet; ſecus in alio etiam in eadem ciuitate olim. Hodie tamen non credo,quod poſsit conſulere,vt dicta *l.conſiliarij*,ſe-
18 cundum *Anto. de Butrio.* Item † aduocatus non poteſt eſſe aſſeſſor in cauſa:vide in *l.ſi. ff. de offic. aſſeſ.*nec iudex,nec tanquam Vicarius, vel alias præſidere in cauſa,de qua fuit aduocatus:vt *ff.de iuriſdict.omnium iud.l.prætor.*Et eſt ratio,quia affectione iuræ aduocationis memor,incorrupti iudicis non poſſet nomen perferre. *C.de aſſeſſ. l. ne-*
19 *mo.*Item † quis non poteſt eſſe aſſeſſor duorum officialium:*l.ſi.C.de aſſeſſ.* ¶ Sequitur in tex.*cauſa*
20 *præſertim criminales.*ſubintellige, in † quibus requiruntur probationes luce meridiana clariores:
21 vt *C.de proba. l. ſciant.* non † enim ex ſolis iudicijs & præſumptionibus poteſt damnari quis in criminali, ſecundum quod notat latius *Albertus de Cremona in ſuo tractatu maleficiorum.tit. ſeu rubr. de præſumptionibus,& indubitatis indicijs quæ cõdemnationes ſequi poſſunt.*circa fin.in *verſi. Ex dictis vero indicijs tribus proxime dictis,* licet *Thomas de Piperatis* contrarium dixerit in *ſuo tractatu de quæſtionibus,& tormentis.in rub.quæ dicuntur indicia indubitata.*§.*Eſt videre aliud exemplum de indicijs ſiue præſumptionibus indubitatis.*vide & adde quæ leguntur & notantur infra *colla.8.cap.volentis,*ſuper
22 verbo *probatum,*& vbi agitur de indicijs.Nota † tamen,quod in ſecretis delictis,& tractatibus,& conſilijs propter probationis difficultatem,prẽuenietur ad torturam, & quandoque ad condẽnationem ex ſolis indicijs; ſi ſunt ita certa quod vix negare ſufficiat,ſecundum *Dinum* & *Bal.* qui ita notat in *l.quicumque.C.de ſeruis fugi.* Verumtamen notat *Iaco.Butri.* in dicta *l. ſciant.* in *Spica Butrionis.* in verbo *præſumptio in tantum poteſt eſſe*
23 *clara.*&c. quod † præſumptio poteſt in tantum eſſe manifeſta,quod ſufficiat etiam in criminalibus ad condemnationem. Et exemplificat illud indicium, vt ſi cum gladio ſanguinolento vides aliquem fugere, & poſtea ibi relictus eſt gladio
24 interfectus,ſecundum *Anto.de Butrio.*Et † ego in criminali pro talibus indicijs & præſumptionibus indubitatis potius conſulerem illum delatũ fore torquendum, vt ſic ab eius ore habita confeſsione poſſet diffinitiue condemnari. Sed † ſi
25 forſan eſſet miles,vel alia perſona, quæ non poteſt torqueri;in tali caſu credo,quod poſſet legitime condemnari: & hoc caſu procedit opinio *Thomæ de Piperatis.*& *Iaco.Butrij.* Sed opinionem *Thomæ* ſequitur *Gui. de Cug.* & *Cinus,*& *Bal.* & communiter omnes. pro quibus eſt text.in dicta *l. ſciant.*ad idem *extra.de homicidio.cap.probumani. lib.6.*& *de verb.ſign.cap.forus.*in antiquis.intellige
26 tamen,ſecundum *Bal.* in alleg.*l.quicumq.* ¶ Et † eſt præſumptio rei dubiæ rationabilis coniectura lege approbata ad aliquid ſtatuendum;& hæc eſt præſumptio iuris,ſecundum *Bal.*in *l.filium.ff.*
27 *de his qui ſui, vel alieni iuris ſunt.* Item † nota,quod illud quod dicitur præſumi pro ſententia,eſt verum quoad partem,non quoad iudicem; qui tulit ſi conueniatur in tabula, vel ſyndicatu: vide text.ſingularem *C.de diſſenſo.l.1.lib.10.* Item no-
28 ta, † quod ſi reperitur homo mortuus ante domum alicuius,præſumitur contra eum, ſecundũ *Bar.ff.de via publica.* in *l.edi.* ¶ Sequitur in text.
29 ibi,† *in quibus maius periculum vertitur.* ſubaudi, & ideo eſt cautius in eis agendum: vt *extra. de elec.cap.vbi maius.lib.6.* vertitur enim periculum vitæ,& membrorum, ac famæ,quæ ſunt præferẽda cunctis diuitijs & pecunijs:arg.*extra.de pæ.& re.cap.cum infirmitas.* & *ff. de his qui notãtur infa. l.*

quid

Digitized by Google

quid ergo.§.pœna grauior. Facit quod scripsi supra *colla.4.in 3.curia Barcino. cap.7. Item ordinamus de consilio.in verſ.Sed de condemnatione.* & idcirco in ijs criminalibus requiruntur.¶ Sequitur in tex.

30 *ac Reipublicæ intereſſe.* interest † enim Reipublicæ ne crimina remaneant impunita: vt *ff. ad l.*

31 *Aquil. l.ita vulneratus.* & quot † modis sumatur Respublica,vide quæ scripsi supra *cap. prouidentes,* super verbo *Reipublicæ.* Item † interest ne iustitia nimium dilatetur, vt hic littera subijcit. Facit *C.de custo.reorum.l.de ijs quos,* ibi, *aut conuictos velox pœna subducat; aut liberandos custodia diuturna non maceret.* Ad idem *extra. de re iudi. cap. iur-*

33 *gantium,* ibi, *celeri sententia,* &c. præsumitur † enim malitia iudicis, quando nimium procrastinat, secundum *Anto.de Butrio extra.de testibus.cap.cum*

34 *clamor.* Ex † quo nota, quod succurrendum est iniuste oppressis: vt in *vsat. Alium namque.* & 23.

35 *q.5.cap.Regum.* Item † nota, quem pœna carceris non debere affligi. quia carcer de iure ciuili non debet esse ad pœnam,sed ad custodiam, *C. de custo.reorum.l.1.* & *l.de ijs.* Secus est de iure canonico: vt *extra.de pœnis. cap. quamuis carcer. lib. 6.* Et forte idē de iure vsaticorū Barcinonæ: vt in *vsat. Quia iustitiam facere,* ibi, *tenere captas in carcere longo tempore,* vide ibi, & adde quæ notantur decaptione & effractione carceris in *vsat. Captus à curia, & missus in castro.* & intra *colla.10.cap.la superfluitat.*¶ Sequitur in text. ibi, *& differtur restitutio*

36 *partis.* subintelligę, quæ † restitutio facienda est de rebus abreptis,damnis datis,& iniurijs illatis, per malefactores & criminosos, & seruatur curiā de bonis ipsorum malefactorum, ante quam curia aliquid inde recipere possit: vt supra *coll. 4. in 1. curia Barcinona cap. 9. Item nos officiales nostri non recipiamus,* & supra *eod. cap. Nos & primogenitus.* vide quæ ibi dixi, & in ijs concor. Iusti-

37 tia † enim expediri vult, quia nouerca iustitiæ est nimia dilatio. super quo dic vt legitur, & notatur in *cap.iurgantium.extra.de re iudi.* & ibi no cau-

38 sæ † criminales debent intra biennium finiri: vt intra *colla.10.in curia domina Maria.cap. a remouere.* & *C. de iudi.l.properandum.* & *C. vt infra certum tempus crim. quæstio finiatur.l.vlt.* & per totum. & 39 non † possunt iudices quo minus faciant iustitiam impediri: vt intra *coll.8. cap. Item senyor quels cane.* nisi per duos menses in criminali iuxta constitutionem intra *colla.10.cap.prouenim y ordenam.*¶ Sequitur in text. ibi, *& sequuntur plurima alia mala.* Subaudi vade bona est lex, quæ cum hoc prohibet,omnia mala prohibet: vt *extra. de consti. cap. nam concupiscentiam.* & dicuntur mala propter malum exemplum impunitatis,nam criminosos debet velox sententia à carcere ejice-

40 re: vt dicta *l.de ijs C.de custo.reorū.* Quandoq, † tamen retardari debet executio condemnati: vt in

41 *cap.cum apud. 11.q.3.* Pœna † enim vnius multorum est metus: vt *l.1.C.ad l.Iul.repetun.* quia cum interficitur impius,Christus infunditur: vt *15. q. 1. cap.nec is.* hoc est, gratia Christi infunditur in omnibus ijs, qui metu pœnæ impij, se à malo abstinent, & virtutes operantur: vt *32.q.1.cap.*

42 *cum renunciatur.* Alias † enim facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, *cap. vt clericorum mores.extra.de vita & ho.cleri.*¶ Sequitur in text. ibi, *qui duo assessores continuè habeant intendere in in-*

43 *quisitoribus,* &c. Nota † ergo,quod assessores debent esse assidui,& diligentes, vt dictum est supra,& quod dicit, *cōtinuè,* intellige hoc ciuiliter, scilicet noctis congruis. & diebus cōsuetis,debitis

44 & oportunis, nam † verbum, *continuè,* est ciuiliter intelligēdum, vt in *proœmio Decretalium,* & in *cap.nunquam de constit.mi.* Facit supra *eod.colla.cap.*

45 *iudices tabula.§.mandantes.* Et † nota,quod de iure prohibita est inquisitio generalis contra aliquem,nisi in casibus notatis per *glo.* in *l.2.§.Si publico. ff. de adulteris.*¶ Sequitur §. *Et habeant pro eorum salarijs,* &c. Hic est secunda pars,in qua dictis inquisitoribus taxatur salarium,videlicet doctori, vel licentiato quinquaginta libræ,& alij iurisperito quadraginta libræ monetæ Barchinonæ,de termo annuatim, quæ salaria habeant solui per Vicarium & Baiulum de emolumentis officiorum suorum per tres tercias anni cuiuslibet, de quibus habet soluere Vicarius sexaginta quinque libras, & Baiulus viginti quinq. libras. Et de soluendis modo prædicto ipsis salarijs præstant dicti Vicarius, & Baiulus securitatem in principio sui officij: vterque antequam vtatur, de quibus salarijs dicti assessores habent esse cōtenti, nec possunt, nec debent auerias,nec aliquid amplius à partibus recipere. Hoc dicit, vs-

46 que ad §. *Et antequam.*¶ Et nota, † quod maius salarium hic datur doctori vel licentiato, quam alij iurisperito: & est ratio, quia is gradus cæteros antecellit,quem labor prolixus,& stipendia longiora fecerit anteire. vt *l.nemo. C. de offi. magistri officiorum.* & *extra.de maio. & obe.cap.statuimus. & extra.de præben.cap.de multa.§.circa sublimes. &*

47 *litteratas personas.* vbi de hoc. Item † nota hic, quod præmio, & spe salarij assumi debent assessores: sic *C.de assess.l.1.* licet possint cogi,secundū

48 *Gui.* & dixi supra. Item † nota,quod salarij distributio non fit æqualiter, quia dixit *Angu.* in sua regula: *Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valent omnes, & differentia est inter artifices. ff. de*

49 *solut. l. inter artifices,* & in † constituendo salario aduocatorum attenditur scientia, & facundia,quæ præsumuntur magis vigere in doctoribus,& licentiatis,quam in alijs,licet quandoque

50 sit secus: quia † non gradus elegantior,sed vitæ melioris actio comprobatur: vt in *cap.sicut excellentia.23.q.4.* quia non Hierosolymis fuisse, sed ibi bene fecisse laudandū est. *12.q.2.c.gloria Epi-*

51 *scopi. verſ. Socrates.* Et de iure † communi quod assessor habeat salarium de publico, vide *glos.* & *Gui.* in *i. minutes. ff. ex qui. cauſ. ma.*¶ Sed quis te-

52 neatur † ad impensas infirmitatis, vide *Bar. ff. de*

52 *vsufr. l.sicut impendia.*¶ Nota tamen,† quod qui propter barateriam remouetur ab officio, non debet

Digitized by Google

.debet habere ſalarium,quod dic late per *Bar.* in *l.Mœnia.ff.de annuis legatis.* ¶ Vlterius nota,quod
54 mortuo † poteſtate,aſſeſſor pro reſiduo temporis,quo ſtat in officio, debet habere ſalarium ab hæredibus poteſtatis,ſi officium eſt vltra annũ, pro reſiduo anni,niſi ipſe interim ſe locauerit cũ alio,vel locari potuerit,ſecundum *gl.f.* Si autem poteſtas eſt remotus ab officio, & propter culpam aſſeſſoris,non debet habere ſalarium.Si propter culpam poteſtatis, & hoc conſtat, etiam ſi cum alio ſe locauerit, vel locare potuerit,debet habere ſalarium;ſi eſt dubium pręſumitur poteſtas remotus ob culpam aſſeſſoris, ideo non debet habere ſalarium.*ff.de offic. aſſeſſ. l. diem functo.*
55 Item † an,& quando,& quale ſalarium de iure communi poſsit & debeat exigi,vide *C. de litis conteſtatione,* in *authen.offeratur.* per *Gui.de Cug. glo.* & *Cinum.* vide & adde, quæ dixi ſupra *ead. cap. quia in ſententijs.* & in concor. & dicam in *cap. los ſalaris. in curia domini Ferdinandi. collat. 9.* Item
56 nota,† quod iudex de iure communi non poteſt regulariter recipere ſalarium à priuatis,ſed à publico:ſic in *authen.vt differen.iudi.§.ſi.* ¶ Item etiã
57 regulariter † ſalaria prohibita ſunt à publico, niſi à principe concedantur:vt *l. 1. C. de præben.*
58 *ſalario.lib.* 10.Item nota, † quod præſes & aſſeſſor habent ſalarium de publico,vt in dicta *l. diẽ functo.* & *ff.de varijs & extraor.cog.l. 1.§.honorarijs.*
59 Sed quid † de aduocato, cui datum eſt ſalarium pro certo tempore, vel pro certa aduocatione; & moritur dato libello,an poſsit repeti ſalariũ? Dic quod poteſt repeti, ſecundum *Gui.* in dicta
60 *l.diem functo,* & eſt ratio,† quia labor & pecunia diuiſionem recipiunt,vt dixi in alleg.*cap.quia in ſententijs.* ſupra *ead.* ¶ Sequitur in text.ibi,*aſſecurare.* dic ſcilicet dando idoneos fideiuſſores, nec forte ſufficeret dare pignora in hoc caſu, vt *l. prætoria.ff.de prætorijs ſtipula.* notat *Bart.ff.de conſti. pecu.l.ſi antẽ.* vide & adde, quæ ſcripſi ſupra *coll. 4.in curia Illerden.cap.* 17. *Item ſtatuimus, volumus,*
61 *& concedimus,* &c.quia † vbi à iure habet dari ſecuritas, non dicitur quis ſecurus, niſi datis idoneis fideiuſſoribus.vt notat *glo.in authen.offeratur,* prælleg.Et per hoc dico,quod in caſu dicti *cap.* 17.*curiæ Illerden.* habet præſtari ſecuritas & cautio idonea pro expenſis, quod debent dari fide-
62 iuſſores idonei,nec † ſufficeret dare pignora:& credo quod minus ſufficeret iuratoria cautio in hoc caſu,ex quo in ipſa conſtitutione de iuratoria non eſt dictum, & vult, quod vtraque pars oneretur tali ſecuritate, alias quod petitio non admittatur,ſed data repellatur,& ſic fuit ſpeciale in illo caſu,quia dominus Rex aliter non voluit conſtringere ſuos officiales ad tabulam,niſi pro illis, qui talem ſecuritatem pro expenſis darent vt ſic inter eos æqualitas obſeruetur, quia
63 nec † aliquis admittitur ad officium, niſi prius aſſecuret cum fideiuſſoribus ad cognitionẽ proborum hominum ciuitatis, vel locorum, iuxta *cap.1.curiæ primæ Barcinonæ Regis Iacobi II.* ſupra *colla.4.* & aliter interpretari dictam conſtitutionem Illerdæ non eſt tutum, quia vbi eſt dubium conſtitutionis,ſuper eius interpretatione eſt data certa forma, quam habes in *curia Gerundæ.* in *cap. 10. Item ſtatuimus, quod capitulum factum per nos,* &c.vide ibi.Vnde conſulerem,quod haberetur declaratio,vel interpretatio regia, antequã contrarium pronunciaretur: licet quidam de facto admiſerint querelantes cum iuratoria cautione, & cum ſubcubuerint, & fecerint vexari officiales laboribus, & expenſis maximis, non poſſunt aliquid recuperare. & querelans eſt ſatiatus ex quo potuit damnificare officialem, cõtra quem gerebat odium; cum auſus fuerit tenẽdo officium iuſtitiam miniſtrare: & hoc eſt val-
64 de iniquum. Immo † maiores iniuſtitias videmus fieri per iudices tabulæ, qui ſæpius pro pecunijs abſoluunt condemnandos,& condemnant innocentes;& qui poſiti ſunt vt corrigant, peiora committunt. Sed non in perpetuum damnamur, cum iniuſte iudicamus, dicente Pſalmiſta, *Nec condemnabit illum,cum iudicabitur ille,* & eſt in Pſalmo. *Noli æmulari.* Multi enim prælatorũ culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur. Sed dum indiſcrete hoc agunt, ſacrilegij facinus incurrunt: & dum præcipites quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multo magis deterius cadũt: vt 24.q.3.*cap.non in perpetuum.* & *cap.ſi quis non recto iudicio.* ¶ Sequitur in text. ibi, *nullas rec pere*
65 *debeant auerias,* & hoc ideo eſt,quia † ex quo iam ſunt de publico ſtipendiati, & habent ſalarium ordinarium,non debent habere auerias. vt ſupra *ead.colla.in curia Cernariæ.cap. Item etiam ſtatuimus & ſancimus, quod officiales noſtri.* vide ibi in §. *hoc tamen adiecto.* ¶ Sequitur in text. *nec aliquid par-*
66 *tibus.* Nota ergo hic, quia iſti † inquiſitores ſiue aſſeſſores debent eſſe contenti ſalarijs hic ſibi taxatis,& non poſſunt aliquid à partibus recipere, alioquin incurrunt pœnam crimininis concuſsionis, & peccant mortaliter, quia dicitur in Euangelio *Luc. 3.cap.Contenti eſtote ſtipendijs veſtris, & neminem concuſſeritis;* vt 23.q.1.*cap.militare,*
67 & † quæ ſit pœna concuſsionis, ibi nota per *gl.f.* & v.de *ff.de cri. concuſſ. l. 1. & 2.* & quæ dixi ſupra *ead.colla.in curia Cernariæ.cap. inſuper confirmantes.* adde quæ ſcripſi infra *colla.9. cap. los ſalaris.* ſuper verbo,*dret,o conſuetut.* & infra *colla.* 10. *cap.al abus.* in verbo,*alguna coſa.* cum ſuis concor.
68 ¶ Sed † quid ſi iſti aſſeſſores, ſiue inquiſitores pecuniam illicitam à partibus de facto receperint contra prohibitionem huius conſtitutionis, & Vicarius vel Baiulus ignorans talem concuſsionem, vel corruptionem,de & cum conſilio talium corruptorum aſſeſſorum ſententiam protulerit: nunquid talis ſententia valebit, vel erit nulla tanquam venalis? Videtur quod valeat, & non ſit venalis ipſa ſententia:quia Vicarius,qui eam protulit, non fuit corruptus,& ſic delictum
69 aſſeſſorum non debet ſibi nocere, quia † pœna ſuos debet tenere actores. *C. de pœnis.l.ſancimus.*

&pro-

70 & probatur in simili, quod non est † nulla sententia, quam iudex protulit de consilio assessoris excommunicati: vt notatur per *Doct. extra. de re iudi. cap. ad probandum.* In contrarium videtur in hoc casu, quia pecunia data est assessori pro sententia dictanda & consulenda, & Vicarius & Baiulus nil sentit in sententia, licet eam ita proferat, sicut est per assessorē dictata: & videtur per pecuniam obtenta, & per corruptionem assessoris & dolum ipsius corrumpentis, & pecuniam dantis, & sic quoad ipsum dantem pecuniam est venalis & emptitia; & sic erit nulla quoad commodum ipsius corrumpentis, vt puniatur in quo delinquit: vt supra *ead. c. quia in sententijs.* & vide & repete hic quæ ibi dixi. Nec est pœna Vicarij, licet eius sententia culpa corrumpentis fiat nulla. ¶ Sequitur §. *Et antequam,* & hic est tertia pars, in qua astringit dictos assessores, vt antequā vtantur habeant assecurare de tenendo tabulam prout & quando alij assessores Cathaloniæ. Et
71 ex hoc nota, † quod isti assessores non auderent vti officio assessoriæ, donec præstiterint huiusmodi securitatem de tenendo tabulam alias punirentur tanquam priuatæ personæ, quæ officio iurisdictionis vterentur: vt supra *colla. 4. in 3. curia Barcinonæ cap. 16. Item ordinamus super capitulis*
72 *curiarum.* ¶ Item † nota, quod huiusmodi securitatem præstabunt, dando fideiussores ad cognitionem dominorum cōsiliariorum ciuitatis Barcinonæ: iuxta *cap. primo quod omnis Vicarius,* &c. supra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ.* vide & adde quæ ibi scripsi. ¶ Sequitur in text. ibi, *prout & quando alij assessores Cathaloniæ,* subaudi, scilicet triennales & ordinarij, vt est assessor Villæ Frāchæ. & similes, de quibus notatur supra in *curia*
73 *Gerundæ cap. 28.* præalleg. & in concor. Secus † tamen est de assessore Gubernatoris, de quo vide supra in *curia Gerundæ cap. 20. Item statuimus, & ordinamus, quod de præsenti,* &c. vbi agitur de iuramento ipsius assessoris præstando in posse eiusdē gubernatoris, & dicā in curia Regis Martini *cap. Item cum pacis valitæ,* vbi videtur, quod etiam teneantur præstare homagium. vide ibi. ¶ Sequitur §. *Et hanc constitutionem durare volumus.* Hic est quarta pars, in qua dominus Rex voluit præsentem constitutionem durare per triēnium, & postmodum ad beneplacitum voluntatis suæ. Ex quo nota, quod huiusmodi constitutio hodie non tenet, quia expirauit beneplacitum domini Regis Petri conditoris ipsius cō-
74 stitutionis, per mortem eiusdem Regis, quia † non dixit, *le veneplacito Regiæ dignitatis,* quę nunquam moritur, vt *extra. de rescriptis. cap. si gratiose. lib. 6.* vide & adde notata per *Gui. de Cugno.* in *l. meminisse. ff. de offic. proconsul.* tunc enim duraret perpetuo, nisi reuocaretur ab eius successore. Verumtamen audiui, quod adhuc seruatur: immo non seruatur in Barcinona dispositio huius constitutionis; forte fuit confirmatum ex priuilegio, vel prætendunt beneplacitum durare. Sed, vt dixi, dictum capitulū est contrarium, quia littera dicit, *de nostra beneplacito voluntatis.* ¶ Sequitur §. *Et hæc sic fieri volumus.* Hic est quinta pars & vltima, in qua tollit quoad hanc constitutionem, obstaculum dictæ constitutionis incipientis: *Item quod aliquis iudex,* &c. quæ est supra *colla. 4. in 1. curia Barcinonæ,* vbi dicitur quod iudex, vel inquisitor pro causa criminali non potest recipere salarium, nisi quando necessario proficiscitur extra suum domicilium pro examinandis testibus delati. Et tamen in hac constitutione præsentis capituli est statutum certum salariū, & in hoc corrigitur hic, vel potius limitatur, & in alijs remanet regula dicti *cap. Item quod si iudex.* Item ibi permittit recipere salarium, quando proficiscitur extra domicilium, quod hic prohibere videtur, dum prohibuit aliquod salariū, vel aliquid recipi à partibus: vt dixi supra *ead.* in §. *quid tamen assessores.* super verbo, *nec aliquid,* per quod dico, quod nec aliquid de cibo vel potu recipere licebit: & per hoc limitatur *cap. 2.* supra *colla. 3.* quod intelligitur tamen de officialibus, quibus alias expresse non est prohibitum
75 aliquid recipi, vt est hic, & in similibus. Si † quis petat haberi consilium peritorum, quis teneatur soluere expensas consiliarij? Dicunt quidam quod expensis petentis debent haberi consiliarij. vide de hoc per *Ioan. de Imola. extra. de ata. & qual. in Clemen. 1.* per *Gui.* in *Spe. tit. de reg. si. consiliarij,* & *in tit. de salario assessoris.* adde quæ scripsi supra *ead. colla. cap. insuper ordinamus.* Seruatur tamen in practica, quod ab vtraque parte soluūtur.

De confirmatione iurium, & libertatum patriæ.

Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones omnes facta in curijs generalibus debent obseruari.*
2 *Constitutio posterior reuocat priorem contrariam.*
3 *Per constitutionem generalem posteriorem tacite reuocatur statutum contrarium continens idem quod ius commune: secus tamen est in consuetudine præscripta, & quæ contineat idem quod ius commune, & ratio traditur ibidem.*
4 *Princeps laudando consuetudines solum censetur laudare bonas & laudabiles, non vero malas, & iniquas.*
5 *Liber homo dicitur, qui non subijcitur seruituti.*
6 *A iure veteri non receditur per ius nouum, nisi in quātum inueniatur expressum.*
7 *Baiulus prohibens ne habentes potestatem eligendi iuratos, vel consules non eligant; tenetur de damnis, & iniuria.*
8 *Damnum sentit, qui libere, & ad suam voluntatem eligere non potest.*
9 *Eligere & eligi ad honores est maximum interesse, & præfertur alteri vtilitati.*
10 *Melius est quod fit secundum voluntatem.*

VT melius omnes constitutiones, & alia in præsenti curia edita firmius obseruentur. Casus. Omnes
1 constitutiones † huius curiæ, & aliæ constitutiones, & capitula præsentis, & aliarum curiarum præte-

præteritarum, quæ præſentibus non obuient, hic ſeruari iubentur, etiam omnes conſuetudines, priuilegia, libertates, & vſus, prout melius & plenius viſum de eis extitit, confirmantur. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes, quæ de ſe patent: ſecũda eſt ibi, *Et inſuper teneamus*. &c. Nota, quod nedum conſtitutiones, & capitula præſentis curiæ Montiſſoni hic confirmantur, ſed etiam aliæ præcedentium curiarum, quæ huic minime contrarientur. Et dic, *minime contrarientur*, expone, ideſt, in quantum non contrarientur; quia licet in vno capitulo aliquid contrarietur, non tamen propterea abrogatur in totum, licet derogentur in parte illæ, quibus contrariantur. Et eſt ratio,
2 quia † poſterior conſtitutio reuocat priorem contrariam, iuxta *cap. licet Romanus. extra. de conſti.*
3 *lib. 6.* vbi de hoc. Et nota, quod † per generalem conſtitutionem poſteriorem eſt tacite reuocatũ ſtatutum contrariũ continens id quod ius commune. Secus tamen eſt in conſuetudine præſcripta, quæ continet idem quod ius commune, quia conſuetudo, & ſingularia ſtatuta æquiparantur per ipſam decretalem. Vnde non ſic reuocantur quę non continẽt ius commune, vt ſupra: ſic nec conſuetudo, licet cõtineat ius commune, ex quo præſcripta eſt, quia ſingularia ſtatuta & conſuetudo æquiparantur: vt legitur, & notatur in al-
4 leg. *cap. licet*. Et † nota, quod princeps laudando conſuetudines cenſetur approbare bonas & laudabiles conſuetudines, & non malas & iniquas: *extra. de maio. & obe. cap. dilectis*, & *in authen. vt nulli*
5 *liceat loci ſeruatorem. §. illud. colli. 9.* Et nota, † quod liber eſt, qui non ſubiacet ſeruituti; & dicitur francus, qui liber eſt, & non poteſt cogi ad aliquas ſeruitutes vel angarias. & eſt libertas conditionis, ſcilicet liberalitas beneficentiæ, vnde proprie libertates ſunt immunitates à tributis, queſtijs, tallijs collectis, & huiuſmodi, nihilominus tamen ſubſunt iuriſdictioni Regis, & Principis, & ei debent obedire, & patriam tueri in
6 pace & guerra, & alijs regalijs. Item † nota, quod a iure veteri non receditur per iura noua, niſi in quantum inuenitur expreſſum: vt notatur in *Cle. 1. §. duro. de hæreti. in glo. nunquid.* per *Ioan. And.* ſic *C. de teſta. l. ſancimus.* & *C. de app. l. præcipimus.* & *C. de ædifi. prinã. cum dubitabatur.* Ad id quod dicit de conſuetudine libertatum, priuilegiorum, & conſuetudinum, & vſuum, habes concor. ſupra *colla. 2. in curia 2. Barcimone, c. Idcirco nos Rex prædictus.* adde quæ dicam infra *colla. proxi. curiæ Dertuſæ. cap. vt autem. §. & inſuper.* & infra *coll. 10. in curia*
7 *domine Mariæ. cap. lo fruyt*. ¶ Sed † pone, quod aliqui habent libertatem, facultatem, & conſuetudinem eligendi iuratos vel conſules; Baiulus prohibet illos eligere: & ita ſcienter, & doloſe illos impediendo violauit has conſtitutiones: an teneatur de damnis & iniuria? Non eſt dubium. Sed qualiter æſtimabuntur? Reſpondeo, attento quod agitur ex dolo, taxabitur per iudicem, & deferentur iuramento quæ clamantium, iuxta materiam, *l. ſi quando. C. vnde vi.* & *extra. quod me. cauſa. c. ſi.* & *2. q. 1. c. in primis.* nam † damnum ſentit qui non poteſt libere eligere ad ſuam voluntatem, prout ſibi eſt licitum per cõſuetudines & libertates cõceſſas, & confirmatas per has conſtitutiones. Facit quod ſcripſi infra *colla. 9. c. la conſtitucio del Rey en Pere.* in fi. & nota per *glo.* & *Doc.* in *l. fructus. ff. de reg. iur.* Item † eligere, & eligi ad honores eſt grande intereſſe, & præfertur alteri vtilitati: vt *l. Iul. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti.* Itẽ habetur ratio delectationis, & recordationis: vide in *l. competit. §. 1. ff. quod vi aut clam.* adde quæ ſcripſi infra *colla. 10. c. occurrens.* ſuper verbo, *dins lo territori, o iuriſdiccio del qual lo mal, o dany.* &c. Me-
10 lius † eſt enim quod fit ſecundum voluntatem: *l. hactenus. ff. de vſufr.* & *ff. de vſu. & habi. l. fi.* adde *ff. de fur. l. ſi pignore. §. eum qui.*

De obſeruatione iurium patriæ. Cap. XLI.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutiones & capitula curiæ per dominum Regem ſuoſque ſucceſſores inuiolabiliter debent obſeruari.*
2 *Confirmatio priuilegiorum quid operetur, remiſſiue.*
3 *Dominium & plena proprietas transfertur per verbum* concedendi.

QVæ quidem vniuerſa capitula, vel conſtitutiones, declarationes, confirmationes, & cõceſſiones prædictas, &c. Non poteſt congrue ſummari. Sed diuiditur in quatuor partes, prout habet quatuor dicta. In prima ſtatuit † prædictas conſtitutiones, & capitula per dominum Regem. & ſuos ſucceſſores inconcuſſe, & inuiolabiliter obſeruari. Quid
2 operetur † confirmatio priuilegiorũ, dic per *Bar.* in *l. priuilegia. C. de ſacroſan. Eccle.* In ſecũda parte mandat ſuo primogenito cæteriſq. omnibus, & ſingulis officialibus, & ſubditis, quatenus obſeruent dicta capitula, & cõſtitutiones prædictas, & non cõtraueniãt, nec aliquẽ cõtrauenire permittant aliqua ratione. In tertia parte dns Rex iurat & ſtipulatur, & obſeruabit prædicta, & omnia & ſingula quę dicta ſunt in dictis cõſtitutionibus, & ea faciet inuiolabiliter obſeruari, & circa iſtã ſtipulationẽ vide quæ ſcripſi infra *colla. 10. in curia domine Mariæ. c. quas ſiquidem.* ſuper verbo, *alijs*, &c. In quarta parte ponitur firma, & conſenſus prælatorum & perſonarum Eccleſiaſticarũ, quæ cõſenſerunt ad prædicta, Saluis iuribus Eccleſiæ, & libertate Eccleſiaſtica. Secunda, ibi, *mandãtes.* Tertia, ibi, *Et maiorem.* Quarta & vltima eſt ibi, *prælati vero, & perſonæ Eccleſiaſticæ*. Poſtea ponit Kalendarium, quia acta & publicata fuerunt dicta capitula huius curiæ Montiſſoni in Eccleſia Beatæ Mariæ villæ Montiſſoni, die Mercurij octaua menſis Martij, anno à Natiuitate Domini 1363. Regnique ipſius domini Regis Viceſimo octauo, &c. Et quod dicit, *conceſſiones*, nota. † quod per verbum, *concedendi* tranſfertur dominium & plena proprietas: vt *ff. de legatis tertio, l. vxori.* & *§. vxori.* & *§. ſequenti.* & ibi notat *Bar.* & in *l. ſi vſusfructus. ff. de iurido.* per *glo.* & *Bar.*

SEQVITVR

SEQVITVR COLLATIO SEPTIMA, QVÆ EST Illuſtriſsimæ dominę Eleonoris quondam Reginę conſortis,& Generalis Locumtenentis dicti Sereniſsimi domini Regis Petri Tertij,tunc in expeditione armorum occupati. Et continet curiam generalem per dictam Locumtenentẽ in ciuitate Dertuſæ Cathalanis celebratam continentem octo vel nouem capitula ſequentia.

Proœmium. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Curias celebrare eſt vna de præcipuis regalijs Principis.*
2 *Curiæ qualibet anno olim, & poſtea de triennio in triẽnium celebrabantur.*
3 *Curia habuit originem à Romulo Romanorum Rege.*
4 Curia *nomen ſumitur multis modis,vt hic.*
5 *Curia vulgariter ſumitur pro congregatione, & vniuerſitate.*
6 *Iniuriæ oriri non debent, vbi iura naſcuntur.*
7 *Curia generalis quando,qualiter, & in quo loco conuocanda.remiſsiue.*
8 Iacobus de Calicio *laudatur.*
9 *Roma habuit triginta quinque curias populi.*
10 *Curia dicitur à cruore vel à cruciatu.*
11 *Curia ob cauſam neceſſariam iuſti impedimenti poteſt loco in perſonam Regis celebrari per eius Locumtenentem Generalem.*
12 *Conſtitutiones ſunt leges in Cathalonia.*
13 *Scriptura requiritur de eſſe legis.*
14 *Lex eſt lata ſententiæ, ſi in ea adijcitur verbum* non: *dicitur autem ferenda ſententiæ, ſi loquatur per verba futuri temporis.*
15 *Factum contra legem eſt nullum,declaratur ibidem.*
16 *Factum contra conſtitutionem Cathaloniæ eſt nullum.*
17 *Factum contra legem, vbi vltra proceditur,an ſit nullum.remiſsiue.*
18 *Lex habet viridem obſeruantiam, & ſemper loquitur.*
19 *Sententia Principis an habeat vim legis.remiſsiue.*
20 *Fraus legi quandoque fit de actu ad actum; & de ſigno ad ſignum.*
21 *Sententia Principis vt vim legis habeat, requiritur quod cum cognitione, & parte præſente ſit lata à Principe.*
22 *Extenſio de mente legis fit, quando lex extenditur ad caſum omnino ſimilem, quia ſit eadem, & omnimoda ratio: ſi vero caſus non ſit omnino ſimilis, ſed eſt ratio extendendi, tunc dicitur extenſio ex interpretatione.*
23 *Lex ligat tantum ſubiectos.*
24 *Lex per conſuetudinem tollitur.*
25 *Lex iniuſta & nutriens peccatum non valet.*
26 *Contra legem facere poſſumus,vbi ratio vincit legem, adhærendo rationi.*
27 *A legis verbis non eſt recedendum, niſi verba repugnent menti.*
28 *Senſus & non verba ſpectantur.*
29 *Contractus eius,qui poteſt legem condere, habent vim legis.*
30 *Contractus Principis eſt lex.*
31 *Princeps in Cathalonia legem generalem facere non poteſt ſine curijs trium brachiorum.*
32 *Princeps ſolus poteſt facere legem generalem. fallit in Cathalonia.*
33 *Lex in dubio iuſta præſumitur.*
34 *Lex valet,quamuis eius ratio dari non poſsit.*
35 *Legislatoris opinio,ratio præſumpta eſt.*
36 *Iuribus patriæ deficientibus iudicandũ eſt ſecũdũ iura communia, æquitatem, & bonam rationem.*

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Nos Eleonora Dei gratia Regina Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſſa Barcinonæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ, & Generalis Locumtenens Illuſtriſsimi domini Regis viri, & domini noſtri cariſsimi, & in perſona ipſius domini Regis, agentis in expeditione armorum in Regno Valentiæ, contra Regem Caſtellæ inimicum ſuum, gentibus Cathaloniæ in ciuitate Dertuſa generales curias celebrantes. Quia in perſona ipſius domini Regis, &c. In hoc primo cap. ſiue proœmio non eſſent plura dicenda,niſi quia curia iſta breuis eſt,& ſola in hac collatione ſeptima fuit,& ipſius materia iam aliquantulum in præcedentibus deducta. Ideo circa huiuſmodi proœmium litteraliter aliquid apoſtillando deducam. ¶ Et primo † nota,quod celebrare curias generales eſt vna de præcipuis regalijs, & prærogatiuis principis,quam habet præſentialiter expedire in propria perſona, & quam † anno quolibet debet exercere in Cathalonia,tractando de bono ſtatu,& reformatione terræ, niſi aliqua iuſta cauſa fuerit impeditus: vt ſupra *coll. 2.in curia 2.Barcinona cap. 25. Item quod ſemel in anno*,tamen fuit correctum,vt ſaltem celebretur de triennio in triennium,vt in *curia Illerda cap. ſtatuimus, & ordinamus*, & notat in ſuo Curiali in tertio dubio principali.circa prin. Et † hoc nomen *curia*,habuit ortum à Romulo Rege Romanorum,de quo in *l.2. ff. de origine iuris.* & notat *Iacob.de Calicio in ſuo Curiali, ſiue Exgranatorio, in primo eius dubio.* ¶ Et † ſumitur hoc nomen *curia* ſecundum ipſum *Iacob.* tripliciter, vno modo eſt curia officialis ordinarij,ſeu iudicis, & ille officialis poteſt dici *curia*, & ita ſumitur ſupra *collat.proxim.in curia Montiſſoni. cap.cum iuriſdictionis officia.*& ibi dixi ſuper verbo,*curia*,Secundo modo

Digitized by Google

do p̄ ānt̄onomasiā dicitur curia principis simpliciter sumpta, prout consueuit appellari curia Regia. Tertio modo dicitur curia generalis Cathaloniæ, prout in ea conuocata præsidet dominus Rex cū tribus brachijs, scilicet, Ecclesiasti corū, militariū, & ciuiū. tractatur⁹ de bono statu & reformatione totius Principatus: & isto modo sumitur in hoc *proœmio.* & in alleg. *c. Item ꝙ se mel.* Et de his tribus modis vide latius per *Iac. Calic.* in dicto suo *Curiali. in 2. dubio.* Adde quod alio modo sumitur curia pro partibus curiæ: vt in *vsibus feudorū.* quasi per totū. & supra *colla. 2. in 2. cu-*
5 *ria Barcin. c. 58. Ite in omnibus causis feudalibus.* Itē † vulgariter etiam curia sumitur pro cōgregatione & vniuersitate seu pro loco vbi grex vel vniuersitas congregatur. & ex hoc dicunt rustici se habere curia siue curtem, aut cortale boum & armēntorū & huiusmodi. & sic curia dicitur à cōgregatione: & ideo dicitur curia cōueniri & cōgregari in aliquo loco pro tractando de vtilitate cōmuni, & præsertim pro iustitia ministrāda, debetque tractari curialiter, hoc est, sine iniuria cuius-
6 que, ne † inde oriātur iniuriæ, vnde iura nascūtur: vt infra *col. 9. c. ne ex beneficio. §. Et ne inde nascātur.* & *extra. de accu. c. qualiter & quādo, in 1.* ad hoc *4. q. 7. §. tria. ver. s. inisquis.* alias *si quis adeo procax.* & est *l. C. de postul.* & *5. q. 4. c. in loco benedictionis.* Quādo
7 autem † curia generalis debeat cōuocari, & qualiter, & in quo loco, & qui sint ad eā cōuocandi, & debeāt in curia esse, & quid in ipsa curia debeat tractari, & qualiter finiri, de his omnibus dicitur in dicto *Curiali siue Exagnatorio Iacobi de Ca-*
8 *licio*, qui plus cæteris in his laborauit, † & est inde laude & memoria valde dignus. Et dicit Augustin⁹ super Cāticū Graduū in expositione Psalmi *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi*; quod Ro-
9 ma † habuit triginta quinque curias populi, &
10 quælibet curia Tribus dicebatur. Dicitur † etiā curia à cruore, vt *l. Longobardi. de testa.* cōstitutum est, ve. à cruciatu, vt Crux. *3. q. 1. cap. nulli*, nam cruciatus est ibi, & conflictus: vt *C. de feriis. 1. rubr.* & *C. communia Epistolas. l. fi. & melius in auth. audient. colla. 6.* ¶ Vlterius † nota, quod propter causam necessariam iusti impedimēti; potest loco & in persona domini Regis per eius generalē Locumtenentē generalis curia in curia celebrari, vt in hac fuit tactū; sic etiā contingit infra *coll.* 10. quia serenissima domina Regina Maria Dei gratia nunc regnans, vt generalis Locumtenens Serenissimi domini Regis Alfonsi IIII. eadē gratia conregnātis. & in Regno Neapolis, & Apuliæ, tunc, & etiam nunc tāliciter residentis, celebrauit curiam generalem Cathalanis in ciuitate Barcinonæ. de qua dicetur in dicta 10. *colla.* Deo
12 duce. ¶ Item nota, † quod istæ constitutiones sunt leges in hoc principatu Cathaloniæ: vt in *curia Regis Ferdin. cap. per tal que les leys de la ter-*
13 *ra*, & † de esse legis requiritur scriptura: dicit *Pe. per l. humanum. C. de le.* ¶ Item nota, quod lex
14 est † latę sententiæ, quando in ea adijcitur verbū *mox*, secundū *Bar. in l. si quis maior. C. de transac.* & vide in *l. inhemus. §. œconomus. C. de sacros. Eccl.* Sed est ferendę sententiæ quia loquitur per verba futuri tēporis ibidem, & *l. 1. C. ne dub. pro.* faciunt hæc ad notata supra *coll. 4. in curia 1. Barcin. c. 16. Item quod aliquis miles.* super verbo, *facere malum. in q. Sed quia isti proditores sunt statim ipso facto*, &c. Itē
15 nota, quod † factum contra legem est nullū quādo lex prohibet substantiam facti, secus si prohibet modū faciendi, quia valet, licet nō sit factū ite cundū *glo. Bar. Cin. Butr. in auth. decernimus. C. de arbitris.* adde in *auth. de nup. §. si vero decretum*, ad fin.
16 *coll. 4.* Item † factū cōtra constit. Cathaloniæ est
17 nullū, de quo vide supra *coll. 3. c. 8.* & *c. 17.* Et † an factū cōtra legē vbi vltra proceditur, valeat, vide *But.* & *Bal.* in *l. inhemus. §. hāc. C. de sacros. Eccle.* & *l. 2. C. de Epis. audi.* & *l. non dubiū. C. de legi.* vide & adde quæ scripsi infra *colla. 9. c. als procuradors fiscals.* & *c. quia quadoq. cōtingit*, super verbo *veritē*
18 *& manc.* Itē nota, quod † sex habent viridē obseruantiā, & semper loquitur *C. de hæreti. l. Arria-*
19 *ni.* An † & quādo sententia principis habeat vim
20 legis, vide in *l. 2. C. de le.* Itē † nota quod quādoq. fit traus legi de actu ad actū: vt *C. de accu. l. fi.* & de
21 signo ad signū. Vt † sentētia habeat vim legis, requiritur quod cū causę cognitione fit lata à principe, & parte præsente: ve. *imperatis. C. de le.* Itē
22 nota, quod † quādo lex extēditur ad casum omnino similē; quia est eadē omnimoda ratio; tūc dicitur extētio ex mēte legis: quādo vero casus nō est omnino similis, sed est ratio extendendi, tunc dicitur extētio ex interpretatione secūdū *Cinum* & *Ray. C. de ac. & ob. l. 1.* & *ff. ad l. Pompe. de parri. l.*
23 *scienda.* Itē † lex ligat tantū subiectos *C. eod. l. fi.*
24 & *de Sum. Tri. l. cūctos.* Itē nota, † ꝙ lex de cōsuetudine tollitur *C. de le. l. cū de nouo.* Ideo exigit cōfirmationem consuetudinis, vt ibi, & *4. di. §. leges.*
25 Vlterius † nota, ꝙ si Imperator faceret legē omnino iniustā, & nutrientē peccatū, non valet: vt dicit *Bar. in l. fi. C. si cōtra ius vel vti. pu.* licet *Butr.* ibi contrarium quando intellectus legis repugnat rationi naturali, repellēdus est: *C. de dita. l. cūcta nobis.* in *glo.* faciūt pro his quę scripsi super *Sacramē tali. & super intellectu cōstit. Anno Dñi. §. ibiā.* Et vbi
26 ratio vincit † legē, pollumus facere contra legē, rationi adhærēdo: *glo. ff. de acqui. re. do. l. qua ratione.*
27 *§. Iterē.* Item † nota, quod à verbis legis nō est recedendū. *ff. qui, & a quibus. l. prospexit & de condi. & de. l. Publius.* nisi verba repugnent menti. *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.* & *l. lex Elia sentia. ff. de in ius. vo. l. quamuis. ff. de his qui pe. tu. l. 2.* & *l. fi.* Dic si dubia est sententia, non receditur: *l. non aliter. de legatis tertio. l. 1. §. si is qui nouem. ff. de exer ci.* alias si certa est sic: vt ibi *ff. de adi. le. l. 3. §. condi tio. ff. quod cum eo. l. si quis.* vide *Brocard.* sensum
28 non † verba spectari, &c. vide & adde quæ legūtur & notātur *extr. de consti. c. 1.* & *c. ne innouetur.*
29 Item † nota, quod cōtractus eius qui potest legē cōdere, habet vim legis. *l. Cæsar. ff. ac pub.* & *Bar.*
30 *in l. 4. de re. iudi.* Item † nota, quod contractus

principis eſt lex, & ſic quod ſibi placet in forma contractus eſt lex, ſcilicet, in præiudicium principis. ff. *de dona. inter virum & vxorem. l. Proculus.* Facit *l. Cæſar.* ff. *de publica.* & *C. de dona. inter virum & vxorem. l. donationes. l. 2.* vide *Bal.* ff. *de conſti. prin. l. 1.* & quæ dicam infra *ead. cap. poſtremo cũ*
31 *non liceat.* Sed in Cathalonia † princeps non poteſt facere legem generalem ſine curijs: vt ſupra *colla. 2. curiæ 2. Barcinonæ. cap. Item conſtituimus, volu-*
32 *mus, ac etiam ordinamus.* Et ſolus † princeps poteſt facere legẽ generalem: vide *gloſ. ff. quod quiſque iuris. l. 1. §. qui magiſtratum.* non tamen poteſt facere in Cathalonia legem generalem ſine curijs trium brachiorum: vt in *cap. Item quod ſemel in an-*
33 *no.* vt dictum eſt ſuperius. Item nota, quod † lex in dubio præſumitur iuſta: ff. *de legi. l. quod non. Bal.* allegat 12. *di. cap. illa.* vide ipſum in *l. de qui-*
34 *bus.* Item lex ſine ratione valet, ideſt cuius ratio
35 non videtur: vt dicta *l. proſpexit.* opinio † enim legislatoris omnibus pro ratione præſumpta eſt. *ff. de legibus. l. non omnium.* ſecundum *Bal.* Vlti-
36 mo † nota, quod deficientibus iuribus patriæ iudicamus ſecundum iura communia, æquitatem, & bonam rationem: vt infra *colla. proxi. curiæ Regis Martini cap. 3. Item ſenyor quels canc.* vide ibi, ſuper verbo, *vſatges de Barcelona.* & ſuper verbo, *bona raco.* & infra *colla. 9. curiæ domini Ferdinandi cap. per tal que les leys*, & ibi dicam de hoc. & latius in *cap. confirmants, lounts, y approbants.* infra *coll.* 11. & in *vſat. Iudicia curiæ.*

De inofficioſo teſtamento. Cap. II.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum liberorum non irritatur, quamuis in eo de patre, & de alijs aſcendentibus mentio nulla fiat: ſal no tamen dictis aſcendentibus iure legitimæ. idem num. 3.*

2 *Legitima patris in bonis filij eſt triens, ſed matris & aliorum aſcendentium eſt quarta pars.*

4 *Hæreditas filij non ita debetur patri, ſicut è contra.*

5 *Subſtitutio reciproca breuiloqua non eſt proprie ſubſtitutio, ſed ſubſtitutionis adiectio.*

6 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua continet vulgarẽ, pupillarem, & exemplarem.*

7 *Subſtitutio reciproca appellatur de iure; per gloſſam tamen & DD. nuncupatur breuiloqua.*

8 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua quare ſic appelletur, traditur idem num. 11.*

9 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua quibus fiat verbis, adducitur.*

10 Subſtituo, peruenio, *verba ſunt communia.*

12 *Subſtitutionis breuiloquæ ſeu reciprocæ effectus traditur, ideſt, quas ſubſtitutiones ſub ſe continere poteſt.*

13 *Miles poteſt directo extraneo ſubſtituere poſt adita hæreditatem ex priuilegio ſpeciali.*

14 *Subſtitutio pupillaris facta duobus impuberibus licet expiret altero facto pubere, non expirat tamen in perſona alterius qui remanet impubes. & quid ſi pater vnum ex eis emanciparet. nu. 15.*

16 *Portionum inæqualitas non impedit in breuiloqua con-*
tineri vulgarem, pupillarem, & exemplarem.

17 *Argumentum de tempore ad res valet.*

18 *Filiabus ex certis rebus inſtitutis hæredibus, & filijs maſculis vniuerſaliter ſubſtitutio reciproca fieri nequit.*

19 *Hæres in re certa non eſt proprie hæres, ſed loco legatarij.*

20 *Hæres in re certa non habet ius accreſcendi cum hæredibus vniuerſalibus.*

21 *Filijs maſculis hæredibus vniuerſaliter inſtitutis, & filiabus in certa parte hoc modo, quod ſi quis ex eis deceſſerit ſine liberis, eius portio deueniat ad ſuperſtites: an filia ad ſubſtitutionem admittatur mortuo vno ex filijs ſine filijs traditur, declaratur nu. 23.*

22 *Filia continetur appellatione filiorum, niſi aliter appareat de teſtatoris voluntate.*

24 *Pupillaris ſubſtitutio in breuiloqua collata in caſum, ſi hæres nõ erit, tacite cõtinetur, ſicuti in vulgari expreſſa.*

25 *Subſtitutio pupillaris tacita contenta ſub vulgari matrem non excludit.*

26 *Subſtitutio breuiloqua an cõtineat fideicommiſſariam, traditur. & de intellectu* l. Sçeuola. ff. ad Trebel. *num. 27.*

28 *Inſtitutis filijs duobus ex prima vxore, & alijs duobus ex ſecunda, & ſubſtitutis inuicem; ſi vnus repudiat, an admittatur ſolum qui eſt vtrimque coniunctus.*

29 *Coniunctio hominis eſt fortior quam coniunctio legis.*

30 *Subſtituti ad inuicem ſi duo ſint, & vnus eorum repudiat; an alter poſſit accipere iure accreſcendi, & abſtinere iure ſubſtitutionis. remiſſiue.*

31 *Subſtitutio breuiloqua ſeu reciproca qualiter finiatur.*

32 *Subſtitutionis compendioſæ definitio, & explicatur ibidem.*

33 *Compendioſa ſubſtitutio quare vocetur.*

34 *Compendioſa ſubſtitutio an ſit ſubſtitutio de per ſe, an ſubſtitutionis adiectio. traditur ſub diſtinctione.*

35 *Compendioſæ ſubſtitutionis effectus traduntur late.*

36 *Subſtitutio facta filio quandocumq. ſine liberis deceſſerit, an ſit fideicommiſſaria. traditur.*

37 *Interpretatur* l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla.

38 *Bona omnia patris filio veniunt in ſubſtitutione pupillari.*

39 *Subſtitutio in dubio debet iudicari directa.*

40 *Diſpoſitio legis & teſtatoris æquiparantur.*

41 *Promiſſio legis in dubio trahitur ad caſum magis neceſſarium.*

42 *Subſtitutio compendioſa facta in certa re vel portione an valeat intra tempora pubertatis. traditur.*

43 *Subſtitutio compendioſa per verba,* quandocumque filius meus deceſſerit ſine filijs, lego Titio omnia bona mea, *an intra pubertatis tempora trahatur ad directam pupillarem.*

44 Lego *verbum trahitur ad hæredis inſtitutionem. Ex communi tamen vſu loquendi non trahitur, quinimo eſt ſpecies diſtincta ab inſtitutione hæredis. nu. 45.*

46 Lego *verbum eſt directum in dubio reſpectu legatarij.*

47 *Verba directa habentia à iure ſpecialem ſignificationẽ*

Digitized by Google

vt trahi possint ad hæredis institutionem quæ & quæ habent separatam significationem.

48 *Substitutio compendiosa est omni tempore fideicommissaria, & non excludit matrem.*

49 *Verba obliqua quæ remissiue.*

50 *Substitutio facta filio instituto hæredi si decesserit sine liberis sub istis verbis.* Volo quod bona mea dẽtur pauperibus, vel distribuantur inter pauperes per meos fideicommissarios, *an sit fideicõmissaria filio decedente in pupillari ætate. & quid si substitutio fiat sub istis verbis,* Si filius meus decesserit sine liberis, tunc bona dentur pauperibus. *num.* 52.

51 *Verbum* accipiant *trahitur ad directam pupillarem substitutionem.*

53 *Episcopus est exequutor legitimus testamentorum.*

54 *Episcopus tenet locum pauperum.*

55 *Legatum vbi pauperibus est factum, Episcopus potest intentare actiones pro legato.*

56 *Substitutio concepta sub formula,* quod bona mea vendantur, eorumque pretium distribuatur inter pauperes, electione meis fideicommissarijs reseruata, *directanè dici possit.*

57 *Qualitas addens verbo determinato per relatiuum recipit solum suum antecedens.*

58 *Substitutio compendiosa per verbum commune concepta, an intra tempora pubertatis sit directa, an vero omni tempore fideicommissaria.*

59 *Libere non videtur accipere qui nequit capere sua auctoritate.*

60 Libere *verbum declaratur.*

61 *Bonorum mobilium vel immobilium appellatione non veniunt iura & actiones.*

62 *Verbum, quod potest comprehendere plura tempora, indicatur à principio esse prolatum, vt futuros ostendat euentus.*

63 *Substitutio compendiosa facta cum temporum distinctione infra pubertatẽ continet pupillarem. & quid si substitutio sit facta cum adiectione huius verbi,* impuberi, *an per hoc videatur limitata, vt non extendatur vltra ætatem pubertatis. nu.* 64.

65 *Substitutio compendiosa facta per verbũ commune, an vulgarem contineat, si institutus non hæres erit.*

66 *Verba communia in hac patria habentur pro directis de iure patrio.*

67 *Substitutio compendiosa facta in re certa per verbum commune an trahi possit ad directam. quod notatur ad quæstionem ibi positam nu.* 68.

69 *Substitutio facta per verbum cõmune in certa portione sub nomine quotæ an trahatur ad directam.*

70 *Substitutio an valeat in filijs filiorũ, vbi testator substituẽdo dicat,* si filius meus decesserit sine filijs, vel eorum filij sine filijs, bona mea deueniant ad talem. *& in dubio a quo fideicommissum relictum censeatur nu.* 73.

71 *Qui non honoratur granari non potest. idem nu.* 72.

74 *Substitutio facta per verba directa, & obliqua, vel cõmunia insimul perinde est, ac si facta fuissent per verba directa.*

75 *Verbum commune vt ambiguum declaratur ratione verbi directi sui adiuncti.*

76 Instituo *verbum est directum.*

77 Infrascriptum hæredem *verba in substitutione apposita an stent demonstratiue, vel dispositiue.*

78 *Substitutio vniuersaliter facta per verbum* residuum *non alteratur propter legata particularia, sed remanet in suis viribus ac si hæres esset in totũ institutus.*

79 Si nullus filiorum decesserit sine liberis *verba in substitutione posita intelliguntur secundum vulgare, scilicet si vllus.*

80 *Cõmunis modꝰ loquẽdi præualet proprie significationi.*

81 *Negatiua duo affirmant.*

82 *Filius solvẽs debita patris præfuncti præsumitur soluere vt hæres. fallit dupliciter vt hic.*

1 PRimo siquidem ordinamus, &c. Casus. Etiam † si de patre, & alijs ascendentibus in testamẽto liberorũ iure institutionis mẽcio nulla fiat, propter hoc testamentũ non irritatur, nec iuri legitimæ præiudicatur. Hoc dicit. ¶ Super tex. ibi,

2 *iure legitimæ semper saluo.* Quæro, † quæ sit legitima, quæ debetur parentibus, videtur ꝙ sit triens, sicut & liberis per *auth. nouissima. C. de inoffi. test.* Sed dic, quod quoad patrẽ superstitem est triens de bonis filiorũ; sed matri solũ debetur quarta: quia in ea & alijs ascendẽtibus non est aucta, secundũ *Bar.* & *Bal.* quos vide in *l. si à milite. §. pater. ff. de inoffi. test.* licet de hoc videantur *glo.* diuersæ.

3 Vnde nota, † quod hodie de iure huius patriæ non est necesse relinqui ascendentibus iure institutionis, vt hic: & potest esse ratio, † quia nõ ita debetur hæreditas filij patri, sicut econuerso. *ff. de inoffi. test. l. nã & si.* de quo notatur per *glo. extra. de pac. c. quãuis pactum. l.* 6. vnde sufficit quocumq. titulo aliquid ascẽdentibus relinqui, vt nõ irritum sit testamentũ & idem de liberis: vt in *c. impuberibus. supra coll. proxi. in curia Montissom.* Imo quidã dicunt, quod non sit necesse aliquid relinqui ascendentibus, & ita in ecclesiæ exerũt hanc constitutionẽ. Sed littera contradicit, nõ enim dicit simpliciter, *nulla mẽtio fiat:* sed dicit, *iure institutionis:* & iurũ correctio in quantum fieri possit, est euitãda. *extra. de elec. c. cũ expediat.* Verũtamen per quandã pragmaticã antiquam fuit statutum, quod non annullaretur testamentũ, etiãsi de ascendentibus, vel descendentibus mẽtio in testamento nullatenus facta foret. Sed nõ tenet hodie per has cõstitutiones posteriores: vt *extra. de cõstit. c. licet Romanus. lib.* 6. quia illa pragmatica præcessit dictã *constitutionẽ, Impuberibus,* vel fuit forte locale priuilegiũ Barcinonę. & hæc vera. vide & adde quæ ibi dixi, vbi habes de cõstitutionibus vulgari, pupillari, & exẽplari: nũc restat hic videre de breuiloqua siue reciproca, & de cõpendiosa. Et ad euidentiã huius reciprocæ siue breuiloquæ, nota

5 † ꝙ ista nõ est proprie substitutio, sed est quędã substitutionis adiectio, sicut alias in simili dixim⁹ in actione de peculio de institoria, de tributoria, & de exercitoria: vt *l. 1. §. cui concruit. ff. de peculio.* nã

6 † ista substitutio continet vulgares, pupillares, & exẽplares, vt infra dicetur.

& ſic eſt nomen accidentale, non ſubſtantiale.
7 ¶ Item † nota, quod hæc ſubſtitutio appellatur reciproca: vt *l. iam hoc iure. §. 1. ff. de vul. & pu.* Sed per *glo.* & *Doct.* appellatur breuiloqua: vt dicitur in *l. precibus.* & *inſti. eod. in glo. magna.* & *l. Lucius de*
8 *vul. & pu.* ¶ Vnde † quæro, quare dicatur reciproca ſeu breuiloqua? Reſpondeo, reciproca dicitur, quia per eam vnus alteri, & alter alteri viciſsim ſubſtituitur, & de vno in alterum reflectitur: vt *l. iam hoc iure.* & *l. Lucius* prælleg. Breuiloqua autem dicitur, quia breuibus verbis fit, & quia ſub breuitate ſermonis plures ſubſtitutio-
9 nes complectitur: vt prælleg. legibus. ¶ Item † quæro, quibus verbis fiat hæc ſubſtitutio? Reſpõ deo, ſecundum *Gui.* fit per verba, *vos inuicem ſubſtituo*: vt *l. Lucius.* & *l. iam hoc iure.* & *l. qui plures.* & *l. ſi plures.* & *l. coheredi. §. qui diſtrictas.* & *§. quia fra tre. ff. de vul. & pu.* & *C. de impu. & alijs ſubſti. l. hæreditatẽ.* & *l. in teſtam. C. de teſta. mili.* ¶ Item fit his verbis, *vterue eorum viuet, hæres eſto.* vt *l. Lucius.* & *l. Seius.* cum *l. ſequen. ff. de hæredi. inſti.* & *de legatis primo. l. ſi fundum ſub conditione. §. his verbis.* Item fit his verbis, *vos inuicem inſtituti, & ſubſtituti ſunto*; vt *ff. de vul. & pu. l. ſi pater impubes.* ſecundum vnam lecturam *glo.* Item fit per verbum, *deueniat*, ſeu *perueniat*, vt, *vos hæredes inſtituo, & ſi quis veſtrũ deceſſerit, volo bona mea ad alium venire*, ſeu *peruenire.* ita dicit *Gui.* Sed *Ray.* dicit hanc vltimam eſſe fideicommiſſariam per *l. fideicommiſſa. §. hac verba. de legatis tertio. Bar.* vero dicit idem quod *Gui.* vt
10 per omnia ſit idem in verbo † *peruenire*, quod in verbo *ſubſtituo*, cum vtrumq. ſit verbum commune: vide quod dixi in *cap. impuberibus*, ſupra *colla.*
11 & *curia proximis.* ¶ Et † nota regulam, quod illa dicitur breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutio, quã do ſub vna conceptione verborum plures hinc inde ſubſtituuntur, vt ex præcedentibus patet.
12 ¶ Deinde † quæro, quis ſit effectus ſubſtitutionis breuiloquę, & circa hoc primo eſt videndũ quot ſubſtitutiones contineat. Dicit *Gui.* quod hæc ſubſtitutio quandoq. continet duas vulgares tãtum, quando fit duabus perſonis, quarum vni nõ poteſt ſubſtitui pupillariter, vt prælleg. *l. Lucius.* & *l. iam hoc iure. §. 1.* & dicta *l. hæreditatem.* Et *C. de teſtam. mili. l. teſte.* Sed hæc lex facit in hoc dubium: nam hæc ſubſtitutio breuiloqua, fit ibi
13 à milite, qui etiam † poſt aditam hæreditatem poteſt ſubſtituere extraneo directo: vt *l. Centurio. ff. de vulg. & pupil.* tamen non videtur ibi ſubſtituiſſe prout poteſt, niſi probetur. *Glo.* ſoluit ibi hoc contrarium duobus modis Primo, quia ideo requiritur ibi probatio ab eo qui hoc dicit, quia contra eum erat aliqua præſumptio: quæ ſolutio diuinationem continet. Alij dicunt, quod probatur eo ipſo quo non probatur contrarium: iſta eſt contra tex. illius legis. *Bar.* ſoluit ſic: ibi ſubſtitutio, quæ fit à milite poſt aditam hæreditatem cuilibet extraneo fit ex priuilegio ſpeciali militũ, ideo iſta breuiloqua in dubio non continet ſubſtitutionẽ quæ ex priuilegio ſpeciali fieri poteſt, niſi volũtas probetur, vt ibi. Secus in his, quæ de iure cõ nuni fieri poſſunt. Ita loquitur iſta materia. quandoq. iſta ſubſtitutio continet duas pupillares tantũ; vt quãdo fit duobus impuberibus exhæredatis: arg. *inſti. de vulg. & pu. §. non ſolum*, quandoq. continet duas fideicõmiſſarias tantũ: vt quãdo fieret in codicillis: vt *l. Scæuola. ff. ad Trebel.* Quandoq. cõtinet duas ſubſtitutiones vulgares, & duas pupillares, vt quando fit duobus impuberibus inſtitutis, & in poteſtate conſtitutis: vt dicta *l. Lucius. 2. rub.* & dicta *l. iam hoc iure.* Quandoq. continet ſex: vt ſi dico, *filios meos impuberes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo, ſi deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea quandocumq.* Nam hic continet duas vulgares, & duas pupillares, ſi hereditas adeatur, & in pupillari ætate decedãt, & duas fideicõmiſſarias, ſi deceſſerint poſtea. Quandoq. cõtinet octo ſubſtitutiones, vt ſi quis haberet duos filios furioſos, & impuberes, & eos inſtitueret, & ſubſtitueret, per hæc verba, *ſi deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea in dementia, vel furore, vel alias quandocumque, eos inuicem ſubſtituo.* Nã tunc cõtinet duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares, & duas fideicommiſſarias: fateor etiã, quod ſi dictis duobus filijs furioſis ſubſtituiſſet ſimpliciter per hęc verba, *eos inuicẽ ſubſtituo*, cõtinerentur ſex directę. Et hęc vera quãdo hęc ſubſtitutio breuiloqua fit duobus tantũ. Sed ſi fieret pluribus, puta tribus, vel quatuor pupillis, tũc numerus ſubſtitutionũ aſcenderet ſecundum numerum perſonarum, de quibus vide per *Bar.* & alios *Doct.* in materia in locis, de quibus dixi in *c. impuberibus*,
14 prælleg. ¶ Quæro, † teſtator habet duos filios impuberes, vnũ anniculum, & aliũ duodecim annorũ, & eos inſtituit, & inuicẽ ſubſtituit, ille qui eſt duodecim annorũ, cito efficitur pubes, & ſi in eius perſona expirat pupillaris ſubſtitutio, vtrũ etiã expiret in perſonã alterius qui remãſit im-
15 pubes? Reſpondeo, q̃ non ſecundum *Bar.* Sed † quid ſi pater vnum ex eis emãciparet, & ſic in illo per emancipationẽ expirat pupillaris ſubſtitutio, quæro an expiret in alio qui remãſit? Quidã tenent quod non, alij contra. Sed *Bart.* dicit, quod expirat ſi dicta emancipatio fuit facta ex voluntate teſtatoris propria. Sed ſi ex aliqua cauſa fuiſſet emancipare coactus, dicit ſecus: arg. *l. fideicommiſſa. §. fratre alias. §. ſi rem legatam.* ¶ Itẽ
16 quæro, † an inæqualitas portionum impediat iſtas ſubſtitutiones in breuiloqua contineri? Reſpondo, quod non per *l. qui plures.* & *l. f. ff. de vulg. & pu.* probatur ſic: inæqualitas tẽporis non impedit iſtas ſubſtitutiones in breuiloqua cõtineri,
17 ſed licitũ † eſt arguere de tẽpore ad res. vt *l. miles ita. §. & quia diximus. ff. de mili. teſt.* igitur nec in
18 æqualitas rerũ hoc impediat. Vlterius † quęro, teſtator habẽs filias & filios filias ex certis rebꝰ vel quatitate hęredes inſtituit, filios maſculos vniuerſaliter: poſtea dixit, *omnes hæredes meos*, vel *omnes filios meos inuicem ſubſtituo.* Vtrum dictæ filiæ videantur ſimul cum maſculis inuicem ſubſtitutę?

Reſpon-

Digitized by Google

19 Reſpondeo quod non, nam hæres † ex re certa non eſt proprie hæres, ſed loco legatarij, vel eſt tertium genus per ſe, quia vocatur hæres ſingularis: vt notatur in *l. ex facto. ff. de hæredi. inſti.* Sed iſta ſubſtitutio breuiloqua, videtur facta in portionibus hæreditarijs: vt *l. qui plures.* & *l. ſi plures. ff. de vulg. & pupilla.* At iſtę filiæ non habent portiones hæreditarias, ergo, &c. præterea hoc probatur expreſſe in *l. coheredi. §. qui diſcretas. de vulga. & pupilla.* vbi quos teſtator iniuſte coniunxit, illos videtur inuicem ſubſtituere, ſed inſtituti ex re certa non ſunt inuicem ſubſtituti:
20 quod † patet, quia non habet ius accreſcendi cum vniuerſaliter inſtitutis vt *l. 1. §. ex facto. ff. de hæredi. inſti.* ergo, &c. ¶ Item circa hoc quæro te-
21 ſtator † inſtituit filios maſculos vniuerſaliter hæredes filias fœminas in certa quantitate, deinde ſubſtituit hoc modo, quod ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio eius deueniat in ſuperuiuentes: contingit quod moritur vnus ex filijs maſculis: an filia fœmina ad ſubſtitutionem
22 admittatur? Et videtur quod ſic, quia ſoror † cõtinetur appellatione fratris, & filia appellatione filiorum; niſi aliter de voluntate teſtatoris appareat: vt *l. fin. ad Trebell. l. Lucius. §. Mania. eod. tit.* & *l. Lucius. §. quæſitum. de legatis tertio.* Reſpondeo, & dico, quod in caſu propoſito aliud apparet de mente teſtatoris, nam cum maſculos iniuſte prædilexit, eos vniuerſaliter inſtituendo, prę ſumendum eſt eos in ſubſtitutione prædilexiſſe, pro hoc in *l. Lucius. §. pater puerum. ff. ad Trebel.* & *l. 1. C. ae impu. & alis ſubſti. C. de fideicom. authen. hoc amplius.* & prædicta ſunt vera, ſi ratio recti ſermonis hoc patitur, vt quia inſtituit tres, vel quatuor filios, vel ventrem, ex quo poſſunt plures naſci vt *l. antiqui libero. ff. ſi pars hæredi. pe.* nam tunc vno decedente, illud participium *ſuperuiuentes*, in maſculis ſuperſtitibus verificari poteſt: nam tunc eo decedente illud participium *ſuperuiuentes*, in maſculis ſubſtitutis verificari poteſt. Sed ſi inſtituiſſet tantum duos maſculos, vno moriente tunc, quia illud participium non verificaretur in vno ſolo filio remanente, cum ſit pluralis numeri, tunc de neceſſitate comprehenditur fœmina, licet ex re certa vel quantitate fuerit inſtituta. argum. *l. fin. ff. ad Trebell.* ¶ Sed
23 quæro, † quid ſi reperitur ſcriptum abbreuiate hoc modo, *peruenias in ſuperuinen.* Ita quod poteſt dicere, *in ſuperuiuentem. & in ſuperuiuẽtes*, qualiter debet intelligi? Reſpondeo, q̃ eſt aduertendum, quod hoc poteſt colligi ex præcedentibus, vel ex ſequentibus verbis: vt ſit numeri pluralis, vel ſingularis, ſed quod requirit vera, alias bona grammatica: vt *l. Plancius. ff. de auro, & argen. le.* quod ſi hoc non apparet, præſumo teſtatorem ſic locutum, vt eos quos iniuſte prædilexit, & inuicẽ coniunxit, prædilexerit, & coniunxerit etiam in ſubſtitutione: arg. dictæ *l. coheredi. §. diſcretas*, & dictæ *l. Lucius. §. pater puerum.* quod eſt notandum.
24 ¶ Item † quæro, teſtator inſtituit duos filios impuberes: & poſtea dixit, *ſi quis eorum hæres non erit, eos inuicem ſubſtituo*, vtrum in iſta breuiloqua contineatur pupillaris? *Gui.* dicit quod non, quia talis ſubſtitutio fuit collata in caſum expreſſum, ſi hæres non erit, vnde continebit tacitam pupillarem: ſicut ſub expreſſa vulgari. vt *l. iam hoc iu-*
25 *re*, & ſic † hęc pupillaris matrem non excludit: vt *l. fin. C. de inſti. & ſubſti.* quod faceret ſi contineretur in breuiloqua: vt *l. Lucius. ff. de vulg. & pu.*
26 & ſupra dixi. Hoc tenet *Ray.* & *Bar.* ¶ Itẽ † quæro, vtrũ ſubſtitutio breuiloqua facta per hæc verba, *vos inuicem ſubſtituo*, contineat fideicommiſſariam? Et videtur quod ſic: vt *l. ſi plures. ff. de vul. & pu.* ibi, *in omnem caſum*, &c. & *l. Scæuola. ad Trebell. Dinus* tenet contrarium, quod ſic probat, cuicũque fiat hæc ſubſtitutio ab initio, valet iure iuris vulgaris directo: ergo ex poſt facto non poteſt obliquari, nec ad fideicommiſſum trahi in paga-
27 no; vt *l. verbis. l. in pupillari. ff. de vul. & pu.* non † obſtat *l. Scæuola*, quia ibi loquitur in ſubſtitutione directa facta in codicillis, quæ ab initio iure directo valere non potuit merito ad fideicommiſſum trahitur, ſed hic ab initio potuit valere iure directo: vt ſupra dixi. ergo, &c. *Iac. de Aren.* tenet opinionem *Dini*, & communiter omnes, pro qua eſt text. in prælleg. *l. iam hoc iure*, ibi, *in vulgarem tantummodo*, &c. Non obſtat *l. ſi plures.* quia illa verba quę dicunt, *in omnem cauſam*, debẽt exponi, ideſt. omnem euentum prouenientẽ ex ſubſtitutione directa. Ita exponit *Dinus*, & *Iac.* & hæc opinio cõmuniter approbatur. ¶ Itẽ
28 quæro, † quidam habebat filios duos ex prima vxore, & alios duos ex ſecunda: eos inſtituit, & inuicẽ ſubſtituit, vnus repudiauit, vtrum admittatur ſolum ille qui eſt vtrimque coniunctus? Et videtur quod ſic, quia coniunctio legis æquiparatur coniunctioni hominis; vt *l. cum in teſtamento. de hæredi. inſti.* Sed coniunctus ab homine in breuiloqua diſiuncto præfertur: vt *l. coheredi. §. qui diſcretas*, ergo, &c. non obſtat *eod. l. §. qui patrem*, vbi dicitur, quod iſta ſubſtitutio ſpecialiter facta debet vltra ius commune aliquid operari: arg. *l. ſi ante. ff. de legatis primo*, nam illud ideo, quia ſic teſtator ſpecialiter expreſſit. Ita tenet *Dinus*, & *Ray. in tractatu breuiloqua* tenẽt contrariũ, & bene per rationẽ *Bar.* per *l. ſi. ff. ad Trebel.* præterea dicit ipſe, quod ratio *Dini* non eſt vera, per *l. & Proculo. ff. de legatis ſecundo.* & *l. reconuncti. ae legatis*
29 *tertio.* vbi † probatur, q̃ coniunctio hominis eſt fortior quã coniunctio legis. *Bar.* tenet idẽ tali ratione, quia iſti fratres nullo modo ſunt coniuncti etiam coniunctione legali. Nam in hac materia debemus coniunctos accipere tali coniunctione, quod inducat ius accreſcendi. vt dicto *§. qui diſcretas.* ſed iſti fratres ſunt coniuncti coniunctione ſanguinis, non hominis vel legis, ergo, &c. ¶ Itẽ
30 quæro, † duo ſunt inſtituti, & inuicem ſubſtituti, vnus repudiat, an alter poſsit abſtinere iure ſubſtitutionis, & accipere iure accreſcendi? *Gloſ.* tangit in *l. nec his, §. hæres. ff. de adquir.*

31 *hære.* & vide per *Bar.* ¶ Qualiter † autem iſta ſubſtitutio finiatur, dic quod interdum continet vulgares, interdum pupillares, interdum exemplares. Ideo dic vt dixi, in *cap. impuberibus*, videlicet in tractatu cuiuslibet ipſarum. ¶ Sequitur videre aliquid de compendioſa. quia ex quo in alleg. *cap. impuberibus*, viſum eſt taliter qualiter, de vulgari, & pupillari, & fideicõmiſſaria, & ſupra in hoc cap. de breuiloqua, ſiue reciproca. Nũc reſtat vt de cõpendioſa; quæ eſt quinta, & vltima, aliquid ſub epilogo videamus, quia cæteris eſt communior, & eius materia vtilis, & ſæpe
32 contingens. Et primo † quæro, quæ ſit ſubſtitutio compẽdioſa? Dic quod eſt illa quæ ſub cõditione mortis, vel alia multa tempora ſub cõpendio complectitur, ſecundum *Azonẽ*, & *glo.* & *Doc. C. de impu. & aliis ſubſti.* De cõditione mortis apparet exemplũ in *l. Centurio. ff. de vulga. & pupil.* & in *l. precibus. C. eod.* vt ſi filius meus deceſſerit, ſiue adijciatur certũ, & determinatum tempus, ſiue indeterminatũ. Item q̃ dixi, vel alia, ideo eſt, quia in hac ſubſtitutione etiã alia conditio quã mortis apponi poteſt & eſt eadẽ ſubſtitutio: vt ſi aliquid fecerit, vel ſi liberos nõ habuerit: arg. *l. Lucius. ff. de hære. inſti.* & *l. generaliter. §. cum autẽ. C. de inſti. & ſubſti.* Item quod dixi, Multa tẽpora ſub cõpendio complectitur; ideo eſt, quia poteſt complecti tempus pubertatis, & poſt. Itẽ tempus limitatum, quia dixi, ſi intra vigeſimum quintum annum deceſſerit. Itẽ non limitatum, vt quia dixi, quandocumq. deceſſerit, vt in præallegatis le
33 gibus. ¶ Secundo † quæro, quare vocatur cõpendioſa? Reſpõdeo, quia ſub verborũ cõpendio plures ſubſtitutiones cõplectitur, & hoc nomen fuit ſibi ab Imperatore impoſitũ: vt *l. precibus.* Facit *l. Manius. §. duobus. de legatis ſecundo*, ibi, *orationis cõ-*
34 *pendio*, &c. An † autem hæc compendioſa ſit ſubſtitutio per ſe, an vero ſit ſubſtitutionis adiectio? Veritas eſt, quod ſi iſta ſubſtitutio fiat à pagano, eſt magis quædam adiectio, quam ſubſtitutio per ſe, quia plures directæ in ea continentur, ſcilicet vulgaris, pupillaris & exemplaris. Itẽ continetur in ea fideicõmiſſaria. Sed ſi fiat ab eo qui poteſt etiam poſt tẽpora pubertatis ſubſtituere extraneo iure directo, tunc continet in ſe nouam ſubſtitutionem, & eſt vera ſubſtitutio: ita voluit *Dinus in tractatu ſubſtitutionum*, & hoc verũ de iure communi. Sed ſecundum ſtatuta quarumdã ciuitatũ, quæ habent quod filiæ fœminæ coguntur per omnia obſeruare teſtamentũ patris, poterit eis ſubſtitui directo poſt tẽpora pubertatis; ideo
35 etiã tunc idẽ ſicut in milite. ¶ Tertio † quæro de effectu compendioſæ. Et hæc quæſtio habet examinari per plures quæſtiones. Et primo quis ſit effectus huius ſubſtitutionis in milite? Reſpondeo, aut hæc ſubſtitutio ſit â milite per verba mere directa, & dic vt in *l. Centurio. ff. de vul. & pu.* Aut fit per verba communia: tunc ſi mater eſt in medio poſt tempora pubertatis obliquatur, vt dicta *l. precibus.* alias ſemper valet iure directo, vt dicta *l. Centurio.* Aut fit per verba obliqua, & tũc ſemper eſt fideicommiſſaria, vt *l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pu.* quicquid notatur in *l. Centurio.* & hoc in milite. Idem forte in pagano, qui poſſet ſubſtituere directo poſt tempora pubertatis ex forma ſtatuti, vt ſupra dixi. ¶ Item quæro quis ſit effectus compendioſæ in non milite? Reſpondeo, aut fit per verba mere directa, & tũc infra tempora pubertatis valet, ire pupillaris, poſt nullo modo: vt *l. verbis.* & *l. in pupillari. ff. de vul. & pu.* Aut fit per verba communia, vt per verbum *ſubſtituo.* & tunc ſunt *gloſ.* contrariæ: quia in dicta *l. Centurio*, & in *l. precibus*, dicitur quod ſemper eſt fideicommiſſaria. *inſti. eod. in glo. magna*, dicitur quod intra tempora pubertatis valet iure directo. *Bar.* dicit, quod hæc quæſtio habet triã membra, & ideo reaſſumit eam per tres principales quæſtiones. ¶ Primo, quis ſit effectus huius ſubſtitutionis compendioſæ, quando fit per verba mere directa, vt quandocumque deceſſerit, vel ſi intra vigeſimum quintum annum deceſſerit, Tutius ſit hæres? Reſpondeo, gloſæ, vt dixi, tenent, quod poſt tempora pubertatis nullo modo valeat intra tempora ſic iure directo. vt *l. verbis.* & *l. Centurio. eod. tit.* & *l. precibus. C. eod.* & *inſti. eod. in gloſ. magna.* & *Azo in Summa de impu. & aliis ſubſti.* hoc tenet *Iacob. de Bellouiſo, Dinus*, & *Cinus. in cap. Raynutius, extra. de teſtam.* Idem tenet *Innocen.* & *Ioan. Andr.* in *cap. ſi pater extra. de teſtam. lib. 6.* in *gloſ. antiqua.* poſtea idem *Ioan. Andr.* gloſſauit contrarium in *Nouella ſua*, vbi tenet quod infra pupillarem ætatem valet iure directo, poſtea valeat iure fideicommiſſi. de primo dicit eſſe caſum in dicto *cap. ſi pater*, de ſecundo dicit eſſe caſum in dicto *capi Raynutius*, vbi dicitur, quod poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi: vnde poſt pupillarem ætatem iure fideicommiſſi valeat. Item dicit ipſe, quod de iure ciuili eſt caſus in præalleg. *l. precibus.* & nulla ſpecialitas eſt in milite, licet ſic de facto fuerit. *Bartbol.* dicit, quod vtraque opinio poteſt ſuſtineri. Sed pro concordantia
36 dictarum opinionum, quod † ſi teſtator ſic ſubſtituit filium hæredem: *Inſtituo, & quandocunque deceſſerit ſine liberis, Titius ſit hæres*: qualis ſit hæc ſubſtitutio? *gloſ.* in *l. precibus.* dicit, quod omni tempore eſt fideicommiſſaria propter adiectionem illorum verborum, *ſine liberis*, quæ innuit, quod etiam intra pupillarem ætatem valeat iure fideicommiſſi. Idem tenet *Innocen. in cap. Raynutius. extra. de teſtamentis.* Facit ad hoc *l. credendum.* vbi dicitur, quod pupillus decedit inteſtatus. *§. hoc autem. ff. qui pe. tu. Dominus Mar. Si.* & *Vltramontani* tenent contrarium, & dicunt eſſe caſum in *l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla.* nam ibi fuerunt appoſita illa verba, *ſi ſine liberis deceſſerit*: & tamen ibi dicitur, quod videlicet iure communi intra tempora pubertatis, & admittitur ſubſtitutio ad bona filij, quod non eſſet, ſi eſſet fideicommiſſaria: vt *l.*

cohæ-

coheredi. §. cum filia. ff. de vulga. & pupil. Iacobus de Bella Partica tenet *glos.* dictæ *l. precibus.* quasi illa verba, *sine liberis* videantur ad maiorem referri qui cum liberis decedere potest, arg. *l.* 1. in prin. vbi expresse dicitur, quod qui testamentum non potest facere, non decedit intestatus, quia intestabilis dicitur qui nō potest testari: vt *ff. de suis &*
37 *legitimis.* Ad † *l. centurio*, ipse respōdet, quod lex illa non dicit, quod illa substitutio sit directa de iure communi. Sed dicit, quod propria bona filij capit substitutus de iure communi, quasi dicat, hæc substitutio est directa in milite, & de iure
38 communi, de † natura substitutionis facta impuberi est, quod veniāt omnia bona patris filio: vt *inst. de pu. subst.* in prin. Est ergo secundum similitudo, quoad genus, non quoad substitutionis speciem. Præterea dicit ipse in *l. Centurio*, quod est vna substitutio pro omni tempore, scilicet, directa. Sed si in pagano esset directa, non teneret nisi vsque ad tempora pubertatis: vt *l. verbis.* & *l. in pupillari.* prælegat. quod expresse esset contra mentem testatoris, ergo, &c. præterea ibi dicitur, quod testator erat Cēturio, sed miles potest substituere directo etiam puberi, ergo non sequitur, quod licet sit directa in milite, idem sit in pagano. Nec obstat, quod in pagano vltra tempora pubertatis non potest iure directo valere, vt dicta *l. verbis*, quia ibi nullum verbum fuit appositum aptum ad fideicommissum. Hic sit scilicet, verbum, *si sine liberis*. Contra opinionem *Iacobi*, est casus in *cap. si pater. extra. de testa. lib.* 6. cui ipse respōdet, Fateor, quod opinio *Dini*, & aliorū est approbata de iure canonico, sed de iure ciuili non est vera. *Ray. Fran. de Pisis*, & *Bart.* tenent opinionem *Dini*, & aliorum, per dictum *cap. si pater.* & per dictam *l. Centurio.* Non obstat si dicatur, non dicitur decedere sine liberis, nisi ille qui eos habere potest; quia non est verum, vt in dictis legibus. Et alia est significatio illius participij *interstatus*, & similium, de quibus in *l.* 1. *ff. de suis, & legi. hæred.* alia illorum verborum, vel illud, quod ibi dicitur est de stricta, & propria significatione verborum, sed de communi vsu loquendi aliud est: vt *l. liberorum. §. quod tamē Cassius, de legatis tertio. l. Labeo de supellec. le. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. & instrumento le.* & quod de hoc sit casus in dicta *l. Centurio*, vt infra tempora pubertatis sit pupillaris, postea nulla sic ostenditur: nā *l. Centurio* facit differentiam inter militem, & paganum, sed infra tempora pubertatis nulla esset differentia, quia in vtroque venirent bona patris & filij. Præterea probatur sic: vbi testator facit hanc substitutionem per verba mere directa, videtur velle substitutum esse hæredem: sed si dicamus hanc esse fideicommissariam, non erit hæres, sed loco hæredis habebitur: vt *l. si filius. ff. quod cum eo. & inst. de fideicom. hared. §. restituta.* quod
39 esset contra mentem testantis: præterea † quælibet substitutio in dubio debet iudicari directa: vt *l. si. C. de inst. & substitu.* & notatur in dicta *l. verbis similibus.* quanto ergo magis in casu nostro debet iudicari directa, vbi verba sunt mere directa?
40 Præterea † dispositio legis, & testatoris æquiparantur, vt in *authent. de nupt. ij. §. disponat collat.* 4.
41 Sed † prouisio legis in dubio debet trahi ad casum magis necessarium: vt *l.* 1. *§. qui ergo. ff. de ventre inspi. l. Labeo ad Carbo.* ergo idem in dispositione testatoris. Sed certum est, quod directa substitutio est magis necessaria quam fideicommissaria, cum per directam prouideatur, ne filius intestatus decedat, quod trahitur ad bona patris. & filij per fideicommissariam solum testatori prouideatur, cum sola bona eius veniant, vt dicto *§. cum filia*, igitur hanc substitutionem directam non fideicommissariam esse dicamus. Non obstat verba *si sine liberis*, in substitutione adiecta. quæ dicuntur fideicommissaria, quasi substitutis effectus in pubertatis tempus videatur esse collatus, quia hoc non est verum duplici ratione: primo, quia tunc sequeretur, quod infra pubertatem nullo modo, quia esset contra mentem testantis; secundo, quia ista verba *sine liberis*, facta substitutione post mortem tacite intelliguntur: vt *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* & *l. cum anus. ff. de condi. & de.* ergo eorum expressio nihil operari debet, vt alteret substitutionis naturam: vt *l. aliquando. ff. de condi. & de.* Non obstat huic opinioni allegata *l. credendum. §. cum autem.* quia ibi fuerunt verba mere obliqua, vnde semper est fideicommissaria: sed in quæstione nostra sunt verba mere directa, & sic diceremus eam fideicommissariam esse contra mentem testatoris: vt supra dixi.
42 ¶ Item † quærit *Bart.* Testator substituit al cui compendiose in certa re, vel in certa portione, vtrum valeat intra tempora pubertatis, scilicet, per dictam Rubricam. Ipse siquidem substituit per verba directa, & ciuilia, vt, hæres esto, vel instituo, tunc perinde est ac si in vniuersum esset substitutus: vt *l. coheredi. §. vltimo. de vulga. & pupilla.* secundum primam lecturam *glos.* quam nota. Facit *l.* 1. *§. si ex fundo. ff. de hæreas. inst.* Si vero substituit per verba directa non ciuilia, vt accipiat talem rem, vel tale podere, hoc casu non trahitur ad substitutionem directam, quia in relictis singularibus non est differentia, quia verba apponantur: vt in *l. omne verbum. C. communia de leg.* nihil adijciantur expresse illa verba, *hæres*, & simi
43 lia. argum. dictę *l.* 1. *§. si ex fundo.* ¶ Quæro † vlterius, testator compendiose substituit per hæc verba, *Quandocunque filius meus decesserit sine filijs, lego Titio omnia bona mea.* An infra tempora pubertatis hæc substitutio trahatur ad directam pupillarem, effectus est magnus propter legitimam filij. Et videtur, quod ista sint verba directa, & sic infra tempora pubertatis trahantur ad directam
44 pupillarem, nam † verbum *lego*, trahitur ad hæredis institutionem: vt *l. verbis legis. ff. de verbor. sig.* & *l. filium. §. legata.* coniuncta *l.* 1. in prin. *ff. de le. præstan.* In contrarium videtur per *l. mulier. §. fi. ff. ad Trebell.* & hanc partem tanquam veram tenet *Bart.*

45 *Bart.* licet † enim ex latiſſima ſignificatione verbum *lego*, ad inſtitutionem trahatur: tamen ſecundum communem vſum loquendi non trahitur, ſed eſt ſpecies diſtincta ab inſtitutione hęredis. vt dicta *l. verbis legis*, cui vſui loquendi ſtare
64 debemus, vt ſupra dixi: dicit tamen, † q̃ verbum *lego*, eſt verbum directum in dubio; directum dico reſpectu legatarij: vt *l. Lucius*, & ibi nota *ff. de*
47 *legatis ſecundo*, nam † quædam ſunt verba directa, quæ habent à iure tantam ſignificationem, vt trahantur ad inſtitutionem hæredis: vt verbum *inſtituo*, verbum *hæres eſto*, & ſimilia; quædam habent ſignificationem ſeparatam à iure, vt verbum *lego*; quædam non habent ſpecialem ſignificationem, vt verbum *accipiat*, verbum *moriatur*, & ſimilia, de quibus dixi in *cap. impuberibus*. ¶ Vlterius
48 quæro, † quando hæc ſubſtitutio eſt compendioſa, fit per verba mere obliqua: & iſto caſu ſecundum omnes iſta ſubſtitutio eſt omni tempore fideicommiſſaria, & matrem non excludit, & falcidia non detrahitur. vt *l. coheredes. §. cum filio.*
49 prælleg. ſunt autem † verba obliqua, vt verbum *reſtituo*: vide allegato *cap. impuberibus*. ¶ Item
50 quæro † circa hoc quod ſi teſtator dixit: Inſtituo filium meum hæredem, & ſi deceſſerit ſine liberis, volo, quod bona mea dentur pauperibus, vel diſtribuantur inter pauperes per meos fideicommiſſarios: an illo decedente in pupillari ætate, iſta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria? Et videtur, quod omni tempore ſit fideicommiſſaria, per *l. fundi Trebatius. ff. de vſufr. le.* contrarium tenet *Bart.* ſcilicet, quod ſit directa, & dicit ipſe in ſubſtitutione prædicta intelligitur verbum *accipiant*, hoc modo; videlicet quandocumque filius meus deceſſerit, quod tunc fideicommiſſum accipiant, & dem: vt eſt *gl. ſ.* in *l. alio.* in fi. *gl. ſ. ff. de ali. & cib. le.* pro quo *l. denique. §. interdum. ff. de pe. le.* & expreſſe habetur in *authem. de ec. tit. §. ſi quis au-*
51 *tem. colla. 9.* ſed † iſtud verbum ſubintellectum, ſcilicet, *accipiant*, trahitur ad directam pupillarẽ, vt probatur in *cap. 1. de teſtamentis. lib. 6.* & in *l. his verbis. ff. de hæred. inſti.* ergo ipſi fideicommiſſarij debent dare, & diſtribuere inter pauperes, non autem de manu alterius eis tradi. Pro hac parte videtur caſus *extra. de teſtamentis. cap. cum tibi.* vbi dicitur, quod quando non eſt alius hęres inſtitutus, iſti fideicommiſſarij habentur loco hæredũ. Hoc tenet *Roff. in tit. de actio. ex teſtamento. verſ. Item quid erit.* & *Spe. tit. de inſtrument. edi. §. nunc aliqua. verſ. Item pone, quod aliquis.* hoc tenuit *Bart.* conſulendo & diſputando: ſicut ergo quando teſtator nullum alium hæredem facit, dicti fideicommiſſarij, habentur loco hæredum, & eos videtur hæredes facere: ita in caſu propoſito. Sed contra hoc videtur, quod ſi mater eſt in medio, talis interpretatio admitti non debet: vt in *l. precibus.* Reſpondeo, contra matrem non admittitur tacita voluntas, de qua teſtator non cogitauit, ſed ius eam præſumit: vt *l. ſans hoc iure.* Ita loquitur *l. precibus.* Sed tacita voluntas, quæ eſt ex præſumpta volũtate colligitur ex aliquibus coniecturis, vel verbis teſtatoris, iſta bene excludit matrem: vt dicta *l. precibus. in glo.* ſuper verbo, *omnino.* & *l. in teſtamento. C. de mil. teſt.* ſed iſta eſt huiuſmodi
52 di. ergo, &c. ¶ Item † quæro: teſtator dixit ſic; Si filius meus deceſſerit ſine liberis, tunc bona mea dentur pauperibus, vel diſtribuantur inter pauperes, nec dixit per quos: an ſit idem, quod ſupra proxima quæſtione dixi? Et videtur, quod
53 ſic, quia Epiſcopus † eſt executor legitimus, & habet à lege illam poteſtatem, quam haberent fideicommiſſarij à teſtatore nominati: vt *l. nulli.* & *l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis & clericis.* & ſic Epiſcopus tenebit locum hæredum. Sed *Bart.* tenet contrarium, quod iſta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria omni tempore: quia facta per verba mere obliqua: vt dicta *l. coheredes. §. cũ filio.* Nec obſtat, quod Epiſcopus eſt legitimus exe-
54 cutor, & tenet locum hæredum: quia † Epiſcopus tenet locum pauperum, & ſiquidem pauperes ſunt inſtituti, tunc Epiſcopus tenet locum
55 hæredum: vt dicta *l. ſi quis ad declinandam.* Si † vero pauperibus eſt legatum relictum, tunc Epiſcopus poteſt intentare actiones pro hoc legato, & illa verba *accipiant*, de quibus ſupra proxima quæſtione dixi, non poſſunt ſubintelligi hoc caſu, cum executio pertinet ad Epiſcopum: quia illa executio pertinet ad ipſum mere ex iuris diſpoſitione, & contra voluntatem defuncti, etiã ſi dixit contrarium in dicto *§. ſi quis autem.* in *authenth. de ec. tit.* & ideo non tenet locum hęredum, ſed ſolum actis intentabit. Et per hoc dico, quod non valet, quod aliquando ponitur in teſtamento, quod executores remaneant vltra annum, nec Epiſcopus ſe intromittat, quod eſt verum in his quæ poſſunt exequi infra annum, quia in alijs non poteſt executori mora imputari.
56 ¶ Item † quæro, teſtator dixit ſic: Volo, quod bona mea vendantur, & pretium eorum diſtribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per meos fideicommiſſarios: an iſta ſubſtitutio ſit directa infra tempora pubertatis, vt illa verba vltima referantur ad omnia præcedentia; an vero venditio remaneat in diſpoſitione iuris communis ſiue diſtributione executoris: & hoc vlti-
57 mum tenet *Bart.* quia † qualitas, quæ addit verbo determinato per relatiuum, recipit ſolum ſuum antecedens: vt *l. alia.* in fi. *ff. de ali. & cib. le.* & ſic cum verba dicant, *quorum electio*, ſcilicet pauperum, ad id tantum refertur, ſcilicet ad meos fideicommiſſarios, & ſic erit fideicommiſſaria. Idẽ ſi diceret, *& pretium diſtribuatur inter pauperes eligendos per meos fideicommiſſarios.* & participium reſoluatur in verbum relatiuum *eligendos*, hoc eſt, qui eligentur, & prædicta vera, niſi ex verbis alijs ſupra, vel infra in teſtamento poſitis appa-
58 reret teſtatorem aliud voluiſſe. ¶ Inſuper † quæro, quando compendioſa eſt facta per verbum commune: vt per verbum *ſubſtituo*, quod eſt commune: vt *l. precibus*; an infra tempora pubertatis

valeat

valeat iure directo postea ad fideicommissariam trahatur vel omni tempore sit fideicommissaria? Respondeo, siquidem ista substitutio est facta, cum temporum distinctione, vt quia dixit, Si decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocũque, tunc infra tempora pubertatis erit directa pupillaris, postea erit fideicommissaria. Hoc tenet *glos.* in *l. precibus.* & omnes *Doctores* indubitanter hoc tenent. Quandoque hæc substitutio fit sine distinctione temporum, & in hoc sunt opiniones *glos.* in *l. precibus. glos.* quæ incipit, *secus si dicerẽ.* & in *l. Centurio.* in *glos. magna.* in *vers. si autem dixerit.* & *inst. de pu. substi.* §. *extraneo.* in *glos.* quod semper tenent, quod omni tempore sit fideicommissaria. Idẽ tenet *Azo in Summa de impu. & aliis substitutis.* Idem tenet *glos.* in *cap. Raynuntius. extra. de testa.* Idem *Io. An.* in *cap. si pater. eod. tit. lib. 6.* in *glos. antiqua.* Idem *Ray.* & *Mar. Si.* Contrarium tenet *glos.* expresse *inst. de pu. substi.* in fi. *glos. magna*, quam *glos.* tenet *Iaco. de Aren.* & *Cin.* in dicta *l. precibus.* & *Ioan. An.* hodie in Nouella super dicto *cap. Si pater. extra. de testa. lib. 6.* Super hoc *Bartho.* dicit sic, primo debemus inspicere si ex aliquibus verbis per testatorẽ prolatis possimus conijecturare, quod voluerit, quod infra tempora pubertatis valeat iure directo, quod sæpe contingit, quod est si testator dicat, quod substitutus capiat sua auctoritate, certe ex hoc videtur dicere, quod capiat iure directo, vt *l. Titia.* §. 1. secundum vnam lecturam *de legatis secundo.* vel quid si in præcedentibus verbum illud commune accipit, pro directo, certe in sequentibus pro directo accipiam: vt *l. si seruus plurium.* §. *fi. de legatis secundo.* vel quid si testator dixit, *Libere accipiat*, quasi dicat, accipiat de manu sua; non † enim videtur libere venire, quando sua auctoritate non potest accipere, & sic potest per aliũ impediri: vt *l. vim facit. ff. de vi & vi arm.* Nota † verbum *libere*, & adde notata per *glos.* & *Doct. extra. de censibus. cap. Romana. li. 6.* super verbo *libere*, quia intelligetur, idest, non obstãte aliqua appellatione, præscriptione, consuetudine, vel contradictione: vt *eod. tit.* & *li. cap. fi.* Vide etiam notata per *Hostien.* & *Archi. extra. de supplen. negli. prælat. cap. Romana.* super verbo *libere*, *eod. lib. 6.* vel quid si testator dicat, *quandocumque filius meus decesserit, volo hereditatem meam totam integram ad talem peruenire*: certe hoc esse non potest, nisi vigore pupillaris directæ, quia alias detraheretur legitima, & Trebellianica, & ideo erit directa: argum. *l. in testamento.* in fi. *C. de mili. testa.* vel quid si dicit, *omnia bona mea volo deuenire in talem.* nam eo ipso, quod dicit, *omnia*, nihil excipit: vt *l. Iul.* in prin. *de legatis tertio.* vel dicit, *perueniat*, sine aliqua diminutione: nam tunc excluderet matrem, quia est pupillaris tacita ex voluntate probata: vt *l. precibus.* in *glo.* super verbo, *omnino.* Secus si dicat, *volo ad talem peruenire omnia bona mea, mobilia, & immobilia.* & non dixit, *iure & actione*: nam tunc videtur substitutus in dictis bonis; quia † actiones non connumerantur inter mobilia, vel inter immobilia: vt *l. quam Tuberonis. ff. de peculio.* & *l. momentum. ff. de verb. sig.* & ibi *Iaco. de Aren.* & *l. à diuo. ff. de re iudi.* Quandoque aliquod istorum verborum non apponitur in testamento, sed testator simpliciter dicit, *quandocumque filius meus decesserit, Titium substituo.* isto casu dicit ipse debere inspici, quæ sit voluntas testatoris, quia si est dubia, nec de eius voluntate apparet, siquidem mater est in medio, interpretabimur pro matre, tanquam in benigniorem partem, & erit omni tempore fideicommissaria, & ita etiam consuluit *Franciscus de Pisis*: quod intellige, nisi sint substituti filij testatoris, qui ex præsumpta voluntate defuncti matrem excludunt: vt notatur in *l. precibus.* in *vltima glos.* & *Doct.* in *l. fi. C. de institu. & substi.* ¶ Sed hoc dictum videtur contra *l. precibus.* vbi primo est directa, postea fideicommissaria: & tamen mater est in medio. Solutio. Ibi est speciale in testamento militis, qui potest omni tempore iure directo substituere: nam satis facit legi, faciendo eã obliquari, cum mater est in medio: sed si esset paganus, esset omni tempore fideicommissaria. ¶ Sed contra prędicta opponitur de *cap. si pater. extra. de test. lib. 6.* vbi mater est in medio, & tamen valet iure directo tempore pubertatis. Solutio. Ibi fuit substitutio facta per verbum directum, vt dicitur ibi in *glos.* super verbo *filia.* Sed quæstio nostra loquitur, quando per verbum commune; & hic potest interpretari, vt de manu alterius accipiat: sed quando est verbum directum, in quo est verisimile, quod à seipso accipiat, ista intepretatio non cadit in omnibus casibus, in quibus tacita pupillaris admittitur contra matrem ex præsumpta voluntate defuncti: idem dico hic probatis dictis præsumptionibus. Et quod in matre dixi, intelligo idem, si esset in medio aliqua illarum personarum, contra quas non admittitur tacita pupillaris, vt diximus in matre pupilli. Si vero nec mater, nec aliqua istarum personarum esset in medio, tunc dico, quod si decedat in pupillari ætate, erit pupillaris directa, postea erit fideicommissaria, quod probatur per rationem supra factam, quia verbum, † quod potest se habere ad plura tempora, iudicatur ab initio esse prolatum, vt ostendat futuros euentus: vt *l. 3. de adi. leg.* & *l. hæc conditio. in. 1. de condi. & de. l. sed & Iul. ff. ad Macedo.* & *l. qui res.* post prin. *ff. de solut.* Aut ergo iste filius decessit in pupillari ætate, & videtur hoc verbum prolatum à testatore, ac si dixisset, & si in pupillari ætate decesserit. Si vero post videtur prolatum in fideicommissum, & sic ista substitutio est vniformis, quia lex, quæ semper certa est, facit ipsam ab initio directam, postea fideicommissariam, & ideo non variatur ex tempore, sed est vniformis, & in vnum casum potest committi, & per hoc patet responsum ad contraria. ¶ Item quæro iuxta prædicta. † Si hæc substitutio fiat cum temporum distinctione infra tempora pubertatis, absque dubio continet pupilla-

64 pupillarem. ¶ Sed pone, † quod testator sic dixit, *substituo Titium filio meo impuberi, si decesserit sine liberis*: vtrum per hoc verbum *impuberi*, videatur ætatem limitasse, vt vlterius hæc substitutio non extendatur? *Ioan. An.* dicit, quod non. sed illud verbum *impuberi*, videtur causa demõstrationis adiectum, vt ipse notat in dicto *cap. si pater.* & allegato *cap. Raynuntius*, vbi videatur tex. *Bar.* dicit sic, aut illud adiectum *impuberi*, adijcitur verbo dispositiuo: vt *filio meo impuberi substituo talem, si decesserit sine liberis.* & tunc verum est, quod dicit *Ioan. An.* vt *l. Mela.* in prin. *ff. de ali. & ci. le.* Si vero ponitur, & respicit verbum executiuum, vt *si filius meus impubes decesserit, talem substituo*, vel, *talis succedat*, tũc requiritur, quod filius sit impubes, cum decedit: argum. *l. 2. ff. de aqua, & arg. le. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa.* & *l. si Titius. de testa. mil.* Fallit si apponatur aliquod verbum, per quod appareat testatorem aliud censuisse, vt puta, si dixit, *si sine liberis decesserit*, quia tunc videtur velle substitutionem extendi post tempora pubertatis, & ita potest intelligi dictũ
65 *cap. Raynuntius.* ¶ Item quæro, † vtrum compendiosa facta per verbum commune contineat vulgarem, si institutus non erit hæres? Respõdeo, aut ista compendiosa continet pupillarem, quod quando contineat, ex prædictis apparet, & tunc continetur vulgaris: vt *l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pu.* Aut nõ continet pupillarem; vt puta quia facta filio maiori, vel emancipato, vel extraneo; tunc si ista compendiosa esset facta per verbum mere obliquum, non continetur vulgaris. Imo illa obliqua substitutio euanesceret, instituto non adeunte: vt *l. ille à quo. §. si ex testamento. ff. ad Trebell.* Sed si esset facta per verbum commune, tunc continet vulgarem, secundum *Iaco. de Ranen.* vt refert *Cinus* in *l. precibus.* Hoc tenent *Ray.* & *Bart.* quia verborum significatio hoc importat: dicit enim, *si filius meus decesserit sine liberis*, vel, *quandocumque*, quia intelligitur, siue decedat in vita testatoris, siue post: vt dicta *l. 3. de adi. le.* & dicta *l. hac conditio.* Contra hoc videtur *l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebell.* vbi facta per verbũ *perueniat*, semper videtur fideicommissaria. Solutio. Illud est verum post aditam hæreditatem, vt ibi dicitur
66 per *Bart.* Sed † attende, quia in hac patria per *cap. impuberibus*, verba communia pro directis habentur, & ideo limitantur multa de ijs quæ dicta sunt supra. ¶ Item opponitur, & videtur, quod hæc substitutio non contineat nisi vulgarem tantum, & nullo modo trahatur ad fideicommissariam. vt *l. iam hoc iure.* in prin. prælegat. vbi dicitur, quod breuiloqua facta per verbum *substituo*, continet vulgares tantum, ergo idem in compendiosa. Solutio. Si quidem compendiosa est facta per adiectionem temporis importati per dictionem *quandocumque* tantum, sine dubio continet fideicommissariam post aditam hæreditatem, si non est appolita dictio *quandocumque*, sed aliqua conditio, quæ de sui natura tractum temporis requirit: vt *si decesserit sine liberis*, & tunc continet fideicommissariam. vt dicta *l. hæredes mei.* & dicto *cap. si pater.* Sed si testator dixit, *filio meo talem substituo*, non adiecto, quod requirat tractum temporis; tunc ista substitutio non esset compendiosa, sed vulgaris tantum, vel pupillaris, si esset facta filio impuberi: vt *ff. de li. & posthu. l. Gallus. §. 1.* secundum vnam casus positionem, & dicta *l. iam hoc*
67 *iure. §. 1. & 2.* ¶ Item quæro, † quid si substitutio compendiosa fiat in re certa per verbum commune, vt puta, *si filius meus decesserit sine liberis, substituo Titium in tali fundo*? Respondeo verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitati nunquam trahitur ad substitutionem directam: vt *l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebel.* Hoc tenet *Ri. Mala.* per *§. aliud quoque. cap. coniunctio. vers. cæterum. in authen.*
68 *vt cum de app. cog.* ¶ Et hoc nota, † ad quæstionem si testator instituit filiam in certa quantitate, si decesserit sine liberis, vel quandocumque, volo, quod dicta quantitas deueniat in talem; quia tũc non continet pupillarem, cum sit facta per verbum commune. Idem si dicerem, quod illud verbum esset directum, quia non est ciuile, imo non debet trahi ad substitutionem. ¶ Item quæro,
69 quid † si hæc substitutio fiat per verbum commune in certa portione sub nomine quotæ, quæ trahitur ad directam? Respondeo, si quidem totam hæreditatem diuisit in quotas per plures personas, tunc est proinde ac si vnum tantum in totum substituisset, nam assignatio portionum licet non apponatur, *hæres esto*, habet vim institutionis: vt *l. 1. §. diuus. ff. de hæredi. inst.* Si vero portionem tantum alteri assignasset, & alijs nullam substitutionem fecisset; tunc ad institutionem non trahitur, vt probatur in *l. cum autem. ff. de legatis secundo.* ¶ Vlterius † quæro, quid si testator
70 dixerit, *si filius meus decesserit sine filijs, vel eorum filij sine filijs, bona mea deueniant in talem*: an hæc substitutio valeat in filijs filiorum: *Ri. Mala.* dixit, quod si testator nihil eis reliquit, sed ab intestato, vel ex testamento successerunt patri eorum: vt *l. Lucius. ff. de hæredi. instit.* ergo pater eos grauare nõ potuit: vt *l. sed si sic. §. 1. de legatis tertio. Iaco. de Belioms.* tenet contrariũ. Sed *Bart.* dicit sic, aut testator reliquit fideicommissariam ab ipso filio primo instituto, licet duplicet dictionem alternatiuam, vt puta, si decesserit sine filijs, vel filij
71 eius sine filijs, tunc valet; quia † ille grauatur qui honoratur, licet in persona hæredum istius primi filij existat ista conditio: vt *l. coheredi. §. cũ filio. ff. de vulga. & pupill.* & *l. legatum sub conditione. ff. de condi. & de.* Si vero relinquit nominatim ab ipsis filijs filiorum, tunc nõ valeret relictum, per *l. sed si sic. §. 1. ff. de legatis tertio.* & ita consuluerũt quidam magni *Doct.* Vel possemus (& forte melius) dicere, quod indistincte valeat talis substitutio, non obstante *l. sed si sic. §. 1.* quia in quæstione nostra filij filiorum habent ex dispositione testatoris primi, hoc est aui; nam ex quo istos
72 filios † grauauit, eis reliquisse videtur: vt *l. deniq.*

§. inter-

§.*interdum*.§.*de pecu.le*. Facit, quod notatur in *l. libertus*. in fi. *glos. penult. ff. de ali. & ci. le.* pro hoc *l. si ista stip.* in prin. *de operis lib.* Non obstat *l. Lucius* prælleg at. quia illud verum, quando ipsis filijs filiorum nullum grauamen impositum est: & sic non possumus dicere, quod eis relictum videa-
73 tur. vt supra dixi, alias secus. ¶ Sed † quæro, quid in dubio, hoc casu à quo videtur fideicommissum relictum, vel à primo filio instituto. vel ab eius filijs? Respondeo, tenendo primam opinionem, quod fideicommissum relictum à filijs non valeat: in dubio debemus dicere, videri relictum ab eo à quo valeret, vt res magis valeat, quam pereat: vt *l. quotiens. ff. de rebus au.* pro hoc *l. si seruus legatus.* §. *qui margaritam. de legatis primo.* & *l. si. C. ad Trebel.* Sed tenendo secundam opinionem, quam videtur tenere *Bart.* in hac materia, & in *l. a si sic.* scilicet, quod ab vtroque possit relinqui, dic vt notatur per *glos.* & per eum in *l. qui duos. ff. de vulga. & pu.* & in *l. codicillis. ff. de vsuf. le.*
74 ¶ Vidimus † quando ista substitutio est facta per verbum directum, obliquum, vel commune, nunc quæro, quid si apponantur duo ex illis verbis? Respondeo, quando apponuntur illa in persona vnius, vt quia dixit, Si filius meus decesserit sine liberis, ra eum sibi substituo, & eum sibi hæredem facio: vel bona mea ad talem perueniant, & in iis eum hæredem instituo. & si isto casu, perinde est ac si substitutio esset facta per verba me-
75 re directa, quia istud † verbum commune, vt ambiguum declaratur ratione adiuncti: arguim. *l. si seruus plurium.* in fin. *de legatis primo.* & *l. nec adiecit.* cum *l. se. ff. profecti.* Vel dic (& melius) quod verbum directum stabit in sua propria significatione, & verbum commune trahetur ad fideicommissum: vt sic aliquid operetur adiectio dictorum verborum, & tunc erit in electione substituti capere ex directa, vel fideicõmissaria: vt *l. testamento. ff. de manum. te.* & *l. recte fare.* §. *Titio. ff. ad Trebel.* Idẽ si testator dixit post factam substitutionem, Sic volo hanc substitutionem valere, vulgariter, pupillariter, vel per fideicommissum: quia tũc esset in electione substituti. Idem e. et dicendum si substitutio sit hoc modo: Si filius meus decesserit sine liberis, Titium instituo & substituo. Nam
76 cum † verbum *instituo*, sit directum: vt *l.* 1. in fi. *ff. de vulga. & pupil.* & *l. si pater filio de hæred. inst.* valebit vtroque iure. Pro hoc facit *l. pe. de ventre inspiciendo.* & melius *l. si pater impuberes. de vulga.*
77 *& pupil.* ¶ Item † quæro, quid si verbum directum in substitutione appositum possit se habere per modum demonstrationis, vt cum dixit testator, Si filius meus decesserit sine liberis, substituo ei Titium infrascriptum hæredẽ, quem postea hæredem scripsit, vtrum illa verba, *infrascriptum hæredem*, possint intelligi respectu testatoris, & sic dispositiue, quid in dubio? Respondeo, quod debet intelligi demonstratiue: vt *l. pe.* §. *Titia. ff. de*
78 *libera le.* ¶ Item † quid si testator reliquit plura legata singularia, postea dixit, Residuũ meorum bonorum volo ad talem peruenire? Respondeo, substitutio vniuersaliter facta per verbum *residuum*, &c. propter legata particularia non alteratur, sed remanet in suis viribus, ac si esset hæres in totum institutus: vt *l. 2. C. de hæred. insti.* Hæc materia est valde prolixa: vnde cætera vide per *Alexandrum* & *Doctores* prædictos. ¶ Sed si
79 quis † ita dixerit, Si nullus filiorum decesserit sine liberis, talem substituo. Dic, quod ista verba debent, secundum vulgare intelligi, scilicet, si nullus, idest, si aliquis, &c. secundum communem
80 modum loquendi, qui † prævalet omni proprię significationi: vt *l. liberorum.* §. *quod tamen Cassius. ff. de legatis tertio.* cum similibus. *Si ningu morra sens infans.* intelligimus in vulgari idest, *si algu morra sens infans*, &c. *car aquest ningu prenen per algu.* &
81 sic † negatiuum pro affirmatiuo, & vniuersale
82 pro singulari, &c. Vltimo nota, † quod filius, qui soluerit debitum patris sui defuncti, præsumitur soluisse vt hæres. vt *C. de iure deli. l. cum debitum.* & hoc verum, nisi aliter fuerit protestatus: vt in *l. pro hære. ff. de adqui. hæred.* secundum *Bart.* & idem si appareat alium fore hęredem ex testamento paterno, quia tunc tollitur præsumptio.

De vicesgerente Gubernatoris. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Vicesgerens Gubernatoris præsentibus Rege aut eius locumtenente non potest facere locumtenentem.*
2 *Locumtenens non potest facere alium locumtenentem.*
3 *Primogenitus, quod succedat in Regno si consuetudo est, & duo nascantur simul, an simul succedant. traditur.*
4 *Obstetricis dicto standum, quamuis sit singularis in dicto.*
5 *Vicesgerentis, & primogeniti Regis vnum, & idem est consistorium: & inferuntur quædam promissa Regis Iacobi.*

1 VLterius statuimus, quod domino Rege, seu nobis, &c. Catus. † Vicesgerens Gubernatoris in Cathalonia, domino Rege, aut eius locumtenente præsentibus non potest facere locumtenentem. Hoc dicit. Cõcordat supra *cella. proxi.* in *curia Montissoni cap. prouidentes.* vide & adde quæ ibi dixi: & in *curia Cernaria cap. præterea quia per*
2 *reseruationes*. Nota, † quod locumtenentem non potest facere alium locumtenentem. *C. de iudi. l. à iudice*, & *de legatis secũdo. l. si Augusta.* & vide *Bal.* in *l. si incertus.* §. *deportatos. ff. de legatis tertio.* Ergo olim domina Regina Ioanna, vt tutrix Infantis Ferdinandi tunc pupilli locumtenentis de iure non poterat regere per locumtenentem; licet de facto faceret contrarium, & male. Sequitur in
3 textu, *primogenito.* Nota, † quod si consuetudo est, quod primogenitus succedat in Regno, & duo nascantur simul, an succedãt ambo. *gl. s.* quod sic. in *l. Aretusa. ff. de sta. ho.* In contrarium *l. 1. C. de metropoli. lib. 11. ff. de ori. iuris* 2. §. *nouissime.* quod robustior *l. si fuerit.* §. *si. ff. de re. du.* Vel dic, q̃ masculus præsumitur antenatus. Sed si ambo sunt masculi, vel ambę fœminę, forte dirimetur: arguim. *l. sed cum ambo. ff. de iudi.* Vel qui est in possessione præfertur. *ff. de sta. ho. l. Aretusa*, in *glos.* Vel stabi-
4 tur dicto obstetricis. *ff. ad Carbo. l. 1. §. duo.* licet vni

non

non debeat credi: vt *l.* 1. §. 1. *ff de ventre inſpi.* ſe-
5 cundum *An.* & *Alber.* ¶ Vltimo † nota, quod iſtius viceſgerentis, & primogeniti vnum, & idem eſt conſiſtorium; vt habetur in quadam prouiſione Regia tenoris ſequentis.

¶ Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Vniuerſis & ſingulis Prælatis, Comitibus, Baronibus, militibus, ciuibus, hominibus villarũ, & aliis vniuerſis intra Cathaloniã conſtitutis. Salutẽ & dilectionem. Cordibus Regum & Principum, &c. Poſtquam experimento didicimus fore vtilius & magis neceſſarium toti terræ, viceſgerentem procuratoris prædictum inibi ponere, & ſubſtituere, ac reducere, ſicut erat illa ratione præcipua, vt ipſe multorum querelas, quos ex defectu non exiſtentis viceſgentis procuratoris ad nos extra Cathaloniã permanentes frequenter oportebat habere recurſum, audiat & decidat ſicut poſſet Infans prædictus, & noſtrorum omnium officialium actus videat, & cognoſcat eorum conatus iuſtos & licitos, comprobando probos, & illicitos reprimẽdo, nobiſque abſentibus, qui ſingulis terris & locis nequimus adeſſe, habeant ad quem recurrere valeant ſubditi à Deo noſtræ traditi ditioni. Quare de fide volentes, &c. vt dictus viceſgerens in locis vbi dictus Infans præſens non fuerit, poſſit per ſe nomine dicti mandatis noſtraque auctoritate, omnia & ſingula facere, ſeu etiam expedire per Cathaloniam totam, quæ ipſe Infans poſſet facere vllo modo ſi præſens exiſteret, &c. Retento nobis, & reſeruato, quod à tententijs & proceſſibus dicti viceſgerentis non ad ipſum Infantem, cuius idem cõſiſtorium iudicandum exiſtit, ſed ad noſtram curiam appelletur. Hoc idem eſſe cenſemus in ſententijs prolatis à iudicibus aſſignatis per eum. In locis vero, in quibus idem Infans præſens fuerit cum ſuo conſiſtorio, exequatur, & faciat omnia & ſingula ſupradicta iuxta commiſſionis eidem Infanti factæ traditam per nos formam. Quo circa vobis, &c. Dat. Cæſarauguſtæ kalendas Iunij, anno Domini 1304.

De notariorum examine publico. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Examen notariorum fieri debet in capite cuiuslibet Vicaria, & non examinati vti nequeunt tabellionatus officio.*
2 *Notariorum materia remiſſiue.*
3 *Notarij auctoritas eſt de iure ciuili.*
4 *De iure gentium non eſt quod vni credatur.*
5 *Probatio miraculoſa eſt, quod pelli mortua credatur.*
6 *Notarius qui acta conficit, illa perficere debet.*
7 *Notarius vnus ſi eſt ad acta deputatus, alter non poteſt acta per illum cœpta expedire.*
8 *Conſiliarius ciuitatis non poteſt eſſe notarius.*
9 *Notarij multiplex nomen remiſſiue.*
10 *Notarij eſſe non poſſunt rectores ciuitatis, vt ſunt iurati Gerundæ. idem nu.* 12.
11 *Iurati dicuntur decuriones de iure communi.*
13 *Iurati eſſe nõ poſſũt aduocati: quãuis hoc male ſeruetur.*
14 *Examinatus iterum examinari non debet.*
15 *Approbatus ex cauſa reprobari poteſt.*

1 PRæterea *declarantes*, &c. Caſus. Examinatio notariorum † antequam vtantur in aliquo loco Cathaloniæ, vndecumque fuerint, habet fieri in capite cuiuslibet Vicariæ in loco vbi Vicarius tenet ſuam ſedem ordinariam. Hoc dicit.
2 De † materia huius vide quæ ſcripſi ſupra *coll.* 3. in *curia Montiſſoni. cap.* 20. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod illud idem fiat in notarijs publicis.* ¶ Sequitur in textu, *notarius.* Nota, † quod auctoritas notarij ſiue tabellionis eſt de iure ciuili, & quod ei credatur non eſt de iure naturę, vel gentium: *l.* 2. §. *poſt originem. ff. de ori. iuris.* ſecundum *Gui.* in *l. non*
4 *licet ar. ff. de adop.* Et † eſt ratio, quia quod vni credatur, non eſt de iure gentium. Imo dicit *Inno.* in
5 *c. cum Petabellio. extra. de fide inſtrumen.* quod † hęc eſt miraculoſa probatio, quod pelli mortuæ credatur. Item nota, † quod notarius, qui acta conficit, illa perficere debet: vt notatur in *authent. de*
7 *haered. & fal.* §. *ſi vero abſunt.* & ibi *gloſ.* Item † nota, quod ſi notarius eſt ad acta deputatus, alter notarius non poteſt acta cœpta per illum expedire, ſecundum *Butrium* in *l.* 1. *C. de ſper.* & per ipſam legem nota bene, quia facit contra notarium tabulæ, de quo dicam infra *cella.* 10. *in curia dominæ Mariæ. cap. lo ſcriua de la taula.* & vide quæ dixi ſupra *coll.* 5. in *curia Montiſalbi. cap.* 5. *Item cũ ſuexta capitula.* cum ſuis concor. Item nota, † quod
8 conſiliarius ciuitatis non poteſt eſſe notarius: *C.*
9 *de decurio. l. vniuerſos. lib.* 10. De multiplici † nomine notarij vide in *Rubr. C. de tabularijs. lib.* 10.
10 & ibi notat *gl. ſ.* quod † notarij non poſſunt eſſe anciani, ideſt rectores ciuitatis, vt ſunt Iurati
11 Gerundæ, & in † iure communi dicuntur decuriones, vt notat *glo.* in *Rub. C. de decurionibus. li.* 10.
12 & non † poteſt eſſe tabellio, vt notat *gloſ.* in *l. ſi quis decurio. C. ad l. Cor. de falſ.* quod dic, vt ibi. Videmus tamen de facto ſeruari contrarium in hac patria, quia notarij quandoque fiunt Iurati, vel conſiliarij rectores ciuitatum. Sed tunc non
13 debent vti notariæ officio. Nec † poſſunt eſſe aduocati, licet debeãt ſcire leges. Hoc eſt contra illos, qui volunt ordinare, quod iuriſperiti non poſſint eſſe de cõſilio ciuitatis. Sed eſſet bonum, quod iuriſperitus, qui eſſet Iuratus illo anno haberet abſtinere ab aduocando contra ciues, quos tenetur protegere ratione officij iurariæ, ſicut eſt ſtatutum de iudice. ¶ Sequitur in textu, *niſi iam*
14 *examinati exiſtant.* Nota ergo hic, quod † examinatus non debet iterum examinari, de quo vide quæ ſcripſi ſupra *cella. proxi.* in *curia Montiſſoni. c. in ciuitatibus*, ſuper verbo *approbatus.* cum ſuis cõ-
15 cor. ¶ Semel † tamen approbatus poterit ex cauſa reprobari: vt *ff. de muneribus & honoribus. l. ſed reprobari.* alias eſt §. *de l. vt gradanti. eod. tit.*

DEnique *reuocantes conſtitutionem per nos pridem editam in ciuitate Illerdæ*, &c. Hanc curiam Illerdæ, de qua hic fit mentio, ego non repetij in meo libro, nec in libris aduocatorũ Gerundæ,

& ideo

& ideo non possum super isto capitulo aliud dicere. Sequitur in textu, *reprehensibile*. Hæc verba habes in *cap. non debet. extra. de consang. & affinit.* & quid in hac constit. quæ hic reuocata est cõtinebatur, nescio, quia non reperij, vt dixi. Quære, si vis apud archiuum Regis, vel apud Deputatos Generalis Cathaloniæ, Barcinonæ residentes.

De vnione ciuitatis Dertusæ. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Dertusæ cum suis castro, iurisdictione, & terminis est vnita Comitatui Barcinonæ & Principatui Cathaloniæ inseparabiliter.*
2 *Vnionis Regnorum & Prouinciarũ materia. remissiue.*
3 *Dertusenses sunt Cathalani, sicut Rosilionenses sunt Cathalani propter vnionem.*
4 *Vnio communicat idiomata, priuilegia, ac iura.*
5 *Membris non licet à capite recedere.*
6 *Ciuitas Dertusæ iam olim erat de Comitatu Barcinonæ, & membrum Principatus Cathaloniæ.*
7 *Ciuitas Gerundæ est vnita Comitatui Barcinonæ ex priuilegio.*
8 *Digitus non est membrum, sed officium membri.*
9 *Recedere dicitur qui in totum recedit ab alio, secus si in aliquo detrahit, vel addit.*
10 *Recedere est separari ab vnitate.*
11 *Prouincia, vel castrum vnita Regno an regantur constitutionibus Regni. remissiue.*
13 *Ciuitas quæ. remissiue.*
13 *Comitatus Barcinonæ & Principatus Cathaloniæ sunt eadem territoria, & non diuersa. & nu. 14.*
15 *Barcino ciuitas antiquior est & nobilior inter ciuitates Cathaloniæ.*
16 *Barcinone intrat Rex in introitu officij, & inibi præstãtus illi homagia.*
17 *Comes Barcinonæ habet largo modo Principatum Cathaloniæ pro suo Comitatu.*
18 *Barcinone olim fuit Vicecomes.*
19 *Ciuitas vnita Principatui trahitur ad naturam eius, cui vnitur.*
20 *Constitutiones Cathaloniæ debent seruari in ciuitate Dertusæ, ex quo est vnita Principatui Cathaloniæ.*
21 *Ex duabus ciuitatibus, quarum neutra alteri vnitur, sed ambæ simul vniuntur, priuilegia meliora & humaniora retinentur.*
22 *De vnione duplicis officij in vnum. remissiue.*
23 *Vnio fit quinque modis. remissiue.*
24 Vnita *de verbo quamplurima remissiue.*
25 *Confirmatur illud quod ab initio non tenet.*
26 *Confirmare aliud est quam dare.*
27 *Confirmans imperfectum dare non videtur, sed perficere imperfectum.*
28 *Confirmans non dat.*
29 *Confirmatio priuilegiorum interpretatur de priuilegijs iustis.*
30 *Confirmatum à superiore non reuocat inferior.*
31 *Confirmatio non dicitur. sine præambulo esse confirmati.*
32 *De vniuersitate dicitur, qui numeratur inter illos de vniuersitate.*
33 *Consules ciuitatis possunt se intromittere, quando deminus, vel potestas facerent iniustitiam.*
34 *Delinquens contra priuilegia vniuersitatis gaudere illis nequit.*
35 *Vniuersitas quãdo facit aliquid contra iura, non sufficit maior pars, sed requiritur consensus omnium.*
37 *Iuratorum maior pars sufficit, quando faciunt quid contra ius.*
37 *Vniuersitas excommunicari non potest.*
38 *Vniuersitas quandoque vocatur corpus, quandoque collegium.*
39 *Societas religionis causa conseruanda iustitia est approbata.*
40 *Congregatio ciuitatis est de iure approbata, & ciuitas non recognoscens superiorem potest approbare collegia.*
41 *Collegij signa sunt, quod habeat syndicum, arcam communem, & res communes.*
42 *Ciuitatis administratio ad quos spectet de iure.*
43 *Vniuersitatis in factis duæ partes debent esse præsentes.*
44 *Vniuersitatis maioris partis determinationi computatis præsentibus & absentibus anstetur; an vero solũ maiori parti præsentium. remissiue.*
45 *Conuocatio concilij vniuersitatis fieri debet per potestatem, & conuocatur per sonum campanæ, vel per tubam.*
46 *Vniuersitas an teneatur, si omnes de vniuersitate alicui iniuriauerint.*
47 *Domicilium habens in ciuitate potest esse de vniuersitate.*
48 *Ciuis late appellatur subiectus ciuitati, quasi quod regatur lege ciuitatis.*
49 *Ciuis factus ex constitutione est vere ciuis.*
50 *Ciuis ex priuilegio an censeatur ciuis quoad incommoda.*
51 *Statutum vbi dixerit, quod habitans tot annis sit ciuis, an dicatur habitasse, qui habitauerit maiori parte anni.*
52 *Ciuitas quemadmodum fundatur muris, ita etiam legibus.*
53 *Iurisperiti ita sunt necessarij in ciuitate sicut muri.*
54 *Ciuitatis appellatione rus non comprehenditur.*
55 *Ciuis non dicitur qui est de Vico.*
56 *Oriundus vnde quis est, ibi dicitur fouere domicilium.*
57 *Domicilia plura quis habere potest.*
58 *Regis fides est seruanda.*
59 *Extremum non impedit medium transire ad extremum habilia.*
60 *Medium repugnans actui tendenti ad extrema impedit transitum ad dicta extrema. idem nu. 61.*
62 *Medij inhabilitas impedit cursum ad extrema.*
63 *Regna quæ ex successione debeantur. remissiue.*
64 *Prouinciarum diuisio remissiue.*
65 *Regnum vbi defertur non iure hereditario, sed sanguinis, & de consuetudine, vel alias præfertur linea masculina, tunc quis non venit ex linea feminina.*

1 POstremo, cũ non liceat à capite membra recedere, &c. Casus. † Ciuitas Dertusæ cum castro, iurisdictione, & terminis suis iunt Comitatui Barcinonæ

cinonę,& Principatui Cathaloniæ inſeparabiliter vnitæ per hanc conſtitutionem, ita ꝙ quandocunque fuerit Rex Aragonũ & Comes Barcinonæ habet eſſe dominus dictæ ciuitatis,caſtri
2 & terminorum ipſius. Hoc dicit. De † materia vnionis Regnorum & Prouinciarum dixi ſupra *collat.3. in curia Montiſſoni,cap.33. Item ordinamus, quod vllo tempore Regnum & inſulæ Maioricarum.*& ſupra *collat.4. in 1.curia Barcin.cap.42. Item ordinamus & ſtatuimus,quod aliquo tempore Regnum,*&c.&
3 repete hic quæ in eis dixi. Et ita † Dertuſenſes ſunt Cathalani, ſicut Roſſilionenſes,propter vnionem.Sic etiam dico de habitatoribus inſulæ Regni Maioricarum, & aliarum inſularum ipſi Regno adiacentium,vt dixi infra *collat.10.in curia Reginæ Mariæ,cap.primerament*:quia † propter vnionem fit communicatio idiomatum,& priuilegiorum,ac iurium,vide *vl f.in cap.infra.extra.ne ſede vacāte aliquid innouetur.* adde notata per *Bar. ff.de ſta.ho.l.in vrbe.* Sequitur in textu. *membra recedere.* Nota hic,quod † non licet à capite membra recedere. ſic *extra.de præſcript. cap. cum non licet.*
6 cum ſuis concordantijs. Item nota hic ciuitatem Dertuſæ etiam ante iſtam conſtitutionem fuiſſe de Comitatu Barcinonæ,& membrũ Principatus Cathaloniæ: ſed fuerat olim ſeparatum propter Marchionatum, modo per hanc conſtitutionem eſt facta redintegratio & vnio inſeparabilis,vt amodo & in perpetuum ſit membrum dicti Comitatus, & huius Principatus Cathaloniæ.Et ſimilis vnio eſt facta de ciuitate Gerun-
7 dæ † ex priuilegio,licet de hoc non ſit facta cõ-
8 ſtitutio.Et nota, † quod digitus non eſt membrum,ſed officium membri *ff. de ſta. ho. l. non ſunt liberi.text.& glo.& ff.de admin.edict.l. quidem Officius.*idem de dente.*ff.eod. l.cui dens,* ſecundũ *Bal.*
9 Item nota,quod recedere dicitur,qui † in totum ab actu recedit,ſecus ſi in aliquo addit,vel detrahit.vide *l. ins ciuile.ff.de inſt.& iure.*& † recedere eſt ſeparari ab vnitate,& ita ſumitur in hoc cap.
11 Et quando † vna prouincia,vel caſtrum vnitur Regno,an regantur iuxta conſtitutiones Regni, cui eſt facta vnio,vide per *Bart.in l.ſi cõuenerit.* §. *fundum.ff.de pig.act.*& ibi *G.de Cag.* adde *extr. de his quæ fi.a maio.parte.Cap.c.ex parte.* ¶ Sequitur in
12 tex.*& ciuitas Dertuſa.*Quid † ſit ciuitas, vide ea quæ ſcripſi ſup.*col.proxi.in curia Montiſſoni,c.in ciuitatibus.*Sequitur in tex. *Comitatus Barcinonæ, &*
13 *Principatus Cathaloniæ.*Hic † videtur quod Comitatus Barcinonæ,& Principatus Cathaloniæ ſint diuerſa territoria.Sed contrariũ videtur inf.eod. ibi,*incorporamus dicto Comitatui,* vbi loquitur de ambobus in ſingulari, & ideo expone, *&* pro *id*
14 *eſt*,quia totus Principatus Cathaloniæ eſt Comitatus Barcinonæ,& ideo intitulatur,Comes Bar
15 cinonæ,quia Barcinona eſt antiquior &nobilior
16 ciuitas Cathaloniæ, & ideo in ipſa debet Rex iurare,& ibi præſtantur homagia in introitu ſui regiminis, de quo dic vt notatur ſup. *col.4.in 2. curia Barcin.& 29.Item quod noſtri ſucceſſores.* & hoc vidi contineri in quodam priuilegio Regis. Verum eſt,quod antiquitus Comitatus Barcinonæ
17† non cõprehendebat vltra diœceſim Barci.ſed quia Comes Barcinonæ poſtea obtinuit Principatũ Cathaloniæ, ideo largo nomine Comes Barcinonæ habet ipſum Principatum pro ſuo Comi
18 tatu:& in † Barcin.fuit olim Vicecomes,vt dicitur in prin.vſat.*c.vnde cum dompnus.* Et iſtũ Comitatum Barcin.& Principatum in Cathalonia habet Rex in franco allodio, & alij Comites & Barones Cathalonię ſunt ſubiecti Comiti Barci. qui non recognoſcit ſuperiorẽ in temporali, vt dixi inf. *col.9.curiæ Regis Ferd.c.Sicut aduerſus.* §. *caueat.*hoc eſt verum in quantum eſt Princeps Cathaloniæ,quia antea erat ſub Rege Franciæ tunc Imperatore.Sequitur in tex. *perpetuo vnita,*
19 Nota quod † iſta ciuitas, quæ vnitur Principatui,,trahitur ad naturam eius cui vnitur. videas *extra.de his quæ fi.a maio.par. Cap.* alias *de ſta.mon. c.recolentes.*& *ff.de pig.act.l.ſi conuenerit.* §.*ſi fundũ.*
20 & ibi *Bart.*& *Gui.*Et nota quod † hæc vnio fuit facta tamquã de membro capiti,& ita hæc ciuitas naturam capitis aſſumit,& ſic conſtitutiones Cathaloniæ,& regaliæ, & priuilegia Principatus debebunt ſeruari in hac ciuitate vnita , maxime quando cauſa ipſius ciuitatis erit cũ alio de alijs locis Cathaloniæ.& ita conſt tur. paciũ & treugarum,ſoni emiſſi, & huiuſmodi debent ibi ſeruari de iuramento,licet quida.n cõtra Sed
21 vbi † neutra alteri vnitur,ſed ambæ ſimul vniũtur,ſicut eſt de Regno Maioricarũ: vt ſup. *tit.*
2.*cap.*32. *Item ordinamus, quod nullo tempore.* tunc enim leges & priuilegia meliora & humaniora retinentur. *C.de rei vxo.act. l.vnica.*in prin. *C.communia.de legatis ſecundo.*in fin.vide *C.de methic.l.*1.
22 *lib.*10. De vnione duplicis † officij in vnum vide in *authent.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.*§.*illum tamen.collat.*2. & per *Innocentium extra.ne ſede vacante.c.nouit.*& *glo.*& *Gui.*16.*q.*1.*cap. & temporis*
23 *qualitas.* Et † poteſt fieri vnio quinque modis, quos ponit *Hoſtien.in Summa.tit.ne ſede vacante.* & adde quæ notantur per *Henri.Boich extra. de ex-*
24 *ceſſi. præla. c.ſicut vnire.* Et de hoc verbo.† *vnita,* dic vt in *l.amplius.*§.1.*ff. de dam.infecto.* Sequitur
25 in tex. *confirmantes.*Nota † quod cõfirmatur id, quod à principio nõ tenet.*ff.qui & à quibus.l.pignori.*v.de concor. in *l.ſeruo alieno.eo.tit.* Item nota
26 quod † aliud eſt confirmare, aliud dare. & qui confirmat,dare non videtur,quando confirmatio ordinatur ad conceſsionem alias ex ſe iure validã.*ff.de iur.om.iud.l.more.*& tunc actus non attribuitur confirmanti.vide *extra.de reſcripti.c.cũ aliquibus.lib.6.*&*ext.de fide inſtrum.c.inter dilectos.*ſed quãdo actus eſt nullus,qui cõfirmat dat.*ff.de adop.*
27 *l.adoptio.ff.de adi.le.l.legata.*Et † qui confirmat,nõ nullum,ſed imperfectum,nõ videtur dare,ſed imperfectũ perficere.in *auth.de defen.ci.*§.*ſed interim.* Itẽ confirmans actũ perfectum.etſi actus tollatur
28 nõ depẽdet ab eius poteſtate.Cõfirmãs † nõ dat.*l. vnũ.*§.*ſi de falcid.ff.ac le.*2.Si erat in poteſtate ſua tolle-

Digitized by Google

tollere ſi confirmat volens de nouo inducere, confirmans dat: vt *l. poſthumi in fin. ff. de iniuſt. rup. & irrito.* & *l. tractabitur. ff. de teſtamen. milit.* Si tantum vult confirmare, quod confirmat non dat: vt in *cap. fina. extra de confir. vti. vel inuti.* vide *Bart. G. in l. & quia. ff. de iuriſdictio. omnium iud.* & *Butr.* qui
29 plenius & ſubtilius loquitur ibi. ¶ Item † nota, quod confirmatio priuilegiorum refertur ad priuilegia iuſta. vide *Bar. in l. prima. de ijs qui ſui, vel alie. iur. ſunt.* allegat *l. proximis. de ijs quæ in teſtamen. delentur.* & *cap. 1. extra de inr. iuran. lib. 6.* &
30 *ff. de adquir. poſſ. ff. l. quod ſeruus.* ¶ Item † nota, ꝙ confirmatum à ſuperiore, non deſtituit inferior: ſed illius eſt deſtitutio, cuius eſt confirmatio: in *authen. de defen. ciui. §. 1. verſ. Nos igitur. collatio. 3.*
31 ¶ Item † non eſt confirmatio ſine præambulo eſſe confirmati. *ff. de ritu nuptiar. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de li. leg. l. Aurelius. §. a teſtamento.* ¶ Sequi-
32 tur in tex. *vniuerſitati.* Nota † quod ille dicitur de vniuerſitate, qui numeratur inter illos de vniuerſitate. *C. de epiſc. & cleric. l. quiſquis.* ¶ Item no
33 ta, † quod Conſules ciuitatis, vbi Poteſtas, vel dominus ciuitatis faceret iniuſtitiam, poſſunt ſe intromittere: vt *C. de epiſcopali. l. iudices.* & ibi *Gui.*
34 ¶ Item † nota, quod delinquens contra priuilegia vniuerſitatis, priuandus eſt priuilegijs vniuerſitatis. *C. de ſtatu. l. vr. Ro. l. 1. lib. 11.* ¶ Item no-
35 ta, † quod vbi vniuerſitas facit aliquid contra iura, non ſufficit maior pars: ſed exigitur conſenſus omnium, ſecundum *Cynum in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. in 10. quæſt. circa finem.* contrarium tenet *Bart. in l. omnes populi*; in ſecundo principali membro *qualiter ſtatuta fiant.* & eſt *gl. ſ. in l. aliud. §. refert. ff. de regul. iur.* vbi in maleficijs, & ſtatutis ſtatur maiori parti. vide *Guido. de Cug.* qui tenet primum in *l. de quibus. ff. de leg. in verſ. Sed pone quod populus in 20. collat.* qui allegat pro caſu *de defen. ciui. ad fin.* ibi. *Tota vniuerſitas.* vide *Doctores*
36 *in cap. cum omnes. extra de conſtitut.* Nota, † quod ſufficit maior pars Iuratorũ quando faciunt cõtra ius: quia tunc videtur de gratia diſpenſare, & donare; & tunc habet locum regula quod om
37 nes tangit. Item † vniuerſitas non poteſt excõmunicari. vide *Innocent. extra de ſentent. excommun. cap. grauem.* & in *cap. Romana. §. caueant hodie. lib. 6.*
38 ¶ Item † vniuerſitas appellatur quandoq. corpus, quandoq. collegium. ff. *de in ius vo. l. ſed ſi hac. §. qui manu mittitur.* quãdoq. appellatur ſocietas.
39 ff. *quod cuiuſq. vni. l. 1. in prine.* ¶ Et † ſocietas religionis cauſa conſeruãdæ iuſtitiæ eſt approbata: vt *l. 1. §. ſi religionis. ff. de colle. illi. glo.* & *Bar. ff. quod*
40 *cuiuſq. vniuer. l. 1.* Et ibi nota, † quod ciuitatis, & caſtri cõgregatio eſt de iure approbata, & quod ciuitas quæ non recognoſcit ſuperiorem poteſt approbare collegia, facit quod proceres Barcino. non poſſint concedere confratrias: ſecus tamen ſeruant propter priuilegium, quod eis cõcedit facere ordinationes. tutius eſt tamen habere conceſſionem a Principe: prædicta tamen valde non pro ſacramentali, & collegio aduocatorum.

41 ¶ Item nota, † quod ſigna collegij ſunt, ſi habet Syndicum, archam communem, & res cõmunes:
42 vt *d. l. 1. §. quibus.* ¶ Quæro † ad quos de iure ſpectet adminiſtratio ciuitatis? Reſpondetur, quod ad illum, cui deputauit conſuetudo, vel ad antiquiorem, vel ad poteſtatem, dicit *gl. ſ. in l. multi ff. quod cuiuſq. vniuer.* & *Bar.* ibi. vel ad eum, cui hoc
43 concedit conſilium: vide ibi tex. & glo. Itẽ † in factis vniuerſitatis duæ partes debent eſſe præ-
44 ſentes *ff. quod cuiuſq. vniuer. l. plane.* Sed † an & ſtetur determinationi maioris partis, computatis præſentibus, & abſentibus; an vero ſolum ſtetur maiori parti præſentium, & ſic illarum duarum partium: & hoc teneas: vide *glo. ff. de tu. & cur. da. ab ijs. l. vbi abſunt.* & hoc verum vbi aliud ex priuilegio non habetur; tũc enim tenor priuilegiorum inſpiciendus eſt. *extra de priuile. c. porro.* ¶ Itẽ
45 nota, † quod conuocatio vniuerſitatis & conſilij ciuitatis fieri debet per Poteſtatem, & conuocatur per campanam, vel tubam, dicit text. & glo. *C. de decurio. l. 2. lib. 10.* & *C. de ſeruis reipu.* ¶ Item
46 nota, † quod ſi omnes de vniuerſitate fecerint iniuriam, non tenetur vniuerſitas. *glo. ſ. in diſient. §. 1. ff. quod cuiuſq. vniuer.* niſi fiat conſilio habito, vel campana ſonata: oportet ergo ad hoc, vt delictũ vniuerſitati ſcribatur, quod ipſa vniuerſitas legitime ad id congregata hoc faciat. vide *Innoce. in cap. bone, lo 2. extr. de poſtul. prela.* & *Bart. in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis.* & vide *glo.* & *Docto. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur.* ¶ Item nota, quod refert an delictum committatur ab vniuerſitate, tanquam vniuerſitas communicato conſilio; & tunc ſinguli obligantur in ſolidum cum præſtatione vnius pœnę. Sed ſi non communicato conſilio, ſed proprio conſilio plures delinquant, tũc obligantur delinquentes omnes inſolidum, & quoad ſubſtantiam obligationis, & quoad effectum exactionis: text. eſt notabilis *ff. quod vi, aut clam. l. ſemper. §. & ſi commu.* nota. bene, & vide ibi *Bar.* & *Dy.* adde etiam quæ notantur per *Bald. in tit. de pace conſtantie. §. damna.* ſuper *verb. ab vniuerſitate.* adde notata per *Iaco. Cals. in Lucidario de ſono emiſſo.* in 8. *dub.* & ſcripſi latius in *ſumma regal. ſoni emiſſi. quæſt. 29. §. vlterius quæro hic. verſ. tamen hoc caſu etiam.* & ſuper Sacramentali Gerundæ c.
47 14. in *verb. c. a la vniuerſitat.* ¶ Item † nota, quod de iure quilibet habens domicilium in ciuitate poteſt eſſe de vniuerſitate. vide *C. de fabricen. l. ſi quis conſortium. lib. 11.* ¶ Sequitur in text. *ciuibus*
48 *& habitatoribus.* Nota, † quod ciuis ciuitatis late appellatur quilibet ſubiectus ciuitati, quaſi qui regitur lege ciuitatis. *ff. de ijs qui ſui, vel alieni*
49 *iur. ſunt. l. 2.* & ibi *glo.* Item † nota, quod ciuis factus ex conſtitutione, verus eſt ciuis; adeo quod ſtatuta loquentia de ciuibus, in iſtis verifi. ãtur, & habent tales ciues illa priuilegia quæ habent ciues originarij: vt *l. ſed & ſi hac. §. ſed & ſi quis. ff. de in ius vo.* & hoc tenet *Cy. in l. ſi. C. de ijs qui v. at. impe.* Dicit tamen *Bal.* quod ſi conſuetudo habet vt ciues originarij demum priuilegia habeant,

quod tales adoptiui non habebunt, vide *Baldum*
50 *in l. in vrbe.* ff. *de ſtatu hom.* ¶ Et † ſi aliquis in priuilegium ſit factus ciuis, an quo ad incommoda cenſeatur, vide *C. de legibus. l. quod fauore.* per
51 *Guidonem de Suza.* Item, † quod ſi dixerit ſtatutũ, Qui habitauerit tot annis ſit ciuis, ille dicitur habitaſſe, qui habitauerit maiore parte anni, *ff. de fundo inſtruc. l. cum de lanionis. §. Sabinus.* ¶ Vl-
52 terius nota, † quod ſicut ciuitas fundatur muris, ita & legibus. *ff. de origi. iur. l. 2. §. deinde ex aliis.* Et
53 ideo † ſicut muri neceſſarij ſunt in ciuitate, ita etiam iurisperiti neceſſarij ſunt, quia parum eſt iura eſſe, &c. *ff. de ori. iur. l. 2. §. poſt originem.* ¶ Sed
54 ciuitatis † appellatione non cõprehenditur rus, vt *l. 1. C. ſi curia. relic. ciui. rus habi. voluerit. lib. 9.* Et
55 non † dicitur ciuis qui eſt de vico. *C. de natu. li. l. 3.* vide ibi *Bart.* & *de verb. ob. l. quidam cum filium. in*
56 *vlt. q.* ¶ Item nota, † quod vnde quis eſt oriũdus, ibi dicitur retinere domicilium. *ff. de ſena. l. 1.* & notat *glo. extr. de temp. ord. c. cum nullus.* ſuper *verb.*
57 *oriundus. lib. 6.* Itẽ † poteſt quis habere plura domicilia, vt notat *glo. in eo. cap.* ſuper *verb. domiciliũ.* & dixi ſup. *coll. 5. c. 21. Item ad ſupplicationẽ.* & infra *coll. 9. c. Confirmants les conſtitucions.* ſuper *verbo Que aquell qui no ſera domiciliat.* ¶ Sequitur in tex. *corona.* vide *C. quæ res pig. vel hypo. obl. po. l. ſi e prami.* ¶ Sequitur in tex. *promittentes in fide domini Regis.*
58 Dic quod † ſeruãda eſt, ſine engayns, vt in *vſati. quoniam per quiquũ.* ¶ Sequitur in tex. *extrema.* No-
59 ta † quod extremum non impedit medium tranſire ad extrema habilia, ſicut & cauſa non cauſatur a medio, ſed ab extremis. *ff. de ſena. l. eman-*
60 *cipatum. §. fin.* Item † medium repugnans impedit extrema. vide ff. *de ſeruitu. l. ſeruitutes. §. publico.* vide quod extremum trahitur ad medium, quandoque media ad extrema. *glo.* ff. *de ſerui. ruſ. prad. l. qui ſelle. §. ſi.* quandoque extremum ad extremũ, vt finis ad naturam principij. & principium ad
61 naturam finis. ¶ Item † medium repugnans actui tendenti ad extrema, tranſitum impedit ad extrema ff. *de ſerui. l. ſeruitutes. §. publico. l. tria præ-*
62 *dia.* ff. *de ſeruit. ruſ. prad.* Item † inhabilitas medij impedit curſum ad extrema, ff. *de donat. inter vir. & vxo. l. ſed interim. §. 1.* vide quæ ibi notantur. Et
63 de † regnis, quæ ex ſucceſſione debentur, vide per *Ioa. And. extr. de elect. c. ven.* & quod notatur *7. q. 1. cap. denique. 8. q. 1. cap. Moyſes.* & per *Archid. in cap. grandi. de ſupplen. neg. prala. li. 6.* vbi agitur de coadiutore per Papam dando Regi, ſuperiorem non habenti, ſi negligens fuerit, vel remiſſus. vide quę ſcripſi ſupra *eod. c. vlterius ſtatuimus.* ſuper
64 *verb. primogenito.* Et † de diuiſione prouinciarũ, vide ff. *de aſſ. l. ſi eaa.* & *C. de metropoli Bersto. l. 1. lib.* 11. vide & adde quæ notantur per *Henric. in cap.*
65 *ſicut vnire. extra. de exce. prala.* ¶ Vlterius † nota, quod vbi regnum defertur non iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, de cõſuetudine, vel alias, prẽfertur linea maſculina, tunc non venit quis ex linea fœminina, iuxta notata per *Io. Andr. in addi. ſpe. ſup. Rub. de teſtament.*

De moneta tam minutorum denariorum, quam argenti. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Moneta Barcinonæ ſiue aurea, ſiue aerea perpetuo & ſine diminutione, tam in lege, quam in ſigno debet eſſe ſtabilis, iuxta formam priuilegiorum.*
2 *Fabricatores falſæ monetæ pœna quandoque ignis eſt.*
3 *Monetæ materia remiſſiue. & de moneta, & monetarijs. num. 4.*
5 *Theſaurus proprie quid.*
6 *Theſaurus caſu fortuito, vel ſtudioſe, vel in loco ſacro, ſeu religioſo inuentus, cuius eſſe debeat. remiſſiue.*
7 *Aurifodinæ cuius ſint. remiſſiue.*
8 *Moneta recipi debet pro quantitate & valore determinato a ſuperiore.*
9 *Moneta mutata, de quo eſt facienda ſolutio. remiſſiue.*
10 *Rex multis indiget, præſertim in bello.*
11 *Generale Cathaloniæ oportuit introduci, vt haberet omnis expenſarum tempore belli.*
12 *Mandans alicui, vt ſibi defendat in bello, ſi mãdatarius perdit arma, & bellũ ſit licitum, tenetur dictus mandans arma ei emendare.*
13 *Dominus Rex Aragonum poteſt indicere bellum. declaratur ibidem.*
14 *Bellum pro cuiuſlibet defenſione licitum.*
15 *Bellum multipliciter licitum. declaratur ibidem.*
16 *Iura de captiuis loquentia, non procedunt in captis a latronibus.*
17 *Diffidatus an abſque alia diffidatione poſſit aggredi diffidantem. remiſſiue.*
18 *Bellum indicitur pro conſequendo debito, vbi aliter iuſtitia haberi non poteſt.*
19 *Stipendiarij an valeãt capere bona amicorum proſe ſuſtentando.*
20 *Ab hoſtibus capta noſtra fiunt.*
21 *Hoſtes ſi capiunt prædas, & alij perſequantur, & eripiant ab hoſtibus, an ſint antiqui domini. remiſſiue.*
22 *Belli dux tranſigere poteſt de treugis, inducijs, & pace.*
23 *Fides ex diſpoſitione legis, etiam ſine ſalvo conductu cẽſetur data legato.*
24 *Bellum eſt iuſtum, quod fit ex Principis edicto. declaratur.*
25 *Bellum an ſit iuſtum, ſeu iniuſtum, iudicatur ex cauſa. & declaratur cauſa præcipua iuſti belli. numero 26.*
27 *Bellorum ſeptem ſpecies. remiſſiue.*
28 *Fatiçha iuſtitiæ eſt iuſta cauſa concedendi marchas.*
29 *Arma portare non licet inſcio Principe. & in quibus caſibus ſoleant Principes concedere arma portare. traditur num. 30.*
31 *Gladium propria auctoritate accipiens, gladio eſt ferendus.*

1 SAne licet nuper. Caſus. † Moneta Barcinonenſis tam de denarijs minutis, quam de argento, debet tam in lege, quam in ſigno perpetuo eſſe ſtabilis, & ſine diminutione qualibet cõſeruari, iuxta formã priuilegiorũ Regiorũ à Regibus

1 gibus Aragonum concessorum. h. d. Est † pœna fabricatorum falsæ monetæ quandoque ignis, *l. si quis, C. de fal. mone.* vide *Iac. de Calic. in 7. dub. sua Margarita.* Et † de materia huius dixi *sup. colla. 4. in 1. cur. Barci. c. 10. Item confirmamus, & concedimus in perpetuum monetam Barcino. perpetuã de terno,* &c. vide quæ ibi dixi. vide *Doct. in cap. quanto, extr. de iureiuran.* Et † de moneta, & monetarijs vide *infra colla. 10. curia Regi. Mariæ. cap. molts inexperts.* adde etiam quæ dixi *supr. collat. 6. in curia Perpinia. cap. cum de valore.* Et nota, † quod thesaurus proprie est quædam pecuniæ depositio, cuius nõ extat memoria, cuius quidem dominium temporis vetustate ignoratum est, *ff. de acquiren. rer. domi. l. nunquam. §. thesaurus.* & *C. de thesaur. l. 1. lib. 10.* Magis proprie dicitur pecunia abscondita, cuius tamẽ dominium temporis vetustate ignoratur. *ff. de adquir. p ff. l. peregre. ff. ad exhi. l. thesaurus. ff. de aur. & arge. leg. pe. §. cum adeo.* Item si aliquis inuenit thesaurum in loco aliquo casu fortuito, vel studiose, vel si inuenit in loco sacro, vel religioso, cuius esse debeat in toto, vel in parte, vide notata *14. q. 5. c. si quid inueneris.* Item † cuius sint aurifodinæ, vide *in Margarita fisci 8. dub. versi. 77.* Et nota † quod quilibet tenetur recipere monetam pro quantitate, & valore a superiore determinatis, alias punitur, vt *C. de veteris num. pote. l. 1. & l. vniuersos.* & ibi ita not. *Ioan. de Platea in c. si mutetur † moneta, de qua sit fiẽda solutio.* vide *Guillel. in spec. tit. de solut. §. delegare. vers. Pone statuto.* & vide *Bar. in l. Paulus. ff. de solu. & Doctor. modernos in c. quanto. ext. de iur. iuran.* sequitur in text. *indigebat propter magnas, alias immensas expensas.* Nota † q Rex multis indiget, & præsertim in guerris, quod experti sumus, & propter hoc oportuit introducere †. Generale quod habet onus expẽsarum tempore guerræ pro defensione Principatus Cathaloniæ. Sic etiam Imperator multis indiget, & ideo bona vacantia ad eum pertinent, vt *C. de bo. vacan. l. 3.* & quasi per totum. & not. *in summa co. tit. §. in summa scendum est.* Item † nota, quod si tibi mãdauerim vt me defenderes in bello, si perdis arma, & bellum si sit licitum, tenear emendare tibi arma: si illicitum, non. *ff. man. l. si vero non remunerandi. §. turpis se. pe.* vide & adde *in vers. Bart. c. qui fallit.* & *c. similiter & si senior,* & quæ ibi not. sequitur in text. *guerram vrgentem.* Nota ergo hic, quod † dominus Rex Aragonum potest indicere bellum, & guerram, quod est verũ, iuste se defendendo, & contra inimicos suos, alias solus populus Romanus, & Imperator de iure possent indicere bellũ ad impugnandum. Sed † omne bellum a quocunque ad defendendum licitum est, *ff. de iust. & iur. l. ex hoc iur.* vide in *l. hostes. ff. de capti.* alias oẽ bellum illicitũ est. vide & adde quæ scripsi de bello, & duello *sup. coll. 4. in 1. Cur. Barcin. cap. 27. Item quod si aliquis miles,* & in duobus cap. præced. & latius per *Iac. de Calic. in vrida-rio militia.* Item nota † quod bellum multipliciter est licitum: primo ad defensionem: secundo auctoritate iuris, inde populatorũ agrorum, *l. 1. & 2. C. quan. li. vnicuiq. sine iudice se vind.* tertio quãdo iudex populus Romanus, & hostes quos indicũt priuati latrunculi, & q capiunt non faciunt proprium: quarto in defectum iudicis, vt *l. aut prætor. §. si debitorem. ff. de ijs quæ in fraudem credi.* Item bellum est licitum vbi indicitur ab eo, qui nõ habet superiorem, quia vindicat sibi ius indicendi bellum, licet quidam dicant, quod in subsidiũ est Ecclesia superior, in *l. ex hoc iure præall.* Et † iura de captiuis nõ habent locũ in captis a latrunculis. vide *ff. de testa. l. qui a latronibus.* Sed † an diffidatus absque alia diffidatione possit aggredi diffidantem, vide *Petr.* in alleg. *l. ex hoc iure.* & *ff. quod quisque iuris,* per totũ. allegat *l. hostes,* vide in allega. *c. Item quod aliquis miles,* & ibi dixi latius. Item nota † quod bellum potest indici pro sibi debito exequendo, vbi aliter iustitia haberi non potest, vt *l. aut prætor. §. si debitorem.* notat *Innocen. extra de immun. eccle. c. quia plerique.* quia, vt ibi dicit, non est peccatum peruenire ad sibi debitũ. *ff. de legat. 2. l. cum pater. §. Titio.* debet tamen prius diffidari, vt notat *Io. Andr. de homicid. c. 1. lit. 6.* & *Bal. in l. ex hoc iure.* Item † an stipendiarij, & exercitus possint capere pro se sustentando bona amicorum, & a quo debeant de iure habere stipendium, vide *Gui. in l. neminem. C. de sacrosanct. eccl. f.* ¶ Item † nota, quod quæ ab hostibus capiuntur nostra fiunt. not. non dicit in bello, & sic etiã extra bellum. *ff. de adqui. rer. dom. l. naturalem. §. si.* & *transfugam.* ¶ Item † si hostes capiunt prædam, & alij persequantur, & eripiant ab hostibus, an sint antiqui domini, tex. *ff. de acqui. domi. l. Pomponius.* vide *glo. ff. eod. tit. l. transfugam.* vide ibi *glos.* quæ vult res mobiles fieri hostium eas capientium. & *ff. de captiuis. l. si captiuus. §. expulsis.* ¶ Itẽ † potest dux belli trãsigere, seu pacisci de treugis, inducijs, & pace. *ff. de pact. l. conuentionum.* de hoc vide in *vsat. Barcinon. cap. constituerunt etiam sape dicti Principes.* & vide *Bald. in tit. de pace constantie.* ¶ Item † nota, quod fides ex dispositione legis, etiam sine alio saluo, ideſt, guidatico. vel salua guardia, conducto, alias conductu, videtur data a iure legato. *ff. de legatis. l. fin.* vide *glos. in dicta l. conuentionum.* ¶ Vltimo nota, quod † bellum est iustum, quod ex edicto Principis geritur de rebus recuperandis, aut hominum propulsandorũ causa, vt 23. *quæstio. 2. cap. iustum.* & ibi notat *Guido in Cosar.* quod † bellum an sit iustum, vel iniustum, præcipue iudicatur ex causa. Et † est vna causa sola legitima, scilicet contumacia iniuste resistẽtis: tunc enim demum iuste bellatur, cum aliter ab eo, qui obnoxius est, iustitia haberi nõ potest. 23. q. 1. c. *quid culpatur.* & *c. nolo.* & *ff. de vsufruct. l. si vsusfructus.* Sunt † aũt septem bella, de quibus vide in *Rosa. vbi sup.* Sic † in marchis, vna est causa concedẽdi marchas. f. manifesta fatica, siue negligẽtia iustitiæ reddẽdæ. vide quæ scripsi in *vsa. Si quis contra aliũ.* & melius in *vsa. Si quis aliquid mali.* Et nota † q nulli licet inscio Principe arma porta-

portare: *C. vt armorum vſus, in ſuo prin.* &c. *in rubro & nigro. lib.* 11. & in *authent. de man. prin. colla.* 3. & in *authen. de armis. colla.* 5. tales enim incidunt in *l. Iuliam maieſtatis: ff. ad. l. Iul. maieſtatis. l.* 2. Solent
30 tamen † Principes concedere ad inſpiciendos agros exeuntibus, vel ob aliam cauſam euntibus, dummodo ab aliorum læſione abſtineant, ſingulo poſſunt vti, & iſta conceſsio eſt generaliter hodie in Cathalonia, de conſuetudine, ſaluis inhibitionibus, quæ quandoque fiunt per dominũ Regem & eius officiales. de hoc vide quæ ſcripſi ſuper *Sacramentali Gerundæ. cap.* 8. Et adde quæ notantur per *Doct.* in *vſat. Princeps namque.* qui
31 enim † gladium propria auctoritate acceperit, gladio ferendus eſt. 23. *q.* 1. §. 1. & ibidẽ vide etiam de hoc. Vide etiam *Ioan. An.* in *Spe.* in *tertia parte, tit. de conſti.* in *q. quid ſi extraneus.* & *glo. ſ.* 12. *q.* 1. *cap. duo ſunt.* Vbi excipit milites Hoſpitalis Hieroſolymitani, contra Sarracenos, vel Turcos, & alios Paganos fidei Chriſtianę inimicos.

De fugitiuis armatæ nullatenus ſuſtinendis.

Capitulum VII.

SVMMARIVM.

1 *Nullus poteſt ſuſtinere bannitos armata Regis, quamuis ſolitus ſit ſuſtinere bannitos: hodie non tenet hæc conſtitutio.*
2 *Per fugam adminiſtratio fugientis cenſetur reuocata.*
3 *Fuga quando probet delictum. remiſsiue.*
4 *Iniuſte ä poteſtate captus, ſi aufugiat, non tenetur.*
5 *Seruus captus in iuſto bello peccat, ſi aufugiat.*
6 *Propter fugam iudicij an, & qualiter quis condemnari poſsit. remiſsiue.*
7 *Capti in bello an, & quando efficiantur ſerui. remiſsiue.*
8 *Fugientis, & deſerentis bellum pœna quæ.*
9 *Hoſtis accedere non poteſt ad locum hoſtis, niſi ex legatione, & in caſibus iuris.*
10 *Pœna vendentium arma hoſtibus. remiſsiue.*
11 *Portantes arma, vinum, frumentum, vel ſal hoſtibus, capite puniuntur.*
12 *Hoſtibus legare an quis poſsit. remiſsiue.*
13 *Fugitiuus armatæ quis.*
14 *Homagij violatio eſt delictum punibile.*

IN ſuper ſtatuimus, *quod aliquis prælatus*, &c. Caſus. † Nullus poteſt ſuſtinere fugitiuos armatarum domini Regis, etiam ſi ſolitus fuerit ſuſtinere bannitos. Hoc dicit. Sed eſt temporalis, & non tenet hodie, tamen de hoc ſunt ordinationes in domo Deputationis generalis Cathaloniæ, & in curia Admirati maris, & ideo non oportet multum ſuper hoc capitulo inſiſtere. De hoc tamen, quod textus dicit, *qui conſueuerint tenere bannitos.* vide quæ ſcripſi ſupra *colla.* 4. in *curia Gerundæ. cap.* 27. *Item ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ſi aliquis fuerit bannitus.* Et ad id, quod dicit de fugitiuis, eſt ſimile, quod de campſoribus abatuts.
2 Nota in dicta curia Gerundæ. *cap.* 13. Et † nota, quod per ſolam fugam videtur adminiſtrationẽ fugientis reuocatã eſſe: ideo non habet amplius poteſtatem, quod nota pro iſtis mercatoribus abatuts fugientibus. text. in *l. rogaſti. §. ſi. ff. ſi cer-*
3 *tum pe.* & ibi *Bald.* Et † quando fuga probet delictum, vide per *Bart.* & *Bald.* in *l. lege Cornelia. ff. ad Se. contra Sillanianũ.* adde quæ notantur infra *collat. 9. in curia domini Ferdinandi. c. com fer, ò comtrare. §. entes empero*, &c. Et † nota, quod ſi aliquis
4 tenetur iniuſte â poteſtate, & aufugit, non tenetur, *C. de probat. l. vis eius. Bart.* ibi, & vide *vſat. captus.* & ibi *Iaco. de Calicio.* peccat † enim ſeruus captus in bello iuſto, ſi fugiat, nota *glo. ſ.* in *cap. ius*
5 *gentium. diſt.* 1. Sed † an & qualiter propter fugã iudicij quis valeat condemnari. vide *Ant. de Butrio extra. de præſump. cap. nullus.* & *Iaco. de Calicio.*
6 in *vſat. captus à curia.* Sed an, † & quando capti in bello efficiantur ſerui, & an peccet captus fugiat: vide in *Decretis.* 1. *diſt. cap. ius gentium.* in *glo. ſ.*
7 ſuper verbo *captiuitates.* ¶ Quæ † autem ſit pœna fugientis & deſerentis bellum? Reſpondeo, ſecũdum canones excommunicatur, ſecundum leges capite punitur: *ff. de re mili. l. non omne. §. qui in aſſe.*
8 Ita dicit *glo. ſ.* in *cap. ius militare*, 1. *diſt.* Hoſtis † tamẽ nõ poteſt accedere ad locũ hoſtis, niſi ex legatione, vel in caſibus. in *l. ſi. C. quæ res expor. non*
9 *aebent.* Et ibi vide † de pœna vendentium arma
10 hoſtibus. Item † nota, quod portantes arma hoſtibus. vinum, frumentum, vel ſal, capite puniun-
11 tur: vt *l. cotem. ff. de publicanis.* Et † an quis poſsit concedere, vel legere bona hoſtiũ, vide *ff. de verbor. oblig. l. liber homo.* adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla.* 4. in 2. *curia Barcino. cap.* 11. *Item, quod capitulum curiæ.* & in *curia Illerdæ. cap.* 8. *Item, quod de capitulo.* cum ſuis concor. & in *vſat. Barcin.*
12 *cap. Chriſtiani.* Et † dicitur fugitiuus armatæ ille qui accordatus fuit, & cum iuramento, & homagio ſe obligauit ire cum armata. Et ſic ratione violationis iuramenti, & homagij, incurrit crimen & pœnam bauſiæ, & proditionis, & ſic poteſt criminaliter puniri ad arbitrium Principis.
13 Et nota, † quod violatio homagij eſt delictũ punibile Sed punitio erit arbitraria, & arbitrabitur iuxta qualitatẽ rei, vel facti promiſsi, ſuper quo iuramentum, & homagium præſtiterit, de quo dic plene in tractatu, quem compoſui de homagio, adde quę ſcripſi ſupra *coll.* 4. in 2. *curia Barcino. Regis Iacobi Secundi. cap. Item, quod pro aliquo debito.* Et vide notata per *Iaco. de Attaripa in ſuo tractatu de Securitate.*

ORdinamus præterea. Caſus. Hic fuerunt impoſitæ generales treugæ per duos annos tantum. Ita tamen, quod lapſis ipſis duobus annis, quilibet ſit, & remaneat in illo eſſe, & ſtatu in quo ante erat. Et qui contrafecerit, habeatur ipſo facto pro eiecto â pace & treuga vltra pœnas *vſat. Simili modo.* Et quod ſi hac occaſione contingeret vendi caſtra, vel alia ſedentia in baronia, quod infra annũ haberẽt vendi cõſimili perſonæ exiſtenti, infra ipſam baroniam. Hoc dicit, & fuit temporalis. Et nota, quod aliqui voluerunt per hanc conſtitutionem dicere, quod ciues honorati, & burgenſes, ſicut & milites poſsint dare diffidamenta, & etiam guerreiare: quod non

eſt

eſt verum,vt tenet *Iacob.de Calicio in ſuo Viridario militiæ.*in 2.*dubio.q.*12.quod ſatis patet hic, quia lapſis duobus annis quilibet remanet in eo ſtatu quo erat ante: & ante ſolis militibus hoc licuit, vt patet in conſtitut.pacium & treugarum, vbi dicitur,*exceptis militibus.*&c.& dicitur in quadã littera Regis Alfonſi III. quod ciuibus non licet guerreiare. Immo nec valeret conſtitutio, quia eſſet contra legẽ Dei,& ſic irrationabilis.

De obſeruatione conſtitutionum,& libertatum.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt ſeruandæ.*
2 *Priuilegia quandoque confirmantur ex certa ſcientia; & valent procul dubio. quandoque verò confirmantur priuilegia valida, & tunc nihil releuant cauſa dubitationis tollendæ nu.*3.
4 Dux *verbum remiſſiue.*
5 *Libertas ſemel præſtita nunquam reuocatur.*
6 *Pro libertate multa ſtatuuntur contra iuris rigorem.*
7 *Libertas eſt inæſtimabilis,& de ratione.*
8 *Libertatem refrenant duo,lex ſcilicet & vis.*
9 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitate.*
10 *Libera voluntas non ſubijcitur iuriſdictionali neceſſitati.*
11 *Contra libertatẽ facere quis præſumitur, ex quo quis timidior efficitur.*
12 *Liber quis naturaliter naſcitur.*
13 *Liberi quamuis à principio omnes naſcantur,aliqui tamen poſtea ſerui fiunt.*
14 *Libertas impropriè cadit in rebus & animalibus.*
15 *Libertas pro parte eſſe non poteſt.*
16 *Libertas tribus in locis hic enumeratis dari poteſt.*
17 *In libertate alicuius cenſetur eſſe,cuius eſt in facultate naturali non refrænata aliquo vinculo legis vel hominis.*
18 *Liberior poteſtas cenſetur, quæ dependet tamũ ab vnius voluntate.*
19 *Liberum quid dicitur,quod fieri poteſt alio non valente contradicere.*
20 *Bonum dicitur,cuius contrarium eſt malum.*
21 *Malum dicitur quod eſt peccatũ mortale vel veniale.*
22 *Conſuetudo irrationabilis cenſetur, quæ eſt reprobata à iure naturali vel poſitiuo, vel vergit in deterius animæ.*
23 *Conſuetudo dat priuilegium.*
24 *Cenſus præſtitus à ruſtico annuatim longo tempore poteſt peti tamquam ſit debitus ex conſuetudine.*
25 *Conſtitutio generalis non reuocat ſpeciales locorum cõſuetudines,niſi expreſſe dicatur.*

VT autem conſtitutiones prædictæ, & alia in præſenti curia,&c. Caſus. Conſtitutiones huius
1 curiæ † & aliarum curiarum præteritarum, quæ huic non ſint contrariæ, mandat obſeruari per quoſcunque.Et etiam omnes libertates, bonos vſus,& conſuetudines bonas:ſicut plenius & melius de eis viſum fuerit, omnia & ſingula confirmando.Hoc dicit.Et diuiditur in duas partes.In prima parte mandat ſeruari conſtitutiones, quæ ſunt iura ſcripta Cathalonæ. In ſecunda parte, ibi, *Et inſuper,* confirmat libertates, & vſus, & conſuetudines generales, & locales,ac perſonales.Huic 2. cõcordat ſupra *coll.& curia proximis. cap.vt melius omnes;* & vide & repete hic quæ ibi dixi:vide in *nona copilatione cap.*9.vbi fit expreſſa confirmatio priuilegiorum, quia remanent in validitate qua erant tempore vel ante conceſſionem ipſius capitulationis,quæ fuit facta anno à Natiuitate Domini 1461. & ita capitulatio
2 fuit abolita per Regem Petrum. Quandoq † cõfirmantur priuilegia valida ex certa ſciẽtia principis, & tunc ſine dubio valẽt: vt *ff. de adop.l.adoptio.*cum ſeq. quandoque confirmantur à principe ignorante; & tunc niſi releuaret non confirmãtur.*extra.de confir.vti.vel inuti.cap.*2. Quando-
3 que † confirmantur priuilegia valida,& tunc nil releuant niſi cauſa dubitationis tollendæ: vt *l. qui mutuam.ff.man.*& *l.dubitationis. ff. de re iur.* ſecundum *Bar.*in *l.priuilegia.C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Et ibi nota, quando leges ſubijciantur canonibus. ¶ Sequitur in text. *duo*, de † hoc verbo ha-
4 bes in *l.*1.*ff.de iuſti.& iure.* ¶ Sequitur in tex. *non aduerſentur*,ſic *extra.de conſtitu. cap. licet Romanus. lib.6.* ¶ Sequitur † in text. *libertates*,libertas ſe-
5 mel præſtita numquã reuocatur: vt *l.* 1.*C.ſi aduo. liber.ff.de manu.te. l.Imperator.* & *ff.qui & quibus.l.*
6 *generaliter.* ¶ Item nota, † quod multa pro libertate contra iuris rigorem ſtatuuntur.*ff.de fideicom.*
7 *li.l.generaliter.*§.*ſi quis.* Item nota,quod † libertas eſt inæſtimabilis: quia liberum corpus non capit æſtimationem. *ff. ſi quadrupes. pau. fe. di. l.ex hac le.ff.de his qui dete.& effu. l.fin.*& *l.*1.§.*cum homo.* duo † tamen refrenant libertatem, ſcilicet,
8 9 lex,& vis. *ff.de ſta.ho.l.libertas.*Et † in neceſſitate nemo liberalis exiſtit. *ff.de ritu nup. l.proxim.* Et
10 illa † dicitur libera voluntas quæ non eſt ſubmiſſa iuriſdictionali neceſſitati.*ff.de arbi.l.*3.§.1.
11 ¶ Item † nota,quod illud dicitur factum contra libertatem ex quo quis timidior efficitur: vt *ff. quarum rerum actio non datur. l.* 1. §. *quæ oneranda.*
12 Item nota,quod naturaliter quis naſcitur liber:
13 vt *ff.eod.tit.l.generaliter.*Et † à principio omnes liberi naſcuntur,poſtea aliqui naſcuntur ſerui: vt *ff.de ſta.reſti.l.*2.& *inſti. de iure perſonarum.* per to-
14 tum. Item † libertas cadit impropriè in rebus
15 animalibus: vt *ff.de adqui.re.do.l.Item quæ.* Itẽ † nota quod libertas non poteſt eſſe pro parte: vt *l.*
16 *duobus.ff.de li.ea.* Et nota, q̃ in † tribus locis poteſt dari libertas, ſcilicet,in iudicio,in teſtamẽto,& in Eccleſia ſecundum *Cinum C.de iuris,& fa-*
17 *cts ignor.l.cum teſtamentum.*& vide ibi *Bar.* ¶ Itẽ † nota,quod in libertate, ſcilicet alicuius intelligitur,cum in eius facultate naturali non refrẽnata aliquo vinculo legis,vel hominis eſt. vt in *l.libertas.ff.de ſta.ho.*Facit *vſus.Strate viæ publicæ.*cum
18 ſimilibus,ibi,*ad emptionem*,&c.Et † eſt illa liberior poteſtas quæ dependet à voluntate vnius tantum,quam pluriũ: vide in *l. Barbarius. ff. de*
19 *offi.prætori.* Et illud liberum † eſt quod fieri poteſt,alio non valente contradicere: vt *ff. de rerum*

diui.

diui. l. riparum. & in alleg. *vſus. Strata*, cũ ſimilib. ¶ Sequitur in tex. *bonos vſus, & bonas conſuetudines.* Et † dic illud eſſe bonum, cuius contrarium eſt malum: quia *vidit Deus cuncta quæ fecerat, quod eſſent valde bona*: vt *Geneſ. 1. & 2. cap.* Et † illud tãtum dicitur malum, quod eſt peccatum mortale, vel veniale: quia quod ratione caret extirpare neceſſe eſt. Facit *l. quod non ratione. ff. de legi. & extra. de iureiur. cap. & ſi Chriſtus*, ibi, *quod amplius eſt, á malo eſt.* Et illa † dicitur irrationabilis conſuetudo, quæ eſt à iure naturali vel poſitiuo reprobata, vel cuius obſeruantia vergit in deterius animæ: arg. *extra. de iur. iur. cap. cum contingat.* & *4. di. cap. erit autem lex.* & *1. di. cap. conſuetudo.* cum ſimilibus. ¶ Vlterius † nota, quod conſuetudo dat priuilegium, & antiquitus † præſtitus cenſus à ruſtico annuatim longo tempore poteſt peti tãquam conſuetudine debitum. tex. & *glo. 64. di. c. quia per ambitiones*, tene quod notatur *extra. de cenſibus. cap. peruenit.* & ibi per *Anto. de Butr.* latiſſime. vide *Inno. de offi. ord. cap. dilectus.* adde tamen notata per *glo.* & *Anto. de Butr. extra. de reg. iuris. cap. quod latenter.* Sequitur in text. *confirmantes*, de hoc vide ſupra *ead. cap. poſtremo.* ſuper verbo, *confirmantes*. Et eſt hoc bonum argumentum quod per † generalem conſtitutionem non reuocẽtur ſpeciales locorum conſuetudines, niſi expreſſe dicatur. vide quæ dixi ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinone cap. 11. Item quod capitulum*, ſuper verbo, *non obſtante*, & in *cap. 1. de conſti. lib. 6.*

De iuramento dominæ Reginæ. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ſeruare ſtatuta an ſit periurus, ſi ex cauſa illa tranſgreditur. remiſſiue.*
2 *Officialis non ſeruans formam ſtatutorum; vbi iurauit ſeruare ſtatuta, an ſit periurus. remiſſiue.*
3 *Periurium requirit dolum.*
4 *In iuramento quilibet excepta cenſetur legitima cauſa.*
5 *Iuramento dicentis ſtatur in dependentibus à conſcientia.*
6 *Iuramentum contra iuramentum non valet, ſicuti ſententia contra ſententiam.*
7 *Iuramentum præſtitum tenenti caſtrum virtute inualidæ conceſſionis, quam valere putabat, non obligat.*
8 *Periurus an puniatur temporali pœna.*
9 *Iuramentum validare contractũ quomodo intelligatur.*
10 *Iuramentum ſuper contractu inualido ex defectu decreti confirmat contractum.*
11 *Iuramentum validare contractum à minore quomodo intelligatur.*
12 *Iuramentum præſtitum ab impubere minore aſſeuerante ſe puberem validat contractum.*
13 *Iuramento alicuius regulariter non ſtatur niſi habeat iuramentum pro ſe.*
14 *Iuramentum de non contraueniendo ſemper in ſe habet tacitam condemnationem, niſi alius caſus euenerit, ex quo voluerit veroſimiliter iurans contrauenire.*
15 *Iuramentum & clauſula*, Si non valet vt ago, ſaltem valeat eo modo quo valere poterit, *æquiparantur.*

QVas ſiquidem, &c. Super text. ibi. *ac iurantes*, hic habes quod domina Regina Eleonora Locumtenens prædicta iurauit ſeruare prædicta. Vnde † quæro, an iurans ſeruare ſtatuta ex cauſa, illa tranſgrediendo ſit periurus: vide *Imo.* quod non, *extra. de conſti. c. 1.* ad hoc *ff. de inſtitu. l. ſi quis filio.* vide *Bar.* in *l. obſeruare. ff. de offic. proconſulis.* Et an † poteſtas vel officialis in aliquo non ſeruans formam ſtatutorum vbi iurauit ſeruare ſtatuta, ſit periurus? Reſpondeo, quod in leuibus non, arguẽto *ff. de ventre inſpi. l. 1. §. 1.* & *de cõdi. & de. l. quamuis.* & in grauibus ſi ex culpa idem, licet puniatur de culpa. Sed ſi eſt in dolo, tunc eſt periurus: nam † periurium requirit dolum. facit quod notatur *ff. de iureiuran. l. non videtur. §. iuſſu. Bal.* in dicta *l. obſeruare. §. proficiſci.* ad fi. Et † in quolibet iuramento, excepta cenſetur legitima cauſa: *ff. qui ſatis eo. l. fi.* & niſi aliud diſponatur per principem, etiam poſt iuramentum: *ff. ad munici. l. Imperatores.* in prin. Et nota, quod in † dependentibus à conſcientia ſtatur iuramẽto dicentis, ſecundum *glo.* in *l. at qui natura. ff. de neg. geſt. §. ſi cum me abſente.* vide ibi *Angelum*, & ff. *de arbi. l. ſi de meis.* ¶ Item nota, quod ſicut ſententia contra ſententiam non valet, ſic nec valet iuramentum contra iuramentum: ff. *de iureiuran. l. duobus. §. fi.* vide ibi *Gui.* qui hoc limitat in neceſſario. adde quæ leguntur & notantur in *cap. intellecto. extra. de iureiuran.* ¶ Sed † quæro an iuramẽtum præſtitum alicui tenẽti caſtrum virtute inualidæ conceſſionis, quam putabat valere, obliget? Dic quod nõ, ſecundum *Franciſcũ Acur.* in *l. 2. de offic. prefecti vr.* quia per errorem præſtitum eſt: arg. ff. *de iuriſdict. omnium iu. l. per errorem.* Facit *l. Imperialem. §. 1. in fin. colla. 10.* ¶ Item † an periurus puniatur. vide *glo.* quod ſic in *l. 1. C. de Summa Trini. & fi. ca.* & an puniatur pœna temporali, vide plene per *Butr.* ibidem. Idem † quod dicitur iuramentum validare contractum quandoque. vt *extra. de iureiuran. cap. cum contingat.* eſt verum quando obligatio eſt improbata, & eſt de futuro. Secus ſi de præterito contractum vellet validare, quia lex præſumit fraudulentum, dicit *Cinus* in *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Item nota, quod † iuramentum ſuper contractu inualido, propter defectum decreti, validat contractum, tenet *Bar.* in *authen. Sacramenta puberum.* licet Vltramontani contra. Item nota, quod † iuramentum validat contractum à minore, quando nullitas vel inutilitas, alias validitas contractus cauſatur à minori ætate. Secus ſi ex alia cauſa, niſi addat in iuramento ratione minoris ætatis, vel alia quacumque, quia tunc validatur vbi iuramentum à maiore præſtitum validaret, ſecundũ *Bar.* ibidem. Item † nota, quod ſi minor impubes etiam inhabilis aſſeuerauerit ſe puberem, iuramentum validat contractum propter illam aſſeuerationem, etiam tenendo, quod iuramentum impuberis non obliget, per illam *authen. Guid. de Suza. in authen. Sacramenta.* Item etiam nota, quod

regu-

13 regulariter † non ſtatur iuramento alicuius, niſi habeat præſumptionem pro ſe. Fallit vbi eſt difficilis probatio, vt in expẽſis, & in rebus ablatis per vim, ſecundum *glo.* in *l. properandũ. §. ſed & ſiquidẽ.* in verbo *Sacramẽto. C. de indi.* ſecundũ *Ant. de But.* vide de hoc in *l. ſi quãdo. C. vnde vi.* & *extr. quod metus cauſa. cap. ſuper eo.* & *2. q. 1. cap. in primis.* Item † nota, quod iuramentum de non contraueniendo recipit in ſe tacitam conditionem, niſi alius caſus euenerit, ex quo voluerit veriſimiliter iurans contrauenire, ſecundum *Bar.* in *l. Seia. §. Imperator. ff. de legatis ſecundo.* Vltrius † nota, quod iuramentum æquipollet illi clauſulæ, *Si non valet vt ago.* & c. *l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbor. oblig.* ſecundum *Bar.* allegat *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis primo.* ¶ Et hic ſit finis *collat. 7.* & curiæ Dertuſen. quæ fuit facta die Lunæ 21. Aprilis. Anno â Natiuitate Domini 1371. Regnique dicti domini Regis Petri triceſimo.

SEQVITVR OCTAVA COLLATIO, QVÆ CONtinet curiam celebratam in ciuitate Barcinonæ, per Illuſtriſsimum dominum Martinum bonę memorię Regem Aragonum, in qua fuerunt facta octodecim capitula in vulgari Cathalanorum compoſita per modũ ſupplicationum & reſponſionum. Et ex hinc amodo in curijs generalibus Cathaloniæ non fuerunt editę conſtitutiones ſeu capitula: niſi in vulgari: vt ſic à vulgaribus intelligi poſſent, & gloſsis non indigerent. Sed dominus Ferdinandus adhuc nonnullas conſtitutiones edidit in latino: vt infra *colla. proxima. c. querelã* cum ſeqq. Verumtamen adhuc quandoq. opus eſt ad gloſſas recurrere, & ad iura communia Romana, & alia pro commodiori intellectu, & obſeruantia earum. Sed domini armorum milites, quibus non expedit ſcire iura, volentes vtroq. tempore & bellorum, & pacis regere, & gubernare, ita obtinuerunt, vt etiam omnes requiſiuerint in vulgari fieri nouam compilationem tam vſaticorum quam cæterarum conſtitutionum: vt videbitis in curia domini Ferdinandi infra *collat. pròxim. cap. Item ſenyor com los vſatges*, & *cap. per tal que les leys de la terra*, & ibi videbimus de hoc Deo duce. Sed ego tenens priſtinum ordinem meum proſequar per ſingulas curias, & capitula, prout ecce.

Procœmium curiæ Regis Martini. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia, qua gratis impendi debuit, auro vænit; & tamdiu durat quamdiu & aurum.*
2 *Regem bonum habere mèlius eſt quam bonam legem.*
3 *Iuſtitia formaliter nihil aliud eſt quam ipſa iuſtitia.*
4 *Iuſtitiæ definitio traditur.*
5 *Quod corrigatur vita hominum, hoc bene agitur.*
6 *Ius prout eſt ars, deſcendit à iuſtitia.*
7 *Sacerdotes dicuntur qui iura miniſtrant.*
8 *Iuris ſcientiæ finis eſt facere hominem bonum.*
9 *Iuris ſcientia eſt vere Philoſophia.*
10 *Effectus iuris quis.*
11 *Parum eſſet iura conſtitui, niſi eſſent qui iura reddere poſſent.*
12 *Finis iuris poſitini eſt quies ſubiectorum.*
13 *Terra perit propter malos officiales, & iniquos iuſtitiæ miniſtros.*
14 *Iuſtitia commercium habere non poteſt cum hominibus ſceleratis.*
15 *Oratio iudiciarius eſt forma miniſtrandi iuſtitiam.*
16 *Deus eſt rogandus, vt ſit bonus & fidelis Princeps.*
17 *Deus quãdoque regnare facit hypocritam propter peccata populi.*
18 *Princeps debet habere bonos conſiliarios officiales, & miniſtros.*
19 *Rector qualis, tales ſunt miniſtri.*

OM la Cort per la brevitat del temps no haje encara poguda concordar la forma de la juſticia, &c. Hoc capitulum primum non poteſt commode ſummari; ſed, ſi placet, attende. Et † nota vnum præcipuè quod colligitur, ex hoc cap. tam ex curię ſupplicatione, quam domini Regis reſponſione, quod iuſtitia, quæ gratis impendi debuit, auro vænit: & tamdiu durat, quamdiu & aurũ: quia huiuſmodi capitula fuerunt obtenta mediante mutuo centum quinque millium florenorum, duratura tantum quamdiu dictum mutuum durabit, &c. Curia hoc petit formam iuſtitiæ quam nondum potuit obtinere, credo quod hoc ſit propter demerita noſtra: quia audiui â quibuſdam maioribus, quod

quod cum in curia generali Montissoni per dominum Petrum Vltimum patrem istius domini Martini hoc idem peteretur: idem dominus Rex Petrus dixit curiæ, quod satis habebant leges, & iura, & quod rogarent Deum vt eis daret Regẽ. Qualis Rex Petrus IIII. pronepos dicti Petri Regis III. qui cœpit regnare mense Ianuarij, Anno à Natiuitate Domini 1464. qui vellet facere
2 iustitiam: quia † melius est habere bonum Regẽ, quam bonam legem: & ex tunc noluit curias de per se celebrare. Et ita quod à dicto Rege Petro III. nequiuerunt obtinere, hic temporaliter isto mediante mutuo obtinuerunt. Sed an posset hic vsura, vel simonia notari, vos considerabitis: super quo videas notata per *Henricum Boich extra. de simo. cap. nemo.* Sed postea per Regem Ferdinándum fuit ista curia confirmata, & perpetuata. ¶ Et pro alí quali declaratione huius cap. quæro
3 quæ sit † forma iustitiæ? Credo, quia forma est quę dat esse rei, & cõseruat eam in esse, quod nil
4 aliud sit quam ipsa iustitia. Est † autem iustitia constans, & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens. ¶ Et ius prout est ars ordinata ad finẽ sciendi ministrare, & ministrandi iustitiam, appellationem accepit à iustitia: quia iustitia habet naturam, & formam ostendendi, & discernendi iniquum ab æquo, & malum â bono, & hoc nil aliud est quam iustitia, & ars iuris, quæ non est nisi in sciente, quia vnusquisque bene iudicat quod cognoscit, & horum optimus iudex est, secundum *Aristo. in 1. Ethicorum.* operari, & discernere æquum ab iniquo licitum ab illicito, & in finem dirigendi quem, vt fiat bonus. Hoc
5 enim † solum bene agitur, quod vita hominum
6 corrigatur, 23. q. 5. *cap. prodest*, ergo ius † prout est ars descendit à iustitia: vt *l. 1. ff. de iustitia & iur.* Item ius est à iustitia. Probatur, quia nomen sumitur â substantia rei: patet, quia nomen est significans substantiam propriam. Sed proprium iuris est bonum & æquum, patet ex diffinitione, quæ dat proprium rei, ius est ars boni, & ęqui, ergo ius sumitur â bono & ęquo, sed hoc nil aliud est, quam iustitia: vt *l. 1. ff. de iustitia & iure*, probatur,
7 quia † ministrantes ius, dicuntur Sacerdotes. Et hoc ius non habent nisi qui sacra ministrant; & hoc non est aliud quam bonum, & æquum, quod est iustitia: ergo ius dicitur à iustitia, sed ministri sui dicuntur Sacerdotes, quia nomen debet sumi â proprietate rei, vt dicta *l. 1.* ¶ Et finis huius
8 scientiæ est facere hominem bonum, quia hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur: vt 23. q. 5. *cap. prodest*, & finis legislatoris est bonos facere homines. vt *ff. de iust. & iur. l. 1.* ibi, *bonos.* Sed materia iuris est separare bonum à malo, & licitum ab illicito, & æquum & iustum cognoscere, & scire ministrare: hic est finis huius scientiæ prout est ars. ¶ Ex fine scientiæ datur alius finis iuris, scilicet, vt homo sit bonus: vt dicta *l. 1.*
9 ¶ Et hæc † scientia iuris est vera Philosophia, nam vera Philosophia est amare, & scire bonũ: sed nulla melior, quam scire bonum & ęquum: ergo hæc est vera Philosophia, & non simulata; quia non quærit simulatum, sed verum & optimum finem. facit plus valere quod agitur *C. in rubro & nigro*. ¶ Quid ergo quærit ista curia quæ supplicauit formam iustitiæ? Certe credo quod voluit habere modum. formam, & executionem ministrandi ipsam iustitiam, ad quam ipse dominus Rex tenetur, vt in *vsat. Alium namque*, & 23. q. 5. *cap. regum.* & in Psalmo *Deus iudicium tuum regi da.* Et ita ipse dñs Rex debet sibi legem imponere: qua astringeretur ad ipsam iustitiam rectè ministrandam, & quod incontrarium nulla
10 valeret ab eo litterã vel rescriptũ emanare propter importunitatem, vel alias, & hoc probat *captulum primerament. §. E si per oblivio.* cum cap. sequen. ¶ Item † nota, quod effectus iuris,
11 & scientię non habetur ex scientia iuris, sed ex bona operatione, & executione magistratuum, & habentium ius reddere: parum † est enim iura constituí, nisi sint qui iura reddere, & regere possint: vt *ff. de ori. iuris. l. 2. §. post originem.* Sicque ius constare non potest, nisi sint iuris periti boni, per quos quotidie ius in melius produci possit:
12 vt ibidem. Et † finis huius iuris positiui est quies subiectorum: vt *ff. de offi. præfecti vigi. l. 3. & de offi. præsi. l. congruit.* & supra *collat. proxi. cursa Dertusæ in proœmio*, ibi, *vt quietis amœnitas*, &c. *& extra. de*
13 *offic. le. cap. officij nostri debitum lib. 6.* Quia † nota bene ista, quia propter malos officiales, & ministros iustitiæ iniquos perit terra, vt in *vsat. Quoniam per iniquum.* non enim † potest iustitia, quæ
14 virtus maxima est, cum hominibus sceleratis habere commercium: vt *extra. de verb. signi. cap. forus.* & experientia docuit de Rege Ioanne I I. filio domini Regis Ferdinandi. Anno 1461. & 62. in
15 Cathalonia. ¶ Sed nota, † quod forma ministrandi iustitiam, est ordo iudiciarius: de quo loquitur *l. prolatam. C. de sen. & interlo. omnium iudicum. & extra. de iudicijs.* per totum. de quo nota per *Bar.* in *extrauag. ad reprimendum*, super verbo, *figura iudicij.* & per *glo.* & *Doct.* in *Cle. sæpe. de verb. signi.* Item est forma ministrandi iustitiam, de qua infra *colle. 10. curiæ Regnæ Mariæ cap. per donar orde.* vide quæ ibi scripsi. Sed forte curia volebat quod ordo iste poneretur in ministris, semper enim tendit ad infringendum potestatem principum contra *l. quod principi placuit. ff. de constit. principum.* & contra proœmium *vsat. cap. cum*
16 *Dompnus.* cum similibus. Rogemus † Deum, quod habeamus bonum, & catholicum Principem: & quod populus sit bonus, & fidelis, alias pro merito plebis deprauatur vita rectoris. 6. q. 1. *c. ex merito*, quia † Deus quandoque regnare facit hy-
17 18 pocritã propter peccata populi, & habeat † bonos consiliarios, officiales, & ministros. ad hoc
19 *Ecclesiastici 10. cap.* quia † *qualis rector, tales & ministri.* Sequitur c. 1. huius curiæ & incipit.

De rescriptis iustitiæ manu Regia non signandis.

Cap. I.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 Reſcripta iuſtitiæ firmata manu domini Regis non valent, cum ſignari debeant manu ſui Cancellarij, Vicecancellarij, ſeu Regentis Cancellariam, num. 3. & 27. ſecus ſi ſint reſcripta gratiæ num. 25. & quid ſi dominus Rex reſcripſerit non procedi contra delatum in Inquiſitione, in qua iniuriatus proſequitur ſuum intereſſe, partem faciendo in ipſa num. 32. & quid ſi in reſcriptis manu ſua ſignatis apponeretur clauſula, nõ obſtãte diſpoſitione huius c. n. 63.

2 Dominus Rex cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui.

4 Littera iuſtitiæ debent ſubſcribi manu quæſtoris, littera vero gratiæ, manu ipſius Principis.

5 Rex in curijs generalibus ſibi imponis legẽ, quã ſeruare debet, licet legibus ſit ſolutus.

6 Reſcriptum priuilegium, & beneficium in quibus differant. remiſſiue.

7 Princeps reſcribendo ex certa ſcientia tollere poteſt, quæ ſunt iuris ciuilis.

8 Reſcriptum, contra conſtitutiones Cathaloniæ obtentum non valet. idem num. 64.

9 Imperator concedendo reſcriptum tollere poteſt dominium, & ea, quæ ſunt iuris gentium ex Butrigario, dummodo dicat, non obſtante tali lege.

10 Princeps cum cauſa reſcribendo tollere poteſt iura naturalia & gentium: ſine cauſa nequaquam.

11 Cauſa in reſcripto præſumitur in dubio.

12 Reſcriptum ſurreptitium an teneat traditur ſub diſtinctione.

13 Reſcriptum contra ius vel vtilitatem publicam non valet.

14 Reſcriptum ſi habeat clauſulã, nõ obſtãte tali lege, & ſit contra ius, an ſit obſeruandum; an vero ſit expectanda ſecunda iuſſio. & quid in Cathalonia num. 15. & nu. 22.

16 Reſcriptum, ſiue tranſeat in naturam priuilegij, ſiue tendat ad obſeruantiam iuris, ſemper eſt perpetuum.

17 Reſcriptum ſine die & conſule non valet.

18 Clauſula ſi preces veritate nitantur. remiſſiue.

19 Priuilegia ſi in reſcripto vel lege tollantur, videntur tolli in corpore iuris.

20 Reſcriptum valet contra legem, ſi habeat clauſulam generalem non obſtante aliqua lege.

21 Lex vbi denegat reſcriptum; non valet reſcriptum, niſi faciat mentionem de tali lege.

23 Princeps ſolus committere poteſt cauſam terminandam ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. & ſimiliter cauſam appellatione remota.

24 Reſcriptum qui dicit ſurreptitium, debet hoc probare.

26 Sententia regulariter non venit ſub appellatione cognitionis cauſæ.

28 Cancellarius, Vicecancellarius, vel Regens Cancellariã non debent ſignare nec approbare chartam iuſtitiæ à Principe ſignatam.

29 Delegatus ad executionem poteſt cognoſcere de exceptionibus obiectis: ex quo præambulum ſibi videtur delegatum.

30 Delegatus ad executionem ſententiæ cognoſcere poteſt an ſententia lata ſit, & ſi inueniat quod non, cognoſcere poterit de principali.

31 Summarie proceditur ſuper actione in factum, quæ procedit ex ſententia.

33 Rex vbi mandaret in reſcripto fieri executionem contra clericum, etiam inuocatus per Eccleſiam; tali reſcripto parendum non eſſet, ſi manu Regis fuiſſet ſignatum.

34 De intereſſe vbi lex mentionem facit intelligitur de pecuniario.

35 Cauſæ nomine veniunt tam ciuiles quam criminales.

36 Intereſſe ceſſante an ceſſet actio ſuper intereſſe fundata. remiſſiue.

37 Ius agendi vbi fundatur ſuper intereſſe, an ſufficiat quod mea poſſit intereſſe; licet adhuc non expedierit, vt agere poſſim.

38 Exceptio, tua nõ intereſt, repellit agentem. & opponi poteſt in quacumque parte litis.

39 Vtilitas qualibet dicitur intereſſe.

40 In factis quare conſideretur intereſſe, & non in dandis remiſſiue.

41 Intereſt plus habere rem, quam æſtimationem.

42 Ius agendi vbi cauſatur ſuper intereſſe, quia alteri tenetur; non dicitur ſua intereſſe, vt agere poſſit, ſi non ſit ſoluendo.

43 Tertius comparens pro ſuo intereſſe admittitur, ſi velit lite aſſiſtere.

44 Intereſſe moleſtationis attenditur in inueniendis fideiuſſoribus.

45 Intereſſe lucri ceſſantis non attenditur, quando alibi tantundem eſt lucratus, vel per eum ſtetit.

46 Iudicium ante litem conteſtatam futurum dicitur; poſt litem conteſtatam pendens, & poſt ſententiam dicitur factum.

47 Proceſſus iudicij à quo termino incipiat.

48 Iudicij ſunt ſtricti iuris, & non bonæ fidei.

49 Iudicium ſumitur quandoque pro voluntate, & quandoque pro conſenſu.

50 Iudicium redditur in inuitum ex parte rei, & ex parte actoris neceſſitatur, vt ſuum conſequatur.

51 Princeps numquid dare poſſit iudices delegatos, vel relatores.

52 Iudicis impetratio eſt actus extraiudicialis.

53 Oblitioni tradere non debet quis quod ſcire tenetur.

54 Scire idem eſt ſicut ſcire debere.

55 Princeps propter importunitatem petentium plerumq; concedit non concedenda.

56 Reſcriptum quandoque motu proprio valet, quod non valeret ad inſtantiam partis.

57 Fruſtra precibus imploratur quod à iure communi cõceditur.

58 Reſcriptum an in dubio cenſeatur conceſſum proprio motu, an vero ad impetrationem alicuius. remiſſiue.

59 Leges congrue in vulgari fieri nequeunt.

60 Milites eſſe non poſſunt procuratores in iudicio. ſed an hoc habeat locum in militibus noſtri temporis. remiſſiue num. 61.

62 Dominus Rex libenter tollerat litteras manu ſua firmatas contra formam conſtitutionis non obediri.

65 Dolus an exigatur ad incurſum pœnæ, remiſſiue.

66 Dolus requiritur vbi agitur ad pœnam temporalem; ad

ad pœnam attamen ſtatuti ſimpliciter loquentis ſufficit lata culpa.

67 *Pœna non committitur, vbi factum eſt volumate eius, cui pœna venit applicanda.*

68 *Pœna vt committatur an requiratur contrauentio de iure, vel de facto.*

69 *Mulcta applicatur fiſco; pœna autem in dubio parti; ad cuius iniuriam delictum commiſſum eſt.*

70 *Pœna vbi apponitur propter delictum contra Eccleſiã, applicatur Eccleſiæ.*

71 *Obligatus non contrauenire ſub pœna, an impetrando priuilegium, vt contrauenire poſſit incurrat in pœnam, remiſſiue.*

72 *Iuramentũ habet vim clauſulæ,* rato manẽte pacto.

73 *A pœna vbi quis excuſatur propter ignorantiam, ita demum excuſatur, ſi ſuperueniente ſcientia deſiſtat.*

74 *Monitio ad incurſum pœnæ an requiratur. remiſſiue.*

75 *Pœna vbi committitur ex lapſu diei propter non factum; hæres attamen, ſi non ſoluendo committatur pœna, reſtituitur ex clauſula generali.*

76 *Pœna corporis afflictiua requirit dolum.*

77 *A pœna legali excuſat difficultas.*

78 *Pœna pecuniaria vbi apponitur ꝛ iure pro intereſſe hominis; nec apparet, cui ſit applicanda; tunc media pars fiſco, & altera medietas applicabitur parti.*

1 PRimerament ſenyor que com per ocupacio, &c. Caſus. Non † valent reſcripta manu domini Regis, vel ſui primogeniti (idẽ de Gubernatore, vt infra *eod. cap. vlt.* ſignata tangentia intereſſe partis alicuius in iudicium deducibile per cognitionem, vel executionem alicuius cauſæ. Nec debent officiales talibus reſcriptis obedire, pœnam ducentorum florenorum, ſi contrafecerint, incurſuri. Et impetrantes tenentur parti, contra quam impetrauerint, ad intereſſe & expẽſas, pœnam centum florenorum ſimiliter incurrentes. Hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur prohibitio de non ſignando. In ſecunda, ibi, *E ſi per oblitio*, irritat contra factum, & mandat non obediri. In tertia, ibi, *e ſi lo contrari*, punit officiales contrafacientes pœna ducentorum florenorum fiſco, & parti læſæ medietate adquirenda. In quarta, & vltima, ibi, *E lo impetrant*, punit impetrantem, & præſentantem pœna centum florenorum, vt prædicitur adquirenda. & nihilominus ad expenſas, & intereſſe partis, contra quam fuerit impetratum & præſentatum. ¶ Nota, † quod licet dominus Rex ſit legibus imbutus, quia omnia iura habet, ſeu habere cẽſetur in ſcrinio ſui pectoris: vt *extra. de conſti. cap. licet Romanus. lib. 6.* Attende † quia armis & pluribus arduis eſt ſæpe occupatus, ſibi l gẽ impoſuit, non ſignare reſcripta, vt hic. Sed voluit ea ſignari debere per ſuum Cancellarium aut Vicecancellarium, ſeu ipſam Cancellariam Regentem: vt infra *cap. proxi.* Et ſic eſt de iure Romano, quia † litteræ de iuſtitia debent ſubſcribi manu quæſtoris, hoc eſt Cancellarij, Vicecancellarij, vel Regentis Cancellariam: vt *C. de diuer. reſcriptis. l. vniuerſa.* Sed litterę de gratia, vt de officijs, & guidaticis, & huiuſmodi debent ſcribi, vel ſubſcribi manu ipſius principis: vt *l. probatorias. C. de diuerſis offic. quæ apparito. lib. 12.* Secũdo nota, quod dominus Rex † in curijs generalibus ſibi imponit legem, quam ſeruare debet, licet legibus ſit ſolutus: vt *C. de legibus. l. digna vox.* Et eſt verum, quod ſolutus eſt legibus, quas non iurauerit, nec per contractum ſe ad ſeruandũ illas ſe obligauerit, quia ex contractibus, & iuramentis ſuis bene obligatur. ¶ Sequitur in textu, *alguna carta, o reſcrit*, quæ ſit † differentia inter reſcriptum, priuilegium, & beneficium: vide per *Bar. in l. ſi. C. de conſti. prin.* ¶ Et † nota, quod Princeps reſcribendo ex certa ſcientia poteſt tollere illa, quæ ſunt iuris ciuilis, vt actiones, nõ quæ ſunt de iure gentium, vt dominia. vide *gloſ. in l. quotiens. C. de precibus Impera. offe.* non † tamen valet reſcriptum contra priuilegia, & conſtitutiones generales Cathaloniæ iuratas impetratum, vt ſupra *colla. 3. in curia Montiſſoni. cap. 8. Item ordinamus, & ſtatuimus, quod aliqua charta,* & *cap. 16. Item ordinamus & ſtatuimus, quod priuilegia.* vide quæ in eis dixi, cum ſuis concor. ¶ Sed † ſecundum *Butrium* dominus Imperator concedendo reſcriptum poteſt tollere dominium, & ea quæ ſunt iuris gentium, dum tamen dicat, *non obſtante tali lege* in dicta *l. quotiens.* Item † Princeps reſcribendo cum cauſa tollit iura naturalia & gentiũ, ſine cauſa non: in *l. reſcripta. C. de preci. Impera. offe.* *Cinus* dicit ibi, quod † in dubio cauſa præſumitur, adeo quod contrarium probari non poteſt. Et quod etiam contra legem diuinam reſcribit derogando, ſed non in totum tollendo. *Cin.* vbi ſupra. vide *Inno. extra. de conſti. cap. quæ in Eccleſiarum*, & ibi per *Hem.* ¶ Sed † an reſcriptum ſurreptitię obtentum ſit nullum, *Cin.* tenet quod ſi falſo expreſſo impetretur, eſt ipſo iure nullum. Sed ſi tacito vero per ſurreptionem fuerit obtẽtum, tunc tollitur per exceptionem, vide *Cin.* in *l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. pu.* Sed ibi *Butrius* dicit, quod priuilegium ex ſurreptione in ſcriba vitiatur, non in ſola executione, & ideo eſt nullum. Sed † reſcriptum contra ius vel vtilitatem publicam non valet: vt *l. ſi. C. eod. tit.* Nota tamen, quod valeret reſcriptum ſurreptione impetratum ſciente principe, ſecundum *Cui. de Suza.* in *l. præſcriptione.* prealleg. ¶ Sed † an ſi reſcriptum habeat clauſulam, *non obſtante tali lege*, & ſi cõtra ius expectetur ſecũda iuſſio: & an hoc ſit regulare, an caſuale, vide in dicta *l. ſi. C. ſi contra ius vel vti. pu.* per *Cin.* ¶ Sed † Princeps in hac Patria non poteſt dicere, non obſtante vſatico vel conſtitutione, aut iuribus iuratis patrię, quia illa ex contractu, & ſtipulatione iuratis tenetur obſeruare. vide in *conſti. Regina Mariæ collat. 10. cap. vlti. ſuper firma.* Item nota † quod reſcripũ ſiue tranſeat in naturam priuilegij, ſiue etiam ad iuris obſeruantiam, perpetuum eſt: vt *l. falſo. C. de diuer. reſcriptis.* Item † non valet reſcriptum ſine die & conſule: vt *l. ſi qui. C. eod. tit.* de † clauſula, ſi pre-

si preces virtute nitantur, vide in *l. fi. C. eod. tit.*
19 ¶ Si † in rescripto, vel lege tollantur priuilegia videntur tolli in corpore iuris, nō clausula, vt dicit *glo.* in *authen. quæ in prouincia. C. ubi de crimi-*
20 *nib. oportet.* ¶ Itē † valet rescriptum contra legem si habet clausulam generalem, *non obstante aliqua lege*, vide in *authen. ex complexu C. de sacrosanct. eccles.* & vide *glo. C. de natura. lib.* 1. in verbo, *rescripti.* Item
21 nota, † quod vbi lex denegat rescriptum, non valet rescriptum non facta mentione de dicta lege ibidem. & vide *l. nec. C. de decurionibus lib.* 10. de hoc per *Bal.* in *l. nec damnosa fisco. C. de precibus imperat.*
22 *offerendis.* Sed † vbi rescriptum est contra ius, statim non est parendum, sed est expectanda secunda iussio: vt in *auth. de mandatis principum. §. deinde. col.* 3.
23 Item † nota, quod non potest inferior Principe committere causam terminādam simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sed solus Princeps hoc potest, qui etiam potest cōmittere causam appellatione remota, secundum *Cin. in l. nec qui ipse. §. de plano. ff. de officio proconsulis.* ¶ Quia
24 dicit † q̄ rescriptū surreptitium habet illud probare, vt *l. si quando. C. de auctor.* ¶ Sequitur in tex. *præcedentia annexenda*, quia † rescripta, quibus cōcedūtur officia, vel alia priuilegia, quæ non habēt deduci in iudicio, bene potest signare Princeps, &c. *Primogenitus*, pro hoc est tex. in *l. probatum est. C. de assert. tollendis. lib.* 12. ibi dicit tex. *nihil nostra*, &c. & hic est casus à contrario sensu. Et vidimus quod Princeps concedit officia, & delegationes causarū, & signat chartas tales sine Vicecācellario, & sta videmus vti inconcusse. ¶ Eni-
26 nota, † quod appellatione cognitionis cautē regulariter non continetur sententia, vt *ff. de offic. proconsulis. l. si filiem.* & vide *Bar. ff. de re iudi. l. a diuo Pio. ad c. forus. extra. de verb. sign.* Et sic † nota q̄
27 litteræ iustitiæ debent signari non manu Principis nec eius gubernatoris, sed manu Cancellarij, & Vicecācellarij, aut Regentis Cancellariā. *C. de diuer. rescript. l. vniuersa.* & hic, & infra *eod. c. Item simpor cum legem la ordinacion.* Secus est in litteris vel rescriptis gratiosis, vt dixi; & est casus in dicta *l. probationes. C. de diuersis offic. lib.* 12. adde infra *eod. colla. cap. Item com pelb valtem posar.* vbi lo-
28 quitur de assessore gubernatoris. Itē † vbi Princeps litteras iustitiæ signauerit, & etiā Vicecācellarius, vel Regens Cancellariā in eadē charta signauerit, nō valet; quia Vicecācellarius vel Regens Cancellariā non debēt approbare chartā iustitiæ à Principe signatā, vt hic dicitur. ¶ Sequi-
29 tur in tex. *in extremis.* Nota † q̄ si delegetur quis ad executionē negotij, nō procedēte sententia delegata executione, præambulū videtur delegatū, scilicet cognitio, & valet cognoscere de exceptionibus obiectis, hic est verius casus in *l. & si nō cognitio. C. si contra ius vel vti. pu.* secūdū *Bar.* Potest † etiā agnoscere si sit datus ad executionē sententiæ, an sententia sit lata, & si inueniat, q̄ non poterit cognoscere de principali, secūdū *glo.* & *Cinū*, ibi, Idē si mandatū fiat ab illo, qui de causa non cognouit, & non sententiauit: dicit ibi *Odo.* vide *Inno. Henr.* & *Ant. de Butr. in c. de cætero extr. de re iudi.* ¶ Itē nota, † q̄ super actione in factum, quæ
31 producitur ex sententia, proceditur summarie: vt dicit *glo. C. de iudi. l.* 1. q̄ *Ant.* credit verū quando ex officio petitur executio; secus si agatur actione directa in factū, vt ibi. ¶ Sed † quid si tale fuerit rescriptū, in quo mādat Princeps nō procedi cōtra delatū in inquisitione in qua iniuriatē prosequitur suū interesse, partem faciendo in ipsa, & etiā mādat manuleutas cācellari, nūquid est locus huic pœnę, & cōstitutioni huiusmodi? Videtur q̄ sic, quia tāgit interesse partis priuatę, cui est satisfiēdū antequā manuleuta soluatur delato. In cōtrariū videtur, quia ex hoc rescripto nō sequitur cognitio vel executio, immo prohibetur cogitoici & procedi. Sed dico q̄ sequitur executio, scilicet cācellationis manuleutę, quæ executio tāgit interesse partis, ex quo nō mādatur prius satisfieri iniuriato: quæro ista est in facto, quidquid inde sequatur, hæc est pro nūc mea opinio, aledare: et magis imponere legē verbis. ¶ Sequitur in tex. *de quacunque causa*, subaudi, scilicet ciuilis, vel criminalis, q̄ probāt sequētia verba, *tocho, o puxa tocar interes ac part*, &c. adde quæ scripsi supra
33 *col. 6. cur. Montiff. c. causa.* super verbo, *causa.* Itē † subaudi, scilicet causa Ecclesiastica, vel secularis, spiritualis, vel prophana; nā si dñs Rex mādaret fieri executionē cōtra clericū, etiā inuocatus per Ecclesiā, tali rescripto parēdū nō est si fuerit manu Regis signatū, per hoc capitulū. & ita vidi emanari litteras reginalē. ¶ Sequitur in tex. *interes*
34 *de part.* Nota † q̄ vbi lex facit mentionē de interesse, intelligitur de pecuniario. *ff. ad exh. l. si liber. §.* 1. Tū. vt dixi, hoc habet locū tā in causa pecuniaria, quā etiā in criminali; quia maius est periculū de criminali, & ideo ibi cautius est agendum, vt notatur supra *colla. 6. curia Montissons cap.*
35 *licet.* & nomine † causæ veniunt tam criminales quam ciuiles, vt dixi in *curia Regis Ferdinandi. c.*
36 *ne ex beneficio. glo.* in *l. causas. C. de transact.* Sed † an desinente interesse desinat actio super interesse fundata: vide in *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau.* & *Bar. eod. tit. l. qui autem. §.* 1. & *Guill.* in *l. vbi. ff. de eden.* & *ff. ad exh. l. tigna.* ¶ Item
37 quando † ius agendi fundatur super interesse, an sufficiat, quod mea possit interesse, licet adhuc non expedierit, vt agere possim? *glos.* quod sic in *l. 1. ff. de alie. mu. in. causa fact.* Vide & adde quæ leguntur & notantur *ff. de furtis. l. ei cuius.* cū seq.
38 & *l. itaque fullo.* Et ideo † hæc exceptio, *tua non interest*, repellit agētem, & potest opponi in quacunque parte litis, & iudicij: vide *Angelum ff. de*
39 *rei vend. l. fin autem. §. si homo.* Et nota, † quod quælibet vtilitas dicitur interesse: vt *ff. finium*
40 *regun. l. sed & si loci.* secundum *Bal.* Et quare † in factis consideretur interesse, & non in dādis, no-
41 tat *Bal.* in *l. ea. l. C. de condi. indebiti.* Item † nota, quod interest plus habere rem, quam æstimationem, nec hoc interesse tollitur; licet possim

Digitized by Google

iurare in litem, propter refrænationem iudicis
42 *vad.l.in fi.glo.* ¶ Item † nota, quod vbi ius agẽdi cauſatur ſuper intereſſe, quia alteri tenetur, ſi non ſit ſoluendo, non dicitur ſua intereſſe, vt agere poſsit. *ff.nau.caa.ſta. l.ſed & ipſi.* & ibi eſt text.
43 notabilis. ¶ Item † nota, ꝙ tertius cõparens pro ſuo intereſſe, admittitur, ſi velit afsiſtere liti, & ampliare. *ff.de inoffi.teſt.l.ſuſcepta.* & teſtes producere, ibi *glo.* & *C.de euic.l.ſi parentis.* ¶ Item nota,
44 ꝙ † attenditur intereſſe moleſtationis in inueniendis fideiuſſoribus, & ne vocetur ad iudiciũ *glo.ff.de procura.l.Pomponius.§. ſed ſi ſtipuletur.* Sed
45 intereſſe † lucri ceſſati non attenditur, nec imputatur, quando alibi tantumdem eſt lucratus, vel per eum ſtetit *glo.ff.de aſſeſſo.l.diem funẽto.* ¶ Se
46 quitur in tex. *dedayble en jay.* Nota, † quod iudidium futurum eſt ante litem conteſtatam, poſt eſt pendens, ſed poſt ſententiam dicitur factum: vt *ff. de except. l. ſi ante litem* & vide in *cap. fo-*
47 *rus.extra.de verborum ſignifi.* Sed † à quo termino incipit proceſſus iudicij, vide *gloſ.C. de edendo in rubrica.* & ibi *Bar.* dicit quod ab initio vocando: vt *inſti.de pœna temere litig. §.vltimo.* adde quæ notantur in *cap.quoniam contra fal.extra.de probat.* adde quæ leguntur & notantur in *l.vbi cœptum.ff.de*
48 *iudi.* & *C.eod.l.iudicio cœpto.* ¶ Item † nota, quod iudicia ſunt ſtricti iuris, & non bonæ fidei, ſecundum *Cinum* in *l.petenda. C. de tempore in inte.reſ.per.*
49 Et † iudicium quandoque ſumitur, ideſt, voluntas: vt *l.1.C.de ſacroſanct.Eccleſ.* Quandoque iudicium, ideſt, conſenſus: vt *l.de quibus.ff.de legi.* Item
50 iudicium † redditur in inuitum ex parte rei, & ex parte actoris neceſsitatur, vt ſuum conſequatur: vt *l.1.ff.de iudi.* & ibi dicit *gloſ.* in verbo *poſ-*
51 *ſim.* Sed † numquid Princeps poterit dare iudices delegatos, vel Relatores, ſiue Vicarios? Vidimus quod ſic. & credo, quod non obſtet hoc capitulum quia non tangit intereſſe partis, quoniam ſi dederit ſuſpectum, poterit recuſari. & remoueri, vel alius adiungi: & ſic minime iunt mutanda,
52 &c. vt *ff.de legi.l.minime.* Item † impetratio iudicis eſt actus extraiudicialis. *extra.de reſcriptis.c.ex parte decani.* & tamẽ hic loquitur de iudicialibus, in quib⁹ requiritur Vicarius. ¶ Sequitur in tex.
53 *E ſi per oblitio.* Nota † ꝙ quis non debet tradere obliuioni quod ſcire tenetur, alias obliuio non excuſaret: vt *ff.pro emptore.l.qui fundum.§.1.* Idem
54 eſt † ſcire ſicut ſcire debere: vt *ff. ſi certum pe.l. q te mihi.* in fi. & ibi nota *glo.* ¶ Sequitur in text.
55 *Importunitat.* Nota, † ꝙ propter importunitatem petentium multotiens Princeps non concedẽda concedit. *C.de petit.bo.p .ſublatis.l.1.lib.10.* ¶ Item
56 nota, † ꝙ quandoq. valet reſcriptum proprio motu, quod non valeret ad inſtantiam, vt ibidem. Et
57 fruſtra † precibus imploratur, quod â iure cõmuni conceditur: vt *C. de theſauris.l. 1. lib.10.* vide quæ notantur per *gloſ.extra.de religio.do. cap. religionum.* ſuper verbo, *importuna. lib.6.* & in *authent. vt diffe.anaices.* in prin. ¶ Sed an in dubio præſu-
58 matur † proprius notus in reſcripto, an vero tenſeatur conceſſum ad impetrationẽ alicuius, plene diſputat *Guil.ff.quod quiſque iuris.l.1.* vide per canoniſtas pleniſsime, in *cap. ſi motu proprio.extra.de præben. lib.6.* ¶ Sequitur in text. *que*
59 *ipſo facto fos nulla.* hic vides quod leges † & iura non poſſunt congrue fieri in vulgari, quia adhuc oportuit interſeri verba latina, ſcilicet, *ipſo facto*, tamen hodie omnes Cathalani, præſertim milites noſtri temporis volunt eſſe iuris periti, & illi eorum qui plus has conſtitutiones legunt, minus eas intelligunt, ſed eas toto poſſe trahunt ad eorum optatum, magis amplectentes verba quam ſenſum, contra quos eſt *extra.de reg.iur.cap. certum eſt.lib.* & *extra.de verbo.ſignifi.cap.intelligentiã*. Propterea & dominus Imperator vult ſuos milites ſcire arma, & non leges: vt *C.de iur. delib. l.ſancimus.* circa prin. & de *iuris & facti ig.l.1.* &
60 propterea † non poſſunt eſſe procuratores in iudicio: vt *C.de procura.l.militem.ff.eod.l.filiusfa.§.veteranum.* Imo iudex debet eos à procurando repellere etiam parte non petente, vt notat *glo.2. extra.*
61 *de poſtu.prælat.c.bone.* in *glo.2.* Sed † an habeat locũ in militibus noſtri temporis, *Bal.* tãgit in dicto §. *veteranum*, vide *Gui.* in *Spe.tit.de procura.§.1.verſ.Itẽ quod eſt miles.* ¶ Sequitur in tex. *E no pogues hauer alguna efficacia de dret ni de fet.* Ex his nota, quod non valeret proceſſus per tales litteras manu regia ſignatas habitus, nec ſententia, nec executio inde facta. Immo ſi quid de facto eſſet factum, id de facto debet illico reſtitui in priſtinum ſtatũ. facit *extra.de reſcriptis.c.ipſo iure.lib.6.* ¶ Sequitur in tex. *ne ſien obeydes.* nota quod dominus Rex li-
62 benter † tollerat ſi eius litterę contra conſtitutiones, & per dominũ Regem iurata forſitan emanatę, non obediantur, & in dubijs tutius eſt ſecũ
63 dam iuſsionem expectare. ¶ Sed † an valerent litteræ per manum domini Regis ſignatę contra formam huius cap. per quas mãdaretur procedi, cũ expreſſa clauſula, non obſtante quod fuerint de eius manu ſignatę, & non obſtante diſpoſitione huius cap. Reſpondeo, non valent, quia hoc cap. eſt conſtitutio iurata, & dicit littera, *o encara*
64 *de certa ſcientia*, &c. Item † non valent litteræ, & reſcripta contra conſtitutiones, & priui legia curiarũ: vt dixi ſupra, ſuper verbo, *reſiteram.* ¶ Sequitur in tex. *E ſi lo contrari era fet per lo dit official, que ipſo facto encorrega en pena de dos cẽts florins:*
65 nota verbũ, *ipſo facto.* ¶ Sed † an ad incurſum huius pœnæ exigatur dolus: vide *Bar.ff.de adqui. po.*
66 *l.iuſte.* in *vlt.q.* Quando † agitur ad pœnam corporalem, requiritur dolus, alias ad pœnam ſtatuti ſimpliciter loquentis, vt hic, ſufficit lata culpa: arg. *inſti.vt.bo.rap.§.1.* & *ff. ſi quis li. inſſ. fu. l.1.§. non autem.* vide ibi *Bar.* latius, & dic ſecũdum *glo.*
67 in *l.magna negligentia.ff.de verb.ſignifi.* Item † nota, quod non cõmittitur pœna, quando illud factũ eſt voluntate eius cui pœna venit applicanda *C. ſi ſeruus expor. vene. l. 2.* ¶ Item an vt pœna
68 committatur † requiratur contrauentio de iure, an ſufficiat de facto, vide *Butrium* & *Cinum*, in

l.2.

69 *l.2.C.de Epiſcandi.* ¶ Item†nota ꝙ mulcta appli catur fiſco,pœna in dubio parti,ad cuius iniuriã delictũ cõmiſſum eſt. vide *Gui.de Cug.in l.ſi Eccl. C.de Epiſc. & cleri.& glo.in Inmulctarum. C. de modõ*
70 *multt.* Et†ſi pœna apponitur propter delictũ cõtra Eccleſiam,applicatur Eccleſiæ.ꝙ nota bene, adde infra *ead.*ſuper verbo,*la mitat al fiſch.* ¶ Sed
71 an†obligatus non cõtrauenire ad pœnam ſi impetrat priuilegiũ,vt cõtrauenire poſſit,incurrat ipſam pœnã?*glo.*ꝙ non,in *l.ſi quis maior.C.de tranſact.* niſi forfitã non impetrare promiſerit; ſicut ſæpe ponitur in inſtrumẽtis cenſuali ũ. & aliorũ
72 debitorũ. ¶ Itẽ†nota perpetuo,ꝙ iuramentũ habet vim illius clauſulæ, *rato manente pacto*, dicit *Bar.*in dicta *l.ſi quis maior.* & in *l.qui fidem.* ¶ Item
73 nota,†ꝙ vbi propter ignorãtiã quis à pœna excuſatur,ita demũ excuſatur ſi ſuperueniẽte ſcientia deſiſtat.*C.de inceſtis nupt.l.qui contra.* An ad in-
74 curſum pœnę requiratur monitio,vide *Innoc.*&
75 modernos.*extra.de præben.c.extirpande.* ¶ Itẽ†nota,ꝙ vbi pœna cõmittitur ex lapſu diei propter non factũ,hæres ignorans non ſoluendo licet pœna cõmittatur, reſtituitur ex clauſula generali: vide *glo.in l.2.C.de iure emphi.in glo.fi.*vide ibi *Cynũ.* ¶ Itẽ nota,† ꝙ pœna quælibet corporis afflictiua exigit in ſe dolum.*ff.de in litem iurando. l.in actionibus in glo.* Ideo numquã imponitur propter
76 culpam:vt *l.in l.ff.ad l.Cor.de ſicarijs.* Fallit tamẽ in *l.ſi quis aliquid.§.abortionis.ff.de pœnis* ſecundum *Bal.*in dicta *l.in actionibus.* ¶ Nota tamen, ꝙ diffi-
77 cultas†excuſat à pœna legali.*l.donatio.ff.de neg. geſt.* Et patet hic,ꝙ iudex admittens reſcriptũ inualidum impetrari prohibitum punitur:ſic *C.de aqueductu.l.ſi quis per diuinum.* & *l.omnes ſeruitꝰ aquarũ.* & ibi notat *Io.de Platea.lib.*11. ¶ Sequitur in
78 tex.*la meytat al fiſch*,&c. Nota † hic,ꝙ vbi à iure imponitur pœna pecuniaria pro intereſſe hominis, nec apparet cui deberet applicari,tunc media parti,media fiſco applicabitur,vt hic:& notat *glo.ff.de his qui deiect. vel effu.l.ſi vero.§. Hæc autẽ actio.verſ.penul.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *coll.4.in 2.curia Barcin.c.9. Itẽ quod ſi Indaus vel Indea.* & ſupra *ead.in verſ. Item nota quod mulcta applicatur.* Immo in ſubſidium de ipſa pœna fiet ſatisfactio & emenda parti damnificatæ,pro cuius intereſſe fuit appoſita.

De officio Cancellarij, & Vicecancellarij domini Regis,& ſui Primogeniti. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius,& Vicecancellarius domini Regis debent vice, & in perſona dicti domini Regis regere,& miniſtrare iuſtitiam iuxta vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones Cathaloniæ,& alia iura patriæ.*
2 *In Audientia Regia iudicatur ſecundum iura, & non ſecundum conſcientiam.*
3 *Princeps iudicat ſecundum veritatem,& iuſtitiam naturalem, omiſſis ambagibus.*
4 *Sententia iterum ferri poteſt, quando ex eiſdem actis detegitur iniquitas,& calumnia.*
5 *Princeps an ſententiam iniquam reuocare poſſit,quam-*

uis ſit in iudicatum tranſacta,& etiam mandata executioni, ac elapſi ſint triginta anni à die lata. traditur.
6 *Cancellarij eſſe poſſunt non Cathalani.*
7 *Cancellarius eo dictus quia præſideat Cancellariæ. & Cancellaria quæ ſit.traditur ibidem.*
8 *Cancellarius ſemper conſueuit eſſe Prælatus.*
9 *Regens Cancellariam ex eo dicitur,quia regit officium Cancellariæ.*
10 *Cancellarius & Regens erant quæſtores ſacri palatij, qui ſignabant litteras,& reſcripta iuſtitiæ.*
11 *Proceſſus contra abſentem, & non citatum non valet. fallit num. 12.*
13 *Cancellarius & Regens in Audientia Regia ſeruare debent ordinem traditum per Reginam Mariã in cap.com per donar orde.*
14 *Stylus curiæ eſt ſeruandus; & actum contra ſtylum non tenet.*
15 *Dominus Rex ex ſua conſcientia videtur quod nõ poſſit ſe intromittere de cauſis priuatorũ;ex quo per pactũ cum curia hoc à ſe abdicauit.declaratur ibidem.*
16 *Iudicari debet in Cathalonia ante omnia ſecundum iura patria.& declaratur nu.18.*
17 *Vſatici Barcinonæ an ſint ius ſcriptum,vel non ſcriptum.traditur.*
19 *Iure patrio deficiente iudicandũ eſt per ius commune ſcriptum;& eo deficiente,ſecundum æquitatem.*
20 *Ius naturale idem eſt quoad omnes: & ideo nunc ſpectatur ius commune.*
21 *De iure eſt faciendum,quod deficiente iure ſcripto procedatur ſecundum æquitatem.*
22 *AEquitas eſt fundamentum interpretandi leges,iura, & pacta.*
23 *AEquitas ſemper vna,& eadem permanet.*
24 *AEquitas alia eſt diſpoſita,alia diſponenda.*
25 *AEquitas in omnibus,& maxime in iure eſt ſpectãda.*
26 *Iudex debet iudicare æquitate inſpecta.*
27 *AEquitas quando præferatur rigori iuris. remiſſiue. idem num.37.*
28 *Clauſula,*procedas ſecundum veritatem,& æquitatem,*quid importet. remiſſiue.*
29 *Deus non cognoſcit niſi illos,qui operantur æquitatem.*
30 *AEquitas debet attendi non pura naturalis,ſed mixta ex traditionibus iuris poſitiui.*
31 *Ratio idem eſt quod lex.*
32 *AEquitas magna, & euidens præfertur rigori iuris ſcripti.*
33 *AEquitas eſt illud,quod naturalis ratio ſuadet.*
34 *AEquitas eſt benignitas animi impellens ad aliquid iuſte agendum.*
35 *AEquitas dicitur æqualitas,& ſumitur multis modis.*
36 *AEquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata.*
38 *Reges ſicut famulantur canonibus,& in ſubſidium illis deficientibus: ita demum ſunt allegandæ, ſi æquitatem imitentur.*
39 *AEquitas eſt conuenientia rerum.*
40 *AEquitas ſumpta ex mente legis præfertur rigori ſumpto ex verbis.*
41 *Omne ius vel eſt canonicum vel ciuile Romanum.*
42 *Canonicum ius,& ciuile ſi in aliquo caſu reperiantur*

contraria debet ex eis illud ſeruari, quod maiorem continet æquitatem & rationem.

43 *Ius canonicum in dubio præſumitur æquius. & ratio traditur.*

44 *Ratio non dicitur bona, quæ non concludit.*

45 *Ratio eſt vrgens diſputatio, vel euidens demonſtratio.*

46 *Ratio eſt animi motus viſum mentis acuens, veraque à falſis diſtinguens.*

47 *Ratio multipliciter ſumitur, & enarrantur modi.*

48 *Ratio debet concludere neceſſario, aut probabiliter.*

49 *Probabiliter dicitur, quod ab omnibus videtur, vel à pluribus, vel ſaltem à ſapientibus.*

50 *Ratio iuris triplicem habet effectum, declarare ſcilicet, explicare, & ampliare.*

51 *Ratio iuris quandoque dicitur vina ratio, eo quod ſit anima ſcripturæ.*

52 *Ratio dicitur à verbo, ratus, rata, ratum.*

53 *Ratiocinatio eſt ſubtilis & rationabilis diſputatio.*

54 *Ratio vbi vincit legem, poſſumus facere contra legem adhærendo rationi.*

55 *Dubium facti debet decidi ſecundum æquitatem naturalem.*

56 *Iudicandum magis eſt ſecundum ius canonicum quam ius ciuile, & maxime in Cathalonia nu. 57.*

58 *Ratio eadem vbi eſt, an idem ſit ius per eandem legem præcedentem, traditur.*

59 *Ratio non debet eſſe remota à dicto.*

60 *Rationis exiſtentis officium eſt corrigere legem contrariam.*

61 *Argumentum aliud eſt à ratione ceſſante, & aliud à ratione influente, ſiue inferente. & ratio traditur ibidē.*

62 *Ratio legis & iuris idem ſunt.*

63 *Ratio licet ceſſet ad deciſionem; ſi tamen adſit principalior ratio in diſponendo, non ceſſat diſpoſitio.*

64 *Ratio debet differre à dicto, & eſſe generalior dicto.*

65 *Dictum reſtringitur per rationem.*

66 *Ratio vnica quandoque vincit duas.*

67 *Pragmaticas an dominus Rex poſſit facere, traditur.*

68 *Æquitas naturalis ab homine ſurgit, & naſcitur ex ingenio, & induſtria.*

69 *Lege deficiente naturalis æquitas poteſt allegari.*

70 *De bono, & æquo vbi agitur non eſt curandum de ſubtilitatibus.*

71 *Ius canonicum magis inhæret iuri diuino, maxime in his in quibus vertitur periculum animæ.*

72 *Dominus Rex vel eius Primogenitus nullatenus debent impedire Cancellariam Regentem, nec alium iudicem, ne faciant iuſtitiam, nec per viam dilationis fruſtratoriæ. nu. 73. & declaratur num. 75. 80. & 81.*

74 *Guidaticum an ſeruandum, ſi in præiudicium litis ſit impetratum. traditur.*

76 *Periurus an puniendus, remiſſiue.*

77 *Violationis homagij pœna remiſſiue.*

78 *Regis indignatio nuncius eſt mortis.*

79 *Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Cancellariã præſtant iuramentum hodie de ſeruandis iuribus patriæ, alias acta per eos facta ſunt nulla, nu. 84.*

82 *Homagium præſtare poſſunt in abſentia domini Regis Cancellarius, & Regens Cancellariam in poſſe Locumtenentis Generalis.*

83 *Verbum* en poder vostra, *in tex. poſitũ refertur magis ad dignitatem Regiam, quam ad perſonam.*

Item ſenyor quels Canceller, & Vicecanceller voſtres,

1 &c. Caſus. Cancellarij, † & Vicecancellarij dominorũ Regis, & ſui Primogeniti, & loco eorum abſentium, vel impeditorum ipſas Cancellarias Regentes iuriſperiti habẽt vice, & in perſonis ipſorum dominorũ Regis, & Primogeniti regere, & miniſtrare iuſtitiã, iuxta vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones, & capitula curiarũ generalium Cathaloniæ, vſus, conſuetudines, priuilegia, immunitates, & libertates cuiuſq; vniuerſitatis locorum, & ſingularũ perſonarum, ius cõmune, æquitatem, & bonam rationẽ. Et in tali exercitio iuſtitiæ miniſtrandæ ipſi Cancellarij, Vicecancellarij, & Regentes nullatenus poſſunt per dominos Regem, & Primogenitum impediri. Et de his obtẽruandis habeat ipſi Cancellarij, Vicecancellarij, & Regentes præſtare iuramentũ & homagium antequam vtantur ſuis officijs, alias ſecus acta per eos ſunt ipſo iure nulla. Hoc dicit.

2 Ex † hoc cap. & ex *vſat. Aliũ nãq.* cũ ſimil. patet, q̃ etiã in Audiẽtia Regia Cathaloniæ habeat iudicari ſecundũ iura, & non ſecundũ conſcientiã, de

1 quo vide per *Iac. de Cal. in Marg. Fiſci 8. dub. verſ.*

3 182. ¶ Itẽ nota † q̃ Princeps iudicat ſecundum virtutẽ, & iuſtitiam naturalẽ, omiſsis ambagib⁹, vt notatur in *c. ad petitionẽ. extra. de accu.* & ponit *Iac.* vbi ſupra *verſ.* 183. Tenetur tamẽ ſeruare cõ

4 ſtitutiones, & alia iura Cathaloniæ. Sed † vbi ex eiſdem actis detegitur iniquitas, & calumnia, poteſt de æquitate iterũ ſententiare. arg. *ff. de inoffi. teſta. l. ſi pars iudicantiũ.* & hic dũ dicit, *dret comu, equitat, y bona rabo.* & ita vidi ſeruari in audientia, & vide *Iac. Cal. in ſuo Directorio pacis in 24. dubio,* vbi ponit caſum Andreæ Magre. & vidi litterã

5 Regis Alfonſi. ¶ Sed † pone q̃ Rex, vel alius iudex tulit ſententiã iniquã, quæ tranſiuit in rẽ iudicatã, quæ fuit etiã mandata executioni, & poſt triginta annos ſupplicatur principi, vt illã tanquã iniquã reuocet, & iterũ iudicet iuxta æquitatẽ, & iuſtitiã naturalẽ; nũquid hoc poterit Princeps? Videtur q̃ ſic, iuxta *l. ſi pars.* cũ ibi not. *ff. de inoffi. teſt.* & per *Iac. de Cal. in Marg. Fiſ. 8. dubio. verſ.* 172. & *verſ. ſeq.* In contrarium, quia obſtabit præſcriptio triginta annorũ, per quã tollitur omnis actio ciuilis, & effect⁹ naturalis; & quæ talis præſcriptio eſt approbata per *vſat. Omnes cauſæ.* & de conſuetudine generali confirmata per cõſtitutionẽ, alias nũquã eſſet litiũ finis; & ita fuit cõcluſum in Cõſilio Regio, me præſente. ¶ Et diuiditur in partes tres. In prima ponitur qualiter iuſtitia ſit per Cancellariũ, Vicecancellariũ & Regentem Cancellariam adminiſtranda. In ſecunda parte, ibi, *E que en tal ſpatxament,* tollit impedimenta eis fieri. In tertia parte, ibi, *E aquells dits voſtres:* ponit qualiter dicti Cancellarius, Vicecãcellarius, & Regens habẽt præſtare iuramẽtũ & homagiũ, & annullat ſec⁹ acta. Nota bene hoc

ſalubre

ſabubrē capitulum litteris aureis ſcribendū, dūmodo per omnia ſeruaretur per Cancellariū, Vicecancellariū,& Regentem, & ipſi ad vnguē, & intrepide ſeruarent huiuſmodi iuramentū,& homagiū,quod præſtant in initio ſui regiminis,antequam vtantur. ¶ Sequitur in tex.*Cācellers*,ſubaudi,qui poſſunt eſſe non Cathalani, & licet non ſint de Cathalonia oriūdi nec domiciliati,vt ſupra *coll.6.in curia Ceruariæ c.vlterius.* & infra *coll.10.curiæ domina Mariæ c.primerament*. Vide quæ ibi dixi.& in *c.1.*ſupra *coll.4.in 1.curia Barcin.* & ſupra *coll.5.c.25. Item ad ſupplicationē omniū prædictorum.* vide tamen & adde nouā capitulationem,Anno 1461.factā apud Villamfranchā Pœniten.Et † dicitur Cancellarius qui præſidet Cācellariæ:& eſt Cancellaria locus cōſiſtorij,prætorij,& tribunalis, vbi conſueuit per dominum Regem iuſtitia miniſtrari, qui locus per cancellos diuiditur & ſeparatur,vt ſub ſilētio infra illos iuſtitia miniſtretur: 10.*q.1.in c.loco benedictionis*.Et † talis Cancellarius conſueuit eſſe aliquis prælatus,puta Archiepiſcop⁹,vel Epiſcopus;& Vicecancellarius eſt, qui loco ipſius Cancellarij,vice,& in perſona domini Regis prælidet dictę Cancellariæ ſicut † & RegensCancellariam, quia ipſum officium Cancellariam regit, & iſti Vicecancellarij,& Regentes conſueuerunt poni aliqui valentes doctores,vel iuriſperiti,& debēt eligi viri approbati bonę conſcientiæ,& in ſcīētia & practica iuris valde experti,de magis idoneis,iuxta formam *c.proxi.*infra ſequentis.Et iſti erant † quęſtores ſacri palatij domini Imperatoris,qui habent ſignare litteras,& reſcripta iuſtitiæ,in *auth.de quæſtore.coll.6.*& in *anth.vt diuinæ inſſiones ſubſcrip.habe.glorioſi quæſtoris.coll.8.* ¶ Sequitur in tex.*les parts preſents, e per contumacia abſents*. Nota, † quod non valet proceſſus regulariter contra partem abſentem,& non citatā:vt *l. ea quæ.C.quomodo, & quando iudex.* & *extra. vt lite non contestata c.1.* quandoq. † tamen proceditur contra abſentē in caſibus ſpecialibus,vt in proceſſib⁹ qui fiūt ex regalijs vſaticorū, *Simili modo.* & *auctoritate,& rogatu.*cū ſimilibus. & hoc eſt ꝙ hic ſubijcitur,*en aquella matter manera y forma q̄ fa. sē degue ſegons vſatges de Barcelona*, &c. vide & adde quæ leguntur,& notantur infra *coll.9.c.com molts entenents a fer mal.*& *c.vlti.*& infra *coll.11.c. Itē commemorants.*& in *vſat.Moneta.*& in *vſat. auctoritate,& rogatu.*cū ſimilibus. ¶ Sequitur in tex. *ſegons vſatges de Barcelona,conſtitucions*,&c. ¶ Hoc intelligo tam de conſtitutionibus quæ diſponūt ſuper ordine proceſſus.& concluſionis ,ac deciſionis cauſarū,quam ſuper ipſa deciſione , quam alijs,hoc eſt tā ſuper rito quā ſuper recto.Debēt enim † Cancellarius,Vicecācellarius,& Regēs Cancellariā in Audientia Regia ſeruare ordinē traditū in conſtit.dñæ Marię, infra *coll.proxi.c.per donar orde*;&c.ſcilicet,vt cōſiliū peritorū habeāt, aduocatos partiū habeant, & audiāt,& vota peritorū exigant,& ſic concludant,& ſententiā proferant,iuxta ſtylū in pērſonā dñi Rēgis, vt dixi late ſuper dicto *c.per donar orde.*& infra *coll.10.c. les cauſes dels pubills*;& ſtylus † curiæ ſeruari debet,alias non valet ꝙ agitur. Item ꝙ dicitur hic, *vſatges de Barcelona,conſtitucions*, &c. Et nota valde,† quia ex hoc cap. videtur ꝙ dñs Rex per ſe, hoc eſt,ex ſua cōſcientia nō debeat in hac patria ſe intromittere de cauſis priuatorū.& ſic nec per viā remiſſionis deberet reſcindere rē iudicatam, neq.iudicare ex propria cōſcientia , etiā de plenitūdine poteſtatis: ex quo per contractū ſe adſtrinxit ſeruare hoc cap.quia nec poteſt impedire miniſtros iuſtitię,vt hic habetur.Cogita bene, quia cōtrariū videmus ſeruari ſaltē de facto. Et hic ſubaudi,† ſecundū quæ iurā huius patriæ habent ante omnia iudicari in hac patria,& ideo iuriſperiti tenētur ſcire. & habere iſta iura patriæ, vt ſunt vſatici,conſtitutiones,& capitula curiarū.& cōſuetudines generales Cathaloniæ:vt infra *coll.10.in curia ante Mariæ.c.aſſats es coſa vidicu loſa*.vide quę ibi dicā Deo duce:& addę quę ſcripſi ſupra in *cur.Ceruariæ.c.in primis ſiquidē*.& infra *curia proxi.dñi Ferdinandi. c. per tal que les leys.*

¶ Quæro,† an vſatici Barçinonæ ſint leges & iura ſcripta,an nō ſcripta;vt conſuetudines.Et videtur quod ſint vſus,& cōſuetudines:arg.ad hoc in prin. *vſat.c.antequā vſatici.* vbi vocat vſaticos ab vſu,& ibi dicit, *ſolebāt iudices iudicare*,&c Sed dicę ꝙ immo ſunt leges & iura ſcripta , ꝙ probatur in *vſat.c.vnde cū domnus Berengarius*,ibi,*cōſtituit & miſit vſaticos* , & ibidē,*ſubijcit legibus*,faciūt plures vſatici incipiētes:*itē ſtatuerunt*,& vſat. *cōſtituerūt etiā*.& vſat.*de omnibus hominibus* , & vſat. *aliū namq.* cū ſequentib. Facit, quia hic iam etiā ſubijcit de conſuetudinibus,& non ſcriptis iuribus. ¶ Vnde † nota hic ex ordine huius ſcripturæ,ꝙ primo debet iudicari ſecundū vſaticos,cōſtitutiones,& capitula curiarū;quę ſunt leges cōmunes & generales,& iura ſcripta huius Principatus Cathaloniæ,& intelligē in quantū nō ſint per poſteriora ipſorū,aut per cōtrariā conſuetudinē validā derogāta vel abrogata,iuxta *cap.licet Romanus.de conſti.li.6.* debet etiā iudicari iuxta cōſuetudines,vſus,priuilegia & libertates,quę ſunt cōfirmatæ per dictas cōſtitutiones generales: vt ſupra in *curia Dertuſa,c.vt autē. §.& inſuper.* cum ſuis eōcor. debet etiā iudicari ſecundū pragmaticas regias,conſtitutionibus & capitulis curiarū non contrarias , vt dicitur in pragmatica Regis Ferdinandi.Et his deficientibus ad arbitrium recurritur;vt in vſatico , *Iudicia curiæ.* in fin. quod arbitrium eſt ſecundum iura communia,ſcilicet, canonica,& ciuilia promiſcue,pro vt ſunt rationabilia , & continent æquitatem , & bonam rationem.& ita intellige,argumento ex eodem ordine ſcripturæ,deficientibus † legibus Cathalanis prius iudicandū eſt per ius cōmune ſcriptū; & eo deficiēte,ſecundū æquitatē,& bonā rationē, in tantū quod in hac pātria Princeps non poteſt prælerre æquitatem non ſcriptam regulis iuris

communis ſcripti per notata in *cap.la rigor. Regina Maria.* & in *cap.* 1. *curiæ Cenariæ Regis Petri III.* neque obſtant notata in *l.* 1. *ff. de legi.* Quia Princeps in hac patria, per leges pactionatas ligatus eſt iudicare ſecundum dicta iura, & nõ habet locum, Quod Principi placuit, legis habet vigorem, & non poteſt facere leges ſine adunatione curiæ. Quod hic dicit, *'dret comu, equitat,*
20 *y bona rabo*: dic † quod ius naturale eſt idẽ apud omnes, ideo dicitur eſſe ius commune. Sed ius poſitiuum diuerſificatur apud diuerſas ciuitates, ideo vocatur ius proprium. Sed forte hic loqui-
31 tur de iure communi Romanorũ. Hoc † de iure faciendum eſt, vt deficiente iure ſcripto procedatur ſecundum æquitatem: vt *extra. de tranſact. cap. vltimo.* & vide ibi bonam *gl. f.* ſuper verbo
22 *æquitate.* Et nota, † quod æquitas eſt fundamentum interpretandi leges, & iura, & pacta: *ff. pro*
23 *ſocio. l. ſi ſocius pro filio*. Et † æquitas proprie dicitur, quæ ſemper vna, & eadem permanet: vt no
24 tatur in *l.* 1. *C. de inu. ſuo.* Item † æquitas alia eſt diſpoſita, alia diſponenda. vt *l.* 1. *C. de le.* & notat *Bal.* in *l. ſi defunctus. C. de ſuis. & legi. heredi.* Vnde Pſalmiſta: *Iuſtus eſt dominus, iuſtitias dilexit, & æquitatem vidit vultus eius.* Vnde & pone, & intelli-
25 ge litteram iſtam, ſcilicet, *dret comu, equitat,* &c. quoniam † in omnibus, & maxime in iure æquitas ſpectanda eſt: *ff. de regu. iuris. l. in omnibus qui-*
26 *dem.* vnde dic, *dret comu,* &c. Et † nota quod iudex debet iudicare æquitate inſpecta; cum enim ex ſententia ius fieri debeat, ſicut ipſe legislator æquitatem ſequitur, ita & iudicẽ ſequi oportet: licet quandoque non ita ſequatur, oculo iudicis caligante, ſecundum *gl. f. C. familiæ erc. f. l.*
27 *inter filios*, Et † quando æquitas vel rigor præferatur, vide in *l. placuit. C. de iudi.* & nota infra
28 *colla.* 10. *cap.la rigor.* Quid † importent iſta verba, *procedas ſecundum veritatẽ, & æquitatem*, vide *Ant. de Butrio* in *cap. litteras. extra. de iuramento calum.* in verbo, *nota*, vbi dicit, quod plus importãt quã illa, *ſimpliciter, & de plano, & ſine figura iudicij*, ſcili-
29 cet, Deus † Dominus nõ cognoſcit niſi illos qui operantur æquitatem. Ita dicit *Aug.* in libro *Alleloquiorũ*, ſuper verbo *neſcire.* Vnde ſemper habeas præ oculis æquitatem, & via iniquitatis
30 non ſit in te. A Equitas † debet attendi non pura naturalis, ſed mixta ex traditionibus iuris poſitiui, & non reſtringenda ad ſolas perſonas inter quas agitur. *ff. depo. l. bona fides*, ideſt, ius commune in quantum continet æquitatem, & bonam rationem; quia præſumitur ius commune habere rationem, iuxta notata ſupra in *curia Dertuſe.* in *proœmio.* circa fin. quia lex præſumitur iuſta. vt ibi notatur, & 4. *diſt. cap. erit autem lex.* & 1. *diſt. cap. conſuetudo. verſ. porro.* adde quæ notantur ibi. & per *Iaco. de Monte Iudaico* in dicto *vſus. Iudicia curiæ.* & latius in ra *colla. proxi. curiæ domini Ferdinandi cap. per tot que les leys de la terra*, &c. quidam tamen ex eo quia hic prenittit ius commune ante verba, *equitat, y bona rabo*, intelligunt debere ſeruari ius commune, licet ſit iniquum: vt *l. proſpexit. ff. qui, & a quibus ma. non licet.* & quod tunc demum ad æquitatem, & bonam rationem recurratur, cum defecerit ius commune: quod nũ quam aut raro contingere poſſet: vnde quod prius dixi, credo verius, & de mente huius cap. ſic ſupra *colla.* 1. *in curia* 1. *Barcin. in forma iuramẽti Vicary.* §. *Septimo iurat.* vide & adde quæ ibi di-
31 xi. Et † ratio idem eſt quod lex, infra *di. cap. conſuetudo.* & conſuetudini prævalet: 8. *di. fruſtra.* & exemplis anteponenda eſt: 9. *diſt. cap. ſana quippe.* & nota *glo. Ioan. And. extra. de elec. cap. vt quis duas:* ſuper verbo, *rationi. lib.* 6. Sed quæro quid eſt ratio. ¶ Itẽ nota, quod hic dicit, *dret comu.* A Equi-
32 tas † magna, & euidens, præfertur rigori iuris
33 ſcripti. *l. dimus. ff. de reſti. in integrum.* Et † eſt æquitas quod naturalis ratio ſuadet, ſecundum *Pap.*
34 Et † nota, quod æquitas eſt benignitas animi impellens ad aliquid iuſte agendum. *ff. de le. l. nulla.*
35 Et † æquitas dicitur æqualitas & ſumitur multis modis, ſecundum *Bal.* in *feu. tit. de pace iuram.*
36 *fir.* §. *ad hoc.* Et † eſt æquitas iuſtitia dulcore miſericordiæ tẽperata, de quo vide per *Bal.* in *feu. de pace iuram. fir. in* §. *ad hæc ſi alodiũ.* An & quando
37 æquitas † præferatur rigori vel econtra, dixi in-
38 fra *colla.* 10. *cap. la rigor.* Et nota † quod ſicut leges famulantur canonibus, & in ſubſidium illis deficientibus: & ita demum ſunt allegandæ, ſi æquitatem imitentur, ſic & iura patriæ Cathaloniæ imitantur, & famulantur in ſubſidium quatenus incedunt per ſemitam æquitatis, iuxta notata per *Ant. de Butr. in cap. ſuper ſpecula. extra. de*
39 *primilegijs.* A Equitas † eſt conuenientia rerũ quę cuncta coęquiparat, & in paribus cauſis paria iu-
40 ra, vel indicia deſiderat. Et † æquitas ſumpta ex mente legis præfertur rigori ſumpto ex verbis, ſecundum *Bal.* in *l. cum quidam. C. de impu. & aliis ſubſtitu.* quia intelligo tam de iure communi canonico, quam ciuili: quia periti in vtroq. iure huiuſmodi admittuntur ad patrocinandũ, & iudicandum in hac patria, vt in curia Montiſſoni, ſupra *colla.* 6. *cap. In ciuitatibus.* vide quæ ibi dixi, & in alleg. *cap. aſſats es coſa ridiculoſa*. Et hic in-
41 tellige, † *dret comu*, ſcilicet, omne ius canonicũ, vel ciuile Romanum, prout eſt in corpore iuris clauſum; licet in eo ſint quædam iura ſpecialia; quaſi dicat, ſecundum leges, & canones. Et quia
42 hic † dicit, *equitat, y bona rabo*: dico quod ſi ius canonicum, & ciuile in aliquo caſu reperiantur contraria, vel contrariari, debet ſeruari illud quod maiorem continet æquitatem, & rationem; nec hoc caſu admitterem opinionem illorum, qui dicunt leges debere ſeruari in foro ſæculari, & canones in foro Eccleſiæ; quia hic non curamus de legibus, & canonibus, ni-
43 ſi in quantum ſunt rationabilia. Et † in dubio præſumam ius canonicum æquius; quia nullũ admittit peccatum, & leges non dedignantur ſacros canones imitari. *extra. de iudi. cap. cleric.* & in *auth. vt clerici apud proprium Epiſc.* §. *penul. colla.* 6.

Super

44 Super textu,ibi,*bona ratio*.Illa ratio † non est bona quę non concludit, secundum notata per *Baldum* in *l.Papinianus.ff.de mino*.Et nota sic fore procedendum secũdum bonam rationem. Ad hoc faciunt notata per *Antonium de Butrio extra.de iudi. cap.dilecti.* & adde quæ scripsi supra in curia Perpiniani, *cap.*
45 *quia sæpe contingit*. Et dic , quod † ratio est vrgens disputatio,vel euidens demonstratio:vt *l.1.§.veteris.ff.de adquir.p.f.ff.de legibus.l.non omnium*. ideo ratio dicitur certior,dicto *ff.de offi.procura. Cæsaris.l.fi.*
46 vel dic,quod † ratio est quidam motus animi , visum mentis acuens,veraq. â falsis distinguens. *C.de iudi.vid.tol.l.fin.C.de reuo.donat. l.his solis*. vide *Baldũ ff.de iustitia & iure.l.omnes populi*. & in dicta *l.non omnium*. vide quod † sumitur quandoque pro ratione
47 legis:quandoque pro ratione naturali, vt hic: quãdoque pro ratione iuris gentium: quandoque pro ratione positiua:quãdoque dicitur ratio sensus corporis, vt in teste,qui debet reddere rationem dicti sui.*C.de testibus.l.solam*.dicitur aliquando ratio, id-est causa: vt ratio actus:vt *l.2.§.circa.ff.de excep.do.* quandoque sumitur pro calculo & computationibus.vt *l.qui libertatis.§.seruus rationibus.* & *l.1. C. de*
48 *errore calculi*.Item nota,quod † omnis ratio debet
49 esse concludens necessario, aut probabiliter. † Et probabiliter dicitur,quod ab omnibus videtur,vel pluribus, vel saltem sapientibus:vide *Bald.*in dicta
50 *l.non omnium*.Item etiam nota,quod † iuris ratio habet triplicem effectum, puta, declarare, arctare, & ampliare. vt *l.1.§.huius formæ.ff.de re mili.*& in *l.militis argentum.ff.de tut.& curat.da. ab his.* & in *authen. ita.C.de iudi.vid.tol.l.fin.* & *C.de reuo.dona. l. his solis.*
51 Item quandoque dicitur † viua ratio, eo quod est anima scripturæ:vt ff. *de conds.indebiti. l.frater à fratre.*& nota *Antonium de Butrio in c.in his.extr.de verb.*
52 *signif*. Vnde dicatur † ratio ? Dic quod dicitur â ratus,rata,ratum,quod est firmũ, eo quod firma sit. Et est mentis motus in his quæ dicuntur discernere,vel conuincere valens.Sed † ratiocinatio est ra
53 tionabilis & subtilis disputatio,â certis ad incerto rum indagationem,innitens cogitatio. & ita notat *Guido in Kosario*,12.*dist.c.consuetudo*.super verbo,*ra-*
54 *tio*.Et vbi ratio † vincit legem,possumus facere cõtra legem,adhærendo rationi.*glos.*ff.*de adquir.re.do. l.quia ratione.Bart.* & *Ant.de Butrio in Spica iuris ciui.* in verbo *lex*.Adde quæ notat latius *Ioannes de Plat. insti.de legi.patro. tutela*.in principio.in verbo, *& attende,quod in multis casibus licitum est recedere à verbis legis*,&c.& ibi nota,quod † non tantum in legibus & canonibus,sed in omni alia dispositione mẽs est semper præsumẽda:vt *l.3.§.constitu.*ibi, *melius est sensum quam verba attendi*.ff.*de alu.& cib.leg.* & *extra. de priuil.c.quanto*. vide ibi. Et quod dubium facti deci-
55 di † debet secundum æquitatem naturalem.vt notat *Bald.in auth.omnes peregrini.C. communia de succes-*
56 *sionibus*.Et † ita magis debemus iudicare secundum ius canonicum quam ciuile,iuxta notata per *Bald. in l.1.ff.quemadmodum testamenta aperiantur*.& ita pra
57 cticamus in hac patria.Nota † in hac patria magis esse iudicandum secundum ius canonicum,quã secundum ius ciuile: vt hæc in paginã præterita:
58 &in constit.*la rigor*.Reginæ Mariæ.Sed † an vbi est eadem ratio, sit idem ius per eamdem legem præcedentem?*Cinus* tenet quod sic,*Butrius* contra allegat.*instit.de legi.patro.tutela*.dicit *Baldus*, quod prout est ratio,& restringit legem,vel arctat,tũc bene est ius ratio per eamdem legem, si ampliat est per aliam legem,& allegat. ff. *de ritu nup.l.libertus.§.Senatus*.ff.*de excusa.tut.l.scire oportet. §.sin autem*.ff.*de adquir.pos. l.si is qui.§.mota*. Item nota
59 quod ratio non debet esse remota à dicto:nã nihil est ratio,nisi sui ipsius dictum: ratio enim debet esse magis nota quam dictum:vt *l.fi.* ff.*de offic. procurat.Cæsaris*.Item nota, quod officium eiusdẽ
60 rationis † existentis est corrigere legem contrariam.*l.fin.C.de indic.vidu*.Sed officium rationis nõ trahitur ad correctionem legis: vt notatur in *aut. quas actiones.C.de sacrosanct. Eccles.* Remotio ergo eiusdem rationis nõ remouet statutum in suo simili. Vnde ratio illius legis vt inter diuinum est remota per *auth.quas actiones in Ecclesia*.tamen vi-
61 get in ciuitatibus.Aliud † est ergo argumentũ â ratione cessante,& aliud â ratione influente,siue inferente,quæ in paribus & communibus termi-
62 nis paria iura disponit.Item † ratio legis & iuris idem sunt,secundum *Dinum* in *cap.fi. de re iur. lib.6*. Hæc omnia vide per *Baldum* in dicta *l.non*
63 *omnium*. Item nota, † quod licet cesset ratio ad decisionem, dum tamen adsit principalior ratio in disponendo, non cessat dispositio , secundum
64 *Gui.in l.Barbarius*.ff.*de officio Præto*. Item † nota, quod ratio debet differre à dicto, & esse generalior dicto : nam dictum repetere pro ratione, nuga,& derisio est,ac fatuitas:nugatio est nõ reddi tio rationis: ff.*de offi.procurat. Cæsaris.l.3.glos.in*
65 verbo,*non habent*. Item † dictum restringitur per rationem:vt *l.hæc actio*.ff.*de calum*. Et correcta ratione non corrigitur dictum.ff.*de dona.causa mortis.l.tam his*.& ff.*de testa. l.is*.notat *Butrius* ff.*de pactis.l.iuris gentium*.& in *auth. qui semel. quomodo & quando iudex*. Itẽ † quandoque vna ratio vincit
66 duas: ff.*de inoffi.testa.l.pater filium*. & *l.nam & si parentibus.eod.tit.* adde quæ scripsi supra *collat.proxima.c.*1.videlicet in *Procmio. vers. vlterius nota, quod si Imperator*.& *vers. Item nota,quod res in dub.*
67 Vlterius nota, † quod hic in littera non fit mẽtio de pragmaticis sanctionibus, ex quo videtur, quod hodie dominus Rex nõ possit facere pragmaticas, sanciendo aliquid contra ius commune,quia potius iudicandum est per ius commune deficientibus vsaticis, &c. vt hic dicitur in littera. Sed forte pragmaticæ prius factæ tenent, quasi sint iura,& libertates patriæ:& Rex de iure communi habet ius faciendi pragmaticas &
68 leges. Aequitas † naturalis ab homine surgit & nascitur ex industria & ingenio naturali, & illud assumit pro materia, secundum *Antonium de*
69 *Butrio*.Et deficiente lege, naturalis æquitas potest allegari.ff.*de acqui. hæredi.l. in summa.§. Item si tamen*. Aequitas est separata à ratione legis. ff.

de

70 *de legibus. l.nulla.* Et vbi † agitur de bono & æquo,non eſt curandũ de ſubtilitatibus: vt *ff.man. l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.*& §.*præter.*& *ff.de regulis iuris.l.ſi ſeruum.§.ſequitur*,alias eſt *de verbor.oblig.* Sufficit enim iuſtitia naturalis reſultans ex cauſis;ſecundum quod notat *Baldus in l.fin.C.de edict. diui Adriani tollen.*quoniam,vt dixi ſupra,æquitas debet attendi,non pura naturalis, ſed mixta ex traditionibus iuris poſitiui, & non reſtringẽda ad ſolas perſonas,inter quas agitur:vt *ff.depo. l.bona fides.*ita quod potius debemus ſequi ius canonicum,quia eſt çquius,quã ius ciuile: quia ius
71 canonicum † magis inhæret iuri diuino, maxime in his in quibus vertitur periculum animæ: vt *de præſcript.cap.quoniam.*Sequitur in textu, *Et en que tal eſpaxament exercici de iuſticia los dits Canceller,Vicecanceller,o Regent,& qualſeuulla*, &c. *no puxen eſſer empaxats,o perturbats generalment,o particular*,&c. Nota ſumme iſta verba ſemper menti
72 tenenda:quod dominus Rex † & eius primogenitus nullatenus poſſunt, nec debent impedire ſuos Cancellarium, Vicecancellarium,& Regẽtem,Delegatum,nec aliquem officialem, iudicẽ, &miniſtrum iuſtitiæ,per minas,vel aliquam viã impedimenti:quinimo ipſi officiales & miniſtri iuſtitiæ debent facere iuſtitiam, non habita acceptione perſonarum, nec inſpecto timore, &c. vt ſupra *collat.3.in curia Montiſſoni.c.3. Item ordinamus & ſtatuimus,quod officialis quãdo intrabit*,&c. vide & adde quæ ibi ſcripſi. Sic eſt de officialibus, ſiue iudicibus & inquiſitoribus tabularum, vt *collat.4.in 3.curia Barcinona,cap.8.Item ordinamus de conſilio.§.& quod nos, ſeu procurator noſter.* vide ibi.Nota quod textus hic dicit, quod Rex
73 non † debet impedire iuſtitiam per viam de dilacio,&c. Vnde intellige de dilatione fruſtratoria: & quod ſubijcit *de ſobreſehiment*, intellige, quando eſt conceſſum poſt litem motam: alias forte ſecus, quia non credo omnino derogatum fore regaliæ,per quam Rex ratione armatæ, vel alias conſueuit concedere guidatica & elongamenta: & ſequitur, *prechs,o manaſſes*, ſcilicet,quæ pro eodem ſupponunt in Principe,iuxta verſus ſequentes:

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi,
Et quaſi nudo ſupplicat enſe potens.

Et ſequitur in textu,*o qualſenol altre empaxament.*
74 Nota † hoc valde,quia per hoc videtur, quod non debeat ſeruari guidaticum in præiudicium litis impetratum: quod credo verum de æquitate,niſi in præiudicium concedentis, qui debet fidem ſeruare,quam promiſit guidato : ſed iudex non ſeruabit in præiudicium partis,& litis ciuiliter motæ:pro quo facit hoc capitulum. Et ita vidi quandoque ſeruari, & bene: aliquando vero ſecus,& male.vide quæ ſcripſi ſuper vſatico, *quoniam per iniquum.*vide *Antonium de Butr.extra. de iureiurando,cap.venientes.*& *de priuil. c.cum olim.* Sequitur in textu, *No ho haguеſſen,ne deguеſſen ſeruar.* Nota hoc valde,quia videtur, quod ſi domi
75 nus Rex mandauerit Cancellario, Vicecancellario,Regenti Cancellariam, aut alteri iudici,ſeu officiali,vel miniſtro iuſtitiæ, quatenus differant, ſeu retardent facere iuſtitiam, quod tali mandato non obſtante,debeant facere iuſtitiam expeditam,alioquin incurrunt periurium, & crimen violationis homagij;&, quod plus eſt,iram Dei ſuper ſe prouocant:vt in Decretis 11.*q.3.c.quiſquis cuiuſlibet metu.*
76 Et an periurus† puniatur,vide quæ ſcripſi ſup.*col. proxima, in curia Dertuſæ cap.vltimo*,ſuper verbo,*in-*
77 *rantes.*Et † de pœna violatoris homagij, dic vt dixi ſupra *collat.4. in curia Gerundæ cap.*1.& in *Summa* quam poſtea compoſui de Homagio.Sed forte licet apud Deum iſti propter metum Principis non excuſentur â peccato,argumento *cap.ſacris. extra.quod metus cauſa.* tamen excuſantur â pœna temporali, cum ſit metus iuſtus.*extra.eodem tit.cap. ad audientiã.*
78 quia indignatio Regis nuntius eſt mortis, vt habetur Prouerbiorum 16. adde quæ dixi ſupra *collat. 3.in cap.3.*ſuper verbo *timore noſtro*:& in vſatico.*camini*. Sed ſi non habeant iuſtam cauſam timendi indignationem Principis,nõ debent timere præcepta reſcriptorum, quæ forſan ſunt per importunitatem,vel ex inaduertentia emanata. vt ſup.ead. *cap.proximo.*Et hoc verum in ijs quæ poſſunt de facili reparari,in alijs credo tutius expectari ſecun-
79 dam iuſsionem.Hodie per nouam capitulationem Cancellarius,Vicecancellarius,& Regens Cancellariam,& Aſſeſſores præſtant iuramentum de ſeruãdo vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones, & capitula curiarum,priuilegia, vſus, conſuetudines, & alias libertates Principatus Cathaloniæ,*cap.* 7. Item alter eorum cum Aduocato Fiſci habent interuenire in compoſitionibus faciendis,ibidem.Sed tamẽ iſta
80 capitulatio eſt omnino abolita. Sed † pone, quod Princeps reſcribit mandando iudici, quod ſuperſedeat in aliqua cauſa miniſtrare iuſtitiam: quod fieret ſecus in irritum decernendo: iudex tamẽ magis timens Deum quam hominem,iuxta *cap.nolite timere.*11.*q.3.*& iuxta formam huius capituli, non ſeruat præceptum,ſed procedit pura,quia tulit ſentẽtiam non obſtante reſcripto & decreto Principis: quæro an valeat ſententia, vel proceſſus ? Videtur quod non,quia decretum Principis irritat factum: & præſertim quia ſolet in decreto adijci clauſula adimens poteſtatem contrafaciendi,argumento *cap. dudum.extra.de præbend.lib.6.*vide ibi de materia decreti irritantis factum inferiorum: contrarium credo per hoc preſens capitulum curiç generalis, q̃ diſponit iudicem debere expedire iuſtitiam, & nõ ſeruare impedimentum,vel prohibitionem Principis,quia tale reſcriptum contra hoc capitulũ emanatum eſt ipſo iure nullum:vt ſupra *collat. 3.cap.8.* in fine, ibi, *neque contra priuilegia in curia generali facta.*& ſupra *collat.4.in curia Gerundæ cap.4. in verſic. declarantes,& addentes*,&c. cum ſuis concordantijs. vide quæ in eis dixi. Nec obſtat quod appoſuerit illam clauſulam, *Auferentes poteſtatem contrariũ faciendi*:quia cum non valeat reſcriptum, vt dixi, & per conſequens non valet illa clauſula in ipſo reſcripto

ſcripto appoſita: quia ſi non valet principale, nec accellorium, iuxta notata in ſimili per *Bart. in extranag. quoniam nuper. in gloſ.* ſuper verb. *mille librarum.* Sed bene credo, quod dominus Rex, mouendo iudicem ab officio, poterit ipſum impedire, iuxta ea quæ dixi ſupra *collat. 4. in cur. 3. Barcino. cap. 8. §. & quod nos, vel procurator noſter.*

81 præalleg. Et † prædicta credo vera, niſi quando in criminali vellet Princeps proceſſum recognoſcere: quia tunc poteſt per duos menſes proceſſum inhibere, & ſic impedire iudicem, iuxta formam *cap. prohibim, infra collat. 10. in curia domina Maria.* per quod limitatur quod dicitur in præſenti. vide quæ ibi dicam. Sequitur in text.

82 *preſtar homenage en poder voſtra ſenyor.* Nota † quod dicit hic, *en poder voſtra*: vnde ſubaudi, *o del voſtre ſucceſſor*, quia & de ſucceſſoribus dicitur ſupr. & infra *cap. proximo.* Item intellige, ſi ſint præſentes, alias iurabunt, & præſtabunt homagium Vicecancellarius & Regens Cancellariam in poſſe Locumtenentis domini Regis. & ita vidi ſeruari in domino Ioanne Pages Vicecancellario, nã iurauit, & homagium præſtitit in poſſe dominę Reginæ Mariæ Locumtenentis domini Alphon-

83 ſi reſidentis in Regno Neapolitano. Et † ita verbum *veſtra*, refertur ad dignitatem Regiam magis, quam ad perſonam Regis Martini conditoris horum capitulorum. Sequitur in text. *Entre que los dits ſagrament & homenage ſien preſtats*

84 *tots los actes per ells fahedors ſien nulles*, † ſubaudi, & forſan alias punirentur tamquam priuati iuriſdictione vtentes, iuxta *cap. 16. Item ordinamus ſuper capitulis. ſupra collat. 4. in 3. curia Barcinone.* & *infra eod. collat. cap. Item com poch valria.* vbi etiam idem ſtatuitur de Aſſeſſoribus Gubernatorum Cathaloniæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ: quia habent, antequam iuriſdictione vtantur, præſtare ſimile iuramentum & homagium, & ſecus acta ſunt nulla, tamquam facta per perſonam priuatam, & pro tali veniret puniendus, vt ibi latius dicitur.

De electione & iuramento Cancellariam Regentis. Capitulum III.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio Regentis fieri debet per Cancellarium, & Vicecancellarium, nominando tres Doctores de aptioribus, ex quibus Rex eligit quem vult. reliqua vide in littera. & ratio traditur nu. 7.*

2 *Officio Regentis vacante, illud prouideri debet infra duos menſes.*

3 *Iuſtitia eſt adminiſtranda per iuriſperitos expertos in theorica & practica.*

4 *Milites non debent curare niſi de armis.*

5 *Iura habere parum eſt, niſi eſſent iuriſperiti, per quos poſſent quotidie in melius perduci.*

6 *Miniſtros pancos bonos, quam multos malos habere melius eſt.*

8 *Regenti Cancellariam pertinet ex ſuo officio ſignare litteras iuſtitia, quas ipſe Dominus Rex non poteſt ſignare.*

9 *Cancellarij officium olim erat officium Quæſtoris, per quem fiebat ſubſcribebantur ſuſſiones.*

10 *Imperiti ad regimen iuſtitiæ non ſunt eligendi.*

11 *Imperitia ſonat in errorem.*

12 *Imperitia & ruſticitas differunt.*

13 *Imperitia ſumitur quandoque pro ignorantia facti.*

14 *Imperitus dicitur qui imperitus eſt circa artem, vel circa illa quæ facti ſunt.*

15 *Inexpertus panca cognoſcit.*

16 *Iudex debet eſſe circumſpectus, & ſapiens animi bene organizati.*

17 *Cancellaria Regia præſidentibus debet ineſſe conſcientia, ſcientia, & negotiorum experientia: qui habent iudicare de maioribus cauſis.*

18 *Iudex bonus non eſt niſi quatuor habeat, ſcilicet, auctoritatem, legum peritiam, rectam intentionem, & cauſarum experientiam.*

19 *Intentio recta eſt bona conſcientia.*

ITem *ſenyor, com ſegon la ordinacio de caſa*, &c. In hoc capitulo ponitur forma nominationis, electionis, & iuramenti Regentis Cancellariam domini Regis, & etiam ſui primogeniti. Et hoc

1 ſit pro ſummario. Nota † ex hoc capitulo, quod ad Cancellarium & Vicecancellarium pertinet nominare duos vel tres Doctores, vel iuriſperitos de aptioribus, ſecundum eorum conſcientiã quorum ſic nominatorum dominus Rex habet eligere vnum, & ponere in Regentem Cancellariam; qui iuret, & regat, ſignando litteras, & iuſtitiam miniſtrando loco Cancellarij, vel Vicecã-

2 cellarij abſentium, vel impeditorum. † Vlterius nota quod vacantibus huiuſmodi officijs debẽt alij ſurrogari & eligi infra duos menſes: vt infra *collat. 10. c. primerament.* & ibi declaratur quæ perſonæ ſint idoneæ ad huiuſmodi officia. vide, & adde quæ ibi ſcripſi in curia dominæ Mariæ. Video tamen, quod ambo ſignãt litteras, & prouident ſupplicationes promiſcue, etiam altero non impedito: tamen Regens Cancellariam non præſidet in Audientia, niſi abſente, vel alias impedito Vicecancellario. Sed caueant, quia debent iſta capitula ſeruare ad vnguem, iuxta q̃ iu-

3 rant. Item † nota iuſtitiam eſſe miniſtrandã per iuriſperitos ſufficientes, & expertos in theorica & practica. Facit in Proœmio Inſtitut. in fin. ibi, *Et ſic vos eruditos oſtendite, vt poſitis Rempublicam gubernare*, &c. non ergo milites, vt quandoq; fecerunt tempore guerræ factæ contra Regẽ Ioannem Secundum, in conſilio guerræ. Sed credo, q̃ perperam factum ſit, quia milites non debẽt cu-

4 rare † niſi de armis. Facit ad hæc *cap. in ciuitatibus*, & quę ibi notantur ſupra in *curia Montiſſoni, col-*

5 *lat. 6.* Parum † enim eſt iura habere, niſi ſint iuriſperiti, per quos poſſint quotidie in melius produci: vt ff. *de origine iuris. l. 2. §. poſt originem.* & adde quæ ſcripſi infra *collat. proxi. cap. per tal que les leys.* ſuper verbo, *axi lletrats.* Eſt † tamẽ melius habere paucos bonos, quam multos malos miniſtros: *extra. de ætate & qualitate, cap. penult.* & nota *gloſſam* in *cap. Religionum.* ſuper verbo, *minima. de*

religio-

Digitized by Google

7 *religiosis domibus.lib.6.* Item †nota,quod nominatio duorum vel trium iurisperitorum incumbit Cancellario, & Vicecancellario, qui habent illorum maiorem notitiam, propter experimenta Audientiæ. De quibus est corũ conscientia onerata:&hoc onus nõ paruum est:quia si male elegerint, tenentur ex huiusmodi nominatione de culpis nominati in Regentem postea electi.exonerantque dominum Regem, qui habet vnũ eligere de nominatis:vt *ff.de fideiussoribus.& nominato.& de tut.vel cura.l.postulare.* & *l.cum ostendimus.* §.*vltimo.vers.eadem causa.* Item nota ex verbis,
8 ibi,*tambe en signar*,&c. quod † officium Regentis inter cætera est,signare litteras iustitiæ,quas dominus Rex non debet signare:vt supra eadem *ca. primerament.* & repete hic quę ibi dixi, & in *cap.*
9 supra proximo.Et †ex hoc patet,quod officium huius Cancellarij erat officium Quæstoris, per quem sacræ iussiones subscribebantur: vt in *ant. vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant gloriosi quæstoris.collat.*8.vide & adde quæ ibi habentur. Vl-
10 timo nota † ex isto capitulo, quod imperiti ad regimen iustitiæ non sunt eligendi:sic infra *collat. proxi.cap.vt autem hæc statuta.*& ibi nota super ver
11 bo *probata fama,& conscientia.*Et † imperitia sonat in errorem iuris:vide *ff.de aqua pluuia arcen.l.*
12 *Labeo.*& *l.seq.* Item † nota, quod differentia est inter imperitiam, & rusticitatem:vt *ff.de iurisdi. omnium iudicum.l.si quis id.* quod etiam vide *ff.qui satis cog.l.de die.*§.*maiori.*& ibi notat *glos.*quod imperitia proprie est iuris:& vide in *l.vnica.*§.*& vt*
13 *plenius.C.de rei vxo. act.*Item † imperitia quãdoque sumitur pro ignorantia facti:vt *ff.de iurisdict. omnium iud.l.si per errorem.* vide ibi omnino *Bartolum.*Item † imperitus dicitur, qui est imperitus
14 circa artem, & circa ea quæ sunt facti:vt *ff.si mensor.fal.mo.dixit.l.*1.§.*infra.* adde quæ scripsi supra, *collat.6.in curia Montissim:.cap.quia vt experiẽtia nos docuit.* & in *curia Perpiniani.cap. quia rerum expe-*
15 *rientia.*Inexpertus † enim pauca cognoscit.*ext.*
16 *de pœn.& rem.s. cap.omnis.* Debet † igitur iudex esse circumspectus, sapiens animi bene organizati iuxta notata per *Antonium de Butrio. extra. de testibus.cap. præterea.in* 5.*notabili.*Et præmaxime
17 in † istis officialibus, qui præsunt Cancellariæ Regię,debent attendi conscientia,scientia,& negotiorum experientia, quia habent iudicare de maioribus causis:*extra.de bap.cap.maiores.* vide notata *extra.de offic.leg.c. quod translationem.*& *de except.prælat. cap.sicut vsire.* Et dicit sanctus Tho-
18 mas, † quod non est bonus iudex, nisi habeat ista quatuor, scil.cet, auctoritatem,legum peritiam,rectam intentionem,& causarum experien-
19 tiam. Et † nota,quòd recta intentio est bona cõ scientia. Tunc enim bona conscientia, si habeat in corde puritatem in ore veritatem,& in actione rectitudinem:pro his namque merebitur summæ Trinitatis visionem. O beata visio,prout dicit Bernardus. Adde infra eadem *cap. Item cum per gran*,&c.infine.

De Officio Protonotarij. Cap. IIII.

SVMMARIE.

1 *Protonotarij Regis, Locumtenentes, & Scriba mandati in ingressu officij debent præstare iuramentum de nõ sigillando,nec expediendo negotia iustitiæ, nisi sint signata manu Cancellarij, Vicecancellarij,vel Regentis Cancellariam.*

2 *Protonotarij officium est sigillare, & expedire commissiones, rescripta,chartas, & litteras iustitiæ & gratiæ,& certo modo soluere quitationes. nu.*3.

4 *Iustitiæ negotia non debent sigillari, nisi fuerint signata manu Cancellarij, Vicecancellarij, & Regentis Cancellariam: secus si fuerint gratiosa.*

5 *Protonotarius,& illius locumtenentes in eius absentia possunt eligere aliquem de scribis mandati,qui iuramentum præstare debent & homagiũ, antequam vtãtur officio.*

6 *Protonotarius quasi maior & primus notarius curiæ.*

7 *Protonotarij officium olim commissum fuit Doctori.*

1 ITem senyor,que vostre Protonotari,&c. Casus.Protonotarij † curiæ domini Regis,& sui primogeniti,& locumtenentes Protonotarij, & scriptor mandati, quem eorum loco elegerint, antequam suo vtantur officio,habent præstare iuramentum & homagium,quod non expedient,nec sigillabunt scienter aliquam chartam, litteram, vel rescriptum de iustitia, vel quæ tangeret interesse partis deducibile in iudicium,nisi forte signata manu Cancellarij,Vicecãcellarij,vel Regentis Cancellariam: secus acta sunt nullius efficaciæ. Hoc dicit. Per hoc verbũ, *sciemer*, se excusare nituntur Protonotarius & Secretarij. Sed
2 caueant,quia imperitia culpæ annumeratur. Et nota † ex hoc capitulo,quod officium Protonotarij est sigillare, & expedire commissiones, rescripta,chartas,& litteras iustitiæ, & etiam gra-
3 tiosas.Item † spectat ad huiusmodi officium,soluere certo modo quitationes Cancellario, Vicecancellario,&alijs curiæ ministris,de quibus infra *collat.* 10.*cap.al abus.*vide &adde quæ ibi dixi.
4 Item nota, †quod ea quæ sunt iustitiæ,& tangentia interesse partis deducibile in iudicium,non debent sigillari,nisi fuerint signata manu Cancellarij, Vicecancellarij, vel Regentis Cancellariã. Secus est de gratiosis,& alijs,quæ possunt signari manu Regis,vel primogeniti, iuxta *cap. primerament.* supra eadem. Item † nota, quod Protonotarius,& locumtenentes in eorum absentia possunt eligere aliquẽ de scriptoribus mandati curiæ Regiæ,tamen ipsi omnes habent præstare dictum iuramentum & homagium, antequam vtãtur officio suo: secus acta non valent. Item præstant iuramentum & homagium de seruando dictum capitulum, *Al abus.*Et est † Protonotarius, quasi maior & primus notarius Curiæ,& dicitur à Protos Græce,quod est, Primus Latine. Et vi-
7 di,quod huiusmodi officium † Protonotarij cõmittebatur Doctori, quia dominus noster Rex Alphonsus Quartus Dei gratia nunc regnans fecit suum Protonotarium, honorabilem Petrum

Ram

Ram legum Doctorem. Et forte hoc officiū erat de proximis sacrorum scriniorum.

Vt Secretarij non sigillent, nec expediant litteras, & chartas iustitiæ. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Secretarij non possunt sigillare, nec expedire litteras, chartas, & rescripta iustitiæ; sed illas & illa remittant Protonotario.*

2 *Secretary officium concernit in expediendo litteras secretas clausas Domini Regis, & etiam chartas & litteras gratiosas, quæ sæpius à Rege in secreto conceduntur.*

3 *Secretarij de iure communi appellantur silentiarij.*

1 ITem senyor, que alguns secretaris, &c. Casus. In capitulo † hoc est prouisum, quod Secretarij domini Regis non audeant sigillare, nec expedire litteras, chartas, & rescripta iustitiæ, quæ tangerent interesse partis in iudicium deducibile. Sed illas, & illa remittant Protonotario, & de hoc præstant iuramentum & homagium: & si secus egerint, sunt infames, & priuantur officijs absq; spe recuperationis, & acta per eos in contrarium sunt nullius efficaciæ, seu valoris. Hoc dicit in summa. Sed quandoque male seruatur. Et officiū
2 Secretarij (vt eius nomen sonat) est † expedire litteras secretas clausas domini Regis, & etiam chartas ac litteras gratiosas, quæ sæpius in secreto conceduntur & expediuntur, vt probatur hic
3 in hoc capitulo infra proximo. Et † isti Secretarij in iure ciuili Romano appellantur Silentiarij, vt patet *C. de silentiarijs, & decurionibus eorum, libro 6.*

Vt Camerlengus non permittat cum sigillo secreto sigillare litteras iustitiæ.

Capitulum VI.

SVMMARIVM.

1 *Camerlengus, qui tenet sigillum secretum Regis, permittere non debet, quod littera iustitiæ sigillentur cum dicto sigillo secreto.*

2 *Camerlengus est quasi maior in officijs camera Principis, ex quo in camera & secreto ei loquitur.*

3 *Camerlengus habet liberum ingressum ad cameram & secretum Principis.*

1 ITem senyor que los Camerlenchs vostres, &c. Casus. Camerlengus Domini Regis, qui tenet secretum Domini Regis sigillum, non debet permittere cum ipso sigillo secreto sigillari litteras iustitiæ, nec potest commendari ipsum sigillū nisi Camerlengo, Secretario, vel Scriptori mandati. Hoc dicit. Sed iuxta respōsionem domini Regis non videtur prohibitum commendari. Sed vidi quod hoc capitulum nō seruatur vtquequaque. Ideo vlterius non insisto. Dicitur autem Camer-
2 lengus † quasi maior in officijs cameræ Principis: seu quia in camera & secreto Principis eum alloquitur de secretis, quasi à Camera & Logos,
3 quod est Sermo: sicque † Camerlengus habet liberum ingressum ad cameram & secretum Principis. Et de eius officio quære in libro ordinationis domus Regis Petri Tertij.

De Prouisoribus grauaminum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Prouisores grauaminum eliguntur per hoc Capitulum.*

2 *De Prouisorum potestate, remissiue.*

1 ITem senyor placia a vostra senyoria, &c. In hoc capitulo † eliguntur Prouisores grauaminum,
2 de † quorum potestate dic per *Iacobum de Calicio in suo Curiali, siue Exgrauatorio.* & adde quæ dicā infra *colla. 10. in curia domina Mariæ, cap. 32. Item que en lo dit senyor.*

Ne Fisco liceat appellare. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus nec in ciuilibus, nec in criminalibus appellat, nisi ei superuenirent scriptura de nouo. Secus vero pars priuata. num. 9. declaratur nn. 61. 62. 65. & 78.*

2 *Fiscales consueuerunt vexare subiectos Domini Regis tam in ciuilibus, quam in criminalibus pro extorquendis pecunijs.*

3 *Contra Fiscum dari non potest querela pacis & trenguæ.*

4 *Procuratores fiscales non sunt audiendi sine scriptura Aduocati fiscalis.*

5 *Procuratores fiscales infra sex dies debent dare libellū vel petitionem.*

6 *Procurator Fiscalis mouere non potest quæstionem patrimonialem, nisi seruata forma constitutionis domina Mariæ.*

8 *Pro debito fiscali exigendo an sit obseruandus ordo iuris.*

10 *Bona, quæ quaruntur fisco iure speciali, quaruntur ipso iure sine apprehensione: secus vero si sibi quæreretur de iure communi. nn. 11.*

12 *Fiscus an habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis.*

13 *Fiscus est successor omnium bonorum personæ delinquentis.*

14 *Fiscus occupat bona vacantia quoad dominium, non autem quoad possessionem.*

15 *Hereditas ablata ab indigno non applicatur fisco ipso iure, sed per sententiam.*

16 *Fiscus succedens priuato non vtitur priuilegio fisci.*

17 *Fiscus in dubio præsumitur soluendo.*

18 *Fiscum teneri ad debita delinquentis, vbi bona dicti delinquentis sibi applicantur, procedit per modum quotæ.*

19 *Pro iuribus translatis in fiscum oportet agi infra quinquennium.*

20 *Hypotheca pro collectis quando incipiat; traditur remissiue.*

21 *Fiscus non habet hypothecam, nisi à die sententiæ, vbi bona ex delicto venisunt confiscanda.*

22 *Cautela traditur pro euitanda confiscatione. idem numero 23.*

24 *Fisci res dicitur priuata Principis.*

25 *Ius fisci publicum est, sed non eo respectu quo crimina.*

26 *Fiscus & camera Imperij, seu patrimonium quomodo differant.*

26 *Fiscus dicitur quasi firmus.*

28 *Fiscus intra quantum tempus possit vendere bona priuata, ex quo non soluit sibi pensionem remissiue.*

Incor-

Digitized by Google

29 *Incorporationem bonorum vacantium quæ impedire possint.*

30 *Fiscus habet privilegium, quod agendo hypothecariam non astringatur probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis.*

31 *Fiscus ex suo privilegio potest in solutum capere bona, eo quod sit liquidatum debitorem esse non solvendo, quod non potest privatus, nisi debitor esset condemnatus.*

32 *Fiscus de iure codicis non agebat contra fideiussorem, nisi excusso principali: nec etiam contra tertium possessorem hypothecari, nisi prius facta fuerit excussio.*

33 *Fisci debitor cogere non potest fiscum, vt omissis bonis suis agat contra debitorem suum, vel debitorē de bitoris.*

34 *In fisci emptionibus non sufficit ad transferendum dominium haberi fidem de pretio.*

35 *De subhastationis solemnitatibus remissiue.*

36 *Fiscus habet privilegium, vt possit rem alienare, quamuis habeat communem cum alio.*

37 *Fiscales pecuniæ non sunt mutuandæ per officiales.*

38 *Aduocari vel procurari non debet contra fiscū, nisi impetrata venia, vel de præcepto iudicis, maxime in causa hæresis, vel læsæ maiestatis.*

39 *Appellatio vel supplicatio quoad privatum nō admittitur in causis criminalibus.*

40 *Princeps non cogitur aduersus sententiam supplicationem admittere, quia supplicatio innititur gratiæ.*

41 *Nihil est superfluum in iure.*

42 *Consuetudo est optima legum interpres.*

43 *De nullitate dicere aduersus sententiam contra se latam fisco permittitur tam in ciuilibus, quam criminalibus.*

44 *Appellatio vbi prohibetur à sententia, debet intelligi de diffinitiua.*

45 *Appellare est conqueri de iniquitate iudicis & sententiæ, supplicare vero est benevolentiam supplicister capiare ab eo qui sententiam tulit.*

46 *Appellatio & supplicatio differunt, quia bis potest appellari, supplicari semel tantum.*

47 *Supplicatio non impedit executionem sententiæ.*

48 *Fiscus debet interesse in vocando causam fiscalem, alias sententia est nulla.*

49 *Aduocati nullum munus personale coguntur suscipere nisi necessitatem iudicandi, consulendi, atque arbitrandi.*

50 *Fisci aduocatus qui fuit, contra illum in eadem causa nequit aduocare, etiamsi a dicto fisco salarium nō recepisset*

51 *Fiscus de iure communi non appellat. declaratur ibidem.*

52 *De nullitate dici debet contra sententiam intra decendium, intra quod licitum erat appellari.*

53 *Fiscus nedum appellare nequit a sententia diffinitiua, verum & ab interlocutoria.*

55 *A sententia interlocutoria de iure non appellatur.*

55 *Fisci Aduocatus debet esse præsens tam in interlocutoria, quam in diffinitiua, & etiam in toto examine causæ.*

56 *Fiscus potest implorare beneficium restitutionis in integrum, saltem ex clausula generali aduersus sententiam contra se latam.*

57 *Fisci aduocatus ex stylo curiæ Gerundæ non interuenit de necessitate in sententijs interlocutorijs, nisi esset sententia tormentorum.*

58 *Fisci aduocatus si requisitus interesse non voluerit, in eius contumaciam fertur sententia, & valet ac si præsens fuisset.*

59 *Absens dicitur qui non est in iure, & qui abest à tribunali.*

60 *Sententia vbi est facienda in præsentia alicuius, & ille quamuis requisitus non vult interesse, valebit eo absente.*

93 *Iudex non tenetur sequi votum aduocati fisci.*

64 *Fiscales non subeunt onus expensarum, nec tenentur expensas soluere.*

66 *Sententia lata ex calumnia aduocati retractatur sine appellatione. & declaratur an ipso iure. an per restitutionem nu. 69.*

67 *Sententia vt sit nulla propter corruptionem aduocati, tria requiruntur.*

68 *Sententia an possit retractari propter negligentiam aduocati. remissiue.*

70 *Sententia si feratur contra iuridicas formas in ordine procedendo an teneat. remissiue.*

71 *Sententia retractatur propter instrumenta nouiter reperta. declaratur nu. 72.*

73 *Sententia ferri potest ex iure superuenienti ante conclusionem in causa.*

74 *Exceptio non impugnans sententiam potest opponi post sententiam.*

75 *Exceptio non opposita non potest opponi post sententiam si agatur ex sententia, secus aliter si ex actione primæua.*

76 *Exceptio peremptoria licet non possit opponi post sententiam, eo quia ante eam non fuit opposita: tamē per viam agendi proponi poterit, non obstante dicta sententia.*

77 *Agentem videri in reali iudicio omne ius in eo deduxisse, locum non habet in excipiente.*

79 *In expensis de bonis propriis debet condemnari quilibet administrator & procurator, si defendat causam iniustam alieno nomine. declaratur ibidem.*

80 *Fiscus vbi plus petit, punitur in expensis.*

81 *Fiscus in causa criminali non debet condemnari in expensis.*

82 *Iuramentum excusat à calumnia, & ab expensis.*

83 *Expensarum condemnatio an habeat locum in criminalibus. remissiue.*

84 *Iusta causa excusat ab expensis debitis iudicis officio: secus est si debeatur iure actionis.*

85 *Expensæ licet peti non possint, postquam iudex functus est officio suo: hoc tamen fallit si debeatur iure actionis.*

86 *Intentio iusta litigandi excusat à condemnatione expensarum, sicut iusta causa.*

87 *Litigans, vt sibi de euictione teneatur, non condemnatur in expensis.*

88 *Expensæ qualiter probentur. remissiue.*

Expen-

Digitized by Google

89 *Expenſas non repetit in defendenda re communi, niſi plus expenderit. in dubio expẽdiſſe quis præſumitur propter ſocium, nu.* 90.

91 *In expenſis condemnatus in aliqua cauſa, licet in diffinitiua poſtea obtineat, dictas expenſas non poterit repetere.*

92 *Iudex in expenſarum condemnatione debet habere reſpectum ad conſuetudinem.*

93 *Qui non habet in ære, luat in corpore. declaratur* 94.

95 *Calumnia qualiter punienda. remiſſiue.*

96 *Donatio perfecta, licet non admittat condemnationem, vel grauamen, fallit tamen in donatione facta à Principe.*

97 *Pœna vbi eſt arbitraria, iudicis arbitrium debet intelligi ſecundum conſuetudinem, quæ eſt attendenda in maleficijs puniendis.*

1 ITem *per tolre vexations*, &c. Hoc eſt valde notabile capitulum, & hoc dicit. Fiſcus † nõ poteſt appellare in criminalibus, nec in ciuilibus, niſi quando in ciuilibus tantum de nouo perueniunt ſcripturæ, vel alia documenta noua, quæ iam non fuiſſent producta: & hoc habet, priuſquã audiatur, iuramento aduerare in animam procuratoris fiſcalis propriam appellantis, quẽ Cancellarius, Vicecancellarius, vel Regens Cancellariam, vel alius iudex ſi viderint malitioſe appellaſſe, aut ſupplicaſſe, habeant in expenſis de bonis proprijs condemnare. Et ſi non habeat in ære luet in corpore, alia æquiualenti pœna, arbitrio iuris dicentis. Hoc dicit in ſumma, & in longo Vides quod habet tria dicta principalia. Primum eſt q̃ fiſcus nullatenus appellat in criminalibus. Secundum, q̃ regulariter etiam in ciuilibus non appellat. Tertiũ eſt, quod in caſu, quo de nouo perueniunt noua documenta, poterit in forma admitti ad appellandum, vel ſupplicandum: ſed ſi malitioſe fecerit, punietur. Vide litteram in textu. *per tolre vexations.* Nota q̃ fiſcales
2 conſueuerunt vexare ſubiectos domini Regis, tã in criminalibus, quam in ciuilibus, pro extorquẽdis pecunijs: & ideo contra ipſos prouidetur hic ne paſſim eis liceat appellare. vide *C. de lucris aduocato. l.* 1. *lib.* 12. Item contra ipſos eſt prouiſum
3 vt non poſſint dare † querelas pacis & treugæ, niſi in certis caſibus, vt *collat.* 9. *in curia Regis Ferdinandi, c. quia quandoq; contingit.* §. *Caueant autem ipſi*
4 *officiales.* Item † eſt prouiſum, vt non audiantur procuratores fiſcales ſine ſcriptura aduocati fiſci, vt in *eadem curia Regis Ferdinandi, c. nls procu-*
5 *radors fiſcals.* Item † eſt prouiſum, quod infra ſex dies habeant dare libellum, vel petitionem cõtra delatos, vt *eadem curia, c. al procuꝛador fiſcal de*
6 *lagouernacio.* Item † eſt prouiſum, quod procurator fiſcalis non habeat iuriſdictionem, vt ſupra *colla.* 5. *in curia Montiſalbi, cap.* 9. *Item ſtatuimus, & prohibemus, quod locatenentes.* vide, & adde quæ ibi
7 dixi. Item † eſt prouiſum, quod nõ moueat quæſtionem matrimonialem, niſi ſeruata forma conſtitutionis infra *eadem collat.* 10. *in curia cõe Maria, c. per repos.* Sed an in † exigendo debito fiſcali
8 debeat ſeruari via iuris. vide *Gui. ff. de offi. procõſulis. l. ſi aliquem.* §. *curatores.* vide & adde quæ ſcripſi ſup. *collat.* 6. *curia Perpinani cap. volumus etiam & concedimus.* Sequitur in textu, *qne algun procurador fiſcal.* Secus † ergo ſi pars priuata pro ſuo in
9 tereſſe appellare, vel ſupplicare vellet, quia ceſſat ratio præſentiæ aduocati partis priuatæ. Itẽ quia dicendo de fiſco, videtur de alio priuato ſecus. Hic enim eſt in fiſco ſpeciale, ergo in alijs eſt ius commune in contrarium. *ff. aa municip. l.* 1. No
10 ta, quod bona, † quæ quæruntur fiſco de iure ſpeciali, quæruntur ipſo iure ſine apprehenſione, vt in crimine Maieſtatis, *l. quiſquis. C. ad l. Iuliã Maieſtatis. ff. de iure fiſci. l.* 1. §. *an bona. ff. de publica. l.*
11 *quod eſt.* §. *dns.* Sed † bona, quæ adquiruntur de iure communi, non habet fiſcus, niſi apprehẽdat.
12 Sed † quæro, an fiſcus habeat tacitam hypothecã in bonis delinquentis? *Gl. f.* dicit quod non, in *l. reſcriptum. ff. de pactis.* licet ex ſuo contractu habeat tacitã hypothecam. Item dicit *gl. f. ff. de iure fiſci. l. aufertur.* §. *fiſcus.* Contrarium dicit *glo. in l.* 1. *C. de pœnis fiſcalibus præfer. lib.* 10. Teneas q̃ fiſcus habet hypothecam in contractibus & pœnis, niſi vbi extraneo ſuccedit. ſed in pœnis habet, licet non priuilegiatam, vel potentem contra creditores, vt *l. quod placuit. ff. de iure fiſci.* & in toto *tit. de pœnis fiſcalibus. lib.* 10. vide *Cinum in l. ſi quis poſt hac. C. de bonis dam.* & ibi tenet quod nõ habet hypothecam. *Butri.* dicit, quod ſi bona ventũr ex delicto publicanda, nullam habet hypothecã. ſi autem habet ſolum ius pœnæ, dicit quod habet; ſed illam non habet contra creditores. *Gui.* hoc vltimum fatetur, quãdo obligatio pœnæ ex lege, vel ſtatuto venit, quia tacite videtur contrahere cum fiſco. vide ibi, & adde notata per *Bartol. de Saliceto.* Et non habetur fiſcus loco filij. *ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſi qua bona. Bald.* ibi allegat *l.*
1. & quod ibi notatur *ff. de bonis lib. ff. de lega.* 2. *l. Paulo Callimacho. ff. ad Trebel. l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus.* vide *Gui. in l. ſi qua pœna. ff. qui ſunt ſui vel ali.*
13 *iur.* Item † nota quod fiſcus eſt ſucceſſor omnium bonorum delinquentis: *ff. de fideiuſſor. l. Item eos.* §. 1. ex contractu iuris conditionaliter. ff. *de pact. dot. l. cum inter.* §. *ſi pater.* ſed non ex vltima volũtate. vide *Gui. in l. ſi qua pœna.* Item nota, quod fiſ-
14 cus † occupat bona vacãtia ipſo iure, quoad dominium, non quoad poſſeſſionem. *gl. f. in l. ſicut.* §. *fin. ff. quod cuiuſque vniuer. Bart.* ibi contra, & notat *Dinus in dicto* §. *an bona.* vide *gl. f. in l.* 2. & *in l. ſi vacantia.* vide *Ioan. de Platea*, qui dicit, quod nõ valet cõceſſio de iſtis bonis facta ad poſtulationẽ, niſi fiat motu proprio. *C. de bonis vacan. lib.* 10. hoc verum ſi ſoluendo ſint, vt notat *gloſſa* 3. *l. fin. eodẽ*
16 *tit.* Sed † hæreditas, quæ ab indigno aufertur, ipſo iure non applicatur fiſco, ſed per ſententiam.
16 ff. *familiæ erciſcun. l. conſequenter.* § 1. Item † nota, quod fiſcus ſuccedens priuato non vtitur priuilegio fiſci. ff. *de vſuris. l. cum quidam.* §. *fiſco.* ſed hoc tantum eſt verum pro tempore præterito, ſecus autem pro futuro. prout in §. *ſeq.* Item

17 nota, † quod fiſcus in dubio præſumitur idoneus, & ſoluendo: *ff. de fundo do. l. 2. & glo. in Rub. C. de iure fiſci.* Nota quod dicit, *in dubio*, ergo non ſemper: ſuper quo forte poſsit haberi recurſus ad
18 arbitrium boni viri. Et † quod dicitur fiſcũ tenere ad debita delinquentis, quando bona ſibi applicantur, eſt verum, quando per modum quotæ, alias non *ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. Gui.* Item no-
19 ta, † quod pro iuribus trãſlatis in fiſcum oportet agi infra quinquennium. *C. de vectiga. l. 2.* Item
20 quando † incipiat hypotheca in bonis pro collectis, vide *Butrium* in *auth. Item nulla communitas. C. de Epiſcopis & clericis. & in l. ſi quos. C. de reſcind. vend.* Sed † vbi bona ex delicto veniant confiſcanda, fiſcus non habet hypothecã, niſi à die ſententiæ. *Dinus de donat. l. poſt contractum.* alleg. *l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10.* vide *glo. in l. reſcriptum. de pactis.* vide *Cinum in l. ſi quis poſt hoc. C. de bon. damna.*
22 Vlterius † nota cautelam ad impediendũ confiſcationem, dandi à patre in filium, vt pater donet eo pacto, quod ſi contingat fiſcum delinquere, bona deueniant ad patrem: vt *l. 4 ff. de manu.* vide ibi *Dinum*, & *Iacobum de Arena.* Item ſi vis
23 relinquere † bannito, fac legatũ alicui amico illius, de quo bene confidas, non tamen fiat in teſtamento mentio, quod illi bannito debeat reſtitui, ſecundum *Baldum*, qui ita notat in *l. quidam cum filium. ff. de hæredi inſtit.* Sed non eſt ita in ſpurio, quia fieret in fraudem legis, vel hominis: vt *C. de natura. l. per totum.* adde notata in *l. qui teſtamento. de probat.* adde quæ notantur per *Bartholom. de Saliç. in l. ſi quis poſt. C. de bonis proſcriptorum.* Item
24 nota, quod † res fiſci dicuntur priuatæ Principis: *ff. ne quid in loco pub. §. hoc autem interdictum.* Et
25 ius † fiſci publicum eſt, ſed non eo reſpectu quo crimina. *C. de iure fiſci.* ſuper *glo.* Et nota diffe-
26 rentiam † inter fiſcum & cameram Imperij, ſeu patrimonium: vt *l. fiſcus. §. ſi. ff. de iure fiſci.* Et di-
27 citur † fiſcus quaſi firmus, vt ibi notat *glo.* Sed
28 infra † quantum tempus fiſcus poſsit vendere bona priuati, ex quo non ſoluitur penſio, videas *glo. in l. 1. C. eod. tit.* & *in l. 1. de fide inſtrumentorũ.* &
29 *de iure haſtæ fiſcalis. lib. 10.* Et † nota quod dominium, vel poſſeſsio contradictorum poſſunt impedire incorporationem bonorum vacantium, ſeu confiſcatorum, ſecundum *Baldum* & *Ludouicũ de Roma in l. ſi marito. ff. ſoluto matrimonio.* & *Ioannem de Platea in l. omnes enim. C. de bonis vacant. li. 10.* Sed perſonalis obligatio non impedit, vt ibi notatur; & *in pe. ff. ſi a. cre. pre. l. unica, eodem libro.* Item ha-
30 bet priuilegium fiſcus, quod † agendo hypothecaria non aſtringitur ad probandum rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis. text. cum
31 *glo. in l. 2. C. eodem titul.* Item, quod † poteſt capere in ſolutum bona debitorum, eo quod liquidatum eſt debitorem eſſe non ſoluendo: quod nõ poteſt priuatus, niſi ſit ante debitor condemna-
32 tus. *C. eodem tit. de. ſin.* Item nota, † quod etiam iure Codicis fiſcus non agebat contra fideiuſſorem, niſi excuſſo principali; nec contra tertium poſſeſſorem hypothecaria, niſi facta excuſsione. Facit dicta *lex finalis.* Item non poteſt debitor fi-
33 ſci † cogere fiſcum, vt, omiſsis bonis ſuis, agat contra debitorem ſuum, vel debitorem debitoris: vide *de commendis fiſci debitoribus. l. penultima.*
34 Item † quod in emptionibus fiſci ad transferendum dominium non ſufficit haberi fidem de pretio. *C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcalis. l. 1. lib. 10.* & in *l. & ſi inſtrumenta.* & *in l. 1. C. ne fiſcus rẽ quam vendit. lib. 10.* adde notata per *Bart. ff. de re iudi. l. à*
35 *divo Pio. §. fi emptor.* Et † de ſolemnitatibus huius ſubhaſtationis quod habeat locum etiã in rebus propriis fiſci & debitis, vide *glo. in dicta l. 1. de fide inſtrumentor. & iure haſtæ fiſcalis.* Item habet
36 fiſcus priuilegium, † quod poteſt rem, quam habet cum alio communem, totam alienare, *eadem l.*
37 Item † habet priuilegium, q̃ pecuniæ fiſci per officiales non ſunt mutuandę, alias habet locum pœna *C. de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint. l. 1. & 2. libro 10.* Item quis non
38 debet † aduocare, vel procurare contra fiſcum, maxime in cauſa hæreſis, vel Maieſtatis, niſi impetrata venia, vel de præcepto iudicis, iuxta notata per *Ioannem de Anania. extra. de hæreticis. cap. ſi aduerſus.* Et de hoc eſt quædam Regia pragmatica. Cætera priuilegia fiſci dic latius per *Iacobũ*
39 *de Caliçio in ſua Margarita fiſci.* Sed † numquid in criminalibus debet admitti ſupplicatio aduerſus ſententiam ſiue interlocutoriam, ſiue diffinitiuam: Quidam dicunt quod ſic, argum. huius cap. quod prohibet fiſco: ergo à contrario permittit priuatis ſupplicare in criminali. Sed dic, quod licet non prohibeatur expreſſe priuatis ſupplicare, tamen prohibitum videtur per edictũ, *quod*
40 *quiſque iuris*, &c. Item † etiam ſupplicatio innititur gratiæ: ita quod Princeps non cogitur aduerſus ſententias ſuas ſupplicationes admittere, niſi velit de gratia, quæ etiam denegatur hic. Sequitur in text. *E oficials voſtres.* Nota ergo hic, q̃ quod habet locum ſequens capitulum in quibuſcumque curijs Regijs Principatus Cathaloniæ: licet quidam dicant ſolũm habere locum in curijs Audientiarum Regis, & ſui Primogeniti, & non in alijs curijs inferiorum. Sed ſecus eſt. & vtrobique eſt eadẽ ratio vexationis auferendæ. alioquin ſuperflueret hoc verbum, *oficials voſtres,*
41 & tamen † nihil eſt ſuperfluum in iure. arg. *ext. in Proœmio Gregoriano.* cum ſuis concor. Et tamen inconcuſſe de conſuetudine vidi ſeruari in curijs ordinarijs ciuitatum & villarum Regiarum:
42 quæ † conſuetudo eſt optima legum & iurium interpres: vt *extrauag. de conſuetudine. cap. cum dilectus.* & ſic minime ſunt mutanda. ff. *de leg. l. minime.* Sequitur in tex. *nos puxa apelar.* Nota pro his quæ ſtatim dixi in gloſſa proxima, quia non appellatur in Audientijs dominorum Regis & Primogeniti, ſed ſupplicatur. Vnde videtur, q̃ & de interioribus curijs officialiũ Regiorũ loqui
43 tur præſens c. Sed † nota, quod dicit *apelar*, quia non negat, nec prohibet allegare nullitates, quæ

habent

habent proponi infra decem dies: quia cum hoc capitulũ sit odiosum, debet restringi: & quia tũc cessat vexatio. Item nota, quod dicit, *de aliqua sententia*: ergo oportet quod fuerit aliqua, secus ergo si fuerit nulla: & sic non prohibet allegare nullitates, vt statim dixi. Sequitur in textu, *ac aliqua sententia*. Nota, quod † quando prohibetur
44 appellatio, debet intelligi de diffinitiua, secundum *Ioan. de Anania extra. de.* Nota hic *lo parlar*, quia dicit, *apellar de sentencia, ne suplicar contra a-*
45 *quella*. Est enim appellare, † conqueri de iniquitate iudicis & sententiæ: sed supplicare, est benuolentiam suppliciter ab eodem, qui sententiã tulit, captare, vt dignetur sententiam in melius commutare & reformare: & in ea conqueritur aduersus sententiam, non aduersus iudicem, qui
46 tulit. Et † est differentia inter appellationem & supplicationem, quia bis licet appellari: vt *C. ne liceat tertio prouocare*. & tantum semel supplicatur. *C. de precibus Imperatori offerendis. l. si quis.* vide ibi *glos.* & *in c. ex litteris. extra. de restit. in integ.* Item
47 supplicatio non † impedit executionẽ. de quo dic vt dixi supra *collat. 6. in curia Montissoni, capit. pars appellata*. Sequitur in textu, *com lo aduocat fiscal tostemps sia en lo consell, vnt la sentencia sa acorda, è y dona son vot.* subaudi, & debet esse præsens quã-
48 do † ipsa sententia promulgatur, alioquin non valeret sententia contra fiscum ipso fisci aduocato absente lata. vt *l. fiscus. ff. de iure fisci.* de quo vide *Azonem in Summa. C. de aduo. fisci.* & per *Ian. de Calicio in Margarita Fisci in quarto dubio, versic.* 21. & *in* 1. *dubio, vers.* 3. & quidam tamen dixerũt quod hoc dicitur, quod propter absentiam fisci aduocati sententia retractatur, habet locũ in casu vnico, cum fiscus controuersiam facit: alij in casu status. vt *C. de postulando. l. velamento.* & *de aduo. fisci. l. fin.* *Doctores* contra, & bene. Et quia hoc est priuilegium fisci, tunc propter absentiã aduocati erit nulla, si fisco placuerit, arg. *l. quod fauore*. Aduocatis nullum munus personale debet
49 iniungi, † nisi necessitas iudicandi, consulendi, & arbitrandi: vt *C. de aduo. diuers. in dic. l. sancimus.*
50 Qui extitit † aduocatus fisci, postea contra fiscũ in eadem causa non aduocabit, etiam si salariũ non percepit. *C. de aduo fisci. l.* 1. & 2. nisi pro his, quorum est tutor, vel curator. *ff. de postulan. l. pen. & fin.* vide *Azonem in Summa C. de aduo. fisci. in* 8. *dubio. vers.* 27. & latius per *glos. & Doctores C. de sententijs aduersus fiscum latis. l. unica. libro decimo.*
51 Et nota. † quod de iure communi fiscus nõ appellat, secundum *Innocentium extra, de testibus. cap. clamor. glos.* 1. *vers. Item nota, videtur secus*. Contra tenet idem *Innocentius extra. de accusat. cap. penult. glos. fin.* Sed ibi loquitur in reo condemnato, nõ in fisco agente. Super hoc tamen potest dici, quod aut sententia est lata pro fisco, aut contra fiscũ. Si pro eo, stultum esset appellare à sententia, quã debet approbare, & valet sententia: vt *C. de legibus. l. quod fauore*. Si vero sit contra fiscum lata, tũc si absente aduocato fisci, est nulla: & sic de iure communi non est necesse appellari: vt *C. quando appellare non est necesse*. per totum. & *extra. de re iu-*
52 *dic. c.* 1. & *c. cum inter vos*. Tamen † de iure huius patriæ oportet quod nullitates proponantur infra decem dies, intra quos est licitum appellare: vt supra *collat. 3. in curia Illerd. c.* 14. *Item ordinamus & statuimus pro euitandis malitijs*. & sup. *collat. 6. in curia Montissoni. cap. constitutio edita*. Aut interfuit aduocatus fisci collationi & promulgationi ipsius sententiæ: & tunc aut est sententia diffinitiua, aut interlocutoria. Si diffinitiua, tunc non poterit fiscus appellare in criminalibus vt in hoc capitulo, quod prohibet in criminalibus per fiscum appellari nec in ciuilibus nisi in ca-
53 su. Aut est interlocutoria: & hic vidi dubitari, textus dicit simpliciter, de sententia, quæ pro-
54 prie est diffinitiua: & † ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur, nisi quando est irreparabile grauamen. vt 2. *q.* 6. *c. ante sententiam*. & *extra. de appellat. cap. super eo.* & ideo videtur, quod ab interlocutoria possit appellare: quia dicendo, q̃ non appelletur à sententia, scilicet diffinitiua, videtur secus de interlocutoria. Sed dic contra, quia hic dicit textus, *tostemps*: idest, semper, ergo tam ante sententiam, quam post. Et dic, semper, tam in interlocutoria, quam diffinitiua: quia ad-
55 uocatus fisci debet interuenire, † & præsens esse tam in interlocutoria, quam in diffinitiua, quã etiam in toto examine: vt *l. ad fiscum. C. vbi causa fiscales*. & *l. fin. C. de aduo. fisci.* alias est nullũ quod agitur: vt ibi notant *Doctores* contra *glos.* & adde quæ notantur *ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. diuus. in* 2. & in *l. fiscus*. adde *C. si aduersus fiscum. l.* 2. nota per *Bald.* & idem est de procuratore fiscali, vt notat *glos.* in dicto *vers. diuus*. & vide *Iacobum de Calicio in Margarita fisci, 1. dubio. §. venio igitur ad primum. vers. secundo, ne vllo negotio existente fieri nomine*, &c. Et ita non solum in sententia, sed & in omni examine causæ fiscalis debet esse præsens fisci aduocatus: vt dicta *l. vlt. C. de aduo. fisci.* & *l.* 2. *C. si aduersus fiscum*. Facit constitutio Regis Ferdinandi, *cap. als procuradors fiscals*. & constitut. dñæ Mariæ, *c. per repos*. Et intellige q̃ debet aduocatus fisci interuenire, subaudi, si velit interesse in fiscalibus à principio vsque ad finẽ, alias sententia esset nulla. vide *glos. & Doct. §. diuus*. & est casus in *l. si aduer. fisc.* & per *Calic. in Margar. fisci, in* 1. *dub. vers. Tertio quod aduocatus fisci*. & *C. de aduo. fisci. l. vlt.* & per dicta iura: & sic non oportet appellare. Sed si cũcta rite procedãt cũ aduocato fisci: & licet procurator fisci de iure cõmuni possit appellare, iuxta not. in *l. vna. C. de sent. aduers. fisc. lat. lib.* 10. tamẽ de iure huius patriæ per hoc c. nõ poterit fiscus appellare in criminalib. nec etiã in ciuilibus, nisi instrumẽta vel alia documẽta de nouo peruenerint, & præstito iuramẽto iuxta formam huius c. vide quæ notat *Ioã. de Platea in l. omnes iudices*. circa prin. *C. de dela. lit.* 10.
56 Sed † forte poterit implorare restitutionẽ in integrũ, saltẽ ex clausula generali. de cõsuetudine

Digitized by Google

57 tamen † ex ſtylo curiæ Gerundæ Aduocatus fiſcalis non interuenit in interlocutorijs ſine neceſsitate, niſi quando eſt interlocutoria tormentorum. Et etiam ſi requiſitus per iudicem noluerit † fiſci aduocatus intereſſe, in eius contumaciam fertur ſententia, & valet ac ſi præſens foret, & iſto caſu non poterit appellare. Sed ſeruabitur præſens capitulum, quia ipſius aduocati contumacia reputabitur pro præſentia, & ita vidi pluries obſeruari; & obſeruaui cum eſſem tũc iudex Gerundæ. Pro quo facit *extra. de arbitris. c. vt quæſtionibus.* in fine. *libro 6.* & quæ ibi notantur. 59 cum concor. Et † dicitur abſens qui in iure non eſt, *l. 4. §. non eſt. ff. de dam. infecto.* & abeſſe dicitur, qui abeſt à Tribunali: *ff. de fideicom. liberto. l. non* 60 *tantum. §. ſenatus.* Et ſic nota, † quod facienda eſt pronuntiatio in præſentia alicuius, & ille non vult intereſſe, dicit *Bartolus*, quod valet ſententia eo abſente lata, ſi fuit requiſitus, per notata *extra. de elect. c. in veteri.* vide *Bart. in l. obſeruare. §. 1. ff. de officio proconſ. in vlt. colum.* adde quæ notat *Baldus in dicto cap. cum in veteri.* ſuper *Innoc.* Sed 61 quia hic dicitur, † *è y dona ſon vot.* quæro quid ſi aduocatus fiſci nolit intereſſe collationi; vel ſi interſit, non vult dare ſuum votum: aut forte dederit votum contra vota plurium aliorum, quid faciet iudex, numquid ſequetur vota pluriũ, aut votum dicti aduocati fiſcalis? Reſpondeo, iudex habet facere iuſtitiam, & non neceſsitatur ſequi votũ iſtius vel illorũ, niſi prout viderit de iure & iuſtitia procedere: quia nec propter vota excuſaretur, ſi forte male iudicaret: quia iudex ſe aſſerit peritum: vt *l. 2. ff. quod quiſque iuris.* alias imputaretur iudici: vt *l. 2.* in prin. & *§. fin. ff. man.* & hoc tenet *Butrius*, & *Angelus* in *l. ſi filius.* in fin. *ff. de iudicijs.* & idem *Bald.* in *l. Clodius Clodianus. ff. de adquir. hared.* vide, & adde quæ ſcripſi ſupra, *collat. 6. in curia Monteſſoni, cap. iudices tabulæ*, ſuper verbo, *qui iudices*, &c. *in verſ. Item an iudex excuſetur ſi pronuntiet de conſilio peritorum*, &c. adde tamẽ quæ ſcripſi infra *collat. 10. in curia Regiæ Mariæ, c. per donar orde.* & *collat. 11. in curia Regis Alfonſi, c. les cauſes de pubills.* vbi, *de que ab conſell de aſſeſſor, & altres iuriſtes hagen a determinar.* vide, & adde quę ſcripſi infra *collat. 9. in curia Regis Fer-* 62 *dinandi, c. vt autem.* Sed numquid † in hoc caſu poterit fiſcus appellare? Videtur quod ſic, argu. huius text. à contrario, quia non dedit votum ſuum, & ſic poterit appellare. Sed contrariũ credo, quod ſatis eſt quod fuerit auditus. & interfuerit, & potuerit votum ſuum dare, & ſi non dederit, vel non venerit requiſitus, imputetur ei: quia 63 iudex, qui † iurauit facere iuſtitiam, non tenetur ſequi votum & voluntatẽ aduocati fiſcalis. niſi prout iuris fuerit, & rationis: & præſumendũ eſt pro iudice, quem Rex elegit. Et ſi male iudicauerit, poterit ipſe puniri: quia fecerit litẽ ſuã. Et ita cõmuniter obſeruatur pro tollenda vexa- 64 tione partium, & pro obuiando † calumnijs fiſcalium, qui non ſubeunt onus expenſarum: & ſic minime ſunt mutanda, &c. adde **quæ leguntur** & notantur infra *collat. 11. c. volentes noſtros ſubditos.*

65 Attamen, † ſi propter iuſtam cauſam dixit, non dediſſe votum fiſci aduocatus, forte tali caſu poterit appellare. arg. *extra. de his quæ fi. à maio. parte capituli. cap. cum in cunctis.* Et nota, quod ſententia 66 lata ex calumnia † aduocati retractatur abſque appellatione. *C. de aduo. diuerſ. iudicũ. l. 1.* Et vide ibi, an ipſo iure, an per reſtitutionem: quia ſi pecunia, ipſo iure, alias per reſtitutionem. vide ibi *Bart.* & *Bald.* qui ita tenent indiſtincte, quod per 67 reſtitutionem. Vt autem † ſit nulla propter corruptionem aduocati, requiruntur tria: primo quod aduocatus ſit corruptus dolo aduerſarij, & quod falſo allegauerit, vel ex calumnia. & quod ſententia lata ſit in abſentem, alias opus eſt reſtitu- 68 tione. Et † an propter negligentiam aduocati poſsit retractari, vide ibi per *Cinum.* Sed † an ſi 69 ſententia feratur propter calumniam contra aduocatum, quod ſit calumniatus in criminali: an hoc pręiudicet, ſi poſtea peratur ſententia lata: & calumnia retractari. *Butr. Bart.* & *Cin. in l. 2. C. de aduo. diuerſ. iud.* & vide ibi *Gui de Suza.* & *Iaco. de* 70 *Arena.* Item † nota, quod vbi ſunt opiniones, nec eſt caſus expreſſus, etiam ſuper modo procedẽdi, ſi omiſſo ordine illo feratur ſententia, valet; & ſecundum aliquos, quod plus eſt, non poterit appellari. Nota bene hoc dictum, quia alia dicta procedunt quando fertur contra ius deciſorium, non contra ius dans formam. *Bart. in l. 4. §. hoc autẽ iudicium.* in fine. *ff. de dam. infecto.* vide in *Spec. tit. de offi. iudi. verſ. ſed an eiſdem.* adde notata per *Bal. in l. 1. ff. de lib. & poſthu.* Sequitur in tex. *auia ſcripturæ peruengudes*, &c. Nota quod poſt ſententiam 71 auditur † quis opponens exceptionem vbi nõ poteſt imputari: quia non oppoſuit ante: nã forte non habebat inſtrumenta parata. vide *glo. ff. de except. rei iudi. l. ſi mater.* prætextu ergo inſtrumẽti nouiter reperti retractatur ſententia, petita reſtitutione, ſecundum *glo. ſ. c. inter monaſterium. extr. de re iudi.* de hoc dic per *Io. de Platea. in l. 1. C. de ſent. aduerſus fiſcum latis. lib. 10.* & per *gloſ.* & *Doct. C. de tranſact. l. ſub prætextu.* & *ff. de re iudi. l. Imperatores.* & *de iureiuran. l. admonendi.* cum ſimilibus.

72 Et † regulariter ſententia poſt decem dies non retractatur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum: & fallit in fiſco, reoublica, pupillo, & Eccleſia. de quo latius per *Petrum de Bella Pertic.* in alleg. *l. ſub prætextu.* & notatur *ext. de re iudi. c.* 73 *ſubor. ta.* Quod autem dicitur, ſuper † iure ſuperuenienti de nouo ſententiam ferri poſſe, ex cauſa retractatum habente, eſt verũ, ſi ſuperueniat ante concluſionem in cauſa. Vnde nota vtile fore, ſemper fieri concluſionem in cauſa: ſecus ſi poſt. ſic limitat *l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. act.* ponit in *l. ſi mater. §. eamdem. ff. de except. rei indic.* vide de hoc hoc plene per *Antonium de Butrio* in *cap. fina. ex-* 74 *tra. vt lite pendente.* Itẽ † nota, quod ſi exceptio competens reo non contradicit ſententiæ, illam poterit opponere poſt ſententiã. Vnde ſi te agẽ-

Digitized by Google

te hypothecaria, oppoſui tibi pignoratam non eſſe, & iudicatum eſt pignoratum eſſe. Si agis ex ſententia, nunc potero me opponere alias potiorem poſſeſſorem: quia iſta non obſtat ſententiæ: ideſt *glo. ff. de except. rei iudica. l. duobus.* Item,
75 quod dicitur † exceptionem non oppoſitã non poſſe opponi poſt ſententiam, eſt verum, quando opponitur exceptio agenti ex ſententia: ſecus ſi opponatur agenti ex actione primæua, di-
76 cit *gl. ſ. in dicta l. duobus.* Item † nota, quod licet exceptionem peremptoriam non poſsim opponere contra ſententiam, quã non poſui ante ſententiam: idem ſi poſui ante ſententiam, ſed de illa nullatenus ſit facta mentio in ſententia. Imo forte tunc illa ſententia erit nulla, quaſi non viſis actis lata, iuxta notata per *Bart. C. de edendo. l. is apud quem.* Si tamen ex ea competit mihi ius agendi, potero per viam actionis agere, non obſtãte dicta ſententia, vt dicta *l. duobus*. Facit textus *eod. tit. l. ſi ex ſextante. §. latius.* dum tamen tacite, vel expreſſe de illo iure non ſit pronuntiatum.
77 Item † nota, quod dicitur agentẽ videri in reali omne ius in iudicium deduxiſſe, non habet locum in excipiente: vt notat *gl. ſ. in dicta l. duobus. ff. de except. rei iudi.* Sequitur in textu: *E aço ſia tẽ gut primer iurar.* Nota verbum, *primer*, quia prius.
78 & ſic † dat formam, ſub qua in ciuilibus poterit fiſcus appellare, ſcilicet, vt prius iuret inſtrumenta de nouo ad eius notitiam peruenille, quæ prius producta non fuerũt in cauſa, & ſic ex cauſa huiuſmodi appellare: alioquin appellatio cit ca formam huiuſmodi facta, non præſtito huiuſmodi iuramento, credo quod non valeret, quaſi contra formam iuris interpoſita: arg. ad hoc *ext. de elect. c. vt circa. lib. 6.* & infra *collat. proxi. in curia domini Ferdinandi, cap. querelam.* & quæ dixi ſupra *collat. 6. curia Monſſoni cap. vt tollatur.* ſuper verbo, *antequam audiatur*. Si ergo prius appellauerit abſque huiuſmodi iuramento, & poſt iurauerit, forte non valebit. per verbum *primer*, in littera poſitum: quod dicit ordinem: vnde conſulo. vt prius iſtud iuramentum per procuratorem fiſcalem in eius animam præſtetur coram iudice à quo. & hoc continetur in actis, vel inſtrumento: & poſtea appellatio, vel ſupplicatio porrigatur. Sequitur in textu, *de ſos bens propris.* Nota,
79 quod † hoc generale eſt in quocumque adminiſtratore, qui poteſt recognoſcere bonam fidem, vt ſi ſuccumbat in cauſa principali, vel appellationis, vel ſupplicationis, propter calumniam debeat condemnari in expenſis de proprio ſoluendis: & etiam procurator generalis, quia nemo ſine ſpeciali mandato debet mouere, vel defendere cauſam iniuſtam nomine alieno: alias debet condemnari in expenſis ſoluendis de ſuo proprio, quas non recuperat à domino, niſi ad id habuerit ſpeciale mãdatum, vt notatur per *Angelum ff. de nego. geſt. liber. §. item in iudicium.* ſuper *gl. ſ. penult.* in verbo, *alias ſumptus.* allegat pro caſu *l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legatis ſecundo.* & vide *Gui. in Spe. titul. de execut. ſententiæ. §. ſequitur verſ. ſed pone.* Sed etiam vbi fiſcus delinquit plus
80 petendo, etiam punitur in ſportulis, & expenſis & alijs pœnis iuris: de quo dic latius per *Ioannẽ de Platea in l. inſtar. C. de iure fiſci. libro decimo.* Sed
81 tamen † fiſcus in cauſa inquiſitionis criminalis non debet condemnari in expenſis, ſecundum *Antonium de Butrio extra. de dolo & contumacia. ca. dilecti.* in fine. Et hoc credo verum, niſi forte fiſcus eſſet in manifeſta calumnia: argum. hic. & *l. 2. C. qui accuſare non poſſ.* vide quæ ibi notãtur per *gloſſam*, & *Doctores* modernos, *Baldum* & *Salicetũ*. Adde infra *collat. 10. cap. a remoue. gl. ſ. penultim.* Sed mirum eſt quod hic dicit de condemnatio-
82 ne expenſarum, ex quo iurauerit: quia † iuramẽtum calumniæ excuſat à calumnia & temeritate: & ſic debet excuſari ab expenſis, ſ cundum *Butrium* in *l. eum quem temere. ff. de iudi.* Sed dic q iuramentum excuſat à calumnia præſumpta, ſed non à temeritate. vide *Bartolum ibidem.* Sed an
83 condemnatio expenſarum habeat locum in crĩminali? *Butrius* dicit quod non, dicta *l. eum quem temere.* Item quod dicitur de expenſis, intellige de expenſis litis tantum, non de expenſis & dãnis extrinſecis propter litem. *ff. de alie. mu. in cauſa facta. l. 1. in gloſ.* vide ibi omnino *Bartolum*, quĩ declarat, & reſtringit illam *gloſſam*. Item quod dĩ
84 citur, † iuſtam cauſam excuſare ab expẽſis, eſt verum, quando ſunt debitæ iudicis officio, ſecus ſi ex promiſsione, vel iure actionis. Item licet fi-
85 nito officio † iudicis non poſsim ipetere expẽſas, per *l. terminato. C. de fruct. & litis expen.* tamen potero petere ſi debebantur iure actionis, ſecundum *Butrium ſuper gloſ. 1. ff. de alie. mu. in. cauſa facta.* nota per *Antonium de Butrio in cap. finem. extra. de dolo & contumacia.* & vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in curia Illerdæ, cap. 18. Item ſtatuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur.* Adde etiam notata per *Baldum in l. ſi mulier. §. de legatis tertio.* Item nota, quod iuſta intentio litigandi ab
86 expenſarũ † condemnatione excuſat, ſicut iuſta cauſa, ſecundum *gl. ſ. ſuper dicta l. 1. ff. de alie. mu. in. cauſa facta.* Et per hoc dicit *Antonius de Butrio*,
87 quod † litigans pro hoc vt ſibi cõſeruet de euictione actionem, non condemnatur in expenſis. alleg. *l. adqui. natura. §. cum me abſente. ff. de negotijs geſt.* quod nota, quia vidi ſæpius contrarium ſententiari, & forte non bene, quia ignorabant hãc
88 concluſionem. Qualiter probentur † expenſæ. vide notata *C. de iure deli. l. fin. §. in computatione.* & *C. de dona. l. ſi quis pro redemptione.* & *l. vlt. de alimẽtis pu. præſt.* adde quæ ſcripſi infra *ead. c. com molts.*
89 ſuper verbo, *ſatisfaent los danys*. Item † nota, quod expenſas non repetit expendens in defendendo communi negotio, niſi plus expenderit, quia negotium commune defendit: & eas repetit & procurator, & geſtor: ita demum ſe obtinent in cauſa, text. & *gl. ſ. ff. familia erc. ſ. l. ex parte.* in prin. dic latius per *Angel. in l. liberto. §. rem in iudicium. ff. de*
90 *neg. geſt.* vt dixi ſup. In dubio † tamen plus expẽ-

disse præsumitur propter socium. vide ibi *Bartol.*
91 Item † nota, quod si in aliqua causa sim damnatus in expensis, licet postea obtineam in diffiniti ua, non potero illas expensas repetere, secundum *Gui. & Bart. in l. pignus. ff. de pignor. act.* Item nota,
92 quod † iudex in expensarũ condemnatione debet habere respectum ad consuetudinem expendendi. vide textum in *l. properandum. §. & siquidem. C. de iudicijs.* Vlterius nota hic casum, in quo procurator fisci condemnatur in expẽsis. Alium casum habes infra eod. *c. quia quandoque contingit. § caueam.* super verbo *refarcire.* vide ibi. Sequitur in
93 textu. *pena equiualent,* subaudi, vt † si non habeat in ære, luat in corpore: vt *C. de seruis fugit. l. quicũque.* & *ff. de iur. cm. iud. l. si quis id quod.* & *ff. de in ius*
94 *voc. l. fin.* Sed † quomodo poterit commensurari pœna æquiualens, quia pœna corporalis quantũcumque modica, maior est omni pecuniaria. *l. pecuniaria vt l. quid ergo. § pœna granior. ff. de his qui notantur infa.* Respõdeo, hoc arbitrabitur bonus iudex. vt hic subijcit: & arg. *ff. de iure delis. l. 1.* puta, debuit soluere centum solidos de bonis suis proprijs, commutabitur in pœnam carceris tot dierum, vt ibi perdat lucrum aliorum centum solidorum, vel huiusmodi. Sed hæc commutatio forte non fiet nisi de voluntate creditoris, iuxta notata quæ scripsi in materia cessionis bonorum, supra *collat. 4. in 3. curia Barcinona. cap. 21. Item ordinamus, quod omnis homo, & omnis femina.* Vel forte punietur iste criminaliter extra ordinem, propter calumniam, vt de crimine stellionatus, per totum. & infra *colla. proxima, c. venientes.* Quod prius dixi credo verius propter verbum, *pena equiualent:* pœna enim debet commensurari delicto: vt *l. sancimus. C. de pœnis.* & in *cap. quæsiuit. extra. de his*
95 *quæ fi. à maio. parte Capituli.* Et † qualiter calumnia puniatur, vide quæ scripsi infra *collat. proxi. c. volentes.* præalleg. & in *c. querelam. de pace viola-*
96 *ta, §. quod si lite.* Et nota, † quod licet in donationibus factis à priuatis, post illas perfectas nõ possit apponi conditio, vel grauamen: vt *l. si repetendi. C. de condi. ob causam.* & *l. sicut. de act. & ob.* & *l. perfecta. de dona. quæ sub modo.* tamen est secus in Principe, vt notat *Ioan. de Platea in l. qui fundos. C. de omni agro deserto.* & *Iac. de Calic. in Marga. Fisci, 3. dubio, vers. 31.* vide *Bald. in l. qui se patris. C. vnde*
97 *liberi.* Vlterius nota, † quod vbicumque pœna est arbitraria, tunc iudicis arbitrium debet intelligi secundum consuetudinem, quæ est attendenda in maleficijs puniendis, vbi non reperitur à iure determinata: & si non apparet consuetudo, tunc iudex eam arbitrabitur, septem consideratis, de quibus in *l. aut facta. ff. de pœnis.* quod dic latius per *Ioan. de Platea. in l. 1. C. de petitis bo. sublatis. lib. 10.*

De quæstijs & demandis sublatis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Domino Regi saluatur ius super demandis seu quæstijs per eum eo tunc pretensis: nec demanda facta pro conquæsta Regni Sardiniæ potest trahi in consequentiã.*
2 *Dominus Rex quæstias facere potest pro coronatione, vel eius noua militia, & pro filia legitima maritanda. & quid si voluerit maritare filiam bastardam. nu. 3. & quid de facto fuerit seruatum. nu. 4.*
5 *Collecta generalis imponi non potest nisi permissu Principis: secus est in speciali, quia qualibet vniuersitas potest eam imponere.*
6 *Domini allegantes esse in possessione immemoriali recipiendi tallias, & quæstias à vassallis an debeant obtinere.*
7 *Barcino ciuitas est priuilegiata de non soluendo tallias, nec quæstias.*
8 *Reges, & cæteri inferiores an possint iuste facere quæstias, & similes exactiones contra subditos.*
9 *Episcopis & Abbatibus prohibetur de nouo tallias imponere.*
10 *Quæstiæ & tallie de iure quid. remissiue.*
11 *Tallia, collecta, & angaria sunt regalia, & soli Principi competunt.*
12 *Cœna & alberga qua. remissiue.*
13 *Baro pro ducenda vxore non potest subditos talliare: & dato casu quod posset, an idem sit si secundam ducat vxorem. nu. 14.*
15 *Nuptiæ secundæ non benedicuntur.*
16 *Maritus secundo nubens an perdat priuilegium, ne teneatur nisi in quantum facere potest. & quomodo hoc priuilegium intelligatur. nu. 17.*
18 *Commode non fit quod fit cum verecundia.*
19 *Exactio aliud est, & aliud cautio de exigendo.*
20 *Occultans criminosum fugatum sono emisso tenetur eadem pœna cum criminoso.*
21 *Datum, vel factum ob gratiam non est trahendum in consequentiam.*
22 *Cautela abundans non nocet.*

ITem senyor vos placia atorgar a la dita cort, que per ocasio, o causa de la conquesta, quel dit senyor primogenit vostre, &c. Hæc constitutio fuit tempora-
1 lis, & in summa hoc habet, quod supet † demandis, seu quæstijs, quas Rex prætẽdit, sed curia denegat eas posse facere ratione cõquęstæ, aut alias saluatur ius tã Regi, si quid habet, quã curiæ generali; nec facta pro cõquæsta Regni Sardiniæ po-
2 test in consequentiã trahi. Sed † an Rex possiet hodie facere demandas, vel quæstias, vidimus, ꝙ pro eius coronatione, vel noua militia, quã etiã pro filia legitima & naturali maritãda Rex fecit
3 demãdas, & habuit. Sed quid si † est bastarda? Dicunt quidam ꝙ tunc debet habere pro dote sua tantũ tertiã partẽ: & ita est hodie de facto in hoc Principatu. Ideo non curo super illis aliter scribere. Vidi tamen quod per vim, & forte illicite,
4 de † facto, & causa non cognita, pecuniæ pro his fuerũt extortę Perpiniani & Gerundæ. Notat & dicit *Io. de Anania in c. in ciuitate. extra. de vsuris,*
5 ꝙ nullus potest imponere collectã generalẽ sine permissu Principis: tamẽ specialẽ potest imponere quælibet vniuersitas: vt in *gl. f.* super verbo *Proconsul.* in *l. 1. §. penul. ff. ꝙ cuiusq. vniuers. nom.* de alijs me remitto his qui in curijs alias interuenerũt, & priuilegia patriæ melius nouerũt: & quid

conti-

Digitized by Google

cõtineatur in charta venditionis bouatici, quã dominus Rex habet iurare antequam vaſſalli ſibi iurent fidelitatem, iuxta conſtitutionem domini Regis Iacobi Secundi, de qua vide ſupra *colla.4.in 2.curia Barcin.cap.29.Item quod noſtri ſucceſſores*: vide quæ ibi notantur, & in cap.ibi præ-
6 cedenti,cum ſuis concor. ¶ Nota, † quod ſi domini allegant ſe tallias,quæſtias, & huiuſmodi exactiones accepiſſe à ſuis vaſſallis, à tempore cuius non eſt memoria;attendendum eſt, an gratis,pacifice, & quiete hoc perceperint; & tunc videtur pro ipſis dominis ſententiandum: an vero clam,latenter;vel illicite,vel violenter;& tũc contra dominos eſt ſententiandum: vt *extra. de regn.iuris.C.quod latenter.* cum ſimilibus. & ibi notat *glo.* In dubio vero videtur pro ſubditis iudicandum, quaſi præſumantur inuiti hoc præſtitiſſe:*ff.de proba.l.cum de indebito. §. ſi vero ab initio. ff.de dona.l.filius.* vt notat *Anto. de Butr.* quem vide latius in alleg. *cap. quod latenter.* & adde quæ notat *Ioan. Andr.extra.de præſcrip.cap. 1.in nouella.* & *Bal.de pace conſtantiæ*,in verbo *pactiones*.Nota tamen,quod † Barcinonę habent priuilegiũ Regis
7 Iacobi datum Barcinonę pridie kalendas Ianuarij anno Domini 290. de non dando quæſtias, mutua,ſeruitia,& præſtita fortiata;per quod videtur,quod alij teneantur, niſi oſtendant immu-
8 nitatem.Sed † an Reges,& Principes,necnon Barones, & cæteri milites inferiores iuſte poſsint facere quæſtias,tallias,& demandas in ſubiectos eorum?Quidam ſuper hoc ita diſtinguunt, quia dominus in ſeruis ſuis poteſt facere tallias, & quęſtias,& huiuſmodi exactiones indifferenter. De liberis autem vaſſallis dicunt, quod aut eſt dominus Rex,vel alius Princeps;& tunc ſua auctoritate pro vtilitate publica,poteſt tallias, & huiuſmodi imponere, iuxta facultates ſubditorum, & negotij qualitatem, & quantitatem. Si autem non ſint ad vtilitatem boni communis; tunc nec Princeps,nec alius poteſt tallias impo nere ſubditis ſuis: ſuper hoc vide notata per *Iac. de Calicio in Exgrauatorio curiarum dubio 7.* & in *verſ.162.& in ſua Margarita Fiſci.in 8.dubio.verſ.* 162.Si autem dominus non eſt Princeps. ſed inferior, tunc ſubditis liberis de nouo tallias imponere non poteſt:quod probatur à ſimili: quia
9 Epiſcopis,Abbatibus,& alijs prohibetur:vt *extra.de cẽſibus.cap.prohibemus.* & *cap. Eccleſijs.* & *cap. innouamus.* & de his notatur *16.q.1.cap.nulli.* & *de cenſibus.cap.cum ſecundum.* & *16.q.4. cap.volumus.* & *10.q.3.cap.quia cognouimus.* & per *Inno.* & *Hoſt.* in *cap.1.de excc. prælа.* & in *Cle. eod. tit.* per *Ioan. Andr.* & *Doct.modernos.* & ſunt vocandi quorum intereſſet:vt in *Cle.2.de cenſibus.*in verbo, *pro maiori parte.*vide *Ricard. in quæſtionibus de quolibet, in vlt.q.* vide *P.Iac. in tit.de cauſis ex quibus va. debet admittere feu.in §.recte.* & *§. Sed ſimpliciter loquendo.*& melius in *verſ.Item cum Ioan.de Blanoſco*, & in alijs verſ. ſequentibus.vide *Marquilles in Manua.*ſuper *vſat.in Bainlia*, in verbo, *moderatum.*& latius in *vſat. ſi ſeuyor.* in *gloſ. vlti.* De quo etiam vide latius per *Ioan.in Summa Confeſ.lib.2.tit.5.in rubrica.de quæſtijs,& alijs exactionibus q.33.* Deinde † quæro,quid iuris ſit,de quæſtijs,tallijs,&c. vide ibi, & in quæſtionibus ibi ſequentibus: & adde notata per *Gui.in Spe.in 4.parte.tit.de homagio. §. quoniam. verſ. Et nota quod vaſſalli.* vide & adde quæ dicam infra *colla.10.in curia Barcinona. domini Alfonſi IIII.cap.Confirmats,Ioants; & approbants la conſtitutio per lo molt Illuſtre Rey em Pere he-*
11 *ſmi noſtre*,&c. Et nota, † quod talliæ, collectæ, quæſtiæ, & huiuſmodi exactiones & angariæ, ſunt regaliæ,& tanquam regaliæ ſoli competunt Principi,ſecundum *Bal.* qui ita notat *C. de bon.*
12 *que ls.l.cum non ſolum.* circa prin. Et † de cœnis, & albergis habes ſupra *colla.2.in 2.curia Regis Petri II.cap.ſtatuimus, inquam.* & *C.lib.12.de Salganio hoſpiti non præbendo. l. vnica.* ¶ Vlterius quæro,
13 an †Baro pro vxore ducẽda poſsit ſubditos talliare,viedtur quod non, arg.*extra. de cenſibus cap. cum Apoſtolus.* contrarium credo,quia ibi ſpeciale eſt in Eccleſia,vt à talibus muneribus excuſetur;& ſic nota per *glo.C.de ſacroſanct. Eccl.l.penul.* alias eſt lex *placet*, ſuper verbo *extraordinarium.* cum *glo.ſeq.* pro hoc,quia non ſubditus ad hoc tenetur,ergo multo fortius ſubditus: de hoc notat *glo.ff.de mu.& hono. l.& qui originem. §. fin.* ¶ Sed
14 hoc † de iure præſuppoſito numquid ſi Baro ſecundo contrahat, poſsit talliare? Videtur quod ſic:*ff.de liber.& poſthu.l.ideoque.ff.de condi.& dem.l. hac conditio.* 1. contrarium dico per *l. bones. §. hoc ſermone.ff.de verbo. ſigni.* & *ff.de iure dotium.l.doris.* pro hoc videtur caſus in eo qui creatur conſul; quia in prima creatione debet dare pecuniam. *C. de conſul.*& non ſpargere pecuniam:*l. pe. lib.* 11. Non obſtant contraria, quia eadẽ eſt ratio in poſthumo:ſecus in ſecundis nuptijs,præſertim cum non admittatur in præiudicium alicuius, & ſe-
15 cundæ † nuptiæ non benedicuntur; *extra. de ſe-*
16 *cundis nuptijs.* per totum. Et † faciunt prædicta, quod vir ſecundo nubens perdat priuilegium ne exigatur pro dote, niſi in quãtum facere poſsit, habita ratione ne egeat, &c. aliud quod habent homines de honore & ſtatu:de quibus vide infra *colla.proxi.cap.E los aduocats. verſ. Item nota, quod duo ſunt priuilegia*,&c.quia ſecundo nubens videtur facere iniuriam coniugi præcedenti: vt *C. de*
17 *ſecundis nuptijs.l.generaliter.* Sed † quo modo intelligi debet illud quod dicitur,*in quantum facere poteſt*,vide quod legitur & notatur *ff.pro ſocio,l.verum.§.id quod.*& *ff.de reg.iur.l.in condemnatione*, & tenet ibi *glo.* ſecundum opinionem *Ioannis*, quia h-bet intelligi,quod poteſt exigi,dum modo maritus habeat, vnde ſecundum ſuum ſtatum commode viuere poſsit ſine penuria, & egeſtate, ne cogatur mendicare;immo ſi fuerit homo honoris & ſtatus,debet attendi,quod non cogatur diminuere de ſuo ſtatu, & viuere verecundioſe: quia
18 non † ſit commode,quod ſit cum verecundia,& vide pro hoc quæ ſcripſi infra *colla.proxim. E los*

aduo-

Digitized by Google

aduocats.§. entẽe empero, ibi. Item nota, quod duo sunt
priuilegia. Vltimo nota, quod si inquirente fami
milia, aliquis sit occultatus, tenetur ad id debitũ
occultans ad quod tenebatur inquisitus. vide de
19 *exac. fou. l. quotiens. lib. 10.* Et † aliud est exactio,
& aliud cautio de exigendo: vt *illicitas.* in prin.
20 *ff. de offic. præsi.* Et facit valde quod †occultãs cri
minosum fugatum sono emisso, teneatur eadem
pœna cum criminoso. *C. de his qui latrones, & alijs*
crim. reos. occulta. l. 2. de hoc vide in *Sũma regalie*
21 *soni emissi.* ¶ Vltimo nota, †hoc quod datum vel
factum ob gratiam, non est trahendum in conse
quentiam, quia quod ob gratiam conceditur, nõ
est in eius dispendium retorquendum. *extra. dere*
gu. iuris. cap. quod ob gratiam. lib. 6. vide ibi *glos.* &
Din. & in concor. ibi positis. Et tamen cautela de
22 hoc protestari, vt hic, quia abundans † cautela
non nocet: vt *l. testamentum. C. de testam.* vide ibi
glo. & *Doct.*

De officio delegati ordinarijs non committendo. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Officiali ordinario delegari non potest: nec ipse cognoscere potest vt delegatus de causa, de qua potest, & debet cognoscere vt delegatus. limitatur nu. 20.*
2 *Cancellario, & Vicecancellario causæ committendæ nõ sunt: sed dominus Rex cum vidit illorum potest facere commissiones alijs, & nu. 6. 8. & 13.*
3 *Ordinario vbi mandatur vt procedat via iuris, non per hoc censetur ille delegatus.*
4 *Ordinarij materia remissiue.*
5 *Ordinarius non datur ad causam specialem.*
6 *Vicecancellarius, & Regens Cancellariam sunt ordinarij.*
9 *Iurisdictio ordinaria defertur à lege, aut à Principe.*
10 *Iurisdictio ordinaria vel delegata an in dubio censeatur. & num. 11.*
12 *Superior vbi scribit ordinario super ijs, quæ facere potest ex suo officio: ex eo non dicitur constitui delegatus, sed instrui.*
14 *Iurisdictionem ordinariam dant lex, Princeps, consuetudo, populus, & vniuersitas.*
15 *Iurisdictio ordinaria eo differt à delegata; eo quia ordinaria non expirat morte mandantis, etiam si esset ad vitam concessa; sed delegata sic re integra.*
16 *Delegatus subdelegare non potest, ordinarius vero sic.*
17 *Delegatus à Principe potest subdelegare.*
18 *Officiales gubernatoris sunt officiales Regij.*
19 *Præses non potest se tutorem dare alicui, nec Iudicem.*
21 *Delegati inferioris à Principe funditus expirat iurisdictio post pronunciationem: ideo non potest suã sententiam etiam nullam renocare, & iterato de causa cognoscere.*
22 *Inferior à Principe subdelegat vnum articulum sine iurisdictione.*
23 *Delegatus an habeat notionem vel iurisdictionem. remissiue.*
24 *Delegatus potest dici arbiter de voluntate partium.*
25 *Delegatus vt causam audiat, non potest eam decidere.*
26 *Delegatio appellatur mandatum.*
27 *Subdelegatio valet, si patiatur superior delegans, quasi censeatur facta à superiore.*
28 *Meri imperij vel mixti quæ sunt non delegantur quoad cognitionem, nec quoad vnum articulum etiam pro testibus recipiendis. limitatur nu. 30.*
29 *Meri & mixti imperij quæ dicantur. remissiue.*
31 *Gladij potestas de iure canonico delegari potest. & de ratione ibidem.*
32 *Inquisitores hæreticæ prauitatis possunt delegare vices suas.*
33 *Index an possit causam totam delegare reseruata sententia, traditur.*
34 *Delegabilia quæ & quæ non, traduntur per ordinem.*
35 *Ius canonicum æquius appellatur.*
36 *Tutela datio an sit delegabilis remissiue. idem nu. 51.*
37 *Princeps potest delegare causas meri & mixti imperij. & ratio traditur ibidem.*
38 *Delegatus Principis ad causam meri imperij potest subdelegare.*
39 *Causa postquam semel fuit delegata, quamuis aliter indelegabilis efficitur de natura delegabilium.*
40 *Causa meri & mixti imperij quamuis possint delegari in casu absentiæ: delegari tamen non possunt alio subsistente impedimento. declaratur nu. 49.*
41 *Impeditus multitudine similium causarum potest delegare.*
42 *Aduocatus qui fuit in causa, est impeditus cognoscere de dicta causa.*
43 *Causa mixti imperij committuntur seu delegantur cũ causa, sine causa non.*
44 *Absentia est causa legitima.*
45 *Occupatio multitudinis causarum est subsistens causa.*
46 *Causa meri imperij etiam delegabiles in eo casu non veniunt sub generali commissione.*
47 *In commissione generali non veniunt multum præiudicialia.*
48 *Iudici an credatur se impeditum, an vero aliter probari debeat impedimentum.*
50 *Causa suspicionum est delegabilis.*
52 *Decretum & auctoritatem interponere in alienationibus cum causæ cognitione delegari non potest.*
53 *Mixti imperij quæ sunt, licet bene committatur nudo exequutori, attamen non delegantur.*
54 *Delegatus Principis potest punire testes. & alios delinquentes, & extraneos suam impedientes iurisdictionem nu. 55.*
56 *Actus sententiæ interloquutoria potest proferri per nudum exequutorem: licet secus sit in diffinitiua.*
57 *Arbiter non potest causam delegare.*
58 *Delegatus inferioris à Principe licet non possit realem facere exequutionem, verbalem tamen bene.*
59 *Delegatus, cui est commissa causæ cognitio, potest pronuntiare.*
60 *Delegatus in causa criminali impetrari non debet, in ciuili vero sic.*
61 *Auditor datus, vel cui causa audientia committitur, sententiare non potest.*
62 *Relator in hac patria dicitur ex quo committitur sibi audientia causæ.*
63 *Assessor si fuerit iuste recusatus, vt suspectus remoueri debet,*

Digitized by Google

debet,& alius ei adiungi.

64 *Officialis faciens contra conſtitutionem an ſit priuatus ipſo iure,vel ſit priuandus per ſententiam.*

65 Sia haut *verbum eſt exequutiuum.*

66 *Occaſionem damni dans damnum dediſſe videtur.*

67 *Damnum vbi eſt,& homo cadit in* l. Aquiliã, *datur pro eo actio in factum.*

68 *Damnum datum in frumento quando eſt in herba, an ſit emendandum ſecundum eſtimationem herbæ, vel ſecundum valorem frumenti.remiſſiue.*

69 *Damnum ſentit,qui amittit lucrum.*

70 *Damnum datum in dubio præſumitur datum à vicinis.*

71 *Equi plures currentes ſi inuicem obuient, pro quo teneatur emenda.remiſſiue.*

72 *Animalia reperta dantia damnum, quod vulgariter dicitur tala,non ſunt de iure communi capienda pro dicta tala, eaque retinere quouſque ſit cautum vel ſatisfactum à dominis dictorum animalium.ſecus eſt de iure Cathaloniæ nu.73.*

74 *Cauſa ad ſe euocata per gubernatorem exiſtentem intra Vicariam, & commiſſam alicui;an poſtquam dictus Iudex incæpit cognoſcere de ea citando partes, & gubernator recedit à Vicaria, dicta cauſa redeat ad ordinarium dictæ Vicariæ.*

75 *Iuriſdictio delegata perpetuatur per iuriſdictionem.*

1 ITem ſenyor que ſia merce voſtra que a algun official ordinari, &c. Caſus. Officiali † ordinario nequit fieri delegatio,nec ipſe cognoſcere vt delegatus de cauſa,de qua poteſt,& debet cognoſcere,vt ordinarius, & ſi contrafecerit pœnam priuationis officij incurrit,& tenebitur parti læſæ in omnibus damnis,& expenſis. Hoc dicit. Et eſt ratio,quia quo ſe ingerit,&c. Item per *l. vlt.ff. de offic.præto.* vbi vide *glo.* & *Doct.* Hodie per capitulationem factam cum Generali Cathaloniæ,
2 & ciuitate Barcinonę *cap.* 5. eſt † prouiſum,quod nulla commiſsio fiat Cancellario, Vicecancellario,aut Regenti Cãcellariam.Sed dominus Rex cum vidit illorum poteſt facere commiſsiones alijs. Dicta capitulatio fuit abrogata per Illuſtriſsimum dominum Regem Petrum Quartum in menſe Ianuarij, anno à Natiuitate Domini 1464.Et diuiditur in duas partes. In prima ponit prohibitionem. In ſecunda ponit officialem contrafacientem.Secunda ibi. *E ſi fabia lo cõtrari.* Nota † quod dixi in ſummario. Item nota,
3 quod vbi mandatur ordinario,vt omnino procedat via iuris,non eſt delegatus,ſecundum *Gui. ff. de inſti.& iure l.ius ciuile*, & eſt tex. *extra. de offic. ordi.cap.licet.* & *cap.graue.* ¶ Vide tex. ibi,
4 *ordinari.* de hoc vide, & repete hic quæ ſcripſi ſupra *collat.6.in curia Montiſſoni.cap.officiales noſtri ordinarij.* ſuper ipſo verbo *ordinarij.* Item nota, quod
5 ordinarius † non datur ad aliquã cauſam ſpecialem. *ff.de iudi.l.cum proponebatur in glo.* Et per hoc
6 videtur,& alias dixi, quod † non valent commiſsiones, quas dominus Rex quandoque fecit Vicecancellario,vel Regenti Cancellariam, de
7 cauſis de quibus alias poſſent cognoſcere,quia † Vicecancellarius, & Regens Cancellariam ſunt
8 ordinarij: poſſunt † tamen ſibi fieri commiſsiones de cauſis regaliarum,vt in *vſat.Simili modo.* & *auctoritate,& rogatu*: de quibus alias non poſſunt cognoſcere: vt Vicecancellarius, vel Regens Cancellariam auctoritate officij ordinarij. Item alia & fortior ratio;quia nemo debet ſibi ipſi mã dare,& de hoc videtur caſus in *l.ſi.ff.de officio prætorum.* vbi *glo.* dat aliam rationem. vnde Cancellarius. Vicecancellarius,& Regens Cancellariã, nullatenus poſſunt ſibi ipſis facere commiſsiones cauſarum, licet aliquando abutantur: & eſt
9 caſus hic,& in *l.præſes.ff.de offi.præſi.* Item † nota, quod ordinaria iuriſdictio defertur à lege, aut à Principe,& vbi ab homine per viam legis ordinaria eſt:vt *ff.de iuriſdict.omnium iudi.l.& quia.* ibi vide *glo.* à Principe data eſt ordinaria,non ſemper,niſi vbi apparet vel natura materię, vel aliter,quod velit dare ordinariam, vt ibi. ¶ Sed an
10 in † dubio videatur dare ordinariam, vel delegatam,vide dicta *l. & quia*. Si dicit quod faciat auctoritate concedentis,eſt delegata: vt in prin. *inſti.* ibi,*auctoritate noſtra.C.de veteri iure enucle.l.2. §.omnia. ff. de iuriſdict. omnium iudi.l. ſolet.de cleri. agro.cap.1.lib.6.& de ſupplen. neg. prala. cap.* 1. & expreſsius *extra.de regula. cap.ea quæ de offic. ordi.*
11 *cap.irrefragabili.* Si † hoc non exprimitur,& cõmittatur vnum negotium vel plura particularia,non dicitur ordinaria: vt *l. certum.ff. de teſtamentu.extra.de reſcriptis.cap.cum aliquibus.lib.6.* Sed ſi conceditur vniuerſitas negotiorum videtur dare ordinariam:vt *l.* 1. *§.cum in vrbem. ff.de offic. præf. vrb.C.vbi & apud quos.l.ſi.Bar.in l.more. ff.de iuriſdict.omnium iudi.* vide omnino ibi *Pe.* qui dicit: aut committit vnam cauſam,aut plures;vbi plures, aut conceſsio eſt perpetua ſub nomine officij,& eſt ordinaria, alias eſt delegata. Et nota,
12 quod † cum ſuperior ſcribit ordinario ſuper his quæ ex ſuo officio poteſt facere,inſtrui videtur ordinarius,& nõ conſtitui delegatus, vt hic, & *extra.de offi.ordi.cap.licet.* & *cap.grauem.* Et ideo
13 non † credo quod Vicario, vel Aſſeſſori poſsit fieri commiſsio de cauſa,de qua alias poteſt ſuo iure ordinario cognoſcere, licet de facto viderim abuti propter ambitionem ſalariorum. Item
14 nota,† quod ordinariam iuriſdictionem dat lex, Princeps, conſuetudo, populus, & vniuerſitas. *glo.* in dicta *l. & quia*, quod dicit de conſuetudine,intellige de conſuetudine populi, qui poſſet illam dare,ſeu vniuerſitatis. vide *Pe.* in dicta *l.mare*, vbi dicit, quod dicitur de conſuetudine eſt verum in voluntaria,non in contentioſa. Sed hoc non tenet ſecundum *Anton.de Butrio.* ¶ Item no-
15 ta,quod † ſunt duæ differentiæ inter ordinariã iuriſdictionem & delegatam:quia ordinaria non expirat morte mandantis,etiam ſi eſſet ad vitam conceſſa. vide *Gui.* in *l. minime. ff. de proconſul.* ſed
16 delegat,ſic re integra. Item † delegatus non ſubdelegat,ordinarius ſic: vt dicta *l. more.* cum *l. ſequens.* Sed † tamen delegatus à Principe poterit
17 ſubde-

ſubdelegare, dicam ſtatim. ¶ Sequitur in text. *veſtre*, ergo in alijs officialibus non regijs nil mutatur: arg. *l. præcipimus. C. de appel.* Sed quid de officialibus Primogeniti, & Gubernatoris? Credo idem quod de officialibus regijs, quia & ipſi Primogenitus, & gubernator ſunt officiales domini Regis, & hoc etiam voluit dicere hic, dum dicit,
18 *que algun*, &c. cum † ergo officiales Primogeniti & Gubernatoris aliqualiter, imo & omnino ſunt officiales Regij; & eadem omnino ſubeſt cauſa, & ratio huiuſmodi prohibitionis, dicam idem in eis, quod in alijs officialibus Regijs. ¶ Sequitur in tex. *no puxa eſſer feta*, ſubaudi, vel per vos, vel alium; & multo minus per ſeipſum: vt *l.*
19 *præſes. ff. de offi. præſid.* vbi † dicitur, quod præſes non poteſt ſe alicui tutorem dare, nec ſe iudicē: ergo ſi de facto fieret contrarium, non valeret; quia per hoc cap. poteſtas & ſubſtantia talis cōmiſsionis tollitur, & ſic non valeret, quod factū eſſet contra prohibitionem huius cap. iuxta notata per *Doct.* in *l. non dubium. C. de legibus.* & ſecūdum *glo. Bar. Butr.* & *Cinum. in auth. decernimus. C. de arbitris.* quod eſt notatu dignum, de hoc dixi ſupra *colla. 7. cap. 1. in verſ. Item nota, quod factum*, & infra *collat. proxi. cap. als procuradors fiſcals.* & *c. quia quandoque.* in fin. ¶ Sequitur in text. *cōmiſsio alguna*, nota verbum *alguna*, ergo nec generalis, nec ſpecialis; nec etiam ſi ſibi ſoli, vel cum alijs collegis poterit fieri, nec acceptari commiſsio, ſiue delegatio alicuius cauſę, vel negotij, & ſubaudi, de qua, vel de quo poſſet ipſe ordinarius iuris ordinatione, ſiue ex poteſtate ordinaria cognoſcere, & hoc probat littera quæ ſequitur: *ans ſolament hage vſar de ſa ordinaria poteſtat*, &c. Et ſic
20 nota, † quod de alijs cauſis, de quibus ipſe officialis non valeret iure ordinario cognoſcere, poterit fieri commiſsio ipſi officiali ordinario, vt puta Vicario poterit fieri commiſsio de cauſa non ſuæ Vicariæ, forte ex cauſa perhorreſcentię vel huiuſmodi, aut de cauſis regaliarum, ex vſat. *Simili modo.* vel ex vſat. *A ſolicitate, & rogatu*, vel alio: de quibus tamquam ordinarius non poſſet abſque commiſsione ſe intromittere, & per hoc præſens cap. limitantur ſupra *colla. 6. curiæ Perpiniani cap. cum non debeat.* & *cap. vt fraudibus.* in quibus cap. dabatur facultas officialibus ordinarijs procedendi ex delegatione in cauſis, in quibus poterunt cognoſcere, licet de illis debeāt etiam tenere tabulam, & nō poſsint capere ſalarium, ſi alias recipere nō poſſent. Item etiam hoc cap. limitatur per *cap. les cauſes dels pubills*, &c. infra *collat.* 11. vbi fit commiſsio Gubernatori de cauſis miſerabilium per Regem à Principatu Cathaloniæ abſentem facta euocatione, iuxta formam ipſius *cap. les cauſes dels pubills.* iuncto *c. ne ex beneficio.* infra *colla. proxi. in curia domini Ferdinandi.* vide & adde quæ dixi ſupra in *cap. cum non debeat.* & *cap. vt fraudibus*, prælleg. Item non obſtat conſtitutio de commiſſarijs inhibendis, infra *colla. 10. cap. Item per tolre vexatio*, quia ibi loquitur de commiſſario cui committitur executio vel vniuerſitas cauſarum: hoc vero loquitur quando vna cauſa vel etiam plures ſingulariter committuntur ad decidendum, & non ad ex-
21 torquendum pecunias fiſcales. ¶ Vlterius † nota, quod delegati inferioris à Principe funditus expirat iuriſdictio, & poteſtas poſt pronunciationem: ideo non poteſt ſuam ſententiam nullam reuocare, & iterato de ea pronunciare ſeu cognoſcere, ſecūdum *Bar. ff. de re iudi. l. à diuo Pio.* vide *Henr. extra. de officio dele. cap. in litteris.* ¶ Itē
22 nota, quod † inferior à Principe ſubdelegat nudum articulum ſine iuriſdictione, ſecundum *Iac. de Aren.* in dicta *l. à diuo Pio.* vide *Doct.* in *cap. cum Bertoldus. de re iudi.* & *de offi. dele. cap. ſuper quæſtionum. §. verum.* & *§. porro.* Sed † an delegatus habeat notionem vel iuriſdictionem, vide *glo.* quod habet iuriſdictionem, in *l. ait prætor. ff. de re iudi.*
24 Item † de voluntate partium delegatus poteſt dici arbiter, ſecundum *glo. de re iudi.* in *l. à diuo Pio.* vide *2. q. 6. cap. a iudicibus.* & *§. ſequenti.* Item
25 nota, quod † delegatus vt cauſam audiat, non poteſt cauſam decidere: vt *ff. de offi. proconſul. l. ſolent*, & tales ſunt relatores in Audientia Regia, &
26 Gubernatorū. Item nota, † quod delegatio appellatur mandatum, & tamen nemo poteſt ſibi ipſi mandare; ergo nec delegare: vt *l. fin. ff. de offic. prætorum.* vt in dicta *l. fin.* & *l. ſolent.* in prin. & in
27 §. 1. Et eam † non ſubdelegat; ſi tamen patitur ſuperior delegans, valet ſubdelegatio: quaſi ab eo ſit delegatus. *ff. de exercito. l. 1. §. magiſtratus.* Et cum ſpeciali poteſtate ſubdelegandi poteſt ſubdelegare. *ff. de exercito. l. 1. §. magiſtrum*, ſecundum
28 *Gui.* ¶ Item nota, † quod ea quæ ſunt meri imperij, vel mixti, de iure ciuili non delegantur etiā quoad cognitionē, nec quoad vnū articulum etiā pro teſtibus recipiendis: vide quæ notātur ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcino. cap. 14. Item quod aliquis iudex noſter*, adde infra *eod. verſ. Item nota, quod de-*
29 *legatus principis.* Et quæ † dicantur meri, vel mixti imperij, dixi ſupra *collat. 2. in 2. curiæ Barcino.*
30 *cap. 11. Et reſtituimus.* Fallit † in legato Proconſulis, cui auditio talis committi poteſt, ſed non determinatio: vt *ff. de offic. proconſul. l. ſolent.* Sed ta-
31 men de † iure canonico gladij poteſtas delegari poteſt, quia clerici per ſe ipſam exercere non poſſunt. allegat *Bar. extra. de rapto. cap. in Archiepiſcopatu.* vide melius *de offi. ordi. cap. ſedem.* Ratio; quia clerici per ſe actualiter non poſſunt exercere. *glo. ff.* & in *Spe. tit. de iuriſd. omnium iudi. verſ. Et nota, quod Epiſcopus.* & *Bal. ff. de offic. proconſulis.*
32 *l. ſolent.* ¶ Item † nota, quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt delegare vices ſuas: vt in *Cle. 1. §. verum. de hæreticis. gloſ. ipſo.* alias eſt ſuper verbo *conſenſum.* & vide ibi *Gemi.* & *Ioan. de Imo-*
33 *la.* ¶ Sed † quæro an poſsit iudex in totum delegare reſeruata primo ſententia? g. o. quod non in *l. nec quidquam. §. vbi decretum.* & in *l. omnia. ff. de regu. iuris.* niſi ſaltem teſtes audiat in *auth. ad hæc. C. de iudi.* Canoniſtę contra in *cap. ſuper quæſtionū.*

de

Digitized by

de offi.dele.Pe. dicit quod & hoc procedit de iure ciuili, vt iudex posſit in totum committere etiam ſibi nihilo reſeruato. allegat *l.1.ff.de offic. eius cui man.eſt iur.C.de pœda.iudi.l.2.* nota ibi illã *auth.*ad hæc,quia non loquitur de delegato, ſed
34 de aſſeſſoribus. Item † nota,quod quædam ſunt exigentia cauſæ cognitionem, & decretum, ſeu decreti interpoſitionem,& illa non poſſunt delegari.vt in §.*vbi decretum.*Quædam,quæ ſummariam cauſæ cognitionem requirunt, & decreti interpoſitionem,hæc poſſunt delegari.Quædam, quæ plenariam cauſæ cognitionem requirunt,& ſententiam diffinitiuam, & quia aditur iure actionis ciuilis; & hæc poſſunt delegari quando eſt iuriſdictionis, ſecus ſi ſint meri imperij, vel mixti:vt *ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſdictio.l.*1.in prin. Quædam,quæ ſummariã cauſæ cognitionẽ requirunt, & ſententiam diffinitiuam, & tales poſſunt delegari,ſecundum *Pe.de offi. proconſul.l. nec quidquam.*§.*vbi decretum.* ¶ Quare cauſæ meri & mixti imperij non delegantur, ſecundum ius ciuile Romanorum; & tamen delegantur ſecundum ius canonicum, quod † dicitur æquius.vi-
35 de *Bal.*qui dicit,quod æquius dicitur ius ciuile, in alleg. §.*vbi decretum.*3.*colum. verſ. Sed legiſta.*
36 Sed † de datione tutelæ an competat iure magiſtratus,& an ſit delegabilis,vide *ff.de offic. eius cui man.eſt iur. l.* 1. ¶ Præterea nota,quod Princeps †poteſt delegare ea quæ ſũt meri, & mixti
37 imperij:qua non habet à lege, vel Senatusconſulto ſpecialiter commiſſa,cum ſit ſupra legem; ergo delegat. ad hoc *l.*1. *C. de precibus Imperatori offe.* & ibi *Cinus.*& *C.vbi ſena.vel cla.l.ſi.* ſecũdum *Gui.* in *l.*1. *ff.de offi.eius cui man.eſt iur.* & *glo.* in *l.* 1.*C.ne lice.pote.*ſed *Butrius contra in l.à iudice.C.de iudi.* ¶ Item† nota,quod delegatus Principis ad
38 cautam meri imperij poteſt ſubdelegare: quia non tribuitur â lege,vel Senatusconſulto . Item
39 cum † ſemel delegata eſt,alterata eſt natura . & facta eſt de natura delegabilium , ideo illa delegari poteſt.ad hæc alleg.*l.pater.*§.*quindecim.ff. de legatis tertio.ff.ad l.fal. l.Stichum.* Et nota *C. de prædijs.*4.*l.*4.& tenet *glo.C.qui prohiba iuriſd. l.* 1. *ff. de re iudi.l.à diuo Pio.*in *l.omnia.ff.de in integ.reſti.* & *ff. de reg.iur.l.omnia.* hoc tenent *Bar.* & communiter omnes;licet *Petr.*& *Mar.*contra, quaſi videretur Princeps propter magnitudinem elegiſſe induſ-
40 triam perſonę. ¶ Item † etiam nota,quod licet in caſu abſentiæ quæ ſunt meri, vel mixti imperij poſſint delegari;non tamen poſſunt ſubſiſtẽte alio impedimento:tex.*ff.de offic.eius cui.l.* 1.*C. de pœda.iudi.l.placet*,tenet *Gui.* in dicta *l.* 1. tenet tamen,quod in caſu infrà mitatis poteſt;quia tũc vere habetur pro abſente, & hæc omnia quando
41 impeditur multitudine aliarum cauſarũ Sed † ſi impeditur multitudine ſimul,um cauſarum, poteſt delegare,allegat.*ff.de ex.tu. l.ſed milites.*in prin.& *ff.de rebꝰ aup.l.non ſolum.*§.*decurio.C.de bo.*
42 *quæ l.l.*2.§.*penult.* ibidem *Gui.* Et idem † quando impeditur,quia fuit prius aduocatus in cauſa,ſecundum *Angel.*in *l.prætor.ff.de iuriſd.omnium*
43 *iudi.*Sed † cauſę mixti imperij,cum cauſa committuntur,ſine cauſa non,ſecundum *Gui.* in *l.* 1. *de offi.eius cui man.eſt iur.*alleg.*l.cognitio. eod.tit.* & *C.de pœda.iudi.l.penul.*& *ff.de tranſact.l.cum ij.*§.*prætor.ff.ad Trebel.l.*1.§.*abolitio.*& in prælleg. §. *vbi*
44 *decretum.*& in *l.omnia.de re.iur.* Et † eſt cauſa legitima abſentia, quia & hæc ſufficit in mero im-
45 perio. Item † cuiuſcumque cauſę multitudinis occupatio,vt dicta *l.placet*,& vide *Gui.* in dicta *l.* 1. *de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.* & etiam qua fuit aduocatus: vt dicta *l. ſi prætor.*alias *præ-*
46 *tor.ff.de iuriſdict. omnium iudi.* Item nota, † quod cauſæ meri imperij etiam in caſu quo delegari poſſunt,non tranſeunt in generali commiſsione. *ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſd. l.*1.§.*huius rei*, ibi, *ex hac cauſa.*& in *auth. de collat.* §.*prohibemus colla.*
47 & per generalem regulam, quia † in generali commiſsione non veniunt multum præiudicialia.*ff.de procur.l.Pompon.*in prin.dicit *Gui.*in dicta *l.*idem *Butri.*in *l.man.eod.tit.*& eſt caſus in *l.cogni-*
48 *tio.eod.tit.*per locum à ſpeciali. ¶ Sed † an credatur litteris iudicis, qui in delegãdo dicit ſe impeditum,vel oporteat aliter probari impedimentum? *Gui.* dicit quod ſtetur litteris in dicta *l.*1.admitteretur tamen probatio in contrarium.vi-
49 de ibi.Sed † quod dicitur in caſu abſentię poſſe cauſas meri imperij delegari,eſt verum quando abſentia eſt neceſſaria,ſecus ſi voluntaria.*glo. Petr.*& *Bar.*in dicta *l.*1. *ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.*& in *authen.vt nulli iudi.*in prin.*collat.*9.Et reuerſo delegante,ſtatim expirat iuriſdictio abſque alia reuocatione,ſecundum *Petr.*& *Bart.*ibi.
50 ¶ Item nota,quod † cauſa cognitionis de ſuſpecto delegatur,& in ea ſpeciale propter pupillorum vtilitatem.*l.cognitio.ff.de offic.eius cui mand.eſt*
51 *iuriſd.*& an † datio tutelæ poſsit delegari, vide
52 ibi.Item nota,quod præbere† auctoritatem cauſa cognita eſt indelegab.le;imo nõ delegatur poteſtas auctorizandi in adminiſtratione vel alienatione ſine decreto.*ff.de offi.eius.l.mandata.* ¶ Itẽ
53 quæ † ſunt mixti imperij, bene committuntur nudo executori,licet non delegentur. *gloſ.*& *Pe.*
54 in *l.*1.*ff.de iuriſd.omnium iudi.* ¶ Itẽ † nota,quod delegatus Principis poteſt punire ręſtes. vide *Bar.*in *l.à diuo Pio.*& *Doct.*in *cap. querelam. extra. de offi.dele.*Et ex † officio quatenus venit in cõſequentiam cauſæ ſibi commiſſæ poteſt delinquentes,& extraneos ſuam iuriſdictionem impedientes punire,nec haberet recurrere ad ordinariũ;in inferioribus autem delegatus poſſet habere modicam coertionem, vt capiendo pignora, & mulctando;ſed in maioribus, vt tãgere perſonas,vel aliam coertionem opinor,quod recurratur ad maiorem;vide latius per *Hem. ſuper extra. de offi.dele.cap.*1.& adde notata per *Bar.*in *l.ſi quis*
56 *obrepſerit. ff. ad l. Cor. de fal.* ¶ Viterius † nota, quod actus ſententiæ interloquutoriæ poteſt per alium nudum executorem proterri , licet ſecus in diffinitiua. *gloſ.* ff. *de arbi.l.diem proferre.* Sed

Digitized by Google

57 arbiter † non poteſt cauſam delegare. *eod. tit. l.*
58 *non diſtinguemus.* ¶ Item nota,† quod licet delegatus inferioris à Principe non poſsit realem executionem facere,poteſt tamen verbalem; vt in *auth.de exhi.reis.§.ſin vero,*ſecũdum *Petrum* in *l.*
59 *qui reſtituere.ff.de rei ven.* ¶ Item† nota,quod delegatus,cui eſt commiſſa cauſæ cognitio, poteſt pronuntiare:*C.ſi contra ius vel vti.pu. l.præſcriptione.*vide ibi text.& *glo.*in contrarium *ff. de procur. l. ſi quis procuratorem.* vide *Bar.* in *l. à divo Pio.* &
60 *Anto.de Butrio* in *cap. ſuper quæſtionum.* ¶ Item † nota,quod in cauſa criminali non licet impetrare delegatum, in ciuili ſic, vel negligente ordinario, licet eo non negligente non valet impetratio:idem ſi fuerit ſuſpectus. 5.*quæſt.*5.*can. quia ſuſpecti.Cinus* in *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet.* vide in *l.in criminali. C.de iuriſd.omnium iudi.* & *l. ſi quando.*in *authen. ſi tamen de dilat.*& in *auth.vt diffe.iudi.§.*1.& in *auth.de man.prin.§.ſi tibi quoque. de delegatis ad vniverſitatem cauſarum.* vide *Gui.C.de iudi.l.à iudice.* Item datus auditor, vel
61 cui † cauſæ audientia committitur, non poteſt
62 ſententiare.*C.vbi ſena.vel clar.l.*2.& talis † dicitur relator in hac patria:vt in *cap.los ſalaris.curiæ domini Ferdinandi.* infra *colla. proxim.* Sequitur in text. *ab conſell de ſon aſſeſſor.* vide & adde ſupra *colla.*3. *curiæ Monteſſoni cap.* 3. *Item concedimus.* §. *Item quod non audeat.*Et ſubaudi hic,niſi fuerit iuſte recuſatus vt ſuſpectus;quia tunc poterit ipſe
63 aſſeſſor † ſuſpectus remoueri,& dari vel adiungi alius,quia ſuſpecti iudices eſſe non debent.vt 3.*q.*5.*cap.*1.Et quod dicit,*de ſon aſſeſſor*, intellige de ordinario aſſeſſore, ſi habet, alias quod ipſe officialis ordinarius ſibi aſſumat.Et hoc niſi per dominum Regem in littera commiſsionis iam darentur aſſeſſores vel conſiliarij, quia cum illis tunc procederet. verbi gratia Rex ſuo Vicario committit,& mandat fieri executionem ſententiæ Regiæ cum conſilio *A.*& *B.* legum doctorũ, certe hoc caſu Vicarius, non vt delegatus auctoritate dictæ commiſsionis, quæ hic fieri prohibetur, ſed auctoritate ordinario cum conſilio illorum doctorum procedet, quia valet datio aſſeſſorũ, licet non valeat cõmiſsio facta ordinario,quia vtile per inutile non vitiatur, &c. ¶ Sequitur in tex. *E ſi fabia lo cõtrari,*ideſt ſi vtebatur cõmiſsione.& poteſtate delegata in cauſa,de qua poſſet cognoſcere, & iuriſdictione ordinaria. ¶ Sequitur in text. *ſia haut per priuat de ſon offici.*
64 ſubaudi,non ipſo iure,ſed † per ſententiam;iuxta notata ſupra *colla.*6. *in curia Perpiniani cap. hac noſtra,*ſuper verbo *careat.*vide ibi.vel dic, quod ipſo facto habetur pro priuato: quia nihil valet quod agitur auctoritate delegationis,& quia ver
65 bum *ſia haut* eſt executiuum.vide infra in *pragm. Regis Ferdinandi cap.quoniam legum fructus.* Sequitur in tex. *è tengut a la part de qui ſera interes a totes meſſions,*&c.de huiuſmodi expenſis vide quę dixi ſupra *eod. cap. Item per tolre vexacions.* ſuper verbo, *les deſpeſes*, & quę notantur per *Archi.in Roſario* 2.*q.*1. *cap. in primis.* ¶ Sequitur in text. &
66 *damnatges*. Nota, † qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur:*l. qui occidit.* §. *in hac. ff. ad l. Aquiliam.extra.de homicid.cap.de cetero.* ¶ Et
67 nota,quod regula eſt, quod vbi † eſt damnum, & nõ cadit in *l. Aquiliã.*& datur actio in factum. *ff.ad L.Aquiliam.*§.*ſi ſeruum meum.*§.*ſi.*Et eo quod damnum eſt datum,præſumitur culpa datum. *ff.*
68 *eod.l.ſi quis fumo.*§.1. ibi *glo.* ¶ Si † damnum eſt datum in frumento, quando eſt in herba, an fiat emenda ſecundum æſtimationem herbæ, vel pro valore frumenti, vide *Cinum* in *l.de petitionibus.C.*
69 *de lege Aquilia.* ¶ Item † nota, quod damnum ſentit,qui lucrum,vel commodum amittit: *ff. de legatis primo. l. non amplius.* & *ff. ne quid in loco pu.*
70 *l.*1. ¶ Item † damnum datum in dubio præſumitur eſſe factum à vicinis *l. ſi ita teſtamento. ff. de*
71 *fundo inſtruct.& inſtru.le.* ¶ Si † plures equi currendo inuicem obuient,quis teneatur emendare, vide caſum *ff.ad l. Aquiliam.l.ſi.*Item nota, quod
72 non † licet inferre moleſtiam,vel damnum animali inuento paſcere in proprio, de iure communi;vt ff.*ad l. Aquiliã.l.qui ius.*& clarius in §.1. poteſt tamen ipſum eijcere ſiue expellere, ſed non licet includere: ibi eſt caſus clarus:ſecus eſt ſecundum generales conſtitutiones Cathaloniæ: vt in conſtitutione pacis & treugę dominĩ Regis Petri edita apud Ceruariam,quæ incipit, *Anno Domini* 1202. §. *inſuper etiam.* vbi cauetur,
73 quod † ſit licitum cuilibet, vt ſi inuenerit animalia aratoria, ſiue quælibet alia in ſuo maleficio,quod vulgariter dicitur *tala*, ea poteſt capere,& tamdiu tenere,donec ſibi cautum ſit, & ſatisfactum à dominis animalium:de hoc etiam notat *Gui.in Spe.tit.de actore.verſ. Sed pone,inuenio pecudem.* vide etiam *Roff. in libello iuris ciuilis in* 4. *parte tit.de offic. iudi. quod datur in ciuilibus cauſis pro vſu aquæ.*& in *tit.de actione de paſtu pecorum.* & per *Bar.*in *l. ratis.* ff. *de incen. rui.nau.* & per *Ioan. Fabri.inſti.ſi quadrupes pau.feci.dicatur.* adde notata per *gloſ. extra. de iniurijs.cap.ſi laſerat.*vide etiã *Albertum de Cremona in ſuo tractatu maleficiorum. tit.de pœnis maleficiorum.* §. *Item pone, inueni ego pecus.*adde etiam in *quarta parte Spe.tit.de iniurijs.*§. *ſequitur.verſ.Sed quomodo æſtimabit.* & vide ibi libellum in *verſ.Porro.*& in *Gotis lib.*7.*tit.*3.*cap.*13. & *cap.*15. Fallit in caſu neceſsitatis in itinerante, vt in *feudis.de pace iuramento firmanda.* in *l. hac edictali.*§.*quicumque per terram.* Facit *extra. de furtis cap.* 1. ¶ Pone, † Gubernator exiſtens infra
74 Vicariam euocauit ad ſe cauſam,quæ ducebatur coram ordinario ciuitatis, demum illam commiſit decidendam. Iſte delegatus cœpit cognoſcere
75 de cauſa ipſa, & per † citationem partis extitit perpetua iuriſdictio ſibi delegata:vt *extra.de offi. dele. cap. gratum.* & *cap. relatum in antiquis.*& *cap. quamuis.eod.tit.lib.* 6. Poſtea Gubernator recedit à Vicaria.Quæro an dicta cauſa reuertetur ad ordinarium? Quod videtur per *cap.præterea,quia per reſeruationes,*ſupra *curia Ceruariæ,colla.*6.ibi,dum dicit

dicit, *ſic tamen quod confeſtim quod ipſi exceſſerint*, &c. In contrarium videtur, quia certũ eſt quod gubernator exiſtens infra Vicariã poteſt ſuã iuriſdictionẽ libere exercere per dictũ *cap.* ibi, *dũ præſentes fuerint*, &c. & delegare eſt pars iuriſdictionis: vt *ff. de iuriſd. omniũ iudi. l.* 3. in fi. ergo indubie fieri valuit ipſa cõmiſsio, & quia extitit legitime perpetuata, patet ꝙ etiã per obitũ delegantis nõ extingueretur: vt dictis *c. gratũ & relatũ.* & *eod. tit. c. ſi delegatus*, in *Rub. lib.* 6. ergo multo minus debet extingui per receſſum ipſius delegãtis. Nõ obſtat dictũ *c. præterea*, quia non cõprehẽdit hũc caſum, qui eſt omiſſus, ergo videtur iuri cõmuni relictus: quia ꝙ nõ mutatur, ſtat: *C. de app. l. præcipimus.* ſecus tamẽ eſſet, ſi, quãdo Gubernator recedit, iuriſdictio delegati non foret perpetuata, quia non cenſetur efficaciter tranſmiſſa: vt dicto *c. quãuis*, tunc enim per receſſum delegãtis re integra non procedet delegatus: vt *extra. de offic. deleg. cap. licet vndiq.* & ſic rediret ad ordinariũ, qui non poſſet tunc inhiberi per Gubernatorẽ exiſtentẽ; ſicut poſſet inhiberi per delegatũ, qui iuriſdictionem perpetuaſſet. Et hæc vera credo, licet quidam contra: vide & adde quæ ſcripſi in dicto *cap. præterea.*

De commiſsione ordinationis Cancellariæ Regiæ. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Commiſsio ſuper ordinanda Curia, Audiẽtia, ſeu Cancellaria domini Regis fuit olim facta, ſed hodie non tenet.*
2 *Ex inordinatis ordinationes iuſtæ elici non poſſunt.*
3 *Caput vbi dolet, cætera membra dolent.*
4 *Iuſtitia citius debet expediri, ne litigantes nimium afficiantur laboribus, & expenſis.*
5 *Si ſeruantur male leges, conſtitutiones, & iura; fruſtra quæritur tota die fieri curias & conſtitutiones.*
6 *Principes vtinam curarẽt in miniſtros iuriſperitos doctos & timentes Deum, & prauaricantes punirent; & bonos, ac qui rectè gubernarẽt, premiarent de publico.*

1 *ITem com per gran deſordinacio quiere vuy, vn la voſtra Audientia*, &c. Hoc cap. hodie † non tenet, & continet commiſsionem factam quibuſdam hic nominatis ſuper ordinanda Curia, Audientia, ſiue Cancellaria domini Regis. Et tamen adhuc non eſt ſufficienter prouiſum, peccatis noſtris exigentibus. Sed ex iſto cap. nota, † quod
2 ex his quæ inordinata ſunt, non poſſunt iuſtę ordinationes elici: ſic *extra. de accu. cap. qualiter, & quando. in* 2. Item nota, quod † quando caput dolet, cętera membra dolent. vnde *Eccl.* 10. *c. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Itẽ nota, ꝙ
4 iuſtitia † debet quam citius poteſt expediri, ne litigantes nimium afficiantur laboribus, & expenſis: vt *extra. de re iudi. c. iurgãtium.* Ad quæ parum attendunt curiales qui non curant niſi vt ex litigijs aliorum ditentur. Sed prohdolor hodie vnuſquiſq. non dubitat ad bona alterius anhelare, & non ſeruatur præceptũ, *Non concupiſces*: ad quod facit *Cle. frequens.* & ibi nota *Ioan. de Imol.*
5 *extra. de exce. præla.* Sed † quia male ſeruantur leges, conſtitutiones, & iura, quæ iam ſufficienter emanarunt, ad quid quærimus tota die fieri curias & conſtitutiones: quia ita parum ſeruabuntur arg. *extra. de præſump. c. ſcribam et.* ? Vtinã † curarent principes, & illi quibus hoc ex officio cõpetat, quod eligerent probos, ſcientificos & expertos homines iuriſperitos bonæ cõſcientiæ, & qui odiſſent auaritiam, & tales ſi per ſordes prævaricarentur, grauiter punirentur, & boni qui bene ſe haberent in regimine, præmiarentur de publico, & eis honor debitus impẽderetur: arg. *extra. de app. c. vt debitus.* & *ff. de iuſti. & iur. l.* 1. adde quæ ſcripſi ſupra *ead. c. Item ſenyor quels Cãcellers, & Vicecancellers voſtres*, &c. vide in *Exodo. cap.* 18. ibi, *Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam*, &c. adde quæ notantur infra *colla. proxi. cap. vt autem hæc ſtatuta*, ſuper verbo, *probata fame, & conſcientiæ.* vide quæ ſcripſi ſupra *ead.* in *cap. Item ſenyor com ſegons*, in fin. & vide in *Gotis.* circa prin.

De mutuo centum quinque millium florenorum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Caſtra & villæ Comitatus Empuriarum fuerunt impignoratæ per Regem Martinum.*

1 *ITem ſenyor ſia voſtra merce per ſguard dels dits cẽt y ſinch mil florins*, &c. Hoc † capitulum cum ſequentibus continet contractum mutui, & impignoramenti inde facti de Caſtris, & villis Comitatus Empuriarũ hic nominatis ſub certis proteſtationibus hinc inde factis; vide per te, quia ſatis larga ſunt, & parum proſunt iuriſperitis. Et ſic explicit curia, & collatio domini Regis Martini, de qua non habeo Kalendarium; ſed fuit facta ante conquęſtam Regni Sardiniæ, quæ fuit facta per ſereniſsimum dominum Martinũ Iuniorem, & Primogenitum Aragoniæ, Regemque Inſulæ Siciliæ, quę conquæſta fuit facta anno â Natiuitate Domini 1409. pro qua ſeruierunt dicti centum & quinq. mille floreni, qui adhuc debentur, & non ſunt perſoluti, &c. Deo gratias.

De officio & ſecuritate aſſeſſorum Gubernatorum. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſores Gubernatorum Cathaloniæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ debent præſtare ſacramentum, & homagium, antequam ſuis vtantur officijs.*
2 *Gubernator in defectum aſſeſſoris poteſt creare Locumtenentem aſſeſſoris.*
3 *Appellatur a ſententijs diffinitiuis & interloquutorijs tormentorum latis per Gubernatorẽs de conſilio aſſeſſorum in criminalibus, niſi delatus eſſet diffamatus, & perſona prauæ vitæ. idem nn.* 10.
4 *Gubernatores prohibentur ſignare litteras iuſtitiæ tangentes intereſſe partis in iudicium deducibile.*

Digitized by Google

5 *Vt torqueatur quis, ollo requiruntur. remiſſiue.*
6 *Interloquutoria ſententia requiritur ad torquendũ, ſiue procedatur ad inſtãtiã partis priuatæ, ſiue ex officio.*
7 *Supplicari an poſsit à ſententia tormentorum lata per Principem, traditur.*
8 *Aſſeſſor tenetur ſequi & comitari officialem, & iudicem, cuis aſsidet, ſecus eſt in iudice.*
9 *De gubernatorum iuramento, & homagio aſſeſſorum. remiſſiue.*
10 *Ad iura communia non recurrimus, quamdiu reperitur deciſio conſtitutionis vel aliorum iuriũ patrie.*

1 ITem com poch valria poſar è fer ordinacions en voſtra Audientia, &c. Caſus. Aſſeſſores † Gubernatorum Cathaloniæ, & Roſsilionis, & Ceritaniæ habent præſtare iuramentum, & homagium, ſicut de Cancellario & Vicecancellario domini
2 Regis fuit ſtatutum. Et † in defectu aſſeſſoris poſsunt ipſi Gubernatores ponere Locumtenẽtẽ, qui ſit bonus iuriſperitus, & idoneus, & morigeratus, & præſtet prius quã vtatur ſimiliter iuramentũ, & homagium, de cuius aſſeſſoris, vel Locumtenentis conſilio Gubernatores ipſi habent proferre ſententias diffinitiuas, & interloquutorias tormentorum, ſeruatis conſtitutionibus Cathaloniæ, & alijs iuribus. Secus acta ſunt ipſo iure nulla, tanquã facta per perſonã priuatã,
3 & pro tali venirent puniendus. Et † appellationes, quæ à dictis ſententijs emittentur, debẽt admitti, niſi perſona delati appellantis eſſet diffamata perſona, & prauæ vitæ, antequam fierent illa crimina, de quibus delatus exiſteret: de qua infamia & praua vita habet cõſtare per ſummariam informationẽ inde receptã: † prohibentur
4 etiam ipſi Gubernatores ſignare litteras iuſtitiæ tangentes intereſſe partis in iudicium deducibile, ſicut de domino Rege fuit ſuperius in *1. c. huius curiæ* ordinatum. & idem ſeruatur in generali Locumtenente, & Primogenito, vt ſupra *ead. c. primerament.* Hoc dicit. Et diuiditur in partes ſeptẽ, ſecũda eſt ibi, *& non per alguna neceſsitat*, tertia eſt ibi, *declarar quels dits Gouernadors*, quarta eſt ibi, *E ſi lo cõtrari*, quinta eſt ibi, *dels quals ſentẽcias*, ſexta eſt ibi, *de la qual infamia*, ſeptima & vltima eſt ibi, *E quels dits Gouernadors*, alias, *portants veus*, &c. vſque in fi. quia eſt hic ſimpliciter reſponſio, *Plan al ſenyor Key*. Notat *Henr. Boich extra. de reg.*
5 *iur. c. cum in cõtemplatione*. circa fi. octo † quę requi-
6 runtur antequam quis torqueatur. Et † inter alia dicit quod requiritur interloquutio, quod tamẽ intelligit quãdo agitur ad inſtantiã partis; ſecus quando agitur ex officio, quia tunc non requiritur tanta ſolemnitas, nec interloquutio. *ff. de quæſtionibus. l. Annus.* in fi. & ita poſsunt intelligi conſtitutione, quæ de tormentis loquuntur: tamen practicatur quod etiam quando agitur ex officio fertur interloquutoria ſententia, quod eſt tutius, & ſeruatur etiam in audiẽtia, & curia principis.
7 Quæro, † an ab interloquutoria tormentorũ per principẽ lata poterit ſupplicari? Credo quod ſic, ſaltem in criminibus, in quibus iura non prohibent appellari: ſuper hoc vide quæ ſcripſi ſuper vſat. *Iudicium in curia datum*. Sequitur in tex. *los*
8 *quals aſſeſſors hagen a ſeguir*. Nota † hic caſum expreſſum, quod aſſeſſor tenetur ſequi, & concomitari officialem, & iudicem cui aſsidet, ſecus eſt in iudice, vt dixi ſupra *collat. 4. curiæ Gerundæ c. 28.*
9 vbi agitur de aſſeſſore Villæfranchæ: ſed † de iuramento gubernatorum, & homagio aſſeſſorũ dixi ſupra *coll. 4. curiæ Gerundæ c. 20. Itẽ ſtatuimus & etiam ordinamus, quod de præſenti procur. generalis.* & infra *colla. proxi. c. la conſtitucio feta*, vbi fere idem quod hic cauet, adde quę dixi ſupra *coll. 6. curiæ Monteſſoni. c. licet Vicarius.* in *primo nota*. Sequitur in text. *ſeruant les conſtitucions de Cathalunya.* & ſubaudi, præcipue illam quę eſt ſupra *colla. 6. in curia Ceruariæ. c. in primis.* cum ſuis concor. & quod hic ſubijcit, *& altres drets*, ſubaudi, ſcilicit, in defectu iurium patriæ: quod dic vt dixi ſupra *ead. c. Itẽ ſenyor quels Cancellers.* & infra *coll. proxi. c. per tal que les leys.* & infra *coll. 10. c. aſſats es coſa ridiculoſa.* ¶ Sequitur in tex. *E ſi lo contrari fa hia com es lo gouernador procebint ſens, o contra conſell del aſſeſſor.* vel forte reſpicit aſſeſſorem tantum, ſi non præſtitis iuramento, & homagio vtetur, verius credo, quod vtrũq. reſpicit. Sequitur in tex. *per aytal*, &c. & *per aytal ſia punit.* hoc intellige: vt dixi ſupra *coll. 4. in 3. curia Barcino. c. 16. Itẽ ordinamus ſuper capitulis.* & ſupra *ead. c. Itẽ ſenyor quels Cancellers.* in fi. ¶ Sequitur in tex. *bagen eſſer admeſes.* ſubaudi, cũ effectu deferendo, & dando Apoſtolos dimiſſorios, & reuerentiales, nec credo q̃ tali caſu Gubernator ſuper tali appellatione det iudicem delegatum etiam principe extra Cathaloniam exiſtente: vt dixi infra *coll. proxi. c. ne ex beneficio. §. & ne inde naſcantur.* ſuper verbo, *extra ſuam propriam Vicariam*, poſt pragmaticam ibi inſertam. Et dic *admeſes*, ſcilicet in canonibus, vbi à iure non eſt prohibitum, de quo *extra. de app. c. Romana. §. Si autem poſt ſententiam.* pro hoc facit, quia dixit ſupra, *ſeruant les conſtitucions & altres drets*, ſed vbi alias de iure eſt appellatio ad-
10 mittẽda in criminali, debet † per gubernatores hic admitti, niſi alias eſſet perſona diffamata: & ita vilitas perſonæ aufert ſibi beneficiũ appellationis, vt hic. vide ſupra, & adde quę notãtur *2. q. 6. c. ſunt quorum.* & *C. quorum app. non reci. l. 2.* & *ff. de app. l. conſtitutiones.* Sed tutius eſt inſeruire litterę, vt iacet de plano, ſcilicet, vt ſemper admittatur appellatio in criminali, niſi fuerit vilis
11 perſona, & diffamata, vt hic dicitur, quia † non recurrimus ad iura cõmunia quãdiu reperitur deciſio cõſtitutionis, vel aliorũ iurium patrię; vt in alleg. *cap. per tal q̃ les leys.* vide ibi, & in concor. In tex. ſuper verbo *ſũmaria*, ſubaudi ſaltẽ, quia idẽ, & fortius ſi alias per plenã inquiſitionẽ, vel per propriam confeſsionem, aut per remiſsiones de criminibus alijs pridem obſtante cõſtaret de infamia & mala vita delati ex alijs delictis per eũ commiſsis, priuſquam forent facta crimina, ſuper quibus modo fertur ſententia.

SEQVITVR

SEQVITVR NONA COLLATIO, CONTINENS generales conſtitutiones editas per Illuſtriſsimum dominum Regem Ferdinandum bonæ memoriæ patrem domini noſtri Regis Alfonſi Quarti Dei gratia fæliciter nunc regnantis in curia generali Barcinonæ, Anno à Natiuitate Domini 1413. celebrata: quarum conſtitutionum prima ſic incipit.

Proœmium & prima conſtitutio curiæ ſereniſsimi Regis Ferdinandi.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones ſuper blaſphemijs puniendis cõfirmãtur.*
2 *Nomen Domini in principio cuiuslibet boni operis eſt humiliter inuocandum.*
3 *Deus Optimus Maximus eſt ſuper omnia diligendus, & eius honor cunctis rebus præferendus.*
4 *Honoris materia remiſsiue.*
5 *Blaſphemus punitur de iure diuino nõdum pœna mortis, verum etiam, vt eius domus deuaſtetur.*
6 *Iramentũ eſt licitũ, vbi iuratur in neceſsitate honeſte, & cum veritate per Deum, & eius ſacra quatuor Euangelia.*
7 *Iramentum illicitum eſt, quando iuratur præter neceſsitatem.*
8 *Iuramentum reprobatum dicitur iurare enormiter per membra Chriſti, & eius genitricis Mariæ, vel Sanctorum, aut quando blaſphematur.*
9 *Iuramentum obligat in forma ſpecifica.*
10 *De practica iuramenti iudicum. remiſsiue.*
11 *Ignorantia excuſat à pœna requirente dolum. & n. 23.*
12 *Periurium requirit dolum.*
13 *Ignorantia iuris excuſat à dolo. & an & quando excuſet à delicto. remiſsiue. & num. 14. declaratur.*
15 *Lata culpa non æquiparatur dolo in maleficijs.*
16 *Ruſticitas, ignorãtia, & imperitia excuſant à pœna poſitiua.*
17 *Faciens contra ius in dubio cenſetur facere plus ex culpa.*
18 *Error potius quam malitia præſumitur propter nimiã ſimplicitatem.*
19 *Poteſtas facilius excuſatur ab ignorantia, quam eius aſſeſſor.*
20 *Ignorantia probatur coniecturis, & alijs modis pronunc. 30.*
21 *Imprudentia proprie denotat ignorantiam.*
22 *Simplex dicitur, qui factum proprium ignorat.*
24 *Ignorantia facti peritiſsimos ſæpe fallit.*
25 *Ignorantia non excuſat circa ea, quæ ſunt quotidiana.*
26 *Ignorantia quæ excuſet à pœna. remiſsiue, & quæ excuſet à peccato, & quæ non. nu. 27.*
28 *Statutũ an valeat, quod ignorãtia non poſsit allegari.*
29 *Ignorantia cauſata ab aliquo fundamento affirmatiuo probari debet.*
31 *Ruſticitati parcitur ratione contumaciæ.*
32 *In delictis in omittendo parcitur ruſticitati, ſexui, & ætati.*
33 *Tollerabiliter ignoratur quod fit in multitudine hominum, vel de nocte.*
34 *Ignorans & ſciens ius quandoque pariter puniuntur.*
35 *Ignorantia facti præſumitur in pupillo & minore.*
36 *Ignorantia in facto proprio non eſt tollerabilis.*
37 *Ius ligare ignorantes procedit in iure ſcripto, non in iure non ſcripto.*
38 *Ignorantia in facto proprio de longinquo, & intricato excuſat.*
39 *Ignorantia iuris poſitiui excuſat à pœna, quæ imponitur propter verum dolum, non quæ imponitur ex ficto, vel ex lata culpa.*
40 *Ignorantia facti impedit curſum temporis in lucro captando.*
41 *Ignorantia iuris non eſt iuſta, quando ius eſt redactum in corpore iuris. & declaratur nu. 43.*
42 *Statutorum non eſt tollerabilis ignorantia, eo quod ſunt publicata.*
44 *Cauſa ob quã auctor cõmentauit cõſtitutiones traditur.*
45 *De ignorantia vel ſcientia vbi dubitatur, facilius præſumitur ignorantia in muliere quam in maſculo.*
46 *Mulier an per ignorantiam excuſetur à condemnatione expenſarum. remiſsiue.*
47 *Ignorantia iuris naturalis, licet non excuſet, modificat pœnam.*
48 *Ignorantia ſupina excludit dolum.*
49 *Ignorare vires ſui patrimonij an & quando liceat. remiſsiue.*
50 *Ignorantia craſſa & ſupina materia. remiſsiue.*
51 *Negligentia eſt omiſsio eius quod quis facere poteſt & debet.*
52 *Officiales propter negligentiam ſunt remouendi ab officio.*
53 *Officialis negligens non dicitur, niſi poſtquam fuerit requiſitus à parte.*
54 *Pro officiali præſumitur, quod fuerit diligens, niſi per proteſtationẽ ſibi factam contrarium appareat.*

1 EN uers la honor è reuerencia de noſtre Senyor Deu, & de noſtra dona ſancta Maria gloriosa Verge mare ſua, è de tots los Sancts e Santtas de Paradis. Caſus. Dominus † Rex in principio huius curiæ tamquam bonus Chriſtianus, & deuotus Beatæ Mariæ Virginis, confirmans. & innouans conſtitutiones dudum editas ſuper puniendis blaſphemijs, & illicitis iuramentis, illas ſtatuit inuiolabiliter cunctis temporibus obſeruari. Et prouidet quod officiales ſui, in principio ſui regiminis habeant de ſeruãdo illas iuramẽtũ præſtare, & annuatim per octo dies ante feſtũ Natalis Dñi. publice voce præconia facere nũciari, ne per quẽpiã inde valeat ignorantia allegari, pœna priuationis officialibus

de his negligentibus irremiſsibiliter imminente. Hoc dicit. ¶ Nota iſta. Item † nota nomen
2 domini, & diuinũ auxiliũ, in principio cuiuslibet boni operis humiliter inuocandũ: quia præpoſter eſt ordo prius humana ſubſidia petere, vt illis deficientibus diuini fauoris gratia poſtuletur: vt notat *Ioan. Andr. in principio ſui Apparatus ſexti libri Decretalium.* Et † ſuper omnia diligendus eſt Deus, & eius honor cunctis rebus præferendus, & ideo nos docuit Chriſtus in Oratione
3 dominica præmittere honorem nominis Dei, dũ dixit: *Pater noſter qui es in cælis; ſanctificetur nomen tuum*, &c. *Matthæi 6. cap.* & *Lucæ* 11. & de hono-
4 re, † vide quæ dixi infra *coll. proxi. c. In nomine Domini.* ¶ Super tex. ibi, *en la cort de Monſo.* dic quæ ſunt ſupra *coll. 6. curiæ Montiſſoni. c. qui verba nefandiſſima.* vide & adde quæ dixi ibi, & in concor.
5 de † iure diuino blaſphemus Dei punitur, vt moriatur, & domus eius deuaſtetur: vt *Daniel in* 2. *viſione.* in fi. vide ibi in Hiſtoria. ¶ Sequitur in
6 tex. *iuraments.* Nota † quod eſt iuramentum licitum, vt quando in neceſsitate per Deum, & eius ſacra Euãgelia honeſte, & cum veritate iuratur, iuxta notata in *cap. & ſi Chriſtus. extra. de iureiur.*
7 Item † eſt iuramentum illicitum, vt quando iuratur præter iuſtam cauſam neceſsitatis, etiam ſi modo præmiſſo iuretur; quia quod amplius eſt,
8 â malo eſt, vt in dicto *cap. & ſi Chriſtus.* Item † eſt iuramentum reprobatũ, vt quando iuratur enormiter per membra Chriſti, & eius genitricis, vel Sanctorũ, aut quãdo blaſphematur. de quo vide quæ dixi in alleg. *c. qui verba.* & ſupra *coll. 4. in curia Monſſoni. c. 30. Itẽ ordinamus, & ſtatuimus, quod aliquis homo non dicat malũ de Deo.* adde quæ legũ-
9 tur, & notãtur *extr. de iur. iur. c. quanto.* Itẽ † nota, ꝙ iuramentum obligat in forma, & ita officiales qui iurãt ſeruare ſtatuta, tenẽtur ea obſeruare in forma, ſecundũ *Bal.* quẽ vide in *l. non eſt nouũ. ff. de legibus.* ¶ Sequitur in tex. *ſien tenguts jurar.* de pra-
10 ctica iuramenti † iudicũ, vide in *auth. inſtur. ꝙ præſtatur ab his. coll. 2.* & *extr. de iur. iur. c. venientes.* & adde notata ſupra *colla. 3. in curia Montiſſoni. c. 3. Ite ordinamus, & ſtatuimus, ꝙ officialis quãdo intrabit officiũ, iuret*, &c. & vide quæ ſcripſi ſupra *colla. 1. in forma iur. Viscary.* ¶ Sequitur in tex. *ignorãtia alle-*
11 *gar.* Nota ꝙ ignorantia † excuſat â pœna, quæ re-
12 quirit dolũ: quia periuriũ † requirit dolũ: vt ſcripſi ſupra *colla. 7. curiæ Dertuſæ. c. vlt.* ſuper verbo
13 *iurantes.* vide ibi latius. Item nota, † ꝙ ignorãtia iuris excuſat à dolo: & an & quando excuſet â delicto, vide *glo.* in *auth. de nupt.* in prin. *coll. 4.* dic per *glo.* 38. *diſt. in Summa.* & *1. q. 4. §. notandum.* Sed forte in caſu huius cap non excuſaret ignorãtia, cũ talia iuramenta ſint iam de iure diuino, canonico, & ciuili prohibita. arg. *extra. de vſuris. c. cum*
14 *tu.* Dic † ꝙ ignorantia quædã eſt in ſe nullã habens culpã vel dolũ, & hæc non eſt punibilis. *ff. de pœnis. l. reſpiciendũ.* in fi. quædã eſt habens in ſe culpã & leuiſsimã. & tunc punitur, licet leuiſsime. vt *l. qui ſcientiã. §. qui cũ alter. ff. ad l. Aquil.* aut includit in ſe culpã leuẽ, & leuiter punitur: vt *l. quod calore. ff. de reg. iur.* aut habet in ſe culpã latã, non tamen ita acriter ſicut ex dolo punitur: *ff.*
15 *ad l. Cor. de ſica. l. lege.* & quia in maleficijs † lata culpa non æquiparatur dolo: vt dicta *l. lex Cornelia.* & notatur *ff. de in lit. iur. l. in actionibus.* & *l. quod calore.* præalleg. quæ ſic concorda, ſecundũ *Bar.* in *l. 1. ff. de le. Si vero delinquit caſu, diſtingue, an culpa præcedat, vel non: l. flumine. §. hoc ſtipulatio. ff. de dam. infecto ff. de ac. & ob. l. 1. §. is quoq.* & *l. 1. §. ſi eo tẽpore. ff. de admi. re. ad cini. perti.* de hoc in *l. Itẽ Mela.* in prin. ff. *ad l. Aquil.* Si ignorãtia habet in ſe delictũ, punibilis eſt, alias nõ: *l. 1. ff. de le.* & ibi
16 *Bal.* & *l. ſi. ff. de decre. ab or. fa.* & *l. ſi. C. de tabula. li. 6.* Itẽ † ruſticitas, ignorantia, & imperitia excuſat â pœna poſitiua, quę propter delictũ imponitur:
17 *ff. de iuriſd. omniũ iudi. l. ſi quis id quod §. dolo.* adde quæ notãtur ff. *de his qui no. infa. l. genero.* Itẽ † no-
18 ta, ꝙ faciens contra ius in dubio facere cenſetur plus ex culpa, niſi ſit peritus: *glo. 2. in l. 1. §. qui ma-*
19 *giſtratũ. ff. quod quiſq. iur.* Itẽ † propter nimiã ſimplicitatẽ præſumitur potius error, quam malitia:
20 *C. de his qui ſibi aſcribunt. l. quod adhibitus.* Itẽ nota, ꝙ † poteſtates facilius excuſantur ob ignorantiã. quã eorũ alleſſores: quia lex durius agit cum perito iuris: ff. *quod quiſq. iur. l. 2.* notat *Bal.* in *l. 1.*
21 ff. *de le.* Et nota, † ꝙ ad probandũ ignorantiã ſufficit probare coniecturalia, nota *1. q. 1. c. ſi quis à ſimoniacis,* & *de accu. ſi cui. §. 1.* adde infra *ead. verſ.*
22 *quandoq. tamẽ probatur.* Itẽ † imprudentia proprie notat ignorantiã: ff. *de euic. l. ſi per imprudentiam.* &
23 ff. *quod quiſq. iur. l. 2.* Et † ſimplex dicitur ignorãs factũ propriũ: ff. *de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi quis ita.* ¶ Nota † etiã, ꝙ ignorantia iuris excuſat à dolo & â pœna ratione doli: ſed tamẽ ignorare ius, eſt lata culpa. vide *Ang.* in *l. liberorũ. §. notantur. ff. de his qui not. infa.* Fallit in iuriſperito, cui nõ licet allegare imperitiã. ſecundũ *Ang.* in *l. 1. ff. ꝙ quiſq. iuris.* niſi forte in omittẽdo. iuxta notata per *Bar.*
24 in *l. non quidquid. ff. de iudi.* Sed † ignorãtia facti peritiſsimos ſæpe fallit, ar. eorũ quæ notat *Inno. extra. tit. quod me. cauſa. c. cũ dilectus.* ſuper verbo *fatui*
25 *tatem.* & eſt caſus in *c. licet Romanus. extra. de cõſti. lib. 6.* ibi, *cum ſint facti, & in facto conſiſtant*, &c. vide ff. *de iniuſto. l. ſed ſi pupillus. §. de quo palam.* Item
25 ignorantia † nõ excuſat circa ea quæ fiunt quo-
26 tidiana facti frequentia. Et † quæ ignorantia excuſet â pœna, vide per *Bar.* in *l. hæredem. ff. de his quibus vt indignis hæredi. aufe.* Et quæ ignoran-
27 tia † excuſet â peccato, & quæ non, vide in 2. *lib. ſen. diſt. 22. cap. eſt autem ignorantia.* adde quæ notãtur *extra. de reſcriptis. cap. ab excõmunicato.* Sed
28 an valeat ſtatutũ † quod ignorantia non poſsit
29 allegari. vide *l. diuus.* ff. *de fal.* Et nota † quod ignorantia cauſata ab aliquo fundamento affirmatiuo probari debet: ff. *de adquir. hæredi. l. ſi hæres ab eo*, per *Bar.* & *Bal.* in *l. 1. ff. de legi.* &. ff. *de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filium.* Quan-
30 doque † tamen probatur per coniecturam, quandoque per ſolum iuramentum; vt quando agi-

tur

tur de modico præiudicio, vel ad purgationem conſcientiæ; quandoq. eo ipſo quod ſcientia nõ probatur. *extra. de elec. cap. innotuit*, ſuper verbo *cõ ſcientia*. adde quę notat *glo. extra. de tempore ordi. cap. eos*, ſuper verbo *ſcienter*. & in alia *glo.* ſuper verbo *affectata. eod. cap. lib. 6.* ¶ Item nota, ꝙ par-
31 citur † ruſticitati ratione contumaciæ: vt *l. 2. ff.*
32 *ſi quis in ius vo.* Et in † delictis in omittendo percitur ruſticitati, ſexui, & ætati. *ff. de edendo. l. 1. §. fin.* Idem in ſurgentibus ex dolo præſumpto: ibi-
33 dem, iuncta *l. vbi. ff. eod. tit.* Item nota, quod † tolerabiliter ignoratur quod ſit in multitudine hominum, vel de nocte: *ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. hoc autem. glo.* & ibi *Azo* notat bene illam
34 *glo.* qualiter probetur ignorantia. Quandoq. † pariter punitur ignorans & ſciens ius: vt *ff. de edili*
35 *tio edicto. l. ediles. §. cauſa.* Item † ignorantia facti præſumitur in pupillo, & minore: *ff. ad Macedo. l. Cæſare.* vide *glo.* in *l. qui fide. ff. man.* Item ignoran-
36 tia † in facto proprio intollerabilis eſt: *ff. ad Vell. l. quamquam.* nec eſt tollerabilis ignorantia eius cum quo cõtrahitur: ibidem, & *ff. de reg. iur. l. qua*
37 *cum alio.* Et † quod dicitur ius ligare ignorãtes, verum eſt in iure ſcripto, ſecus in iure non ſcripto, dicit *But. ff. de le. l. de quibus. in verſ. Reuoco.* Itẽ
38 nota, † quod ignorantia in facto proprio de longinquo, vel intricato excuſat, ſecundum *But.* in
39 *l. fin. de feriis.* Item † ignorantia iuris poſitiui, & etiam naturalis excuſat à pœna quæ imponitur ex vero dolo. Sed non à pœna quę imponitur ex
40 ficto vel ex lata culpa, quod idem eſt, ſecundum *But.* in *l. ſi is ita quod. ff. de iuriſd. omnium iudi.* Et † ignorantia facti impedit curſum temporis in lucro captando: *ff. de iuris, & facti igno. l. 1.* & ibi no-
41 ta in *Rubri.* differentiam inter ignorantiam, neſcientiam, & errorem. Item † nota, quod non eſt iuſta ignorantia iuris, quando ius eſt finitum, & redactum in corpus iuris, alias ſecus. *tex.* cum *glo. ff. de iuris, & facti igno. l. in omni parte.* nota ratione pro dicto *Bar.* in *l. cũ prolatis. ff. de re iudi.* vide *But.*
42 in *l. in omn.* qui dicit quod † ſtatutorum non eſt tollerabilis ignorantia, eo quod ſunt publicata. vide ibi omnino eum pro limitãdo dicto *Bar.* qui forte loquitur in extrauaganti iuris communis, non certi loci, quia illa in illo loco ferri debent. vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcino. cap. 35. Item quod ſi homines noſtri vel alterius tranſierint*, &c. ſuper verbo *ex quo ſcient*, &c.
43 quia iuris † finiti non eſt tollerabilis ignorantia, ſed infiniti & incerti ſic. vt quando ſunt opi-
44 niones tex. in dicta *l. in omnibus*. Et † nota bene propter ſtatuta & cõſtitutiones huius patriæ, quę habent multas contrarietates, propter quas ego licet indignus ſumpſi calamũ opponere in hoc Apparatu ad mei, & ſociorũ inſtructionẽ aliqua lẽ, & concordantiã dictarum contrarietatũ. vt ſicut prima Rubrica Decretorũ, vbi dicitur, *Incipit concordantia*, alias, *cocordia diſcordantiũ canonũ*. Sic etiã poterit hoc meũ ſcriptũ vocari & intitulari Concordantia diſcordantiũ conſtitutionum Ca-
45 thaloniæ. Itẽ nota, † ꝙ vbi dubitatur de ignorãtia vel ſcientia, facilius præſumitur ignorãtia in muliere quã in maſculo. Sed vbi eſt poſita ignorantia iuris in vtroq. an proſit mulieri, vide in *l.*
46 *fin. C. de iur. & facti igno.* An † per hoc excuſetur mulier â condẽnatione expenſarũ. vide *C. de edẽdo. l. edicta.* per *Bar.* vbi dicit ꝙ non, quia non inue-
47 nit. Itẽ † nota, ꝙ ignorantia iuris naturalis licet nõ excuſet, tamen alleuiat pœnã. *glo. ff. de publica. l. interdũ. §. licet.* Et vide ꝙ aliũ habet intellectum actus geſtus â prudente in iure, & aliũ ab igno-
48 rãte. *glo. ff. de pe. de. l. 3.* Et † ſupina ignorãtia exclu-
49 dit dolũ; *l. 1. §. ſi quis. ff. ne vis fiat ei.* Sed † an & quãdo liceat ignorare vires ſui patrimonij, vel iure præſumatur. vide in *auth. de heredi. & falſi. §. ſi ve-*
50 *ro obſunt*, per *Iac. de Bello Viſu.* & de † ignorantia craſſa & ſupina vide *glo.* & *Doct.* in *c. ſi. extr. de cõ-*
51 *ſti. lib. 6.* ¶ Sequitur in tex. *negligẽs.* dic † ꝙ negligẽtia eſt eius ꝙ quis facere poteſt, & debet, omniõ, ſecundũ *Goff. in Sum. extr. de ſupple. negli. prela.*
52 Et nota † hic officiales propter negligentiã fore remouẽdos ab officio. Sic *C. de offic. prefecti prætõ. Afri. l. ſi quos.* & infra *ead. c. per obuiar.* & nota infra *ead. c. Cõfirmans la cõſtitucio*, ſuper verbo, *& per*
53 *aço lo dit official cõ tendra taula.* Non † tamen dicitur quis negligere, niſi pars requirat, vt ibi notatur. de quo per *Bar. C. de iudi. l. properandũ. §. ſin autẽ alterutra.* & per *Bal. in feu. de pace te. & ſuram. fir.* in *§. iudices.* & per *Ioan. de Platea.* in *l. monetæ. C. de*
54 *delatoribus. li. 10.* & ibi nota, † ꝙ præſumitur pro officiali ꝙ fuerit diligens, niſi per proteſtationẽ ſibi factã appareat contrariũ. Fallit vbi eſt in iure aliter expreſſum. vide infra *ead. col. c. per obuiar.* in verbo, *o permetra.* Et hæc vera, niſi quãdo iã alias officialis ad id faciendũ certo termino fuerit iuramẽto aſtrictus, quia dies, & iuramentũ interpellant: arg. *extra. de loca. c. poſnit.* de hoc vide per *glo.* & *Ioan. de Imol.* in *Cle. quia cõtingit. de religioſis domibus.* ſuper verbo *negligẽtiã.* & ſuper verbo *ſingulis annis.* adde quæ notat *Hoſt. ext. de ſupplen. neg. prela. c. 1.* & in *Cle. quãuis de app.* & quę dicta ſuper cõſtit. cenſualiũ. *c. 16.* ¶ Sequitur in tex. *ſens tota rem: ſi.* vide quę dicã infra *ead. c. per tal q̃ mal*, &c.

De taſſuraria ſublata. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Pœna taſſuriæ ſublata, declaratur in littera.*
2 *Taſſuriæ materia, remiſſiue.*
3 *Taſſuraria quid ſit, remiſſiue.*
4 *Taſſurariam habere dicuntur, qui ſuſtinent ludum, & à ludentibus exigunt quæſtum. & iſti ſunt hodie officiales baſtonerij nu. 5.*
6 *Officiales ſuſtinẽtes taſſuriã incurrũt pœnã priuationis officiorũ, exiliũ trium annorum, & 50. librarum.*
7 *Taſſur dicitur quaſi taxillos ferens.*
8 *Aleator dicitur qui ſæpe ludit & lucratur in ludo aleæ.*
9 *Aleatorium eſt locus vbi aleæ ludus exercetur.*
10 *Delictum eſt maius ſuſtinere ludum in domo quam ludere.*
11 *Dominus Rex & eius officiales an poſſint punire delinquentes in terris Baronum, ſi per Barones puniti*

non fuerint, traditur sub distinctione, & n. 12. referũtur casus in quibus dominus Rex, & illius officiales eos punire possunt.

13 *Forum in quibus casibus quis sortitur. remissiue.*

14 *Lucri vel quæstus appellatione quid veniat. remissiue.*

15 *Lucrum non dicitur nisi deducto damno.*

16 *Lucrari dicitur quis faciendo voluntatem suam.*

17 *Affectio recipitur pro interesse in iudicijs bonæ fidei.*

LA constitucio del Rey en Pere en la primera Cort de Barcelona feta, per la qual taffurraria, &c. Præ-
1 sens † constitutio fuit temporalis, & iam extincta. Et erat salubris, quia ponebat pœnam contra tenentes, & colligentes taffurariam in aliquo loco, & signãter quia pro crimine taffurariæ mãdabat eos in loco Regio repertos puniri, nisi in loco delicti fuissent iam puniti. Et erat pœna standi in costello, & exilij septem annorum. De
2 materia † dixi supra *colla. 2. in 2. curia Barcin. cap. 31. Item, concedimus quod taffuraria tollatur perpetuo*, &c. vide ibi omnino. Super tex. *en la primera*. Forte hic fuit error vel vitium, quia ego habeo ibi secundam curiam dicti Regis Petri II. ¶ Se-
3 quitur in tex. *taffuraria* quid † sit taffuraria dixi in dicto *cap. Itẽ concedimus*, & c. Sed hic clare col-
4 ligitur, quod † illi dicuntur tenere taffurariam qui sustinent ludũ & à ludentibus exigunt quæstum, & etiam arrendadores, vel collectores talis
5 quæstus; & tales † sunt hodie officiales bastonerij; & maxime Subbaiuli, & illi qui deberent alios punire, peius faciunt; quia auctoritate officij Regij multotiens per fas, vel nefas exigunt, & extorquent pecunias; & multotiens incarcerant,
6 & alias opprimunt. Sed † omnes officiales Regij taffurariam sustinentes incurrunt pœnas priuationis officiorum, exilium trium annorum, & quinquaginta librarum: vt infra *ead. cap. per obuiar a tota manera de sostenir taffuraria*, vide ibi. Et
7 dicitur † taffur, quasi taxillos ferens. Vnde isti tenentes taffurariã proprie sunt taffuri, quia ad ludũ taxillos ferunt, & ministrant. ¶ Nota, quod
8 aleator † dicitur ille, qui sæpe ludit, & sæpe lucratur in ludo aleę, sed dicitur qui sæpe in aleis
9 ludit, & in eis sępe perdit: aleatoriũ † vero dicitur locus vbi ludus aleæ exercetur, vel vbi aleæ re-
10 ponuntur. Et † maius est delictum sustinere ludũ in domo, quã ludere: *ff. de aleatoribus l. 1. §. si rapina.* & ibi notat *Bal.* Et licet etiã lusus sit prohibitus. vt infra *c. proxi.* tamen hic, & in dicto *c. Itẽ cõcedimus*, solũ prohibẽtur. & puniuntur tenentes, & exercẽtes officiũ, & quæstũ taffurariæ, & dictũ *c. Itẽ concedimus*, adhuc durat, vt hic patet, tamen pœnę huius capituli non tenẽt hodie: quia per celebrationẽ curię infra *proxi.* expirauit, vt in hoc cap. infra subijcitur. Sed tamen hodie habet locũ dictũ *c. per obuiar.* ¶ Sequitur in text. *E si*
11 *per algũ Prelat, Baro*, &c. Nota † hic, q dñs Rex, & eius officiales possunt punire delinquẽtes in terris Baronũ & aliorum iurisdictiones habentiũ, si per ipsos Barones, aut alios iurisdictionẽ habentes non fuerint puniti. Super hoc dic breuiter. Aut delinquentes infra terras Prælatorũ, Baronum, aut aliorũ iurisdictiones habentiũ, sunt de terris ipsorum Baronũ; aut aliunde. Primo casu regulariter nõ puniũtur per dñm Regem, & eius officiales, quia illi tam ratione delicti quã domicilij subijciuntur foro ipsorũ Prælatorũ, Baronũ, & aliorum iurisdictiones habentiũ infra Cathaloniæ Principatũ. Fallit in processibus regaliarũ, & in tribus casibus soni emissi, & forte in homicidio, si fuerint in territorio Regio reperti, & non fuerint in loco delicti, & domicilij præuenti, & hoc vidi seruari de consuetudine, quę est valde rationabilis in detestationem homicidarũ, qui hodie prohdolor nimiũ crescãtur in hac patria: de hoc dixi aliquantulum supra *collat. 4. curia Gerundæ cap. 27. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit bannitus.* vide ibi in *q. Sed pone*, &c. & adde infra *ead. cap. Sicut aduersus contumaces. §. caueat autem Vicarius*, &c. & id m dicunt quidam in atrocioribus sicut de homicidio. Secus de alijs, arg. hic à contrario sensu. & infra *ead. cap. com fer, o contraure ffosalles, o matrimonis amagats. §. Entes empero*, &c. & hoc est ratione generalis iurisdictionis, quã dominus Rex habet in suo Regno: vt dicitur in *cap. 1. concordia Cardinalis Conuenarum*, & in *comme. Petri Alberti cap. Barones.* Secundo casu, quando delinquentes sunt aliunde, puta de loco Regio. Aut quia est vagabundus, & tunc si non fuerint præuenti in loco delicti, possunt & cõsueuerunt per dominũ Regẽ, & suos Officiales distringi, & puniri si reperiantur in loco Regio, & hoc ratione generalis iurisdictionis. Et † in casu negligentiæ Prælatorum, Baronum, & aliorum iurisdictiones habentium, & suorum officialium, vt hic, & maxime in casu iniustæ oppressionis, vel denegationis iustitiæ, vel etiam ratione miserabilitatis aut perhorrescentiæ poterit dominus Rex per suam regalem præeminentiam se intromittere. ad hoc in *vsat. Alium namque*, & infra *ead. curia c. ne ex beneficio.* & infra *coll. 11. c. les causes de pubills.* cũ simi-
12 libus. Et † in quibus casibus quis sortiatur forũ. vide supra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 17. Itẽ q nulli homines.* dic de his latius, vt scripsi in *Sũmula, siue libello, aut tractatu*, quẽ cõposui *de afflictionibus, & oppressionib⁹.* & incipit: *Afflictus sum, & humiliatus*
13 *sum.* ¶ Quid † autem veniat appellatione quæstus, & lucri, vide *ff. pro socio. l. duo societatem. §. fin.* & *l. cosri.* & ibi quod proprie refertur ad id quod quæritur industria, & labore personæ. ¶ Et
14 nota, † quod lucrum non potest dici nisi omni damno deducto. *ff. pro socio. l. Lucius*, alias *Mecianus*. Et † lucrari dicitur quis faciendo voluntatem suam *l. penult. ff. de condi. ob causam.* ff. *de fur. l. si pignore.* & in *authen. de heredi. & fal. §. si vero.* Facit *ff. de reg. iur. l. fructus.* & quæ ibi notãtur per
15 *glo.* Item † nota quod affectio recipitur pro interesse in bonæ fidei iudicijs: vt *l. cum seruus. ff. man.* adde quæ dixi supra *colla. proxi. cap. primerament*, super verbo *interes de part.*

De

De ludo taxillorum & alearum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ludus taxillorum intra domos & loca occulta prohibetur ſub pœnis hic contentis. & ratio prohibitionis ponitur num.6.*
2 *Ab omni ſpecie mali eſt abſtinendum.*
3 *Mala, quæ ſequantur ex ludo ſub verſibus traditur.*
4 *Prohibitio ludendi ad taxillos non habet locum in loco publico.*
5 *Delictum maius eſt retinere ludum in domo, quam ludere. idem nu.14.*
7 *Loca ſeparata & occulta inducunt præſumptionẽ doli.*
8 *Qui male agit, odit lucem.*
9 *Donatio occulta filijs non emancipatis facta in quibus caſibus valeat. remiſſiue.*
10 *Loca ſeparata & occulta quæ, traditur late.*
11 *Separare dicitur de iure, vel de facto.*
12 *Ex ſeparatis non infertur.*
13 *Separationis bonorum materia. remiſſiue.*
15 *Ludus eſt crimen, & luſores poſſunt banniri.*
16 *Ludus* de Marrequinques *non cenſetur prohibitus.*
17 *Ludus, qui fortunæ viribus committitur, illicitus eſt de iure communi. Fallit ibidem. & nu.19. & 23.*
18 *Si promiſero tibi centum, ſi luſero ad taxillos, valet promiſſio.*
20 *In eodem ludo ſi quis luſerit, & perdita recuperauerit, an licite retineat. remiſſiue.*
21 *Mutuans ludenti an repetat, ſi conſumpſerit.*
22 *In ludo obtentum poteſt repeti.*
24 *Ludere permittitur familiæ quod ponitur pro conuinio & cauſa veſcendi.*
25 *Qui interſunt, vel inſpiciunt ludentes ad aleam vel taxillos, peccant, maxime ſi ſunt clerici.*
26 *Ludi poteſt recreationis cauſa & bono fine.*
27 *Ludus omnis noxius eſt culpoſus.*
28 *Ludus inter ſcholares eſt prohibitus.*
29 *Bannitus pro ludo, ex quo ludus eſt crimen, an poſſit occidi impune ex ſtatuto, quod permittit occidere bãnitum pro crimine. remiſſiue.*
30 Nullatenus *verbum importat idem quod ex nulla cauſa. idem nu.32.*
31 *Ludere ſine peccato vt liceat, non poteſt facere Rex, & ratio traditur ibidem.*
33 *Pœna quingentorum ſolidorum an habeat locum pro qualibet vice, quo ſurgitur de ludo, vel pro qualibet die quo luditur.*
34 *In pœnis eſt benignior interpretatio facienda.*
35 *Pœna vbi apponitur, & non dicitur cui acquiratur, an applicetur fiſco, vel parti.*
36 *Pœna pecuniaria vbi ſolui poteſt, non habet locũ pœna carceris.*
37 *Qui non habet in ære, luit in corpore.*
38 *Carcer aliquando cedit loco pœnæ de iure canonico, & patrio, ſecus de iure ciuili.*
39 Continuus *verbum non poteſt importare interpellationem.*
40 *Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt interpretandæ iuxta cõmunem vſum loquendi.*
41 *Pœnam commutare eſt diſpenſare.*
42 *Incarcerari poteſt alienator, quando non reperitur res in fraudem alienata.*
43 *Dominus Rex non poteſt contra tenorem conſtitutionis prohibentis ludum taxillorum diſpenſare. & rationes traduntur nu.44. 47. & 49.*
45 *Caſus tres, in quibus prohibetur diſpenſatio pœnæ, referuntur.*
46 *Diſpenſatio vbi non inhibetur per conſtitutionem, poteſt fieri per officiales ordinarios.*
48 *Inferior à Principe in iure prohibitorio diſpenſare nõ poteſt.*
50 *Diſpenſari non poteſt conſtitutionem iuratam, vel quæ in contractum tranſiit, vel contra priuilegium.*
51 *Princeps ſcienter eligens indignum, videtur cum eo diſpenſare.*
52 *Papa, vel Imperator vbi aliquem promouet ex certa ſcientia, diſpenſare videtur: ſecus eſt autem in inferiore.*
53 *Factum temerarium haberi non poteſt pro legitima diſpenſatione.*
54 *Populus ſtatuendo aliquid, vel faciendo ex certa ſciẽtia, vbi diſpenſatio exigit, diſpenſare videtur.*
55 *Diſpenſari non poteſt contra conſtitutiones iuratas, & alia iura patria, niſi quatenus ſit permiſſum dictis conſtitutionibus.*
56 *Diſpenſari an poſſit ſuper pœna contrafacientis cõſtitutionibus.*
57 *Super pœna infamiæ ſolus Princeps diſpenſat, niſi per conſtitutiones fuerit diſpenſandi facultas reſeruata.*
58 *Ludus tabularum non cenſetur prohibitus, declaratur ibidem.*
59 *Pœna vbi ſuſpenditur, intelligitur de committenda, nõ de commiſſa.*
60 *Deus tunc honoratur, quando bene adminiſtratur iuſtitia.*
61 *Damna ex ludis prouenientia multa.*
62 *Conſuetudo an & quando excuſet a pœna & peccato. remiſſiue.*
63 *Ignorantia an & quando excuſet. remiſſiue.*
64 *Epiphania vnde dicta, & multa feſtu digna de Epiphania Domini traduntur.*

1 PEr tal que mal, & occaſio de mal, &c. Caſus. Ludentes † ad aliquem ludum taxillorum intra domos, hortos, & alia loca occulta, pœnam quingentorum ſolidorum incurrunt pro qualibet vice, prout hic dicitur diuidendam: quam ſi ſoluere non poterunt, pœnam captionis triginta dierum in communi carcere ſuſtinebunt, ſuper quo nequit per quempiam diſpenſari. Quæ pœna à vigilia Natalis Domini vſque ad feſtum Epiphaniæ incluſiue eſt ſuſpenſa. Per hanc tamen conſtitutionem ludus tabularum non prohibetur, quia ludus tabularum nullatenus comprehenditur in prædictis. Hoc dicit in ſumma, & in lõgo. Et eſt valde notabilis, licet de facto per multos male ſeruata. Et diuiditur in quinque partes. In prima generaliter prohibentur ludi taxillorum intra domos & loca occulta & ſeparata. In ſecũda, ibi, *E que lo contrari ſara*, ponit pœnam cõtrafacien-

Digitized by Google

facientibus. In tertia, ibi ; *Sobre les quals*, inhibet diſpenſationem. In quarta, ibi, *E la preſent ordinacio*, excipit ludum tabularum. In quinta & vltima, ibi, *La dita pena*, ſuſpendit dictam pœnam à vigilia Natiuitatis Domini vſque ad Epiphaniam incluſiue. ¶ Super textu, ibi, *E occaſio de*
2 *mal.* Nota, † quia ab omni ſpecie mali præcipit Apoſtolos abſtinere: vt *extra. de vita. & hon. cleri.*
3 *cap. cum ab omni.* Et † quæ mala ſequantur ex ludo habentur his verſibus:

Hæc cum taxillis ludendo crimina ſiunt;
Eccleſiæ ſpretus, vſuraque, ſiue rapina,
Scandala, vel ingæ, blaſphemia, ſeu faciendi
Furti doctrina, violentia crimine falſi,
Et mortis cauſa deceptio, prana cupido,
Et deſiderium lucri, corruptio turpis.

Hos verſus poſuit, & exponit frater *Ioan. de Saxonia in eius alfabeto*, vocabulo, *ludus*. ¶ Sequitur in tex. *dintre cases, o habitacions, orts, verges, & altres*
4 *llochs separats.* Nota † quia hæc prohibitio ludendi ad taxillos non habet locum quando quis lu-
5 dit in locis publicis. Item † maius eſt delictum retinere ludum in domo quam ludere, vt notat *Bal. in l. 1. §. ſi rapina. ff. de aleatoribus*, & dic *ſeparats.* ideſt loca ſecreta & occulta, in quibus ſit
6 præſumptio, † quod ſimplices poſsint per falſos taxillos, aut alias fraudes, & doloſitates deci-
7 pi; quia † loca ſeparata, & occulta inducunt præſumptionem doli, vt in *cap. vt noſtrum. extra. vt*
8 *Eccl. beneficia ſine dimi. qualibet confe.* quia † qui male agit odit lucem. *extra. de offic. dele. cap. conſuluit*, vide tamen notata in *vſat. Auctoritate, & rogatus*,
9 & ibi caſus, in quibus † valet occulta donatio
10 facta filijs, licet non emancipatis. Et † quæ dicantur loca ſeparata vel occulta, dic quod in hoc caſu quando fit ludus intra domos vel ſepes, habet locum hæc pœna; ſed ſi fiat in loco aperto, & non clauſo, aut eſt intra ciuitatem & locũ, prope quem eſt cõfluxus gentium, & populi, & tũc non dicetur locus ſeparatus, nec occultus: aut fit ludus extra ciuitatem vel locum populatum, vt in rure, & tunc ſi non ſit ibi populus, dicam locum ſeparatum, quia intelligo hic verbum *ſeparats*, ſcilicet à confluxu gentium, & à loco populoſo. Si vero in rure, & erant ibi multę gentes, erit arbitrium iudicis, an videatur locus ſeparatus & ſuſpectus; & erit etiam coniectura ſi ibi conſueuerunt fieri fraudes, & apertationes ſimplicium, & quid inde habeat fama. & ex alijs circũſtantijs: arg. *ff. de iure delt. l. 1. & de offi. dele. cap. de cauſis.* Facit ſupra *colla. 6. cap. officiales noſtri*, & quæ ibi dixi ſuper verbo, *in ſuſpectis locis.* ¶ Et
11 nota, † quod ſeparare dicitur de iure, & de facto, & idem de verbo *diſcernere*, vt in *l. 1. ff. de iuſti-*
12 *tia & iure.* Et † ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, & de ſeparatis non inſertur, vt *l. ſi. ff. de ca-*
13 *lum.* vide ibi concor. Et † de ſeparatione bonorum vide in *l. ſi adulta. C. de hæredi. actionibus*. Et
14 nota, † quod maius delictum eſt ſuſtinere ludũ in domo quam ludere, vt *ff. de aleatoribus. l. 1. §. Si rapinæ.* Facit *cap. proxim.* quia ſuſtinere ludum in domo eſt exercere taſſurariam, de qua ibi. Item
15 nota, † quod ludus eſt crimen, & luſores poſſunt banniri, vide *Bar. in 1. conſti. ff. §. illud.* quod eſt verum, niſi ſit ludus pro prandio, vel pro modico. *ff. de alea. l. ſi.* vel quando eſt ludus cauſa virtutis, & non committitur fortunæ. ¶ Sequitur in tex. *à joch de daus.* Nota, quod hic loquitur ſolum de ludo taxillorum, qui vulgariter in Cathalonia
16 dicitur *joch de daus*, vt hic vides. vnde † pro alio ludo, ſcilicet, *de marrequinques*, & huiuſmodi, non haberet locum pœna huius cap. quia cum ſit hæc conſtitutio pœnalis, non eſt extendenda. *l. pœne.*
17 *ff. de pœnis*. Sed † de iure communi regulariter omnis ludus, qui fortunæ viribus committitur, illicitus eſt. Fallit quando eſt modicum in ludo, ſcilicet, duodecim denariorum, vel pro vno prãdio: vt *ff. de alearum vſu. l. fin.* & ff. *quarum rerum*
18 *ac. non detur. l. ſi. §. 1. vt dixi.* Sed † ſi promiſero tibi centum, ſi luſero ad taxillos, valet promiſsio: ff. *de verb. obli. l. ex ea parte. §. 1.* Sed dominus domus præſtans pecuniam luſori, non habet actionem: vt ff. *de alea. l. 1. §. qui autem in gloſ.* Item no-
19 ta, † quod ludus, in quo venit pecunia non virtutis cauſa ſed fortunę, illicitus eſt: *eod. tit. l. ſolẽt.*
20 ¶ Sed † an ſi quis in eodem ludo luſerit, & perdita recuperauerit, licite retineat, & an hoc videatur quæſitum ex noua cauſa, an antiqua, vide *glo. Guill.* & *Barto. ff. de minoribus. l. minor. 25. an ſi-*
21 *liofam.* Et an † mutuans ludenti repetat, ſi conſumpſerit. vide *tex.* & *glo. eod. tit. quod ſi mino. §. reſtitutio.* & *le. 2. C. quarum rerum ac. non datur.* ff. *pro emptore. l. ſi quis cum ſciret.* ¶ Item nota, quod ob-
22 tentũ † in ludo poteſt repeti. ff. *de alea. l. ſi.* & ibi nota, ꝙ pater poteſt repetere quod luſit filius.
23 ¶ Vlterius † nota, quod omnis ludus qui viribus fortunæ nititur, dicitur ludus alearum, & omnis talis prohibetur ſecundum leges Romanas, ne fiat in pecunia, præterquam ſi quis certet haſta vel pila, currendo, vel iaciendo, ſaliendo, luctando, & pugnando; fit enim cauſa virtutis, & fortitudinis corporis: vt in *auth. vt omnes obediant*
24 *iudicibus. colla. 5.* Pro † eo etiam, quod ponitur in conuiuio veſcendi cauſa permittitur ludere familiæ, vt ſic aliquid poſsint ludere inter ſe cauſa commeſtionis faciendæ: vt ff. *de alea. l. qui in con-*
25 *uiuio.* ¶ Sed † illi, qui alias ludunt ad aleam, vel taxillos, vel qui ludo interſunt, vel inſpectores ludi, peccant, maxime ſi ſunt clerici: vt ff. *de alea.* per totum, & in *authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. interdicimus. collat. 9.* & *extra. de vita & hone. cleri. cap. clerici.* vide quæ ibi notantur per *Henr. Boich in 4. di.* & per *Ioan. in Summa confe. li. 2. tit. 8. q. 23. deinde quæro ſpecialiter de ludo alea.* & duab⁹ *q. ſeq.* vide etiam *Henr. Boich extra. de exce. prela. cap. in-*
26 *ter dilectos in 1. di.* Sed † recreationis cauſa etiam poteſt ludi bono fine, ſecundum *gloſ. Gui.* ſuper *Kay.* & ponit *Ioan. vbi ſupra in 24. q. Sed numquid po-*
27 *teſt repeti.* Præterea † nota, quod omnis ludus noxius in culpa eſt. ff. ad *l. Aquiliam. l. nam ludus*,

quia

Digitized by Google

quia ludus,ex quo alteri infertur iniuria,noxius eſt:quis enim ludos appellat, ex quibus iurgia oriuntur:vt in 1 *conſtit.ff.§. illud vero.* Et nota, q̃
28 ludi † inter ſcholares & alios ſunt inhibiti, & ideo proijcere paleas ſcholari, vel doctori.Item proijcere morticinia in torneamentis & haſtiludijs.Item verberare ſe, vt faciũt clerici in feſto Innocentium,& huiuſmodi ſunt prohibiti,& ex inde videmus rixas & crimina maiora ſequi,& hoc eſt prohibitum de iure, quia ludus nõ eſt. Et
29 quia † ludus eſt crimen, quid ſi aliquis eſt bannitus pro ludo,an poſsit impune occidi ex ſtatuto,quod permittit occidi bãnitum pro crimine,vide *Bartolum in allegato §. Illud vero.*Sequitur in textu, *en alguna manera.* Nota verbum, *alıquatenus*,vel *nullatenus*:quia hic habes clare,quod hodie non eſt permiſſum in hac patria ludere cũ taxillis, ſiue *ab daus*,in domibus,vel locis ſecretis, & occultis,etiam cauſa comeſtionis:quia littera dicit,*en alguna manera*:quia verbum *nullatenus*,im
30 portat † idem quod ex nulla cauſa,& ex nullo modo:quia nec ad arrium,nec ad hazardum,riſtam, *o mes de punt*, niſi in diebus exceptis,hoc eſt â vigilia Natalis Domini, vſque ad Epiphaniã inclusiue. Fallit in ludo tabularum, quia licet cum taxillis exerceatur, & ex fortuna taxillorum,tamen partim eſt ibi induſtria perſonæ ludẽtis,quæ in numerando puncta & ducendo tabulas ordinate,& deſtruendo ordinationem aduerſarij,pro induſtria tua multotiens vincit aduerſarium minus peritum in ipſo ludo,& forſan propter hoc eſt permiſſum de tabulis. Non tamẽ in
31 telligas quod ludus vltra caſus iuris communis ſit per hanc conſtitutionem permiſſus, vt ita liceat ludere abſque peccato: quia hoc non poſſet facere Dominus Rex etiam cum tota curia; ſed tamen non incurrunt pœnas huius conſtitutionis niſi qui faciunt contra verba & mentẽ ipſius: quia vbi aliquid eſt prohibitum de iure diuino,& cuius tranſgreſsio inducit peccatum, & lex ciuilis, vel ius poſitiuum id prohibeat certo modo,non tamen permittit aliquid contra ius diuinum: licet contrafaciens non incurrat pœnam iuris ciuilis niſi in quantum fit contra verba, & mentem ipſius iuris ciuilis. Dic latius per *Ioannem de Imola in Clem. eos. de vſuris.*& tetigi ſupra
32 *collat.1.in 1.curia Barci.cap.* 1. Et † quod dixi de verbo *nullatenus*,& *aliquatenus*,vide in *Clem. vt calumnijs.de re iudi.* per *Ioannem de Imola* plene. Sequitur in textu, *pena de cinchcents ſous per caſcuna*
33 *vegada*,dic,ſcilicet,*per caſcuna feguda*: quia forte ſemel luſit de mane ante prandium, & ſemel eadem die poſt prandium:vel dic,*cada vegada*, ideſt, quolibet die:vel dic,*cada via*, qualibet,ſcilicet vice,qua iurgit de ludo: non autem intelligas,pro qualibet *greſcha*,ſiue *tirada perduda,o guanyada*:nec pro qualibet vice qua proijcit taxillos. Primam credo veriorem,propter verbũ *vice*, Pro quo faciunt notata per *Baldum in l. ſi duo. §. ſemel. ff.de arbi.* Dic vt ibi per eum ſuper verbo, *amplius.* Sed de conſuetudine magis ſeruatur ſecunda:& ſatis eſt quod pro qualibet die ſoluat pœnam quingentorum ſolidorum: & in pœnis
34 benignior eſt interpretatio facienda.*extra.de regulis iuris.cap.in pœnis.* vide & adde quæ ſcripſi infra *eadem collat.cap.volentes noſtros.* in fine.ſup.verbo, *vice qualibet.*& quæ notantur per *Doctores in Clem.* 1.*de pœnis.* & melius *in Repetitione cap. preſbyter.de celebratione Miſſarum*, facta per *Antonium de Butrio in* 8.*q.*in fin.Sequitur in textu, *de la qual pena.*Nota hic,quod de dicta pœna fiunt tres partes:quia vna pars eſt fiſci curiæ loci: alia eſt acuſatoris.& tertia operis murorum & vallorũ.
35 Sed cui adquiratur pœna , quando ſimpliciter, nec adijcitur cui apponatur? Reſpondeo. ſi includunt accuſationem, tunc adquiritur fiſco; ſi vero actionem, tunc adquiritur parti cuius intereſt:*l.*3.*ff.de ſepul. vio.*Aut loquitur ſimpliciter, & videtur inducere accuſationem: arg.*l.* 3. *C.de ſepul,vtil.* ſecundum *Nic.in Proœmio ſecundi libri Decret.*& vide *Bart.ff.de termino amoto.l.*2.& *Ioan. Fab. inſtit. de actio.§.pœnalis.*vide ibi *Ioan. de Platea.*Sequitur in textu, *la qual pena ſi pagar no pora.* Nota verbum *no pora*, quia non dicit, *no volra*: &
36 ideo quamdiu poterit ſoluere in pecunia, nõ habebit locum pœna carceris, etiamſi ludens mallet potius ſuſtinere pœnã carceris triginta dierum,quam ſoluere dictos quingentos ſolidos:nec etiam ſi curia hoc vellet : quia in his non poteſt diſpenſari, vt hic ſtatim ſubijcitur . Item vertiti-
37 tur intereſſe accuſatoris fiſci,& murorum.Et † nota hic regulã,quod qui non habet in ere, luat in corpore:ſic *C.de ſervis fugitivis. l.quicumque.* cũ ſimilibus. ¶Sequitur in textu, *ſtiga pres per trenta*
38 *dias.*Nota † hic caſum,in quo carcer eſt in pœnã de iure iuſto, quia de iure Romano non datur carcer in pœnam,ſeçus eſt de iure canonico:vt *ext. de pœnis.c. quamuis.* & etiam de iure vſaticorum Barcinonæ,vt in vſatico, *Ruſticus*, & melius in vſatico, *Iuſtitiam facere*:ibi,*tenere captos in carcere.* & idem eſt per hanc conſtitutionem, & ſimiles, & quotidie per conſtitutiones procerum & iuratorum ciuitatum & locorum apponitur pœna carceris.Facit etiam vſaticus, *Marti.* & de hoc vide quæ ſcripſi ſupra *collat.*4. *in 3.curia Barcinonæ,c.*8. & infra *collat.*10. *in curia domine Mariæ,c. a la ſondicio femenil.* Sequitur in textu, *continuus.*
39 Nota † verbum,quia non ſufficeret quod eſſet in carcere interpolatim per triginta dies interpolatos,quia ſuper hoc non poteſt diſpẽſari: ita quod licet euenirent in diebus Paſchalibus,non poſſet excarcerari: & ſic erit hoc caſu ſpeciale, ſicut de alio excarcerato.vt *C.de Epiſcopis audi.*
40 *l.nemo.* Et nota, † quod huiuſmodi conſtitutiones in vulgari Cathalano editæ, ſunt exponendæ,recipiendæ,& intelligendę, ſecundum quod quod lingua Cathalana in ſuo proprio & cõmuni vſu loquendi recipit: vt 38. *diſt. can.ſedulo.* & *c.locutio palea eſt.* Sequitur in textu, *carcer comu.* Nota verbum, quia nõ ſufficeret arreſtum in do-

mo

cap.7. Item ordinamus de conſilio. §. ſed tamen nos ſi volnerimus. & infra *collat. proxima. cap. hauents acor.* ibi: *La qual no puga eſſer feta per lo ſenyor Rey, ni per*
57 *nos*, &c. vide ibi. Sed ſuper † pœna infamiæ ſolus Princeps diſpenſabit, niſi per conſtitutiones fuerit reſeruata diſpenſandi facultas, vt infra *collat. proxima. cap. com ſegons*, ibi: *ſens alguna diſpenſatio.* & ibi vide, & ſupra *collat. 6. in curia. Derinſa, c. qui nefandiſſima.* ibi: *ſine ſpe venia.* Sequitur §. *En la preſent empero ordinacio joch de taules*, &c. In hoc
58 §. ſiue verſiculo eſt quarta pars, in † qua excipit ludum tabularum, & accipe hic ſtricte ludũ tabularum, non dico aleatum, quia alea latius ſumitur: ſed intellige de omni ludo tabularum, ſiue *de dau de fis, ſine de dotze taules, o de ſis taules, o ab dans, o meyns de dans*, dummodo dicatur: & ſic ludus tabularum, prout ſumitur in vulgari Cathalano. Sequitur §. *La dita pena empero.* Hic eſt quinta pars & vltima, in qua ſuſpendit dictam pœnã,
59 ſubaudi, ſcilicet committendam † à die vigiliæ Natalis Domini, vſque ad diem Epiphanię inclusiue poterit ad taxillos, ſiue *a joch de dau* ludi ſine incurſu dictæ pœnæ, intra domos, & alia loca ſeparata. Non autem ſuſpenditur executio pœnæ commiſſæ alias ante: quia ſi ante dictã vigiliam committatur, poterit fieri executio diebus profeſtis, & alias de iure nõ feriatis. Et ſi nõ habuerit in ære, ſtabit in carcere diebus triginta continuis, vt dixi, etiam ſi feſta Natalis incident in ipſis triginta diebus vel etiam fauore ſolemnitatis, & gaudij Natiuitatis Domini: ęſtimo forte non male diceretur, pœnam carceris fore ſuſpendendam, non obſtante id quod dixit de cõtinuis. Primum tamen credo verius, & magis cõſonat litteræ, iuri, & rationi: & quia dicit in ſingulari, *la dita pena*, & non credo quod littera poſsit
60 ſuſtinere ambas lecturas: & tunc † Deus honoratur, cum bene iuſtitia miniſtratur: eſt enim ſummum bonum, &c. *12. q. 2. cap. cum deuotiſſimam.* Et primam obſeruat conſuetudo, & ſic minime ſunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.* Sed quia dominus Rex Ferdinandus erat Deo valde deuotus, vt ſupra duobus proximis capitulis apparet, & hic forte potius fuit de mẽte ſua ſuſpendere pœnam commiſſam, ſcilicet carceris, vt ſic videatur exceptio ab eo quod præmiſit de captione triginta dierum continuorum, & legas ſic: quod autem dixit, *continuus*, hic ſuſpendatur à vigilia, &c. vt ſic intuitu tantæ lætitiæ Natiuitatis ſuſpendatur executio pœnæ carceris. Et quod pœna incurrenda, hoc eſt, prohibitio, propter cuius tranſgreſsionem incurritur, nullatenus fuerit ſuſpenſa, cum magis expediat lætitiæ ſpirituali, cui eſt vacandum in feſtis & gaudijs Natiuitatis Dominicæ, ceſſare ab huiuſmodi ludis, ex quibus peccata multa committuntur: & ſic poſt lapſa ipſa feſta poſsit pœna carceris continuari, & executari. Et iſta mihi videretur ſancta & ſalubris lectura, & multum applauderet litteræ, & animæ meæ, & iuri, & rationi. Sed de facto ſeruatur id
61 quod primo dixi. Ita quod † totus mundus non credat aliter eſſe feſta, niſi intenderent ludis: & propter ludos multi non audiunt veſperas, & iurando Chriſtum abnegant, & perdendo flent, dũ Deum laudare, & de Natiuitate Chriſti filij ſui incarnati gaudere ſpirituali lætitia deberent, ar. *extra. de vita & honeſt. cleri. cap. cum decorem.* Sed mũdus ad hanc partem trahitur per dæmonis artem, ſic *4. diſt. cap. denique.* Vnde eſſet opus declaratione & nouo remedio, quia conſuetudo excuſaret
62 à pœna committenda, durante ſuſpenſione huiuſmodi. De † hoc tamen, an & quando conſuetudo excuſet â peccato, vide *gl. f. & Doctores ext. de tempore ordi. cap. ſane.* quia non eſt delictum, neque delicti qualitas, quam conſuetudo permittit. vide ſuper hoc *Baldum* in *l. 1. C. de edilitij actionibus.*
63 de † ignorantia, an & quando excuſet, dixi ſupra *eadem, cap. 1. gl. f. ſin.* adde *C. de teſtamentis, inuenimus. §. penult.* Sequitur in textu: *A la feſta de la Epiphania.* Nota quod iſtud teſtum Epiphaniæ celebratur ſexta die Ianuarij, & ſic ſuſpenſio illa
64 durat quindecim diebus tantum. Et † dicitur Epiphania ab *epi*, quod eſt *ſurſum*, & *phania*, quod *illuſtrationem* ſonat: & in libris antiquis dicitur dies Epiphaniarum, ideſt, plurium illuſtrationũ, quia in illa die fuerunt factæ tres manifeſtationes, ſcilicet, ſtellæ, baptiſmi Chriſti, & miraculi mutationis aquę in vinum in nuptijs. Et has tres manifeſtationes quidam proprijs nominibus diſtinguunt, Epiphaniam vocantes eam, quæ facta eſt per ſtellam de ſurſum factam: Theophaniã eã, quę in baptiſmo, quaſi â Deo Patre factã: Bethphaniam, eam, quæ in nuptijs, quaſi in domo factam: Beth enim domũ ſonat. Vide latius in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſuper Euangelio, Rubrica, *de variis opinionibus hiſtoriæ. c. hucuſque idẽ eſt ordo. verſ. in antiquioribus.*

Ne Scriptores curiæ exigant ſalaria niſi iuxta taxationes ſcripturarum à conſtitutionibus factas. Capitulum IIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarij & Scribæ cauſarum prohibentur recipere alia ſalaria, præter taxata per conſtitutiones, ſub pœna priuationis officij, etiamſi partes ea ſponte darent. & num. 6.*

2 *Morabatinum an ſit exigendum à Scribis cauſarum. & num. 8.*

3 *Scriptorum nomine late comprehenduntur notarij.*

4 *Scriptores communiter dicuntur, qui ſcribunt acta iudicialia.*

5 *Salarij Relatorum materia. remiſſiue.*

7 *Conſuetudo non valet, vt male acquiſita non reſtituantur.*

9 *Pœna vbi non incurritur ipſo facto, requiritur ſententia declaratoria. idem ny. 13.*

10 *Affectus non eſt puniendus, ſi non fuerit perfectus effectus.*

11 *In ſtatutis vbi ponitur verbum, ipſo facto, vel ipſo iure, intelligitur de facto perpetrato, quod conſtat ex omnibus ſuis partibus ſubſtantialibus.*

Pro-

12 *Pro pœna priuationis officij agi poteſt ante tempus tabulæ.*

14 *An poſsit diſpenſari pœna priuationis officij ſcribæ ob receptum plus ſalarium, quam taxatum, traditur.*

15 *Dominus Rex diſpenſat, vbi aliter non eſt prohibita diſpenſatio.*

16 *Peruerſorum audacia requirit, vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti, ſed quod pœna delinquentibus imponatur.*

17 *Eleemoſyna fieri nequit de male receptis, inuito domino.*

18 *Turpiter datum non reſtituitur parti, ſed illud capit fiſcus.*

19 *Fiſcus eſt proprie ſaccus & marſupium male quæſitorum.*

20 *Acta facta per officialem priuatum, quamdiu tollerantur, an valeant.*

21 *Si Epiſcopus ponat officialem ſeruum, & talis officialis vnam tantum protulerit ſententiam, non valet talis ſententia.*

22 l. Barbarius. ff. de officio prætoris, *declaratur.*

23 *Geſta per locumtenentem Regis Caſtellæ, qui non fuit Comes Barcinonæ, quamuis tollerarentur, non tenuerunt.*

1 A *Ls Scriuans de la noſtra Cort*, &c. Caſus. Notarij † & Sciptores proceſſuum & actorum cauſarum prohibentur recipere ſalaria, niſi iuxta ſcripturas à cõſtitutionibus Cathaloniæ taxatas, pœna priuationis officij contrafacientibus imminente. Et nihilominus tenentur reſtituere parti quidquid inde contra tenorem huiuſmodi recepiſſent. Hoc dicit. Et nota, quod generaliter de omnibus notarijs & ſcriptoribus loquitur cõſtitutio præſens, & omnes comprehendit: ita ꝙ

2 hodie † notarij & ſcriptores nõ poſſunt prætextu ſententiarum recipere ſalariũ, quod olim exigebant, ſcilicet, medietatem eius quod iudex habet pro ſuo ſalario. olim enim notarij & ſcriptores curiarum domini Regis & Gubernatorũ recipiebant pro ſalarijs ſententiarum tantum quantum vnus ex aduocatis cauſæ, ſcilicet, ſi iudex haberet quinquaginta libras, notarius habebat vigintiquinque libras: hoc hodie eſt prohibitũ, quia non recipit niſi pro numero foliorum actorum, ſcilicet, iuxta taxiã conſtitutionis, quæ eſt ſupra *collat. 6. curiæ Montiſſoni cap. notarij, ſeu ſcriptores curiæ noſtræ*, &c. vide quę ibi dixi. Sed proh dolor, adhuc ipſi nomine ſcripturarum & pedagiorum in exigendis ſalarijs metas rationis excedunt, vt in dicta *curia Montiſſoni, cap. t. cum notarij.* Imo, quod peius eſt, quandoque de facto exigunt pro legendo ſententiam in Audientia Regia decem libras, quandoque morabatinũ. & male. Super textu, *als ſcriuans.* dic, ſubaudi, & notarijs: quia † nomine ſcriptorum late comprehenduntur notarij: & de his omnibus loquitur allegatum *cap. Notarij, ſeu ſcriptores curiæ noſtræ*, &c.

4 Sed ideo dixit *ſcriuans*, quia † ſcriptores communiter dicuntur illi, qui ſcribunt acta iudicialia. Sequitur in textu, *per ſalari als reladors*, ſcilicet,

5 de † iſto ſalario dicetur infra *eadem, cap. los ſalaris.* Sequitur in textu, *no goſen rebre*, &c. nota, quod,

6 etiam ſi ſponte daretur tale ſalarium, non † poſſunt recipere impune, alias incurrunt pœnã priuationis officij ipſo facto, vt ſubijcitur: ſic *extra de cenſibus. cap. 1. §. caueat inſuper. lib. 6.* & per hoc dico, quod tenerentur reſtituere, vel in Eccleſias elargiri: quia non adquirerentur iuſte, & ſic peccaret mortaliter, illicite recipiendo, aut detinendo, vel in vſus proprios cõuertendo: & ſic caueãt

7 de conſcientia, quia † in his non valeret contraria conſuetudo, iuxta notata *extra. de cleric. non reſident. lib. 6.* & vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 3. in curia Montiſſoni, cap. 2. Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliquis officialis non audeat recipere ſeruitium*, &c. & ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni, c. iuxta conſtitutiones*, ſuper verbo, *penſionem recipiãt, ſiue non.* Sequitur in textu, *mas que ſien contents del*

8 *ſalari, lo qual per ſcriptures*, &c. Nota † bene litteram, quia hic eſt caſus contra notarios & ſcriptores curiæ domini Regis, exigentes ſalarium pro legendo ſententias in Audientia, quia ſolum debent habere ſalarium pro ſcripturis taxatum: & tamen in contrarium de facto abutuntur, & male pro eis, & vicarijs, & iudicibus talem abuſum permittentibus iudicio noſtro. Sequitur in text. *es taxat per conſtitucions*, vt ſupra in allegato *cap. notarij, ſeu ſcriptores curiæ noſtræ*, &c. vide ibi. Sequitur in textu, *ipſo facto ſien per toſtemps priuats de oficis*: nota ergo, quod ipſa pœna in hoc caſu infli

9 gitur † ipſo facto: eſſet tamen neceſſaria ſententia declaratoria, vt dixi ſupra in *curia Perpiniani cap. hac noſtra.* ſuper verbo, *careat.* Item nota, quod

10 pœnam, † quæ ipſo iure delinquẽti imponitur, non incurrit is qui cogitauit, & aliquid egit, ſed non perfecit, etiamſi per ipſum non ſtetit: vt *ext.*

11 *de elect. c. perpetuæ.* Vnde † quando in ſtatutis ponitur verbum, *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, intelligitur de facto perpetrato, quod ex omnibus ſuis ſubſtãtialibus partibus conſtat: quod eſt notatu dignũ,

12 & multas decernit quæſtiones. Et † ad pœnam priuationis officij poteſt agi ante tempus tabulæ. vide *Doctores in vſat. Chriſtiani.* in fine. & infra

13 *eadem, cap. confirmantis.* Nam † ante executionem pœnæ, quæ infligitur ipſo iure, requiritur ſentẽtia declaratoria. Vide tamen quæ ſcripſi infra *collat. 10. cap. ab feria de la preſent.* & infra in Pragmatica, *Quoniam legum fructus.* in fine. Et quia di

14 cit † hic textus, *perpetuo*, videtur quod nõ poſsit ſuper ipſa pœna diſpenſari, vt ſupra *cap. proximo* ſuper verbo, *diſpenſat*: dic quod non poterit diſpenſari contra conſtitutionem, quin contrafaciens pœnam incurrat: ſed poſtquam incurrerit, poterit per dominum Regem pœna remitti, & ſuper officio diſpenſari, ex quo non eſt prohibitũ: arg. *extra. de ſent. excommunic. cap. nuper.* Sed quod littera dicit, *perpetuo*, videtur obſtare, quia dominus Rex debet ſeruare conſtitutiones huiuſmodi, & facere obſeruari: & ſic debet facere executionem pœnæ huius, & obſeruãtiæ huius conſti-

tutionis.

tutionis. Sed tamen videmus quotidie, quod do-
15 minus † Rex diſpenſat, vbi alias non eſt prohibita expreſſe diſpenſatio: vt ſupra *cap. proxi.* cum ſimilibus, quæ faciunt pro hac parte à contrario ſenſu, vel per locum à ſpeciali. Et propter verbum, *perpetuo*, videtur tacite prohibita diſpenſa-
16 tio. Et exigit † peruerſorum audacia, vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti: ſed quod pœna delinquentibus imponatur. vt *extra. de cenſibus, c. exigit.* Sed tamen ipſa diſpenſatio nõ debet fieri ſine cauſa, iuxta notata in dicto *caput*, ſupra proximo. vide ibi latius. Non tamen poterit diſpenſare, quin dicta reſtitutio fiat parti, vti
17 hic ſubijcitur. Ita quod hoc caſu † non poterit de male receptis fieri eleemoſyna, inuito domino, qui ſoluit, vel dedit ipſas pecunias, quas ipſe notarius vel ſcriba recepit contra tenorem
18 præſentis conſtitutionis. Sed † ſi forte pars dederit ſcienter, quod turpiter dedit forte non ſibi reſtitueretur. Sed ſi fiſcus auferret, qui eſt ſaccus
19 & † marſupium male quæſitorum: vt *l. in haredẽ ff. de calumnijs.* & *l. quod autem*, & *l. quod diximus. ff. quod metus cauſa.* & *l. Papa. §. meminiſſe. ff. de inoffi-*
20 *cioſo teſtamento.* Sed numquid † valeant acta interim per talem officialem priuatum, quamdiu toleratur? Reſpondeo, vt valeant geſta per toleratum in officio, vltra tolerantiam exiguntur duo: primo, quod ad officium ſit auctoritate eius qui poteſt officium decernere: ſecundo, quod in hoc verſetur vtilitas Reipublicæ: & altero iſtorum deficiente non valet quod agitur. Et † per
21 hoc dico, quod ſi Epiſcopus ponat officialem ſeruum, ſi tantum tulit vnam ſententiam, nõ valet, ſecundum *Cinum in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris.* Si vero vſurpaſſet officium, non valent ge-
22 ſta per eum: ſic limitant Doctores † dictam legem *Barbarius.* ſecundum *Gui. de Suza.* & *Vbertum de Bobio*, & *Gui. de Cugno*, & ipſam legem: etiam intelligit in delegato: & quod etiam habet locum in dato ab inferiore à Principe, licet non poſſet tollere vitium inhabilitatis, dũmodo poſſet ipſum officium dare. Ita quod geſta per toleratum valent quoad ignorantes, non quoad ſcientes, ad eorum commodum, ſed bene quoad incommodum. ff. *de procuratoribus. l. non eo minus.* Vide *Gui. in l. Barbarius.* & *Doctores in capit. ad probandũ. extranag. de re iudic.* facit *capitulum, Quia in ſententijs.* & quæ ibi dixi ſuper verbo, *ſi plus receperit, ſupra in curia Monriſſoni, collatione ſexta.* & *in capitulo, Iuxta conſtitutiones. §. Et nihilominus. eadem*
23 *curia, & collatione.* Per iſta videtur, † quod non valeant geſta per Ioannem de Beamont tamquam Locumtenentem Regis Caſtellæ, qui reuera non fuit Comes Barcinonæ: & forte illi, qui regebãt Principatum, non potuerunt tale officiũ Locũtenentis decernere. Et ita per ſolam tolerantiam non validantur acta per eum; ſed tamen ad tollẽdum ſcandalum geſta per eum de facto tuerũt tolerata. vide & adde notata per *Innoc. & Baldũ in c. cum dilectus, extra. de relig. domibus.*

De non domiciliatis in Cathalonia ab officijs Regijs prohibendis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Non domiciliati in Cathalonia ita non poſſunt obtinere officia in ea, quod ſi de facto obtineant, incurrũt pœnam centum florenorum auri, & notam infamiæ. limita nu. 6.*
2 *Comes de Iſcla fuit diſpẽſatiue effectus Cathalanus, & creatus Viceſgerens Gubernatoris Cathalonia.*
3 *Cathalani ſciunt melius conſuetudines & obſeruantias Cathaloniæ.*
4 *Domicilium non habens in Cathalonia non poteſt eſſe iudex ordinarius, delegatus, vel officialis, qui vtatur iuriſdictione.*
5 *Confirmare aliud eſt, & aliud dare, vel conſtituere.*
7 *Quis domicilium dicitur habere in loco originis.*
8 *Domicilia plura quis habere poteſt.*
9 *Origo an ſit curanda ad obtinenda officia in Cathalonia ſi domicilio quis eſt Cathalanus.*
10 *Pœna infamiæ & centum florenorum non habet locum contra non domiciliatos & obtinentes officia Regia in Cathalonia, niſi poſtquam fuerint requiſiti & interpellati. declaratur nu. 12.*
11 *Pœnam vbi lex imponit, ſtatim annullat factum in cõtrarium.*
13 *Reſcripta contra conſtitutiones impetrata, ſunt caſſa, & irrita ipſo iure.*
14 *Domiciliatus in Cathalonia, vel ciuis Barcinonæ, ſi nõ Cathalanus origine, an poſſit regere officium iuriſdictionis in Cathalonia.*
15 Cathalanus *verbum ex conſuetudine fuit interpretatum, vt Cathalanus intelligatur quicumque domiciliatus in Cathalonia.*
16 *Cathalanus dicit originem, quaſi natus in Cathalonia.*

COnfirmans les conſtitucions fetes, &c. Caſus. Cõfirmatis † Conſtitutionibus Cathaloniæ dudum factis, prohibentibus non domiciliatos in Cathalonia fieri Gubernatores, Vicarios, Baiulos, vel officiales huius Principatus, & Regni Maioricarum, & aſſeſſores ipſorum, niſi fuerint Cathalani, adijcitur hic pœna contra non domiciliatum in Cathalonia, ſi contra dictas conſtitutiones fecerit quoquomodo. Et ſi requiſitus, & oppoſita exceptione per aliquem, nõ deſtiterit, vel contrafecerit, pœnam cẽtum florenorum auri. & notam infamiæ ipſo facto incurrit. Cuius pœnæ medietas fiſco, & alia opponẽti medietas adquiritur: & impetrans caret penitus impetratis. Hoc
2 dicit. Vidimus, quod † dominus Primogenitus Locumtenens Sereniſsimi domini Regis Renati de conſenſu Deputatorum Cathaloniæ, & ciuitatis Barcinonę, diſpenſauit faciendo Cathalanum egregium Comitem de Iſcla, ſcilicet dominum de Turrillis, quem creauit viceſgerentẽ Gubernatoris in Cathalonia, anno à Natiuitate Domini 1467. Fuit tempore ſchiſmatis. Vide litteram ibi, *Item a ſuplicacio.* alias eſt in Latino, & incipit, *Item ad ſupplicationem*, ſupra *collat. quarta, in prima curia Barcinonæ, cap.* 2. Sequitur ibi, *Item que lo noble Infant en Pere.* alias eſt in Latino, *Item*

quod nobilis Infans Petrus. in *eadem curia, capitulo* 3.
3 vbi dicitur, † quod Cathalani sciunt melius cõsuetudines & obseruãtias Cathaloniæ. Sequitur in textu, *Item a suplicatio de tots los deffusdits,* &c. alias est in Latino, *Item ad supplicationem omnium prædictorum,* &c. & est *cap.* 21. *curiæ Montisalbi, collat.* 5. vbi confirmatur dictum *cap. Item quod nobilis Infans,* &c. & additur, quod † aliquis, qui do-
4 micilium non habeat in Cathalonia, nequeat esse iudex ordinarius, delegatus, vel officialis, qui iurisdictione vtatur, nec cognoscere de aliquo negotio Cathaloniæ, seu ipsum etiam terminare. Et extenditur etiam ad iudices Regis, Reginæ, & Infantis, & alios vniuersos & singulos iudices & officiales. Et si contra prædicta per aliquos processum fuerit, seu etiam sententiatum, talis processus, seu sententia careat viribus, & effectu. Sequitur in textu, *Met auãt confirmants,* &c. alias est in Latino supra *collat.* 6. *curiæ Ceruariæ c. vltersus confirmantes,* &c. vide quæ ibi dixi. Nota quod a-
5 liud est † confirmare, aliud dare, vel constituere: tamen *Gui. de Cugno super l. sed quia. ff. de iurisdict. omnium iud.* ita distinguit: Aut confirmatur actus omnino nullus, & tunc qui confirmat, dat: aut actus non est omnino nullus, sed non erat ex toto perfectus, & tunc videtur dare, scilicet perficere. Aut erat actus iam omnino perfectus, & tunc aut ille qui confirmat, non habet potestatem reuocandi, & tunc nil dat: aut habet potestatem reuocandi, & tunc non videtur nouam actionem inducere, sed antiquam confirmare. Adde in curia Dertusæ *cap. Postremo,* super verbo, *confirmantes.* Sequitur in textu, *Que si aquell, qui no sera domici-*
6 *liat en Catalunya,* supple, † exceptis Cancellario, & Vicecancellario domini Regis: vt in dicto *c. vltersus confirmantes. vers. in hoc tamen,* &c. dũmodo fuerint oriundi, & domiciliati realiter aut de Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarũ, aut de Principatu Cathaloniæ. vt infra *collat.* 10. *cap. primerament,* vbi dicitur, quod vacante officio Cancellarij, vel Vicecancellarij, dominus Rex infra duos menses habet prouidere de persona Ecclesiastica in iure canonico vel ciuili graduata, in Cancellarium: & de aliqua persona laica, quæ sit iuris perita ac experta in toribus, & alijs iuribus dictorum Regnorum & Principatus, vti latius continetur in dicto *cap. primerament.* vide quæ ibi dicam, & adde quæ notantur supra in *curia Regis Martini, c. Item senyor, quels Cancellers, &*
7 *Vicecancellers.* Item nota, quod † quis dicitur ha-
8 bere domicilium in loco originis. Item † potest habere plura domicilia. de quo per *gl. f. ext. de tẽp. ordi. c. cum nullus. lib.* 6. & dixi sup. *collat.* 7. *in curia Dertusæ, c. postremo super ciuibus & habitatoribus.* &
9 *in alleg. cap. Item ad supplicationem.* Et nota, † quod dicit, *Qui no sera domiciliat.* & nil dicit de eo qui non est natus in Cathalonia: quia videtur quod origo non sit curanda, dummodo sit domicilio Cathalanus. Facit pro hoc *c. cum deputati. extra. de iudi.* Adde quæ dixi latius inf. *collat.* 10. *in curia dñæ Mariæ, c. la superstitat.* super verbo, *nadius, & naturals.* Sequitur in textu, *o posat, & raquell,*
10 &c. Nota hic, † quod pœna centum florenorũ, & infamia, de quibus hic dicitur, non habẽt locum ipso facto, nisi demum præmissa exceptione siue requisitione, & oppositione inde facta per partem, vt hic sumitur â contrario sensu istius litteræ: sed alias pœnas constitutionum inde appositas bene incurrunt absque monitione, si eas violauerint, & contra prohibitiones & præcepta earum fecerint: & sic est de scriptoribus, notarijs, secretarijs, & locumtenentibus protonotarij: vt in eadem *curia proxima, c. Aquells materx.* & *c. tolents los abus per los protonotaris.* vide in eis. Itẽ
11 nota, † quod vbi lex pœnam imponit, statim annullat factum suum actum in contrarium. De quo dic per *Bart. in l.* 1. *ff. de his quæ pro non scriptis habentur.* & latius in *l. prætor. §.* 1. *ff. de noui op. nũti.* Sequitur in text. *Ipso facto encorrega.* subaudi, nisi
12 post † oppositionem & requisitionem inde factam destiterit, tunc enim ex huiusmodi pertinacia ipso facto efficitur infamis, & incurret pœnam dictorum centum florenorum: nihilominus tamen in omni casu caret impetratis, vt statim
13 sequitur, & subijcitur hic in fine: quoniam † rescripta contra constitutiones huiusmodi impetrata non valent, sed sunt cassa & irrita ipso iure, vt sup. *collat.* 3. *in curia Montissoni, c.* 8. *Itẽ ordinamus & statuimus, quod aliqua charta nõ possit exire.* & *c.* 17. *Itẽ ordinamus & statuimus, ꝙ aliqua littera nostra,* &c. vide quæ in eis scripsi. adde inf. *c. prox.* super verbo, *sbus.* & sup. *c. proxi.* super verbo, *ipso facto sien.* & c. Facta contra has constitut. sunt nulla. vide quæ latius scripsi sup. in *curia Ceruariæ, c.*
14 *inprimis.* Sed numquid domiciliatus † in Cathalonia, vel ciuis Barcinonç, qui tamen nõ est origine Cathalanus, poterit tenere officiũ iurisdictionis in Cathalonia, vel aliquo loco Cathaloniç? Videtur ꝙ non, per *c. Item quod nobilis Infans.* vbi requiritur ꝙ sint Cathalani, quasi in Cathalonia nati. & dixi *colla.* 5. *in c. Item ad supplicationem.* Sed in contrariũ vidi vti & practicari, quia Antonius de Mesa oriũdus Turolij Regni Aragoniæ, ciuis domiciliatus Gerũdæ, fuit ordinarius Gerundæ, it ẽ fuit assessor Gubernatoris Cathaloniæ, & quotidie vtitur officio iudicaturæ & iurisdictionis: & Gabriel Omedes Aragonẽsis fuit Mostraçatfius Barcin. & Adam Vasco. est algutzirius Gubernatoris Cathaloniæ, & plures alienigenæ, domiciliati tamen in Cathalonia fuerũt caps de goytes Barcino. & Petrus Ribes, & alij Aragonẽses Barcinonæ domiciliati vtũtur incõ-
15 cutie officio iudicandi. & ita † videtur de cõsuetudine, ꝙ per verbum *Cathalanus* intelligãtur qui cũq. in Cathalonia domiciliati. ar. *l. si de interpre. ff. de legi.* & *l. minime sunt mutanda. eod. tit.* & ita videtur de mẽte, quia vndecũque venerint, diuina gratia vocati, dũmodo recte regãt officiũ, frustra quæritur suæ noscio nationis: *ext. de iudi. c. cũ deputati,* sed debent esse domiciliati, vt sciant mo-

res

res patriæ.vt dicitur in alleg.*cap. Item quod nobis*
16 *Iis Infans.* Verumtamen † verbum *Cathalanus*, facit multum pro prima parte, quia dicit originē, quasi in Cathalonia natus: vnde opus esset maiori declaratione. Sed clarum est de iure, & secundū istis constitutiones, quod habent esse vere nati, & domiciliati in Cathalonia, & secus acta sunt ipso iure nulla, quidquid de facto in contrarium & in abusum factum fuerit, siue fiat: & deberent transgressores puniri, quia impunitas blanditur ad offensa. Sed videtur quod huiusmodi constit. non sunt moribus vtentium approbatæ. De quo vide 4.*dist.* 6.*leges.* & adde quæ dixi in *c. hauents a cor. in curia Reginæ Mariæ, collat.* 10.

De pœnis officialium non seruantium constitutiones prohibentes fieri remissiones criminum, donec satisfactum fuerit iniuriatis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Officiales non seruantes constitutiones prohibentes remissiones criminum, non satisfacta prius parte læsa, puniuntur pœnis hic contentis, declaratur nu.* 3.
2 *Officiales quandoque puniuntur ante tempus tabulæ.*
4 *Iudices qui puniri possint ante tempus tabulæ, remiss.*
5 *Iudex delegatus a Principe delinquens in officio potest in officio conueniri.*
6 *Gubernator, cum sit officialis perpetuus, potest quandoq. conueniri durante officio.*
7 *Gubernator non tenet tabulam sicuti iudices delegati. & nu.* 17. *&* 18.
8 *Actus contra constitutionem sunt abusus, & ex eis non inducitur consuetudo. & nu.* 9.
10 *Constitutiones an possint derogari per contrariū vsum. remissiue.*
11 *Consuetudo contra constitutiones iuratas non tenet.*
12 *Tolerantia an & quando dispensationem inducat, late traditur distinguendo.*
13 *Vox populi vox Dei.*
14 *Transgressores legum propter tollerantiam excusantur à pœna. & traditur ibidem cautela, quod lex publicetur, & mandetur de nouo obseruari.*
15 *Constitutio de prohibendis pannis extraneis est sublata per contrariam consuetudinem vniuersi populi.*
16 *Aduocati fiscales delinquentes puniri & conueniri possunt coram iudice competenti.*
19 *Notarii, milites, officiales, assessores, & consiliarij tenēt tabulam de iure communi.*
20 *Potestas tenetur in syndicatu pro factis sagionū & notariorum.*
21 *Syndicatus materia remissiue. idem nu.* 43.
22 *Officialis post finitum officium debet expectare, donec fit syndicatus.*
23 *Acquiescere sententiæ non tollit potestatem dicendi de iniquitate sententiæ, ad effectum vt iudex possit puniri.*
24 *Iudex tenetur de facto sui adiuncti, seu coadiutoris. declaratur ibidem.*
25 *Officialis inutilis propter infirmitatem, vel negligentiam, est remouendus ab officio.*
26 *Iudex, qui tulit iniquam sententiam, an pendente appellatione possit syndicari, & conueniri ad sumptus litis.*
27 *Iudex male pronuntiando dolo, tenetur in solidum: si vero per imprudentiam, tenetur ad arbitrium iudicis.*
28 *Dolum allegans debet illum probare: & probatur per spicuis coniecturis.*
29 *Arbitrium iudicis intelligitur, in quantum bonum & æquum visum fuerit iudicanti.*
30 *Iudex syndicatur de eo quod male iudicauit inciděter.*
31 *Arbiter male iudicando facit litem suam.*
32 *Iudex pronuntians iuxta formam consilij an teneatur. remissiue.*
33 *Iudex propter imprudentiam omittens facere iustitiā, an puniatur. remissiue.*
34 *Iudex negligendo facit litem suam, sicut male iudicando. ex* Angelo.
35 *Iudex, qui non vult supplere cum possit, non facit litē suam.*
36 *Iudicem condemnari quod dicitur, si aliquid non facit, est verum si id petatur.*
37 *Iudex non dicitur negligere, si pars non petit.*
38 *Iudex non tenetur aliquem ponere ad torturam, nisi petatur.*
39 *Officialis non præsumitur negligens, nisi probetur.*
30 *Iudex male iudicando peccat, licet credat bene iudicare, si est imperitus.*
41 *Iudex pro eo quod non iudicat per dolum præsumptū, tenetur quanti interest.*
42 *Officialis tenetur de delictis suorū ministrorum, quos secum ducit, si delinquant in officio.*
44 *In expensarum taxatione licet regulariter debeat haberi respectus ad consuetudinem expendendi, tamen contra officialem debent taxari omnes, quas fecerit pars, dummodo iuret non dolo fecisse.*
45 *Expensarum materia. remissiue.*
46 *Expensæ contra officialem possunt peti iure actionis, conditione ex constitutione, & declaratur n.* 47.
48 *Expensæ probantur solo iuramento.*
49 *Iudex potest condemnari in expensis, nulla citatione facta.*
50 *Officialis excommunicatus exercere non potest iurisdictionem. fallit ibidem.*

1 COnfirmants la constitucio en la Cort de Montso, per lo key Mamfos, &c. Casus. Officiales † nō seruantes constitutiones prohibentes fieri remissiones criminum, & aliquid recipi, donec fuerit parti læsę de damnis & iniuria satisfactum, vltra incursum pœnarum in dictis constitutionibus appositarum, tenentur de bonis eorum propriis satisfacere dictæ parti læsæ, omnes expensas, dāna, & interesse, quas, & quæ inde sustinuisset, pro quibus possunt ante tempus tabulæ conueniri coram illo iudice ordinario, coram quo pro alio debito possent conueniri, iuxta constitutiones Cathaloniæ. Et nihilominus tempore syndicatus tabulę arbitrarie punientur. Hoc dicit. Et nota,
2 singulariter † hanc constitutionem in eo, quod permittit officiales pro his ante tempus tabulæ conueniri: sic supra *collatione sexta, in curia Montisoni.*

non fuerint, traditur sub distinctione, & n. 12. referũtur casus in quibus dominus Rex, & illius officiales eos punire possunt.

13 *Forum in quibus casibus quis sortitur. remissiue.*

14 *Lucri vel quæstus appellatione quid veniat. remissiue.*

15 *Lucrum non dicitur nisi deducto damno.*

16 *Lucrari dicitur quis faciendo voluntatem suam.*

17 *Affectio recipitur pro interesse in iudicijs bonæ fidei.*

LA constitucio del Rey en Pere en la primera Cort de Barcelona feta, per la qual taffurraria, &c. Præ-
1 sens † constitutio fuit temporalis, & iam extincta. Et erat salubris, quia ponebat pœnam contra tenentes, & colligentes taffurariam in aliquo loco, & signãter quia pro crimine taffurariæ non dabat eos in loco Regio repertos puniri, nisi in loco delicti fuissent iam puniti. Et erat pœna standi in costello, & exilij septem annorum. De
2 materia † dixi supra *colla. 2. in 2. curia Barcin. cap. 31. Item, concedimus quod taffurraria tollatur perpetuo,* &c. vide ibi omnino. Super tex. *en la primera.* Forte hic fuit error vel vitium, quia ego habeo ibi secundam curiam dicti Regis Petri II. ¶ Se-
3 quitur in tex. *taffurraria* quid † sit taffuraria dixi in dicto *cap. Itẽ concedimus,* &c. Sed hic clare col-
4 ligitur, quod † illi dicuntur tenere taffurariam qui sustinent ludũ & à ludentibus exigunt quæstum, & etiam arrendadores, vel collectores talis
5 quæstus; & tales † sunt hodie officiales bastonerij; & maxime Subbaiuli, & isti qui deberent alios punire, peius faciunt; quia auctoritate officij Regij multotiens per fas, vel nefas exigunt, & extorquent pecunias; & multotiens incarcerant,
6 & alias opprimunt. Sed † omnes officiales Regij taffurariam sustinentes incurrunt pœnas priuationis officiorum, exilium trium annorum, & quinquaginta librarum: vt infra *ead. cap. per obuiar a tota manera de sostenir taffurraria,* vide ibi. Et
7 dicitur † taffur, quasi taxillos ferens. Vnde isti tenentes, taffurariã proprie sunt taffuri, quia ad ludũ taxillos ferunt, & ministrant. ¶ Nota, quod
8 aleator † dicitur ille, qui sæpe ludit, & sæpe lucratur in ludo aleę, sed dicitur qui sæpe in aleis
9 ludit, & in eis sępe perdit: aleatoriũ † vero dicitur locus vbi ludus aleæ exercetur, vel vbi aleæ re-
10 ponuntur. Et † maius est delictum sustinere ludũ in domo, quã ludere: *ff. de aleatoribus. l. 1. §. si rapina.* & ibi notat *Bal.* Et licet etiã lusus sit prohibitus. vt infra *c. proxi.* tamen hic, & in dicto *c. Itẽ cõcedimus,* solũ prohibẽtur. & puniuntur tenentes, & exercẽtes officiũ, & quæstũ taffurariæ, & dictũ *c. Itẽ concedimus,* adhuc durat, vt hic patet, tamen pœnę huius capituli non tenẽt hodie: quia per celebrationẽ curię infra *proxi.* expirauit, vt in hoc cap. infra subijcitur. Sed tamen hodie habet locũ dictũ *c. per obuiar.* ¶ Sequitur in text. *E si*
11 *per algũ Prelat, Baro,* &c. Nota † hic, q̃ dñs Rex, & eius officiales possunt punire delinquẽtes in terris Baronũ & aliorum iurisdictiones habentiũ, si per ipsos Barones, aut alios iurisdictionẽ habentes non fuerint puniti. Super hoc dic breuiter. Aut delinquentes infra terras Prælatorũ, Baronum, aut aliorũ iurisdictiones habentiũ, sunt de terris ipsorum Baronũ; aut aliunde. Primo casu regulariter nõ puniũtur per dñm Regem, & eius officiales, quia illi tam ratione delicti quã domicilij subijciuntur foro ipsorũ Prælatorũ, Baronũ, & aliorum iurisdictiones habentiũ infra Cathaloniæ Principatũ. Fallit in processibus regaliarũ, & in tribus casibus soni emissi, & forte in homicidio, si fuerint in territorio Regio reperti, & non fuerint in loco delicti, & domicilij præuenti, & hoc vidi seruari de consuetudine, quę est valde rationabilis in detestationem homicidarũ, qui hodie prohdolor nimiũ crassantur in hac patria: de hoc dixi aliquantulum supra *collat. 4. curiæ Gerundæ cap. 27. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit bannitus.* vide ibi in *q. Sed pone,* &c. & adde infra *ead. cap. Sicut aduersus contumaces. §. caueat autem Vicarius,* &c. & id m dicunt quidam in atrocioribus sicut de homicidio. Secus de alijs, arg. hic à contrario sensu. & infra *ead. cap. com fer, o contraure ipsos alles, o matrimonis amagats. §. Entes empero,* &c. & hoc est ratione generalis iurisdictionis, quã dominus Rex habet in suo Regno: vt dicitur in *cap. 1. concordiæ Cardinalis Conuenarum,* & in *comme. Petri Alberti cap. Barones.* Secundo casu, quando delinquentes sunt aliunde, puta de loco Regio. Aut quia est vagabundus, & tunc si non fuerint præuenti in loco delicti, possunt & cõsueuerunt per dominũ Regẽ, & suos Officiales distringi, & puniri si reperiantur in loco Regio, & hoc ratione generalis iurisdictionis. Et † in casu negligentiæ Prælatorum, Baronum, & aliorum iurisdictiones habentium, & suorum officialium, vt hic, & maxime in casu iniustæ oppressionis, vel denegationis iustitiæ, vel etiam ratione miserabilitatis aut perhorrescentiæ poterit dominus Rex per suam regalem præeminentiam se intromittere. ad hoc in *vsat. Alium namque,* & infra *ead. curia c. ne ex beneficio.* & infra *coll. 11. c. les causes de pubills.* cũ simi-
12 libus. Et † in quibus casibus quis sortiatur forũ. vide supra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 17. Itẽ q̃ nulli homines.* dic de his latius, vt scripsi in *Summula, siue libello, aut tractatu,* quẽ cõposui *de afflictionibus, & oppressionib⁹.* & incipit: *Afflictus sum, & humiliatus*
13 *sum.* ¶ Quid † autem veniat appellatione quæstus, & lucri, vide *ff. pro socio. l. duo societatem. §. fin.* & *l. cosri.* & ibi quod proprie refertur ad id quod quæritur industria, & labore personæ. ¶ Et
14 nota, † quod lucrum non potest dici nisi omni damno deducto. *ff. pro socio. l. Lucius,* alias *Mecianus.*
15 Et † lucrari dicitur quis faciendo voluntatem suam *l. penult. ff. de condi. ob causam.* ff. *de fur. l. si pignore.* & in *authen. de heredi. & fal. §. si vero.* Facit *ff. de reg. iur. l. fructus.* & quæ ibi notãtur per
16 *glo.* Item † nota quod affectio recipitur pro interesse in bonæ fidei iudicijs: vt *l. cum seruus. ff. man.* adde quæ dixi supra *colla. proxi. cap. primera-ment,* super verbo *interes de part.*

De

Digitized by Google

De ludo taxillorum & alearum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ludus taxillorum intra domos & loca occulta prohibetur ſub pœnis hic contentis. & ratio prohibitionis ponitur num.6.*
2 *Ab omni ſpecie mali eſt abſtinendum.*
3 *Mala, quæ ſequantur ex ludo ſub verſibus traditur.*
4 *Prohibitio ludendi ad taxillos non habet locum in loco publico.*
5 *Delictum maius eſt retinere ludum in domo, quam ludere. idem nu.14.*
7 *Loca ſeparata & occulta inducunt præſumptionẽ doli.*
8 *Qui male agit, odit lucem.*
9 *Donatio occulta filijs non emancipatis facta in quibus caſibus valeat. remiſſiue.*
10 *Loca ſeparata & occulta quæ, traditur late.*
11 *Separare dicitur de iure, vel de facto.*
12 *Ex ſeparatis non infertur.*
13 *Separationis bonorum materia. remiſſiue.*
15 *Ludus eſt crimen, & luſores poſſunt banniri.*
16 *Ludus* de Marrequinques *non cenſetur prohibitus.*
17 *Ludus, qui fortuna viribus committitur, illicitus eſt de iure communi. Fallit ibidem, & nu.19. & 23.*
18 *Si promiſero tibi centum, ſi luſero ad taxillos, valet promiſſio.*
20 *In eodem ludo ſi quis luſerit, & perdita recuperauerit, an licite retineat. remiſſiue.*
21 *Mutuans ludenti an repetat, ſi conſumpſerit.*
22 *In ludo obtentum poteſt repeti.*
24 *Ludere permittitur familiæ quod ponitur pro conuinio & cauſa veſcendi.*
25 *Qui interſunt, vel inſpiciunt ludentes ad aleam vel taxillos, peccant, maxime ſi ſunt clerici.*
26 *Ludi poteſt recreationis cauſa & bono fine.*
27 *Ludus omnis noxius eſt culpoſus.*
28 *Ludus inter ſcholares eſt prohibitus.*
29 *Bannitus pro ludo, ex quo ludus eſt crimen, an poſſit occidi impune ex ſtatuto, quod permittit occidere bannitum pro crimine. remiſſiue.*
30 Nullatenus *verbum importat idem quod ex nulla cauſa. idem nu.32.*
31 *Ludere ſine peccato vt liceat, non poteſt facere Rex, & ratio traditur ibidem.*
33 *Pœna quingentorum ſolidorum an habeat locum pro qualibet vice, quo ſurgitur de ludo, vel pro qualibet die quo luditur.*
34 *In pœnis eſt benignior interpretatio facienda.*
35 *Pœna vbi apponitur, & non dicitur cui acquiratur, an applicetur fiſco, vel parti.*
36 *Pœna pecuniaria vbi ſolui poteſt, non habet locũ pœna carceris.*
37 *Qui non habet in ære, luit in corpore.*
38 *Carcer aliquando cedit loco pœnæ de iure canonico, & patria, ſecus de iure ciuili.*
39 Continuus *verbum non poteſt importare interpellationem.*
40 *Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt interpretandæ iuxta cõmunem vſum loquendi.*
41 *Pœnam commutare eſt diſpenſare.*
42 *Incarcerari poteſt alienator, quando non reperitur res in fraudem alienata.*
43 *Dominus Rex non poteſt contra tenorem conſtitutionis prohibentis ludum taxillorum diſpenſare. & rationes traduntur nu.44. 47. & 49.*
45 *Caſus tres, in quibus prohibetur diſpenſatio pœnæ, referuntur.*
46 *Diſpenſatio vbi non inhibetur per conſtitutionem, poteſt fieri per officiales ordinarios.*
48 *Inferior à Principe in iure prohibitorio diſpenſare nõ poteſt.*
50 *Diſpenſari non poteſt conſtitutionem iuratam, vel quæ in contractum tranſiit, vel contra priuilegium.*
51 *Princeps ſcienter eligens indignum, videtur cum eo diſpenſare.*
52 *Papa, vel Imperator vbi aliquem promouet ex certa ſcientia, diſpenſare videtur: ſecus eſt autem in inferiore.*
53 *Factum temerarium haberi non poteſt pro legitima diſpenſatione.*
54 *Populus ſtatuendo aliquid, vel faciendo ex certa ſciẽtia, vbi diſpenſatio exigit, diſpenſare videtur.*
55 *Diſpenſari non poteſt contra conſtitutiones iuratas, & alia iura patriæ, niſi quatenus ſit permiſſum dictis conſtitutionibus.*
56 *Diſpenſari an poſſit ſuper pœna contrafacientis cõſtitutionibus.*
57 *Super pœna infamiæ ſolus Princeps diſpenſat, niſi per conſtitutiones fuerit diſpenſandi facultas reſeruata.*
58 *Ludus tabularum non cenſetur prohibitus, declaratur ibidem.*
59 *Pœna vbi ſuſpenditur, intelligitur de committenda, nõ de commiſſa.*
60 *Deus tunc honoratur, quando bene adminiſtratur iuſtitia.*
61 *Damna ex ludis prouenientia multa.*
62 *Conſuetudo an & quando excuſet a pœna & peccato. remiſſiue.*
63 *Ignorantia an & quando excuſet. remiſſiue.*
64 *Epiphania vnde dicta, & multa ſcitu digna de Epiphania Domini traduntur.*

1 PEr tal que mal, & occaſio de mal, &c. Caſus. Ludentes † ad aliquem ludum taxillorum intra domos, hortos, & alia loca occulta, pœnam quingentorum ſolidorum incurrunt pro qualibet vice, prout hic dicitur diuidendam: quam ſi ſoluere non poterunt, pœnam captionis triginta dierum in communi carcere ſuſtinebunt, ſuper quo nequit per quempiam diſpenſari. Quæ pœna à vigilia Natalis Domini vſque ad feſtum Epiphaniæ incluſiue eſt ſuſpenſa. Per hanc tamen conſtitutionem ludus tabularum non prohibetur, quia ludus tabularum nullatenus comprehenditur in prædictis. Hoc dicit in ſumma, & in lõgo. Et eſt valde notabilis, licet de facto per multos male ſeruata. Et diuiditur in quinque partes. In prima generaliter prohibentur ludi taxillorum intra domos & loca occulta & ſeparata. In ſecũda, ibi, *E que lo contrari fara*, ponit pœnam cõtra facien-

Digitized by Google

facientibus. In tertia, ibi ; *Sobre les quals*, inhibet diſpenſationem. In quarta, ibi, *E la preſent ordinacio*, excipit ludum tabularum. In quinta & vltima, ibi, *La dita pena*, ſuſpendit dictam pœnam à vigilia Natiuitatis Domini vſque ad Epiphaniam incluſiue. ¶ Super textu, ibi, *E occaſio de*
2 *mal.* Nota, † quia ab omni ſpecie mali præcipit Apoſtolos abſtinere: vt *extra. de vita. & hon. cleri.*
3 *cap. cum ab omni.* Et † quæ mala ſequantur ex ludo habentur his verſibus:

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt;
Eccleſiæ ſpretus, vſuraque, ſiue rapina,
Scandala, vel rixæ, blaſphemia, ſeu faciendi
Furti doctrina, violentia crimine falſi,
Et mortis cauſa deceptio, prauaque cupido,
Et deſiderium lucri, corruptio turpis.

Hos verſus poſuit, & exponit frater *Ioan. de Saxonia in eius alfabeto*, vocabulo, *ludus*. ¶ Sequitur in tex. *dintre cases, o habitacions, orts, verges, & altres*
4 *llochs ſeparats.* Nota † quia hæc prohibitio ludendi ad taxillos non habet locum quando quis lu-
5 dit in locis publicis. Item † maius eſt delictum retinere ludum in domo quam ludere, vt notat *Bal. in l. 1. §. ſi rapina. ff. de aleatoribus*, & dic *ſeparats.* ideſt loca ſecreta & occulta, in quibus ſit
6 præſumptio, † quod ſimplices poſsint per falſos taxillos, aut alias fraudes, & doloſitates deci-
7 pi; quia † loca ſeparata, & occulta inducunt præſumptionem doli, vt in *cap. vt noſtrum. extra. vt*
8 *Eccl. beneficia ſine dimi. qualibet confe.* quia † qui male agit odit lucem. *extra. de offic. dele. cap. conſuluit*, vide tamen notata in *vſat. Auctoritate, & rogatu*,
9 & ibi caſus, in quibus † valet occulta donatio
10 facta filijs, licet non emancipatis. Et † quæ dicantur loca ſeparata vel occulta, dic quod in hoc caſu quando fit ludus intra domos vel ſepes, habet locum hæc pœna; ſed ſi fiat in loco aperto, & non clauſo, aut eſt intra ciuitatem & locũ, prope quem eſt cõfluxus gentium, & populi, & tũc non dicetur locus ſeparatus, nec occultus: aut fit ludus extra ciuitatem vel locum populatum, vt in rure, & tunc ſi non ſit ibi populus, dicam locum ſeparatum, quia intelligo hic verbum *ſeparats*, ſcilicet à confluxu gentium, & â loco populoſo. Si vero in rure, & erant ibi multę gentes, erit arbitrium iudicis, an videatur locus ſeparatus & ſuſpectus; & erit etiam coniectura ſi ibi conſueuerunt fieri fraudes, & apertationes ſimplicium, & quid inde habeat fama. & ex alijs circũſtantijs: arg. *ff. de iure delt. l. 1. & de offi. dele. cap. de cauſis.* Facit ſupra *colla. 6. cap. officiales noſtri*, & quæ ibi dixi ſuper verbo, *in ſuſpectis locis.* ¶ Et
11 nota, † quod ſeparare dicitur de iure, & de facto, & idem de verbo *diſcernere*, vt in *l. 1. ff. de iuſti-*
12 *tia & iure.* Et † ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, & de ſeparatis non intertur, vt *l. ſi. ff. de ca-*
13 *lum.* vide ibi concor. Et † de ſeparatione bonorum vide in *l. ſi adulta. C. de hæredi. actionibus*. Et
14 nota, † quod maius delictum eſt ſuſtinere ludũ in domo quam ludere, vt *ff. de aleatoribus. l. 1. §. Si*
rapine. Facit *cap. proxim.* quia ſuſtinere ludum in domo eſt exercere taſſurariam, de qua ibi. Item
15 nota, † quod ludus eſt crimen, & luſores poſſunt bauniri, vide *Bar.* in *1. conſti. ff. §. illud.* quod eſt verum, niſi ſit ludus pro prandio, vel pro modico. *ff. de alea. l. ſi.* vel quando eſt ludus cauſa virtutis, & non committitur fortunæ. ¶ Sequitur in tex. *à joch de daus.* Nota, quod hic loquitur ſolum de ludo taxillorum, qui vulgariter in Cathalonia
16 dicitur *joch de daus*, vt hic vides. vnde † pro alio ludo, ſcilicet, *de marrequinques*, & huiuſmodi, non haberet locum pœna huius cap. quia cum ſit hæc conſtitutio pœnalis, non eſt extendenda. *l. pœne.*
17 *ff. de pœnis*. Sed † de iure communi regulariter omnis ludus, qui fortunæ viribus committitur, illicitus eſt. Fallit quando eſt modicum in ludo, ſcilicet, duodecim denariorum, vel pro vno prãdio: vt *ff. de alearum vſu. l. fin.* & ff. *quarum rerum*
18 *ac. non detur. l. ſi. §. 1. vt dixi.* Sed † ſi promiſero tibi centum, ſi luſero ad taxillos, valet promiſsio: ff. *de verb. obli. l. ex ea parte.* §. 1. Sed dominus domus præſtans pecuniam luſori, non habet actionem: vt ff. *de alea. l. 1. §. qui autem in gloſ.* Item no-
19 ta, † quod ludus, in quo venit pecunia non virtutis cauſa, ſed fortunę, illicitus eſt: *eod. tit. l. ſolẽt.*
20 ¶ Sed † an ſi quis in eodem ludo luſerit, & perdita recuperauerit, licite retineat, & an hoc videatur quæſitum ex noua cauſa, an antiqua, vide *glo. Guill.* & *Barto. ff. de minoribus. l. minor.* 25. *an ſi-*
21 *liſam.* Et an † mutuans ludenti repetat, ſi conſumpſerit. vide *tex.* & *glo. eod. tit. quod ſi vino. §. reſtitutio.* & *le. 2. C. quarum rerum ac. non datur.* ff. *pro emptore. l. ſi quis eum ſciret.* ¶ Item nota, quod ob-
22 tentũ † in ludo poteſt repeti. ff. *de alea. l. ſi.* & ibi nota, q̃ pater poteſt repetere quod luſit filius.
23 ¶ Vlterius † nota, quod omnis ludus qui viribus fortunæ nititur, dicitur ludus alearum, & omnis talis prohibetur ſecundum leges Romanas, ne fiat in pecunia, præterquam ſi quis certet haſta vel pila, currendo, vel iaciendo, ſaliendo, luctando, & pugnando; fit enim cauſa virtutis, & fortitudinis corporis: vt in *auth. vt omnes obediant*
24 *iudicibus. colla.* 5. Pro † eo etiam, quod ponitur in conuiuio veſcendi cauſa permittitur ludere familiæ, vt ſic aliquid poſsint ludere inter ſe cauſa commeſtionis faciendæ: vt ff. *de alea. l. qui in con-*
25 *uiuio.* ¶ Sed † illi, qui alias ludunt ad aleam, vel taxillos, vel qui ludo interſunt, vel inſpectores ludi, peccant, maxime ſi ſunt clerici: vt ff. *de alea.* per totum, & in *authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. interdicimus. collat. 9.* & *extra. de vita & hone. cleri. cap. clerici.* vide quæ ibi notantur per *Henr. Boich in 4. di.* & per *Ioan. in Summa confe. li. 2. tit. 8. q. 23. deinde quæro ſpecialiter de ludo alea.* & duab⁹ *q. ſeq.* vide etiam *Henr. Boich extra. de exce. præla. cap. in-*
26 *ter dilectos in 1. di.* Sed † recreationis cauſa etiam poteſt ludi bono fine, ſecundum *gloſ. Gui.* ſuper *Kay.* & ponit *Ioan. vbi ſupra in 24. q. Sed numquid po-*
27 *teſt repeti.* Præterea † nota, quod omnis ludus noxius in culpa eſt. ff. ad *l. Aquiliam. l. nam ludus*,

quia

Digitized by Google

quia ludus, ex quo alteri infertur iniuria, noxius
est: quis enim ludos appellat, ex quibus iurgia
oriuntur: vt in 1 *constit. ff. §. illud vero.* Et nota, q̃
28 ludi † inter scholares & alios sunt inhibiti, &
ideo proijcere paleas scholari, vel doctori. Item
proijcere morticinia in torneamentis & hastilu-
dijs. Item verberare se, vt faciũt clerici in festo
Innocentium, & huiusmodi sunt prohibiti, & ex
inde videmus rixas & crimina maiora sequi, &
hoc est prohibitum de iure, quia ludus nõ est. Et
29 quia † ludus est crimen, quid si aliquis est ban-
nitus pro ludo, an possit impune occidi ex sta-
tuto, quod permittit occidi bãnitum pro crimi-
ne, vide *Bartolum in allegato §. Illud vero.* Sequitur
in textu, *en alguna manera.* Nota verbum, *aliqua-
tenus*, vel *nullatenus*: quia hic habes clare, quod ho
die non est permissum in hac patria ludere cũ ta
xillis, siue *ab dans*, in domibus, vel locis secretis,
& occultis, etiam causa comestionis: quia littera
d cit, *en alguna manera*: quia verbum *nullatenus*, im
30 portat † idem quod ex nulla causa, & ex nullo
modo: quia nec ad arrium, nec ad hazardum, ris-
tam, *o mes de punts*, nisi in diebus exceptis, hoc est
â vigilia Natalis Domini, vsque ad Epiphaniã
inclusiue. Fallit in ludo tabularum, quia licet
cum taxillis exerceatur, & ex fortuna taxillo-
rum, tamen partim est ibi industria personæ ludẽ
tis, quæ in numerando puncta. & ducendo tabu-
las ordinate, & destruendo ordinationem aduer-
sarij, pro industria tua multotiens vincit aduersa
rium minus peritum in ipso ludo, & forsan pro-
pter hoc est permissum de tabulis. Non tamẽ in
31 telligas quod ludus vltra casus iuris communis
sit per hanc constitutionem permissus, vt ita li-
ceat ludere absque peccato: quia hoc non pos-
set facere Dominus Rex etiam cum tota curia:
sed tamen non incurrunt pœnas huius constitu-
tionis nisi qui faciunt contra verba & mentẽ ip-
sius: quia vbi aliquid est prohibitum de iure di-
uino. & cuius transgressio inducit peccatum, &
lex ciuilis, vel ius positiuum id prohibeat certo
modo, non tamen permittit aliquid contra ius di
uinum: licet contrafaciens non incurrat pœnam
iuris ciuilis nisi in quantum fit contra verba, &
mentem ipsius iuris ciuilis. Dic latius per *Ioan-
nem de Imola in Clem. eos. de vsuris.* & tetigi supra
32 *collat. 1. in 1. curia Barci. cap. 1.* Et † quod dixi de
verbo *nullatenus*, & *aliquatenus*, vide in *Clem. vt ca
lumnijs. de re iudi.* per *Ioannem de Imola* plene. Se-
quitur in textu, *pena de cinchcents sous per cascuna*
33 *vegada*, dic, scilicet, *per cascuna segada*: quia forte
semel lusit de mane ante prandium, & semel ea-
dem die post prandium: vel dic, *cada vegada*, id-
est, quolibet die: vel dic, *cada via*, qualibet, scili-
cet vice, qua surgit de ludo: non autem intelli-
gas, pro qualibet *gresiha*, siue *tirada perduda, o gua-
nyada*: nec pro qualibet vice qua proijcit taxil-
los. Primam credo veriorem, propter verbũ *vice*,
Pro quo faciunt notata per *Baldum in l. si duo. §.
semel. ff. de arbi.* Dic vt ibi per eum super verbo,
amplius. Sed de consuetudine magis seruatur se-
cunda: & satis est quod pro qualibet die soluat
pœnam quingentorum solidorum: & in pœnis
34 benignior est interpretatio facienda. *extra. de re-
gulis iuris. cap. in pœnis.* vide & adde quæ scripsi in
fra *eadem collat. cap. volentes nostros.* in fine. sup. ver
bo, *vice qualibet.* & quæ notantur per *Doctores in
Clem. 1. de pœnis.* & melius *in Repetitione cap. pres-
byter. de celebratione Missarum*, facta per *Antonium
de Butrio in 8. q.* in fin. Sequitur in textu, *de la qual
pena.* Nota hic, quod de dicta pœna fiunt tres par
tes: quia vna pars est fisci curiæ loci: alia est ac-
cusatoris. & tertia operis murorum & vallorũ.
35 Sed cui adquiratur pœna, quando simpliciter,
nec adijcitur cui apponatur? Respondeo. si in-
cludunt accusationem, tunc adquiritur fisco: si
vero actionem, tunc adquiritur parti cuius in-
teresse: *l. 3. ff. de sepul. vio.* Aut loquitur simpliciter,
& videtur inducere accusationem: arg. *l. 3. C. de
sepul. vio.* secundum *Nic. in Proœmio secundi libri
Decret.* & vide *Bart. ff. de termino amoto. l. 2.* & *Ioan.
Fab. instit. de actio. §. pœnales.* vide ibi *Ioan. de Pla-
tea.* Sequitur in textu, *la qual pena si pagar no pora.*
Nota verbum *no pora*, quia non dicit, *no volra*: &
36 ideo quamdiu poterit soluere in pecunia, nõ ha
bebit locum pœna carceris, etiamsi ludens mal-
let potius sustinere pœnã carceris triginta die-
rum, quam soluere dictos quingentos solidos: nec
etiam si curia hoc vellet: quia in his non potest
dispensari, vt hic statim subijcitur. Item verti-
37 tur interesse accusatoris fisci, & murorum. Et †
nota hic regulã, quod qui non habet in ere luat
in corpore: sic *C. de seruis fugitiuis. l. quicumque.* cũ
similibus. ¶ Sequitur in textu, *stiga pres per trenta*
38 *dias.* Nota † hic casum, in quo carcer est in pœnã
de iure iusto, quia de iure Romano non datur car
cer in pœnam, seçus est de iure canonico: vt *ext.
de pœnis. c. quamuis.* & etiam de iure vsaticorum
Barcinonæ, vt in vsatico, *Rusticus*, & melius in
vsatico, *Iustitiam facere*: ibi, *tenere captos in carcere.*
& idem est per hanc constitutionem, & similes,
& quotidie per constitutiones procerum & iu-
ratorum ciuitatum & locorum apponitur pœna
carceris. Facit etiam vsaticus, *Maritus.* & de hoc
vide quæ scripsi supra *collat. 4. in 3. curia Barcino-
næ. c. 8.* & infra *collat. 10. in curia domina Mariæ, c.
a la condicio femenil.* Sequitur in textu, *continuus.*
39 Nota † verbum, quia non sufficeret quod esset
in carcere interpolatim per triginta dies inter-
polatos, quia super hoc non potest dispẽsari: ita
quod licet euenirent in diebus Paschalibus, non
pollet excarcerari: & sic erit hoc casu speciale,
sicut de alio excarcerato. vt *C. de Episcopali audi.
l. nemo.* Et nota, † quod huiusmodi constitutio-
nes in vulgari Cathalano editæ, sunt exponen-
dæ, recipiendæ, & intelligendę, secundum quod
quod lingua Cathalana in suo proprio & cõmu-
ni vsu loquendi recipit: vt 38. *dist. can. sedulo.* &
c. locutio palea est. Sequitur in textu, *carcer comu.*
Nota verbum, quia nõ sufficeret arrestum in do-

mo

cap.7. Item ordinamus de consilio. §. sed tamen nos si volnerimus. & infra *collat. proxima, cap. hauents acor.* ibi: *La qual no puga esser feta per lo senyor Rey, ni per*
57 *nos*, &c. vide ibi. Sed super † pœna infamiæ solus Princeps dispensabit, nisi per constitutiones fuerit reseruata dispensandi facultas, vt infra *collat. proxima, cap. com segons*, ibi: *sens alguna dispensatio.* & ibi vide, & supra *collat. 6. in curia Verusæ, c. qui nefandissima.* ibi: *sine spe veniæ.* Sequitur §. *En la present empero ordinacio jach de taules*, &c. In hoc
58 §. siue versiculo est quarta pars, in † qua excipit ludum tabularum, & accipe hic stricte ludū tabularum, non dico aleatum, quia alias latius sumitur: sed intellige de omni ludo tabularum, siue *de dau de fis, siue de dotze taules, o de fis taules, o ab dans, o meyns de daus*, dummodo dicatur: & sic ludus tabularum, prout sumitur in vulgari Cathalano. Sequitur §. *La dita pena empero.* Hic est quinta pars & vltima, in qua suspendit dictam pœnā.
59 subaudi, scilicet committendam † à die vigiliæ Natalis Domini, vsque ad diem Epiphanię inclusiue poterit ad taxillos, siue *a jocs de daus* ludi sine incursu dictæ pœnæ, intra domos, & alia loca separata. Non autem suspenditur executio pœnæ commissæ alias ante: quia si ante dictā vigiliam committatur, poterit fieri executio diebus profestis, & alias de iure nō teriatis. Et si nō habuerit in ære, stabit in carcere diebus triginta continuis, vt dixi, etiam si festa Natalis incident in ipsis triginta diebus vel etiam fauore solemnitatis, & gaudij Natiuitatis Dominicę, forte non male diceretur, pœnam carceris fore suspendendam, non obstante id quod dixit de cōtinuis. Primum tamen credo verius, & magis cōsonat litteræ, iuri, & rationi: & quia dicit in singulari, *la dita pena*, & non credo quod littera possit
60 sustinere ambas lecturas: & tunc † Deus honoratur, cum bene iustitia ministratur: est enim summum bonum, &c. 12. *q. 2. cap. cum deuotissimam.* Et primam obseruat consuetudo, & sic minime sunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.* Sed quia dominus Rex Ferdinandus erat Deo valde deuotus, vt supra duobus proximis capitulis apparet, & hic forte potius fuit de mēte sua suspendere pœnam committam, scilicet carceris, vt sic videatur exceptio ab eo quod præmisit de captione triginta dierum continuorum, & legas sic: quod autem dixit, *continuus*, hic suspendatur à vigilia, &c. vt sic intuitu tantæ lætitiæ Natiuitatis suspendatur executio pœnæ carceris. Et quod pœna incurrenda, hoc est, proh bitio, propter cuius trāsgressionem incurritur, nullatenus fuerit suspensa, cum magis expediat lætitiæ spirituali, cui est vacandum in festis & gaudijs Natiuitatis Dominicæ, cessare ab huiusmodi ludis, ex quibus peccata multa committuntur: & sic post lapsa ipsa festa possit pœna carceris continuari, & executari. Et ista mihi videretur sancta & salubris lectura, & multum applauderet litteræ, & animæ meæ, & iuri, & rationi. Sed de facto seruatur id
61 quod primo dixi. Ita quod † totus mundus non credat aliter esse festa, nisi intenderent ludis: & propter ludos multi non audiunt vesperas, & iurando Christum abnegant, & perdendo fient, dū Deum laudare, & de Natiuitate Christi filij sui incarnati gaudere spirituali lætitia deberent, ar. *extra. de vita & honest. cleri. cap. cum decorem.* Sed mūdus ad hanc partem trahitur per dæmonis artem, sic 4. *dist. cap. denique.* Vnde esset opus declaratione & nouo remedio, quia consuetudo excusaret à pœna committenda, durante suspensione huius
62 modi. De † hoc tamen, an & quando consuetudo excusat à peccato, vide *gl. f. & Doctores ext. de tempore ord. cap. sane.* quia non est delictum, neque delicti qualitas, quam consuetudo permittit. vide super hoc *Baldum* in *l. 1. C. de adiutis actionibus.*
63 de † ignorantia, an & quando excuset, dixi supra *eadem, cap. 1. gl. f. fin.* adde *C. de testamentis, l. nubemus. §. penult.* Sequitur in textu: *A la festa de la Epiphania.* Nota quod istud festum Epiphaniæ celebratur sexta die Ianuarij, & sic suspensio illa
64 durat quindecim diebus tantum. Et † dicitur Epiphania ab *epi*, quod est *sursum*, & *phania*, quod *illustrationem* sonat: & in libris antiquis dicitur dies Epiphaniarum, idest, plurium illustrationū, quia in illa die fuerunt factæ tres manifestationes, scilicet, stellæ, baptismi Christi, & miraculi mutationis aquę in vinum in nuptijs. Et has tres manifestationes quidam proprijs nominibus distinguunt, Epiphaniam vocantes eam, quæ facta est per stellam de sursum factam: Theophaniā eā, quę in baptismo, quasi à Deo Patre factā: Bethphaniam, eam, quæ in nuptijs, quasi in domo factam: Beth enim domū sonat. Vide latius in Historia Ecclesiastica super Euangelio, Rubrica, *de varijs opinionibus historiæ. c. hucusque idē est ordo. vers. in antiquioribus.*

Ne Scriptores curiæ exigant salaria nisi iuxta taxationes scripturarum à constitutionibus factas. Capiculum IIII.

S V M M A R I V M.

1 *Notarij & Scribæ causarum prohibentur recipere alia salaria, præter taxata per constitutiones, sub pœna privationis officij, etiamsi partes ea sponte darent. & num. 6.*
2 *Morabatinum an sit exigendum à Scribis causarum. & num. 8.*
3 *Scriptorum nomine late comprehenduntur notarij.*
4 *Scriptores communiter dicuntur, qui scribunt acta iudicialia.*
5 *Salarij Relatorum materia. remissiue.*
7 *Consuetudo non valet, vt male acquisita non restituantur.*
9 *Pœna vbi non incurritur ipso facto, requiritur sententia declaratoria. idem nu. 13.*
10 *Affectus non est puniendus, si non fuerit perfectus effectus.*
11 *In statutis vbi ponitur verbum, ipso facto, vel ipso iure, intelligitur de facto perpetrato, quod constat ex omnibus suis partibus substantialibus.*

Pro-

12 *Pro pœna priuationis officij agi potest ante tempus tabulæ.*

14 *An possit dispensari pœna priuationis officij scribæ ob receptum plus salarium, quam taxatum, traditur.*

15 *Dominus Rex dispensat, vbi aliter non est prohibita dispensatio.*

16 *Peruersorum audacia requirit, vt non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed quod pœna delinquentibus imponatur.*

17 *Eleemosyna fieri nequit de male receptis, inuito domino.*

18 *Turpiter datum non restituitur parti, sed illud capit fiscus.*

19 *Fiscus est proprie saccus & marsupium male quæsitorum.*

20 *Acta facta per officialem priuatum, quamdiu tolerantur, an valeant.*

21 *Si Episcopus ponat officialem seruum, & talis officialis vnam tantum protulerit sententiam, non valet talis sententia.*

22 l. Barbarius. ff. de officio prætoris, *declaratur.*

23 *Gesta per locumtenentem Regis Castellæ, qui non fuit Comes Barcinonæ, quamuis tollerarentur, non tenuerunt.*

1 ALs Scriuans de la nostra Cort, &c. Casus. Notarij † & Sciptores processuum & actorum causarum prohibentur recipere salaria, nisi iuxta scripturas à cõstitutionibus Cathaloniæ taxatas, pœna priuationis officij contrafacientibus imminente. Et nihilominus tenentur restituere parti quidquid inde contra tenorem huiusmodi recepissent. Hoc dicit. Et nota, quod generaliter de omnibus notarijs & scriptoribus loquitur cõ stitutio præsens, & omnes comprehendit: ita q̃
2 hodie † notarij & scriptores nõ possunt prætextu sententiarum recipere salariũ, quod olim exigebant, scilicet, medietatem eius quod iudex habet pro suo salario. olim enim notarij & scriptores curiarum domini Regis & Gubernatorũ recipiebant pro salarijs sententiarum tantum quantum vnus ex aduocatis causæ, scilicet, si iudex haberet quinquaginta libras, notarius habebat vigintiquinque libras: hoc hodie est prohibitũ, quia non recipit nisi pro numero foliorum actorum, scilicet, iuxta taxiã constitutionis, quæ est supra *collat. 6. curiæ Montissoni cap. notarij, seu scriptores curiæ nostræ*, &c. vide quę ibi dixi. Sed proh dolor, adhuc ipsi nomine scripturarum & pedagiorum in exigendis salarijs metas rationis excedunt, vt in dicta *curia Montissoni, cap. 1. cum notarij.* Imo, quod peius est, quandoque de facto exigunt pro legendo sententiam in Audientia Regia decem libras, quandoque morabatinũ. & male. Super textu, *als scriuans.* dic, subaudi, & notarijs: quia † nomine scriptorum late comprehenduntur notarij: & de his omnibus loquitur allegatum *cap. Notarij, seu scriptores curiæ nostræ*, &c.
4 Sed ideo dixit *scriuans*, quia † scriptores communiter dicuntur illi, qui scribunt acta iudicialia. Sequitur in textu, *per salars als reladors*, scilicet,
5 de † isto salario dicetur infra *eadem, cap. los salaris.* Sequitur in textu, *no gosen rebre*, &c. nota, quod,
6 etiam si sponte daretur tale salarium, non † possunt recipere impune, alias incurrunt pœnã priuationis officij ipso facto, vt subijcitur: sic *extra de censibus. cap. 1. §. caueat insuper. lib. 6.* & per hoc dico, quod tenerentur restituere, vel in Ecclesias elargiri: quia non adquirerentur iuste, & sic peccaret mortaliter, illicite recipiendo, aut detinendo, vel in vsus proprios cõuertendo: & sic caueãt
7 de confcientia, quia † in his non valeret contraria consuetudo, iuxta notata *extra. de cleric. non residen. lib. 6.* & vide & adde quæ scripsi supra *collat. 3. in curia Montissoni, cap. 2. Item ordinamus & statuimus, quod aliquis officialis non audeat recipere seruitium*, &c. & supra *collat. 6. in curia Montissoni, c. iuxta constitutiones*, super verbo, *pensionem recipiat, siue non.* Sequitur in textu, *mas que sien contents del*
8 *salars, lo qual per scriptures*, &c. Nota † bene litteram, quia hic est casus contra notarios & scriptores curiæ domini Regis, exigentes salarium pro legendo sententias in Audientia, quia solum debent habere salarium pro scripturis taxatum: & tamen in contrarium de facto abutuntur, & male pro eis, & vicarijs, & iudicibus talem abusum permittentibus iudicio nostro. Sequitur in text. *es taxat per constitucions*, vt supra in allegato *cap. notarij, seu scriptores curiæ nostræ*, &c. vide ibi. Sequitur in textu, *ipso facto sien per tostemps priuats de ofici*: nota ergo, quod ipsa pœna in hoc casu infli
9 gitur † ipso facto: esset tamen necessaria sententia declaratoria, vt dixi supra in *curia Perpiniani cap. hac nostra.* super verbo, *careat.* Item nota, quod
10 pœnam, † quæ ipso iure delinquẽti imponitur, non incurrit is qui cogitauit, & aliquid egit, sed non perfecit, etiamsi per ipsum non stetit: vt *ext.*
11 *de elect. c. perpetuæ.* Vnde † quando in statutis ponitur verbum, *ipso facto*, vel *ipso iure*, intelligitur de facto perpetrato, quod ex omnibus suis substãtialibus partibus constat: quod est notatu dignũ,
12 & multas decernit quæstiones. Et † ad pœnam priuationis officij potest agi ante tempus tabulæ. vide *Doctores in vsat. Christiani.* in fine. & infra
13 *eadem. cap. confirmantis.* Nam † ante executionem pœnæ. quæ infligitur ipso iure, requiritur sentẽtia declaratoria. Vide tamen quæ scripsi infra *collat. 10. cap. ab seria de la present.* & infra in Pragmatica, *Quoniam legum fructus.* in fine. Et quia di
14 cit † hic textus, *perpetuo*, videtur quod nõ possit super ipsa pœna dispensari, vt supra *cap. proxima* super verbo, *dispensat*: dic quod non poterit dispensari contra constitutionem, quin contrafaciens pœnam incurrat: sed postquam incurrerit, poterit per dominum Regem pœna remitti, & super officio dispensari, ex quo non est prohibitũ: arg. *extra. de sent. excommunic. cap. nuper.* Sed quod littera dicit, *perpetuo*, videtur obstare, quia dominus Rex debet seruare constitutiones huiusmodi, & facere obseruari: & sic debet facere executionem pœnæ huius, & obseruãtiæ huius constitu-

tionis.

Digitized by Google

tutionis. Sed tamen videmus quotidie, quod do-
15 minus † Rex dispensat, vbi alias non est prohibita expresse dispensatio: vt supra *cap. proxi.* cum similibus, quæ faciunt pro hac parte à contrario sensu, vel per locum à speciali. Et propter verbum, *perpetuo*, videtur tacite prohibita dispensa-
16 tio. Et exigit † peruersorum audacia, vt non simus sola delictorum prohibitione contenti: sed quod pœna delinquentibus imponatur. vt *extra. de censibus, c. exigit.* Sed tamen ipsa dispensatio nõ debet fieri sine causa, iuxta notata in dicto *capit.* supra proximo. vide ibi latius. Non tamen poterit dispensare, quin dicta restitutio fiat parti, vti
17 hic subijcitur. Ita quod hoc casu † non poterit de male receptis fieri eleemosyna, inuito domino, qui soluit, vel dedit ipsas pecunias, quas ipse notarius vel scriba recepit contra tenorem
18 præsentis constitutionis. Sed † si forte pars dederit scienter, quod turpiter dedit forte non sibi restitueretur. Sed si fiscus auferret, qui est saccus
19 & † marsupium male quæsitorum: vt *l. in haredẽ* ff. *de calumnijs.* & *l. quod autem*, & *l. quod diximus.* ff. *quod metus causa.* & *l. Papa.* §. *meminisse.* ff. *de inoffi-*
20 *cioso testamento.* Sed numquid † valeant acta interim per talem officialem priuatum, quamdiu toleratur? Respondeo, vt valeant gesta per toleratum in officio, vltra tolerantiam exiguntur duo: primo, quod ad officium sit auctoritate eius qui potest officium decernere: secundo, quod in hoc vertatur vtilitas Reipublicæ: & altero istorum deficiente non valet quod agitur. Et † per
21 hoc dico, quod si Episcopus ponat officialem seruum, si tantum tulit vnam sententiam, nõ valet, secundum *Cinum in l. Barbarius.* ff. *de offic. prætoris.* Si vero vsurpasset officium, non valent ge-
22 sta per eum: sic limitant Doctores † dictam legem *Barbarius.* secundum *Gui. de Suza.* & *Vbertum de Bobio*, & *Gui. de Cugno*, & ipsam legem: etiam intelligit in delegato: & quod etiam habet locum in dato ab inferiore à Principe, licet non posset tollere vitium inhabilitatis, dũmodo posset ipsum officium dare. Ita quod gesta per toleratum valent quoad ignorantes, non quoad scientes, ad eorum commodum, sed bene quoad incommodum. ff. *de procuratoribus. l. non eo minus.* Vide *Jus. in l. Barbarius.* & *Doctores in capit. ad probandũ. extrauag. de re iudic.* facit *capitulum, Quia in sententijs.* & quæ ibi dixi super verbo, *si plus receperit, supra in curia Montissoni, collatione sexta.* & *in capitulo, Iuxta constitutiones.* §. *Et nihilominus. eadem*
23 *curia, & collatione.* Per ista videtur † quod non valeant gesta per Ioannem de Beamont tamquam Locumtenentem Regis Castellæ, qui reuera non fuit Comes Barcinonæ: & forte illi, qui regebãt Principatum, non potuerunt tale officiũ Locũtenentis decernere. Et ita per solam tolerantiam non validantur acta per eum; sed tamen ad tollẽdum scandalum gesta per eum de facto tuerũt tolerata. vide & adde notata per *Innoc. & Baldũ in c. cum dilectus, extra. de relig. domibus.*

De non domiciliatis in Cathalonia ab officijs Regijs prohibendis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Non domiciliati in Cathalonia ita non possunt obtinere officia in ea, quod si de facto obtineant, incurrũt pœnam centum florenorum auri, & notam infamiæ. limita nu. 6.*

2 *Comes de Isela fuit dispũsatiue effectus Cathalanus, & creatus Vicesgerens Gubernatoris Cathaloniæ.*

3 *Cathalani sciunt melius consuetudines & obseruantias Cathaloniæ.*

4 *Domicilium non habens in Cathalonia non potest esse in vllo ordinarius, delegatus, vel officialis, qui vtatur iurisdictione.*

5 *Confirmare aliud est, & aliud dare, vel constituere.*

7 *Quis domicilium dicitur habere in loco originis.*

8 *Domicilia plura quis habere potest.*

9 *Origo an sit curanda ad obtinenda officia in Cathalonia si domicilio quis est Cathalanus.*

10 *Pœna infamiæ & centum florenorum non habet locum contra non domiciliatos & obtinentes officia Regia in Cathalonia, nisi postquam fuerint requisiti & interpellati, declaratur nu. 12.*

11 *Pœnam vbi lex imponit, statim annullat factum in cõtrarium.*

13 *Rescripta contra constitutiones impetrata, sunt cassa, & irrita ipso iure.*

14 *Domiciliatus in Cathalonia, vel ciuis Barcinonæ, si nõ Cathalanus origine, an possit regere officium iurisdictionis in Cathalonia.*

15 Cathalanus *verbum ex consuetudine fuit interpretatum, vt Cathalanus intelligatur quicumque domiciliatus in Cathalonia.*

16 *Cathalanus dicit originem, quasi natus in Cathalonia.*

1 COnfirmatis † Constitutionibus Cathaloniæ dudum factis, prohibentibus non domiciliatos in Cathalonia fieri Gubernatores, Vicarios, Baiulos, vel officiales huius Principatus, & Regni Maioricarum, & assessores ipsorum, nisi fuerint Cathalani, adijcitur hic pœna contra non domiciliatum in Cathalonia, si contra dictas constitutiones fecerit quoquomodo. Et si requisitus, & opposita exceptione per aliquem, nõ destiterit, vel contrafecerit, pœnam cẽtum florenorum auri. & notam infamiæ ipso facto incurrit. Cuius pœnæ medietas fisco, & alia opponẽti medietas adquiritur: & impetrans caret penitus impetratis. Hoc
2 dicit. Vidimus, quod † dominus Primogenitus Locumtenens Serenissimi domini Regis Renati de consensu Deputatorum Cathaloniæ, & ciuitatis Barcinonę, dispensauit faciendo Cathalanum egregium Comitem de Isela, scilicet dominum de Turrillis, quem creauit vicesgerentẽ Gubernatoris in Cathalonia, anno à Natiuitate Domini 1467. Fuit tempore schismatis. Vide litteram, ibi, *Item a suplicacio.* alias est in Latino, & incipit, *Item ad supplicationem*, supra *collat. quarta, in prima curia Barcinonæ, cap. 2.* Sequitur ibi, *Item que lo noble Infant en Pere.* alias est in Latino, *Item*

Digitized by Google

res patriæ.vt dicitur in alleg.*cap. Item quod nobi-*
16 *lis Infans.* Verumtamen † verbum *Cathalanus*,facit multum pro prima parte, quia dicit originẽ, quasi in Cathalonia natus:vnde opus eſſet maiori declaratione. Sed clarum eſt de iure, & ſecundũ iſtis conſtitutiones, quod habent eſſe vere nati, & domiciliati in Cathalonia, & ſecus acta ſunt ipſo iure nulla,quidquid de facto in contrarium & in abuſum factum fuerit, ſiue fiat: & deberent tranſgreſſores puniri, quia impunitas blanditur ad offenſa.Sed videtur quod huiuſmodi conſtit. non ſunt moribus vtentium approbatæ. De quo vide 4.*diſt.*6.*leges.*& adde quæ dixi in *c.bonens a cor. in curia Regiæ Mariæ,collat.* 10.

De pœnis officialium non ſeruantium conſtitutiones prohibentes fieri remiſsiones criminum,donec ſatisfactum fuerit iniuriatis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Officiales non ſeruantes conſtitutiones prohibentes remiſsiones criminum, non ſatisfacta prius parte læſa, puniuntur pœnis hic contentis.declaratur nu.*3.
2 *Officiales quandoque puniuntur ante tempus tabulæ.*
4 *Iudices qui puniri poſsint ante tempus tabulæ.remiſ.*
5 *Iudex delegatus a Principe delinquens in officio poteſt in officio conueniri.*
6 *Gubernator,cum ſit officialis perpetuus, poteſt quandoq. conueniri durante officio.*
7 *Gubernator non tenet tabulam ſicuti iudices delegati. & nu.*17.*&* 18.
8 *Actus contra conſtitutionem ſunt abuſus, & ex eis non inducitur conſuetudo.& nu.*9.
10 *Conſtitutiones an poſsint derogari per contrariũ vſum. remiſsiue.*
11 *Conſuetudo contra conſtitutiones iuratas non tenet.*
12 *Tollerantia an & quando diſpenſationem inducat, late traditur diſtinguendo.*
13 *Vox populi vox Dei.*
14 *Tranſgreſſores legum propter tollerantiam excuſantur à pœna.& traditur ibidem cautela, quod lex publicetur,& mandetur de nouo obſeruari.*
15 *Conſtitutio de prohibendis pannis extraneis eſt ſublata per contrariam conſuetudinem vniuerſi populi.*
16 *Aduocati fiſcales delinquentes puniri & conueniri poſſunt coram iudice competenti.*
19 *Notarij, milites,officiales,aſſeſſores,& conſiliarij tenẽt tabulam de iure communi.*
20 *Poteſtas tenetur in ſyndicatu pro factis ſagionũ & notariorum.*
21 *Syndicatus materia remiſsiue.idem nu.*43.
22 *Officialis poſt finitum officium debet expectare,donec ſit ſyndicatus.*
23 *Acquieſcere ſententiæ non tollit poteſtatem dicendi de iniquitate ſententiæ, ad effectum vt iudex poſsit puniri.*
24 *Iudex tenetur de facto ſui adiuncti, ſeu coadiutoris. declaratur ibidem.*
25 *Officialis inutilis propter infirmitatem, vel negligentiam,eſt remouendus ab officio.*
26 *Iudex, qui tulit iniquam ſententiam, an pendente appellatione poſsit ſyndicari, & conueniri ad ſumptus litis.*
27 *Iudex male pronuntiando dolo, tenetur in ſolidum: ſi vero per imprudentiam, tenetur ad arbitrium iudicis.*
28 *Dolum allegans debet illum probare: & probatur per ſpecies comecturis.*
29 *Arbitrium iudicis intelligitur, in quantum bonum & æquum viſum fuerit iudicanti.*
30 *Iudex ſyndicatur de eo quod male iudicauit inciderit.*
31 *Arbiter male iudicando facit litem ſuam.*
32 *Iudex pronuntians iuxta formam conſilij an teneatur. remiſsiue.*
33 *Iudex propter imprudentiam omittens facere iuſtitiã, an puniatur. remiſsiue.*
34 *Iudex negligendo facit litem ſuam,ſicut male iudicando. ex* Angelo.
35 *Iudex,qui non vult ſupplere cum poſsit, non facit litẽ ſuam.*
36 *Iudicem condemnari quod dicitur,ſi aliquid non facit, eſt verum ſi id petatur.*
37 *Iudex non dicitur negligere, ſi pars non petit.*
38 *Iudex non tenetur aliquem ponere ad torturam, niſi petatur.*
39 *Officialis non præſumitur negligens, niſi probetur.*
30 *Iudex male iudicando peccat,licet credat bene iudicare,ſi eſt imperitus.*
41 *Iudex pro eo quod non iudicat per dolum præſumptũ, tenetur quanti intereſt.*
42 *Officialis tenetur de delictis ſuorũ miniſtrorum, quos ſecum ducit,ſi delinquant in officio.*
44 *In expenſarum taxatione licet regulariter debeat haberi reſpectus ad conſuetudinem expendendi, tamen contra officialem debent taxari omnes, quas fecerit pars,dummodo iuret non dolo feciſſe.*
45 *Expenſarum materia. remiſsiue.*
46 *Expenſæ contra officialem poſſunt peti iure actionis, condictione ex conſtitutione,& declaratur n.*47.
48 *Expenſæ probantur ſolo iuramento.*
49 *Iudex poteſt condemnari in expenſis, nulla citatione facta.*
50 *Officialis excommunicatus exercere non poteſt iuriſdictionem.fallit ibidem.*

1 COnfirmants la conſtitucio en la Cort de Montſo, per lo Key Mamſſos, &c. Caſus. Officiales † nõ ſeruantes conſtitutiones prohibentes fieri remiſſiones criminum, & aliquid recipi, donec fuerit parti læſæ de damnis & iniuria ſatisfactum,vltra incurſum pœnarum in dictis conſtitutionibus appoſitarum,tenentur de bonis eorum propriis ſatisfacere dictæ parti læſæ,omnes expenſas, dãna, & intereſſe,quas,&quæ inde ſuſtinuiſſet,pro quibus poſſunt ante tempus tabulæ conueniri coram illo iudice ordinario,coram quo pro alio debito poſſent conueniri, iuxta conſtitutiones Cathaloniæ. Et nihilominus tempore ſyndicatus tabulę arbitrarie punientur.Hoc dicit. Et nota,
2 ſingulariter † hanc conſtitutionem in eo, quod permittit officiales pro his ante tempus tabulæ conueniri:ſic ſupra *collatione ſexta, in curia Mon-*

tissoni, cap. Officiales nostri ordinarij, &c. vide, & adde quæ ibi dixi. Super textu, ibi. *Item ordinamus & statuimus, quod malefacta*, &c. Dic quod ibi nulla pœna imponitur: sed bene imponitur per *cap. Item quod nos, vel officiales nostri*, &c. supra *collat. 4. curia prima Barcinone*. vide quæ ibi scripsi, quia
3 ibi est clauis istius materię. Quia † non solũ habet locum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus: officiales enim per has constitutiones prohibentur aliquid recipere pro cõpositione, vel remissione, aut liberatione criminosi, vel pro debito incarcerati, donec fuerit parti læsæ, vel creditrici satisfactum, tam de iniuria & damnis illatis, quam de debito inquo tenentur: & si contrafecerint, punientur, quia faciunt litem suam, & tenentur parti lætæ ad satisfactionem iniuriarũ, damnorum, & expensarum. Item tenentur fisco, vt ibi, & nunc hic additur, quod pro expensis, & damnis, & interesse possint conueniri ante tempus tabulæ, & etiam in tabula puniri extraordi-
4 narie. Qui † iudices possunt puniri durante officio. vide textum & *glossam ff. de in ius vocando. l. 2.*
5 & vide *l. pars litterarum. ff. de iudi.* Item † nota q̃ de iure communi etiam iudex delegatus à Principe, si delinquit in officio illicite aliquid extorquendo, vel alias poterit conueniri coram ordinario, vt notatur latius per *Petrum de Bellapertica super l. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet.* & per Canonistas in *cap. nonnulli. extra. de rescriptis.* & videtur casus hic in præsenti constitutione notabili, licet nondum viderim practicari, sed tu poteris facere practicari, cum casus occurre-
6 rit. Et † nota valde, quod in hac constitutione non comprehenditur Gubernator: quia il. c. cum sit perpetuus, potest quotidie conueniri, iuxta notata supra *collat. 4. in curia Illerdæ cap. 17. §. salno & retento.* & *collat. 5. in curia Montisalbi cap. Item statuimus & ordinamus, quod si aliquis officialis noster*, &c. licet tamen Gubernator comprehendatur in constitutionibus hic confirmatis. de quo videas quę scripsi supra *collat. 6. in curia Montissoni, cap. nos & primogenitus noster*, vbi omnibus officialibus contrafacientibus imponitur pœna centum morabatinorum pro qualibet vice: cui non credere per hanc fore derogatum, cum non sit illi cõtraria: sed de ea non fuit hic facta expressa confirma-
7 tio: quia † Gubernator, & delegati, de quibus fit mentio, non tenẽtur ad tabulam, nec possunt puniri per inquisitores tabularum. Sequitur in textu, *Et tolentes hoc abusus fore contra les dites constitucions.*
8 Nota † hic casum expressum, quod actus facti cõtra constit. Cathaloniæ sunt abusus: & hic ex eis non introducitur mos, nec consuetudo. quia mos est de vtentium moribus tractus: vt in *cap. mos. 1. dist.* & abusus non sunt actus rationabiles, neq; mores dicuntur, quia factum vsurpatum præceptionem non inducit. 93. *dist. illud. 16. q. 3. c. licet.* & notat *glos.* super verbo, *consuetudine. ext. de testa.*
9 *c. quia ingredientibus.* Ergo † ex talibus abusibus & actibus nullis, & irrationabilibus non potest in-
10 duci consuetudo. An † valeat consuetudo contra tales constit. & an valeant abrogari per vsum contrarium, vide *collat. 10. c. hauents a cor.* vbi dixi
11 de hoc. Et † per hoc dixi sæpius, q̃ non valet cõstitutio contra tales constit. iuratas. vt sup. *c. iatsia per constitucions.* & in *curia dnæ Mariæ colla. 10.* sup. verbo, *& renocants.* quod intelligo verum de particulari, secus credo de generali consuetudine, quæ inducitur ex consensu populi & Regis, & parem vim habet sicut lex & constitutio, quia pariter procedunt à generali consensu totius curiæ siue totius populi Principatus Cathaloniæ, & de tacito consensu Principis: vt *l. de quibus. ff. de consuetudine.* & sic intelligo notata per *Iac. Marquil. in vsus. Sacram.* super verbo, *creaenda.* Secus tamẽ est de tolerantia quæ fit ab inuitis, sicut est quod officia quotidie venduntur contra prohibitiones constitutionum, & hoc de facto toleratur, nõ autem animo inducendi contrariam consuetudinem: præcipue quia talis consuetudo foret irrationabilis, & dementes officia grauiter peccant: & veniunt puniẽdi: vt *volla. 10. c. com segons.* vnde nõ potest valere consuetudo: 32. *p. q. 7. c. flagitia.* De hoc nota per *Ant. de But. ext. de consue. c. fin.* ad hæc faciũt notata per *Bald. ff. de legibus. l. de quibus. in 2. op.* & *in q.* qua quærit, *An sufficiant duo, vel plures actus illegitimi.* Et ibi solvit, quod si tales actus possunt legitimari per peccatum, valet consuetudo, alias non. Et ad declarationem materiæ, An, &
12 quando † tolerantia inducat dispensationẽ, dicas sic: quãdoque ab ipso principio, quo ius traditur generaliter non recipitur ab omnibus; & Papa tolerat: & dico q̃ illud ius non ligat. 4. *dist. §. leges.* & habes *glos. extra. de treu. & pace, c. 1.* & quod
13 ibi notat *Anton. de But.* quia vox † populi, vox Dei, & ex certa Papæ tolerantia inducitur exclusio iuris. Quandoque ius recipitur partim sic, partim non, & tunc dico quod tolerantia hæc nõ excusat à peccato; & hic est casus *extra. de præben. c. cum iamdudum.* Dicit tamen *Innocentius cap. 1. de Baptismo*, quod quandoque ius in aliqua Prouincia non recipitur, & tunc in illa Prouincia illi iuri derogatur. Ad hoc faciunt notata per *glos.* in verbo, *abrogetur. l. de quibus. ff. de legibus.* vide *de secundis nuptys. c. vir.* per *Ant. de But. in q. fin.* Quãdoque ius ab initio recipitur, & ex post facto vniuersaliter ab omnibus non seruatur; & Papa scit & tolerat: adhuc credo quod hoc ius tollatur per dissuetudinem, quasi Papa videatur velle, quod vult vniuersalis collectio fidelium, ex quo non contradicit: 4. *dist. §. leges.* & *l. de quibus. ff. de legibus.* Quãdoque ius recipitur vniuersaliter ab omnibus, Papa tamen sciente fit aliquid contra illud per aliquos, & absq. auctoritate consuetudinis legitime introductæ, & præscriptę: vt notat *Innocentius super Rubrica de consuetudine.* & *glos. in c. 2. de tẽp. ordi.* & tũc aut Papa expresse, aut specifice cũ cautela scribit de tolerantia dicti casus, & id surrogatur loco dispensationis. Casus est in *c. circa. extra. de consang. & affi.* Quandoque nihil spe-

ciale

cifice disponit,sed tacet:&dico quod non habet vim dispensationis.Et hæc præcedunt in Papa, in alijs inferioribus prælatis est aduertendum, quod eorum tollerantia contra sua statuta idem importat quod tollerantia Papæ in omnibus: & sic crederem quod eadem esset distinctio adhibēda.&c secundum *Antonium de But.in alleg.c. quia*
14 *circa*,scilicet. quoad pœnam,quia † transgressores excusantur à pœna. Sed potest de nouo publicari & mandari non obstante contraria cōsuetudine:nec esset opus de nouo fieri constitutionē
15 cū consensu curiæ generalis,vt credo.Ex † præ dictis dico,quod per contrarium vsum vniuersi populi est sublata constitutio de pannis extraneis prohibendis, quæ est infra *collat.* 10.*cap.* 23. *hauent a cor la vtilitat publica.*super quo vide quæ scripsi infra *eadem*,*c. E los aduocats.* super verbo, *encontment sia tengut restituir*, &c. Et nota,quod e-
16 tiam † aduocati fiscales possunt facere concussiones & terrores ratione officij:ideo possunt puniri & conueniri coram competenti iudice:vt *c. de lucris aduocatorum,libro* 12.Sequitur in tex.*que si per algun oficial nostre*, subaudi, *ordinari, trienal, o altre stret a tener taula.* quia infra subijcit , quod
17 pro † his possunt conueniri ante tempus tabulæ,& etiam puniri per inquisitores tabulæ:& ita patet quod nō loquitur de Gubernatore,& alijs qui non habent teuere tabulam, licet hic littera generaliter loquatur, *per algun oficial nostre*,&c.nō enim fuit sine ministerio hic omissum de constit. quæ incipit, *Nos primogenitus*, præallega. Vel si vis intelligere generaliter de Gubernatore,& alijs officialibus regijs,etiamsi stricti non fuerint ad tabulam ; tunc finis cap. ibi: *E per aço com lo dit oficial tendra taula*, non habebit locum in alijs
18 qui non tenent tabulam:quia † non credo quod inquisitores tabularum possunt punire Gubernatores,nec hoc vmquam fuit visum: nec credo, q̄ fuerit de mente domini Regis Ferdinādi,& istius curiæ, licet verba huius capituli satis possint comprehendere Gubernatores,&omnes cæteros officiales regios:quia & omnes tenentur seruare dictas constitutiones, quæ hic confirmantur: & hic intellectus si per consuetudinem fuisset approbatus,foret sanctissimus, & salubris: hocque clamat totus mundus, quod Gubernatores haberent tenere tabulam: cum ipsa ratio satis dictet, quod maiores officiales, qui magis possunt opprimere , deberent potius tenere tabulam,quam sagiones,& huiusmodi officiales minores,de quibus vnus rusticus potest consequi suam iustitiā. Et vtinam per omnes officiales teneretur tabula,& solum de violationibus constitutionū huiusmodi: & quod pro his admitteretur querela popularis:& nullus teneretur soluere salaria iudicum & scriptorum,donec esset condemnatus: & quod calumniosus agens talione puniretur.
19 Nam de † iure communi notarij,milites officiales,assessores, & consiliarij debent pro officio stare ad syndicatum.Et adde scripta super *cap. Iudices tabulæ. supra in curia Montissoni, collatione sexta.*
20 per quinquaginta dies: vt *C.de assessoribus. l.consiliarios.* & † pro facto sagionum & notariorum tenetur potestas in syndicatu,& ibi debēt esse presentes tempore syndicatus:vt si opus sit,torqueātur ad inueniendum baraterias officialis. *C.de as-*
21 *sessoribus,l.nullus.*Et † de materia syndicatus vide latius per *Baldum in l.obseruare.* in principio.
22 *ff.de officio proconsulis.* Et nota, † quod officialis non debet dimittere famulum suum ante syndicatum seu assessorem, sed debet expectare donec sit syndicatus:alias tenetur *ff.de officio proconsulis.*
23 *l.meminisse.§.legatum.* Item nota,quod † adquiescere sententiæ non tollit potestatem dicendi iniquitatem sententiæ,ad finem vt iudex puniatur: *glos.2.in l.hoc edicto.ff. quod quisque iuris.* Item
24 nota,quod † potestas siue iudex tenetur de facto sui adiuncti,siue coadiutoris, & si soluat pro eo, habet remedium contra eum actione *negot.gest.* & hoc verum, quando coadiutor fuit datus à superiore:si enim esset datus ab ipso iudice, habebit
25 actionem mandati. Item nota, quod † officialis, propter infirmitatem, vel negligentiam inutilis, vel propter furtum,debet ab officio remoueri, & de furtis puniri: *C. de officio præfecti vrbi.l.si quis.* & per hoc patet,quod interim de his potest syndicari: potest etiam remoueri prætextu cuiuslibet vitij ex quo appareat inutilis.Adde infra *eadem cap.per obuiar.* & supra *cap.* 1. Quero,an pendente † appellatione, iudex,qui tulit iniquam sen-
26 tentiam possit conueniri, & syndicari ad sumptus litis? Quidam quod non: *ff. quod quisque iuris. l.*1.§.1.*glos.*ibi. Dic quod non damnabitur præcise,sed satisdat de conseruando indemnem: *ff. de statu liberorum.l.statu liberi rationi.*& *l. eatenus.*§.1 *ff.de aqua pluuia arcen. Bartolus in l. si filius familias.*
27 *ff.de iudi.* Item nota, † quod si iudex male pronuntiat dolo,tenetur in solidum; si per imprudētiam,tenetur ad arbitrium iudicis: *ff.de iudi.l.si fi-*
28 *lius familias.* & † qui allegat dolum,debet probare: *ff.de probationibus.l.quotiens.§.qui dolum.* & probatur ex perspicuis coniecturis: vt *C.de dolo.l.qui*
29 *dolum.*& † qualiter intelligatur hoc arbitriū, scilicet,inquantum bonum & æquum visum fuerit iudicanti,dic vt notat *Baldus in feud. de pace te. & iuram.firm.in §.iudices.* Item syndicatur iudex
30 de † eo quod male iudicauit incidenter: vt *C.de*
31 *pactis.l.si quis in conscribendo.* Et ibi nota , † q̄ arbiter male iudicando facit litem suam: hoc verū, si dolo,vel lata culpa, alias secus,secundum *Bar. l.*1.§.1.*C.si mensor fal.mo. dixi.* vide *glossam in l.finali. C. de contrahend.empt.*& vbi sunt opiniones,vide *glos. insti.de obli.ex quasi delic.*in prin.quæ
32 *gl. s.*est singularis.Sed an † iudex pronuntiās secundū formam cōsilij, teneatur,vide *ff.de pactis.l. maiorem.*& ibi per *Ange.*& in *l. vtique.*§.*culpa.ff.de rei ven.*& per *Bal.in l.Clodius.ff. de adquirere.* Sed
33 quid † si iudex propter imprudentiam omiserit facere iustitiam,an puniatur? *Bart.*quod nō:secus si dolo: *ff.de iudi. l.non quidquid.* §. 1. vt in hoc sit

differentia an male iudicet, omittẽdo, vel committendo, quia iudex non tenetur de leuiſsima, ſecundum *Bald. in feud. tit. de pace ten. & iura. firm.* §. *iudices. in q. quod ſi iudex iudicabit per imperitiam.* Sed dicit *Ang. in l. ſi vnus ex argentarijs.* §. *cũ autẽ.*

34 *ff. de pactis.* quod † iudex negligendo facit litem ſuam, ſicut male iudicando. Sed hoc forte eſt verum quoad intereſſe partis priuatæ, quam leſerit ex dolo. Sed non punitur quando male iudicat, omittendo ex culpa, ſicut in committendo, vt di

35 xit *Bart.* Item † iudex, qui non vult ſupplere cũ poſsit, non facit litem ſuã, ſecundum *Angel. ff. de pact. l. ſi vnus.* §. *pactus ne peteret.* adde quæ dixi infra *ead. c. confirmantes.* ſuper verbo *omiſerint.* Et ꝙ

36 dicitur, † iudicem condemnari ſi aliquid non facit: eſt verũ, ſi id petatur, iuxta *Bart. in l. properandũ.* §. *ſin autem alterutra. C. de iudi.* alleg. §. *hoc autem iudicũ. in l. 4. ff. de dam. infect.* & idem *Cin. in dicto* §. vide caſum in dicto §. *ſin autem.* Nõ enim dicitur

37 iudex † negligere, ſi pars non petat. vt *ff. de eden. l. argentarius.* §. *cum autem.* & facit quod notatur *C. de ſeruis fugitiuis. l. cũ ſeruum.* vbi *gloſ.* dicit, quod

38 iudex † non tenetur aliquem ponere ad torturã, niſi petatur, ſecundum *Bald. in feud. de pace iuram. fir.* §. *iudices.* Dic, † quod officialis non præſumitur ꝙ fuerit negligens, niſi probetur ꝙ prius fuerit monitus. ſed ſi fuerit monitus, habebit probare diligentiam. de quo vide latius in *l. monẽte. C. de delato. lib.* 10. Sed peccat iudex male iudi-

40 cando, licet credat † bene iudicare, ſi eſt imperitus: *Pet. & Cin. in auth. hodie. C. de iudi.* Et ſi non dãnat in expenſis, de ſuo tenebitur reſarcire: *l. ſancimus. C. de iudi.* Et quandoque † pro eo quod non

41 iudicat per dolum præſumptum, tenetur quanti intereſt, non quanti iudici videbitur. Itẽ † tenetur officialis de delictis officialium, quos ſecũ ducit, ſi delinquant in officio: ſecus ſi extra officiũ, & exhibendo familiam liberatur: *ff. de publi. l.* 1. §. *quod noniſsime.* per *Bart.* alias tenetur in ſolidum. *eod. tit. l. quanta.* Sed liberatur ſi mortuus eſt: *eod. tit. l. ſed & ij.* §. *fin.* & idem ſi ex alia cauſa fuit bannitus. Vide *text. ff. qui ſatis cog. l. ſi deceſſerit.* cætera vide in *c. Iudices tabulæ. in curia Montiſſoni. 6.*

43 *collat.* vbi dixi latius de † hac materia ſyndicatus, & tabularum. Sequitur in text. *Sia tengut reſtituir & pagar de ſos bens totes deſpeſes, dayns, & intereſſes, que la dita part hage fetes & ſoſtengnis.* Nota val

44 de hanc litteram, quia † licet in taxatione expẽſarũ iudex debet habere reſpectum ad conſuetudinem expendendi, tamẽ hic debent taxari omnes quas fecerit, dummodo eas iuret non dolo feciſſe: & forte probabuntur ſolo iuramento partis damnificatæ, propter dolum officialis, qui fecerit litem ſuã, ſi probetur quod dolo fecerit: vt *extra. quod met. ca. ſ. c. vlt.* & quæ ibi notantur: ſecus ſi culpa. arg. *ff. de lit. iur. l. in actionibus.* & de

45 materia † expenſarum, vide quę ſcripſi ſup. *col. proxi. in curia Regis Martini, cap. Item per tolre vexation.* circa fin. & repete hic quæ ibi dixi, & infra *ead. c. com. molts entenents.* ſuper verbo, *ſatisfaciẽt los*

46 *daus.* Et † nota, quod huiuſmodi expenſæ, dãna & intereſſe poſſunt peti iure actionis ex hac cõſtit. iuxta notata ſup. *collat. 4. in curia Illerdæ, c.*

47 17. vide ibi. Sed † quo iure petãtur expenſæ factæ ante litem cõteſtatam, an officio iudicis, an iure actionis, & an in ipſis poſsit fieri condemnatio ante litem conteſtatam, ſi ſpecifice non petãtur, vide *Cin. in l. ſancimus. C. de iudi.* & finaliter tenet, quod officio iudicis poſsit fieri condemnatio, licet in libello ſpecifice non petantur. *Bart.* ſentit quod ex contumacia poſſunt peti iure actionis. Vide ibi *Guil.* quantũ quod ante & poſt veniũt officio iudicis. Idem notat *gloſ. in l. vnica. C. de ſumptuum recuperatione. libro* 10. & ibi dicit, expenſas

48 probari † ſolo iuramento: ſic *C. de iudi. l. properandum.* §. *ſin autem.* & *l. ſancimus.* Item nota, quod iu-

49 dex † poteſt condemnare in expenſis, nulla citatione facta, vt dicit *Cin.* & ibidem in 10. *q.* vide ibi latius de materia expenſarum, & adde notata per Canoniſtas *extra. de procura. c. querelam.* & *de dolo & contu. c. finem.* & per *Gui. in Roſario*, 2. *q.* 1. *c. inprimis.* Sequitur in text. *Per, o ſegons conſtitucions de Catalunya*, ſubaudi vt ſupra *colla. 6. in curia Montiſſoni, 6. officiales noſtri ordinarij.* vide ibi.

50 Nota tamen, † quod officialis excommunicatus non habet exercitium iuriſdictionis per ſe, nec per alium: nec poteſt conſtitui procurator, nec conſtituere, nec aliquem actum legitimũ exercere: 24. *q.* 1. *audiuimus. extra. de re iudi. c. ad probandum.* & *de procu. c. conſulti. de probat. cap. poſt ceſſionem. de ordi. ab Epiſcopo, qui re. Epiſcop. cap. vno. de elect. cap. cum inter. de ata. & quali. cap. cum bona. de dolo & contu. cap. veritatis.* §. *vltimo. de excc. prala. c. tanta. in antiquis.* & *de officio vica. c. Romana. libro 6.* & ibi nota per *Ioan. Mo.* vide notata per *Henr. in alleg. c. poſt ceſſionem.* Fallit in caſu in quo excommunicatus vtitur iuriſdictione: *ext. de hæret. c. præſidentes. lib. 6.* & eſt ſpecialis caſus in odiũ hæreſis: vt notat *gloſ. vlt. in alleg. c. Romana.* & *extra. de re iudi. c. ad probandum.* & *in conſtitut. Regis Iacobi*, quæ incipit, *In Chriſti nomine*, data Illerdæ pridie nonas Aprilis, anno Domini 1257.

De ſalarijs omnium iudicum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Salaria iudicum taxantur in prima inſtantia ad rationem trium denariorum pro libra, & in ſecunda inſtãtia duorum denariorum, iuxta quantitatẽ in libello petitã: ita tamen, quod ſalarium cauſa principalis nequeat excedere ſummam 72. lib. cauſæ vero appellationis ſeu ſupplicationis, 50. lib. & num. 4. & 9. & declaratur nu. 35.*

2 *Salarium de cauſa criminali recipi non poteſt.*

3 *Aduocati & procuratores poſsũt iuxta labores arbitrio iudicis ſolui, niſi fuerit conſuetudo in contrarium.*

5 *Salarium an augendum pro reconuentione.*

6 *Conſultori vbi ex forma ſtatuti debetur ſalarium, conſultor habebit integrum.*

7 *Arbitratores & amicabiles compoſitores non comprehẽduntur ſub conſtitutione taxante ſalaria, quia ſunt alterius generis & ſpeciei.*

Clauſulæ

8 *Clauſula generalis non extenditur ad diſsimilia.*
10 *Dominus Rex & eius Locumtenens nullum habent ſalarium pro iudicando.*
11 *Arbitri poſſunt recipere ſalarium iuxta formam conſtitutionis.*
12 *Arbitria inſtar habent iudiciorum.*
13 *Arbitri & arbitratores pacificantur.*
14 *Sententia arbitrorum & arbitratorum valet & mandatur exequutioni.*
15 *In compromiſſo electi tamquam arbitri arbitratores, & amicabiles compoſitores ſi eligunt viam amicabilis compoſitionis, quod ſalarium conſequantur. & quid ſi ſimplex fuerit amicabilis compoſitor. nu. 16.*
17 *Qui dicit de vno, de alio denegare videtur.*
18 *Amicabilis compoſitor an teneatur, ſi male compoſuerit, traditur.*
19 *Inter arbitrum, & arbitratorem diffinitiua que. remiſsiue.*
20 *Iudices & relatores quamuis habeant cognitionem cauſarum, iudices tamen poſſunt ſententiare, relatores vero non; & arbitri & arbitratores habent notionem tantum.*
21 *Arbiter nec arbitrator eſt, qui cœpit experiri an poſſet partes concordare; ſed tantum eſt mediator.*
22 *Compromitti nõ poteſt de cauſa meri & mixti imperij.*
23 *Compromitti non poteſt de cauſa tutelæ, & de ſuſpecto tutore.*
24 *De iure Cathaloniæ eſt iudicandum ante omnia iura.*
25 *Salarium de iure communi iudex vel officialis recipere poteſt pro miniſtranda iuſtitia, niſi quarum reperiatur à iure expreſſum.*
26 *Salarium dari non debet iudici quando non procedit ordinarie.*
27 *Relatores curiæ domini Regis ſalarium recipere non poſſunt.*
28 *Salarium non debetur quando quæſtio eſt inter fiſcum & priuatum.*
29 *Auxiliæ recipiuntur ex compoſitionibus.*
30 *Nullus cogitur propriis ſtipendijs militare.*
31 *Salarium quantum ſit, inſpicitur quod petitur. & ſic taxatur iuxta quantitatem in petitione vel libello deductam nu. 32. & quid ſi incidenter opponitur cõpenſatio, an per hoc creſcat ſalarium nu. 33.*
34 *Nullus pro expediendo ſuum officium aliquid debet exigere.*
36 *Brachium militare odio habet iuriſperitos.*
37 *De ſalario quando paciſci liceat inter aduocatum vel procuratorem cum clientulo.*
38 *Ordinarij non procedunt in cauſis ſine figura iudicij.*
39 *Regia Audientia conſueuit procedere de plano, & ſine figura iudicij.*
40 *Actus qui habeantur pro litis conteſtatione. traditur.*
41 *Lis ſtatim habetur pro conteſtata ad commodum porrigentis libellum.*
42 *Lite non conteſtata proceditur in cauſa liberali.*
43 *Lite non conteſtata proceditur ad diffinitiuam in poſſeſſorijs. & an ſit hoc verum in remedio poſſeſſorio reintegrando, ibidem.*
44 *Litis conteſtatio eſt neceſſaria in cauſa inquiſitionis, niſi perſona ſit contumax.*
45 *Iudex facere non poteſt vt lis habeatur pro conteſtata contra contumacem in conteſtando.*
46 *Litis conteſtatio non fit in cauſa nullitatis.*
47 *Litis conteſtatio non inducitur per reſponſionem ad libellum abſente parte. traditur practica.*
48 *Litis conteſtatio fit per reſponſionem ad narrata. & an per reſponſionem ad libellum* Tu mentiris. *nu. 49. & quid ſi plura & diuerſa facta narrantur in libello, & vni reſpondeatur, nu. 50.*
51 *Litis conteſtatio fieri poteſt in dilatorijs, ſed neceſſaria non eſt.*
52 *Litis conteſtatio inducitur per reſponſionem ad libellũ per verbum* credo, *vel* non credo.
53 *Pro tributis ſoluendis proceditur lite non conteſtata.*
54 *Litis conteſtatio an requiratur vbi agitur ex officio in dictis, vel vbi cauſa tractatur ſummarie. remiſsiue.*
55 *Teſtium publicatio an ſit neceſſaria, ſub diſtinctione traditur. & an ſententia valeat ſi omiſſa ſit teſtium publicatio, num. 58.*
56 *Teſtes non publicantur in proceſſu conſtitutionum Sacri Concilij Tarraconenſis.*
57 *Teſtium nomina denegantur in eorum publicatione, vbi timetur oppreſsio teſtium propter potentiam delatorum.*
59 *Executio pro ſalario fieri nequit, niſi poſt latam ſententiam diffinitiuam.*
60 Sententiæ *nomine venit diffinitiua vel habens vim diffinitiuæ.*
61 *Sententia interloquutoria habens vim diffinitiuæ trãſit in rem iudicatum quoad iudicem, & regulatur. vt diffinitiua.*
62 *Salarium non datur pro ſententia mere interloquutoria: niſi ſtylus ſit in contrarium.*
63 *Sentẽtia cenſetur lata, quando fuit cõcluſum in cauſa.*
64 *Sententia in cauſa iactatorum an ſit diffinitiua vel interloquutoria. traditur.*
65 *Cotumaci iuriſdictio denegatur.*
66 *Cautio idonea que. remiſsiue.*
67 *Exequutio riguroſa ac prompta fieri poteſt pro ſalario deponendo, tamquam pro debitis fiſcalibus. non tamẽ fit exequutio contra perſonam nu. 68.*
69 *Obligatio facta officiali pro ſalario valida eſt.*
70 *Cautum non dicitur quod eſt vitioſe cautum.*
71 *Iudices & reliqui recipientes ſalarium vltra taxam tenentur illud reſtituere cum dupla.*
72 *Salaria qua actione petantur. remiſsiue.*
73 *Pauperes non ſoluunt ſalarium. idem num. 74.*
75 *Fideiuſſores dare ſufficit, vbi promittitur quem facere ſecurum.*
76 *Tutius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere.*
77 *Cauere re quam perſona plus eſt.*
78 *Fideiuſſorem inuenire difficile eſt.*
79 *Iudex cui eſt ſatisfaciendum, ſi vult cõtentari debita vel alia cautione, ſatis eſt.*
80 *Satisfactio pro ſolutione eſt.*
81 *Cautio pro debito quando præſtanda, traditur ſub diſtinctione.*
82 *Cautio ibi eſt præſtanda, vbi differtur exequutio.*
83 *Exequutio differtur vbi prius facienda eſt calculatio ſeu liquidatio.*

Exe-

Digitized by Google

84 *Exceptio illiquidi impedit exequutionem.*

85 *Satisfdare cogitur qui habet dilationem á lege. itidem si dictam dilationem habeat ex contractu. nu.86.*

LOS ſalaris de tots los Iutges,Reladors,&c. Caſus.
1 Salaria † quorumcumque iudicãtium, & arbitrantium in cauſis taxantur hic, tam pro cauſa principali,quam etiam pro cauſis appellationum, & hoc ſit loco ſummarij. Et diuide hanc conſtitutionem in partes tres,quia in prima parte taxat ſalarium iudicantium ad rationem triũ denariorum pro libra ab vtraq. parte in prima inſtantia.¶ In ſecunda parte, ibi, *E quant es a la ſegona*,&c. taxat ſalarium iudicum ſecundæ inſtantiæ,hoc eſt in cauſis appellationis vel ſuppli cationis, ad rationem duorum denariorum pro libra quantitatis in libello petitæ ſeu valoris rerum petitarum ab vtraque parte. Ita tamen quod ſalarium cauſæ principalis non poſsit excedere ſummam ſeptuaginta quinque librarum, & in cauſis appellationis, vel ſupplicationis, non poſsit excedere ſummam quinquaginta li-
2 brarum quantumcumque. Nota † quia pro cauſa criminali, puta, quia agitur de vita liberi hominis,vel membro,nullum reperitur certum ſalarium taxatum,cum ſit res inæſtimabilis ; ideo iudex nihil inde recipiet,vt dixi ſupra *colla.6.in curia Montiſſoni cap.licet.* Vide quæ notantur per *Barthol.de Salicet.ff.man.l.Salarium.* Sed aduocati
3 & † procuratores iuxta labores poterunt petere ſalarium arbitrio iudicantis, niſi aliter fuerit de conſuetudine taxatum. Et licet reus ſit pauper,ita quod quantitas petita ab eo exigi non poſsit,vel nomen eius vix multo minori emeretur,attamen iudex debebit habere integrum ſalarium, iuxta hanc taxiam, vt notat *Matthæus de Mataſalanis in* 150.*notab.* q vide inferius. Attamen pauperes in audientia ſunt priuilegiati: vt habetur in ra *colla. 11. cap. les cauſes.* vbi vide cuius quantitatis fuerit petitio in cauſa de qua litigatur.¶ In tertia parte,ibi, *Aço ajutat*,&c.di-
4 cit † quod dictum ſalarium habet ſolui hoc modo,ita videlicet. Hic habes quod ſalarium iudicis non poterit excedere ſummam ſeptuaginta quinque librarum, etiam ſi petitio cauſæ fuerit
5 quantæcumque quantitatis. Sed † quid ſi reus etiam reconueniat actorẽ de quantitate pro qua deberet ſalarium ſeptuaginta quinque librarũ, nunquid Iudex poterit habere duo integra ſalaria,ſcilicet,ſeptuaginta quinque librarum, pro petitione actoris,& alias ſeptuaginta quinque libras pro reconuentione? Videtur quod ſic, quia ſunt duæ petitiones:& pro quolibet poſſet exigi ſalarium vſque ad ſeptuaginta quinq. libras: cogita,quia nondum vidi caſum.In cõteſtatione litis,vel in actu qui pro litis conteſtatione habetur, ſoluitur quarta pars ſalarij totius cauſæ ſiue inſtantiæ,& alia quarta pars ſoluitur publicatis teſtibus. Et reſiduum ipſius ſalarij habet ſolui lata ſententia diffinitiua, vel ſi partes ſteterint quominus ſententia ipſa feratur, ſoluetur ipſum reſiduum demum perempta inſtantia. Ita tamen quod partes tenentur deponere,vel aſſecurare dictum reſiduum,quando cauſa erit in pũcto relationis faciendæ,vel ſententiæ ferendæ,tamen antequam ipſa ſententia proferatur.Et hæc diuiſio ſit pro caſu & ſumma huius cap.vſque ad cap.*E los aduocats*,vbi quidam habent §. vel pro §.huius cap.Sed ego habeo ibi principium cap. licet continuari,& conſtrui habeat cum præſenti.¶Et nota,quod per hoc cap.hodie ſunt correctę plures conſtitutiones loquentes de taxatione ſalariorum iudicum,de quo vide quæ dixi ſupra *collat.6.curiæ Montiſſoni. cap. Si ratione executionis*, & dicta ibi potes repetere hic. Item nota, quod
6 vbi † ex forma ſtatuti debet dari conſultori tantum â quingentis libris, vſq. ad mille libras; & tantum â mille libris,vſque ad bis mille;conſultor habebit integrum ſalarium, licet reus ſit pauper ita quod eius nomen communiter non emeretur pro cẽtũ, vt probatur in *l.in offerẽdis.C. de app.*& ibi *Bar.*notat: quod nota,quia quotidie accidit.Hæc *Matth. de Mataſalanis in* 150.*notab.* Super textu, *los ſalaris.* de multis ſalarijs, vide quæ dixi in dicta *curia Montiſſoni. cap. quia in ſententijs*,ſupra *colla.* 4.¶ Sequitur in tex. *de tots los Iutges,Reladors, Arbitres,& dels altres.* Nota quod dicit,*dels altres*,ſubaudi, ſcilicet iudicantes per modum iudicij, quaſi dicat,omnes officiales iu-
7 dicantes, & arbitrantes, & † forte non comprehendit arbitratores,& amicabiles compoſitores, cum ſint alterius generis & ſpeciei, & clauſu-
8 la † generalis non extenditur ad diſsimilia. arg. *extra.de procura.cap.non poteſt. in Cle.* cum ſimilib.
9 ¶ Item † nota,quia dicit, *de omnibus*, ergo comprehendit iudices curiæ, & tam maiores, quã minores,licet de iure Romano maiora dentur ſalaria in Vrbe quam in Prouincia,& coram maiori iudice quam coram minori : vt notatur per *Ioan.de Platea.*in *l.in Sacris.C.de proximis ſacrorum*
10 *ſcri.lib.*12. Item † quid de Rege,vel eius Locũtenẽte? Dic quod ipſi nullum debẽt habere ſalarium pro iudicando: quia non reperitur in iure quo debeant ſalaria habere.Pro quo facit 11.*q.*3. *cap.qui recte.*& *cap.non licet.*& 1.*q.*1.*cap.vendentes.* Item nota,quod hic videtur, quod omnes iſti in hac conſtitutione nominati hodie per hanc conſtitutionem poſsint exigere, & recipere ſalariũ, iuxta taxationem prædictam,& in hoc cap.contentam; & ſic videantur correctæ multæ conſtitutiones antiquæ,quæ prohibent Iudices,& Relatores Audientiæ, & curiæ domini Regis recipere ſalaria de cauſis principalibus;vt ſupra *colla.6.curiæ Montiſſoni cap. iuxta conſtitutiones editas*, &c.vide quæ dixi ibi:& in conſtitutionibus ibi confirmatis,& d ſignatis.vide ibi notata,& quæ dicam ſtatim ſuper verbo, *de dret, conſuetut*, &c.
11 ¶ Item † nota hic,quod arbitri poſſunt recipere ſalarium iuxta formam huius cap. Sed de ve-
12 ro arbitrio non eſt mirum, quia † arbitria inſtar habent iudiciorum:vt *ff.de arbitris. l.* 1. vide ibi

glo.

glo. & *l. rem non nouam, C. de iudi.* & per *Gui. in Spe. tit. de arbi. §. vt autem compromiſſum. verſ. Sed nunquid arbiter poteſt à partibus.* Sed de arbitratore hoc non reperij alicubi; expreſſe tamen hic per verbum, *& dels altres*, innuitur, quod etiam arbitratores eodem modo intelligantur, & compre-
13 hendantur; arg. quia † paſſicantur arbitri, & arbitratores: vt ſupra *collat. 6. in curia Gerunda cap. 16. Item ſtatuimus, quod capitulum factum*, &c.
14 vbi † dicitur quod ſententia arbitrorum, & arbitratorum valeat, & mandetur executioni, &c. & ita ſeruatur de facto in practica, & ſic minime ſunt mutanda. &c. *ff. de legi. l. minime*. Et idem videretur de ſententia amicabilium compoſitorũ, vt ſupra *collat. 4. in 3. curia Barcino. cap. 15. Item ordinamus, quod capitulum*, &c. ibi etiam expreſſe dicitur de arbitrationibus amicabilium compoſitorum: tamen ibi dicit quando copulatiue arbitratur per arbitratores, & amicabiles com-
15 poſitores. ¶ Sed † quid quando in compromiſſo ſunt electi tamquam arbitri, arbitratores, & amicabiles compoſitores; & ipſi ſolum eligunt viam amicabilis compoſitionis? Reſpondeo tunc iudicabo ſicut de ſimplici compoſitore, prẽſoneta, & mediatore: & vide ſuper hoc notata per *Andream de Barru. in l. in ſacris. da tercera. C. de proximis ſacrorum ſcrinorum. lib. 12.* ſuper verbo *magnitudinis*. vide etiam ibi *Ioannem de Platea*. ¶ Sed
16 tunc † quæro, quid de ſimplici amicabili compoſitore? Reſpondeo, quod forte non habebit ſalarium iuxta taxiam huius capituli, quia eligitur vt amicus, & mediator, ſiue prẽſoneta; & quia de eo hic, & in dictis conſtitutionibus
17 eſt omiſſum, & † qui de vno dicit, de alio videtur denegare; arg. *l. cum prator. ff. de iudi.* & *extra. de præſump. cap. nonne*. Sed forte taxabitur ſecundũ laborem, arg. dicti *cap. quia in ſententijs.* vide quæ ibi dixi. & intra ſuper verbo *treballi*. Et an tenea-
18 tur iſte † amicabilis compoſitor ſi male compoſuerit? Reſpondeo ſi dolo tecerit, vel lata culpa; tenebitur, iuxta notata ſupra *cap. proxi.* & arg. eius quod de prẽſoneta dicit *Bar.* in *l. fin. ff. ae extraordi. criminibus.* vide *ff. ſi meſſor. fal. mo. dixi. l. 1.* & *eod. tit. l. ſi duobus. §. 1.* Item adde quæ notantur ſupra *cap. proxi.* ſuper verbo, *E per aço com lo dit official tendra taula.* in *verſic. Item ſindicatur iudex*
19 *de eo quod male iudicauit*. Et † quæ ſit differentia inter arbitrum & arbitratorem, vide *Bar.* in *l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum.* & *Inno.* & *Anto. de Butrio* in *cap. quinta vallis. extra. ae iureiuran.* vide & adde quæ notãtur *colla. 6. curia Montiſſoni. c. pro inſtrumẽtis ſponſalitorum. §. Et iſtam taxationem*, &c. ¶ Sequitur in text. *als quals per la cognicio, o noſcio a-quells*, &c. quod dicit, *per la cognicio*, refertur ad-
20 iudices, & relatores, qui † habent cognitionem cauſarum. Sed iudices poſſunt etiam ſententiare, relatores vero habẽt referre, & non poſſunt ſententiare: & quod dicit, *o noſcio*, refertur ad arbitros, & arbitratores, qui non habent cognitionẽ, ſed ſolum habent noſcionem, & eorum ſententijs de iure communi non ſtatur, niſi metu pœnæ. Secus eſt tamen de iure huius patriæ, vt ſupra *collat. 4. curia Gerunda.* præalleg. *cap. 16. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod capitulum per nos factum. §. addentes etiam, & ſtatuentes.* vide quę ibi dixi. ¶ Et
21 nota † quod non eſt arbiter qui ſolum cœpit experiri, an poſſet partes concordare, nec etiam arbitrator; immo eſt mediator quidam: *ff. de arbi.*
22 *l. ſi de meis. §. recepiſſe.* ¶ Item † nota, quod de cauſa, quę requirit maiores iudices, vt de cauſa meri & mixti imperij, non poteſt compromitti: *ff. eod. tit. l. non diſtinguemus. §. de liberal.* & nota hanc re-
23 gulam: quia † ex hoc habes quod de cauſa tutelæ, & de ſuſpecto tutore non poteſt compromitti. vide & adde quæ legũtur & notãtur *extra. de reſti. in integrum. cap. cauſa.* ¶ Sequitur in text. *de dret*, ſcilicet, de iure huius patriæ, ſecũdum quod
24 ante † omnia iura eſt in hac patria iudicandum, vt intra *eod. cap. per tal que les leys.* & infra *colt. 10. curia domine Marie cap. aſſats es coſa ridiculoſa.* cum concor. & dixi ſupra *curia domini Martini cap.*
25 *Item ſenyor quels Cancellers*, quia † de iure communi nulli iudici, vel officiali licet recipere pro miniſtrãdo iuſtitiam, aliquod ſalarium, niſi quatenus reperiatur à iure expreſſum: vt in *authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra.* & in *auth. ſcriptum exem-*
26 *plar. collat. 2.* ¶ Item † nota, quod de iure Romano non debet dari ſalarium iudici, quando non proceditur ordinarie, ſecundum *l. prolatam. C. de ſent. & interlo. omnium iud.* Sed proceditur ſummarie: vt in *authen. niſi breuiores. C. de ſententia ex-commu. periculo. recu.* & *l. lenia. ff. de accu.* de quo notat *Ioan. de Platea* in *l. in ſacris. C. de proximis ſacro. ſcri.* Et per hoc forſan deberent limitari huiuſmodi conſtitutiones, niſi conſuetudo, vel aliud ius obuiaret: vide *glo.* in *cap. ſuam nobis. extra. de ſi-*
27 *monia*: & per hoc dico de rigore iuris: quod † relatores curiæ domini Regis, quibus non licet de iure huius patrię recipere ſalarium, vt in alleg. *cap. iuxta conſtitutiones*, adhuc hodie non poſſint recipere; quia per hanc conſtitutionem non reuocatur in aliquo dictum *cap. iuxta.* nec taxatur nec conceditur ipſis iudicibus, relatoribus, & alijs recipere ſalariũ huiuſmodi, niſi quibus alias de iure vel conſuetudine erat recipere licitum, & per hoc ſoluitur dictum contrarium: verumtamen de abuſu notorio ipſi domini relatores indifferenter exigunt ſalaria, & vtinam eſſent cõtenti taxia huius capituli, & non exigerent immoderate, prout de facto quoque abutuntur, & ex hoc poſſunt plures ſententię annullari tamquam venales, iuxta notata in dicto *cap. quia in*
28 *ſententijs.* circa finem. ¶ Item † non debet aliquis aliquid exigere ratione ſalarij, quando eſt quæſtio inter fiſcum, & priuatum pro cognitione: *C. vbi cauſa fiſcales. l. ad fiſcum*. Sed de conſuetudine vel abuſu in curia Regia, & in alijs curijs Principatus Cathaloniæ de parte priuata, ſed non de parte fiſci indiſtincte iudices exigunt ſalaria, etiam de criminalibus, niſi quando delatus fuerit

rit condemnatus ad mortem, vel membri muti-
29 lationem. Sed † de compositione recipiunt auerias, iuxta constitutionem Ceruariæ; & quod dixi *de dret*, sc licet, de iure non scripto. & forte ex hac consuetudine, quę forte erat post dictum *cap. iuxta*, isti domini relatores sumpserunt occasionem recipiendi salaria, & ita seruatur, & tolleratur inconcusse. & ex certa scientia principis, & valet forsan, cum sit rationabilis: quia nullus co-
30 gitur † proprijs stipẽdijs militare; & forte olim erant stipendiati de publico, quod non est hodie. Pro hoc facit quod de tollerantia dixi supra *cap. proximo*. ¶ Sequitur in textu, *per la quantitat en la demanda contenguda*. Inspicitur enim quod
31 petitur, † non quod valet, vel quod debetur, secundum *Matasa. in* 150. *notab.* & vide *Bart. in lege penultima. ff. de iurisd. omnium iudicum*. & videtur casus *in libro feudorum, lege vltima*. Nota hic sala-
32 ria † iudicum taxari iuxta quantitatem in petitione, siue libello deductam, & petitam, vt hic
33 vides. Sed † quid si incidenter opponitur compensatio vel de inuentario, aut alia exceptione? Dic quod per hoc non crescit salarium, nisi fiat mutua petitio per modum reconuentionis. vide
34 *glo. inst. de accu. §. tripli. vero*. ¶ Nullus † enim pro expediendo suum officium debet aliquid exigere: 1. *q.* 3. *cap. vendentes*. & *cap. non solũ*. nisi sit expressum in iure, vt hic: & hoc tenent *Vinc. Lan.* & *Goff. extra. de vita & honesta. cleri. cap. cum ab omni specie*. & *Doct. extra. de censi. cap.* 1. super verbo *visitatis*. de quo per *Archi.* 10. *q.* 3. *cap. cauendum*. in fi. & *de consec. dist.* 1. *cap. Ecclesijs*. & vide de *celeb. Missarum. cap.* 1. in verbo, *violatores. in Cle.* vide infra, *collat. proxi. cap. al abus*. & ibi dixi super verbo *alguna cosa*. vide etiam quę notantur supra *colla.* 5. *cap. Item statuimus quod iudices aduocati*. in fi. ad idem in *authen. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. colla.* 2. & in *auth. scriptum exemplar*. & in *authen. iusiuran. quod præstatur ab eis. ead. colla.* 2. ¶ Sequitur in tex.
35 *de entre ab dues les parts*. Si † ista verba reducantur in latinum, videretur quod solummodo esset salarium trium denariorũ pro libra in causa principali, & duorum denariorum in causa appellationis inter ambas partes: verumtamen vsus obtinuit inconcusse, quod intelligatur ab vtraque parte. Facit quod notat *Bal. ff. de excusa. tu. l. si duas*, super verbo *vtraque*. & ibi *Ray. de Forli.* qui exponit, idest, *a qualibet parte*, & ita practica semper, & inconcusse obtinuit, & obtinet, & adhuc est nimis tenuis ista taxia saltem pro causis minoribus quinquaginta librarum, & competẽtius fuerat olim taxatum in *cap. si ratione executionis*. Sed hoc emanauit ad importunitatem cuiusdam militis vocati D. R. de Raxacho, qui cũ sequela
36 Brachij † militaris odio habentis iurisperitos, procurauit hanc constitutionem fieri, & etiam *cap. als seruans*. supra *ead.* quia ipse miles magnas lites ducebat, & habuerat soluere magna salaria: & tamen dicit lex, *Arma etenim magis quam inra scire milites sacratissimus legislator existimauit*: vt *C. de iure deli. l. scimus*. circa prin. & *C. locati. l. milites*. cum similibus. Sed prohdolor hodie iurisperiti videntes se non posse viuere ex tã vili, & modico salario, faciunt sibi solui per cedulas, & recipiunt salaria pro collationibus, contra *cap. in-*
37 *super. in curia Montissoni*. supra *colla.* 6. Sed † an & quando liceat inter aduocatum vel procuratorem cum clientulo pacisci de salario, vide *Bar. & moderniores. in l. salarium. ff. manda*. ¶ Sequitur in text. *en la contestacio del plet*. subaudi in causis ordinarijs, in quibus non proceditur sine figu-
38 ra † iudicij, & hoc seruatur regulariter in curijs Vicariorum, & Baiulorum, & aliorum ordina-
39 riorum inferiorum. Secus † est in audientijs dñi Regis & Gubernatoris, in quibus consueuit procedi de plano, & absque figura iudicij: & tunc loco contestationis inspicitur actus, qui pro contestatione habetur, vt hic subijcitur: & iste actus
40 habetur † pro contestatione, qui non potest fieri ante litem contestatam, vt est recipere testes, qui regulariter non recipiuntur ante litis contestationem. Eo tamen casu, quo merita causæ tractari incipiunt, vt quia legitimatis personis præponuntur peremptoriæ, vel fiunt positiones & articuli, habet vim litis contestatæ, quoad faciendum procuratorem dominum litis, & quoad petendum quartam partem salarij, vt hic in tex. huius cap. & quoad cæteros effectus contestationis litis: vt *C. de procura. l. nullum*, ibi, *post causam ita dicio agitatam*, & ibi. *post causam inchoatam*, scilicet, quia fit actio transitoria in hæredem, & perpetuatur vbi erat temporalis. Item quia interrumpitur præscriptio: vt *extra. vt lite non contesta. cap. quoniam*. Vt est quod post litis contestationem non admittantur exceptiones dilatoriæ, vt fori declinatoria. de quo per *Bal.* in *l.* 2. *ff. si quis in ius vo. non ierit*. & vide latius per *Henr. Boich* in *cap. pastoralis. extra. de excep. in di. versic. Si terminus non est assignatus*. quia non dicit litem contestatam, sufficit ergo quomodocumq. causa incipiat agitari, & hoc notatur *C. de procurato. l. nihil*. & per *Bar.* in *extranagante, ad reprimendum*. super verbo *figura iudicy*. in 6. *q.* quæ incipit, *An sit*
41 *lis contestanda*. Nota † tamen, quod quoad commodum porrigentis libellum statim habetur lis pro contestata, eo quod libellum porrexit, & petijt responderi, secundum *Cinum* in *l.* 1. *C. de alie. mu. iudi. causa facta*. allegat *l.* 1. §. *preterea. ff. de iti.*
42 *actuque prima*. ¶ Item † nota, quod lite non contestata, proceditur in causa liberali. *ff. de liberali*
43 *causa. l. diui*. ¶ Item † in possessorijs proceditur ad diffinitiuam lite non contestata. *ff. de li. bo. exhi. l.* 3. §. *penult*. ¶ Secus tamen est, saltem iure canonum, in possessorio recuperandæ, vt *extra. de offi. dele. c. consultationibus*, quod tamen intellige, nisi in contumaciam, secundum *Hostien.* ibi licet *glos.* aliter dicat, vide tamen latius per *Ant. de Bu-*
44 *trio*, ibidem. Sic † in causa inquisitionis necessaria est litis cõtestatio, nisi persona sit contumax, secundum *Innocen.* & *Bal. extra. de testi. c. cum olim*.

¶ Item

Digitized by Google

45 ¶ Item † nota, quod non potest facere iudex, vt contra contumacem in contestando lis habeatur pro contestata, vide *Bal. ff. si quis ius dicenti non ob. l. vnica.* & *Cin.* in *l. 1. C. de litis contesta.* & vide ibi remedium contra nolentem contestari. & vide *glo. C. quomodo, & quando iudex.* in *authen. qui semel.*

46 Sed super † causa nullitatis non fit litis contestatio, secundum *Gui. de Suza.* ibidem. de quo dic vt dixi supra *colla. 6. curiæ Montissoni cap. constitutio edita.* ¶ Item nota, † quod per responsionem

47 ad libellum absente parte, non inducitur litis contestatio, per quod dicit, quod per exceptiones ex interuallo oppositas non inducitur litis contestatio, ibidem: secus practicatur, quod licet responsio fiat ad libellum absente parte; dummodo responsio alias fiat per verba apta negando; vel concedendo, animo litem contestandi, habetur lis pro legitime contestata, de quo legitur,

48 & notatur *extra. de lit. contestat. cap. vnico.* Ité † per responsionem ad narrata fit litis contestatio. sed tutius est quando responsio fit ad petita, licet conclusioni non respondeatur, secundum *Gui.* in *l. vna. C. de lit. contest.* Sed si primo respondeatur, & postea detur libellus, non valet litis conte-

49 statio, secundum *Gui.* ibidem. Et † per responsionem ad libellum *Tu mentiris*, non inducitur li-

50 tis contestatio, *Guill.* ibidem. Sed † si plura facta narrantur in libello diuersa, & vni respondeatur, super illo est litis cõtestatio. Secus si sint cõnexa, secundum *Gui.* in *authen. offeratur. C. de litis cõ-*

51 *test.* ¶ Item † nota, quod in dilatorijs potest fieri litis contestatio, sed non est necessaria: si tamen fiat, debet sequi sententia interloquutoria, secũdum *Butri.* in *l. à procedẽte. C. de dilatio.* ¶ Item per

52 responsionem † ad libellum per verbum *credo*, vel *non credo*, inducitur litis contestatio, vt dicit *Gui.* in *authen. offeratur*, quod dic vt legitur, & no-

53 tatur *extra. de iudi. sine. cap. cum ad sedem.* ¶ Item † nota, quod vbi agitur pro tributis soluendis, vel pro vendicando subiecto, proceditur lite non contestata: *C. vbi de curia, & coartan. l. 2. Gui. de Cug.* & idẽ *Bar.* pro alijs pẽsionibus publicis. Sed

54 an † ex officio iudicis, & vbi causa summarie agitatur, exigatur litis contestatio, vide *Bar. ff. de damno infecto. l. 4. §. hoc autem iudicium. in penult. q.* ¶ Sequitur in tex. *la segona publicats los testimonis.*

55 Sed † quæro, an sit necessaria publicatio testiũ? Respondeo, *Bar.* tenet quod sic, alias auferetur ius defensionis. Si enim non publicarentur, non posset impugnare testes, & eorum dicta, sed auferre defensionem repugnat iuri naturali, vt notatur in alleg. *extrauagante ad reprimendum*, super

56 verbo, *figura iudicij. q. 13.* quod † facit contra stylum processus constitutionũ Sacri Concilij Terraconen. Sed ibi in sententia excommunicationis quæ est medicinalis, & non transit in rem iudicatam: vt *extra. de sent. excom. cap. 1. lib. 6.* & est speciale odio raptorum, & fauore Ecclesiasticæ libertatis pro quo faciunt notata infra *ead. cap. cum multis.* Item facit contra *extra. de hæreticis. cap. si acuta. §. inhemus. lib. 6.* Sed ibi speciale fauore fidei, nec ibi negatur publicatio attestationum.

57 sed solum denegantur † nomina testium, vbi timetur oppressio testium propter potẽtiam delatorũ contra quos de hæresi inquiratur, & super hoc etiam onerata est conscientia iudicum, siue Inquisitorum, & Episcopi, qui, vbi non timetur oppressio, debent publicare etiam nomina te-

58 stium. Sed † si non petatur publicatio testium, & procedatur testibus non publicatis, nihilominus valebit sententia: quia testes semper sunt iudici publicati, & ipse iudex, qui examinauit testes, habet notas attestationes. de hoc notatur per *Inno. extra. de testi. cap. cum clamor.* ¶ Sequitur in tex. *finalment dada la sententia.* Nota ergo, quod,

59 non † potest fieri executio pro residuis duabus partibus salarij, nisi demum lata diffinitiua sententia in causa, vel peremptа instantia per lapsum trienni, iuxta *l. properandum. C. de iudi.* vel per lapsum bienni, vt causis de quibus habetur in *cap. a remoue.* infra *collat. proxim. in curia domina Maria.* vbi habes simile verbum *finalment.* quia expone, idest, diffinitiue; vel, idest, sine debito, vel cum effectu; ita quod tuerit lecta, & publicata. Tamen cum causa erit in puncto sententiandi, hoc est, facta assignatione peremptа ad sentẽtiam audiendam, possunt partes compelli ad faciendum depositum, vel cauendum idonee pro duabus partibus residuis sententia lata soluendis, quia iudex tulerit sententiam antequam salarium soluatur, vel de soluendo caueatur; non poterit amodo ipse iudex conqueri de ipso salario. vt supra *colla. 5. curiæ Montisalbi cap. 25. Ité quod iudices aduocati*, &c. vide quæ ibi dixi, & adde quæ statim dicam super verbo, *se degue tenir*

60 *per content.* Et † quia dicit, *sententia*, intellige diffinitiua, vel quæ habeat vim diffinitiuę. dummodo sit lata cum plena causæ cognitione, quia ta-

61 lis †, licet interloquutoria, transit in rem iudicatam quoad iudicem, & regulatur cum diffinitiuis, secundum *Anto. de Butrio in cap. Sua nobis.* in fi. *extra. de app.* & idem *Matthæus de Mataſalanis in*

62 40. *notabili.* ¶ Sed † quæro, quid de alijs interloquutorijs, quæ non sapiunt vim diffinitiuæ, vel sunt latæ cum summaria cognitione, an pro illis dabitur salarium? Respondeo quod non, nisi forte secus habeat stylus curię, vbi pro istis interloquutorijs dantur iudici quinque solidi tantum inter ambas partes pro salario. Et hoc faciunt pro his quæ scripsi infra *cap. proxi.* quia in interloquutorijs, debet distingui, an & quando regulentur cum diffinitiuis. & dicta consuetudo seruatur in curia seculari Gerundæ. Et nota quod

63 sententia † lata reputatur, cum est renunciatum & conclusum in causa, vt notatur *ff. de minoribus. l. 3. §. 1.* & in *authen. vt cum. de app. cog.* in prin. & *C. de adulterijs. l. quamuis.* Et ita cum est facta relatio & conclusio in audientia regia, statim debetur salarium sententiæ. vt hic. ¶ Quæro vtrum

64 sententia † quæ fertur super libello iactatorio,

sit

sit diffinitiua vel interloquutoria? Respondeo, *glo.* in *l. diffamari. C. de inge. & manu.* dicit, quod si est lata post litis contestationem, est diffinitiua: vt *ff. de lib. causa. l. diuus.* §. 1. & idem tenet *Bal.* in dicta *l. diffamari.* quando litis contestatio est lata contra non probantem. sed quando est lata, quia diffamator non agit infra terminũ, & ab eo hoc iudex decernit non esse de cætero audiendũ, tũc
65 est interloquutoria, quia † cõtumaci iurisdictio denegatur. *ff. ex qui. cau. ma. l. & si per prætorẽ.* vide *Bal.* vbi supra, & *Innoc.* in *cap. cum in tua ex. qui. ma. accu. po. & flo.* in *l. quæritur. ff. de sta. ho.* ¶ Sequitur
66 in textu, *sia prestada idonea caucio.* quæ † dicatur idonea cautio, dixi supra *colla. 4. curiæ Illerden. c. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus*, &c. Et erit hæc cautio fideiussoria, vel pignoratitia de soluendo dicto residuo salarij illico post latam dictam sententiam diffinitiuam, omnibus, exce-
67 ptione & appellatione remotis: quia † pro tali salario potest, & debet, ac consueuit fieri prompta & riguroſa executio, tanquam pro debitis fiscalibus: de quibus dixi supra *colla. 6. curiæ Perpiniani cap. volumus, & concedimus. Rubrica de lezdis*
68 *& iuribus fiscalibus.* Non tamen credo, † quod habeat locum personæ captio, nisi obligauerit ad pœnam tertij in curia, vel cum instrumento cõmandæ, iuxta quæ leguntur & notantur supra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap. 17. Item quod nulli homines*, & *cap. 27. Item quod nullus miles*, &c. cũ suis
69 concor. Et † nota hic casum, in quo valet obligatio facta officiali, scilicet ratione sui officij, quia cessat hic suspicio metus vel oppressionis. Sed regulariter contra: vt supra *colla. 3. curiæ Mõtissoni cap. 11. Item ordinamus & statuimus, quod si ali quod monasteriũ*, &c. vide quæ ibi dixi, & quæ no-
70 tantur in *l. penul. C. si certum pe.* Et † nota, quod nõ dicitur esse cautum quando est vitiose cautum: vt *l. quotiens. ff. qui satis cogantur*, quod dic, vt ibi
71 notatur per *Ange. de Perusio.* ¶ Vltimo † nota, q̃ iudices, & relatores, & arbitri prædictu, qui contra tenorem huius constitutionis aliquid petierint, seu receperint, tenentur restituere id quod pro ipso salario receperint cum dupla, pro quo potest fieri executio ante tempus tabulæ, vt infra *c. proxi. §. E si algun deli dits jurges.* quia ibi cõprehenditur præsens cap. Ex hoc præcipue dico, quod sequens cap. veraciter fuerit §. huius cap. Sed forte propter prolixitatem fuit facta diuisio
72 cap. ¶ Et † qua actione petantur huiusmodi salaria, notatur *C. de iudi. l. properandũ. §. illo proculdu-*
73 *bio.* vbi etiam nota, quod † pauperes non soluũt aliquod salariũ, secundum *Innoc. extra. de Summa Trini. & fide Catho. c. firmiter.* vide quæ dictã infra *eod. c. nedũ ex beneficio.* & infra *colla. 11. c. les causes dels pubills.* & quod notatur *ff. de varijs. & extraor.*
74 *cog. l. 1.* Vlterius † nota, quod â pauperibus salaria huiusmodi pro litibus non sunt exigenda, vt in *auth. de man. principũ. §. & non permittere. colla. 3.* & infra *coll. 11. c. les causes de pubills*, vide quæ ibi dixi. Sequitur in tex. *se degue tenir per cõtent.* subaudi, arbitrio boni viri. quare videtur q̃ sufficiat
75 dare fideiussores: quia † si permitto te facere securũ, sufficit dare fideiussores: *ff. qui satis cog. l. 1.* in fi. *de vsufr. l. si cui. & de no. op. nunc. l. 1. §. hoc interdictũ.* secundũ *Ricard.* vide *glo.* in *l. mandato Titij. ff. man. & de haredi. instit. l. illa institutio.* & per *Alber. de Rosat. ff. de verb. obli. l. ex ea parte*, vel forte melius est vt habeat pignora: quia tutius est pignori
76 incũbere, † quã in personã agere: vt *instit. de obli. ex*
77 *quasi delicto. §. furti.* plus † est enim cauere re, quã persona: vt *ff. de reg. iur. l. plus cautionis.* & hoc verũ si ita placuerit ei cui satisdatur, iuxta notata supra *colla. 4. in 2. curia Barci. c. 21. Itẽ q̃ omnis firma*,
78 &c. & difficile † est inuenire fideiussorẽ, vt notat *Bal. ff. solu. matri. l. diuortio. §. interdũ.* Et etiã attẽta modica dilatione quæ speratur in hoc casu, quia tenetur soluere statim post latã sententiã, quam forte tenet præ manibus: melius est dicere vt caueatur cũ pignoribus, scilicet, & tenẽtibus, & sic cõmuniter seruatur, vnde minime sunt mutãda.
79 &c. Sed † si iudex, cui est satisfandũ, velit contẽtari de dita, vel alia cautione, satis est vt volũtati
80 suæ sit satisfactũ: quia † satisfactio pro solutione est: vt ff. *de solu. l. satisfactio.* cũ simil. Circa hoc dic:
81 quia quãdo † debitũ est liquidũ, & purum; tunc non sufficit cauere, sed debet solui, vt *ff. l. de coll. bo. l. 1. §. sed cũ possint.* Sed vbi non est liquidũ, vel est soluendũ in diẽ, vel sub cõditione, tunc est satisfandũ, & cauendũ; vt hic: & nota per *Alberi. de Rosat.* in *l. stipulationũ. §. satisf. acceptio. ff. de verb. obl.* & dixi supra *coll. 4. in 1. curia Barc. c. 9. Item quod nos & officiales*, super verbo *assecuraueris.* vide quæ ibi notãtur. Et dic etiam de hoc per *Bal.* & *Ange.*
82 in *l. nisi. ff. de rei vendi.* vbi habes q̃ † vbi differtur executio, ibi est præstãda satisfactio. adde quę no
83 tat *Bal.* in *l. 2. ff. solu. mat.* Item † differtur vbi est prius facienda calculatio, & liquidatio: vt *C. de sent. quæ sine certa quanti. l. fi.* ibi, *non esse liquidã.* vn-
84 de † exceptio illiquidi impedit executionem.
85 ¶ Vlterius † nota hic, q̃ habens dilationẽ soluẽdi cogitur satisfare, vt hic, & *C. de preci. impera. offe. l. vniuersa.* & *ff. solut. matri. l. quotiens.* & ibi notat *Bal.* quod secus est in illo qui habet dilationem ex sua prouidentia, & ex contractu suo, quia tunc non tenetur satisfare, nisi labatur facultatibus: vt *l. si creditores de primis. credi.* de quo per *Cinum* in dicta *l. vniuersa.* adde notata *ff. de bo.*
86 *auct. iudi. possi. l. in possessione.* Sed † qui habet dilationem ex contractu, cogitur simpliciter cauere de soluendo adueniente die vel conditione, secundum *Angelum, ff. de iudicijs. l. in omnibus.* in fin. dũmodo per cautionẽ ius debitoris in nullo fiat deterius: vide ibi latius, & adde notata per *Bal.* in *l. fideicommissa. §. si hæres. ff. de legatis tertio.* vbi etiam nota, neminem compelli ad abundantem cautelam, sed ad sufficientem sic.

De

De ſalarijs aduocatorũ, & cõſiliariorũ. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Salaria aduocatorum taxantur ad rationem trium denariorum pro libra in cauſa principali, & ad rationẽ duorum denariorum in cauſa appellationis: ita tamẽ quod ſalarium in dicta cauſa principali nequeat excedere ſummam 37. librarum, & in cauſa appellationis 25. librarum, & pœna traditur num. 6. & declaratur num. 37.*

2 *Iudices & aduocati in cauſa executionis ſolũ recipiunt vnam tertiam ſalarij cauſæ principalis.*

3 *Salarium executionis ſententiæ regulatur ſecundum cauſam principalem.*

4 *Sententia de exequendo eſt interlocutoria, & ab ea non appellatur, niſi opponeretur exceptio de illis quæ poſſunt opponi poſt ſententiam: Barcinona tamen reclamatur vbi modus exceditur. nu. 5.*

7 *Salaria quæ in cauſis diſtributionum.*

8 *Charitas hodie inter homines fere eſt annihilata.*

9 *Sententia lata per vnũ iudicẽ executioni demandari nõ poteſt per aliũ ſine requiſitione illi⁹, qui eã protulit.*

10 *Salarium in cauſa executionis, vt poſſit exigi requiritur nedum cõſilium executionis, verum etiã quod interueniat labor in exequẽdo. declaratur n. 13. & 14.*

11 *Labor animi & intellectus proprius eſt labor.*

12 *Salariorum aduocatorum, & procuratorum materia remiſſiue.*

15 *Milites infecti odio contra iuriſperitos ſemper procurant diminutiones ſalariorum, & volunt comedere labores peritorum.*

16 *Reſpublica diu conſiſtere non poteſt ſine iuriſperitis.*

17 *Procuratores litis recipiunt pro ſuo ſalario medietatẽ eius quantitatis, quam aduocati habent pro ſalario.*

18 *Salarium datur pro labore.*

19 *Sportulæ non dantur vbi iudices procedunt verbaliter, & ſine ſcriptis.*

20 *Arbitratores recipere nõ poſſunt triceſimas ſportulas.*

21 *Aduocati labor non conſiſtit proprie in perſona, ſed in probitate animi & intellectus.*

22 *Præcedentia quando cenſeãtur repetita in ſequentibus, & è conuerſo.*

23 *Clauſula generalis non extenditur ad diſſimilia.*

24 *Arbitrationes, & compoſitiones ſunt contractus, & non acta iudicialia.*

25 Reſtituere *verbum præſupponit habitum.*

26 *Clientulus ſponte poteſt dare ſuo aduocato quid vltra ſalarium taxatum, vt citius, & accuratius proceſſum remideat, vel alias. declaratur num. 27. idem nu. 40.*

28 *Clientulus non prohibetur dare ſuo motu aduocato.*

29 *Aduocatus eſt amicus clientuli.*

30 *Sportularum materia remiſſiue.*

31 *Iudex recipiens ſalarium vltra taxatum an teneatur reſtituere totum ſalarium receptum, an vero tantum quod eſt vltra taxam. idem in aduocato, arbitro, vel alio officiali dicitur.*

32 *Legis ratio & mens eſt ipſa lex.*

33 *Plus datum ſponte à ſcientibus eſt reſtituendum.*

34 *Promittens dare pecuniam iudici, vt ferat pro me ſententiã, dare non cõpellitur, & datum poteſt repetere.*

35 Incontinenti *aduerbium ſignificat ſine mora, ipſo facto, vel ipſo iure.*

36 Incontinenti *verbi materia remiſſiue.*

38 *Conſtitutiones ſublatæ cẽſentur ex quo à principio non fuerint moribus vtentium receptæ, & contrariũ fuit ex poſt obſeruatum cum ſcientia, & tolerantia Principis. ratio traditur ibidem.*

39 *Salarium aduocati & procuratoris qualiter petatur, remiſſiue.*

41 *Aduocati vel procuratores paciſci non poſſunt de quota litis.*

42 *Exequutio prompta fieri poteſt contra officialem nedum pro ſalario male exacto, verũ & pro dupla. & an ad inſtantiam partis ſolum. num. 43.*

44 *Eleemoſyna an fieri poſsit de ſalarijs male exactis. remiſſiue. & quid de rebus acquiſitis per furtũ, nu. 45.*

46 *Exequutiue & abſq. iuris ſolemnitate proceditur ad recuperationem ſalarij male exacti. prius tamen debet conſtare de dicta mala exactione, nu. 48.*

47 *Citatio nõ cẽſetur excluſa eo quia eſt de iure naturali.*

49 *Cauſa viatorum cito ſunt expedienda.*

50 *Pignora magna vendi non debent pro modico debito, ſi minora ſufficientia reperiantur.*

51 *Executio in perſonam fieri nequit, quamdiu poſsint haberi pignora.*

52 *Vicarius vel alius ſuperior debet executionem facere contra officialem pro reſtitutione ſalarij male exacti, quoties in eo loco alius nõ reperitur officialis.*

53 *Princeps eſt ſuper omnes.*

54 *Conſiliarij Barcinonæ cum conſilio Prioris, & aliorum poſſunt punire iuriſperitos, notarios, & procuratores pro illicitis exactionibus.*

55 *Salariũ qualiter exigẽdũ in cauſa graduationis, traditur, & declaratur n. 59. et quid in curijs Geũdæ n. 62*

56 *Conſtitutio noua non tollit præcedentẽ, niſi quatenus ei contrariatur.*

57 *Conſtitutiones in quantum poteſt fieri debent concordari, ne ſibi adinuicem contrarientur.*

58 *Leges adaptantur ſemper ad ea, quæ communiter fieri conſueuerunt.*

60 *Salariũ ſemper debet cõputari iuxta quantitatẽ in libello petitam, licet petitum forſitan non debeatur.*

61 *Salariũ vbi ex forma ſtatuti debet dari tãtũ, ſi cauſa ſit valoris à 50. libris vſq. ad mille, & tãtum ſi à mille vſq. ad bis mille conſultor habebit integrum ſalarium, licet reus ſit pauper.*

63 *Creditoribus inſtrumẽtarijs eſt primo ſatisfaciẽdũ. limitatur ibidẽ. deinde alijs qui creditũ probant per recognitionem teſtatoris vel aliter, nu. 64. declaratur ſeu limitatur nu. 65.*

66 *Priores tempore creditores prius debent ſatisfieri.*

67 *Creditor quãuis vltimus, ex cuius pecunia res eſt empta, præfertur alijs in illa re.*

68 *Creditores, quorum prioritas & potioritas non cõſtat; ſunt vltimo ſatisfaciendi; & non ſufficientibus bonis, debet fieri diſtributio inter eos pro rata.*

69 *Ex creditoribus in reali actione quis præferendus, late traditur per diſtinctiones.*

70 *Prior tempore potior iure regulariter. fallit ibidem, & num. 71. 72. 73. 74. 75. & 76.*

77 *Speciale illud eſt, cuius contrarium eſt generale.*

78 *Ex creditoribus quis præferendus in actione perſonali.& nu.79.80.81.& quid ſi aliqui ſint priuilegiati,quidam non.nu.82.& itidem ſi omnes nullum habeant priuilegium.nu.83.*

84 *In exequutionibus cenſualium, & violariorum, & vbi concurrunt cenſualiſtæ, & violariſtæ,quis præferendus.remiſſiue.*

85 *Apothecarij debitum an præferendum alijs creditoribus.itidem an ſeruiens infirmo in ſua vltima infirmitate.declaratur nu.87.*

86 *Alimenta debitoris priora ſunt quam creditoris non habentis hypothecam.*

88 *Mutuans pro conſeruanda re an præferatur alijs creditoribus.remiſſiue.*

89 *Vxor etſi præferatur in dote omnibus creditoribus etiã anterioribus tacitas hypothecas habentibus: ſecus tamen eſt quoad donationẽ propter nuptias,& alia ſua bona.*

90 *Creditores ſe opponentes condemnandi ſunt in expenſis, ſi non probauerint debita.declara ibidem.*

91 *Curatoris expenſæ ſeu ſalaria non debentur, ſi bona nõ ſufficiant creditoribus;niſi datus eſſet pro executione facienda.*

92 *Funeris impenſæ præferuntur cæteris creditoribus.falſit in hypothecaria.*

93 *Funeris impenſæ deducuntur ante legitimam.*

94 *Funeris impenſæ quæ.*

95 *Maritus vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt, requiritur quod victum ex labore quærere non poſſit.declaratur ibidem.*

96 *Mariti in duobus ſunt priuilegiati, vt videlicet nedum teneantur niſi in quantum facere poſſunt; verũ etiam ne diminuantur de eorum ſtatu.*

97 *Priuilegium ne conueniatur vltra quam facere poteſt competit maritis cuiuſcunque conditionis fuerint.*

98 *Maritus pauper vxore exiſtente diuite morte mulieris lucratur quartam.*

99 *Dos data in pecunia ab hæredibus viri non eſt ſtatim reſtituenda niſi poſt annum: ſi vero dos conſiſtat in immobilibus,illico eſt reſtituenda.*

100 *Maritus vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt,debet inſpici qualitas & honeſtas eius:& hoc erit in arbitrio iudicis.*

101 *Maritus tranſiens ad ſecundas nuptias an amittat priuilegium,ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt.remiſſiue.*

102 *Maritus vbi confeſſus fuit recepiſſe dotem ab vxore, quæ in veritate nihil ſoluit ſed tantũ parentes eius conſtituum cum alio inſtrumento ſe ſoluturos viro ipſam dotem pro ea,an viro mortuo hæres liberetur cedendo vxori actiones, & offerendo tradere debitorium.Cautela traditur nu.103.*

104 *Maritus non tenetur niſi in quantum facere poteſt, etiam re dotali extante.*

Los aduocats de caſcuna de les dites parts, &c. ELicet hic communiter fiat initium capituli, tamẽ proprie eſt §. & de capitulo præcedẽti,vel ſaltem conſtruitur, & continuatur cum eodem. Et non poteſt congrue ſummari. Sed diuiditur in quatuor partes.In prima,vſq;ibi,*los juiges empero*.taxat † ſalaria aduocatorum ad rationẽ triũ denariorũ pro libra in cauſa principali.& duorũ denariorum pro libra in cauſa appellationis. Ita tamen ꝙ ſalariũ aduocati in cauſa principalis nequeat excedere ſummã triginta ſeptẽ librarũ & decem ſolidorũ, & in cauſa appellationis non excedat ſummã viginti ſeptẽ librarũ. vide ſupra *coll.6.curie Montiſſoni c.in ciuitatibus*, ſuper verbo *in futurũ*.In ſecunda parte, quæ eſt ibi, in §.*los juiges empero*,taxat ſalaria iudicũ, & aduocatorũ † in cauſa executionis,ita videlicet,quod ſolũ recipiant vnam tertiã ſalarij cauſæ principalis.Nota † ꝙ ſalarium executionis ſentẽtiæ regulatur ſecundũ cauſam principalẽ,vt detur tertia pars ſalarij cauſæ principalis, licet forſan in ſentẽtia nõ fuerit adiudicata tanta quãtitas quãta fuit petita in libello.Sententia,† per quã pronunciatur, executionẽ debere fieri, eſt interloquutoria,& ab ea non appellatur,niſi proponatur exceptio de illis quæ poſſunt opponi poſt ſentẽtiã.de quo vide latius per *Io. And.* in addi. *Spe.tit.de app.in 2.par.§.in quibus antẽ caſibus. verſ. Quinto.*in *addi.*hoc tenet *Accur.*Sed † Barcinonæ â ſententia,ſiue conſilio executionis,& eius formę nõ appellatur,ſed reclamatur vbi modus excediturvt in priuilegijs, & localibus ipſius ciuitatis Barcinonæ,latius cõtinetur. Et vide quæ ſcripſi ſuper *priuilegio reclamationũ*.In tertia parte,quæ eſt ibi in §.*E ſi algũ dels dits juiges*,&c.imponitur † pœna iudicibus,& aduocatis aliquid vltra taxias prædictas exigẽtibus,vel recipiẽtibus;ita videlicet ꝙ tenentur ſalaria, quæ contra formã huius cõſtitutionis, ſiue taxationis recepe rint,illico reſtituere cũ dupla parti â qua exege rint,vel receperint : pro quo ſalario poteſt fieri prompta executio,aliqua iuris ſolẽnitate nõ ſeruata per officiales loci, vbi tale ſalariũ indebite receptũ fuerit & exactũ.Et vltra hanc pœnã eſt priuandus vſu, & exercitio ſui officij irremiſſibiliter ſpatio ſeptem annorũ.In quarta, ibi in §.*E entenẽ empero,& declaram*,&c. taxat † ſalaria in cauſis diſtributionum, quando quantitas diſtribuẽda non ſufficit ad ſatisfactionẽ acerui,ſiue cumuli quantitatũ per creditores opponentes eidẽ petitarũ; quo caſu exiguntur ſalaria ad rationẽ prædictã, computando iuxta quantitatẽ diſtribuendã, & nõ iuxta quãtitates petitas,tũc enim diuiditur hoc caſu ſalariũ inter creditores pro ratã quantitatũ petitarũ iuxta petitionem cuiuſlibet,& nõ altas;& hoc dicit pro ſumma.Sed videmus ꝙ huiuſmodi taxationes non bene per omnia,nec ab omnibus obſeruãtur,& ſalua maie ſtate non videntur ſatis rationem habere, & lex debet eſſe rationabilis: vt 4.*diſt. c.erit autem lex.* Imo ſi ratione non conſiſtat,non erit lex: vt 1. *diſt. cap.conſuetudo.* in *verſic. Item ſi ratione.*& inde eſt, quod non fuit ſaltem in multis moribus vtentiũ approbata, imo per contrariam conſuetudinem extitit derogatũ: & vtinam non occuparent membranas, quia dubito valde ne fuerit occaſio

occasio mittendi animas multas in infernum: dū non seruantur vt decet, vel quia dedit occasionem extorquendi immensa salaria, dum ita te nuiter fuerunt hic taxata. Vnde nota circa ista, quos abusus videmus fieri. Primo, quia salaria de facto exiguntur per tertias, cum supra *cap. proxi.* dicatur per quartas. Secundo quia in causa appellationis exiguntur ad rationem trium denariorum, cum hic dicatur, ad rationem duorum: quia hodie de facto non seruatur differentia instantiarum, quia tantum recipiunt iudices, & aduocati in causa appellationis sicut in causa principali. Tertio, quia licet videamus exigi vltra dictas taxias, tamen nusquam visum fuit imponi nec exequi pœnam restitutionis cum dupla, nec priuationis exercitij prædicti. Quarto, quia in causis distributionum iudices totum salariū exigunt de quantitate depositā, & distribuenda, siue sufficiat creditoribus siue non, & nil inde contribuunt creditoribus, & alij quā plures fiūt abusus, de quibus non recordor, nec eos numerari vtile est, nec multum expedit: quia valde difficile est; imo quasi impossibile reputatur congrue posse taxari salaria & labores, præsertim aduocatorum, in quorum potestate non est causas debito tempore terminari, & totus mundus eget maxima reformatione, quia *omnes declinauerunt, & non est qui faciat bonum, non est vsq. ad vnū.* hoc est, donec veniatur ad Christum vnicum Dei filium, & eius sacrosanctam fidem Catholicam, Apostolicam & Romanam Ecclesiam, & eius charitatem: quia qui spiritu Dei aguntur ipsi sibi 8 sunt lex. Sed † quia hodie charitas inter homines fere annihilata est, & non est *sanitas a vertice capitis*, &c. quia mundus positus est totus in errore, & pastores conuersi sunt in lupos: vnusquisque qui potest rapere, rapit; & nullus restituit. Sed crescit iniquitas. & refr gescit charitas: vnde piget super his calamum apponere: nisi quia oportet de talento tradito reddere rationem: & non sub terra abscondere. Ecce ista fuere quasi vaticinia temporis tribulationum, quæ in hac patria euenerunt post obitum inclyti Caroli Primogeniti, vsque ad annum à Natiuitate 9 Domini 1473. & nondum est finis. Et † nota, quod sententia lata per vnum iudicem non potest per alium sine requisitione illius qui protulit per officiū exequi. Sed haberet agi per actionem in factum ex re iudicata, secundū *Arge. de l'erusio*, qui hoc notat *ff. de inoffi. testa. l. quia de Philosopho.* super *glo.* vide *Spe. tit. de executione sententiæ. §. 2. vers. Sed pone, index.* ¶ Sed pro declaratione, & intellectu clariori huius constitutionis, vide tex. ibi in §. *los juges*, &c. ibi, *per leur salaire tre-* 10 *ball*, &c. Nota † hic ista duo copulatiue posita, quia videtur quod salarium in causa executionis non possit exigi pro solo consilio executionis absq. labore dato, nisi labor interuenerit; & est ratio, quia labor, & pecunia diuisionem recipiunt, vt *l. Seio amico. ff. ad annuas legatis*: sic supra *colla. 6. curiæ Montissoni c. quia in sententijs.* & vide quæ ibi dixi, super verbo, *non habent mora trahere, nec cum labore*, &c. Et quod hic dicit, *treball*, intelligas de labore animi magis quam personæ; quia 11 non † est proprie hic labor personæ, sed animi, & intellectus, vt notant *Doct. in l. salarium. ff. man.* 12 vbi de † materia salariorū aduocatorū, & pro- 13 curatorū. Et † ex his renui semper, & dixi, q̄ iudex, qui absq. labore, hoc est, absq. reuolutione librorū visa sententia aliqua, vel viso instrumēto cōmendæ cēsualis, vel violarij, scripturæ tertij, aut alterius guarentigiati, & promptā executionē habentis ex abrupto illico parte nō vocata, consuluit executionē fieri, nō debeat ex hoc cōsilio exigere aliquod salarium ad rationē vnius tertiæ, iuxta hanc constitutionem, licet de more quasi pro vna interloquutoria de stylo curiæ Gerundæ possit habere quinq. solidos quoniā si sine labore potest dare consiliū, nihil petet ex hoc aduocatus, nec delegatus, nec ordinarius. vt notat *gl. 11. q. 3. c. uno licet iustū*: & ibi vide, & plenius 14 in *Spe. tit. de salarijs*. Si † vero postea tali consilio aliquid apponatur, & aduersus dictā executionem, & demum habita aliquali cognitione, & alteratione inter partes, iudex declaret ipsam executionem, non obstantibus oppositis fore faciēdā, vel non debere fieri, tunc pro tali sententia cum labore lata debetur, & potest exigi salarium vnius tertiæ, quia pro labore, & non pro sententia datur salariū, alias sentētia venalis est ipso iure nulla, vt *l. venales. C. quando prono. non est necess.* & dixi de hoc in prælleg. *c. quia in sententijs*. Sed hic intellectus, quamuis bonus, non capit in mentibus auarorū; qui de facto pro quolibet consilio executionis etiā absq. labore velo eleuato dato exigūt hanc tertiam salarij occasione huius §. quē semper interpretantur in corū cōmo- 15 dum, & forte non immerito, quia domini † milites iurisperitis odio infecti semper procurāt diminutiones salariorū. & volunt comedere labo- 16 res peritorū, sine † quibus Respublica diu consistere non potest: vt *l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi.* addē quæ dixi supra *coll. 6. curiæ Montissoni c. in ciuitatibus*. ad hoc facit quod subijcitur, ibi, *è los aduocats de les parts*, &c. quia innuit, q̄ fuerit habita altercatio partiū, & aduocatorū super causa executionis. & tunc debetur salariū iudici, & aduocatis, & procuratoribus; licet de procuratoribus hic nihil dicatur: sed tamen de consue- 17 tudine † obseruatur, quod procuratores litis recipiunt pro suo salario medietatem eius quantitatis, quam aduocati habent pro salario: tene ergo secure, & pro firmo de rigore iuris, & harum constitutionum, quod iudex non possit exigere tertiā salarij pro consilio executionis, q̄ nulla facta in scriptis cognitione dederit ex abrupto 18 parte non vocata, & sine causæ cognitione, siue sine labore, vt dictum est; quia † tantum pro labore datur salarium. vt dixi, & qui in contrarium amplius exigunt, tenentur restituere, &

incurrunt pœnas præsentis cap. pro hoc facit *C. de proxi. sacrorum scr. l. in sacris la tercera. lib.* 12. Et ibi notatur per *Andream de Barrulo*, quod vbi co-
19 gnoscunt iudices sine scriptis, non dantur spor-
20 tulæ. Et † inde sumit argumentum, quod arbitratores non possint recipere tricesimas sportulas. vide ibi, & facit pro his quod dixi supra *c. proxi.* super verbo *dels altres.* & super verbo *finalment dada la sente ntia*, vbi distinxi de interlocuutorijs. vide & repete hic quæ ibi dixi. Nota
21 tamen, † quod labor aduocati non consistit proprie in persona, sed in probitate animi, & intellectus, iuxta notata per *Bartholomæum de Salicetis.* in *l. salarium. ff. man.* & ita debebit attendi causæ intricatio, & subtilitas puncti iuris, magis quam reuolutio membranarum actorum processus. ¶ Sequitur in text. ibi, *no gosen demanar ne pendre en alguna manera*. Nota litteram istam, quia videtur hic prohibere etiam meram donationem, quæ fieret contemplatione seu intuitu salarij huiusmodi: quia prohibet receptionem pecuniæ fieri aliquatenus, & ideo non transiret dominium, vnde competit repetitio, vt statim sequitur ibi in text. in §. Vide nouellam, quæ talis est: *Curent officiales præsidum, vt lites subiectorum dirimantur, & non accipiant sportularum nomine, nisi quod constitutione cauetur. Qui contrafecerit, vltimis subijciatur supplicijs. E si algun dels dits jutges, reladors, arbitres, aduocats, o altres dessusdits*, &c. Et nota quæ hæc clausula respicit omnia præcedentia etiam contenta in *cap. los salaris*, quia vt dixi, hoc capitulum cō-
22 tinuatur cum præcedenti, & est † pars illius, & quando præcedentia intelligantur siue repetantur in sequentibus, vel econuerso, vide per *Albericum de Rosat.* in *l. Titia.* §. *idem respondit. ff. de verbor. oblig.* & dicō, *o dels altres dessusdits*, scilicet, *officials, o arbitradors*: vel forsan hic, & supra non loquitur de arbitratoribus, & amicabilibus cōpositoribus, quia si voluisset de eis intelligi, facile erat exprimere. argum. *extra. de decimis. cap. ad audientiam*: & videtur scienter omissum hic de eis, quia generalis clausula, *& dels altres*, non potest comprehendere, nisi ius dicentes, vel causas iudiciales: vel instar iudiciorum habentes, tractando, & terminando, quia de talibus tantum
23 præmisit: & † clausula general s, vt dixi, non extenditur ad dissimilia, vt sunt contractus: quia
24 arbitrationes, & † compositiones sunt contractus, & non iudicialia, nec ad instar iudiciorum, argum. dicti *cap. non potest. de procura. in Cle.* & per ea quæ ibi notantur per *glos.* & *Ioan. de Imola.* & alios *Doct.* Verumtamen de arbitratoribus, de consuetudine extitit aliter interpretatum: & ideo minime sunt mutanda, &c. vt prędixi. ¶ Sequitur in text. *demanaran, o rebran*, dic, *o* idest, *rebran*, quia nisi receperint, non habebunt re-
25 stituere: quia verbum † *restituere*, præsupponit habitum, & ita si incipias à primo, scilicet, *demanaran*, non propter petitionem incurrit pœnam, nisi recipiat cum effectu: si vero recipiat, licet non petierit, similiter pœnam incurrit; quia verbum *demanaran* intelligitur cum effectu, ita quod receptio sequatur, per quam tamen non transfertur dominium, quia restituere tenentur: & forte incidit in crimen concussionis. vide & adde quæ scripsi supra *collat. 3. curiæ Montissoni cap.* 2. super verbo, *imputetur sibi sicut fur-*
26 *tum.* ¶ Sed † numquid clientulus poterit sponte dare aliquid suo aduocato vltra salarium hic taxatum ob eius amorem, vel vt citius, & accuratius processum reuideat, libros etiam reuoluat, sicut quotidie fit? Respondeo, illud plus non adiudicabitur sibi per iudicem, etiam si in causa victoriam obtineat. Sed an sic datum petere, siue repetere poterit ab aduocato? Hæc littera facit quod sic: quia dicit, *o rebran.* Sed certe in-
27 telligitur † vt littera dicit, *quant, o demanaran, o rebran*, scilicet quando ipsi petierunt, quia tunc præsumitur concussio, & malum lucrum contra leges *C. de lucris aduo. lib.* 12. Sed quando proprio motu datum est, non crederem posse repe-
28 ti: quia † clientulus non prohibetur suo motu dare. Facit *extrauag. de simon. cap. & si quæstiones.*
29 aduocatus † est amicus clientuli, ergo non prohibetur quis amico dare, dummodo dolus absit: quare dic *o*, pro *e*, & sic disiunctiua exponi-
30 tur per copulatiuam, vt duo requirantur. & † de sportulis, & salarijs iudicum, & nunciorum, tractat *Ioan. Fabri. inst. de actio.* §. *tripli.* vide ibi. ¶ Sequitur in text. *en tal cas aquell qui lo dit salari contra la present constitucio haura exigit*, &c.
31 pro intellectu huius litteræ quæro, † an is iudex, relator, arbiter, aduocatus, vel alius officialis, qui contra præsentem constitutionem salarium receperit, teneatur restituere totum salarium, quod sic receperit; an illud tantum quod vltra taxiam huiusmodi receperit. Et videtur quod totum, quia hic simpliciter, & distincte loquitur, dicendo *aquell salari que axi haura exigit, o rebut*, &c. quia ex quo lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt *l. de pretio. ff. de publiciana*. Sed credo quod solum teneatur restituere illud plus quod contra tenorem, & mentem huius constitutionis receperit, & hoc sonat littera hic, dum dicit, *en tal cas aquell qui lo dit salari contra la present constitucio haura exhigit*: quia illud plus quod extra, & vltra taxiam receperit, dicetur contra constitutionem huiusmodi recepisse: quia illud quod iuxta taxiam huius receperit: sed quod amplius receperit, illud plus indebite exigit: & sic illud plus duplatum restituere tenebitur, & ista videtur mihi quod fuerit ratio & mens huius cap. & ratio
32 & † mens legis est ipsa lex: vt ff. *de excu. tut. l. scire oportet.* §. *aliud autem.* & ibi notat *Bal.* adde quæ notantur supra in *curia domini Regis Martini. capit. Item senyor quels Cancellers*, super verbo, *& dona raho*. Præterea iste intellectus est mitior, & pœnæ sunt restringendæ, & non ampliandæ: ff. *de pœnis. l. pœna. & de pœn.*

di: 1.

Digitized by Google

di. 1. cap. pœne. & extra. de reg. iur. cap. in pœnis. lib. 6.

33 Sed † quid si illud plus datum fuerit sponte à scientibus? Respondeo, etiam restituere tenẽtur: quia nec valeret eis remissio, secundũ *Ioan. And.* in addi. *Spec. tit. de salarijs. §. 1. vers. quid si aliquis*

34 *equus.* in addi. *hodie non soluta extorquẽs.* Sed † quid si promitto iudici pecuniam, vel aliam rem, vt ferat sententiam pro me in causa in qua foueo iustitiam. Dic quod non teneor dare; & si dedi, potium repetere, sed tamen puniar in amissione litis; & similiter iudex grauiter punietur. Et multo magis, quando pecunia datur, vt male iudicet; & tunc datum non repetitur *l. 2. & 3. ff. de condi. ob tur. causam.* & ibi per *Bar.* Hodie vero non licet dare, nec in bona, nec in mala causa, ideo datum non repetitur: vt in *authen. vt litigan. iurem.* circa prin. *colla. 10.* secundum *Ioan. de Platea insti. de inutil. stipulan. §. quod turpi.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *encontinent sia tengut restituyr*, &c. nota verbum *encontinent*, quia videtur ilico esse in mora quasi fur, & quia (vt dixi) non facit fru-

35 ctus suos, quia verbum † *incontinenti*, sonat quasi sine mora, vel ipso facto & ipso iure, & sine interuallo, vt notat *gl. s. ff. de rebus du. l. fin.* & de

36 verbo, † *incontinenti* vide *Bal.* in *l. quamuis. C. de edic. diui. Adria. tollen.* vide etiam *glos. extra. de in tuis pe. cap. 1.* super verbo *incontinenti*, & quæ notantur per *Innoc. in cap. olim in 1. extra. de resti. spo.* & in *l. 1. C. vnde vi.* & *ff. de vi, & vi arm. l. 3. §. Si quis autem.* & per *Archi. extra. de elec. cap. vt circa.*

37 *lib. 6.* Sed † vt dixi præsens constitutio non per omnia extitit moribus vtentium approbata, vnde forsan hodie non tenet, nec haberent locum huiusmodi pœnæ, nisi cum dolo, & multum enormiter excederetur in exactione salarij; tunc enim non per hanc, cui per contrariam consuetudinem extit in pluribus derogatum, vt 4. *di. §. leges.* & iuxta ea, quæ leguntur & notãtur *extra. de treu. & pace, cap. 1.* & supra *ead. cap. confirmants*, super verbo, *e tollents lo abus.* Sed per *tit. de concussionibus. C. ff.* & ad *l. Iul. repetun.* & ad vltimum per *tit. de cri. stellio.* & per *actionem in factũ.* de dolo vel condictione, ex mente huius constitutionis vel officio iudicis, aut manu regia, per *l. illicitas. ff. de officio præsidis.* Sed quidam dicunt,

38 quod huiusmodi constitutiones, cum sint iuratæ. & pactionatæ, non tolluntur contrario vsu vtentium; quod forte verum ex vsu quorundam. Sed quando ab initio non fuit moribus vtentium aliqua constitutio recepta, & inconcusse vniuersus populus vtitur aliter contraria consuetudine notoria, quam princeps scit, & tollerat, credo quod tollatur: vt *l. ac quibus. ff. de legibus.* quia cum constitutio sit facta communi consensu Regis, & populi curiæ generalis, nimirum si contrario dissensu tacito domini Regis, & totius populi abrogetur, forte non sufficit, quia per constitutionem est data certa forma condẽdi, & interpretandi constitutiones, & sic requiritur expressa forma, vt fieri debeat de expresso consensu curiæ generalis. vide in *cap. habẽtis acor.* infra *colla. proxi.* Sed hæc constitutio in taxatione fuit. & est valde & nimium onerosa, & sic irrationabilis. Hæc tamen materia est multum subtilis & laborioſa, de qua dic prout latissime notatur per *Ant. de Butrio.* in alleg. *cap. 1. de treu. & pace, & extra. de consue. cap. fin.* adde notata per *Archi.* in alleg. *§. l. 4. di.* & quæ notantur infra *colla. proxi. cap. hanents acor la vtilitat publica.* vide

39 ibi. & in *l. de quibus. ff. de legi.* ¶ Qualiter † autem petatur salarium aduocati, vel procuratoris, dic per *Cinum* in *l. 1. C. man.* & vide in *l. salarium. ff.*

40 *mandati.* ¶ Sed † numquid poterunt pacisci aduocati cum clientulis, vt propter laborem accipiant vltra istam taxiam certam quantitatem pro cedulis vel alias? Videtur quod sic, ex quo hic non prohibetur. Sed forte talis expensa non potest recipi à parte aduersa per officium iudicis: secus per stipulationem, si intercesit. Ca-

41 ueant tamen † ne pacisc antur de quota litis, nec de his quæ deducuntur in lite. vide & adde quæ scripsi supra in *curia Montissoni cap. in ciuitatibus colla. 6.* ¶ Sequitur in text. *per lo qual salari li pusque esser feta executio*, &c. Nota †

42 quia non dicit, aliquid hic de dupla seu pœna duplæ, quare videtur, quod licet pro salario illicite recepto, possit fieri prompta exequutio iuxta formam huius §. non tamen ratione duplæ: & forsan est illa ratio, quia non debet puniri ante tempus tabulæ: sed credo contra, quia tam pro ipso salario indebite exacto, quam pro dupla, potest fieri huiusmodi exequutio prompta, absque solemnitate iuris per officialem loci, &c. prout hic in littera continetur: quia supra dixit, *encontinent sia tengut restituyr aquell en doble a la part*, &c. ¶ Sed

43 quia † dixit *prsque*, credo quod non debeat fieri huiusmodi exequutio nisi ad instantiam partis, quæ sic salarium soluit immoderatum, & etiam talis sententia tamquam venalis, erit à ipso iure nulla; de quo dic vt notatur in prælleg. *cap.*

44 *quia. in sententijs curiæ Montissoni. colla. 6.* An † & quando de his salarijs male vel immoderate exactis fieri valeat eleemosyna, vide 14. *quæst. vltima. cap. non sane.* & ibi *glos.* & *extra. de decimis. cap.*

45 *ex transmissa.* in *glo.* Sed † tamen de adquisitis per furtum, rapinam, calumniam, inuasionem, vel oppressionem non potest fieri eleemosyna, quia talia omnino restituenda sunt; vt habetur in alleg. *cap. non sane.* in fin. ¶ Sequitur in text. *prompta*

46 *sens alguna solemnitat de dret.* Nota † hic casum, in quo proceditur exequutione absque iuris solemnitate, ergo videtur, quod hic non sit necessaria citatio, nec quod seruetur ordo, qui seruatur in alijs executionibus: vt *l. a diuo Pio. ff. de re iudi.* & nota *extra. de re iudi. cap. quo ad consultationẽ.* vide & adde quæ notãtur supra *ead. colla. cap. confirmants.* Sed dic quod non excluditur ci-

47 tatio † quæ est de iure naturali, & non potest tolli per hanc constitutionem, quæ est de iure ciuili, per *l. eas obligationes. ff. de capitis diminut.*

Digitized by Google

pro hoc nota per *Bar. in extrauagante ad reprimendum*, in verbo, *figura iudicij*. Facit *Clem. pastoralis. de re iudi.* vide & adde, quæ notantur infra *ead. cap. com multis*, super verbo, *probats legitimament.*

48 ¶ Item oportet † prius constare, quod receperit vltra debitum contra formam huius constitutionis, per confessionem recipientis iudicis, arbitri, vel aduocati, aut aliorum; vel si negauerit, quod constet per testes, vel instrumenta, aut alias probationes, non oportet quod communicentur: vt *l. 1.* & *l. quotiens. C. de lucris aduocatorum. lib. 12.* & sic oportebit præcedere aliquam causæ cognitionem, tamen sine aliqua solemnitate iuris positiui, quia absque libello, & litis contestatione, & hoc probat verbum *encontinent*, iuxta

49 notata in *vsatic. Item statuimus.* vbi † præcipitur causas viatorum cito expediri. Sed tamen erit necessaria citatio, iuxta *Cle. presenti. de censibus*: alias non dicitur constare: vt legitur & notatur in dicta *Cle.* & constito de prædictis fiet prompta executio, in persona, & bonis illius officialis sic illicite recipientis; donec restituatur cum

50 dupla, & expensis; non † tamen credo, quod pro modico debito vendantur magna pignora, si minora sufficientia reperiantur. arg. *vsat. Si quis plu-*

51 *rium*, & dictæ *l. á diuo Pio.* Nec † forsan capietur persona quamdiu possint haberi pignora, in quibus fieri valeat dicta executio, iuxta notata supra *collat. 6. curiæ Cornariæ cap. insuper confirmantes.* ¶ Sequitur in textu, *per lo official de la Ciutat, Castell, Vila, o lloch*; &c. Sic supra *ead. cap. confirmants.* ad idem supra *collat. 6. curiæ Montissoni cap. officiales nostri.* & *C. de lucris aduocatorum. l.*

52 *quotiens. lib. 12.* Sed † quid si in illo loco non est alius officialis? Respondeo, Vicarius vel alius superior ipsam exequutionem faciet; & ad vlti-

53 mum habebitur recursus ad † principem, qui super omnes est: vt in *vsatic. Alium namque.* vide & adde quæ leguntur & notantur supra *collat. 6.*

54 *curiæ Montissoni cap. officiales nostri.* Et † nota, quod Barcinonæ domini consiliarij cum consilio prioris, & aliorum iuxta priuilegium Regium ex officio, & ad querelam partis possunt, & consueuerunt de talibus illicitis exactionibus punire iurisperitos, notarios, & procuratores: sed quandoque abutuntur, & magis opprimunt ipsi domini. ¶ Sequitur in textu *vers. E vltra la dita pena.* &c. ibi, *sia priuat*, subaudi, ipso iure: sequuta tamen declaratione, quia supra dixi, *in continenti*, tamen spatium septem annorum, de quibus, vt subijcitur, non currit, nisi sequuta declaratione; vel nisi alias fuerit notorium, puta ex actis, aut propria confessione, aut alias, vt *extra. de cohabi. cleri. & mul. cap. fin.* Adde quæ notantur in *cap. hac nostra.* super verbo, *careat ipso facto*, in curia Perpiniani supra *collat. 6.* ¶ Sequitur in textu, *sens alguna gracia, o remissio*, sic supra *ead. cap. per sal que mal.* vide quæ ibi dixi. & in concor. ibi positis. ¶ Sequitur §. *Entenem empero & declaram.* vide ibi, *en les causes de alguna agraduacio se haura*

55 *a distinguir*, &c. Nota † hic qualiter exigi, & cõputari debeat salarium in casu distributionis quando quantitas distribuenda non ascendit, nec sufficit ad quantitates per creditores petitas. Et quia iste §. venit declaratiue, constat ꝙ taxatur salariũ ad rationẽ sex denariorum pro libra, iuxta hanc cõstitutionẽ, & sic videtur reuocare *cap. si ratione executionis.* supra *coll. 6. in curia Montissoni.* vt in *c. licet Romanus. extra. de constit. lib. 6.* & *ff. de legi. l. non est nouum.* Sed crederẽ contra, quia tribus casibus dicti *c. si ratione*, scilicet pacis & treugæ, soni emissi, & distributionis; est speciale, & ratio

56 specialitatis ibi redditur; & noua † constitutio non tollit præcedentem, nisi quatenus ei contrariatur, quia nulla lex corrigitur, nisi vbi hoc expresse inueniatur, vt in *auth. de non alie. aut permu. §. vlt.* & ibi *glo.* super verbo *nisi tantum. coll. 2.* quia

57 imo † si fieri potest, debent concordari, vel per aliqua distinctionẽ, vel limitationẽ saluari, iuxta notata per *Bar. in extr. ad reprimẽdũ. col. 11.* super verbo *non obstantibus.* Itẽ quia hæc constitutio venit ad diminutionem salariorũ, ergo non debet operari augmentum: arg. *c. pro testamentis. vers. per hanc autem. curiæ Montissoni.* supra *coll. 6.* ad hoc *extra. de verb. sign. c. transmisse.* Sed tamen *c. los salaris*, ibi, *de tots los juges*, &c. valde contradicit, quia qui *omne* dicit, nihil excludit: *extra. de maio. & obe. c. solitæ*, & in *Epistola Pauli ad Hebræos c. 2.* Sed dic ꝙ ibi non dicit *de omnibus causis*, sed, *de omnibus iudicibus.* Quidquid tamen sit de veritate iuris scripti, de facto tamen in practica hodie non seruatur *c. si ratione.* De consuetudine vel abusu, tene ꝙ ibi dixi, & in alleg. *c. los salaris*, iurium enim correctio, vbi potest, vitanda est: *extr. de elec. c. cũ expediat. lib. 6.* ¶ Sequitur in tex. *de alguna heretat, proprietat, o quantitat*: subaudi, quæ consueuit esse magna, & ideo solum taxatum fuit salariũ ad rationẽ quatuor denariorũ pro libra, vt in alleg. *c. si ratione executionis*, non tamen semper sufficit ad satisfaciendum creditoribus, vt hic subijcitur:

58 tamen † leges adaptantur ad ea quæ communiter consueuerunt, & non ad ea quæ de raro, vt *ff. de legi. l. nam ad ea.* ¶ Sequitur in tex. ibi *que en aytal*

59 *ca.*, scilicet, quãdo † quantitas distribuenda non sufficit ad quãtitates per creditores petitas, quia tunc salarium computari debet ad rationem pro libra quantitatis distribuendę, & non quantitatis per creditores petitę. Ex quo patet à contrario sensu quod vbi maior est quantitas distribuẽda quam quantitas per creditores petita, habet regulari salarium ad rationem pro libra quantitatum petitarum, & hoc est etiam regulare: quia

60 salarium † computari debet iuxta quantitatem in libello petitam, licet tantum quantum petitur, forsitan non debeatur. in præalleg. *cap. si ratione executionis*, & supra *ead. cap. los salaris*. Vnde

61 nota, † quod vbi ex forma statuti debet dari consultori tãtum salariũ, si causa sit à quingentis libris, vsque ad mille libras, & tantum sit à mille vsq. ad bis mille, consultor habebit integrũ sa-

larium.

Digitized by Google

larium,licet reus sit pauper,ita quod eius nomẽ communiter non emeretur pro centum, vt probatur in *l.in offerendis.C.de appellationibus.* vbi *Bar.* quod nota,quia communiter accidit, secundum
62 *Matthæum de Mataſalanis in* 150.*notab.* Nota † tamen,quod in curijs Gerundę, tam Eccleſiaſtica, quam ſæculari de conſuetudine antiquiſsima obſeruatur,quod ſemper computatur ſalarium de quantitate diſtribuẽda, & ſoluitur de depoſito, & non habetur reſpectus ad petitiones creditorum,nec opponentium,nec ab eis aliquid exigitur pro ſalario iudicis, nec curatur an curatoribus ſufficiat,vel non ſufficiat. Et credo quod in hoc vltimo non poſsit conſuetudo eſſe rationabilis,quia ſalarium non debet exigi vltra quam ſit quantitas diſtribuenda,quia iam exigetur de eo quod non diſtribuit:& ſic haberet ſalariũ ſine labore,& ſine ratione: & forte deberet imputari ad furtum, & teneretur ad reſtitutionem, iuxta
63 notata ſupra *eodẽ cap.* Vlterius † nota,quod debitoribus inſtrumẽtalibus hypothecarijs eſt primo ſatisfaciendum, iuxta *l.ſcripturas. C.qui potiores in pigno.habeantur.* & ibi per *Azonem*, & alios Doctores, niſi forte aliqui eſſent de illis,qui nõ habent inſtrumenta, qui haberent priuatas ſcripturas de debito cum ſubſcriptione trium teſtiũ fidedignorum : quia tunc concurrerent cum habentibus inſtrumenta, vt ibi in fine. Deinde eſt
64 ſatisfaciendum † omnibus illis qui ſuam probauerint intentionem, ſiue per recognitionẽ teſtatoris, ſiue alias, quoniam in iſtis non videtur eſſe aliqua differẽtia ex recognitione teſtatoris,
65 ſiue alias:niſi forte, quãdo † recognitio eſſet facta in teſtamento, parte præſente, vel cum iuramento,iuxta ea quæ leguntur & notantur *ff.de legatis ſecundo.l. Lucius.§. quis.* vbi vide *Bart.ff.de legatis tertio.l.cum quis. §. codicillis.* Et † ſi bona nõ ſufficiunt omnibus, debet primo ſatisfieri illis,
66 qui ſunt priores tempore: vt *l.ſi fundum. eodẽ tit. & in regula,Qui prior.lib.6.* niſi ex cauſa alius eſt potior iure,videlicet,ſi de ſua pecunia eſſet empta aliqua res, quæ adhuc ſtaret in ipſa hæredi-
67 tate,† quoniam in illa re vltimus creditor, de cuius pecunia res empta foret,præferretur:vt in *l.aſsiduis.C.eodem tit.*& melius in *authen. quo iure.* & *in authen.ſed quid.* quę ſunt politiæ ſuper ipſa *l.aſsiduis.* vide & adde notata per *Angelum in l. ſi hypotheca.ff.de pignoribus.* & intellige prædicta,cũ fides fuit habita de pretio ſine dolo, alias ſecus, ſecundum *Baldum*, quem vide ſuper hoc *ff.ſoluto matrimonio.l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.* Facta † vero ſolutione, ſiue diſtributione per modum ſupradictum, ſi aliquid ſuperfuerit de dictis bonis,ſiue quantitate diſtribuenda debet etiam ſatisfieri aliijs creditoribus de quorum prioritate & potioritate nullatenus conſtat.Et ſi non ſufficeret iſtis omnibus. debet fieri diſtributio pro rata eorum, quæ ſibi debentur ſecundum magis & minus.Ad hoc faciunt notata per *Dinum in dicta regula,Qui*
99 *prior.libro 6.* Circa † iſtam materiam dic latius,

Quis autem præferendus ſit in obligationibus, diſtingue:quia aut omnes creditores prætendũt priuilegium reale,aut omnes perſonale: quidam nullum,aut omnes nullum. Primo caſu, quando omnes prætendunt reale,tunc aut omnes prætẽdunt conuentionale, aut prætorium: aut omnes prætorium:aut quidam prætorium,& quidã cõuentionale.Si omnes conuentionale: aut omnes expreſſum,aut omnes tacitum: aut quidã expreſſum,& quidam tacitum.Si omnes tacitum,aut eiuſdem temporis,aut diuerſorum. Si eiuſdem, & tunc ſi ſimul eodem actu res vtrilibet ſit obligata,admittitur vnuſquiſque pro parte. Si ſeparatim,aut apparet cui primo contra extraneũ poſſeſſorem potior erit conditio occupantis, ſi inter ſe potior erit conditio poſſeſſoris: vt *ff.de pignoribus.l.ſi fundus.§.ſi duo.* Si diuerſorum,& tunc
70 regulariter qui prior eſt † tempore,eſt potior in iure: vt *ff.qui potiores in pig.habeantur. l. potior.* & *l. creditor.*& *C.eodem.l.ſi fundum.* Fallit in mutuante in refectionem: vt *in authent. de equalitat. dot. §.his omnes.ff.qui pet.in pig.habeantur. l.interdum.* & *ff.ſi certum petatur.l.creditor.* Item in negãte ſe poſſidere:idem ſi negauit dominium, & tuerit conuictus:vt in *auth.de triente & ſemiſſe. §.illud quoq. in iudicijs.collat.3.* & *in Nouel. tit. de in proba.poſſeſſorum exceptione.* qui poſtea conuictus prætẽdit hypothecam.*C.eod.auth. Item poſſeſſor.* Item fallit
71 in † muliere, quæ præfertur poſterioribus,tamẽ etiam habentibus expreſſam bene præfertur mulier ex tacita hypotheca dotis. & tenet communiter,licet *Angelus de Arezo*, & quidam alij contra in *§.fuerat.inſti.de actio.in verſ.Si quidã expreſſum.*& vidi iudicari ſecundum prædictam communem opinionem,prioribus habentibus tacitã: ſecus ſi expreſſam,etiam in poſtea quæſitis,ſecũdum *gloſſam in l.aſsiduis.*& *Spec. tit. de donat. inter virum & vxorem.*in fine. & *Henric.in cap. ex litteris.de pignoribus.* dic vt ibi , licet *Cinus*, & alij cõtra,quorum opinio non tenetur communiter in practica. Vide *Ioannem de Platea in l. vnica.C.pœnis fiſcalibus credi.anteferri.lib.* 10.vt in dicta *l.aſsi-*
72 *duis.* Item hæredes † vxoris primæ præferuntur ſecundæ in dote. *eadem l.aſsiduis.* Sed ſi quid appareat de bonis ſecundæ coniugis, in illis præfertur ſecunda vxor: vt *l.in rebus. C.de iure dotiũ.* & *in authent.ſi quid.C. qui potiores in pig. habeantur.* vnd in bonis in dotem datis,vel ex dote comparatis mulier eſt potior quocunque creditore. vt *l.ſi cum dotem.§.ſi enim mulier.ff. ſoluto matrimonio.*
73 Item fallit † in eo,de cuius pecunia empta eſt militia:vt *C.de pignoribus.l. finali.* & *authent. quod*
74 *obtinet.* Item † fallit in habente hypothecam ex inſtrumento priuato,manu trium teſtium ſubſignato, ſi agat aduerſus eum qui non habet ſimile inſtrumentum, vel publicum.*C. qui potiores in pi-*
75 *gnore habeantur.* Item fallit in † fiſco agente in cauſa primi pili. *C.in quibus ca.pignus vel hypothec.*
76 *contra. l.ſatis notum.* Item fallit † in agente funeraria:vt *ff.de reli. & ſupra. fu. l.at ſi quis. §.ſi colonus,*

nus. & *l. impenſam.* & ibi nota. Si omnes tacitum, aut eiuſdem temporis, aut diuerſorum. Si eiuſdē temporis, tunc ſiue eodem actu, ſiue diuerſis actibus: ſi nō apparet cui primo, nil refert, quia ſemper inter ſe erit melior conditio poſsidentis cō tra extraneum occupantem. Et ſi omnes ſimul ad agendum concurrant, admittitur vnuſquiſq. pro parte. *ff. de Saluiano edicto. l.* 1. §. & *l. fin.* & *de pignoribus. l. ſi debitor.* Si diuerſorum temporū, tūc qui prior eſt tempore, eſt potior in iure: *extra. de regulis iuris. cap. qui prior. lib.* 6. & *l. inſulam. ff. qui potiores in pigno. habeantur.* Si quidam expreſſum, quidam tacitum, tunc aut diuerſorum temporū, aut eiuſdem. Si diuerſorum, aut præcedit tacita, & ſequitur expreſſa, & tunc præfertur, ſcilicet, cuicumque indiſtincte, ſecundum *Cinum in l. aſſiduis.* etiam tacita fiſco. *C. rem alienam gerentibus. l.* 1. licet glolla circa fiſcum dubitet. *ff. qui potiores in pigno. hab. l. pignus.* Aut præcedit expreſſa & ſequitur tacita: & tunc certum eſt quod præfertur expreſſa. *ff. qui pot. in pig. hab. l. Titius,* §. *creditor.* & *C. eod. l. ſi fundum.* & *de remi. pig. l. ſi ignorante.* etiam in poſtea quæſitis, licet *Dinus* & *Bart.* contra in fiſco per *l. ſi is qui mihi. ff. de iure fiſci.* Sed *Ioannes de Platea in l. vnic. C. pœnis fiſcalibus credi præferri.* videtur tenere, quod in expreſsis ſemper etiā in poſt quæſitis pręferur qui prior eſt tempore, etiā contra fiſcum, & non vidi ſeruari contrarium. Si eiuſdem temporis, tunc idem videtur quod eſt quando vterque tacitam, vel vterque ˆexpreſsā, quia tacita & expreſſa paribus paſsibus ambulant: nam, vt ex prædictis apparet, mutuans in re fectionem pręfertur habenti expreſſam, ſicut ha
77 benti tacitam. Præterea † illud eſt ſpeciale, cu ius contrarium eſt generale. *ff. de legibus. l. ius ſingulare.* Sed ſpeciale eſt in muliere, quod pręferatur habentibus etiam priorem tacitam tantum: vt dicta *l. aſſiduis.* & ſic in eo caſu ſpeciali fortior eſt expreſſa, quā tacita: ergo regulariter partes ſunt. *ff. ad municipales. l.* 1. §. *fin.* non tamen in quæſitis poſt vtriuſque obligationem, quia tunc fiſcus & vxor in iſtis præferuntur priuato habenti tacitā & non expreſſam. Si vero omnes prætendūt prætorium, aut ſunt eiuſdem tituli, aut diuerſorum. Si ſunt eiuſdem tituli, tunc dicit *Dinus,* quod nō prodeſt præuenire ex tempore. *ff. de damno infecto. l. ſi finita.* §. *ſi plures.* Si ſunt diuerſorum titulorum, tunc qui prior eſt tempore, potior eſt iure: *C. qui pot. in pig. hab. l. ſi decreto.* Sed tu dic ſecundū *Bart.* aut omnes prætendunt ius obligationis, & tunc nō fallit regula, Qui prior eſt tempore, &c. quidquid dicat *Dinus,* quia vnus non eſt prior tē pore quam alius, quia vno immiſſo, omnes ſunt ſtatim immiſsi, & ſic omnes ſunt pares in tēpore: vt *ff. de his quæ in frau. credi. l. qui autem.* §. *ſciendum.* Aut omnes prætendunt officium iudicis, & tunc non poteſt præueniri ex tempore, & ideo fallit regula, Qui prior eſt tempore: vt *ff. de damn. infecto. l. ſi finita.* §. *ſi plures.* Aut vnus pręte ndit ius obligationis, alius officium iudicis, & tunc prodeſt præuenire ex tempore. *C. qui pot. in pig. hab. l.* 2. Si quidam prætorium, quidam conu entionale. tunc ordo temporis attenditur: vt *ff. qui pot. in pig. habeantur. l. interdum.* & *C. vt in po. le. l. ſi poſtquam.*
78 Secundo † caſu principali, quando omnes prætendunt priuilegium perſonale, aut ſunt eiuſdē tituli, aut diuerſorum. Si eiuſdem tituli, regulariter concurrunt, non inſpecta prioritate, vel po ſterioritate temporis: vt *ff. de priuil. creditorum. l. priuilegia.* & *ff. depoſiti. l. ſi hominem.* §. *quotiens.* cum
79 concordantijs. Fallit in duabus dotibus ab eadem ſubſtantia debitis, in quibus prior tēpore eſt potior in iure: vt dicta *l. aſſiduus.* §. *fin.* Saluis rebus, quæ ab initio fuerunt ſecundæ coniugis: vt in *aut. ſi quid. C. qui pot. in pigno. hab.* & *l. in rebus. C. de iure dotium.* & his quæ notantur in dicta *leſi cū*
70 *dotem.* §. *fin. ff. ſoluto matrimonio.* Item † fallit in fiſco: ff. *de priuil. creditorum. l. quod quis.* ſuper hoc vi de & adde notata per *Ioannem de Platea. C. pœnis fiſcalibus creditores præferri. l. vnica. lib.* 10. Si autem ſunt diuerſorum titulorum, ſiquidem ſunt paria priuilegia, pariter concurrunt. Si diſparia, priui legiatior præfertur, vt dicta *l. quod quis.* & *l. ſi venerit.* ff. *de priuil, creditorum.* puta, quia eſt priuile gium alimentorum, medicinarum, & funeris: de quibus infra *eod. verſ. Vlterius etiam nota.* Sed vtrū inter iſta tria erit prælatio? Forte non, niſi eſſet mutuum ad alimenta cum expreſſa hypotheca, ſed funeraria præferuntur. Tertio caſu, quando
81 quidam prætendunt † reale, quidam perſonale, tunc reale præfertur: vt *C. qui pot. in pig. hab. l. eos.* & ff. *de pactis. l. reſcriptum.* circa prin. Quarto ca-
82 ſu principali, quando quidam prætendunt perſonale, quidam nullum, tunc præferuntur priuilegiati: vt ff. *quod cum eo. l.* 3. & *de peculto. l. ex facto.* §. *fin.* & *de priui. credi. l. ſi venerit C. ideo.* & *de*
83 *ceſſio. bo. l.* 1. & 2. Quinto † caſu principali quādo omnes nullum, tunc aut agitur ad dationem quantitatis, vel ſpeciei, vel generis: aut ad factū. Primo caſu, aut erant bona poſſeſſa per creditores, & tunc omnium eſt æqua conditio, & ideo ſi vni ſoluatur, reuocatur pro rata per alios. ff. *quæ in fraud. credit. l. qui autem.* §. *ſciendum.* & *l. ait prætor.* §. *ſi debitorem.* Aut bona nō erant poſſeſſa per creditores. & tunc aut omnes creditores pariter inſtabant, & omnium debet eſſe æqua conditio: & ideo ſi debitor gratificādo vni creditorū ſoluat, reuocatur pro rata per alios. ff. *quæ in fraudē creditorum. l. pupillus.* Aut nō omnes creditores inſtabant, & vni ſoluatur: aut ſoluitur à debitore ſpōte, aut extorquetur ab inuito. Si ſoluitur ſpōte, non reuocatur per alios: vt ff. *de bonis auctoritate iudicis po. l. ſi non expedierit.* §. *ſi pupillus.* Si vero extorquetur ab inuito, & ſiue iudicis auctoritate, & tūc reuocatur per alios: vt ff. *quæ in fraudem credit. l. pupillus.* & *l. quæ autem.* §. *ſciendum.* niſi mora fuiſſet periculum allatura, vt quia debitor cum pecunia fugiebat, nec poterat haberi copia iudicis: vt ff. *quæ in fraud. credit. l. ait prætor.* §. *ſi debitores.* Si vero extorquetur ab inuito iudicis auctorita-

ctoritate,non reuocatur per alios:*ff. quæ in fraudẽ credit.l.qui autem.§. apud Labeonem.* Secundo caſu quando agitur ad factum, & tunc aut petit,& in condemnationem deducitur ipſum factum, aut intereſſe. Primo caſu, ſi creditores ſimul concurrant,præfertur qui primo contraxit. *ff.locati.l. in operis.* Secundo caſu ſeruandum eſt idem quod ſeruatur quando agitur ad quantitatem: vt notatur in dicta *l.in operis.* & *ff.de verb.oblig. l.ſi pulationes non diuiduntur.§. Celſus.* In executionibus tamen quæ fiunt pro cẽſualibus & violarijs, vel quando concurrunt cenſualiſtæ & violariſtæ ſeruatur quod habes infra *collat. 11.cap. com ſobra.§. Si empero.verſ. E ſi lo oppoſant.* vide & adde quæ ibi dicam,Deo duce. Vlterius etiam nota, quod de æquitate iuris,vbi debitum apothecarij aſcendat ad magnam quantitatem, debet præferri. Idem dicunt aliqui de ſalario,ſeu mercede ſeruientis infirmo in eius vltima infirmitate: quia parum eſt habere medicinas,niſi eſſet perſona ſeruiens,quæ miniſtraret ipſas medicinas & alimenta: & hoc credo verum,dummodo moderate fiat,& abſque fraude,& dolo,quamquam non inueniatur in iure expreſſum. Ad hoc me mouet gloſſa poſita in *cap.Odoardus.extra. de ſolut.* vbi dicitur, quod ſi bona alicuius debitoris non ſufficiant creditoribus,quod non habenda eſt ratione egeat debitor;qui enim mutuat alicui ad alimenta neceſſaria,præfertur cæteris creditoribus etiam priores hypothecas prætendentibus, ſicut ille, qui mutuat ad refectionem ædificij. & ſicut apothecarius & medicus in medicinis infirmitatis,de qua moritur infirmus: quæ intellige, ceſſante omni dolo,qui nulli patrocinatur. Et ſic primo † ſunt alimenta debitoris quam creditoris,ſcilicet non habentis hypothecam,quia hypotheca præfertur omnibus perſonalibus etiam in funerarijs,iuxta *gloſ.in l.reſcriptum.* circa princ.*ff.de pact.* & *C. qui pot.in pig.habeantur.l.eos.* & *l.diuerſis.* vide *ff.de religio. l.at ſi quis.§.* 1. tamen ſuper his cogita bene, quia videtur contra *gloſ.in eadem l.§. hæc actio.* ſuper verbo, *cæterorum.* niſi ipſe debitor fuerit in manifeſta culpa ſuæ paupertatis, quia tunc ſecus,vt ibi.vide *Baldum in l.fin. §. in computatione. C.de iure delib.* Ergo † à ſimili videtur quod habenda ſit ratio, quod quis non moriatur defectu medicinarum, & aliorum quæ ſuſtentant infirmos: & maxime cum aliter tunc non poſſet infirmus ſibi ſubuenire: & videtur quod ſit primo ſibi ſoluendum tãquam priuilegiato ex cauſa prædicta:hoc tamen intelligo de expenſis medicinarum, & alimentorum, quæ fiunt in vltima infirmitate,de qua moritur. in alijs ſecus. Sic intelligo *gloſſam ff.de religio.& ſumpt. fu.l.at ſi quis.§. hæc actio.* ſuper verbo, *cæterorum ſumptuum.* † Sed quid de his,qui mutuant pro re conſeruanda.vide per *Bart.in l.interdum. C.qui pot.in pig.hab.* vide ibi *gloſ.* Item nota, † quod vxor eſt priuilegiata in dote,quod præferatur omnibus habentibus tacitas hypothecas: ſed ſecus eſt in donationibus propter nuptias,& alijs ſuis bonis: quia tunc nõ præfertur alicui creditori, niſi iuxta regulã, Qui prior eſt tempore,prout clare notat *Innocentius extra.de pig.cap. ex litteris.* Item † nota, quod de rigore iuris condemnandi ſunt in expenſis creditores opponentes,qui non probant debita ſuã: vt *extra.de pœnis.cap.calumniam.* ſed iudex de æquitate poteſt temperare:vt notatur in *c.finẽ. extra. de dolo & contu.* Item nota, quod tutori † non debent expenſæ ſiue labores adiudicari,ſi bona nõ ſufficiant creditoribus: quia non inuenitur in eo priuilegiatus, niſi datus fuerit pro executione facienda,puta ad vendendum bona,&c. quia tũc debet ei ſatisfieri vt alijs laborantibus in dicta executione,vt iudici,notario,& alijs. Sed tamẽ ſi bona non ſufficiant, ſalaria iudicis & aliorũ debent deduci de quolibet creditore pro rata ad rationem pro libra quantitatis, alias ſolueretur vltimi creditores totum ſalarium, quod fieri debet, cum communiter pro omnibus fiat executio quod vltimum ſeruatur Gerundæ, & tortè male,vt dixi. Nota quod qui facit expenſas funeris, † in eis præfertur cæteris creditoribus: hoc verum in perſonalibus actionibus, ſecus habentibus hypothecas:vt *gloſſa in l.reſcriptum. circa princ. ff.de pactis.* vide *l.1.in fin. ff.ad legem Falc.* & ibi per *Bar.* vide per *Doct.ff.ne religio.l.at ſi quis.§. 1.* Item nota, † quod funeraria deducuntur ante legitimam filiorum. Et ſunt † funeraria tantum hęc,quæ expenduntur in ipſo funere deportando ad ſepulturam,ſcilicet in panno,in fodiendo foſſam,& in clericis,cereis cadelarum & candelarum,quæ portantur ſupra corpus,& ſic de ſimilibus. Item nota, † quod hæc exceptio, quod non teneatur, niſi in quantum facere poteſt habet locum in marito,qui victum ex laboribus quirere poſsit: vt eſt *gloſſa* ſingularis in *l.ſi maritus. ff.ſoluto matrimonio.* ſubaudi, & ſit talis vir, vt non eſt de ſtatu,vel honore, vt ſunt milites,aduocati,& ciues honorati,iuxta morem huius patriæ.vide *gloſſam in l.verum. §.id quod facere. ff.pro ſocio.& in l. in condemnatione. de regulis iuris.* Item nota, † quod duo ſunt priuilegia quæ habet viri in reſtituendis dotibus,Primum,quod non teneantur niſi in quantum facere poſſunt, habita ratione ne egeant:vt ff. *ſoluto matrimonio.l.ſi maritus.& l.alia cauſa.§.eleganter.* Aliud,quod in Cathalonia viri non debent diminui de eorum ſtatu:& hoc eſt firmius,ſcilicet,in hominibus de ſtatu,vt ſunt milites, ciues honorati,& Doctores, & Licentiati ſtatum honoris tenentes. Sed priuilegium, † ne conueniantur vltra quam facere poſsint, competit omnibus viris cuiuſcũq. conditionis fuerint: adde quæ notantur infra *eadem, caſ.com fer,o contraure.* ſuper verbo, *del pare de aquella. verſ. Et maritus.* Nota,quod † maritus pauper,vxore exiſtente diuite, per mortem vxoris lucratur dotem.*gloſ.* & *Cin.in l.licet. C. de iure dot.* quæ *gloſſa* allegat caſum in *auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Butri.in Spica.* Tertium † habent hæredes,

redes, quia non tenentur infra annum perſoluere, ſi dos fuit in pecunia. Vbi vero dos fuerit in immobilibus, ad traditionem illico tenentur poſt mortem: vt *l. rem in præſenti. §. exactio. C. de rei vxoriæ actione.* & ibi tenet *Cinus*, quod etiamſi dos fuerit in pecunia, & vir fuerit dives, ita vt ſine diminutione ſui ſtatus perſoluere poſſit, q etiam infra annum luctus iudex de æquitate valeat compellere ad ſoluendum. Item quærit *Cinus*, in † quantum debet deduci, ne vir egeat: & dicit quod debet inſpici qualitas, & honeſtas eius. & hoc erit arbitrio iudicis. vide per eũ in dicta *l. rem in præſenti. §. cum autem.* circa finẽ. Sed in hac patria in hominibus ſtatus ſeruatur de cõſuetudine, quæ ſatis eſt rationabilis, quod non diminuãtur de ſtatu ſuo, & hoc de vita mariti tantũ. pro hoc facit vſaticus, *Vidua.* in principio per locum à minori. Sed ſi vir tranſeat ad ſecunda † vota, vtrum amittat hæc duo priuilegia? Videtur quod ſic, per ea quæ ſcripſi ſup. collat. proxima, Rubric. de quæſtijs & mandis ſublatis. *caput. Item ſenyor, que vos placia atorgar,* &c. §. *vlterius quæro, an Baro. verſ. ſed hoc de iure præſuppoſito.* Vltimo pone quæſtionem quotidie contingentem. Vir † confitetur recepiſſe dotem ab vxore, quæ in veritate nihil ſoluit: ſed parentes conſtituunt cũ alio inſtrumẽto ſe ſoluturos viro ipſam dotem pro ea: mortuo viro vxor petit dotem ab hærede viri: ſed hæres viri offert tradere debitoriũ, & cedere actiones ipſi vxori. Quæritur, an per hoc hæres liberetur inuita ipſa vxore, quæ non vult recipere niſi pecuniam? Et primo videtur quod hæres mariti liberetur tradendo debitorium inſtrumentum. de quo fuit ſolutum per notata per *Bart. in l. ſeruũ filij. §. eum qui cirographum. ff. de legatis tertio.* nõ obſtante eo quod vir confeſſus fuit ſe dotem recepiſſe, per *l. iudicibus.* & *authent.* ibi poſitam, *C. de dote cau. non nu.* Nec valet lapſus temporis, cũ plus valeat quod agitur. *C. plus valere quod agitur.* In contrarium allegatur *l. vir ab eo. ff. de iure dotium.* & hanc partem videtur tenere *Barto. in l. in ijs. §. ſi vir ſocero. ff. ſoluto matrimonio.* & de hoc dixi ſupra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. hac noſtra.* Adde quæ leguntur & notantur *ff. de iure dotium. l. ſi extraneus.* & *l. dotem à patre.* Vnde hodie multi † prouident ſibi per pactum in eodẽ vel alio inſtrumento, quod in caſu repetitionis dotis non poſſit exigi niſi illud, quod per apochas apparuerit fore ſolutũ, vel quod reſtituendo debitorium liberetur, quod eſt tutius. videas etiam *Bald. in l. ſocer. §. Lucius Titius. ff. ſol. mat.* ſed communiter in hac patria ſeruatur opinio *Bart.* in dicta *l. in ijs. §. ſi vir ſocero.* & eſt ratio, quia vir confitetur vxori dotem recepiſſe, nõ ſpe mune rationis, ſed tantũ ſpe inſtrumenti debitorij: & ita vxor eſt liberata plane ſolutione dotis. Itẽ nota, quod † maritus non tenetur niſi in quantũ facere poteſt, etiam re dotali extante. Caſus eſt ſingularis in *l. ſi filio. 2. ff. ſoluto matrim.*

100 101 102 103 104

De Sacramentali Barcinonæ, & Vallen. Capitulum IX.

SVMMARIVM.

1 *Auctor ſuper Sacramentali compoſuit tractatum regaliæ ſoni emiſſi.*

NOs en Ferdinando per la gracia de Deu Rey de Aragon, &c. Quia hæc pragmatica eſt declaratoria noui & veteris Sacramentalis Barcin. & Vallen. & tangit materiam ſoni emiſſi, & regulam ſiue normam proceſſus Sacramentalis, pro executione ipſius ſoni introducti, quod ex priuilegio Sereniſſimi Regis Alfonſi, ipſius Ferdinandi filij & ſucceſſoris de nouo practicatur Gerundæ: ſuper † quibus ego ad partem compoſui Tractatum, ſiue Summulam Regalię Soni emiſſi. & pariter apoſtillaui priuilegium, ſiue capitula dicti priuilegij Sacramentalis Gerundæ: ideo nõ inſiſto amplius ſuper hac pragmatica, quę fuit data Barcinonæ 21. die Iunij, anno â Natiuitate Domini 1413. Sed poſtea hanc apoſtillaui ad partem. vide ibi.

1 rundæ

De legibus Patriæ præ cæteris iuribus obſeruandis. Capitulum X.

SVMMARIVM.

1 *Lex, quæ diuidit, diffinit, vel ponit regulam, commodè diuidi nequit.*
2 *Iudicari debet in Cathalonia ſecundum vſaticos, & conſtitutiones ſub congruis titulis redactas.*
3 *Originalia conſtitutionum debent abſcondi in archiuo Regio Barcinonæ.*
4 *Aduocati in Principatu Cathaloniæ debent aduocare ſecundum vſaticos, & conſtitutiones, atque capitula curiarum.*
5 *Vſaticus*, Iudicium in curia datum, *eſt confirmatus per conſtitutionem.*
6 *Caſus vbi eſt deciſus per iura patria, non eſt recurrẽdũ ad iura ciuilia & canonica.*
7 *Leges terræ ſunt conſtitutiones, vſatici, & alia iura Cathaloniæ. & num. 8.*
9 *Lex aliquando ſumitur largè, aliquando latius, aliquãdo obiectè.*
10 *Lex dicitur eo quod legitime agat: quandoque à legendo, eo quod ſcripta ſit: quandoque etiam à ligando, eo quod liget.*
11 *Ius ſiue ſit ſcriptum, ſiue non ſcriptum, quo modo ligat.*
12 *An & quando de iure communi ſit iudicandum ſecũdum leges & canones. remiſſiue.*
13 *Iudicans in foro ſeculari in Cathalonia, quæ ſeruare debeat.*
14 *Commemorationes Petri Alberti ſunt conſuetudines generales Cathaloniæ.*
15 *Tranſgreſſor conſuetudinis & tranſgreſſor legis pariter puniuntur.*
16 *Arbitrium iudicis ſumitur ex æquitate & ratione iuris communis. idem nu. 17.*
18 *Non omnia iura communia habent æquitatem & bonam rationem.*
19 *Ratione ſemper eſt vincendum.*
20 *Lex quid ſit.*

Popu-

21 Populus an possit condere legem, & auferre potestatem domino Papæ, vel Imperatori, traditur remissiue.
22 Comites Barcinonæ, & Reges Aragonum sunt quasi Imperator, eo quod nullum recognoscant superiorem.
23 Lex debet esse clara, nullum habens obscurum, vel captiosum.
24 Lex obligat submissos.
25 Militibus magis conuenit experientia armorum, quam legum.
26 Milites hodie possunt esse iudices.
27 Expertus in nihilo nihil scit.
28 Milites, fœmina, rustici, & alij, qui habent iuris ignorantiam, non possunt prætendere ignorantiam harum constitutionum generalium; & ratio traditur ibidem.
29 Doctores & magistri sunt necessarij, & eorum opiniones sunt sequendæ.
30 Opinio communis pro veritate habetur.
31 Ius subsistere nequit, si nõ sunt iurisperiti, per quos possit quotidie in melius perduci.
32 Dubius est litis euentus.
33 Aduocatus bonus debet deserere causam, si videat desperatam & iniustam.
34 Periti in iure communi & patrio dicuntur personæ idoneæ, qui aliter non dicerentur.
35 Narcissus de Sancto Dionysio Legum Doctor fuit vnus ex tribus personis electis, qui compilauit antiquitus constitutiones Cathaloniæ.
36 Sententia ex pluribus iudicibus in numero impari valet, quæ à maiori eorum parte lata sit.
37 Contractus & iura condi possunt in vulgari.
38 Statuta recipiunt interpretationem, & non extensionem.
39 Rubricæ ideo ponuntur, vt iura melius collocentur & memoriæ commendentur.
40 Memorabilia sunt quæ ordinem seruant.
41 Vsatici & constit. Cathaloniæ seruari debent in curijs Prælatorum, Baronum, & militum.
42 Intellectus statu duplex, litteralis, & mentalis. & declaratur.
43 Intellectus naturalis statuti est, pro quo recurritur ad communem populi opinionem.
44 Verba sunt intelligenda naturaliter, & iuxta propriũ significatum.
45 Filij appellatione non veniunt bastardi.
46 Legis mens & ratio potius attenditur, quam ipsius verba.
47 Legis mens & ratio est ipsa lex.
48 Glossæ sunt necessariæ pro intelligendis iuribus.
49 Lex ista consistit verbis & ratione, sicut homo anima & corpore.
50 Statuta recipiunt interpretationem viuæ rationis, vel viuæ æquitatis.
51 Dubium vbi ex lege insurgit, quod egeat interpretatione, quæ forma sit seruanda.
52 In legem committit, qui verba legis amplectens contra legis mentem voluntatem.
53 Cauillare quid. remissiue.
54 Ius commune an interpretetur statuta, & an statuta possint glossari. remissiue.
55 Transsumpto iudicis auctoritate fatur, sicut ipsum originale, sed exemplo exempli non creditur. & idem num. 56.
58 Fides datur libris & scripturis reperitis in archiuo publico, inter eos qui sunt de iurisdictione, cuius est archiuum. nu. 59.
60 Aduocati non tenentur patrocinari in vulgari, nisi id expresse requiratur, & ratio traditur nu. 62. & pœna traditur nu. 66. & quid si aduocatus est clericus. num. 67.
61 Aduocati in Cathalonia debent esse Cathalani, & traditur ratio.
63 Iudicantes inique faciunt litem suam.
64 Vnusquisque bene iudicat hoc quod bene intelligit, & cognoscit.
65 Aduocatus aduersarij tenetur parti alteri exponere allegationes in vulgari: secus autem est de iure cõmuni.
68 Ex serie & tenore textus elicitus sensus optimus & rationabilis.

PER tal que las leys de la terra del Principat de Catalunya, &c. Hæc constitutio non potest
1 congrue summari, sicut & lex, † quæ diuidit, vel distinguit, vel regulam tradit, summari non potest: quia quodcumque horum trium lex faciat, necessaria sunt omnia verba, quæ in ipsa lege ponuntur: & ideo non potest detrahendo verba magis in summa verborum reduci, secundum *Iacobũ de Calicio, Antonium de Butrio,* & *Albericum de Rosate* in *l. de executionibus. ff. de verborum oblig.* Sed loco summæ potest breuiter diuidi in partes qua-
2 tuor. In prima statuit, quod † iura Cathaloniæ, hoc est, vsatici, & constitutiones reducantur de Latino in vulgare idioma Cathaloniæ, cum quibus, & capitulis curiarum, sub congruis titulis collocatis, debet iudicari in Cathalonia. In secunda parte, quæ ibi in §. *E aquella tota calumnia,*
3 disponit, quod † originale primum recõdatur in archiuo Regio Barcinonę, & de eo fiat translatũ correctum & authenticum, quod ponatur in domo Deputationis generalis Cathaloniæ, adeo vt in casu dubij recurratur ad ipsum originale archiui, vel ad authenticum ipsius Deputationis.
4 In tertia parte, quæ † est ibi in §. *Prouehim encara,* statuit, quod Aduocati, si inde requisiti fuerint per aliquem litigantium, teneantur proponere, ratiocinari, allegare, & producere verbo & scriptis, tam in collationibus, quam in processibus, dictos vsaticos constitutiones, & capitula curiarum generalium, & aliarum legum huius patriæ, in lingua Cathalana, ad finem, vt melius percipi valeant ab omnibus, etiam laicis, pœna decẽ librarum contrafacientibus imminente, inter fiscum & querelantem mediatim adquirenda. In
5 quarta parte quæ † est in §. *E per tal que les dits vsatges,* confirmando vsaticum incipientem, *Iudicia curiæ, & vsatici,* &c. iubet illũ, & alios vsaticos, constitutiones, & iura huius patriæ obseruari,

Digitized by Google

uari: ita quod ad alia iura non recurratur in caſibus, qui per vſaticos, conſtitutiones, vel capitula curiarum generalium, aut alia iura Cathaloniæ, & leges huius patriæ fuerint determinati. Hoc dicit, vſque ad §. *penſants*, &c. & hoc ſit pro caſu & ſumma totius præſentis capituli. Ex quo
6 illud præcipue nota, † quod in caſibus deciſis per iura patriæ non eſt recurrendũ ad leges Romanas, neque ad alia iura ciuilia, ſiue canonica: quod intellige, niſi fuerint caſus ſpirituales, vel annexi ſpiritualibus, aut mere Eccleſiaſtici, puta in cauſa hæreſis, vſurarum, matrimonij, filiationis iure patronatus, & huiuſmodi, in quibus leges & iura ſæcularium non dedignãtur Canones ſequi: vt *extra. de iudicijs. cap. clerici.* & *de nouo operis nuntiatione. cap.* 1. & *de ordi. cogni. c. tuam.* vide quę ſcripſi ſuper vſatico, *Omnes cauſæ.* Sequitur expoſi-
7 tio literæ, ibi, † in verbo, *les leys de la terra*, &c. expone, ideſt, conſtitutiones, & alia iura Patriæ, vt ſunt vſatici, conſtitutiones, capitula curiarũ, conſuetudines generales & ſpeciales, ac priuilegia, quæ ſunt leges priuatæ, & etiam quædam leges Goticę, quæ in paucis & certis caſibus ſeruantur, notatis in vſatico, *Iudicia curiæ.* & dixi ſupra *collat.* 5. *curiæ Monteſalbi cap.* 28. *Item dicimus*
8 *& ordinamus*, &c. quia † vſus, conſuetudines, priuilegia, & libertates, quæ per has conſtitutiones ſunt approbatæ, dicuntur etiam leges & iura patriæ, large ſumpto vocabulo, prout ſumitur hic.
9 Vnde nota, † quod lex ſumitur quandoq. large, vt hic, & in Decretis, 1. *diſt. cap. lex eſt conſtitutio ſcripta.* & ſubaudi, iuſtum præcipiens, & contrarium prohibens: 23. *q.* 4. *cap. ſi Eccleſia.* in fine. quãdoque ſumitur ſtricte, prout eſt pars, ſiue ſpecies iuris Quiritum: vt *diſt.* 2. *cap. lex eſt conſtitutio populi.* & *ff. de legibus. l.* 1. hic autem ſumitur pro quolibet iure ſcripto: vt 1. *diſt. cap. lex eſt.* Immo & hic ſumitur largius, puta, pro omni iure, etiã non ſcripto, vt ſunt vſatici & cõſuetudines, quibus vtimur in Cathalonia: & hoc probatur inferius, dum prohibet recurri ad alia iura extranea quæ non ſunt iura municipalia huius patrię. Ad idem in vſatico, *Iudicia curiæ*, præalleg. & infra *collat.* 10. *in curia domine Mariæ, cap. Aſſats es coſa ridiculoſa.* & ſupra *collat.* 8. *in curia Regis Martini, cap. Item ſenyor quels Cancellers*, &c. & adde quæ
10 in eis vtrobiq. ſcripſi. Et † dicitur lex, eo quod legitime agat. 3. *diſt. cap. omnis autem lex.* nã plectit malos, & remunerat bonos: *ff. de iuſt. & iur. l.* 1. Item dicitur à legendo, eo quod ſcripta eſt, ſecũdum *Iſoc.* 5. *lib. Ethic. c.* 3. & ſecundum hoc dicitur lex à lego legis: quandoque etiam dicitur à ligo ligas, quia ligat: & hoc modo ſumitur hic pro omni iure ſcripto & non ſcripto, communi
11 & priuato. Quia † ſiue ſit ius ſcriptum, ſiue nõ ſcriptum, tamen pariter ligat: *ff. de legibus. l. de quibus.* & *extra. de conſuetud. cap. cum conſuetudinis non ſit vilis auctoritas.* & *inſtit. de iure naturali gentiũ & ciui.* §. *ex non ſcripto.* & in vſatico, *Vnaquæque*
12 *gens.* Sed an † & quando ſit iudicandum de iure ſecundum leges, vel canones, dic per *Henri. extra. de nouo operis nunt. c. intelleximus.* adde quæ ſcripſi ſuper *cap. Aſſats es coſa ridiculoſa. in curia Reginæ Mariæ. infra collat. proxima.* Vnde ſi habes iudica-
13 re in † foro ſæculari in hac patria, videas primo an ſit priuilegium in loco, per quod quæſtio tua poſſit decidi, & ſerua priuilegium illud, ſi eſt validum, quia priuilegia per has conſtitutiones confirmantur, vt ſupra *collat.* 2. *in* 2. *curia Barc. c. Idcirco nos*, &c. cum ſuis concordantijs. Si vero priuilegium deficiat, vide ſecundo, an ſit ibi cõſuetudo valida, per quam quęſtio decidatur, & ſerua conſuetudinem, primo tamen ſpecialem loci, ſi ſit: ſin autem, generalem, vt ſunt *Communes*
R4 *rationes* † *Petri Alberti*: quia omnes conſuetudines ſunt per ipſas conſtitutiones confirmatæ, vti in allegato *cap. Idcirco nos*, &c. cum ſuis concord.
15 & ſimilibus multis. Pariter † enim punitur trãſgreſſor conſuetudinis, ſicut tranſgreſſor legis: vti in Decretis 10. *diſt. cap. in ijs.* Si vero deficiãt priuilegium & conſuetudines, tunc iudicandum eſt tertio per vſaticos, conſtitutiones, & capitula curiarum huius Patriæ, in quantum non ſunt abrogata, iuxta notata ſupra in allegato *cap. Item ſenyor quels Cancellers. in curia Regis Martini, colla.* 2.
Vltimo, his omnibus deficientibus recurritur ad bonum iudicis arbitrium, vt ibi dicitur, & in vſatico, *Iudicia curiæ*, qui confirmatur hic. Quod ar-
16 bitrium ſumetur ex æquitate & ratione iurium communium, canonici, vel ciuilis, prout magis magis æquum & rationabile reperietur, vt notat ibi *Iacobus de Monteindaico*, & dixi in dicto *cap. Itẽ ſenyor quels Cancellers.* ſuper verbo, *ſegons vſatges de Barcelona, & conſtitucions*, &c. & ſuper verbo, *E bona raho.* Facit *cap.* 1. & *cap. ne innitaris. extra. de cõſtitut.* cum ibi notatis. Quidam tamen aſtute intelligentes dictum *cap. Item ſenyor quels Cancellers*, &c. dicunt, quod ſtatim deficientibus omnibus iuribus patriæ, debent ſeruari iura communia, etiamſi fuerint iniqua & irrationabilia, ſeu cõtra æquitatem & bonam rationem: & quia tunc demum habetur recurſus ad æquitatem & bonã rationem, cum deficiunt iura communia, ſed nunquam, vel raro contingere poſſet, quod deficeret omne ius commune, quin ſaltem de ſimilibus ad ſimilia poſſet iudicari, per *l. non poſſunt. ff. de legib.* Sed hoc non credo verum, quia non reuocatur vſaticus, *Iudicia curiæ*, vbi dicit, debere recurri ad
17 arbitrium. Sed † declaratur quod erit arbitrium ſecundum leges, iura communia, æquitatem, & rationem, ſcilicet promiſcue, hoc eſt, in quãtum contineat æquitatem & bonam rationem, ſecundum *gloſſam Iacobi* in vſat. *Iudicia.* Non enim credibile eſt, quod dominus Rex & ſua curia velint corrigere vſaticos, & leges iniquas introducere:
18 quia non omnia † iura communia habent æquitatem, nec bonam rationem: vt per *Bart. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus ma. non licet.* & hoc vult text. dicere, cum dixit, *æquitatem, & bonam rationem*: nõ enim dixit, *dret comun*, ſimpliciter; ſed adiecit,

equitat,

Digitized by Google

& bona ratio. ergo videtur reprobare leges iniquas,& iniquitatem; quia licet omnis lex, vel ius commune habeat rationem, non tamen omnia habent æquitatem, & bonam rationem, ideo notanter dixit,*equitat & bona ratio*, quia per hoc remouit iniquitatem, & minus bonam rationē: quia quædam sunt leges,quæ licet in se aliquādo habeant rationem, non tamen habēt bonam rationem,imo iniquitatē & duritiam continēt: vt dicit dicta *l. proposuit*. Vnde tene q̄ prius dixi hic,& in alleg. *c. Item senyor quels Cancellers.* super verbo *segons vsatges*,& in verbo *dret comun*,& iste est bonus sensus & verus, secundum quem debent intelligi & practicari iura huius patriæ, vt dicitur infra *eod.c.*in verbo, *E que sien enteses*; & quia in hoc *c.*expresse confirmatur vsat. *Iudi-*
19 *cia curiæ*,& † semper ratione vincendum est: vt 23.q.6.*c.vides*,vt opinor, dum dicit, *disputatione*
20 *pugnandum, & ratione vincendum.* Et † vt melius intelligas quid sit lex,sciēdum est,quod sicut eorum,quæ partim fiunt exterius, quædam ratio in mente artificis perexistit. quæ dicitur regula artis,etiam illius operis iusti,quod ratio determinat,perexistit in mente quasi quædā regula prudentiæ: & hoc si in scriptis redigatur, vocatur lex: est enim lex constitutio scripta: & ideo lex non est ipsum ius,proprie loquendo, sed aliqualis ratio iuris,secundum *S.Thomam de Aquino*,vti
21 refert *Archid.in Rosario*,1.*dist.c.lex*.Sed an † populus possit condere legem, & auferre potestatē Imperatori,vel Papæ,vide in *Rosario* 2. *dist.cap. lex*.super *glos.* 1.vide etiam quæ scripsi sup.*colla.*
22 *6.curiæ Perpiniani c.* 1.super verbo *leges*.Ex† quo nota quod Reges Aragonum, & Principes Cathaloniæ Comites Barcinonæ sunt quasi Imperator,quia non recognoscunt superiorem in tēporalibus;ergo,si possunt facere leges & constitutiones generales in hac patria,tamen cum curijs generalibus,de qua Iacobus de Calicio compositit suum tractatum,quem nominauit,Exgrauatorium siue Senem Curialem. vide ibi latius. vide etiam & adde quæ notantur per Doctores in vsat.*Vnaquaque gens.*§.*lex*. adde quæ notantur supra in *curia Perpiniani,cap.hac nostra*. super verbo,*constitutione*,& supra *colla.2.in 2.curia Barcino. c.Item quod semel in anno*. & melius in *c.* 17. *Item constituimus*. Sequitur in textu, ibi,*sienpus manifestes & intelligibles*: nota ergo quod † lex debet esse manifesta & clara, nil habens obscurum, vel captiosum: vt in *Decretis* 4. *dist.c.erit autem lex*. Sequitur in textu, *a tots nostres submesos*:hos enim
24 astrinxit † lex.de quo dic vt *extra.de constit.c.* 1. & *cap.quæ in Ecclesiarum*.& ibi vide *Henri.&Gui. de Semina Trinit.l.cunctos populos*. adde quæ scripsi supra *colla.6.curiæ Montissoni cap.* 1. super verbo *subditis nostris*. Nota litteram, quia hoc maxime
25 impetrarunt milites, quorum † interest magis arma scire,quam leges:vt *C. de iuris & facti ignorantia,l.* 1. cum concordantijs. & hinc sumpserunt occasionem litigandi in curijs, contra statū sui ordinis,& in damnum Reipublicæ: vt dixi supra *collat.6.curia Montissoni c.quia vt experientia*,vbi tractatur de generosis militibus.Et est hic
26 argumentum, quod hodie milites † possunt esse iudices,vt *C.de iuds.l.certi iuris.* de quo v.de quæ scripsi in *c.in cinitatibus.* supra in *curia Montissoni, collat.6.* & adde notata per *Ioannem Andream in addi.Spec.tit.de aduocato.*§.*aduocati.verf.Item quod*
27 *non habet peritiam litterarum*,&c. qui enim † nihil expertus est,nihil scit. Item est hic argumentū.
28 quod † hodie milites,fœminæ,rustici, & alij qui habent iuris ignorantiam,iuxta notata in *l.* 1.*C. de iuris & facti ignorantia*, non possunt prætendere ignorantiam iuris harum constitutionum & iurium huius patriæ,ex quo fiunt manifesta cunctis etiam illiteratis, & mere laicis, & omnibus subditis domini Regis, præsertim si poterūt consulere peritiores,quia licet legantur in vulgari, nihilominus tamen non intelliguntur recte ab omnibus,vt vides: imo glossis,apostillis, declarationibus,& concordantijs opus est,nil etenim tam clarum statuitur, & etiam, vt in Proœmio Clementinarum, quia littera occidit, spiritus viuificat:*extra.de renunc.cap.nisi cum pridem.*& nō in folijs,nec in cortice scripturarum, sed in radice rationis consistit Euangelium.1.*q.*1.*cap. Marcion.*& *ff.de legibus.l.scire*. & dum verborum proprietas plerumque attenditur,sensus veritatis admittur:vt *extra. de verb.sign.c.præterea*. & intelliguntur hic mere laici,omnino illitterati ad modum Francorum & vulgarium, qui illitteratos dicunt laicos,& litteratos scientificos, licet cōiugatos,vocant clericos:sic *extra. de hæreticis.cap.*
29 *quicumque.*§.*inhibemus*.& ibi *glos.*& ideo † necessarij sunt Doctores & magistri, per quos iura intelligantur,& declarentur, & in melius producantur:& ideo opiniones Doctorum sunt fouēdæ.De quo dic vt notatur per *Henricum Boich,*
30 *extra.de decimis.cap.dudum.in* 2.*dist.* & † communis opinio pro veritate habetur:vt *l.si mater.C.ne de sta.defunct.* & notatur in *l.si à vicinis. C.de nup-*
31 *tijs*.Et † ius constare non potest, nisi sint iurisperiti,per quos possit quotidie in melius produci: vt *ff.de origine iuris.l.*2.§.*post originem*. Facit supra *collat.proxima,cap.Item senyor,com segons la ordinacio*.& ibi dixi in 2.notabili.Sequitur in textu,*E per conseguent mills pugen saber llur dret & justicia,*
32 &c.miror quomodo hoc potest esse, † quia dubius est litis euentus.vt *ff.de transact.l.* 1. & *l.post rem*.& melius *ff.de peculio.l. debetur*.Sed dic,quod ex actis,quando fuerit in causa cōclusum, & forte ante poterit videre litigans an iustam vel iniustam foueat causam:& sic cedendo liti poterit euitare condemnationem expensarum,& prouidere suæ conscientiæ; hocque idem poterit, ac
33 debebit facere bonus † aduocatus, vt deferat causam,si viderit eam desperatam atque iniustā: vt *l.rem non nouam.C.de iudic.* super quo vide notata per *Matthæum de Mataselanis in suo octuagesimo secundo notabili*,incipit,*Nota practicā,quod quotiescum-*

talis debet puniri:ſuper quo vide quæ ſcripſi in *cap.cum ſecundum.in curia Perpinian.*ſupra *coll.* 6.
53 Facit 4.*dict.cap.erit autem lex.* & quid † ſit cauillare,habes in *l. natura cauillationis. ff. de verborum ſignificatione.* ¶ Super his vide notata per *Bal.* in *l.omnes populi. ff. de iuſti. & iur.* vbi quærit an ius
54 cõmune † interpretetur ſtatuta;& ibi etiam ponit, an ſtatuta poſsint glotlari, & qualiter ſint Hebraice intelligenda. Vide *Ioan.de Platea inſts. de iure natur. §.ius autem ciuile.*in *verſ. Item adde, quod ſi ſtatutum dicat,*&c.quod ſola friuola interpretatio tollitur,non autem legitima: vt in *cap. ex parte.de offic.dele.*& *de app. cap. paſtoralis.* ¶ Sequitur in textu,ibi, *ſien hauts per originals.* Nota q
55 authentico † exemplato iudicis auctoritate ſtatur ſicut originali, de quo dic vt legitur & notatur *extrauag. de fide inſtrumento.cap.* 1.*&* 2. & *C.de eden. l. ſi quis in aliquo documento.* Sed exemplo
56 exempli † non creditur,eſt dictum *Ricard.*in *l.*2. *C.de diuer.reſcriptis.* & non alibi, ſecundũ *Bal.* in
57 *l.ſancimus.eod.tit.*Sed † in propoſito hoc facit auctoritas principis, quia omnia noſtra facimus quibus â nobis impartitur auctoritas:vt *C.de veteri iure enucle.l.* 1.§.*& ideo ea quæ antea. verſ. omnia.*¶ Sequitur in textu, *ſien meſes & reconaides en larchiu de noſtre palau maior de Barcelona.*Nota hic
58 quod † datur fides libris & ſcripturis reconditis in archiuo publico:ſic *extra.de præſcrip.cap.ad audientiam.*& ibi nota *gl.f.* ſuper verbo *librum cẽſualem.*& *C. de fide inſtrumento. auth. ad hæc.* & *extra.de probationibus cap.* 1.& ibi nota per *Doct.*Sed
59 nota, † quod libri & ſcripturæ de archiuo publico non probant niſi inter eos qui ſunt de iuriſdictione eius cuius auctoritate cuſtodiuntur, ſecundum *Ioan. Andr.*in addi.*Spe.tit.de inſtrumento.edi.*§.*nunc dicendum.verſ.priuatum autem.*&c. in *addi.magna ibi* 5.*& ibi* 6.*& ibi dicunt autem, quod hæc vltima duo.*vide *Henricum Boich in cap.cauſam. extra. de probationibus. in vltima diſt.* & *dominum Ant.de Butrio extra.de præſcrip.capitulo, Ad audientiam in* 8.*notab.* ¶ Sequitur in textu,in 6.*proueim encara,*&c.ibi, *ſi daço raqueſis ſeran.*Nota hic quod
60 aduocati † non tenentur patrocinari in vulgari.niſi expreſſe requiratur per aliquam partem litigantium. Sed ſi requiſitum fuerit, tenentur ſcedulare,& allegare in vulgari Cathalonico in quantum in eis fuerit : quia aliquando eſt talis qui neſcit ita plane loqui noſtrum idioma, ſiue vulgare Cathaloniæ,vel quia forſan ſunt aliqua vocabula Latina;quæ nequeunt ita plane intelligi,vel reduci in vulgare Cathaloniæ:ſicut ſunt multa.quæ melius mente percipiuntur quã elocutione exprimantur,*extra.de dona. cap. Apoſtolice.*& *ff.rem ra.ha.l.quo enim.* §. *Iul.* ¶ Sequitur in tex.ibi,*aſsi que nulls ſien enteſes, & percebuts per les parts litigants, & altres qui preſents ſeran*, per hoc
61 habes clarum quod aduocati † in hac patria debent Cathalani eſſe,quia melius ſciunt conſuetudines & mores patriæ. Pro hoc ſupra *coll.*4.*in*
62 *curia* 2.*Barcin. cap.* 1.*&* 2. Ecce † cauſam quare coguntur aduocati patrocinari in vulgari,videlicet vt tam litigantes, quam alij,puta conſiliarij,vel quia ſunt iudices illiterati, ſicut in duobus ex tribus iudicibus tabulæ, vel ſunt mercatores conſules maris,vel Gubernator,vel Vicarius,vel alij officiales,& arbitri omnino laici & idiotæ,qui quandoque, & prohdolor ſæpius ſe intromittunt de iudicando:& tamen cęcus male iudicat de coloribus,contra quos facit *l. conſulta dualia. C. de teſta.* volunt enim videri, & vocari *Rabbi*, non animaduertentes, quod culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti:vt *extra.de re-*
63 *gu.iur.cap.non eſt ſine culpa.lib.*6. & ſi inique † iudicent vel arbitrentur, faciunt litem ſuam *C.de pac.l.ſi quis in conſcribendo.*& nota ſupra *cod. cap.los ſalaris,*ſuper verbo *de tots,*& melius.*in cap. confirmants la conſtitucio.*ſuper verbo. *E per ço com lo dit official tendra taula.* in *verſ. Et ibi nota quod arbiter male iudicando.* ſub *verſ. Item ſyndicatur iudex*, & vtinam â dolo cauerent,& â corruptione pecuniæ reginæ, cui obediunt hodie omnes: vt *Eccleſiaſtes cap.vltimo.*& 1.*q.* 1.*cap.totum.* Vnuſ-
64 quiſque † enim bene iudicat hoc quod bene intelligit & cognoſcit, & horum iudex optimus eſt.Facit *extra.de præſcrip.cap.auditis,*& *intellectis.* & *ff.de tranſact.l.de his.* ¶ Sequitur in tex.ibi,*eſſer poſſades & ordenades per lo dit aduocat en llegua vulgar Cathalana,ſegons deſſus es dit,*&c.pro hoc facit quæſtio dominicalis domini *Bar.Brixien.*quæ incipit,*Sacerdos,qui conuenit laicum*,&c.de qua vide per *Henri.Boich extra. de libelli ob. cap. ſignificanti-*
65 *bus.in fi.* 1.*diſt.* Et ita † habes hic,quod aduocatus tui aduerſarij tenetur tibi in vulgari exponere allegationes ſuas : ſecus eſt de iure cõmuni, iuxta notata per *Ioan. And.* in *addi.Spe.tit.de aduocato.*§.2.*verſ. Item quod non habet peritiam litterarum.* vide ibi,& *C.de poſtulan.l.quiſquis Albericus.*& 27. *q.* 1.*cap.ſic enim,*& nota *Ioan. Andr.extra.de poſtulã. cap.* 1.¶ Sequitur *è aço ſots pena de deu lliures.*Hãc
66 pœnã, non † incurrunt, niſi poſt requiſitionem cõtra fecerint:vt littera dicit, & ita ſis cautus,vt facias requiſitionem tuam apparere in actis. Sed
67 quid † ſi forte eſt aduocatus ille clericus qui nõ incurrit pœnam iſtam?Reſpondeo, denegabitur ſibi forus & audientia per iudicem:vt *l. moris, ff. de pœnis.*& *C.de iudi.l.ſancimus.*cũ ibi notatis per *Cin.Bar.*& *Bal.*ad idẽ, §.*ad concludendas in auto. de litigioſis.coll.*4.¶ Sequitur vltima pars in §.*E per tal q les dits vſatges,*ibi,*ſegons llur ſerie & tenor,*repete,ſegons *lo verteder & bon ſeny daquells,*vt præ-
68 miſſum eſt ſupra.Tamen † ſi ex ſerie. & tenore textus elicitur bonus ſenſus & rationabilis:quia in quantũ poſſumus, litteræ inſeruire debemus: vt *l.non aliter.ff.de legatis tertio,*& infra *coll. proxi. cap.volents.*in verbo,*plenerament a la letra,*& *cap.al abus,*in verbo *a la letra.*vide quæ in eis dixi.quoniam primo eſt inſpiciendus tenor litteræ : vt *extra. de priuilegys porro.* & vide quæ ibi notãtur per *Hen.Boich,*& quæ ſcripſi ſupra *coll.*6.*cur. Perpiniani cap.* 1. ¶ Sequitur hic in text. *E no ſia re-*

corregut altres,&c. ſubaudi, niſi in adiutorium, & pro concordia: quia tunc non minus iudicatur ſecundum leges patriæ: arg. *extra. de fide inſtrumẽt. c. paſtoralis.* & 10. *diſt. c. ſi in adiutorium.* de hoc nota *extra. de ecc. hodi. cap. intelleximus.* Sed deficientibus iuribus huius patriæ, iudicabitur ſecundum ius commune, æquitatem, & bonam rationem: vt in præalleg. *c. Item ſenyor quels Cancellers. in curia Regis Martini*, quod intellige vt ibi ſcripſi, & dixi ſup. in verbo. *E bona raho.* Et ſi contra factum fuerit, non valebit. ſuper quo vide notata *in curia Ceruaria, c. preterea ordinamus olim per conſtit. Regis Iacobi I. editam Barcin. c. nouerint.* nec leges Goticæ, nec Romanæ, neque Decretales poterant allegari: ſed deficientibus vſaticis, & conſtitut. patriæ habebat iudicari ſecundum ſenſum naturalẽ. Sed quia quot † capita, tot ſenſus, ideo fuit æquius quod hic dicitur, & in *curia Regis Martini, cap. Item ſenyor quels Cancellers.* vt ſenſus naturalis hominis reguletur per iura communia. arg. *extra. de conſtit. cap. ne innitaris.*

69

Ne meretrices in hoſtalibus teneantur, nec audeant commorari. Cap. XI.

S V M M A R I V M.

1 *Meretrices commorari non poſſunt in hoſtalibus, nec canponis cauſa fornicationis, nec vltra vnam diem ſuſtineri, ſub pœna tam dictis meretricibus, quã hoſtalerijs & canponibus infligenda, quæ hic tõtinetur. ſed prohdolor hoc non ſeruatur hodie. nu. 3. & 5. declaratur nu. 23. 34. 45. & 48.*

2 *Ferdinandus Rex extirpauit ludos & taffurarias.*

4 *Peccata tanto ſunt grauiora, quanto diutius detinent alligatam infelicem animam.*

7 *Meretrices debent expelli a vicinijs honeſtarum perſonarum.*

8 *Deputati, & Conſules poſſent dare remedium vt meretrices expellerentur ab hoſtalibus & canponis.*

9 *Altiſſimus videt omnia, & apud eum nullum crimen pertanſibit inultum.*

10 *Conſuetudo non inducitur ex eo, quod meretrices diutius commorentur in hoſtalibus ſeu canponis, ſed eſt abuſus.*

11 *Mos eſt longa conſuetudo moribus vtentium approbata.*

12 *Conſuetudo mala tamquam corruptela eſt euitanda.*

13 *Mali occaſio eſt euitanda.*

14 *Omnis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum.*

15 *Humana natura propter peccatum primi parentis prona eſt ad malum.*

16 *Boni occaſio ſemper eſt prædenda.*

17 *Cauſa & occaſio differunt.*

18 *Iniuria eſt omnium, quæ fit in offenſam Dei.*

19 *Deus eſt caput omnium.*

20 *Hoſtalerius regulariter tenetur admittere quoſcumque hoſpites indifferenter, niſi ſubſit iuſta cauſa aliter faciendi.*

21 *Clauium traditio an liberet hoſpitem à pœna & etiam à culpa.*

22 *Hoſpes ignorans quod quis aliqua attulit in hoſpitio an teneatur.*

24 *Conſuetudo delinquendi ſequitur ex bino actu.*

25 *Ignorantia iuris excuſat a dolo, & an & quando excuſet à delicto.*

26 *Iuriſperito non licet ignorare ius, nec imperitiam allegare.*

27 *Ignorantia non excuſat circa ea, quæ ſunt facti quotidiani.*

28 *Ignorantia quæ excuſet à pœna. remiſſiue. & quando excuſet à peccato. & de materia ignorantiæ. remiſſiue nu. 29. & 30.*

31 *Ignorantia iuris in dubio præſumitur in muliere, & in viro ſcientia, donec contrarium probetur.*

32 *Ignorantia, ruſticitas, & imperitia excuſant à pœna, quæ propter dolum imponitur.*

33 *Faciens contra ius in dubio cenſetur facere plus ex dolo, niſi ſit iuriſperitus.*

35 *Niſi dicto an ponat, vel neget. remiſſiue.*

36 *Meretrices de quæſtu ex meretricio iuſte dant eleemoſynas.*

37 *Meretrix de quæſtu ex meretricio haredem poſſunt inſtituere.*

38 *Meretrix poteſt agere ad petendum promiſſum ob meretricium.*

39 *Meretrix eſt quæ multorum libidini paret.*

40 *Mulieris appellatione etiam venit virgo.*

41 *Ieſus Chriſtus in cruce pendẽs virginem matrẽ ſuam, mulierem vocauit.*

42 *Filiæ vel ancillæ ſi cogantur per patrem vel dominum inuita facere quæſtum corporis, poſſunt adire Epiſcopum loci, qui liberabit prædictas ab illa turpitudine.*

43 *Lena quæ. remiſſiue.*

44 *Lenonem lera non diligit alſque crumena.*

46 *Pœna non debet excedere delictum.*

47 *Amicum vocant meretrices turpem amatorem.*

49 *Clauſula debet ſolum referri ad proximiora.*

50 *Princeps ſolus, vel dominus loci poteſt in hoc caſu diſpenſare.*

51 *Pœna dupli qua & quanta ſit.*

52 *Pœna debet commenſurari delicto.*

53 *Tranſactio an ſit prohibita in caſu huius conſtit.*

54 *Crimina certa ſunt, de quibus prohibitum eſt tranſigi.*

55 *Notoria res per negationem improbabilem non poteſt fieri dubia.*

56 Compoſitio *verbum in ſe comprehendit pactum gratuitum, tranſactionem, atque omnem etiam conuentionem.*

47 *Remiſſio proprie eſt, quando totum remittitur: compoſitio autem dicitur, quando pro parte, data pecunia.*

58 *Pœna pecuniaria pars aliquando adquiritur denuntianti.*

59 *Pœna actionis popularis cuinam ſit applicanda. remiſſiue.*

60 *Denuntians neceſſitate ſui officij an debeat habere præmium.*

61 *Præmium virum dandum ſit participanti in delicto. remiſſiue.*

62 *Statutum puniens non denuntiantem, interpretatur de publicis, & non de occultis.*

Offi-

63 *Officiali denuntianti maleficium an credatur.*
64 *Statutum vbi dictat, quod qui non ceperit malefactorem, puniatur in centum, & fuerint plures qui non ceperint, an quilibet puniatur in singulis centum. remissiue.*
65 *De multiplici denuntiatione, & eius effectu, remissiue.*
66 *Denuntiatio vbi requiritur propter finem sciendi, data scientia non requiritur.*
67 *Pœna exigi non debet ab eo qui non denuntiauit crimen, cum iam curia infra tempus eius habuerit notitiam.*
68 *Denuntiatio trina vbi requiritur, fieri non debet incontinenti, sed oportet quod habeat sua debita interualla.*
69 *Denuntiatio vbi requiritur de iure, vnica est sufficiens.*
70 *Vicarius & Bailus Barcinona, qui ex priuilegio solet remittere, & facere gratias, an poterint illud facere de pœnis constitutionis, ne meretrices in hostalibus teneantur.*

P*Ensants que dalgun temps ensa*, &c. Casus. In
1 hostalibus † siue cauponis fœminæ meretrices & prostibulares, fornicatione vtentes commorari, nec etiam transeuntes vltra vnam diem sustineri non debent, pœna viginti florenorum hostalerijs & cauponibus contrafacientibus imminente: meretrices vero contrafacientes, & si illa vnica die fornicationem commiserint in hostali, seu caupona, & earum amici, siue lenones simul pœna fustigationis in loco ipsius hostalis, siue cauponæ publice puniantur. Quam pœnam pecuniariam officiales nequeunt remittere, nec ab ea etiam ad compositionem admittere delinquentes. Hoc dicit. Et diuiditur in partes quinque. In prima ponitur prohibitio. In secũda, ibi, *E si la dita femora*, ponitur meretricium & lenonũ contrafacientium punitio. In tertia, ibi, *E lo hostaller*, ponitur pœna hostalerio contra huiusmodi constitutionem venienti, quæ est pecuniaria, scilicet, viginti florenorum. In quarta, ibi, *de la qual pena*, ponitur ipsius pœnę pecuniariæ diuisio. In quinta & vltima, ibi, *E de la qual pena algun oficial*, ponitur prohibitio remittendi vel com-
2 ponendi de pœna. Et nota † ex hac constitutione magnam honestatem Regis Ferdinandi, qui fuit valde deuotus Virgini Mariæ, propter quã sumpsit stolam albam cum lilio, & eius neptis & nurus Regina Maria mulier honestissima valde fauit honestati mulierum, vt infra *collat.* 10. *c. a la condicio femenil.* vide ibi. & vidi, quod quamdiu regnauit dictus Rex Ferdinandus, hæc constitu-
3 tio fuit ad † vnguem obseruata, sed hodie proch dolor non omnino obseruatur, nisi ad exorquẽdum pecunias ab hostalerijs & cauponibus, cum quibus de facto componunt, & etiam cum meretricibus & lenonibus, contra mentem ipsius Re-
4 gis condentis, qui etiã † conatus fuit extirpare ludos & taffuratrias: vt sup. *eod. c. la constitucio.* & *c. per tal que mal*, & int. *eod. c. per obuiar.* Expone lit-

teram, ibi, *de algun temps ensa*, ideſt, â longo tẽpo-
5 re citra: quamdiu † est, quod propter auaritiam caupones de facto sustinuerunt, & sustinent in eorum hostalibus & cauponis seruas & alias mulieres meretrices de corpore viles, quæstum corporis facientes, propter lucrum earum, & hostalis, siue cauponæ: sed ex his non debet induci cõsue-
6 tudo: 32. *q.* 8. *c. flagitia.* quia † tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam: *extra. de consuet. cap. vlt.* & *de simon. c. non satis.* & debent eijci â † vicinijs honestarum
7 personarum: vt sup. *collat.* 6. *in curia Montisioni. c. Mulieres.* vide quæ ibi dixi. & credo quod etiam ex officio poterũt officiales expellere tales mu-
8 lieres de corpore viles. Verũ † quia mundus de facto hodie non reputat ista carnalia esse peccata, propter nimiam delectationem, qua illaqueãtur omnes, tamen propter auaritiam, ideo nõ potest dari remedium obseruantiæ huius constitutionis. Sed si Deputati Generalis Cathaloniæ, & etiam Consiliarij, Iurati, & Consules ciuitatũ, & locorum attenderent ad honorem Dei, sicut intẽdunt prop. ijs honoribus & commodis, ipsi possent adhibere remedium: sed ista dimittantur Al-
9 tissimo, qui † videt omnia, & apud ipsum nullũ crimen pertransibit inultum: arg. 10. *q.* 3. *c. aliorũ.* Sed si omnia in hoc sęculo vindicata forent, locum iudicia diuina non haberẽt. 6. *q.* 1. *c. si omnia.* Sequitur in tex. *E damnada*, scilicet, vtroque iure, diuino, & humano. 32. *q.* 7. *c. non mœchaberis.* & Exodi 20. & *de vtero* 5. *c.* & *in auth. de lenonibus c.* 3. Sequitur in tex. *en custum*, subaudi, & verius in
10 abusum, † quia, vt dixi, de talib⁹ nõ est mos, nec consuetudo, sed abusus & corruptela: sic supra *c. confirmants la constitucio*, ibi, *E tolents lo abus.* vide
11 quæ ibi dixi: quia mos est longa † consuetudo de moribus vtentium tracta tantummodo. 1. *dist.*
12 *c. mos.* & mala † consuetudo tamquam corruptela vitanda est. 8. *dist. c. mala.* & in vsat. *Vnaquæque gens.* §. *mos.* vide ibi *Doctores.* Sequitur in text. ibi,
13 *auinenteſa*. Nota, † quod omnis occasio mali vitanda est. *extra. de vita & honest. cleric. cap. cum ab omni.* & supra *eadem. cap. per tal que mal.* vide ibi.
14 quia dicit vulgare, *auinenteſa fa pecar.* & † omnis ætas ab adolescentia prona est ad malũ. 12. *q.*
15 1. *c.* 1. Et † quia natura humana propter peccatũ primi parentis ad malũ prona est: ideo res humana dicitur iniustũ, sed diuina est iustũ: vt *ff. de iust. & iure. l.* 1. §. *iurisprudentia.* & sicut † occasio mali
16 vitanda est, sic econuerso occasio boni est præbẽda. Vnde ait Salomon: *Da occasionẽ sapienti, & sapientior erit.* Prouerb. 9. & 23. *q.* 6. *c. vides.* in fine. ait enim Propheta: *Cum sancto sanctus eris, & cum*
17 *peruerso peruerteris.* Est autem † differentia inter causam & occasionem, quia causa est necessaria, captata ratione. vide in *auth. de nuptijs.* §. *occasionẽ.* & §. *seq. collat.* 4. quandoque tamen occasio sumitur pro causa: vt *ff. de donat. causa mortis. l. mort. causa capitur.* & etiã dicitur occasio, bona causa. ff. *de leg. l. nã vt ait.* Habes in text. *E don de la cosa publica.*

Digitized by Google

nus.& l.impensam. & ibi nota. Si omnes tacitum, aut eiuſdem temporis, aut diuerſorum.Si eiuſdē temporis,tunc ſiue eodem actu,ſiue diuerſis actibus: ſi nō apparet cui primo,nil refert,quia ſemper inter ſe erit melior conditio poſsidentis cō tra extraneum occupantem. Et ſi omnes ſimul ad agendum concurrant, admittitur vnuſquiſq. pro parte.*ff.de Saluiano edicto.l.1.* §.& *l.fin.* & *de pignoribus.l.ſi debitor.* Si diuerſorum temporū, tūc qui prior eſt tempore,eſt potior in iure: *extra. de regulis iuris.cap.qui prior.lib.6.* & *l.inſulam.ff. qui potiores in pigno.habeantur.* Si quidam expreſſum, quidam tacitum,tunc aut diuerſorum temporū, aut eiuſdem.Si diuerſorum, aut præcedit tacita, & ſequitur expreſſa,& tunc præfertur, ſcilicet, cuicumque indiſtincte,ſecundum *Cinum in l.aſsiduis.*etiam tacita fiſco. *C.rem alienam gerentibus.l.* 1. licet gloſſa circa fiſcum dubitet.*ff.qui potiores in pigno.hab.l.pignus.* Aut præcedit expreſſa,& ſequitur tacita: & tunc certum eſt quod præfertur expreſſa.*ff.qui pot.in pig.hab.l.Titius,* §.*creditor.* & *C.eod.l.ſi fundum.* & *de remi.pig.l.ſi ignorante.*etiam in poſtea quæſitis, licet *Dinus* & *Bart.* contra in fiſco per *l.ſi is qui mihi.ff.de iure fiſci.* Sed *Ioannes de Platea in l. vnic. C. pœnis fiſcalibus credi præferri.* videtur tenere, quod in expreſsis ſemper etiā in poſt quæſitis prēferur qui prior eſt tempore,etiā contra fiſcum,& non vidi ſeruari contrarium.Si eiuſdem temporis, tunc idem videtur quod eſt quando vterque tacitam, vel vterque expreſsā, quia tacita & expreſſa paribus paſsibus ambulant:nam,vt ex prædictis apparet, mutuans in re
77 fectionem prēfertur habenti expreſſam,ſicut habenti tacitam. Præterea † illud eſt ſpeciale,cuius contrarium eſt generale.*ff.de legibus.l.ius ſingulare.*Sed ſpeciale eſt in muliere,quod prēferatur habentibus etiam priorem tacitam tantum: vt dicta *l.aſsiduis.*& ſic in eo caſu ſpeciali fortior eſt expreſſa,quā tacita:ergo regulariter partes ſunt. *ff.ad municipales.l.* 1. §.*fin.* non tamen in quæſitis poſt vtriuſque obligationem,quia tunc fiſcus & vxor in iſtis præferuntur priuato habenti tacitā & non expreſſam.Si vero omnes prætendūt prætorium, aut ſunt eiuſdem tituli,aut diuerſorum. Si ſunt eiuſdem tituli,tunc dicit *Dinus,* quod nō prodeſt præuenire ex tempore.*ff.de damno infecto.l.ſi finita.* §.*ſi plures.*Si ſunt diuerſorum titulorum,tunc qui prior eſt tempore, potior eſt iure: *C.qui pot.in pig.hab.l.ſi decreto.* Sed tu dic ſecundū *Bart.*aut omnes prætendunt ius obligationis, & tunc nō fallit regula,Qui prior eſt tempore,&c. quidquid dicat *Dinus,*quia vnus non eſt prior tē pore quam alius, quia vno immiſſo , omnes ſunt ſtatim immiſsi, & ſic omnes ſunt pares in tēpore:vt *ff.de his quæ in fraud.credi. l.qui autem.* §.*ſciendum.*Aut omnes prætendunt officium iudicis,& tunc non poteſt præueniri ex tempore, & ideo fallit regula,Qui prior eſt tempore:vt *ff.de damn. infecto.l.ſi finita.* §.*ſi plures.*Aut vnus prētendit ius obligationis,alius officium iudicis,& tunc prodeſt præuenire ex tempore.*C.qui pot.in pig. hab.l.* 2.Si quidam prætorium,quidam conuentionale. tunc ordo temporis attenditur:vt *ff.qui pot.in pig. habeantur.l.interdum.* & *C. vt in po. le. l.ſi poſtquam.*

78 Secundo † caſu principali,quando omnes prætendunt priuilegium perſonale, aut ſunt eiuſdē tituli,aut diuerſorum.Si eiuſdem tituli, regulariter concurrunt, non inſpecta prioritate,vel poſterioritate temporis:vt *ff.de priuil. creditorum.l. priuilegia.* & *ff.depoſiti.l.ſi hominem.* §. *quotiens.* cum
79 concordantijs. Fallit in duabus dotibus ab eadem ſubſtantia debitis,in quibus prior tēpore eſt potior in iure:vt dicta *l.aſsiduus.*§.*fin.* Saluis rebus,quæ ab initio fuerunt ſecundæ coniugis: vt in *aut. ſi quid.C.qui pot.in pigno.hab.* & *l.in rebus.C. de iure dotium.* & his quæ notantur in dicta *leſi cū*
70 *dotem.*§.*fin.ff.ſoluto matrimonio.* Item † fallit in fiſco:ff.*de priuil.creditorum.l.quod quis.*ſuper hoc vide & adde notata per *Ioannem de Platea. C. pœnis fiſcalibus creditores præferri.l.vnica.lib.*10.Si autem ſunt diuerſorum titulorum, ſiquidem ſunt paria priuilegia, pariter concurrunt.Si diſparia,priuilegiatior præfertur,vt dicta *l. quod quis.* & *l.ſi venerit.*ff.*de priuil,creditorum.* puta, quia eſt priuilegium alimentorum,medicinarum, & funeris: de quibus infra *ead.verſ. Vlteriut etiam nota.*Sed vtrū inter iſta tria erit prælatio?Forte non,niſi eſſet mutuum ad alimenta cum expreſſa hypotheca, ſed funeraria præferuntur. Tertio caſu, quando
81 quidam prætendunt † reale,quidam perſonale, tunc reale præfertur:vt *C. qui pot. in pig. hab.l.eos.* & ff.*de pactis.l. reſcriptum.*circa prin. Quarto ca-
82 ſu principali,quando quidam prætendunt perſonale,quidam nullum,tunc præferuntur priuilegiati: vt ff. *quod cum eo.l.*3. & *de peculto. l.ex facto.*§.*fin.& de priui. credi.l. ſi venerit C. ideo.& de*
83 *ceſſio.bo.l.*1.& 2. Quinto † caſu principali quādo omnes nullum, tunc aut agitur ad dationem quantitatis,vel ſpeciei, vel generis: aut ad factū. Primo caſu,aut erant bona poſſeſſa per creditores,& tunc omnium eſt æqua conditio, & ideo ſi vni ſoluatur,reuocatur pro rata per alios.ff. *quæ in fraud.credit.l.qui autem.*§.*ſciendum.* & *l.ait prætor.*§. *ſi debitorem.* Aut bona nō erant poſſeſſa per creditores.& tunc aut omnes creditores pariter inſtabant, & omnium debet eſſe æqua conditio: & ideo ſi debitor gratificādo vni creditorū ſoluat,reuocatur pro rata per alios. ff. *quæ in fraudē creditorum.l.pupillus.*Aut nō omnes creditores inſtabant,& vni ſoluatur : aut ſoluitur à debitore ſpōte,aut extorquetur ab inuito.Si ſoluitur ſpōte,non reuocatur per alios: vt ff. *de bonis auctoritate iudicis po.l.ſi non expedierit.* §.*ſi pupillus.* Si vero extorquetur ab inuito, & ſiue iudicis auctoritate,& tūc reuocatur per alios: vt ff. *quæ in fraudem credit.l.pupillus.*& *l.quæ autem.*§.*ſciendum.* niſi mora fuiſſet periculum allatura, vt quia debitor cum pecunia fugiebat,nec poterat haberi copia iudicis:vt ff.*quæ in fraud.credit.l.ait prætor.*§.*ſi debitores.* Si vero extorquetur ab inuito iudicis auctorita-

Digitized by Google

ſtoritate,non reuocatur per alios:*ff. quæ in fraudẽ credit.l.qui autem.§. apud Labeonem.*Secundo caſu quando agitur ad factum, & tunc aut petit,& in condemnationem deducitur ipſum factum, aut intereſſe. Primo caſu, ſi creditores ſimul concurrant, præfertur qui primo contraxit. *ff.locati.l. in operis.* Secundo caſu ſeruandum eſt idem quod ſeruatur quando agitur ad quantitatem: vt notatur in dicta *l.in operis.* & *ff. de verb.oblig. l.ſi pulatines non diuiduntur.§. Celſus.* In executionibus tamen quæ fiunt pro cẽſualibus & violarijs, vel quando concurrunt cenſualiſtæ. & violariſtæ ſeruatur quod habes infra *collat. 11.cap. com ſobra.§. Si empero.verſ. Et ſi ſo oppoſant.* vide & adde quæ ibi dicam,Deo duce. Vlterius etiam nota, quod de æquitate iuris,vbi debitum apothecarij aſcendat ad magnam quantitatem. debet prẽferri. Idem dicunt aliqui de ſalario,ſeu mercede ſeruientis infirmo in eius vltima infirmitate: quia parum eſt habere medicinas,niſi eſſet perſona ſeruiens,quæ miniſtraret ipſas medicinas & alimenta: & hoc credo verum,dummodo moderate fiat,& abſque fraude,& dolo,quamquam non inueniatur in iure expreſſum. Ad hoc me mouet glo. poſita in *cap.Odoarans.extra. de ſolut.* vbi dicitur, quod ſi bona alicuius debitoris non ſufficiant creditoribus,quod non habenda eſt ratione egeat debitor:qui enim mutuat alicui ad alimenta neceſſaria,prẽfertur cæteris creditoribus etiam priores hypothecas prætendentibus, ſicut ille, qui mutuat ad refectionem æd. ſi ij. & ſicut apothecarius & medicus in medicinis infirmitatis,de qua moritur infirmus: quæ intellige, ceſſante omni dolo,qui nulli patrocinatur. Et ſic primo † ſunt alimenta debitoris quam creditoris,ſcilicet non habentis hypothecam,quia hypotheca præfertur omnibus perſonalibus.etiam in funerarijs,iuxta *glo.ſ.in l.reſcriptum.* circa princ.*ff.de pact.* & *C. qui pot.in pig.habeantur.l.eos.* & *l.diuerſis.* vide *ff.de religio. l.ar ſi quis.§. 1.* tamen ſuper his cogita bene, quia videtur contra *gl.ſ.in eadem l.§.hæc actio.* ſuper verbo, *caterorum.* niſi ipſe debitor fuerit in manifeſta culpa ſuæ paupertatis, quia tunc ſecus,vt ibi.vide *Baldum in l.fin. §. in computatione. C.de iure deli.* Ergo † à ſimili videtur quod habenda ſit ratio, quod quis non moriatur defectu medicinarum, & aliorum quæ ſuſtentant infirmos: & maxime cum aliter tunc non poſſet infirmus ſibi ſubuenire: & videtur quod ſit primo ſibi ſoluendum tãquam priuilegiato ex cauſa prædicta:hoc tamen intelligo de expenſis medicinarum, & alimentorum, quæ fiunt in vltima infirmitate,de qua moritur. in alijs ſecus. Sic intelligo *gloſſam ff.de religio.& ſumpt. fu.l.ar ſi quis.§. hæc actio.* ſuper verbo, *caterorum ſumptuum.* †Sed quid de his,qui mutuant pro re conſeruanda.vide per *Bart.in l.interdum. C.qui pot.in pig.hab.* vide ibi *gloſ.* Item nota, † quod vxor eſt priuilegiata in dote,quod præferatur omnibus habentibus tacitas hypothecas: ſed ſecus eſt in donationibus propter nuptias,& alijs ſuis bonis: quia tunc nõ præfertur alicui creditori, niſi iuxta regulã, Qui prior eſt tempore,prout clare notat *Innocentius extra.de pig.cap. ex litteris.* Item † nota, quod de rigore iuris condemnandi ſunt in expenſis creditores opponentes,qui non probant debita ſuã:vt *extra.de pœnis.cap.calumniam.* ſed iudex de æquitate poteſt temperare:vt notatur in *c.finẽ. extra. de dolo & contu.* Item nota, quod tutori † non debent expenſæ ſiue labores adiudicari,ſi bona nõ ſufficiant creditoribus: quia non inuenitur in eo priuilegiatus, niſi datus fuerit pro executione facienda,puta ad vendendum bona,&c.quia tũc deoet ei ſatisfieri vt alijs laborantibus in dicta executione,vt iudici,notario,& alijs. Sed tamẽ ſi bona non ſufficiant, ſalaria iudicis & aliorũ debent deduci de quolibet creditore pro rata ad rationem pro libra quantitatis, alias ſolueretur vltimi creditores totum ſalarium, quod fieri debet, cum communiter pro omnibus fiat executio quod vltimum ſeruatur Gerundæ, & tortoſæ male,vt dixi. Nota quod qui facit expenſas funeris, † in eis præfertur cæteris creditoribus hoc verum in perſonalibus actionibus, ſecus habentibus hypothecas:vt *gloſſa in l.reſcriptum.* circa princ. *ff.de pactis.* vide *l.1.in fin. ff.ad legem* & ibi per *Bar.* vide per *Doct.ff.ae religio.l.ar ſi quis.§.1.* Item nota, † quod funeraria deducuntur ante legitimam filiorum. Et ſunt † funeraria tantum hęc,quæ expenduntur in ipſo funere deputando ad ſepulturam,ſcilicet in panno,in fundo foſſam,& in clericis,cereis cãdelarum & honorum,quæ portantur ſupra corpus,& ne plus. Item nota, † quod hæc exceptio, quod non teneatur, niſi in quantum facere poteſt habet locum in marito,qui victum ex labore quirere poſſit: vt eſt *gloſſa* ſingularis in *l.ſi mulier ff.ſoluto matrimonio.* ſubaudi, & ſit talis vir, qui non eſt de ſtatu, vel honore, vt ſunt milites adiuocati,& ciues honorati,iuxta morem huius patriæ. vide *gloſſam in l.verum. §.id quod facere. ff.pro ſocio.& in l. in condemnatione. de regulis iuris.* Item nota, † quod duo ſunt priuilegia quæ habẽt viri in reſtituendis dotibus,Primum,quod non teneantur niſi in quantum facere poſſunt, habita ratione ne egeant:vt ff. *ſoluto matrimonio l.ſi maritus.* & *l.alia cauſa.§.eleganter.* Aliud,quod in Cathalonia viri non debent diminui de eorum ſtatu:& hoc eſt firmius,ſcilicet,in hominibus de ſtatu,vt ſunt milites, ciues honorati,& Doctores, & Licentiati ſtatum honoris tenentes. Sed priuilegium, † ne conueniantur vltra quam facere poſſint, competit omnibus viris cuiuſcũq. conditionis fuerint: adde quæ notantur infra *eadem, caſ.com ſer,o contraure.* ſuper verbo, *del pare de aquella. verſ. Et maritus.* Nota,quod † matitus pauper,vxore exiſtente diuite, per mortem vxoris lucratur dotem.*gloſ.*& *Cin.in l.licet. C. de iure dot.* quæ *gloſſa* allegat caſum in *auth. preterea. C. unde vir & vxor. Butri.in Spica.* Tertium † habent hæredes,

redes, quia non tenentur infra annum persoluere, si dos fuit in pecunia. Vbi vero dos fuerit in immobilibus, ad traditionem illico tenentur post mortem: vt *l. rem in presenti. §. exactio. C. de rei vxoria actione.* & ibi tenet *Cinus*, quod etiamsi dos fuerit in pecunia, & vir fuerit dines, ita vt sine diminutione sui status persoluere possit, q etiam infra annum luctus iudex de æquitate valeat compellere ad soluendum. Item quærit *Ci-*
100 *nus*, in † quantum debet deduci, ne vir egeat: & dicit quod debet inspici qualitas, & honestas eius: & hoc erit arbitrio iudicis. vide per eũ in dicta *l. rem in presenti. §. cum autem.* circa finẽ. Sed in hac patria in hominibus status seruatur de cõsuetudine, quæ satis est rationabilis, quod non diminuãtur de statu suo, & hoc de vita mariti tantũ. pro hoc facit vsaticus, *Vidua.* in principio per locum â minori. Sed si vir transeat ad
101 secunda † vota, vtrum amittat hæc duo priuilegia? Videtur quod sic, per ea quæ scripsi sup. collat. proxima, Rubric. de quæstijs & mandis sublatis. *caput. Item senyor, que vos placia atorgar, &c. §. vlterius quæro, an Baro. vers. sed hoc de iure præsuppoſito.* Vltimo pone quæstionem quotidie
102 contingentem. Vir † confitetur recepisse dotem ab vxore, quæ in veritate nihil soluit: sed parentes constituunt cũ alio instrumẽto se soluturos viro ipsam dotem pro ea: mortuo viro vxor petit dotem ab hærede viri: sed hæres viri offert tradere debitoriũ, & cedere actiones ipsi vxori. Quæritur, an per hoc hæres liberetur inuita ipsa vxore, quæ non vult recipere nisi pecuniam? Et primo videtur quod hæres mariti liberetur tradendo debitorium instrumentum. de quo fuit solutum per notata per *Bart. in l. seruũ filij. §. cum qui chirographum. ff. de legatis tertio.* nõ obstante eo quod vir confessus fuit se dotem recepisse, per *l. iudicibus. & authent.* ibi positam, *C. de dote cau. non nu.* Nec valet lapsus temporis, cũ plus valeat quod agitur. *C. plus valere quod agitur.* In contrarium allegatur *l. vir ab eo. ff. de iure dotium.* & hanc partem videtur tenere *Barto. in l. in ijs. §. si vir socero. ff. soluto matrimonio.* & de hoc dixi supra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. hac nostra.* Adde quæ leguntur & notantur *ff. de iure dotium. l. si extraneus.* & *l. dotem à patre.* Vnde hodie
103 multi † prouident sibi per pactum in eodẽ vel alio instrumento, quod in casu repetitionis dotis non possit exigi nisi illud, quod per apochas apparuerit fore solutũ, vel quod restituendo debitorium liberetur, quod est tutius. videas etiam *Bald. in l. socer. §. Lucius Titius. ff. sol. mat.* sed communiter in hac patria seruatur opinio *Bart.* in dicta *l. in ijs. §. si vir socero.* & est ratio, quia vir confitetur vxori dotem recepisse, nõ spe munerationis, sed tantũ spe instrumenti debitorij: & ita vxor est liberata plane solutione dotis. Itẽ
104 nota, quod † maritus non tenetur nisi in quantũ facere potest, etiam re dotali extante. Casus est singularis in *l. si filio. 2. ff. soluto matrim.*

De Sacramentali Barcinonæ, & Vallen. Capitulum IX.

SVMMARIVM.

1 *Auctor super Sacramentali composuit tractatum regalia soni emissi.*

NOs en Ferdinando per la gracia de Deu Rey de Aragon, &c. Quia hæc pragmatica est declaratoria noui & veteris Sacramentalis Barcin. & Vallen. & tangit materiam soni emissi, & regulam siue normam processus Sacramentalis, pro
1 executione ipsius soni introducti, quod ex priuilegio Serenissimi Regis Alfonsi, ipsius Ferdinandi filij & successoris de nouo practicatur Gerundæ: super † quibus ego ad partem compositi Tractatum, siue Summulam Regaliç Soni emissi. & pariter apostillaui priuilegium, siue capitula dicti priuilegij Sacramentalis Gerundæ: ideo nõ insisto amplius super hac pragmatica, quę fuit data Barcinonæ 21. die Iunij, anno â Natiuitate Domini 1413. Sed postea hanc apostillaui ad partem. vide ibi.

De legibus Patriæ præ cæteris iuribus obseruandis. Capitulum X.

SVMMARIVM.

1 *Lex, quæ diuidit, diffinit, vel ponit regulam, commodè diuidi nequit.*
2 *Iudicari debet in Cathalonia secundum vsaticos, & constitutiones sub congruis titulis redactas.*
3 *Originalia constitutionum debent abscondi in archiuo Regio Barcinonæ.*
4 *Aduocati in Principatu Cathaloniæ debent aduocare secundum vsaticos, & constitutiones, atque capitula curiarum.*
5 *Vsaticus*, Iudicium in curia datum, *est confirmatus per constitutionem.*
6 *Casus vbi est decisus per iura patriæ, non est recurrẽdũ ad iura ciuilia & canonica.*
7 *Leges terræ sunt constitutiones, vsatici, & alia iura Cathaloniæ. & num. 8.*
9 *Lex aliquando sumitur largè, aliquando latius, aliquãdo obiectè.*
10 *Lex dicitur eo quod legitime agat: quandoque à legendo, eo quod scripta sit: quandoque etiam à ligando, eo quod liget.*
11 *Ius siue sit scriptum, siue non scriptum, æquo modo ligat.*
12 *An & quando de iure communi sit iudicandum secũdum leges & canones. remissiue.*
13 *Iudicans in foro seculari in Cathalonia, quæ seruare debeat.*
14 *Commemorationes Petri Alberti sunt consuetudines generales Cathaloniæ.*
15 *Transgressor consuetudinis & transgressor legis pariter puniuntur.*
16 *Arbitrium iudicis sumitur ex æquitate & ratione iuris communis. idem nu. 17.*
18 *Non omnia iuria communia habent æquitatem & bonam rationem.*
19 *Ratione semper est vincendum.*
20 *Lex quid sit.*

Popu-

Digitized by Google

21 *Populus an possit condere legem, & auferre potestatem domino Papæ, vel Imperatori, traditur remissiue.*
22 *Comites Barcinonæ, & Reges Aragonum sunt quasi Imperator, eo quod nullum recognoscant superiorem.*
23 *Lex debet esse clara, nullum habens obscurum, vel captiosum.*
24 *Lex obligat submissos.*
25 *Militibus magis conuenit experientia armorum, quam legum.*
26 *Milites hodie possunt esse iudices.*
27 *Expertus in nihilo nihil scit.*
28 *Milites, fœminæ, rustici, & alij, qui habent iuris ignorantiam, non possunt prætendere ignorantiam harum constitutionum generalium; & ratio traditur ibidem.*
29 *Doctores & magistri sunt necessarij, & eorum opiniones sunt sequendæ.*
30 *Opinio communis pro veritate habetur.*
31 *Ius subsistere nequit, si nõ sunt iurisperiti, per quos possit quotidie in melius perduci.*
32 *Dubius est litis euentus.*
33 *Aduocatus bonus debet deserere causam, si videat desperatam & iniustam.*
34 *Periti in iure communi & patrio dicuntur personæ idoneæ, qui aliter non dicerentur.*
35 *Narcissus de Sancto Dionysio Legum Doctor fuit vnus ex tribus personis electis, qui compilauit antiquitus constitutiones Cathaloniæ.*
36 *Sententia ex pluribus iudicibus in numero impari valet, quæ à maiori eorum parte lata sit.*
37 *Contractus & iura condi possunt in vulgari.*
38 *Statuta recipiunt interpretationem, & non extensionem.*
39 *Rubricæ ideo ponuntur, vt iura melius collocentur & memoriæ commendentur.*
40 *Memorabilia sunt quæ ordinem seruant.*
41 *Vsatici & constit. Cathaloniæ seruari debent in curijs Prælatorum, Baronum, & militum.*
42 *Intellectus statu duplex, litteralis, & mentalis. & declaratur.*
43 *Intellectus naturalis statuti est, pro quo recurritur ad communem populi opinionem.*
44 *Verba sunt intelligenda naturaliter, & iuxta propriũ significatum.*
45 *Filij appellatione non veniunt bastardi.*
46 *Legis mens & ratio potius attenditur, quam ipsius verba.*
47 *Legis mens & ratio est ipsa lex.*
48 *Glossæ sunt necessariæ pro intelligendis iuribus.*
49 *Lex sta consistit verbis & ratione, sicut homo anima & corpore.*
50 *Statuta recipiunt interpretationem vnæ rationis, vel vnæ æquitatis.*
51 *Dubium vbi ex lege insurgit, quod egeat interpretatione, quæ forma sit seruanda.*
52 *In legem committit, qui verba legis amplectens contra legis mentem voluntatem.*
53 *Cauillare quid. remissiue.*
54 *Ius commune an interpretetur statuta, & an statuta possint glossari. remissiue.*
55 *Transsumpto iudicis auctoritate statur, sicut ipsius originali, sed exemplo exempli non creditur. & idem num. 56.*
58 *Fides datur libris & scripturis reuoluitis in archiuo publico, inter eos qui sunt de iurisdictione, cuius est archiuum. nu. 59.*
60 *Aduocati non tenentur patrocinari in vulgari, nisi id expresse requiratur, & ratio traditur nu. 62. & pœna traditur nu. 66. & quid si aduocatus est clericus. num. 67.*
61 *Aduocati in Cathalonia debent esse Cathalani, & traditur ratio.*
63 *Iudicantes inique faciunt litem suam.*
64 *Vnusquisque bene iudicat hoc quod bene intelligit, & cognoscit.*
65 *Aduocatus aduersarij tenetur parti alteri exponere allegationes in vulgari: secus autem est de iure cõmuni.*
68 *Ex serie & tenore textus elicitus sensus optimus & rationabilis.*

PER tal que las leys de la terra del Principat de Catalunya, &c. Hæc constitutio non potest congrue summari, sicut & lex, † quæ diuidit, vel distinguit, vel regulam tradit, summari non potest: quia quodcunque horum trium lex faciat, necessaria sunt omnia verba, quæ in ipsa lege ponuntur: & ideo non potest detrahendo verba magis in summa verborum reduci. secundum *Iacobũ de Calicio, Antonium de Butrio,* & *Albericum de Rosat.* in *l. de executionibus. ff. de verborum oblig.* Sed loco summæ potest breuiter diuidi in partes quatuor. In prima statuit, quod † iura Cathaloniæ, hoc est, vsatici, & constitutiones reducantur de Latino in vulgare idioma Cathaloniæ, cum quibus, & capitulis curiarum, sub congruis titulis collocatis, debet iudicari in Cathalonia. In secunda parte, quæ ibi in §. *E aquella tota calumnia,* disponit, quod † originale primum recõdatur in archiuo Regio Barcinonę, & de eo fiat translatũ correctum & authenticum, quod ponatur in domo Deputationis generalis Cathaloniæ, adeo vt in casu dubij recurratur ad ipsum originale archiui, vel ad authenticum ipsius Deputationis. In tertia parte, quæ † est ibi in §. *Prouehim encara,* statuit, quod Aduocati, si inde requisiti fuerint per aliquem litigantium, teneantur proponere, ratiocinari, allegare, & producere verbo & scriptis, tam in collationibus, quam in processibus, dictos vsaticos constitutiones, & capitula curiarum generalium, & aliarum legum huius patriæ, in lingua Cathalana, ad finem, vt melius percipi valeant ab omnibus, etiam laicis, pœna decẽ librarum contrafacientibus imminente, inter fiscum & querelantem mediatim adquirenda. In quarta parte quæ † est in §. *E per tal que les dits vsatges,* confirmando vsaticum incipientem, *Iudicia curiæ, & vsatici,* &c. iubet illũ, & alios vsaticos, constitutiones, & iura huius patriæ obseruari,

uari: ita quod ad alia iura non recurratur in casibus, qui per vsaticos, constitutiones, vel capitula curiarum generalium, aut alia iura Cathaloniæ, & leges huius patriæ fuerint determinati. Hoc dicit, vsque ad §. *pensants*, &c. & hoc sit pro casu & summa totius præsentis capituli. Ex quo
6 illud præcipue nota, † quod in casibus decisis per iura patriæ non est recurrendū ad leges Romanas, neque ad alia iura ciuilia, siue canonica: quod intellige, nisi fuerint casus spirituales, vel annexi spiritualibus, aut mere Ecclesiastici, puta in causa hæresis, vsurarum, matrimonij, filiationis iure patronatus, & huiusmodi, in quibus leges & iura sæcularium non dedignātur Canones sequi: vt *extra. de iudicijs. cap. clerici.* & *de nou operis nunciatione. cap.* 1. & *de ordi. cogni. c. tuam.* vide quę scripsi super vsatico, *Omnes causæ.* Sequitur expositio lit-
7 teræ, ibi, † in verbo, *les lers de la terra*, &c. expone, idest, constitutiones, & alia iura Patriæ, vt sunt vsatici, constitutiones, capitula curiarū, consuetudines generales & speciales, ac priuilegia, quæ sunt leges priuatæ, & etiam quædam leges Goticę, quæ in paucis & certis casibus seruantur, notatis in vsatico, *Iudicia curiæ.* & dixi supra *collat.* 5. *curiæ Montisalbi cap.* 28. *Item dicimus*
8 *& ordinamus*, &c. quia † vsus, consuetudines, priuilegia, & libertates, quæ per has constitutiones sunt approbatæ, dicuntur etiam leges & iura patriæ, large sumpto vocabulo, prout sumitur hic.
9 Vnde nota, † quod lex sumitur quandoq. large, vt hic, & in Decretis, 1. *dist. cap. lex est constitutio scripta.* & subaudi, iustum præcipiens, & contrarium prohibens: 23. *q.* 4. *cap. si Ecclesia.* in fine. quādoque sumitur stricte, prout est pars, siue species iuris Quiritum: vt *dist.* 2. *cap. lex est constitutio populi.* & *ff. de legibus. l.* 1. hic autem sumitur pro quolibet iure scripto: vt 1. *dist. cap. lex est.* Immo & hic sumitur largius, puta, pro omni iure, etiā non scripto, vt sunt vsatici & cōsuetudines, quibus vtimur in Cathalonia: & hoc probatur inferius, dum prohibet recurri ad alia iura extranea quæ non sunt iura municipalia huius patrię. Ad idem in vsatico, *Iudicia curiæ.* præalleg. & infra *collat.* 10. *in curia domine Mariæ, cap. Assats es cosa ridiculosa.* & supra *collat.* 8. *in curia Regis Martini, cap. Item senyor quels Cancellers*, &c. & adde quæ
10 in eis vtrobiq. scripsi. Et † dicitur lex, eo quod legitime agat. 3. *dist. cap. omnis autem lex.* nā plectit malos, & remunerat bonos: *ff. de iust. & iur. l.* 1. Item dicitur à legendo, eo quod scripta est, secūdum *Isoc.* 5. *lib. Ethic. c.* 3. & secundum hoc dicitur lex à lego legis: quandoque etiam dicitur à ligo ligas, quia ligat: & hoc modo sumitur hic pro omni iure scripto & non scripto, communi
11 & priuato. Quia † siue sit ius scriptum, siue nō scriptum, tamen pariter ligat: *ff. de legibus. l. de quibus.* & *extra. de consuetud. cap. cum consuetudinis non sit vtilis auctoritas.* & *instit. de iure naturali gentiū & ciui.* §. *ex non scripto.* & in vsatico, *Vnaquæque*
12 *gens.* Sed an † & quando sit iudicandum de iure secundum leges, vel canones, dic per *Henri. extra. de nou operis nunc. intelleximus.* adde quæ scripsi super *cap. Assats es cosa ridiculosa. in curia Reginæ Mariæ. infra collat. proxima.* Vnde si habes iudica-
13 re in † foro sæculari in hac patria, videas primo an sit priuilegium in loco, per quod quæstio tua possit decidi, & serua priuilegium illud, si est validum, quia priuilegia per has constitutiones confirmantur, vt supra *collat.* 2. *in* 2. *curia Barc. c. Idcirconor*, &c. cum suis concordantijs. Si vero priuilegium deficiat, vide secundo, an sit ibi cōsuetudo valida, per quam quęstio decidatur, & serua consuetudinem, primo tamen specialem loci, si fit: sin autem, generalem, vt sunt *Commemo-*
R4 *rationes* † *Petri Alberti*: quia omnes consuetudines sunt per ipsas constitutiones confirmatæ, vti in allegato *cap. Idcirco nos*, &c. cum suis concord.
15 & similibus multis. Pariter † enim punitur trāsgressor consuetudinis, sicut transgressor legis: vti in Decretis 10. *dist. cap. in ijs.* Si vero deficiāt priuilegium & consuetudines, tunc iudicandum est tertio per vsaticos, constitutiones, & capitula curiarum huius Patriæ, in quantum non sunt abrogata, iuxta notata supra in allegato *cap. Item senyor quels Cancellers. in curia Regis Martini, colla.* 8.
Vltimo, his omnibus deficientibus recurritur ad bonum iudicis arbitrium, vt ibi dicitur, & in vsatico, *Iudicia curiæ*, qui confirmatur hic. Quod ar-
16 bitrium sumetur ex æquitate & ratione iurium communium, canonici, vel ciuilis, prout magis magis æquum & rationabile reperietur, vt notat ibi *Iacobus de Monteisdaico*, & dixi in dicto *cap. Itē senyor quels Cancellers.* super verbo, *segons vsatges de Barcelona, & constitucions*, &c. & super verbo, *E bona raho.* Facit *cap.* 1. & *cap. ne innitaris. extra. de cōstitut.* cum ibi notatis. Quidam tamen astute intelligentes dictum *cap. Item senyor quels Cancellers*, &c. dicunt, quod statim deficientibus omnibus iuribus patriæ, debent seruari iura communia, etiamsi fuerint iniqua & irrationabilia, seu cōtra æquitatem & bonam rationem: & quia tunc demum habetur recursus ad æquitatem & bonā rationem, cum deficiunt iura communia, sed nunquam, vel raro contingere posset, quod deficeret omne ius commune, quin saltem de similibus ad similia posset iudicari, per *l. non possunt. ff. de legib.* Sed hoc non credo verum, quia non reuocatur vsaticus, *Iudicia curiæ*, vbi dicit, debere recurri ad
17 arbitrium. Sed † declaratur quod erit arbitrium secundum leges, iura communia, æquitatem, & rationem, scilicet promiscue, hoc est, in quātum contineat æquitatem & bonam rationem, secundum *glossam Iacobi* in vsat. *Iudicia.* Non enim credibile est, quod dominus Rex & sua curia velint corrigere vsaticos, & leges iniquas introducere:
18 quia non omnia † iura communia habent æquitatem, nec bonam rationem: vt per *Bart. l. prospexit. ff. qui, & a quibus ma. non licet.* & hoc vult text. dicere, cum dixit, *æquitatem, & bonam rationem*: nō enim dixit, *dret comun*, simpliciter; sed adiecit,

equitat,

Digitized by Google

& bona ratio. ergo videtur reprobare leges iniquas,& iniquitatem: quia licet omnis lex, vel ius commune habeat rationem, non tamen omnia habent æquitatem, & bonam rationem, ideo notanter dixit,*equitat & bona ratio*, quia per hoc remouit iniquitatem, & minus bonam rationē: quia quædam sunt leges,quæ licet in se aliquādo habeant rationem, non tamen habēt bonam rationem,imo iniquitatē & duritiam continēt: vt dicit dicta *l. proſpexit*. Vnde tene q̄ prius dixi hic, & in alleg. *c. Item ſenyor quels Cancellers.* ſuper verbo *ſegons vſatges*,& in verbo *dret comun*,& iſte est bonus ſenſus & verus, ſecundum quem debent intelligi & practicari iura huius patriæ, vt dicitur infra *eod.c.*in verbo, *E que ſien enteſos*: & quia in hoc *c.*exprelle confirmatur vſat. *Iudi-*
19 *cia curiæ*,& † ſemper ratione vincendum est: vt
23.*q.6.c.vides*,vt opinor, dum dicit, *diſputatione*
20 *pugnandum, & ratione vincendum.* Et † vt melius intelligas quid ſit lex,ſciēdum est,quod ſicut eorum,quæ partim fiunt exterius, quædam ratio in mente artificis perexiſtit. quæ dicitur regula artis,etiam illius operis iuſti,quod ratio determinat,perexiſtit in mente quaſi quædā regula prudentiæ: & hoc ſi in ſcriptis redigatur, vocatur lex: est enim lex conſtitutio ſcripta: & ideo lex non est ipſum ius,proprie loquendo, ſed aliqualis ratio iuris,ſecundum *S.Thomam de Aquino*,vti
21 refert *Archid.in Roſario*,1.*diſt.c.lex*.Sed an † populus poſsit condere legem, & auferre poteſtatē Imperatori,vel Papæ,vide in *Roſario* 2. *diſt.cap. lex*.ſuper *gloſ.* 1.vide etiam quæ ſcripſi ſup.*colla.*
22 *6.curiæ Perpiniani c.* 1.ſuper verbo *leges*.Ex† quo nota,quod Reges Aragonum, & Principes Cathaloniæ Comites Barcinonæ ſunt quaſi Imperator, quia non recognoſcunt ſuperiorem in tēporalibus;ergo,ſi poſſunt facere leges & conſtitutiones generales in hac patria,tamen cum curijs generalibus,de qua Iacobus de Calicio compoſuit ſuum tractatum,quem nominauit,Exgrauatorium ſiue Senem Curialem. vide ibi latius. vide etiam & adde quæ notantur per Doctores in vſat.*Vnaquaque gens*.§.*lex*. adde quæ notantur ſupra in *curia Perpiniani*,*cap.hac noſtra*. ſuper verbo,*conſtitutione*,& ſupra *colla.*2.*in* 2.*curia Barcino. c.Item quod ſemel in anno*. & melius in *c.* 17. *Item conſtituimus*. Sequitur in textu, ibi,*ſien pus man-*
23 *ſtes & inteligibles*: nota ergo quod † lex debet eſſe manifeſta & clara, nil habens obſcurum, vel captioſum: vt in *Decretis* 4. *diſt.c.erit autem lex*. Sequitur in textu, *a tots noſtres ſobmeſos*:hos enim
24 aſtrinxit † lex.de quo dic vt *extra.de conſtit.c.* 1. & *cap.quæ in Eccleſiarum*.& ibi vide *Henri.*&*Gui. de Suzania Trinit.l.cunctos populos*. adde quæ ſcripſi ſupra *colla.*.6.*curiæ Montiſſoni cap.* 1. ſuper verbo *ſubditis noſtris*. Nota litteram, quia hoc maxime
25 impetrarunt milites, quorum † intereſt magis arma ſcire,quam leges:vt *C. de iuris & facti ignorantia*,*l.* 1. cum concordantijs. & hinc ſumpſerunt occaſionem litigandi in curijs, contra ſtatū ſui ordinis,& in damnum Reipublicæ: vt dixi ſupra *collat.6.curiæ Montiſſoni c.quia vt experientia*,vbi tractatur de generoſis militibus.Et est hic
26 argumentum, quod hodie milites† poſſunt eſſe iudices,vt *C.de iudi.l.certi iuris.* de quo v.de quæ ſcripſi in *c.in ciuitatibus.* ſupra in *curia Montiſſoni*, *collat.6.* & adde notata per *Ioannem Andream in addi.Spec.tit.de aduocato.*§.*aduocati.verſ.Item quod*
27 *non habet peritiam litterarum*,&c. qui enim† nihil expertus est,nihil ſcit. Item est hic argumentū.
28 quod † hodie milites,fœminæ,ruſtici, & alij, qui habent iuris ignorantiam,iuxta notata in *l.* 1.*C. de iuris & facti ignorantia*, non poſſunt prætendere ignorantiam iuris harum conſtitutionum & iurium huius patriæ,ex quo fiunt manifeſta cunctis etiam illiteratis, & mere laicis, & omnibus ſubditis domini Regis, præſertim ſi poterūt conſulere peritiores,quia licet legantur in vulgari, nihilominus tamen non intelliguntur recte ab omnibus,vt vides: imo gloſsis,apoſtillis,declarationibus,& concordantijs opus est,nil etenim tam clarum ſtatuitur, & etiam, vt in Procœmio Clementinarum, quia littera occidit, ſpiritus viuificat:*extra.de renunc.cap.niſi cum pridem.*& nō in ſolijs,nec in cortice ſcripturarum, ſed in radice rationis conſiſtit Euangelium.1.*q.*1.*cap. Marcion.*& *ff.de legibus.l.ſcire*. & dum verborum proprietas plerumque attenditur,ſenſus veritatis admittur:vt *extra.de verb.ſigni.c.præterea*. & intelliguntur hic mere laici,omnino illitterati ad modum Francorum & vulgarium, qui illitteratos dicunt laicos,& litteratos ſcientificos, licet cōiugatos,vocant clericos:ſic *extra. de hæreticis.cap.*
29 *quicumque.*§.*inhibemus*.& ibi *gloſ.*& ideo † neceſsarij ſunt Doctores & magiſtri, per quos iura intelligantur,& declarentur, & in melius producantur:& ideo opiniones Doctorum ſunt foueēdæ.De quo dic vt notatur per *Henricum Boich*,
30 *extra.de decimis.cap.dudum.in* 2.*diſt.* & † communis opinio pro veritate habetur:vt *l.ſi mater.C.ne de ſta.defunct.* & notatur in *l.ſi a vicinis. C.de nup-*
31 *tijs*.Et † ius conſtare non poteſt, niſi ſint iuriſperiti,per quos poſsit quotidie in melius produci: vt *ff.de origine iuris.l.*2.§.*poſt originem*. Facit ſupra *collat.proxima*,*cap.Item ſenyor*,*com ſegons la ordinacio*.& ibi dixi in 2.notabili.Sequitur in textu,*E per conſeguent mills pugen ſaber lur dret & juſticia*,
32 &c.miror quomodo hoc poteſt eſſe, † quia dubius est litis euentus.vt *ff.de tranſact.l.* 1. & *l.poſtrem.*& melius *ff.de peculio.l. debetur*.Sed dic,quod ex actis,quando fuerit in cauſa cōcluſum, & forte ante poterit videre litigans an iuſtam vel iniuſtam foueat cauſam:& ſic cedendo liti poterit euitare condemnationem expenſarum,& prouidere ſuæ conſcientiæ: hocque idem poterit, ac
33 debebit facere bonus † aduocatus, vt deſerat cauſam,ſi viderit eam deſperatam atque iniuſtā: vt *l.rem non nouam.C.de iudic.* ſuper quo vide notata per *Matthæum de Mataſilanis in ſuo octuageſimo ſecundo notabili*,incipit,*Nota practicā*,*quod quo-*

tieſtumque in cauſa principali, &c. & dic vt ibi. Sequitur in textu, ibi, *ſien elegides tres bones & ido-*
34 *nees perſones*, ſubaudi, quæ † ſint peritæ in iure communi, alias non differentur idoneæ: & etiam debent eſſe periti in iuribus patriæ: arg. infra *collat. proxi. c. aſſats es coſa ridiculoſa*: & vnus iſtarum pe. ſonarum fuit dominus meus dominus Narciſſus de Sancto Dionyſio Legum Doctor, qui præ cæteris inuigilauit in faciendo tranſlationē & compilationem huiuſmodi ſub congruis titulis, ſequendo ordinem Codicis Iuſtiniani, & etiam componendo Summulam abbreuiatam ſub
36 eiſdem titulis. Et nota quod dixit, tres: † quia forte ideo ſub numero impari eliguntur, vt ſi in aliquo diſcordarent, valeret ſententia plurium: arg. *extra. de arbitris. cap.* 1. cum ſimilibus. Et ad hoc quod hic dicitur de notario, eſt arg *extra. de probat. c. quoniam.* Sequitur in textu. *reaueſchen do Llati en llengua vulgar Catalana.* Hic eſt clarum,
37 quod leges, † conſtitutiones, ſententiæ facta, decreta, & contractus, ac iura & inſtrumenta poſſunt confici in vulgari, & etiam teſtamenta: arg. *C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. vltimo.* debent tamē ſcribi clare per litterarum conſequentiam, & non per notas, vel per ſigna ambigua: vt *C. de ve-*
38 *teri iure enuc. l.* 1. §. *nullus. verſ. ne autem.* Item nota, quod ſtatuta recipiunt interpretationem, id-eſt, expoſitionē, ſiue declarationem, vt *ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. & ſi lege.* ſed non recipiunt interpretationem, ideſt prorogationem, ſiue extenſionem. vt *l. conſtitutionibus. ff. ad municipales.* ſecundum *Ioannem* & *Ray. le Forli. ff. de verb. ſign. f. l.* 1. *in* 1. *q.* Sequitur in textu, *E per propris titols, o rubricas, aſi que ſien millis collocats.* Nota hic. quod id
39 circo ponuntur † rubricæ, vt melius collocentur, & memoriæ commendentur: quia memorabi-
40 lia ſunt † quæ ordinem ſeruant: arg. *extra de accuſa. c. ſolliciter & quando. in* 1. quia penes materiā inquirendi ſunt ſermones, & ſecundum ſubiectā materiam intelligendi. vt *ff. de peti. hæred. l. vtrum.* Sequitur in textu: *E que dels dits vſatges & conſtitucions axi de Llati, com de Catala, o de vulgar hage, & dege eſſer jutjat*, &c. concor. ſupra in vſat. *Antequam.* & in vſat. *Iudicia curiæ.* & in vſat. *Alium namque.* vbi ponuntur bona verba & ſancta, ſcilicet, *ſeruaſſent iuſtitiam*, &c. & ſupra *collat. 6. in curia Ceruariæ cap. Inprimis.* & ſupra *collat 8. in curia Regis Martini cap. Item Senyor quels Cancellers.* & infra *collat. 10. in curia domine Mariæ cap. Aſſats es coſa ridiculoſa.* vide quæ in eis notaui, & dixi ſupra in verbo, *las leys de la terra.* vide iuſtra *collat.* 11. *in curia domini Alfonſi III. c. confirmants, loants.* Sequitur in textu. ibi, *& altres juys del Principat de*
41 *Catalunya.* Nota quod † hic habes clariſſime, q vſatici, conſtitutiones, & alia iura generalia Cathaloniæ debent ſeruari in curijs & terris quorumcumque Prælatorum, Baronum, Militum, & aliorum totius Principatus Cathalon æ: vt dixi ſup. *collat. 6. curiæ [illegible]ſſoni cap.* 1. ſuper verbo, *Inuaſtis noſtris.* Sequitur in textu: *E que ſien enteſes,*

practicats, & practicades, ſegōs lo vertader & bon ſeny de aquells. Duplex eſt intellectus ſtatuti, ſcili-
42 cet, † litteralis & mentalis: pro primo recurritur ad Grammaticos, pro ſecundo ad mentem legum recurrendum eſt. *C. de li. parte, vel exhære. l.* 3.
43 Intellectus † naturalis eſt, pro quo recurritur ad communem vulgi opinionem. vt *ff. de ſupel. le. l. Labeo.* & *ff. de legatis tertio. l. librorum. §. quod tamē caſus.* Et hic intellige quod dicit, *bon ſeny.* ideſt, ſecundum rationem naturalem, quæ ex toto nō poteſt conſtitutione ciuili deleri, poteſt tamen eius effectus tolli, vel imprimi: vt *l.* 2. *ff. de vſufru.*
44 *earum rerum quæ vſu conſu.* Vnde † verba debent intelligi naturaliter, & ſecundum proprium, primordialem, & naturalem ſignificatum, niſi repugnet diffinitio ſecundum *Bal.* qui allegat pro primo *l. ſi. C. de his qui ve. æta. impe.* & *l. ea. ff. le capi.*
45 *diminu.* Et † per hoc dicit, quod filij appellatio includit baſtardos, quia nō congruit diffinitioni *l. filium. ff. de adop.* Vnde deficiente iure ſcripto allegari poteſt ratio, lex enim eſt omne quod ratione conſiſtit: & dicit Seneca, *Si vis omnia tibi ſubycere, ſubijcias te rationi:* vt notat *gl. ſ. ext. de electio. c. ex eo.* ſuper verbo *rationis. lib.* 6. Quare nota
46 valde hanc litteram, ex qua habes clarum, quod potius attenditur mens & ratio legis: quia ſcire leges, hoc eſt, non verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem: vt ff. *de legibus. l. ſcire leges.* & *extra de verb. ſignif. c. in ys.* & infra *eod. c. contra la penſa.*
47 quia † mens & ratio legis eſt ipſa lex: vt ff. *de excuſa. tut. l. ſcire oportet. §. aliud autem.* & dixi ſup. *eod. c. Els aduocats*, ſuper verbo, *en tal cas aquell qui lo dit ſalari*, &c. vide *gloſ. in c. vt quis duas.* ſup. verbo *rationi. extra. de elect. lib.* 6. & ideo gloſſæ ne
48 ceſſariæ † ſunt, vt dixi ſup. *eod. cap.* in verbo, *axi lletrats, com no lletrats.* & in *curia Regis Martini, c. Item ſenyor quels cancellers.* ſuper verbo, *bona raho.* & ff. *de legibus. l. benignius.* ibi, *quo voluntas earū con-*
49 *ſeruetur.* quia † ſicut homo cōſiſtit anima & corpore, ſic lex verbis & ratione, & facit quod mēs ſtatuentium eſt attendenda, infra 1. *diſt. c. conſuetudo.* 14. *q.* 3. *plerique.* & *extra. de verb. ſignif. c. intelligentia.* & 1. *q.* 1. *Marchion.* ſecundum *Fioranum de Sancto Petro de Bononia.* ſuper alleg. *l. ſcire leges.* ff. *de legibus.* & faciunt valde pro his quæ dixi ſup. *eod.* ſuper verbo *las leys de la terra.* in *verſ. quidam*
50 *tamen aſtute intelligentes*, &c. Statuta † enim recipiunt interpretationem viuæ rationis, vel viuæ æquitatis, ſecundum *Baldum in l. ſi defunctus. C. ſuis & leg. hæredi.* vide *Ray.* & *Dinum in l.* 1. ff. *de*
51 *verb. ſignif.* Si vero inſurgat † tale dubium, quod egeat interpretatione, tunc ſeruabitur forma *cap. Item ſtatuimus, quod capitulum faciem per nos*, &c. ſupra *in curia Gerundæ collat.* 4. vide quæ ibi dixi. Sequitur in textu, *E aquells tota calumnia, capcio,*
52 *ecanillacio*, &c. Nota, quod ille committit in legem, qui verba legis amplectens contra legis niſi nihilominus nititur voluntatem: prout legitur & notatur in *cap. certum eſt. extra. de regulis iuris. libro* 6. & ff. *de legibus. l. contra legem.* cum ſequenti. &

talis

Digitized by Google

talis debet puniri: ſuper quo vide quæ ſcripſi in *cap. cum ſecundum. in curia Perpinani*, ſupra *coll. 6.*
53 Facit 4. *dict. cap. erit autem lex.* & quid † ſit cauillare, habes in *l. natura cauillationis. ff. de verborum ſignificatione.* ¶ Super his vide notata per *Bal.* in *l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.* vbi quærit an ius
54 cõmune † interpretetur ſtatuta; & ibi etiam ponit, an ſtatuta poſsint glotlari, & qualiter ſint Hebraice intelligenda. Vide *Ioan. de Platea inſti. de iure natur. §. ius autem ciuile.* in *verſ. Item adde, quod ſi ſtatutum dicat*, &c. quod ſola friuola interpretatio tollitur, non autem legitima: vt in *cap. ex parte. de offic. dele.* & *de app. cap. paſtoralis.* ¶ Sequitur in textu, ibi, *ſien hauts per originals.* Nota q
55 authentico † exemplato iudicis auctoritate ſtatur ſicut originali, de quo dic vt legitur & notatur *extranag. de fide inſtrumento. cap. 1. & 2.* & *C. de eden. l. ſi quis in aliquo documento.* Sed exemplo
56 exempli † non creditur, eſt dictum *Ricard.* in *l. 2. C. de diuer. reſcriptis.* & non alibi, ſecundũ *Bal.* in
57 *l. ſancimus. eod. tit.* Sed † in propoſito hoc facit auctoritas principis, quia omnia noſtra facimus quibus â nobis impartitur auctoritas: vt *C. de veteri iure enucle. l. 1. §. & ideo ea quæ antea. verſ. omnia.* ¶ Sequitur in textu, *ſien meſes & recondides en larchiu de noſtre palau maior de Barcelona.* Nota hic
58 quod † datur fides libris & ſcripturis reconditis in archiuo publico: ſic *extra. de præſcrip. cap. ad audientiam.* & ibi nota *gl. f.* ſuper verbo *librum cẽſualem.* & *C. de fide inſtrumento. auth. ad hæc.* & *extra. de probationibus cap. 1.* & ibi nota per *Doct.* Sed
59 nota, † quod libri & ſcripturæ de archiuo publico non probant niſi inter eos qui ſunt de iuriſdictione eius cuius auctoritate cuſtodiuntur, ſecundum *Ioan. Andr.* in addi. *Spe. tit. de inſtrumento. edi. §. nunc dicendum. verſ. priuatum autem.* &c. in *addi. magna ibi 5. & ibi 6. & ibi dicunt autem, quod hæc vltima duo.* vide *Henricum Boich in cap. cauſam. extra. de probationibus. in vltima diſt.* & *dominum Ant. de Butrio extra. de præſcrip. capitulo, Ad audiẽtiam in 8. notab.* ¶ Sequitur in textu, in *6. proueim encara*, &c. ibi, *ſi daço raquejis ſeran.* Nota hic quod
60 aduocati † non tenentur patrocinari in vulgari niſi expreſſe requiratur per aliquam partem litigantium. Sed ſi requiſitum fuerit, tenentur ſcedulare, & allegare in vulgari Cathalonico in quantum in eis fuerit: quia aliquando eſt talis qui neſcit ita plane loqui noſtrum idioma, ſiue vulgare Cathaloniæ, vel quia forſan ſunt aliqua vocabula Latina; quæ nequeunt ita plane intelligi, vel reduci in vulgare Cathaloniæ: ſicut ſunt multa quæ melius mente percipiuntur quã elocutione exprimantur, *extra. de dona. cap. Apoſtolice.* & *ff. rem rat. habi. l. quo enim. §. Iul.* ¶ Sequitur in tex. ibi, *aſsi que nulls ſien enteſes, & percebuts per les parts litigants, & altres qui preſents ſeran*, per hoc
61 habes clarum quod aduocati † in hac patria debent Cathalani eſſe, quia melius ſciunt conſuetudines & mores patriæ. Pro hoc ſupra *coll. 4. in*
62 *curia 2. Barcin. cap. 1. & 2.* Ecce † cauſam quare coguntur aduocati patrocinari in vulgari, videlicet vt tam litigantes, quam alij, puta conſiliarij, vel quia ſunt iudices illiterati, ſicut in duobus ex tribus iudicibus tabulæ, vel ſunt mercatores conſules maris, vel Gubernator, vel Vicarius, vel alij officiales, & arbitri omnino laici & idiotæ, qui quandoque, & prohdolor ſæpius ſe intromittunt de iudicando: & tamen cęcus male iudicat de coloribus, contra quos facit *l. conſulta dualia. C. de teſta.* volunt enim videri, & vocari *Rabbi*, non animaduertentes, quod culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti: vt *extra. de re-*
63 *gu. iur. cap. non eſt ſine culpa. lib. 6.* & ſi inique † iudicent vel arbitrentur, faciunt litem ſuam *C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo.* & nota ſupra *cod. cap. los ſalaris*, ſuper verbo *de tots*, & melius *in cap. confirmants la conſtitucio.* ſuper verbo. *E per ço com lo dit official tendra taula.* in *verſ. Et ibi nota quod arbiter male iudicando.* ſub *verſ. Item ſyndicatur iudex*, & vtinam â dolo cauerent, & â corruptione pecuniæ reginæ, cui obediunt hodie omnes: vt *Eccleſiaſtes cap. vltimo.* & *1. q. 1. cap. totum.* Vnuſ-
64 quiſque † enim bene iudicat hoc quod bene intelligit & cognoſcit, & horum iudex optimus eſt. Facit *extra. de præſcrip. cap. auditis, & intellectis.* & *ff. de tranſact. l. de his.* ¶ Sequitur in tex. ibi, *eſſer poſſades & ordenades per lo dit aduocat en llẽgua vulgar Cathalana, ſegons deſſus es dit*, &c. pro hoc facit quæſtio dominicalis domini *Bar. Brixien.* quæ incipit, *Sacerdos, qui conuenit laicum*, &c. de qua vide per *Henri. Boich extra. de libelli ob. cap. ſignificanti-*
65 *bus. in fi. 1. diſt.* Et ita † habes hic, quod aduocatus tui aduerſarij tenetur tibi in vulgari exponere allegationes ſuas: ſecus eſt de iure cõmuni, iuxta notata per *Ioan. And.* in *addi. Spe. tit. de aduocato. §. 2. verſ. Item quod non habet peritiam litterarum.* vide ibi, & *C. de poſtulan. l. quiſquis Albericus.* & *27. q. 1. cap. ſic enim*, & nota *Ioan. Andr. extra. de poſtulã. cap. 1.* ¶ Sequitur *è aço ſots pena de deu lliures.* Hãc
66 pœnã, non † incurrunt, niſi poſt requiſitionem cõtra fecerint: vt littera dicit, & ita ſis cautus, vt facias requiſitionem tuam apparere in actis. Sed
67 quid † ſi forte eſt aduocatus ille clericus qui nõ incurrit pœnam iſtam? Reſpondeo, denegabitur ſibi forus & audientia per iudicem: vt *l. moris. ff. de pœnis.* & *C. de iudi. l. ſancimus.* cũ ibi notatis per *Cin. Bar.* & *Bal.* ad idẽ, *§. ad concludendas in auth. de litigioſis. coll. 4.* ¶ Sequitur vltima pars in *§. E per tal ſi les dits vſatges*, ibi, *ſegons lur ſerie & tenor*, repete, ſegons *lo verteder & bon ſeny daquells*, vt præ-
68 miſſum eſt ſupra. Tamen † ſi ex ſerie & tenore textus elicitur bonus ſenſus & rationabilis: quia in quantũ poſſumus, litteræ inſeruire debemus: vt *l. non aliter. ff. de legatis tertio.* & infra *coll. proxi. cap. volents.* in verbo, *plenerament a la letra*, & *cap. al abus*, in verbo *a la letra.* vide quæ in eis dixi. quoniam primo eſt inſpiciendus tenor litteræ: vt *extra. de priuilegijs porro.* & vide quæ ibi notãtur per *Hen. Boich*, & quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. cur. Perpiniani cap. 1.* ¶ Sequitur hic in text. *E no ſia re-*

Digitized by Google

63 *Officiali denuntianti maleficium an credatur.*

64 *Statutum vbi dicat, quod qui non ceperit malefactorem, puniatur in centum, & fuerint plures qui non ceperint, an quilibet puniatur in singulis centum, remissiue.*

65 *De multiplici denuntiatione, & eius effectu, remissiue.*

66 *Denuntiatio vbi requiritur propter finem sciendi, data scientia non requiritur.*

67 *Pœna exigi non debet ab eo qui non denuntianit crimen, cum iam curia infra tempus eius habuerit notitiam.*

68 *Denuntiatio trina vbi requiritur, fieri non debet incontinenti, sed oportet quod habeat sua debita interualla.*

69 *Denuntiatio vbi requiritur de iure, vnica est sufficiens.*

70 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ, qui ex priuilegio solet remittere, & facere gratias, an poterint illud facere de pœnis constitutionis, ne meretrices in hostalibus teneantur.*

Ensants que dalgun temos ensa, &c. Casus. In
1 hostalibus † siue cauponis fœminæ meretrices & prostibulares, fornicatione vtentes commorari, nec etiam transeuntes vltra vnam diem sustineri non debent, pœna viginti florenorum hostalerijs & cauponibus contrafacientibus imminente: meretrices vero contrafacientes, & si illa vnica die fornicationem commiserint in hostali, seu caupona, & earum amici, siue lenones simul pœna fustigationis in loco ipsius hostalis, siue cauponæ publice puniantur. Quam pœnam pecuniariam officiales nequeunt remittere, nec ab ea etiam ad compositionem admittere delinquentes. Hoc dicit. Et diuiditur in partes quinque. In prima ponitur prohibitio. In secũda, ibi, *E si la dita femora*, ponitur meretricium & lenonũ contrafacientium punitio. In tertia, ibi, *E lo hostaller*, ponitur pœna hostalerio contra huiusmodi constitutionem venienti, quæ est pecuniaria, scilicet, viginti florenorum. In quarta, ibi, *de la qual pena*, ponitur ipsius pœnę pecuniariæ diuisio. In quinta & vltima, ibi, *E de la qual pena algun oficial*, ponitur prohibitio remittendi vel com-
2 ponendi de pœna. Et nota † ex hac constitutione magnam honestatem Regis Ferdinandi, qui fuit valde deuotus Virgini Mariæ, propter quã sumpsit stolam albam cum lilio, & eius neptis & nurus Regina Maria mulier honestissima valde fuit honestati mulierum, vt infra *collat.* 10. *c. a la condicio femenil.* vide ibi. & vidi, quod quamdiu regnauit dictus Rex Ferdinandus, hæc constitu-
3 tio fuit ad † vnguem obseruata, sed hodie proch dolor non omnino obseruatur, nisi ad extorquẽdum pecunias ab hostalerijs & cauponibus, cum quibus de facto componunt, & etiam cum meretricibus & lenonibus, contra mentem ipsius Re-
4 gis condentis, qui etiã † conatus fuit extirpare ludos & taffurarias: vt sup. *eod. c. la constitucio.* & *c. per tal que mal.* & inf. *eod. c. per obuiar.* Expone lit-

teram, ibi, *de algun temps ensa*, idest, â longo tẽpo-
5 re citra: quamdiu † est, quod propter auaritiam caupones de facto sustinuerunt, & sustinent in eorum hostalibus & cauponis seruas & alias mulieres meretrices de corpore viles, quæstum corporis facientes, propter lucrum earum, & hostalis, siue cauponæ: sed ex his non debet induci cõsue-
6 tudo: 32. *q.* 8. *c. flagitia.* quia † tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam: *extra. de consuet. cap. vlt.* & *de simon. c. non satis.* & debent eijci â †
7 vicinijs honestarum personarum: vt sup. *collat.* 6. *in curia Montisfloni. c. Mulieres.* vide quæ ibi dixi. & credo quod etiam ex officio poterũt officiales expellere tales mu-
8 lieres de corpore viles. Verũ † quia mundus de facto hodie non reputat ista carnalia esse peccata, propter nimiam delectationem, qua illaqueãtur omnes, tamen propter auaritiam, ideo nõ potest dari remedium obseruantiæ huius constitutionis. Sed si Deputati Generalis Cathaloniæ, & etiam Consiliarij, Iurati, & Consules ciuitatũ, & locorum attenderent ad honorem Dei, sicut intẽdunt prop. ijs honoribus & commodis, ipsi possent adhibere remedium: sed ista dimittantur Al-
9 tissimo, qui † videt omnia, & apud ipsum nullũ crimen pertransibit inultum: arg. 10. *q.* 3. *c. aliorũ.* Sed si omnia in hoc sęculo vindicata forent, locum iudicia diuina non haberẽt. 6. *q.* 1. *c. si omnia.* Sequitur in tex. *E damnada*, scilicet, vtroque iure, diuino, & humano. 32. *q.* 7. *c. non mœchaberis.* & Exodi 20. & *de vtero* 5. *c.* & *in auth. de lenonibus c.* 3. Sequitur in tex. *en custum*, subaudi, & verius in
10 abusum, † quia, vt dixi, de talib⁹ nõ est mos, nec consuetudo, sed abusus & corruptela: sic supra *c. confirmants la constitucio*, ibi, *E tolents lo abus.* vide
11 quæ ibi dixi: quia mos est longa † consuetudo de moribus vtentium tracta tantummodo. 1. *dist.*
12 *c. mos.* & mala † consuetudo tamquam corruptela vitanda est. 8. *dist. c. mala.* & in vsat. *Vnaquæque gens.* §. *mos.* vide ibi *Doctores.* Sequitur in text. ibi,
13 *auinentesa*. Nota, † quod omnis occasio mali vitanda est. *extra. de vita & honesta. cleric. cap. cum ab omni.* & supra *eadem. cap. per tal que mal.* vide ibi.
14 quia dicit vulgare, *auinentesa fa pecar.* & † omnis ætas ab adolescentia prona est ad malũ. 12. *q.*
15 1. *c.* 1. Et † quia natura humana propter peccatũ primi parentis ad malũ prona est: ideo res humana dicitur iniustũ, sed diuina est iustũ: vt *ff. de iust. & iure. l.* 1. §. *iurisprudentia.* & sicut † occasio mali
16 vitanda est, sic econuerso occasio boni est præbẽda. Vnde ait Salomon: *Da occasionẽ sapienti, & sapientior erit.* Prouerb. 9. & 23. *q.* 6. *c. vides.* in fine. ait enim Propheta: *Cum sancto sanctus eris, & cum*
17 *peruerso peruerteris.* Est autem † differentia inter causam & occasionem, quia causa est necessaria, captata ratione. vide in *auth. de nuptijs.* §. *occasionẽ.* & §. *seq. collat.* 4. quandoque tamen occasio sumitur pro causa: vt *ff. de donat. causa mortis. l. mort. causa capitur.* & etiã dicitur occasio, bona causa. ff. *de leg. l.* nã vt ait. Habes in text. *E don de la cosa publica.*

Digitized by Google

18 Nota, † quod omniũ eſt iniuria quod fit in Dei offenſam: vt *l. Manichæos. C. de hæreticis.* facit *ext. de hæreticis. c. vergentis.* & *in auth. Gazaros. C. eod. tit.*

19 quia Deus † eſt caput omniũ, & totius Reipublicæ, publiceque intereſt crimina non committi, & multa ac impunita non relinqui: *ff. ad legem Aquil. l. ità vulneratus. verſ. quidam abſurde.* & *ff. de iudi. l. ſi longius.* adde quæ notantur in *c. prouidẽtes Reipub.* ſup. *collat. 6. in curia Montiſſoni.* Sequitũr in

20 textu, *hoſtaler.* ſubaudi, quia † regulariter tenetur indifferenter admittere hoſpites, niſi ſubſit iuſta cauſa, vt quia iam habeat plures hoſpites, vel ſit inimicus ſuperueniens: res autem ſuas non cogitur ſuſcipere in cuſtodia, ſecundum *Gui. nau. can. ſta. l. 1. §. nautam.* Immo poteſt agere non ſuſceptus iniuriarum, vt ibidem. Adde infra *in curia dna Mariæ, c. als poſaders del ſenyor Rey.* Quæro, an

21 traditio clauium liberet aliquem â pœna & culpa? Dic quod ſic leuiſſima. *gl. ſ. ff. nau. can. ſta. l. debet. §. Item ſi prædixerit.* & de hoc vide bona ver-

22 ba per *Odo. c. loca. l. cũs.* Item quæro, an † pro his quæ ignoranter quis attulit in hoſpitio, teneatur hoſpes, ignorans illa impoſita. *Cinus* tenet quod ſic in *l. certi iuris. C. locati. Gloſſa* tenet contrarium in *l. 1. ff. nau. can.* & idem tenet *Roffer. ſ. in lib. iuris ciuilis. tit. de actione in factum ex illo edicto nau. can. ſta. verſ. tertium eſt neceſſarium.* alleg. in ar. *l. ff. de condi. & dem. l. cum in plures. §. locator.* & *ff. de iure dot. l. ſi ego. §. vltimo.* & *ff. de vſucap. l. ſequitur. §. tunc vide ibi formam libelli & poſitionum in hac materia.* vide & adde notata per *Ioan. Fab. inſtitut. de actio. §. Item Seruiana.* in *verſ. Petrus dicit, quod caupo tenetur.* Sequitur in textu, *Fembra, o ſclaua abandonada a vs de petat de carnalitat.* vide ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni, c. mulieres.* & quæ ibi ſcripſi. & nota verbum, *abandonada*, quia conſuetudinem

23 † notat: quoniam ſi aliqua ſerua, vel alia mulier, quæ prius haberetur honeſta, modo in hoſtali ſe ſubmitteret ſemel, non haberet locum iſta conſtitutio. Sed ſi ab amplius ſe exponeret vitio car-

24 nalitatis cum ex bino actu ſequatur conſuetudo delinquendi. vt notatur *C. de furtis auctoritate, ſed nouo iure.* & *l. nemo. C. de Epiſcopali audientia. l. palam. ff. de ritu nuptiarum.* tunc ſi caupo, vel hoſtalerius ſcienter talem mulierem abandonadam ſuſtinuerit, tenebitur pœna huius conſtitutionis, alias excuſaret eum ignorantia, niſi eſſet cralla & ſupina. vt *extra. de conſtitutionibus. c. finali. lib. ſexto.*

25 Item † ignorantia iuris excuſat â dolo: & an, & quando excuſet â delicto, nota in *authent. de nupt. inceſtis.* in principio, *collat. 2.* Item excuſat â pœna propter dolum, ſecundum *Angelum in l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui notantur infamia.* Sed †

26 iuriſperito non licet ius ignorare, nec allegare imperitiam. Notat idem *Angelus in l. 1. ff. quod quiſque iuris.* Item † non excuſat ignorantia circa ea, quæ ſunt facti quotidiana, ſecundum *Bartholomæum de Saliceto in l. matres. C. qui. pe. tu.* Et

27 quę † ignorantia excuſet â pœna, vide *Bartolum in l. haredem. ff. de his quibus vt indignis hereditas*

29 *tas aufertur.* Et quando † excuſet à peccato, vide

30 *lib. 2. Sent. diſt. 22. cap. eſt autem ignorantia.* & † de ignorantia dic latius vt ſcripſi ſupra, *eadem, cap.*

31 *primo.* ſuper verbo, *ignorantia allegat.* Sed † in muliere in dubio præſumitur ignorantia iuris, & in viro ſcientia, donec contrarium probetur: nota

32 *gloſ. in auth. præalleg. de inceſtis nuptiis.* Item † nota, quod ruſticitas, ignorantia, & imperitia excuſant à pœna poſitiua, quæ propter dolum imponitur: *ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. ſi quis id quod*

33 *§. doli.* Item faciens † contra ius, in dubio cenſetur facere plus ex culpa, niſi ſit iuriſperitus: nota *gloſſam ſecundam in l. 1. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque iuris.* & quid ſi ſeruare iurauerat, de hoc vide quæ dixi ſupra *colla. 6. cap. quas ſiquidem.* ſuper verbo, *iurantes.* Sequitur in textu, ibi, *ne acu-*

34 *lla en ſon hoſtal*, ſubaudi, retinendo, vel cauſa morandi ibidem vltra vnam diem. nec etiam per vnam diem, niſi forte fuerit viatrix. & hoc ſequitur, dum dicit, *ſino paſſant, o caminant.* Hic ergo habes caſum, in quo prohibetur recipi hoſpes, alias contra, vt ſupra dixi ſuper verbo, *noſtaler.*

37 De hac dictione, *niſi*, † an videlicet ponat, vel neget, nota per *Dinum de regulis iuris, cap. pactum. libro ſexto.* & per *Gui. de conſtit. cap. 1. eodem libro.* dic per *Henricum Boich extra. de præſcript. cap. de quarta. in 1. diſt.* adde *gloſſam extra. de accuſat. cap. accuſati*, ſuper verbo, *niſi.* Sequitur in textu, *Ni ay tal fembra caminant, o paſſant, ges remanir, ſino la die*, &c. dic, *ay tal*, ſcilicet, meretrix libera, vel ſerua muliercula de corpore vilis & abandonada, de qua

36 permiſſum eſt. Et nota, † quod huiuſmodi meretrices de quæſitis & lucro meretricio iuſte dãt decimas & eleemoſynas: vide *C. de condict. ob turpem cauſam. l. cum te.* per *Dinum.* quia turpiter non accipit, licet turpiter agat meretricando, ſecundum eum. Sed quidam contra, quia hoc eſt quæſitum cum peccato. *Gloſſa* tamen in *cap. ex tranſmiſſa. extra. de decimis*, tenet contra. Sacerdos tamen recipere nõ debet. vide ibi latius etiam per

37 *Antonium de Butrio.* Item † quod meretrix de quæſito ex meretricio poteſt hæredem inſtituere: *ff. de inofficioſo teſtamento. l. ſi ſuſpecta.* & *C. ad Orfit.*

38 *l. vltima.* Item † meretrix poteſt agere ad petẽdum promiſſum ob meretricium, vt dicta *l. cũ te.* Et nota quod meretrix non includitur in *l. raptores. C. de Epiſc. & cler.* quod dic vt ibi notat *Bal.*

39 Et eſt † meretrix, quæ multorum libidini paret: vt 34. *diſt. cap. vidua.* vide ibi *Guil. in Roſario.* Sequitur in textu, ibi, *per lo qual temps.* ſcilicet, dici quã morari permittitur vt viatrix, intrando, ſiue tranſeundo de loco ad locũ, quia licet tunc morari & hoſpitari permittitur, non tamen permittatur meretricari, nec alias ſtuprare ibidẽ. Sequitur in tex. *E ſi la dita fembra*, ſubaudi, ſcilicet, mulier libera, vel ſerua, meretrix, quia hoc importat verbum repetitiuũ *ſta dita*, & eſt mulier corrupta, nõ virgo puella. *l. de pupillo. §. denũciationẽ. ff. de no.*

40 *op. nunt.* Mulieris † tamẽ appellatione etiã venit virgo: vt *ff. de contrahẽ. empt. l. alioqui.* & ibi *glo.* vide

text.

Digitized by Google

tex. *de actio. emp. l. ex empto.* §. *si quis virginem. ff. de manumiſſis vindicta. l. ſi collectaneus.* In contrarium *ff. de auro & argen. le. l. argumento. ff. de verb. ſigni. l. mulieris.* vide ibi bonam *glo. & inſti. quib. mo. te. in fin.* in prin. *ff. de ædilitio edic. l. quæritur.* §. *mulierem. glo.* dicit in dicta *l. argumento,* quod comprehenduntur mulieris appellatione in larga ſignificatione verbi, quælibet fæminini ſexus, ſic intelligit legem illam, & allegat *l. ſeruis. ff. de legatis tertio.* & ibi *gloſ.* idem dicit, & vide ibi *Barto.* Sic
41 etiam † Ieſus Chriſtus pro nobis peccatoribus in Cruce pendens Virginem matrem ſuam vocauit mulierem. *Ioan. 19. cap.* dicens: *Mulier ecce filius tuus.* & ſic verbum *mulier,* ibi comprehendit
42 virginem. ¶ Vlterius † nota, quod ſi filiæ, vel ancillæ per patrem vel dominum, inuitæ cogãtur facere quæſtum corporis, poſſunt adire Epiſcopum qui liberabit ipſas à prædicta miſeria, & tales patres & domini deportantur, & amittunt ius quod habebant in ipſis: vt *l. lenones. C. de ſpectaculis ſcenicis, & lenonibus. lib. 11.* & *l. ſi lenones. C. de Epi. audi.* vbi de hoc vide, & adde notata per *Ioan. de Platea.* in dicta *l. ſi lenones. C. de ſpectaculis. lib. 11.* Et † quæ dicatur lena, vide *ff. de ritu nup.*
43 44 *l. palam.* §. *lena.* Et † dixit Poeta:

Lenonem lena non diligit abſq. crumena,

ideſt, burſa pecunia plena. Sequitur in text. *farà*
45 *lo contrari,* hoc eſt quia † commiſerit in hoſtali, vel caupona meretricium, tunc habebit locum pœna fuſtigationis, de qua hic ſubijcitur, *correga la vela ab aſſots.* Sed ſi faciet contra primam prohibitionem, ſcilicet, quod vltra diem ibi moretur; ſi tamen caſte viuat, & pactum fornicationis non committat, tunc forte non erit pœna fuſtigationis, ſed alia arbitraria quia iam ex hoc punitur hoſtalerius, & caupo, quia eam ſuſtinet cõ-
46 tra prohibitionem huius cap. & † pœna excedere delictum, contra *cap. quæſitum extra. de his quæ fiũt a maio. par. Cap.* & ideo hic ſimpliciter dixit, *farà lo contrari:* & non dicit, *in aliquo præmiſſorum;* Sed intelligitur *farà lo contrari,* ſcilicet peccatum carnalitatis ibi committendo. ¶ Sed quod ſequitur, *E ſi a gun amich ſera ab ella,* &c. *amich* hic accipitur pro lenone, qui vulgariter dicitur
47 *amich,* quaſi dicat ¶ non eſt maritus, ſed turpis amator, quem vocant *amich:* licet non ſit vera amicicia inter lenonem, & meretricem, & de tali lenone littera hic dicit *amich,* videtur contrariũ, quia eſſe ibi non punitur. Sed forte littera de hac vili materia loquens, voluit loqui curialiter, dicendo, *ſera ab ella:* & voluit dicere, ſcilicet peccãtum fornicationis committendo cum ea: quia hoc magis contingit, & euenire ſolet: & leges & iura ad ea adaptantur quæ ſæpe contingere ſolent: *ff. de legibus. l. nam ad ea,* & hanc lecturam crẽdo veriorem: quia in pœnis benignior eſt interpretatio facienda: vt *extra. de reg. iur. cap. in pœnis. lib. 6.* nondum tamen vidi caſum; & ſic neſcio quid ſeruatur de conſuetudine: vnde ſi oportet venire ad interpretationem, haberet ſeruari forma data per conſtitutionem: vt ſupra *colla. 6. curiæ Gerundæ cap. 10.* & dixi ſupra *cap. proxi.* ¶ Sequitur in text. ibi, *E lo hoſtaller que contra la dita*
48 *conſtitucio fara, o vindra,* ſcilicet tenendo † vel ſuſtinendo mulierculas meretrices publicas abandonadas in eius hoſtali publice, vel ſecrete, quia tunc incurrit hoſtalerius vel caupo pœnam viginti florenorum diuidendam ita, quod vna pars tertia detur delatori vel accuſatori, & alia tertia pars detur operi murorum, & reliqua tertiã pars curiæ loci. ¶ Sequitur vltima pars, ibi, *E de la qual pena,* nota, quia hic loquitur de pœna in ſingulari, & ſic clauſula iſta refertur ad proximam, ſcilicet ad pœnam pecuniariam viginti flo-
49 renorum: quia † clauſula iſta habet referri ſolũ ad proximiora: vt *ff. de verb. oblig. l. Titia.* §. *idem reſpondit.* vbi de hoc, *& extra. de app. cap. ſecundo requiris.* & *cap. intimaſti.* non enim extenditur ad pœnam fuſtigationis, de qua prius dixerat, quia ex quo de pœna fuſtigationis remiſsionem, vel cõpoſitionem fieri non prohibuit, permiſiſſe videtur: arg. *extr. de ſen. excom. cap. nuper.* facit quod hic prohibendo de vna videtur permiſiſſe de alia; arg. *extra. de præſump. cap. nonne.* & *ff. de iudic. l. cum prætor.* ad hoc etiam facit infra *cap. proxim.* §. *les quals penes.* &c, quia ſi hic de omnibus pœnis prohibere voluiſſet, facile erat dixiſſe in plurali, ſicut in dicto §. *les quals penes.* argum. *extra. de decimis. cap. ad audientiam.* & *C. de caducis tollen. l. vnica.* §. *ſin autem ad defic.* Et ſic nota hic vnum caſum, in quo prohibetur pœnæ remiſsio; alium habes intra *cap. proxi.* §. *vlti.* Item aliũ habes ſupra *cad. cap. per tal que mal.* vide quæ ibi dixi, ſuper verbo *diſpenſat.* & ſupra *collat. 6. curia Perpinani. cap. vt occaſions.* & *cad. colla. 6. curiæ Montiſſoni cap. qui verba nefandiſſima,* ſuper verbo *ſine ſpe veniæ,* & adde quæ dicam in alleg. §. *vltim.* ¶ Sequitur in text. ibi, *algun official real, o altre non pux fer remiſsio.* Nota, quia non prohibet hic niſi officiales: ſo-
50 lus ergo princeps, vel dominus loci poterit in hoc caſu diſpenſare. vt in prin. *vſatic. Barcin. cap. vnde cum dominus.* in fin. dum dicit ibi, *ſola vero poteſtas regia erit omnibus libera.* & in *vſat. quia iuſtitiam facere,* ibi, & *perdonare.* Facit *l. 1. ff. de conſtit. Princip.* ¶ Sequitur in text. ibi, *ſots pena de la dobla.* Nota hic, quod officiales contra prohibitionem huius conſtitutionis, remiſsionem vel compoſitionem facientes, incurrunt pœnam dupli; applicadam pro tertia parte accuſatori, vel denunciatori, & pro reſiduis partibus operi mu-
51 rorum. Sed quæro † hic, quæ & quanta erit hæc pœna dupli. An erit viginti florenorum pro duplo totius pœnæ remiſſæ; An erit duplum quãtitatis tantum remiſſæ; An eius quantitas quæ recipietur pro remiſsione? Reſpondeo, quod erit duplum totius pœnæ viginti florenorum: vt non relinquatur officiali via fraudandi, quia ſi ſolum teneretur ad duplum quantitatis remiſſæ, vt puta fecit remiſsionem pro vndecim ſolidis, & ſic remittetur pro viginti & vno ſolidis, hoc ſciens officia-

Digitized by Google

officialis posset fraudare curiam; vt non haberet integram tertiam, & tamen ideo videtur prohibitum fieri remissionem, vel compositionem, vt quilibet habeat integram tertiam, iuxta diuisionem supra factam; quia de hac pœna dupli nullum commodum adquiritur curiæ. Si vero tantummodo esset duplanda quantitas pro qua est facta remissio, vel compositio, esset iniquũ, quod
52 vbi plus remitteret, minus puniretur, & † pœna debet commensurari delicto: vt *C. de pœnis. l. sancimus.* & *extr. de his quæ fi. á maio. parte Capituli. cap.*
53 *quæsivit.* ¶ Item † quæro, an hic sit prohibitum transigi in casu litis dubiæ. Et videtur quod sic, quia hic prohibetur compositio, quæ sonat in transactionem, & ne vna via concedatur quod alia est prohibitum. In contrarium videtur, quia de re dubia & lite incerta causa dirimendarum litium est inuenta transactio. *ff. de transact. l.* 1. & 2. pro hoc *l. præses. C. de transact.* & non est verisimile, quod vnico verbo voluerit Princeps tollere dictas leges de transactione loquentes, & durum esset quod quis pro causa dubia vexaretur, & non permitteretur transigere, & certa sunt
54 crimina † de quibus est prohibitum transigi, de quibus nõ est causa pecuniaria: vt *l. transigere. C. de transact.* & hæc mihi videtur bona opinio, vt hanc constitutionem intelligamus in casu quando est notorium pœnam fore cõmissam, vel per confessionem, vel aliam probationem, aut sententiam, â qua non sit appellatum; vel per facti euidentiam, tunc enim non habet locum transactio, & expedit iura iuribus concordari. Faciunt notata in dicta *l. præses.* Sed multũ vrget in oppositum, quod hac via posset fingi, quod res sit dubia, & lis incerta, & sic venire ad transactio-
55 nem. Sed † dico, quod res notoria negatione improbabili non potest fieri dubia, secundum *Inno.* in *cap. quid per nouale. extra. de verb. sign.* & ibi *Bal.* quem vide *C. de proba. l.* 1. & ibi per *Cinum*: vide etiam *Innocen.* in *cap. ex parte in glos. magna* posita super verbo *fecerunt*. Si autem non ostendit priuilegium, tunc poterit cum excommunicare, non obstante improbabili negatione, quæ non facit rem dubiam: cogita tamen melius si casus euenerit; quia istæ nouæ constitutiones in lingua vulgari factæ multas pariunt dubitationes, & melius fuisset eas fieri in Latino, & postea redigi in vulgare: vt sic laici, in quantum posset fieri, eas intelligerent, & clerici scientifici iurisperiti in casu dubio disputarent, intelligo de dubio, quod non eget interpretatione, de qua habetur in *curia Gerũdæ cap.* 10. præalleg. quia multiplex est interpretatio, vt ibi dixi: & nota. 11. *quæst.* 1. §. *ex his omnibus.* in *glo.* & dixi latius supra in *cu-*
56 *ria Perpiniani. cap.* 1. Nec obstat quod † verbum *compositio*, sonat in transactionem, quia imo est generale verbum comprehẽdens pactum gratuitũ, transactionem, & omnem conuentionem: & ita potest hic intelligi, quod non fiat remissio, scilicet, in casu notorio, vel non dubio. Nec compositio, scilicet in casu claro; vt *l. præses. C. de transact.* Secus de transactione in casu dubij non ficti,
57 & cessante dolo. Et † est proprie remissio quando in totum remittitur, sed compositio, est quãdo pro parte, data pecunia: adde quæ leguntur, & notantur per *gl.* & *Doct.* in *l. præses.* præalleg.
58 ¶ Sequitur in tex. ibi, *o denunciador*. Nota † hic partem pœnæ adquiri denuncianti. & vide *ff. ad*
59 *Sill. l. lex Cornelia.* §. *fi.* & ibi vide † cui applicetur
60 pœna actionis popularis. Sed † an denuncians necessitate sui officij debeat habere præmium,
61 vide *ff. eod. l. si quis in graui.* §. *verum.* Et † an detur participanti in delicto, vide ibi, *eod. l.* §. *si ex stipulat.* vbi *Bal.* tenet quod non. Item † si statutũ
62 punit non denunciantem, vel non occurrentem maleficijs, intelligitur de publicis, non de occultis: & quibus occurri non potuit: vt *l.* 1. §. *occisorum. ff. ad Sill.* & *ff. quod vi aut clam. l. sem-*
63 *per.* §. *hoc interdictum.* Item † quæro; an crodatur officiali denuncianti maleficium? Videtur quod sic: *ff. de offic. præfecti vrb. l.* 1. §. *cura carnis. C. de ac-*
64 *cusa. l. ea quidem.* Item si statutum † dicit; quod qui non ceperit malefactorem, puniatur in centum; & si fuerint plures, quæro an quilibet puniatur in singulis centum? Vide ff. *de publicis iudic. l.* 5. *cũ exoribus essent.* §. *fi.* Et † de multiplici denunciatione, & eius effectu, vide per *Iac. de Aren.*
65 in *l. de pupillo. ff. de no. op. nunc.* quia quædam denũciatoria, quædam prohibitoria, quædam citato-
66 ria. Item nota, † quod vbi exigitur denunciatio propter solum finem sciendi, data scientia non exigitur *ff. de pet. haredit. Item veniunt.* §. *pe-*
67 *titam.* ¶ Nota, † quod non debet exigi pœna ab eo qui non denunciauit, cum iam curia infra tẽpus id sciuerit: quia sufficit, vt á quocumque
68 denunciatum fuerit. Item nota, † quod vbi exigitur trina denunciatio, non debet esse incontinenti: vt solue, solue, solue, sed debet habere cõpetentia interualla. *ff. de pig. ac. l. si conuenerit.* de hoc legitur, & notatur *extra. de supplen. neg. præla-*
69 *cap.* 1. Sed † regulariter vbi ius exigit denunciationem, sufficit vna nisi â iudice caueatur: vt *l. Titia.* §. *vsuras. ff. de legatis secundo.* & dicta *l. si con-*
70 *uenerit. ff. de pign. ac.* Sed † an Vicarius, & Baiulus Barcinonæ, qui ex priuilegio consueuerunt remittere, & gratias facere, poterint facere remissiones vel gratias de istis pœnis, non obstante prohibitionem constitutio? Dnisomini aduocati ciuitatis Barcinonæ dicerent quod sic: quia dicunt Syndicos firmasse in curijs generalibus, saluis priuilegijs suis. Sed ego in Audientia sæpius consueui tenere contra, quia nusquam reperij talem saluitatem. Item quia intelligitur de alijs quam in constitutionibus expressis. Vide quæ scripsi super *Sacramentali Gerundæ.*

De clandestinis desponsationibus & matrimonijs.

Capitulum XII.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens sponsalia vel matrimonium cum puella minori 24. annorum sine consensu parentum, incurrit pœnas*

pœnas hic contentas. & redditur ratio nu.22.& Gerunda punitur pœna mortis,nu.23. declaratur etiã nu.41.& 46.

2 Facere ſponſalia ſeu matrimonium non eſt niſi contrahere.

3 Poſſeſsio coniugum talis eſt,vt qui poſsidet poſsidetur.

4 Sponſalia quæ.

5 Sponſalia primo contrahuntur quaſi promiſſa, & promiſsione impleta dicitur matrimonium.

6 Sponſalia quot modis contrahãtur,& enarrantur modi.

7 Clandeſtinas deſponſationes facere prohibitum eſt.

8 Matrimonium ſi contrahitur per litteras,quarum tenorem neſcit nuntius,& mulier ſuſcepit litteras, & nihil dicit,licet in mente ſua conſentiat, non eſt matrimonium.

9 Mandatum non ſufficit, ſi tunc eſt reuocatum, in his quæ requirunt præſentiam conſenſus.

10 Matrimonium quid.

11 Matrimonium dicitur quaſi matris munium,ideſt officium.

12 Mater debet partum lacte nutrire per triennium.

13 Mulier nupta dicitur matrona,quaſi mater nati.

14 Mater dicitur ex quo filios habere poteſt, & quoties filios habet,dicitur mater familias.

15 Matrimonium contractum ſolo conſenſu per verba de præſenti valet,licet ſolemnitates & conſuetudines patriæ non ſeruentur.

16 Contrahens cum puella ſine conſenſu parentum pœnam perpetui exilij incurrit.

17 Clandeſtina deſponſatio dicitur, quæ fit citra ſolemnitatem Eccleſiæ. & ex contemptu omittens iſtas ſolemnitates peccat mortaliter nu.19.

18 Matrimonia occulta & clãdeſtina præſumuntur adulterina,& ideo reprobantur.

20 Occulte vel manifeſte quando quid fieri dicatur. remiſsiue.

21 Seducere aliquem cum dolo malo eſt peccatũ mortale.

24 Martinus Rex fecit decapitare quendam,eo quia violenter rapuerat puellam de domo patris.

25 Exitus mali ſolent prouenire de inuitis nuptijs.

26 Epiſcopus non poteſt impedire quin imponatur, & exigantur pœnæ pro contrahendis nuptijs ſine conſenſu parentum.

27 Pœna appoſita ab homine licet in matrimonijs non valet,appoſita tamen a lege bene valet.

28 Prohibitum eſt clam contrahere ſine ſolemnitate de iure canonico.

29 Matrimonium de facto contractum contra formam cõſtitutionis tenet, ſed puniuntur contrahentes.

30 Stament verbum comprehendit etiam impuberes.

31 Infringendem legis facit,qui ſanis verbis legis venit cõtra eius mentem.

32 Spoſar verbum rem perfectam ſignificat.

33 In delictis an & quando requiratur conſenſus conſummatus.

34 Matrimonium vbi de facto fuerit contractum cum conſanguineo,vel religioſo,cum quo non tenet propter canonicum impedimentum, an habeat locum pœna conſtitutionis traditur.

35 Matrimonium contrahi poteſt per procuratorem.

36 Matrimonium contractum cum virgine renitente non tenet,nec habet locum pœna conſtitutionis.

37 Domicella nomen eſt ſtatus.

38 Fadrina verbum licet ſtricte ſumatur pro ea, quæ eſt pubes,& adoleſcens; in conſtitutione tamen large ſumitur pro minore 24. annorum.

39 Domicella dicitur quaſi nondum domina, & eſt nomen diminutiuum.

40 Domicellus dicitur qui nondum eſt miles,licet ſit de genere militum.

42 Virgo creditur quæ virum non habuit & honeſte vixit. & contra aſſerens probare debet. & an virgo indicio obſtetricum ſe ſubmittere debeat ad probandum ſe eſſe virginem,nu.43.

44 Virginitatis magnum eſt priuilegium.

45 Deus quamuis omnia poſsit,non tamen valet ſuſcitare virginem poſt ruinam.

47 Tutor,mater, vel propinqui puellæ vbi conſentire nolunt eius matrimonio,debet adiri index, vt eos conſentire compellat.

48 Pater is eſt,quem nuptiæ demonſtrant.

49 Pater ſi non vult conſentire matrimonio rationabili filiæ ſuæ,& liqueat iudici patrem eſſe vilem perſonã, vel non habere cauſam rationabilem contradicendi, debet dictus index hoc permittere.

50 Mulier dotata dicitur,vbi dos eſt promiſſa.

51 Filia debet obedire patri iubenti, vt contrahat nuptias, ſed de iure canonico non, ſed tantum de honeſtate,nu.52.& 56.

53 Matrimonium debet contrahi cum æquali.

54 In matrimonio contrahendo prius vir tanquam agens interrogatur,& ſecundo mulier tanquam patiens.

55 Mulier varia & mutabilis eſt.

57 Maritus conſtante matrimonio gaudet priuilegio ex contractibus factis cum vxore ne conueniatur vltra quam facere poſsit, ſed non habet priuilegium in actione negotiorum geſtorum, vel alia ortum habente poſt ſeparationem matrimonij,nu.58.

59 Maritus an & quando poſsit inſolidum conueniri,vel niſi in quantum facere poſsit,remiſsiue.

60 Pater ſi non viuit, quorum conſenſus expectandus ſit pro matrimonio puellæ,traditur. & quid ſi non habet matrem,auum,neque tutorem nu.63.

61 Pupilla de iure communi ſponſa fieri non poteſt ſine auctoritate tutoris.

62 Tutor recipiens pecuniam,vt pupillam tradat alicui in vxorem, tenebitur eidem mulieri illam pecuniam reſtituere.

64 Impubes habens tutorem non poteſt contrahere matrimonium propter defectum ætatis.

65 Tutela expirat veniente ætate contrahendi matrimonium.

66 Puella maior 12. annorũ & liberata à tutore, an poſsit contrahere matrimonium ſine conſenſu dicti ſui olim tutoris.traditur.

67 Statutum pœnale potius reſtringi conuenit quam laxari.

68 Arbitrium iudicis qualiter ex conſtitutionibus ſumendum.

69 In pœnis maleficiorum licitum eſt procedere de ſimilibus

bus ad similia.

70 *Lex vtilis Reipublicæ est ampliandа, & non restringenda.*

71 *Iudicatur secundum mentem legis, dummodo mens nō sit contra aliam legem.*

72 *Matrimonium consummatur per carnalem copulam, si præcesserint spōsalia. declaratur, & ampliatur n. 73.*

74 *Vis quandoque est grata puellis.*

75 *Raptus & violentia quando interuenerit per virum cum puella, potest vir aliquando pœna mortis puniri. declaratur nu. 76.*

77 *Pater tenetur dotare filias, & non mater, nec auus; nisi in subsidium.*

78 *Pœna quando ipso facto imponitur, requiritur sententia absolutoria.*

79 *Dominus Rex an dispensare possit super pœna exilij imposita per hanc constitutionem. idem num. 185. & 188. Primogenitus vel gubernator an possit, n. 186.*

80 *Pœna exilij vbi simpliciter imponitur, intelligitur de perpetuo exilio.*

81 *Exilium per constitutionem impositum debet esse extra Cathaloniam, & Regna Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum.*

82 *Statutum an valeat, si disponat quod inter homines diuersarum sectarum non contrahatur matrimonium. declaratur ibidem.*

83 *Raptus quid.*

84 *Raptus tres habet significationes. & declaratur.*

85 *Violare est vim inferre, corrumpere, contaminare, & polluere.*

86 *Raptus descendit de verbo* rapio rapis.

87 *Rapta mulier dicitur illico quod coitu violenter corrupta, & à domo patris abducta est.*

88 *Raptum committit, qui florem virginitatis puellæ renitenti eripit.*

89 *Nemo liber pro delicto fit seruus.*

90 *Pœna* l. vnicæ. C. de raptu virginum, *an habeat locum, quando quis violenter corrumpit virginem, vel viduam honestam extra domum repertam in campo.*

91 *Stuprum mulieris capite punitur. declaratur ibidem.*

92 *Stuprum an puniendum absque raptu & abductione.*

93 *Virgo virspotens quæ.*

94 *De muliere consuetum est dicere, Cuius vas semper paratum est.*

95 *Mulier nubere nequit, si virum pati non potest.*

96 *Stuprum committere quis dicatur. remissiue.*

97 *Incestus committitur in sanctimonialibus: quamuis potius dicatur committi sacrilegium.*

98 *Luxuriæ inter peccata quod sit grauius vel minus graue.*

99 *Adulterium grauius peccatum est quam stuprum.*

100 *Ex peccatis contra naturam grauissimum est peccatum bestialitatis. & minus est peccatum mollitiei num. 101.*

102 *Rapere meretricem, vel coire per vim cum meretrice non est pœna capitis.*

103 *Caius vbi dicit Petrum cognouisse Bertam violenter, & testes hoc deponant, non per hoc remanet probata violentia. & ratio redditur ibidem. & cautela optima ponitur nu. 104.*

105 *Probatio dubia non relenat.*

106 *Habens coitum cum concubina alicuius non potest puniri, nec accusari à concubinario. fallit in filio coeunte cum concubina patris nu. 107.*

108 *Exilij pœna nō reputatur pœna, vbi vir est vilis persona.*

109 *Constitutiones ligant Barones, & subditos eorum in Cathalonia.*

110 *Constitutiones ligant in terris Baronum.*

111 *Barones & alij iurisdictionem habentes in Cathalonia tenentur exulare delinquentes contra constitutionem à tota eorum terra, vbi pœna exilij est imposita.*

112 *Barones licet ex priuilegio aut alias consueuerint in eorum terris sustinere bannitos, & alios criminosos; sustinere tamen non poterunt datos in exilium per constitutionem.*

113 *Pœna* l. vnicæ. C. de raptu virginum, *limitatur per dispositionem* vsatici, Si quis virginem.

114 *Pœna vnius est metus multorum.*

115 *Pax & concordia est charitatis vinculum.*

116 Vsaticus, Si quis virginem, *expēditur. & n. 117. 119. & 120.*

118 *Virginem vel corruptam esse qualiter probetur. remissiue.*

121 *Constitutio Cathaloniæ vbi disponit, non habet locum dispositio iuris communis.*

122 *Post coniugum mortem an agi possit de illegitimitate prolis, traditur.*

123 *Nihil amore vehementius.*

124 *Difficile est coarctare iuueniles calores.*

125 *Confessio matrimonij facta ab vtraque parte excusat ab stupro.*

126 *Filia priuata ab hereditate paterna, ex quo contraxerit matrimonium sine consensu paterno; si fuerit preterita in testamento paterno, non potest agere querela, nec per hoc irritatur testamentum patris vel matris.*

127 *Pupilla quæ à parentibus est hæres instituta, & sub potestate tutoris vel curatorum, si de facto contrahat matrimonium absque consensu dictorum curatorum, & priuatur bonis paternis; dicta bona acquiruntur fisco. fallit num. 128. vbi dicitur etiam quod pœna regulariter fisco acquiruntur. & 129. & ex priuilegio Gerundæ acquiruntur bona fratribus, alias medietas fisco, & alia medietas hospitali dictæ ciuitatis, nu. 130.*

131 *Clausula,* Dum de nostra volūtate processerit, tantummodo duraturum, *facit priuilegium temporale.*

132 *Lex simpliciter imponens pœnam, videtur illam applicare fisco.*

133 *Pœna non valet de iure canonico in contractu matrimonij, sed arrha sic. idem nu. 189. & quid si statutū pœnale impedierit matrimonium, nn. 190.*

134 *Pœnæ retrahentes, qui matrimoniū contrauere volūt, non valent.*

135 *Nullus debet tradere filiam suam nuptui excommunicato.*

136 *Amborum parentum consensus an requiratur pro contractu*

Digitized by Google

contractu matrimonij,& qui effectus ex hoc ſequatur traduntur ibidem.

137 *Filius minor 24. annorum, ſi contrahat matrimoniũ inuito patre,non euadit patriam poteſtatem.*

138 *Pater eſt legitimus adminiſtrator filij non ex patria poteſtate, ſed ex lege & diſpoſitione iuris.*

139 *Teſtes numquam puniuntur, niſi doloſe ſe habuerint.*

140 *Vſatici tres ſunt, qui imponunt pœnam periurijs. & declaratur nu.* 141.

142 *Lex Gotica hodie non ſeruatur.*

143 *Teſtes periuri qualiter puniantur de iure communi.*

144 *Periurus tenetur crimine ſtellionatus.*

145 *Iactationis materia.remiſſiue.*

146 *Silenti numquam imponitur ſilentium ſed vexanti.*

147 *Diffamatio affert periculum diffamato.*

148 *De pœnitentia corrumpentis teſtes.remiſſiue, & nu.* 176.*declaratur nu.* 167.

149 *Delicti genus eſt ſe iactare de crimine, quod forſan commiſit.*

150 *Falſos teſtes producentis pœna. remiſſiue.*

151 *Falſum teſtimonium dicitur quando dicitur veritati cõtrarium,vel doloſe tacetur, & occultatur veritas.*

152 *Falſi teſtis pœna. remiſſiue. & traditur diſtinguendo late nu.*153.154.157.179.

155 *Teſtes pecunia corrupti per pauperem dicendo dictũ pauperem ſe deſponſaſſe cum vidua diuiſe puniuntur pœna mortis.*

156 *In pœnalibus fit extenſio à paritate rationis.*

158 *Pœnæ iuxta vſaticos regulariter ſunt arbitrariæ.*

159 *Poteſtas regia eſt in omnibus libera.*

160 *Teſtis falſus tenetur ad dãna & ad intereſſe parti læſæ.& poteſt querelari per conſtitutiones pacium, & treugarum tanquam violator pacis & treugæ num.* 161.

162 *Ex quocumque delicto publico,ex quo poteſt quis criminaliter accuſari,datur actio ciuilis in factum parti offenſa ad intereſſe.*

163 *Teſtes in teſtamento nedum debent audire teſtatorẽ, verum etiam videre eius perſonam nullo pariete vel cortina mediante.*

164 *Teſtes plures requiruntur in teſtamento quam in codicillis,& donatione cauſa mortis.*

165 *In teſtamento de iure canonico requiruntur duo vel tres teſtes.*

166 *Teſtes recepti in vno iudicio an probent in alio.remiſſiue.*

168 *Falſum inſtrumentum fieri facere, vel falſum teſtimonium,differunt.& qui effectus ſequatur ibidem.*

169 *De falſo qui teneantur.remiſſiue.*

170 *Falſum non committitur ſine dolo. Vnde qui accuſat de falſo,debet addere ſcienter vel doloſe.nu.* 171.

172 *Falſum tribus modis ſumitur, & explicatur ibidẽ.*

173 *Teſtimonium eſt omne,quod ex aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem.*

174 Teſtari,conteſtari,obteſtari,attеſtari, & deteſtari, *verborum proprium ſignificatum.*

175 *Teſtes duobus modis delinquunt, vel dicendo falſa, vel tacendo vera.*

177 *Iudicis arbitrium verſatur, an inducẽs vel producens falſos teſtes puniatur, vt falſarius vel proditor.*

178 *Pœna proditoris.remiſſiue.*

180 *Leges tranſgredi poſſunt propter caſus emergentes.*

181 *Exemplo opus eſt multis craſſantibus.*

182 *Arbitraria pœna quæ remiſſiue.*

183 *Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.*

184 *Reus nullam timet culpam, quam pecunia redimere putat.*

187 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ vbi ex priuilegio vel alias conſueuerunt facere remiſſiones,an poſſint remittere pœnas huius conſtitutionis.*

COm fer,o contraure ſpoſalles, o matrimonis amagats,&c. Hæc conſtitutio eſt notabilis,& ſatis longa,nec poteſt congrue ſummari ſub breui verborum compendio. Sed loco ſummarij hoc
1 dicit.Contrahens † ſponſalia vel matrimonium cum puella minori viginti quatuor annorum ſine conſenſu parentum, vel tutorum cum aliquibus proximiorum incurrit pœnam perpetui exilij,vel mortis,ſi mors, ſi raptus, vel violẽtia interuenerit.puella vero bonis paternis & maternis,& iure ſuper eis, eſt ipſo iure priuata, teſtibus & iactãtibus pœna ſimilis exilij imminẽte. Et qui ſuper ipſo contractu falſum teſtimoniũ protulerit, pœnam mortis formidabit: & qui ſcienter tale falſum teſtimonium induxerit, vel produxit,tamquam falſarius. & proditor iudicis arbitrio punietur:de quibus pœnis prædictis nequit fieri remiſsio per vicesgerentem Gubernatoris, neque per quoſuis alios officiales Regios.& aliorum iuriſdictiones habentium. Hoc dicit. ¶ Et vt melius declaretur,legam per partes,vnde diuiditur in partes octo. In prima hæc conſtitutio ponit proœmium ſiue Præfationem & cauſam prohibitionis.In ſecunda,ibi, *E ſi algun de qualſeuol gran*,ponit prohibitionem,& pœnam contrahentium ſponſalia, & matrimonia clandeſtina contra iſtam conſtitutionem.In tertia,ibi,*Si donchs*,&c.ponit exceptionem quando voluerint vti prouiſione vſatici Barcinonæ incipientis,*Si quis virginem.*In quarta,ibi, *E ſi la dita donzella*,punit puellam tali contractui conſentientem,niſi fuerit ætatis viginti quatuor annorum,& ſalua prouiſione dicti vſatici. In quinta, ibi,*E los teſtimoni,o teſtimonis*:punit teſtes tali cõtractui intereſſentes. In ſexta, ibi, *E mes auant ſi algun*,punit iactantes ſe cum aliqua puella taliter contraxiſſe.In ſeptima,ibi,*E ſi en les dites coſas*,punit falſos teſtes, & inducentes,vel producentes eos ſcienter.In octaua, ibi, *les quals penes*, prohibet fieri remiſsionem dictarum pœnarum. ¶ Sequitur expoſitio litteræ,*Com fer, o contraure*,
2 dic,*o*,pro ideſt:quia † facere ſponſalia vel matrimonia,non eſt niſi contrahere:quia dicitur contractus ſponſaliorum,vel matrimoniorum, dicitur enim contractus,quaſi ſimul tractus, eſt enim
3 vltro citroque obligatorius, & coniugum † poſſeſsio talis eſt,vt qui poſsidet,poſsideatur: vt *extra.de reſti.ſpo.l.ex conqueſtione*,& ibi nota. ¶ Sequi-
4 tur in text. *ſpoſalles*, hic quæro quid † ſint ſponſalia? Dic quod ſunt futurarum nuptiarum promiſsio:

missio. 30. q. 5. *cap. nostrates.* & *ff. de spon. l. 2.* dicuntur enim sponsalia de *spondeo, spondes,* quod idem
5 est quod promitto promittis. Vnde † primo cõtrahuntur sponsalia quasi promissa, & impleta promissione dicitur matrimonium, quia per promissionem dicuntur sponsus & sponsa, sed post impletam promissionem dicuntur maritus, & vxor. ¶ Secũdo pro declaratione materię, de qua
6 hic agitur, quæro † quot modis contrahantur spõsalia? Respondeo, quatuor modis. Primo nuda promissione. Secundo per traditionem arrharũ. Tertio annuli subarrhatione. Quarto iuramenti præstatione. Quod declara, quia quandoque contrahuntur vere & expresse, quandoque ficte & tacite: vere & expresse dupliciter: quandoque per simplicia verba, altero vinculo non firmata, vt, Accipiã te in vxorem, *extra. de spon. cap. si inter.* & *de spon. duorum. cap. 1.* quandoque per verba iuramento firmata, vel fidei interpositione, vt, Iuro accipere te in vxorem: *extra. de spon. cap. ex litteris in 2.* & *cap. de illis.* Tacite autem contrahuntur sponsalia, quando per pactum facti, vt per donationem arrharum, pecuniæ, vel aliarum rerum: *C. de spon. l. arrhis.* vel annuli donationem seu subarrhationem. *extra. de spon. impu. cap. fin. 27. q. 2. cap. si quis desponsauerit. in 2.* Item quandoque contrahuntur per actum verbi, ex se plusquam sponsalia importantem, sed ob personæ defectum iuriũ interpretatione ad sponsalia restrictum: vt quãdo inter duos ætate inhabiles, verba ad matrimonium apta proferuntur, vt *extra. de spon. impu. cap. fin.* & *eod. tit. cap. 1. lib. 6.* Et quocumque istorum modorum aliquis cum aliqua puella minore viginti quatuor annorum contraxerit sponsalia, incurret pœnam huius constitutionis; nisi id fecerit de consensu parentum puellę, vel tutorum, aut aliorum, iuxta seriem litteræ infrà sequentis. In secunda parte, ibi, *E si algun*, &c. quia littera hic, & ibi dicit disiunctiue, *sposara, o fara, o contractara matrimoni*, & quia
7 † prohibitum est facere clandestinas desponsationes, vt hic dicitur in prin. *extra. de clandest. desspon. cap. cum inhibitio*; si
8 matrimonium † contrahitur per litteras, quarum tenorem nuntius nescit, & mulier suscepit litteras, & nihil dicit, licet in mente sua consentiat, non est matrimonium, quia solus consensus non notificatus non facit matrimonium: sufficit autem hunc consensum notificari viro vel alteri, quod est notandum. In his quæ requirunt præ-
9 sentiam † consensus, non sufficit mandatum si tunc est reuocatum: vide in *cap. fi. de procura. li. 6.* ¶ Sequitur in text. *o matrimoni.* Quæro hic quid
10 est † matrimonium? Respondeo, Matrimonium est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: 17. q. 2. in prin. & *extra. de præsumpt. cap. illud, & inst. de nup.* §. 2. Et dicitur
11 matrimonium † quasi matris munium, idest officium, & magis à matre dicitur, quia est grauida, in conceptu onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa: *extra. de conuer. coniug. cap.*
12 *vlt.* & habet † partum lacte nutrire per triennium: vt *C. de patria po. l. nec filium.* & nota in dicto *cap.*
13 *vlti.* Et mulier † ex quo est nupta, dicitur matrona, quasi mater nati fieri potest, ex quo matrimo-
14 nio cõuenerit. Et dicitur † mater quando filios habere potest; & quando filios habuerit dicetur materfamilias, quia quandam iuris solemnitatem in familiam viri transfert, secũdum *Iso. l. 9. Ethi. cap. 7.* ¶ Et † contrahitur matrimonium solo consensu per verba de præsenti, & valet licet solemnitates, & consuetudines patriæ non ser-
16 uentur: *extra. de spon. cap. 1.* Et † ita solo consensu cum puella prædicta matrimonium contraxerit, pœnam exilij perpetui incurrit per hanc constitutionem, nisi de consensu patris, aut aliorum, de quibus hic habetur, contraxerit, nihilominus tamen matrimonium contractum tenebit iure canonum: vt *extra. de nup. cap. tunc matri.* reguntur enim iure poli, & non iure fori: vt *2. q. 3. §. hic autẽ colligitur.* Tamen de honestate debent contrahi sponsalia & matrimonia, de consensu eorum in quorum potestate sunt contrahentes: vt in constitutione, & *30. q. 5. cap. nostrates.* & *32. q. 2. cap. vlti.* ¶ Sequitur in text. *amagats*, dic quod intelguntur fieri clam, quandocumque citra consensum parentis vel aliorum hic contentorum con-
17 trahuntur, licet alias palam contraxerint. Sed † de iure communi illa dicitur clandestina despõsatio quæ fit citra solemnitatem Ecclesiæ, de qua habes in præalleg. *cap. cum inhibitio. extra. de clan-*
18 *dest. desspon.* Et † matrimonia occulta, & clandestina præsumuntur adulterina, & ideo reprobantur, vt hic, & in iuribus præalleg. de quo vide per *glo.* & *Gui.* super dicto *cap. nostrates. 30. q. 5.* &
19 per *glo.* & *Doct. extra. qui fi. sunt. le. c. lator.* Et † si quis ex contemptu omiserit huiusmodi solemnitates, peccat mortaliter, iuxta notata per *Gui.* in alleg. *cap. nostrates.* super *glo.* quæ incipit, *huiusmodi enim solemnitates*, &c. in fin. nimirum ergo si dominus Rex ita potuerit ordinare, cum non sit contra legem Dei, & Ecclesiæ, nec contra libertatem matrimoniorum; & sic non obstat *cap. gem-*
20 *ma. de spon.* Et † quando dicatur fieri occulte, vel manifeste, vide *Ioan. de Platea.* in *l. sciant omnes. C. de his qui ex publicis ratio. pe. mutu. accepe. lib. 10.* ¶ Sequitur in text. *& seduyr & enganyar les donzelles*, &c. nota, † quod seducere vel decipere
21 aliquem cum dolo malo est peccatum mortale, & de talibus dixit Propheta: *Viri sanguinum, & dolosum non dimidiabunt dies suos*; & ibi, *Qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* de hoc notatur *C.* & *ff. rubrica. de dolo.* tam in rubro, quam in nigro. Sed dolus bonus vel spiritualis non reprobatur: vt *extra. de conuer. in cap.*
22 *dudum.* & ibi nota in *glo.* Hic autem † licet contractus matrimonij sit spiritualis, attamen quia in eo propter dotem & facultates, & propter alias ambitiones honorum parentelæ, & concupiscentias pulchritudinis conueuerunt multæ male dolositates, damna, pericula, & scandala sequi,

Digitized by Google

qui,& neces, & vulnera, iuſtum fuit remedium aliquod adhibere, propter quod non in vanum præſens conſtitutio pœnalis & riguroſa emanauit,ſed prohdolor adhuc non ſufficienter eſt pro
23 uiſum.Sed † ex priuilegio Gerundæ eſt impoſita pœna mortis,per quam,ſi debite exequeretur, ſoluitur vinculũ matrimonij;& ſic eſſet omnino liberata puella ſeducta,& eius parentes.Sed nõdum vidi ſeruari,licet non fuerit reuocatum per hanc conſtitutionem:arg.*extra.de conſt.cap.* 1.*li.*6.
24 Olim † vero tempore Regis Martini quidã nomine Franciſcus domicellus fuit Barcinonæ decapitatus,quia violenter rapuit Raphaelã puellã de domo patris.Credo quod bene per *l.* 1.*C.de raptu virginũ*:quia hæc conſtitutio nondum emanauerat. de quo fuit facta illa cantilena: *Mala coſa ſon amos,na Raffaela ben ſabets vos*,&c. Verumtamen domini Eccleſiaſtici,qui parũ timent huiuſmodi ſcandala,per priuilegium tonſuræ multos à talibus pœnis defendunt, & de matrimonio cognoſcunt,& ſic ſæpe ſequuntur mali exi-
25 tus,qui de inuitis ſolent nuptijs prouenire: *extra.de ſpon.cap.cum locum.* cum ſimilibus. Imo volunt dicere quidam,quod dominus Rex non potuerit hanc conſtitutionem facere. de quo vide *Henr.*& alios moderniores in *cap.gemma. extr.de*
26 *ſpon.* Sed † *Bal.*cõtra,qui tenet, quod Epiſcopus non poteſt impedire quin huiuſmodi pœnæ exigantur,& imponantur.vide per eum in *l. omnem. C.de ſuis & legi.hæred.*& in *l.* 1.§.*ius naturale.ff.de iuſti.& iur.*& *Ioan.de Platea.*in *l. meminimus.* §. *ad filiorum. C.quando,& quibus quarta pars. lib.* 10. in
27 fin. vbi † nota,quod licet in matrimonijs pœna apposita ab homine non valeat,tamen apposita à lege bene valet: & ita eſt hic. quod credo verius,niſi clericis,qui in criminalibus non ſunt de foro ſeculari,*extra.de clericis comiu.cap.* 1.*lib.*6. Sed dominus *Anto.de Butrio.*ſequitur opinionẽ *Henr.* & *Ioan. Andr.*contra *Bal.*ſeruatur tamen præſens conſtitutio de conſuetudine;& forte bene, quia non eſt contra ius canonicum, vt ſtatim dicam. Sequitur in text.*predeceſſors*, ſcilicet per diuerſa diuerſorum locorum priuilegia,quia non recordor me legiſſe vſaticum vel conſtitutionem de hoc,niſi *vſaticum.Si quis virginem*, de quo loquitur inferius in hac conſtitutione. ¶ Sequitur in text. *prohibim,& reprobam eſſer fetes ſpoſalles, o matrimonis amagats*,&c. hoc non eſt contra ius canonicum, nec contra libertatem matrimonio-
28 rum: quia † de iure canonico prohibitum eſt clam contrahere citra ſolemnitatem, *cap.cum in-*
29 *hibitio.* Si † tamen contra factum fuerit, nihilominus tenet matrimoniũ ſolo conſenſu contractũ,vt dixi per *c.* 1.*extra.de ſpon.*& *extra.de matrimonio contracto contra interdictũ Eccleſiæ.* per totũ. Sed puniuntur contrahentes, non quia cõtraxerunt,ſed quia ſic contra formam honeſtã iuris,& à iure datam doloſe contraxerunt:& ſic de dolo & violatione huius conſtitutionis his pœnis debite puniuntur:& hoc ſubijcit in ſecunda parte quæ ſequitur in tex.ibi,*& ſi algũ de qualſevol grau, ley*,&c.quia dicit de gradu, comprehendit etiam Comites,Barones, & alios cuiuſcumque gradus; quia dicit,*ley*, comprehendit, tam Chriſtianos, quam Iudæos;quam etiam Sarracenos, & quoſlibet paganos;& quia dicit *cõducio, oſtament*, comprehendit tam liberos quã ſeruos, & forte propter verbum *ſtament*, comprehendit etiam impu-
30 beres † doli capaces,qui ponunt contrahere ſpõſalia.& delinquere. ¶ Sequitur in tex.ibi, *contra la preſent noſtra conſtitutio*, ſubaudi,quia facit id quod præſens conſtitutio prohibet:vt *C.de legi-*
31 *bus. l. contra legem.* in fraudem † vero legis facit qui ſaluis verbis legis, contra eius mentem facit,vt *ead. l.* Et dicitur talis committere in legem.vt *extra.de regn.iur.cap.certum eſt.lib.*6. ¶ Sequitur in text.*ſpoſara*, ſcilicet contrahendo ſpõſalia aliquo de dictis modis. Ita quod ſponſalia
32 teneant de iure,quia † verbum *ſpoſara* rem perfectam ſignificat:vt ff.*quod quiſque iuris l.* 1.§.*hæc autem verba.*& *de præ.ds.* 1.*cap.hæc autem verba.* & *extra.de cleri.non reſi.cap.relatum.*& *de verb.ſign.cap.in*
33 *bis.* Sed † an & quãdo in delictis requiratur actus conſummatus,vide per *Bal.*in *l.ſi quis non dicã ſa-*
34 *pere.C.de Epiſcopis & cleri.* Sed † quid ſi de facto contraxerit cum conſanguineo, vel religioſo, vel in ſacris,vel alteri copulato, cum quo non tenuit matrimonium propter canonicum impedimentum, numquid habebit locum pœna huiuſmodi conſtitutionis? Reſpondeo, ſi procellerit ad copulam carnalem, crederem quod ſic, propter affectum, & intentionem cũ opere ſubſequuto:arg.*extra.de biga.cap.nuper.* cum ſimilib. Secus credo ſi ſolũmodo verbaliter cõtraxerit, & copula ſequuta nõ ſit,quia res eſt integra, & non intereſt; quia non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, vt in *regulis iuris li.*6. Et dic, *ſpoſara*,ſcilicet,per ſe vel eius legitimum & ſpecialem procuratorem: quia per
35 procuratorem † poteſt contrahi matrimonium: vt *extra.de procura.cap.vlti. lib.*6. quod eſt verum ſi ita conſtituerit procuratorem,vt cum tali ſine cõſenſu patris puellę vel aliorũ contrahat præſentis cõſtitutionis prohibitionẽ,alias ſimpliciter mãdando,vt cũ tali cõtrahat ſpõſalia vel matrimonium, intelligitur id mandaſſe prout iura permittunt: quia non præſumitur voluiſſe delinquere: iuxta ea quæ leguntur & notantur in *Clc.nõ poteſt. de procura.* Sed procurator contrafaciens,& formam mandati excedens, & iuris, inciderct in pœnam iſtam: vnde etiamdic, *ſpoſara*, ſcilicet, nomine ſuo vel alieno, habens ad hoc ſpeciale mandatũ, tunc enim ambo delinquerẽt, ſcilicet,tam mandans quam mandatarius,vt *l. nõ ideirco. C. de accu.* & ibi de hoc latius per *Bal.*
36 Sed † ſi alias contraheret cũ virgine renitente nõ valerent ſponſalia,nec matrimoniũ, nec haberet locũ pœna huius conſtitutionis. Sed deberet puniri extra ordinẽ,vt *l.* 1.*ff.de extraor.cri.*& ſi de facto iactauerit,habet locũ hoc *c.* 1. §. *E mes auant.*

¶ Sequitur in text. *o fara, o contractara matrimoni*, ſcilicet, cũ effectu: & repete quæ ſtatim dixi.

¶ Sequitur, *ab alguna donzella, o fadrina*, dic, domi-
37 cella † nomen eſt ſtatus, vt quia eſt de genere militari, ſed non ita ſtricte ſumitur hic, quandoq. generaliter pro puella virgine, quæ virũ non ha-
38 buit, & pro eodẽ ſupponit verbũ † *fadrina*, licet ſtricte ſumatur pro ea, quę eſt pubes & adoleſcẽs; tamẽ hic large ſumitur ſecundũ modum vulgarẽ loquendi, pro ea puella etiã infante tamẽ dolicapace, quæ eſt minor viginti quatuor annorũ, &
39 dicitur domicella, † quaſi nondũ domina; & eſt
40 nomẽ diminutiuũ de hoc nomine dña. Sicut † domicellus dicitur qui nondũ eſt miles, licet ſit de genere militũ, quaſi paruus dñs, vel qui nondũ eſt
41 dñs. Et † etiã forte in hoc caſu requiritur ꝙ ſit virgo, vt ſequitur; & propter id ꝙ ſubijcitur de *vſatico, Si quis virginẽ*. vel ſaltẽ ꝙ fuerit pro virgine reputata, & non alias diffamata, vilis & abandonada: de quibus ſupra *c. proxi.* tales enim vilitas vitæ earũ non patitur laqueis legũ comprehẽdi: vt *l. qua adulteriũ. C. ad l. Iul. de adulteriis.* vide ex-
42 *tra. de ſpon. c. inter opera charitatis*: virgo † enim creditur, quæ virũ non habuit, & honeſte vixit. Et qui cõtra vellet allerere, haberet probare: quia ei qui dicit ſiue agẽdo, ſiue excipiendo, incũbit probatio: vt *C. de proba. l. 1.* & *ff. eod. l. ei qui dicit.*
43 Sed † hoc caſu an in defectu probationis haberet, hæc quæ dicitur corrupta, ſe ſupponere inſpectioni, & iudicio obſtetricũ in defectu probationis, ſi hoc peteretur per eum qui de hoc crimine impeteret? Credo ꝙ non, quia qui accuſare volunt, probationes habere debẽt: *C. de eden. l. qui accuſare*, non enim dabit puella probationẽ contra ſe, arg. *extra. de proba. c. 1.* niſi forſan eſſent aliqua præſumptiones vel infamia contra ipſam, ita ꝙ crederetur corrupta; tunc enim ſi ipſa ſe prætẽderet virginẽ, haberet id probare, per aſpectũ ſui corporis. vt *extra. de proba. c. cauſam matri-*
44 *monij*, magnũ † eſt enim priuilegiũ, virginitas: vt ibi notat *glo.* & credo ꝙ ſine magna, & vrgẽti neceſsitate, non debeat puella inuita compelli ad probationẽ per aſpectũ corporis, præſertim quia ſæpe fallitur oculus obſtetricũ, vt ibi dicit *tex.* & 27. *q. 1. c. nec aliqua.* ¶ Sequitur in tex. *verge*, ſubaudi, ſcilicet, integritate corporis tantum: nõ enim requiritur hic quod fuerit virgo mente, & corpore, qualis requiritur virginitas apud Deũ, vt mereatur aureolam: ſed ſufficit hic quod habeat integritatem corporis, quæ amiſſa reſtaurari non poteſt: vt *l. raptores. C. de Epiſ. & cleri.* & *de*
45 *raptu virgi. l. vnica*: quia † licet Deus omnia poſſit, non tamen valet ſuſcitare virginem poſt ruinam: vt *cap. ſi Paulus 32. q. 5.* quod intellige, vt ibi notat *Gui. in Roſario.* Et eſt aureola quidam ſpecialis fulgor, quem habebunt ſolæ virgines, & hanc aureolam habent martyres, & magiſtri ſacræ paginæ. Vnde verſus:

Aureolam virgo, martyr, ſideique magiſter,
Præter communem dicuntur habere coronam.

¶ Sequitur in text. *ſens volentat, o conſentiment*, dic conſenſum vel voluntatem huiuſmodi re-
46 quiri in actu † contractus huiuſmodi, quia ſi tempore contractus ceſſaret conſenſus parentis, vel aliorum de his, vel poſt contractum haberetur, non euaderet pœnam niſi in caſu quo vellet
47 vti prouiſione *vſatici, Si quis virginem*. Sed † quid ſi tutor, vel mater, aut propinqui nolint cõſentire puellæ? Reſpondeo, poteſt petere â iudice vt illos compellat conſentire: vt in *l. ſi cum dos. §. necnon. ff. ſolut.* alias eſt *lex, ſi cum dotem. §. eo autẽ tempore*: & vide ibi *Bar.* ¶ Sequitur in text. *del pare daquella*, hoc intellige de patre legitimo, & naturali, vel legitimo tantum. Secus de naturali
48 tantum: quia † pater is eſt, quem nuptiæ demõſtrant. vt *ff. de in ius vo. l. quia mater.* ¶ Sed quid ſi
49 pater, † vel alij, de quibus hic dicitur, nolit conſentire matrimonio rationabili, quod vellet contrahere puella virgo minor viginti quatuor annorum? Dic quod ſi liqueat iudici, patrem eſſe vilem perſonam, vel alias non habere iuſtam, & rationabilem cauſam contradicendi, hoc permittat, & ſic iudex cauſa ſummarie cognita poterit permittere, vel prohibere huiuſmodi contractum ſponſaliorum & matrimonij, ſuper quo vide *Bar.* late *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore.*
50 *ff. ſolut. matri.* Nota † quod mulier dicitur dotata quando dos eſt promiſſa. *glo.* eſt n *l. 1. §. accedens. C. de rei vxo. ac.* & vide *glo.* in *l. cum plures. §.*
51 *fin. ff. de admi. tu.* Et nota † quod filia debet obedire patri iubenti, vt contrahat nuptias, vt notatur *ff. de his qui not. infa. l. liberorum.* in fin. S. d de
52 iure canonico filij in matrimonijs contrahendis non tenentur obedire parentibus, niſi de honeſtate: vt in *decretis* 30. *quæſt.* 4. *cap. aliter.*
53 & ſequent. Item † nota, quod matrimonium debet contrahi cum æquali dignitate. vnde *Facetus*, ait:

Diligat æqualem, vel paulo ſe meliorem.
Nam ſæpe ruit is qui ſuper aſtra volat.

ff. *man. l. creditor. §. 1.* Et quandoque contrahitur ad cedandam guerram, vt ibi dicitur per *glo.* Fa-
54 cit infra *ead. §. ſi donchs la dita donzella*. Item † nota, quod in matrimonio contrahendo prius vir tanquam agens interrogatur, ſecundo mulier tanquam patiens: ff. *de adop. l. 2.* non tamen neceſſarium eſt; quia ordo non eſt de ſubſtantia: vt ibi notat *Bar.* & dicebat dominus *Florianus*, ꝙ tutius eſſet prius interrogari mulierem. vt ſi diſ-
55 ſentiret, non eſſet vir deriſus: mulieres † enim varium, & mutabile producunt: vt *extra. de ver-*
56 *bor. ſignific. cap. forus.* Item † nota, quod filia debet obedire patri iubenti, vt contrahat nuptias, ſecundum *Ioan. Fa. inſti. de his qui not. infa. §. liberorum.* in fin. quod eſt verum de honeſtate, niſi malit religionem profiteri; quia etiam contracto matrimonio ante carnalem copulam poteſt religionem profiteri: vt *extra. de conuer. coniu. cap. verum.* & *cap. ex publico*. ¶ Vlterius nota, quod vxori propter virum, imo & ſæpius de facto

ſi eſt

ſi eſt pulchra, & fineſtrera per iuuenes filo captos exhibetur tali reuerentia de barret, ſed eſt falſa reuerentia; quia non exhibetur propter virtutem, naturaliter fit reuerentia, non econuerſo: vt *l. 1. C. de in ius vo.* Et maritus † conſtante matrimonio gaudet priuilegio ex contractibus factis cum vxore, ne conueniatur vltra quã facere poſsit etiam in alio contractu quam dotis ff. *de conſti. pe. l. ſi maritus.* Sed † non habet priuilegium in actione neg. geſt. vel alia ortum habente poſt ſeparationem matrimonij: vt ff. *de neg. geſt. l. diuortio.* & ibi *gloſ.* in verbo *facere.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. cap. Et los aduocats.* in fin. *verſic. Item nota quod duo ſunt priuilegia.* Et quando maritus † poſsit conueniri in ſolidum, vel habeat priuilegium in quantum facere poteſt. dic per *Bal.* in dicta *l. diuortio.* ff. *de neg. geſt.* & per *Bar.* in *l. maritum.* ff. *de ſolut. matrim.* & per *Bal. eod. tit. l. ſocero quoque.* ¶ Sequitur in text. *E ſi lo pare no viura,* &c. Nota † ergo, quod ſi pater viuit, ſubaudi, & eius conſenſus haberi poſsit, tunc ſolius patris conſenſus in his contractibus ſufficit, vt pœna vitetur: vt *C. de inoffic. l. in conſtitutione fœminarum.* Si vero pater non viuit; aut ſi viuit, eius conſenſus haberi non poſsit, vt quia ſi furioſus vel mentecaptus, aut in remotis, nec ſpectatur de proximo venire, & vertitur moræ periculum: vel quia eſt in captiuitate, tunc requiritur auj paterni, & matris puellæ conſenſus, ſi tales vixerint, & conſentire valuerint: alias ſi auum, & matrem huiuſmodi non haberet, requiritur conſenſus tutoris pupillæ, cum altero auj vel matris ſuperuiuentis. Et ſi nec paternum auum, neque matrem, puella haberet, tunc requiritur conſenſus tutoris cum duobus vel tribus de proximioribus conſanguineis ipſius puellæ: ad hoc facit *l. Tiberius Pompeius.* ff. *de dote præle.* Et † nota, quod de iure ciuili pupilla non poteſt fieri ſponſa ſine tutoris auctoritate: vt ff. *de ſponſa. l. ſi pupilla.* Et ſi tutor † receperit pecuniam, vt pupillam tradat alicui in vxorem, tenebitur eidem mulieri illam pecuniam reſtituere, iuxta notata per *Bal.* in *l. qui ſine.* ff. *de nego. geſt.* vide quæ leguntur in *l. ſi pater puellam.* circa fin. *C. de ſponſalibus.* ¶ Sed † quid ſi non habet patrem, neque matrem, neque auum, neque tutorem; tunc videtur hic caſus omiſſus, qui videtur iuri antiquo, & communi relictus: quia quod non mutatur, ſtat: vt *l. præcipimus. C. de appel.* Sed dic quod tunc requiritur conſenſus amicorum proximiorum, & eſt cautela quod habeatur conſenſus iudicis: arg. eorum quæ notat *Bar.* in *l. ſi rem alienam.* §. *eo autem tempore.* ff. *ſolut. matrim.* Et quia hic dixit de tutore, patet quod habet locum in ſponſalijs: quia impubes † quæ habere tutorem, non poteſt contrahere matrimonium propter defectum ætatis: vt *extra. de deſponſal. impub. cap. 1. lib. 6.* quia † aduenientæ ætate contrahendi matrimonium, expirat tutela, vt notatur *extra. de appel. cap. ex parte.* ¶ Tunc † quæritur ſi iſta puella maior duodecim annorum velit contrahere matrimonium, an requiratur conſenſus iſtius olim tutoris, qui deſijt eſſe tutor? Forte non, quia hic tex. loquitur de tutore, & iam non eſt dicendus tutor; qui deſijt. Sed tutius eſt quod interueniat, præſertim ſi fuerit teſtamentarius, de quo patet multum viſus eſt confidere, quaſi habuerit tacite de hoc à patre teſtatore defuncto ſpeciale mandatum, quia fides tutoris, & diligentia ab ipſo teſtatore probata eſt: vt *inſti. de ſatiſda. tu.* §. 1. non tamen credo neceſſe fore per hanc conſtitutionem; quæ cum ſit pœnalis, non venit extendenda extra caſus ibi contentos; extra quos non haberet locum pœna in virtute huius conſtitutionis, quia † ſtatutum pœnale potius reſtringi conuenit, quam laxari, vt *extra. de elec. cap. ſtatutum. lib. 6.* & *de regul. iur. cap. in pœnis. eod. lib.* & ibi *gloſ.* Sed quia deficientibus iuribus patriæ recurritur ad arbitrium, vt dixi ſupra *ead. cap. per tal que les leys*: & huiuſmodi † arbitrium poterit ſumi etiam per has conſtitutiones procedendo de ſimilibus ad ſimilia per *l. non poſſunt.* ff. *de legibus.* tamen non opinor quod de multis conſtitutionibus, quæ ſunt mere voluntariæ, & propter paſſiones curialium emanarunt contra iuris communis rationem, debeat ſumi argumentum, per *l. non ratione.* ff. *de legibus.* Sed de alijs quæ ſunt iure, & ratione fundatæ, & per conſuetudinem approbatæ, non eſſet iniquum deficientibus iuribus patriæ procedi de ſimilibus ad ſimilia bono arbitrio ius dicentis, & hoc probatur in *curia domini Martini. cap. Item ſenyor quels Cancellers*; ibi, *& bona ratio.* vide ibi latius: quoniam † etiam in pœnis maleficiorum licitum eſt procedere de ſimilibus ad ſimilia; & illa dicuntur ſimilia, in quibus per omnia eſt eadem ratio, ſecundum *Gui.* & *Bal.* in *l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcopis & cleric.* & *Gui. in Spe. de diſpu. & alleg. aduoca.* in prin. Item nota, † quod lex vtilis Reipublicæ eſt extendenda, & non minuenda, & ita conſtitutio propter publicam vtilitatem recipiat interpretationem extenſiuam, ſecundum *Bal.* qui hoc notat in *l. hoc modo.* ff. *de condit. & demonſt.* vide quæ ſcripſi infra *eod. cap.* §. *vltimo.* ſuper verbo *remendo, & ad propria remeando,* &c. pro hoc facit infra *eod. cap. contra la penſa.* & quæ ibi notantur; quia iudicatur †, ſecundum mentem, & rationem legis & conſtitutionis, dummodo non fiat cõtra aliam legem vel conſtitutionem, quia iurium correctio eſt vitanda: *extra. de elec. cap. cum expediat. lib. 6.* & ibi *eod. tit. & lib. cap. ſi poſtquam,* & ibi *gloſ.* ſuper verbo *mente.* ¶ Sequitur in text. *e non exercan carnalment.* Et dic † quod per hanc carnalẽ copulam, ſi præcellerint ſponſalia, conſummatur matrimonium irreuocabiliter, dummodo non adſint impedimenta iuris, quæ tollerent matrimonium nullum, vt impedimen-

tum conſanguinitatis; & huiuſmodi: *extra. de*
73 *conſangui. & affini.* quaſi per totum. quia † etiam ſi non animo conſummandi matrimoniũ carnaliter cognoſcat, cauſa decipiendi, dummodo verba præceſſerint, etiam ſi dixerit, Talis te deſponſat, iudicatur pro matrimonio, vt *extra. de ſpon. cap. tua nos.* ¶ Sequitur in tex. ibi, *è de ſon grat*, licet quandoque velint cogi: quia dixit facetus:

Forſitan illa ſagax dabit aſpera verba puella,
Vt quod mente cupit, per ſua verba tegat.

74 Et talis † vis eſt grata puellis. vnde alibi,

Vim licet appelles, tamen eſt vis grata puellis.

75 Sed ideo dicit hic, *& de ſon grat*: quia † ſi raptus, vel violentia interuenerit, poterit pœna mortis puniri arbitrio iudicantis, vt ſubijcitur hic. ¶ Sequitur in tex. *per ſgard de fer o contraure ab ella ſpoſalles o matrimoni*, &c. ſupple, maxime quia idem
76 ſi † non animo contrahendi matrimonium, ſed ex ſola cauſa ſtupri, & defloration is fecerit, quia & pro ſolo raptu eſt pœna mortis: vt *C. de rap. virg. l. vnica.* vbi eſt caſus, quod raptores virginũ, mulierum, vel aliarum viduarum honeſte viuentium, ingenuarum, vel ancillarum, ſiue volentiũ, ſiue nolentiũ. & eorũ comites & miniſtri in fragrante crimine reperti, impune poſſunt occidi. Et non occiſi probato delicto capite puniũtur, ſublato appellationis remedio. Et poſſunt fugiẽtes inquiri & puniri, non obſtante fori præſcriptione. Et mulieribus raptis ingenuis, rapientiũ bona ſunt applicanda. Et auxilium extra rapinam eis præbentes capite puniuntur, ſed eis bona non auferuntur. Et ſi auxiliantes fuerint ſerui, ſunt viui concremandi. Et mulierum parentes hoc tollerantes deportandi ſunt, interdicto cum raptoribus matrimonio. Sed hoc quod vltimo dicitur de deportatione parentũ tollerantium, & matrimonio cum raptoribus interdicto, non tenet hodie per hanc conſtitutionem: vt ibi in *verſic. Si donens la dita donzella, o fadrina*, &c. Pa-
77 ter † tenetur dotare filios, & non mater vel auus, niſi in ſubſidium, vide *l. fin.* & ibi *Cinum C. de dot. promiſ.* & *Bar.* in *l. dedit dotem.* ff. *de collat. dot.* vide *gl. ſ.* ff. *de adms. in l. cum plures.* §. *inprimis*, & 22. *quæſt.* 3. *hoc ſecundum*, & in *l. cognouimus. C. de hæret.* & in *l. mater. C. de iure dotium.* vide *Bar.* in *l. obligamur autem re.* ff. *de actio*, & *obli.* vide in *Maina.* & in *Commento* ſuper *vſatic. Si quis virginem.* & *gl. ſ.* & *Doct. extra. de adulter. cap.* 1. ¶ Sequitur in text. ibi, *ipſo facto de pena de exill perpe-*
78 *tual.* requiritur † tamen ſententia declaratoria, iuxta notata in *cap. cum ſecundum. extra. de hæreti. lib. 6.* Et † nota quia dicit exilium fore perpetuum, ex quo patet interdictam fore gratiam vel diſpenſationem; quia dominus Rex tenetur ſeruare has conſtitutiones; & ſi aliter diſpenſaret, iam non ſeruaretur pœna iſta. Sed in contrarium facit infra *eod. cap. §. vltimo.* vbi prohibetur alijs, ergo principi videtur permiſſum: argum. *l. cum prætor.* ff. *de inds.* & *cap. naper. de ſenten. excommun.* & quæ notantur ſupra *cap. pro-*

xim. ſuper verbo, *E de la qual pena*. Facit *vſatic. Qui a iniſtitiam facere. §. mulieribus*, etiam in fin. vide ibi *gloſ.* & *Iacob.* ſuper verbo, *perdonare.* &
80 vbi † ponitur pœna exilij ſimpliciter, intelligitur de perpetuo, vt *C. de pœnis. l. ſeruus ſub pœna*: ſecus quando adijcitur tempus, puta trium annorum: vt infra *eod. cap. per obuiar.* Et nota quod
81 iſtud † exilium habet eſſe extra Cathaloniã. & Regna Aragoniæ, & Valentiæ, ac Maiorica-rum. Ergo poterit morari in Sicilia, Sardinia, & alijs terris domini Regis impune, & habebit locum hæc pœna; vbi non aliqua ſequitur vio-
82 lentia, vel raptus. Sed † nunquid valet ſtatutum, quod inter homines diuerſarum ſectarum non contrahatur matrimonium ſub certa pœna? Reſpondeo, non valeret ſtatutum, quod taceret matrimonium irritum: argum. *cap. decernimus. extra. de inds.* & *cap. cauſamque qui filij ſunt le.* Sed reſpectu pœnæ appoſitę valet, ſi mulier commode & honeſte nubere poteſt intra ſuam ſectam: vt *l. cum ita legantium.* ff. *de condit. & demonſtra.* vide ibi *Bal.* & per *Bar.* & *Ioan. de Platea.* in *l. adjcimus. C. de murile. lib.* 12. adde quæ ſcripſi ſupra *eod.* in verbo, *& ſeduyr, & enganyar*, &c. ¶ Sequitur in textu, *E encara de pena de mort natural*,
83 *ſi rapte*, &c. pro declaratione huiuſmodi † quæro quid ſit raptus? Reſpondeo, ſecundum Iſidorum raptus eſt illicitus coitus, à corrumpendo dictus; vnde qui raptu potitur, ſtupro fruitur. & habetur 36. *quæſt.* 1. *cap.* 1. & ibi *Gui. in Roſario*
84 notat, quod † raptus tres habet ſignificationes, vno modo dicitur contra naturam eleuatio ad Deum: vnde ſuper illud 1. *Corinthiorum* 12. *cap. ſcio huiuſmodi hominem raptum.* dicit *gloſ.* ideſt, contra naturam eleuatum. Secundo modo ſignificat violentam rerum ſpoliationem ſiue deprædationem. Tertio modo virginis inuitæ, vel parentibus inuitis defloration em, aut alterius vio-
85 lentis abuſionem: violare † eſt vim inferre: corrumpere, contaminare, & polluere; ergo corrumpere virginem non eſt ſine vi, & raptu ipſius virginitatis. vide *Geneſ.* 34. ibi, *adamauit eam,*
86 *rapuit eam, & dormiuit cum ea.* Et † deſcendit de, rapio, rapis, rapui, rapere, raptum, à corrumpendo, quaſi raptus. Et eſt corrumpere ideſt frangere, deuirginare, vitiare, inficere morbo, vel malis moribus, ſecundum *Papiam.* Facit ff. *de*
87 *ſerno corrupto, in rubro & nigro.* Et † ideo illicito coitu violenter corrupta, & à domo patris abducta, rapta dicitur: & ita ſumitur hic, & *l. vnica* prædicta, & per *Gratianum* 36. *quæſt.* 1. §. *cum hac.* Sed ibi *Gratianus* ex ponit legem antiquam Iuſtiniani, vt notat *gloſ.* 1. in *cap. lex illa. eod. quæſt.* & vide 27. *quæſt.* 2. vbi ponuntur
88 eadem duo cap. Et † dicitur quod etiam ille raptum commiſit, qui florem virginitatis puellæ renitenti eripuit: vt 37. *quæſt. prima.* §. *ex hac auctoritate.* in fin. & notat *Ioannes in Summa Confeſſorum lib. ſecundo. titul. quinto. de raptoribus. quæſt. prima.* & per *Hoſtien. in Summ. de adul-*

te-

ter. §. quid sit stuprum. & extra. eod. tit. cap. pervenit. & ibi glo. adde notata in cap. cum causam. extra. de raptoribus. Dicit Bal. in l. raptores. C. de Epis. & cler. & recitat Ioan. de Anania in c. cum causa. extra. de rapto. in fi quod si quis rapuerit virginem causa matrimonij, & eam honeste tractauerit, sed non stupraverit, quod non habet locum pœna illius legis, quæ duo requirit, scilicet raptum, & stuprum, & ita dicit fuisse iudicatum. vide ibi Ioan. late, iuxta decretum 37. q. 1. cap. de raptoribus, quãdo raptor fugit ad Ecclesiã, non punitur corporaliter, sed habet seruire puellæ, nisi se redimat ab ea. vide ibi latius; sed non seruatur ipsum de
89 cretũ, quia † nemo liber pro delicto fit seruus; vt in auth. de nuptijs. §. quod autẽ collat. 4. & dixi super vsat. Moneta. §. qui hæc supra dicta in q. Sed numquid poterit vendere. & in vsat. Si quis de homicidio. super
90 verbo directũ facere. ¶ Sed † an pœna l. vnica. C. de rap. virgi. habeat locum quando quis corrumpit violenter virginem; vel viduam honestam extra domum in campo repertam? Matthæus de Mataſal. in 98. notabili suo, dicit quod non punitur capitaliter, sed solum confiscatur dimidia pars bonorum suorũ, nisi sit vilis vel infamis de iure vel de facto: quia tunc relegabitur, & castigabitur in corpore, puta quia tustigabitur: vt inſti. de pub. iudi. §. Item lex Iulia de adulterijs. Nec obstat dicta l. vnica. C. de rap. virgi. §. huic pœna. vbi text. videtur velle, quod sit pœna capitis, siue quis habuerit rem cum virgine, ea volente, vel inuita; quia ille text. debet intelligi secundum præcedentia, scilicet vbi violentia interuenit in rapina mulieris; vt quia quis rapit per vim mulierem de domo patris, vel fratrum, ipsis resistentibus, quia ille puniretur pœna capitis, etiam si mulier diceret: Ego sum contenta. Et pro hoc facit text. inſti. de pub. iudi. §. si autem per vim. vbi confirmatur dispositio dictæ l. 1. & sic non est verisimile, quod sit correcta per §. Item lex Iulia. Hęc Matthæus. Vide pro hoc in l. 1. §. qui puero. ff.
91 de varijs & extraord. cognitionibus. vbi † stuprum mulieris punitur capite, quod verum intelligit Bar. quando interuenit aliqua violẽtia, vt interpellendo, &c. alias secus. adde notata per Bar. in præalleg. §. qui puero. & ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui nondum. & ff. de vi pu. l. 3. §. præterea. & adde de adulter. cap. 1. & 2. & per Ioan. Fa. inſti. de pub.
92 iudi. §. Item lex Iulia. ¶ Sed † qualiter puniatur stuprum absque raptu abductionis commissum? Respondeo mihi alias visum fuit ita distinguendum: quia aut committitur, in masculo, aut in fœmina. In masculo est pœna capitis: vt dicto §. Item lex Iulia. Sed in fœmina subdistinguetur quia aut committitur cum vi, aut sine vi. Si cum vi, & est mulier honesta, sit pœna capitis: vt inſti. eod. §. si autem. & est casus clarius in dicto §. qui puero, & ibi Bar. & facit dicta l. vnica. & facit præsens constitutio. Dominus Antonius de Mesa, semper sequitur opinionem Alberti Gan. de Cremona in rubr. de multis quæstionibus pertinentibus ex

statutis. §. Item pone q. qua Bononiæ. Sed certe vbi virgo per vim stupratur, est pœna capitis, vt dicit glos. extranag. de adulter. cap. pervenit. & est tex. ff. de varijs & extraordi. cog. l. 1. §. qui puero. Nec contradicit Gandinus, quia dicit, quod non debet mori, quando virgo consentijt, & se cognoscí voluit, si sine aliqua vi, ibi, o altre atte violent. Sed communiter tenetur opinio Matthæi, quæ est benignior. Sed si fuerit vilis persona, & consideratis dignitate puellæ vel mulieris, & alijs consideratis, debet arbitrio iudicis acrius puniri: arg. huius constitutionis, ibi, altres circunſtantias & informitats, &c. & sic hodie per hanc constitutionem sit arbitraria pœna iuxta modum violentiæ, & alijs consideratis. Sed secure teneas opinionem Bar. in dicto §. qui puero. Si autem committitur stuprum sine vi in muliere, tunc aut cognoscitur naturaliter, aut contra naturam. Si contra naturam, tunc in pœna capitis, sicut in masculo dictum est. Si vero secundum naturam coierit, tunc aut cum virgine nondum viripotente, & tunc punitur pœna legis, si quis aliquid. §. qui nondum. ff. de pœnis. Sed Bal. in dicta l. si quis non dicam rapere. in fin. tenet quod est pœna capitis: & ita vidi pluries seruari, quia fortius in tali nondum matura populus scandalizatur, & multis craſſantibus exemplo opus est: vt l. aut facta. §. vltimo. in fin. ff. de pœnis. quæ est canonizata. de pœn. dist. 1. cap. aut facta. Si coierit cum viripotente virgine, & secundum naturam sine abductione vi, vel raptu, & tunc regulariter pro solo, & simplici stupro punitur pœna posita inſti. de pub. iudi. §. Sed eadem lege, quæ pœna est publicatio dimidiæ partis bonorum, si sint honestæ personæ. Si vero humiles sint, erit pœna coertio corporis cum relegatione. vt inſti. de pub. iudi. §. Sed eadem l. versic. pœnam autem. Fallit in tutore, qui corrupit eam cuius est tutor; vt C. si quis eam cuius tu. fuerit corruperit. l. 1. & eius exemplo, idem in carcerario, & alio qui corrumpit eam quam in custodia tenebat, vt notant glos. & Ioan. Fa.
93 inſti. eod. in alleg. §. eadem lege. Et † quæ dicatur viripotens; dic quod ea quæ est pubes, scilicet puella duodecim annorum, vel proxima pubertati, vt puta decem annorum, vel forsan erit hoc relinquendum arbitrio iudicis: quia facilius est pati quam agere, & in aliquibus malitia supplet ætatem: vt extra. de despon. impube-
94 rum. cap. fin. & de muliere † consueuit dici, Cuius vas semper paratum est, & adeo magnum rostrum habet picula sicut pica, & vix reperitur arcta mulier, vide per Henricum Boich extranag. de despons. impuberum cap. pubes. & per Ioan.
95 Fa. inſti. de nuptijs. Et † dicit lex quod non potest nuptari, quæ virum pati non potest: ff. quando dies. l. ce. l. penultim. Secus ergo quando pati potest postquam sit doli capax, & in qua mali-
96 tia supplet ætatem. Sed † quis dicatur committere stuprum, vide ff. de adulter. l. stuprum. Et nota hos versus:

Fornicor in viduis, in virgine perpetro stuprum.
Alterius thorum violando dicor adulter.
Incestum facio consanguineæ violando.
Raptum commisi si quam rapui violando.

De hoc vide latius in *Summa Confessorum lib. 2. ti.*
97 15. *de raptoribus. q.* 1. vbi etiam dicitur † quod incestus committitur etiam in sanctimonialibus. Seb in eis potest dici committi sacrilegium, sicut & in illis cum quibus est contracta spiritualis cognatio, & inter quos est prohibitum matrimonium cõtrahi, propter aliquod sacramentum vide *glo. in cap. virginibus. 27. q. 2.* ¶ Occasione enumerationis & distinctionis prædictorum crimi-
98 num quæro, † quod sit grauius vel minus grauc inter peccata luxuriæ? Respondeo, secundũ *Thom. in secunda secundæ. art.* 12. dicendum est, quod grauissimum inter omnia genera peccatorum luxuriæ est vitium contra naturam, sicut dicit *Augustinus in lib. de adulterinis coniugis*, quia transgredietur illud quod secundum naturam determinatum est, tamquam principium contra vsum venereum. Post hoc est incestus, qui est contra naturalem reuerentiam, quam debemus personis coniunctis. Aliæ autem species sunt contra rectam rationem. Ex suppositione tamẽ naturalium principiorum magis repugnat rationi quod quis venereis vtatur non tolum cõtra illud quod conuenit proli generandæ, sed cum iniuria proximi: & ideo fornicatio simplex est minima inter species luxuriæ. Adul-
99 terium † autem grauius quam stuprum, quia maior iniuria fit in abusu mulieris alterius potestati subiectę tam ad vsum generationis quam ad solam custodiam. Vtrumque aggrauatur per violentiam, & ideo raptus virginis est grauior quam stuprum, & raptus vxoris quam adulterium. Hæc omnia aggrauantur secundum rationem sacrilegij, quando scilicet persona sacrata Deo rapitur. Item inter peccata contra natu-
100 ram † grauissimum est peccatum bestialitatis, scilicet vbi non seruantur debita species. Post hoc autem vitium Sodomiticum, vbi non seruatur debitus sexus. Et postea peccatum, quod non seruatur debitus modus concubendi; magis autem si nõ sit debitum vas. vide in *auth.* vt non luxurientur contra naturam, & in *l. cum vir. C. de adulter.* quam si non sit debitus modus.
101 Minus † autem inter peccata contra naturam est peccatum molliciei, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum: & ita dicit *Ioan. in Summa Conf. ff. l. b. 2. ti. 5. q. 2.* vide *Genes.* 38. *cap.* de Anam filio Iudæ marito Thamar, qui vt non susciteret filios fratri suo, proiiciebat semen in terram, propter quod mortuus fuit.
102 ¶ Vlterius † secundum *Matthæum de Matsaſanis*, nota vnum, cuius contrarium solet vulgus dicere, scilicet, quod non est pœna capitis rapere meretricem, vel coire per vim cum meretrice, nec etiam pœna stupri habet locum, vel alia pœna: vt est textus in *l. verum. ff. de furtis*, & in *l. 1. in prin.* à cõtrario sensu, *C. de rap. vir.*
103 secundum *Matthæum* in 102. *notabili.* Item † nota, quod si Caius dicit quod Petrus cognouit Bertam violenter; & eodem modo testes deponant; non est probatum, quod propterea vim intulerit, quia illud vocabulum *violenter*, est dubium; nam posset intelligi è conuerso quod Berta vim intulit Petro, & ita notat *Bar.* in *l. 1. ff. de duobus reis.* Sed forte illud dictum debet limitari, nisi communis vsus loquendi regionis accipiat ita verba in violentiam actuum vir-
104 secundum *Matthæum* in 102. *notabili.* Vel † dic secundus, quod debet testis tamquam obscure deposuerit, reinterrogari, iuxta ea quæ legitur & notantur *extra. de testi. cap. cum clamor.* vel verius debet articulus tamquam dubius & ine-
105 ptus repelli; & quia † est dubia probatio, quæ non retinet, *extra. de probat. cap. in præsentia*, vide tene dictum *Bart.* quia iudex habet iudicare secundum acta, & verba actorum habent intelligi prout est de iure; & secundum proprietatem verborum, nisi aliter declaretur, & constet de mente testium deponentium; & quia pars quæ articulauit, debet sibi imputare, cur non articulauit ponendo clare qualiter Titius faciens violentiam Bertæ eam cognouit inuitam. Sed communis vsus loquendi debet mouere iudicẽ vt faciat declarare iuxta *cap. cum clamor.* cum alias cessante communi vsu loquendi, deberet iudex habere probationem tamquam dubiam, & inualidam, atque nullam. Sed contra opinionem *Bar.* multum facit, quia vero non potest vis inferri in hoc, vt notat *Ioan. Andr.* in *cap. fatris. extra. de his quæ vi, metusve causa fiunt.* ¶ Itẽ
106 nota † text. quem pauci sciunt, quod concubina alicuius coniugati vel soluti reputatur mulier inhonesta, & inhoneste viuens, & ideo alius habens commercium cum ipsa, non potest puniri, nec accusari ab eo cuius illa erat concubina: vt est *text.* in *l. si vxor.* in prin. *ff. de adulter.* Fallit tamen in liberta concubina patroni sui, vt
107 ibi dicitur. Tamen verum est † quando filius habet rem cum concubina patris, vel pater cũ concubina filij, hoc est iusta causa exhæredandi, vt in *auth. vt cum de app. cog. §. hoc quoque capitulum.* & nota in *cap. quinta vallis. extra. de iure iur.* hæc *Matthæus in centesimo notabili*, cætera dic per *Doct.* in *vsat. exheredare. cum vsat. ſe.* ¶ Sequitur in text. ibi. *o aquell exil no pogues penalment*
108 *exequir.* & hoc est † quia pœna exilij non reputaretur pœna: vt infra *eod. §. E los testimonis*, & est simile *C. vt intra certum tempus ex. quæst. terminentur. l. 2.* quia vir est vnus ribaldus pauper, vilis & despecta persona, & puella est filia honesta diuitis & honoratæ personæ, tunc enim exilium huiusmodi tali ribaldo non reputaretur pœna, in hoc casu vel simili & sic erit pœna congrua arbitrio iudicantis imponenda: & quod dicit *arbitrio*, &c. faciũt prò his quæ legũtur & notãtur supra *eod. c. per tal que les leys*, &c.

&c. n.

Digitized by Google

& in concor. ibi positis. ¶ Sequitur §. *Entes empero*. Ex isto §. ibi, *seran comesos en terra de Baro*,
109 habes clarum, † quod huiusmodi constitutiones ligant Barones & subditos eorum, & quoscumque seculares, & etiam prælatos tamquam Barones infra Cathaloniam degentes, & populatos, de quo die vt dixi latius supra *colla. 6. curiæ Montissoni cap. 1.* & supra *colla. 6 curiæ Perpiniani cap. cum secundum.* & ibi est casus, & ibi scripsi super verbo *prout alij Barones*. & infra *collat. proxi. cap. Item per tolre vexacions.* vide ibi super verbo *als subdits.* & melius in *Commem. Petri Alberti. cap. Barones.* & hanc tenuit *Iac. de Calicio* in *vsat. hac sunt vsualia in 1. q.* vide ibi late, & ita potest intelligi quod dicit *Iacob. de Monte Iud.*
110 in *vsat. Simis modo. in vlti. q.* Et † an huiusmodi constitutiones ligent in terris Baronum? Respondeo quod sic, & de hoc est quędã prouisio Regis Martini data Maellæ. Et nota, quod Ba-
111 rones † & alij iurisdictionẽ habentes in Cathalonia tenentur exulare, & in exilium prædictum mittere prædictos delinquentes â tota eorum terra, & deinde dominus Rex, & sui of-
112 ficiales à terra domini Regis, vt dictũ est. Et † ex his nota, quod Barones licet ex priuilegio, aut alias constituerint in eorum terris sustinere bannitos domini Regis, & alios criminosos; non tamen poterunt sustinere datos in exilium huiusmodi, sicut nec possunt sustinere fugitiuos armatarũ, & mercatores abatuts, de quibus dictum est supra *colla. 7. curiæ Dertusen. cap. insuper statuimus*, & supra *collat. 6. curiæ Gerundæ cap.* 13. & *cap. 27. Item statuimus & ordinamus, quod si aliquis fuerit bannitus*, &c. ¶ Sequitur versic. *Si*
113 *donchs la dita donzella, o fadrina*, &c. Hic † ponitur exceptio; ita videlicet, quod si puella, quæ fuerit violenter corrupta etiam cum raptu, vel pater, vel mater ipsius puellæ voluerit vti prouisione vsatici Barcinonæ incipientis, *Si quis virginem*, &c. tunc cessant, & non habent locum dictæ pœnę, & ita in hoc casu est correcta *l. vnica. C. de rap. virgi.* & in *auth. de raptu mul. collat. 9.* quæ prohibent contrahere matrimonium cum raptore. & punit parentes consentientes, quia licet dicta lex habeat iustitiam, & rationẽ pro interesse Reipublicę: quia interest ne crimina remaneant impunita, vt *l. Ita vulneratus. ff. ad l.*
114 *Aquiliam.* & vt pœna † vnius sit metus multorum, *l. 1. ff. ad l. Iul. repe.* tamen hęc constitutio etiam continet ęquitatem, quam canon amplectitur, vt *extra. de rap. cap. cum causa.* Ita vt de cõsensu personarum principaliter iniuriatarum, cessent huiusmodi pœnæ, & sequatur maius bonũ, scilicet matrimonium ad replendam liberis ciuitatem: vt *l. 1. ff. de solu. matri.* & etiam pax
115 & cõcordia, quæ † est vinculum charitatis: *extra. de iudicijs. cap. nouit*, & siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, quod vita hominum corrigatur: 23. q. 5. *c. prodest seueritas*, & bonos non solum metu pœnarum, sed etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes. vt *l. 1. ff. de iustitia & iur.* & non debet peccator despici in eo quod fuit, quia incipit ille quod non
116 fuit: *l. dist. cap. ferrum.* Et † vt ista melius intelligantur, subijcio hic totum tenorem dicti vsatici, prout ecce. ¶ *Si quis virginem violenter corruperit, aut ducat eam in vxorem, si illa & parentes eius voluerint & dederint ei suum axouar, aut donec*
117 *ei maritum de suo valore*. ¶ Expone † litteram huius vsatici, & dic virginem, secus si iam alias fuerat corrupta & inhonesta, quoad casum huius constitutionis. Si vero nõ erat virgo, & eam violenter adulterauerit, & impręgnauerit, tenetur facere similiter, hoc est ducere vxorem, vel dotare, vt de virgine dictum est, vt in alio *vsat.* qui est pars prędicti, & quod dicit *violenter*, facit pro opinione *Matasalani*, & pro communi vsu loquendi, & pro dicto *Ioan. Andr.* in
118 *cap. sacris. extra. quod metus causa*. Qualiter † probetur aliquã esse virginem vel corruptam, vide notata per *N. extra. de proba. cap. proposuisti.* Et ibi dicitur quando, & quando iudex habeat iudicare, secundum iudicium personarum expertarum in arte; & quod dicit, *si illa, & parentes eius voluerint*, attende quia vsat. loquitur copulatiue, & sic videtur quod sit necessarius consen-
119 sus omnium, scilicet puellę, & parentum. Sed † tamen ista constitutio loquitur disiunctiue, per verbum, *o*, dum dicit: *Si donchs la dita donzella, o fadrina, o lo pare, o mare daquella*, &c. Vnde videtur quod hæc constitutio sit glosla illius præinserti vsatici, videlicet, vt debeat intelligi disiunctiue, & sit sensus, quod si sola puella velit in matrimonium consentire cum raptore, debeant cessare dictę pœnæ exilij, & mortis, vel alię, & idem si solus pater consentiat, & idem si sola mater. Sed tamen iste intellectus mihi non videtur bene sonare: quia supra in prin. §. *& si algun*, prohibet contrahi matrimonium sine voluntate parentis, & matrimonium est cum consensu viri, & solius puellæ consentientis, & tamen punitur pœna exilij, nisi pater consentiat; vel mater, si patrem non habet, & etiam ibi sequitur, *o conexeran carnalmẽt & de son grat.* Qua-
120 re † dic quod *patri*, debeat intelligi copulatiue & partim disiunctiue, quia ad hoc vt cessent pœnę huius constitutionis, sufficit, quod alter eorum, scilicet puellę, vel patris, aut matris deficiente patre consentiat. Sed quoad disiunctiuam electionem prouisionis vsatici dum dicit, *aut ducat, aut donec ei maritum*, requiritur copulatiue consensus puellæ, & patris, si habet; alias matris, quia parentes alias non coguntur dare dotem, nisi filia, scilicet minor viginti quatuor annorum, cum eorum consensu contraxerit, vt subijcitur infra *eod.* §. *E si la dita donzella, o fadrina qui a les dites sposalles*, &c. Quia imo priuatur legitima, & omni successione hæreditatis, & bonorum parentum suorum, vt ibi dicitur: adde quę scripsi super *vsat. c. exharedare.*

in

in Commento. Et vt clariùs omnia iſta comprehendantur, diſtingue quando quis clam contra tenorem huius conſtitutionis contraxerit, aut rapuerit, tunc aut nec puella, nec parentes eius volunt vti remedio ſeu prouiſione dicti vſatici, & tunc indiſtincte habent locum pœnæ huius conſtitutionis contra virum delinquentem. Aut puella ſola conſentit, & vult vti remedio ſeu prouiſione dicti vſatici, & contrahere cum raptore, & tunc vitabitur pœna mortis, & forte omnes dictæ pœnæ, per litteram, quę ſequitur, ibi: *ço es, que volra hauer, è pendre per marit aquell qui violentment la haura corrompuda, com en aqueſt cas volem que ſien totes penes demunt dites, nulles, & ceſſen.* Et quia dicit, *demunt dites*, ſubaudi, quia vbi conſtitutio Cathaloniæ diſpon t.

121 non † habet locum diſpoſitio iuris Romani, vel alterius, quam Cathaloniæ: vt ſupra *eod. cap. per tal que les leys.* & ibi dixi. & hoc credo indubitá ter verum, quando corrumpit nullo facto contracti matrimonij. Et eſt ratio, quia tunc non de facili reperiret alium, qui tum taliter corrupta vellet cõtrahere, & ita loquitur ipſe vſaticus, qñia dicit, *aut ducat*, de futuro: ergo iam nõ duxerat, quia forte tunc non haberet locum vſaticus. Aut contraxit ſolum non ſequuta copula & abſque raptu, & tunc habet locum pœna exilij, nec habet locum pœna mortis, nec habebit locum prouiſio vſatici, ſi forte tam ipſa puella, quam parentes eius conſentiant in matrimonium iam contractum, per rationes iã dictas. Dixi vobis in *c. per tal que las leys*, quod iura compoſita in vulgari vix poſſunt decidere caſus quin quandoque maiores inducant dubitationes: vt quandoque dicatur, dum anſam ſoluimus, nodum dicimur ligauiſſe: *extra. de verb. ſignif cap. cum olim.* vnde melius foret, quod in Latino promulgarentur, & poſtea reducerentur in vulgari, vbi dixi in dicto *c. per tal que les*

122 *leys.* Quæro † numquid poſt mortem coniugum poteſt agi de nullitate coniugij, & illegitimitate prolis. Reſpondeo, non poſt quinquenniũ à morte ipſorum, iuxta edictum, *Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium queratur.* quod habet locum vbi de ſtatu coniugij quæritur, & ita tenent *gloſ. Ioan. And. Henr. in c. peruenit qui ſi. ſunt legi.* & idem *Hoſt.* & *Aſten. in eorum ſummis*, licet *Anto. de Butrio* cõtra: tamen *Nic. de Sicilia* dicit, *gloſſam* & *Hoſtienſem* ſeruari in practica, & bene, quia edictum prædictum facit ius, & loquitur generaliter de omni ſtatu hominum, qui eſt multiplex, & iuxta *cap. inſtit. de fide Catholica. in antiquis*, ſunt tres ſtatus, ſcilicet virginum, continentium, & coniugatorum. Sed quia dicit littera, ibi, *en aqueſt cas*, ſcilicet, qui continetur in dicto vſatico, & de quo immediate præmiſit, ſcilicet, quia violenter corrupit virginem, nullo contractu præcedente: & dic, *en aqueſt cas*, ergo ſecus in alio, ſcilicet, quando oppreſſit inuitam illam, cum qua contraxerat à contrario ſenſu, quod eſt validum in iure: vt *l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.* & quia dixi de vno caſu, ergo ſecus de alio: argu. *l. cum prætor. ff. de iudi.* cum ſimilibus. Sed forſan ſecundum mentem ſecus eſt, vt dixi: & quia videretur ſequi abſurdum, vt maius haberet remedium, quando oppreſſit ſine contractu, quã cũ contracta: & ſic plus haberet luxuria quã caſtitas; quod eſſe non debet regulariter: & hoc credo humanius, & aliqualiter parcendum eſt, præſertim ſi ſolo amore ductus fuerit, quia nihil

123 furore † amoris vehementius: vt in *auth. quibus modis natur. effic. legi §. illud.* & *C. de Senatuſconſul.*

124 *claud. l. vnd.* & ibi nota *gloſ.* & difficile † eſt iuuenilles coarctare calores. *C. de bonis quæ liberis.*

125 *l. vltima. §. filijs.* Item † nota, quod confeſſio matrimonij facta ab vtraque parte excuſat à ſtupro: hoc dicit *gloſ.* quæ non reperitur alibi. *C. de fide inſtr. l. vltima.* per quam *gloſ.* refert *Baldus* ſe euahile, forte in cauſa, quam patrocinabatur. Sequitur in textu, *E la dita donzella*, ibi, *haura cõſentit*, ſubaudi, inuitis parentibus alias ſecus: argum. dicti vſatici, *Si quis virginem.* Sequitur, *de*

126 *tots* † *los bens a ella pertanyents*, ibi, *ipſo facto ſia priuada*, ſubaudi, & iſte eſt caſus in quo priuatur filia, licet fuerit in teſtamento hæres inſtituta; & ſi fuerit præterita, non poteſt agere querela, nec eſt propter hoc irritum teſtamentum patris vel matris: & per hoc limita *auth. ex cauſa præteritionis. C. de liberis & poſthumis, præteritis vel exheredatis.* quia præteritione iſtius filiæ, quæ ſic contraxit, non irritatur teſtamentum, maxime Barcinonæ, vbi eſt priuilegium, quod præteritione liberorum non irritantur teſtamenta. Sed

127 quid † ſi eſt pupilla, quæ à parentibus eſt hæres inſtituta, & ſub poteſtate tutoris, vel curatoris de facto contrahat, abſque cõſenſu tutorum & proximiorum, & ſic priuatur bonis paternis & maternis, quæro cui iſta bona adquirantur? Et

128 videtur quod fiſco, quia pœnæ † regulariter fiſco adquiruntur vt *l. multitarum. C. de modo multitarum.* de quo vide per *Bart. in l. agraria. ff. de termino amoto.* & dixi ſupra *collat. 4. c. 18. Item de gratia per nos & omnes ſucceſſores noſtros.* Facit *ff.* & *C. de his quibus vt indignis.* Fallit in caſu *f. de litigio. l. vltima.* Item ſi puella non ſit hęres, ſed habet legatum à patre, tunc forte hæredi remanebit, & non fiſco, quia dicit lex: *Ne dum mores corrigimus, fiſci noſtri rationem habere videamur.* vt *C. de ſecundis nuptijs. l. omnium vero hereditatum.* Et hoc

129 credo † verum, ſi puella adulta, quæ contra tenorem huius conſtitutionis contraxerit, ipſa bona haberet ad ſuas voluntates, alias ſecus. de quo dic vt legitur & notatur *ff. de iure fiſci. l. Statius. §. Cornelio.* & *extra. de regula. cap. cum ſcimus.* quia ſi eſt pupilla, forte non incurrit hanc pœnam, niſi fuerit doli capax, vel iuuabitur beneficio ætatis; ſed nullatenus præiudicabit ſubſtitutis, vel cohæredibus. Vide & adde quæ notat *Bart. ff. de legatis tertio, l. vxorem. §. teſtamento quo filiam.*

Digitized by Google

lium. Et forte vbi fuerit hæres, priuabitur hæreditate, & dabitur venientibus ab inteſtato: arg.
130 *l. 1. C. de ſecundis nuptijs*. Sed † dic quod ex priuilegio Gerundæ adquiruntur fratribus & ſororibus, ſi habet alias erit medietas fiſci, & alia medietas erit hoſpitalis noui dictæ ciuitatis: & fuit priuilegium Regis Petri, datum Perpiniani kalend. Iunij, anno Domini 1345. ſed cre-
131 do quod † fuerit tẽporale, quia in eo eſt clauſula, *Dum de noſtra voluntate proceſſerit, tantummodo duraturum*, iuxta ea quæ leguntur & notantur *extra. de reſcriptis. cap. ſi gratioſe. lib. 6*. Olim vero emanauit antiqua cõſtitutio Regis Iacobi, data Valentiæ 14. kalendas Septembris, anno Domini 1469. quæ incipit, *Cum in celebri curia*. vide ibi, & in *authent. de raptu mulie. collat. 9.* ſed corriguntur per iſtam, quæ eſt vltima, inquã tum reperitur contraria. Sed nota quod lex ſim-
132 pliciter † imponens pœnam, videtur illam applicare fiſco. vt *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. iubemus. §. in his*. Sed quando venit per modum priuationis, venit applicanda parti: vt *C. de his qui non-*
133 *tantur infa. l. 1*. De iure canonico nõ † valet pœna in contractu matrimonij, ſed arrha, niſi ſit magna. de quo nota per *Ray.* & alios Doctores in *l. Titia. ff. de verb. oblig.* & *Henr. Ioan. And.* & alios
134 Doct. in *c. gemma. extra. de ſpon.* & vide ſup. Sed † an valeant iſtæ pœnæ, quæ ponunt contrahere matrimonia contrahentes? Videtur quod nõ. de quo vide *glo.* & *dominum de Sancto B. extra. de hæreticis. c. ſtatutum. lib. 6*. Sequitur in text. *Si donchs la dita donzella*, ibi: *en edat de vint y quatre complits*. adde, lex Romana dicit, poſt vigintiquinque annos. vt *C. de inoffic. teſta. auth. ſi poſt vigintiquinque annos*. vide quæ ibi notantur. Sequitur in textu. *En lo qual cas no ſia priuada*, ergo â contrario ſenſu in alijs caſibus, in quibus fecerit contra iſtam conſtitutionem, erit priuata, niſi quãdo parentes conſenſerint, vt vtatur beneficio & prouiſione dicti vſatici: & hoc ſtatim ſubijcit, dum dicit, *Reſernada a la donzella, o fadrina, ſi lo dit pare & mare hy conſentian la proniſio del dit uſatge*.
135 Nota quod nullus † debet tradere filiam ſuam nuptui excommunicato, alias pœnam quingẽtorum aureorum incurrit, vt in conſtitutione, quæ incipit: *in Chriſti nomine. Nos Petrus Dei gratia Rex*, &c. §. *adijcimus præterea*. quæ data fuit Ilerdæ duodecimo kalendas Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis ducenteſimo decimo. Et
136 dic *pare & mare*, &c. non mielligas, † quod cõſenſus amborum parentum requiratur, niſi quo ad hoc vt conſequatur legitimam, vel dotẽ, vel ſucceſſionem amborum, vel ab ambobus: quia ſi pater conſentiat, & non mater, habebit de bonis paternis, & non materuis: & è conuerſo ſi mater conſentiat, & non pater, tunc habebit de
137 bonis maternis, & non paternis. Sed † quia pater habebat filios in poteſtate, ſi minor viginti-quatuor annorum eo inuito, vel ignorante contraxerit, non cuadit iugũ patriæ poteſtatis, quinimo pater tunc habebit vſumfructum bonorũ ſuorum aduentitiorum aliorum quorumcumque, quæ habebit illa filia, quia non habebitur pro emancipata, niſi pater conſentiat: vt in *cap. Statuimus, curia Perpiniani*, ſupra *collat. 6*. de quo dic vt ibidem notatur. Pater eſt legitimus ad-
138 miniſtrator † filijfamilias, non ex patria poteſtate. ſed ex lege Conſtantini: vt *C. de bonis mat. l. 1*. Vnde filius auctoritate patris bona aduentitia obligare poteſt, ſicut pupillus auctoritate tutoris. vide *Ray. in l. ſi ſeruus. ff. de verborum oblig.* Sequitur §. *E los teſtimonis o teſtimonis, qui hi ſeran o diran ſi eſſer entreuenguts ſcientmẽt*. Dic ergo ſecus, ſi ignoranter, vel â caſu interuenerint, dum
139 modo non ſe iactent: quia teſtis † numquam punitur, niſi doloſe ſe habuerit intereſſendo. vel iactando, vel falſum teſtimonium ſcienter & ex propoſito faciendo: tunc enim in caſu iſtius §. puniuntur teſtes iſti pœna exilij ſupradicti, vel ſimilis, vel arbitrio iudicantis, vt ſuperius di-
140 ctum eſt. Et nota † quod habemus tres vſaticos Barcinonæ loquentes de pœnis periurij, ſcilicet vſaticus, *Item ſtatuimus*. & vſaticus, *Præcipimus*. & vſaticus, *Quoniã ex conqueſtione*. Et in pœnis reperitur contrarietas ſiue diuerſitas, vt patet in eis. Ideo *Iacobus de Monte Iudaico* in dicto vſatico: *Item ſtatuimus*. pro concordia diſtin-
141 guit, † quod aut quis iurat per ſacra prohibita, vt per caput, per capillos, per ſanguinẽ, vel per viſcera, & ſic per humanitatem Chriſti, & tunc vltimo ſupplicio eſt mulctandus vt in *authent. ne luxurientur contra naturam, neque iurent*, &c. §. *Et quoniam quidam. collat. 6*, quod dic ſi de conſuetudine: quæ conſuetudo erit, ſi bis atrociter taliter iurauit: vt *l. nemo. C. de Epiſc. audient.* vel iudicabitur hæc conſuetudo ſecundum famam populi, alias arbitrio boni viri: quia ſecus ſi per iram, vel ſubito, & non deliberate: nã tunc forſan eſſet veniale peccatum, & nõ mortale. hoc faciant iurantes. & adde quæ notantur in *cap. qui verba nefandiſſima. in curia Montiſſoni*, ſupra *collat. 6*. cum ſuis concordantijs. Aut iuratur per ſacra licita, vt per Deum, vel Deitatem Chriſti Saluatoris noſtri, & tunc quando iurat verum, non punitur. vt *C. de iureiur. l. 2*. & *extra. eod. c. & ſi Chriſtus*. non iurat verum, & ſic periurat; & tunc quæritur aut de perſona acceſſoria, vt de teſte. & tunc bene punitur, & de falſo poteſt accuſari. vt in *l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia*. & per vſaticum, *Quoniam*. & tribus perſonis eſt obnoxius, vt *extra. de cri. falſ. cap. 2*. vbi de hoc. Aut quæritur de principali perſona; & tunc ſubdiſtingue, quia aut iurauit calore quodam iracundiæ, & tunc non habet vltorem niſi ſolum Deum, vt *l. 2*. prælleg. & *ff. de regulis iuris. l. quod calore*. Aut iurauit cũ deliberatione; & tunc refert, quia aut iurat de futuro, aut de præterito. Si de præterito, aut iurat parte, vel iudice non deterente, vt quia iurat rẽ non obligatam, ad decipiendum aduerſarium,

& tunc

& tunc poteſt inquiri, & crimine ſtellionatus puniri: vt *l. vltima. ff. de crimine ſtellionatus.* Aut iu dice, vel patre deferente, & tunc non punitur iure fori, vt *ff. qui ſatis cog. l. fin.* Aut non ex tali cauſa. & tunc aut iurat tale quid, quod non intereſt fieri, vt non comedere carnes, & adhuc ſolum Deum habet vltorem. Aut iurat tale quid, quod intereſt alterius fieri. vt quia iurat ſe daturum, vel facturum, & tunc aut erat debitum efficaciter, & punitur ſecundum formam legis, *C. de tranſact. l. ſi quis maior.* Aut non erat efficaciter debitum, & tunc non punitur, vt *l. iuris gentium. §. generaliter. ff. de pactis.* Vel (vt dicit *Iacobus*) punietur periurus per legem Goticam, *l.*
142 *2. ſi quis animam.* Sed dic q̃ lex Gotica † hodie, nõ ſeruatur niſi in caſibus, quos notaui ſupra *in uria Montiſalbi c. 28. Itẽ dicimus.* vide ibi, & adde quę dixi ſupra *c. per tal q̃ las leys.* & ſupra *coll. 8. Item ſenyor quels Cancellers*, &c. quia deficientibus iuribus patriæ, recurrimus ad arbitriũ, &c.
143 vt ibi dixi, & in cõcordantijs ibi poſitis. Sed † quæro, qualiter de iure communi puniantur teſtes periuri? Reſpondeo, in criminali puniuntur pœna capitali: vt 33. q. 5. *cap. hæc imago.* & ita loquitur *gloſ. 23. q. 5. c. Rex.* & hoc ſecundum legem veterem, vt notat *gloſ. in c. nihilominus. 3. q. 9.* vel dic vt ſcripſi in allegato vſatico, *Itẽ ſtatuimus.* Sed ſecundum leges Romanas accuſantur pœna falſi, vt *l. eos. ff. ad legem Cor. de ſica. l. 1.*
144 Itẽ † quilibet periurus tenetur crimine ſtellionatus, vt notat *gloſ. in l. ſi. ff. de crimine ſtellion.* adde quę dixi ſupra *collat. 6. curiæ Perpiniani cap. ad tollendam materiam falſandi ſaffranum.* Sequitur §. *E mes auant ſi algun de qualſevol*, &c. ibi *ſe iactara.*
145 De materia † iactationis vide per *gloſ.* & *Doct. in l. de ingenuis & manumiſſis.* Nota tamen, quod
146 ſilenti † numquam imponitur ſilentium, ſed vexanti. Hinc eſt quod ſi habeo debitorem, & nihil ei dico, non poteſt petere vt mihi imponatur ſilentium, nec poteſt petere vt mihi aſsignetur terminus ad probãdum, vel alleganõ. *C. vt nemo inuitus. l. 1.* Sed ſi intamo debitorẽ. ſiquidem ciuiliter, poteſt implorare officiũ iudicis loco actionis, & loco deficientis actionis,
147 per *l. de diffamari*: quia † diffamatio affert periculum diffamato, cum hoc ipſo diffamans ſe gerat pro domino. Si vero pro crimine, vide latius *Bal.*
148 *extra. de teſtibus. c. ſignificauit.* De pœna † eius, qui corruptione teſtem ad falſum teſtimonium induxerit, vide in *c. ſi quis conuentus fuerit. 23. q. 5.* & iterum de pœna eiuſdem ſecundum vſaticos, vide in vſatico, *Si quis per amorem pecunia.* Sequitur in textu, *ipſo facto ſia punit.* expone, ipſo facto, ideſt, ſine accuſatore: quia tamquam pro notorio debet ex hac iactatione & diffamatio-
149 ne puniri. Eſt enim vnum genus delicti iactare & diffamare de crimine, quod forſan commiſerit. vide latius in *deciſionibus dominorum de Rota, concluſione* 205. adde quę notat *glaſſa in Decretis 5. q. 1. in ſumma.* & *cap. vlt.* vide notata per *gloſ.* & *Doct. extra. de excep. prælat. c. quam graue.* Sequitur in textu, *a arbitre del jutgant*, dic, ſcilicet extraordinarie, vt *ff. de extraordinar. crim. l. ſolicitatores.* in prin. Sequitur in textu, *E ſi en les dites coſas, o alguna daquellas algun fara teſtimoni*, ſubaudi, *ſcienter & dolo.* & hoc notat verbum, *per diners*, &c. quod ſubijcit hic, & dixi ſupra *eod. §. E los teſtimoni, o teſtimonis*; ſuper verbo *ſcientment.* Sed
150 quæro, † qua pœna puniatur producẽs falſum teſtem? Reſpondeo, de hoc videtur caſus in vſa-
151 tico, *Quoniam ex conqueſtione.* dic vt ibi. Et † dicitur falſum teſtimonium quando dicit cõtrarium veritati, vel doloſe tacet, & occultat veritatem. vterque enim reus eſt, & qui mendacium dicit, & qui veritatem occultat: vt *extra. de crimine falſi. c. 1.* & 11. *q. 3. c. quiſquis cuiuſlibet.* Et † de
152 pœna falſi teſtis dic vt dixi ſupra *collat. 6. cur.*
153 *Perpiniani c. ad tollendam.* Vel dic clarius, † quia commiſit falſum teſtimoniũ perhibendo in criminali, aut in ciuili. Primo caſu regulariter eſt pœna talionis, ſecundum *Baldum in l. probri. C. de Epiſcopis & clericis.* & *gloſ. in alleg. cap. 1. de crimin. falſ.* & *gloſ. in c. Rex debet. 23. q. 5. cap. hæc imago.*
154 Fallit tamen † in hoc caſu præſentis conſtitutionis & huius §. vbi imponitur pœna mortis naturalis, & erit in hoc caſu ſpeciale, eo quia grauiſsimum crimen committit: & quaſi occidit virginem, quam inuitam ſubijcere voluit forte ribaldo: & quia quodammodo committit furtũ hæreditatis & bonorum puellæ, quæ contra iuſtitiam aufert puellę, & dat ribaldo: & nutrit ſcandalum grauiſsimum, propter quod in ſimilibus ſtrages ſequi conſueuerunt: ideo nimirũ, ſi crimen falſi hoc caſu habet pœnã vltimi ſupplicij, regulariter ſecus. de quo vide in dicta *curia Perpiniani, c. vt occaſioni perpetrandi ſtrages*, &c. & *in c. ad tollendam materiam falſandi ſaffranum.* & ibi dixi de pœnis falſariorum, ſiue falſi inſtru-
155 menta conſcribentium. Sed † pone caſum, quẽ vidi de facto. Quidam pauper cupiens habere viduam in diuitem in vxorem, falſo ſe iactauit illam ſibi deſponſaſſe in vxorem, illa negante. Subiecit falſos teſtes pecunia corruptos: quæritur, an iſti teſtes debeant teneri pœna mortis naturalis iux. a hanc conſtitutionem? Et videtur quod non, quia hæc conſtitutio loquitur de matrimonio puellę, & non viduæ: & quia pœnalis eſt, ideo non eſt extendenda. Dico. cõtra, quia eadem eſt, & fortior ratio, præſertim quãdo illa vidua erat iam alij nupta; & etiã in pœ-
156 nalibus fit † extenſio à paritate rationis, iuxta notata ſupra *eod.* in verbo, *E ſi lo pare no vinra.*
157 Secundo caſu, ſcilicet, † quando dicit falſum teſtimonium in ciuili, tunc de iure canonico punietur, vt notant *gl. ſ.* & *Henricus Boich in allega. c. 1. de crim. f. d.* Sed de iure vſaticorũ huius patriæ diſtingue: quia aut quęris de falſo crimine & periurio, quod vaſallus commiſit contra ſuũ domi-

Digitized by Google

dominum,quia non impleuit quod ſibi iurauit, & tunc habet locum pœna vſatici, *Item ſtatuimus*,quæ eſt amiſsio manus, aut centum ſolidorum,aut quartę partis facultatum. Aut quæris de periurio teſtis,qui falſum depoſuit ſub examine Regio,ſeu delegatorum ipſius:& tunc eſt pœna omniũ bonorũ mobiliũ,& etiam amiſsionis manus & linguæ : vt in vſatico,*Quoniam ex conqueſtione. verſ.ſed & eamdem pœnam.* vide ibi. Aut quæris de falſo teſte deponente corã alijs iudicibus,quam coram Rege vel ſuis delegatis, & tunc eſt pœna manus,aut centum ſolidorum, & ita intellexit *Iacobus de monte Iudaico*,qui taliter voluit concordare dictos tres vſaticos, diuerſas pœnas inducentes. Mihi autem verius videretur dicendum,quod eſſet hoc arbitrio iu-
158 dicis relinquendum:quia † pœnæ iuxta vſaticos regulariter ſunt arbitrariæ, & vbi eſt diuerſitas pœnarum, videtur debere relinqui bono arbitrio iudicis,vt notatur in ſimili *extra. de pœn.& remiſ.cap.Deus,qui Eccleſiam.* & hoc ma-
159 xime in Principe, quia † ſola poteſtas Regia erit in omnibus libera, qualemcumque iuſſerit inferere pœnam,vt in princip. vſat.*cap. cũ domus.* Facit vſaticus, *Quia iuſtitiam facere.* & *l. hodie. ff. de pœnis.* & prædicta intellige quoad pœnas fiſcales,ſeu pro publica vindicta, quia ni-
160 hilominus † tenetur falſus teſtis ad damna & intereſſe parti quam læſit:vt *extra.de cri. fal. cap.*
161 *primo.* & † poterit querelari per conſtitut. pacium & treugarum, tamquam pacis & treugæ violator,pro damno dato in perſona vel rebus ex crimine falſi teſtimonij:& ita vidi in Audiẽtia ſæpius practicari, & etiam practicaui,ac ob-
162 tinui. Et nota † regulam, quod ex quocunque delicto publico, ex quo poteſt quis criminaliter accuſari, datur actio ciuilis in factum parti offenſæ ad interueſſe:vt *l.non quidquam.* & ibi nota *ff.pro ſocio*, ſecundum *Matthæum de Mataſalanis in ſuo* 124.*notabili.* Item nota, † quod licet
163 regulariter valeat teſtimonium de ſenſu proprio auditus verborum alterius, quando teſtis bene habebat notas voces loquentis, licet perſonas loquentis non viderit,vt *l. teſtium. C.de teſtibus.* & *in auth. ibi poſita.* & *13.q.2.c.1.* & *3.q.9. c.teſtibus.* tamen illa regula fallit in teſtamento, nam oportet quod non ſolum teſtes audiãt,ſed etiam viderint,nullo pariete vel cortina mediãte,perſonam teſtatoris.*l.ſi vnus.* & *l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamentis.* licet *glo.* tenuerit contra in *l.2.§.idem Labeo ait, cum quæritur.ff. de aqua pluuia arcenda.* quæ communiter reprobatur. Forte tamen dici poteſt, quod eſt ſpeciale in teſtamẽto.Secus forte in codicillis & donatione cauſa mortis.Pro quo facit ſupra *collat.5. curiæ Monteſalbi cap.32. Item quod nullus de cætero.* in fine.&
164 *in collat.6.curiæ Montiſſoni cap.finem.* Item † plures teſtes requiruntur in teſtamento quam in illis.*l.hac conſultiſſima.C.de teſtamentis.* iuncta *l.fin. ff.de codicillis.* & *l.fin.C. de donat. cauſa mortis*; ſe-
165 cundum *Matthæum* 123.*notab.* Sed † de iure canonico ſufficiunt duo vel tres teſtes:vt *extra.de teſtamentis.cap.cum eſſet.* & *cap.relatum.* & vide in priuilegio Barcinonæ, *Del recognoueruũt proceres.*
166 Sed † vtrum teſtes recepti in vno iudicio probent in alio,vide *Matthæum de Mataſalanis in ſuo* 191.*notabili.* Sequitur in textu : *E encara aquell qui induhira, ol produyra ſcientment.* ergo ſecus ſi
177 ignoranter. Verumtamen † ex quo ſciuerit & cognouerit fore falſum, debet abſtinere ab vſu ipſius teſtis,alias teneretur tamquam vtens falſis teſtibus. Differentia † eſt enim inter eũ, qui fecit, vel fieri fecit falſum inſtrumentum, vel falſum teſtimonium,& eum qui ſolummodo in cauſa falſis vtitur teſtibus, vel inſtrumentis. nã licet primus abſtineat ab vſu falſi inſtrumenti, vel falſi teſtis,non propterea euitat pœnã.alius autem,qui actor falſitatis non fuerit, abſtinendo ab vſu ex quo ſciuit pœnam, caret & fraude,vt *C.de falſis. l.falſos ouarcillos.* & qui teneantur de † falſo, vide *extra. de excep.prælat.c. inter*
169 170 *dilectos*. Falſum † enim non committitur ſine dolo:& ideo dicit hic textus:*ſcientment*:ſic *C.de*
171 *falſis.l.nec exemplum.* Vnde † qui accuſat de falſo,debet adijcere, ſcienter,vel dolose:quoniam aliter non eſt falſum accuſabile, vel punibile. Vnde pro declaratione iſtorum nota,quod fal-
172 ſum † ſumitur tribus modis. Vno modo large & largiſsime,& hoc modo omne non verum eſt falſum,ſecundum Dialecticos:vt *l. ſi is qui ducẽtas.§.vtrum.ff.de re.du.* Alio modo aſſumitur falſum non ita large,hoc eſt,omnis immutatio veritatis:vt in *auth.de inſtrumẽtorũ cautela & fide.§. 1. col.6.* & hoc etiam modo non dicitur propter falſum punibile. Tertio modo ſumitur illud ſtricte quod incidit in aliquod caput legis Corneliæ de falſis,vt habes *ff.ad legem Cornel. de fal.* per totum.Hoc probatur in *l.quid ſit falſum.*
173 vide ibi *Bart.* & in dicta *l.nec exemplum.* Et † nota,quod teſtimonium eſt omne quod ex aliqua re externa ſumitur ad faciendum fidem:& dicitur teſtis, quod tueatur ſtatum, inde deriuatur teſtimonium, vel quia teſtes ſemper teſtamento adhiberi conſueuerunt. Et ſimili modo no-
174 ta,quod teſtari eſt ſententiam confirmare,conteſtari cum quadam auctoritate, proteſtari, manifeſte cauenda denunciare,obteſtari,aliquę iurare compellere, atteſtari, ad teſtimonium vocare,deteſtari,execrando reſpuere.Teſtor ſæpe ad iuſiurandum pertinet, conteſtor ad iudices,
175 obteſtor ad aduerſarios. Item † nota, quod teſtes duobus modis delinquũt, cum vel falſa proferunt,vel vera ſilendo celant: vt *extra. de crim. fal.cap.1.* & *21.q.3.c.quiſquis metu.* de hoc vide
176 latius per *Gut. in Roſario 3.q. 9.c. teſtes.* Et † de pœnitentia eorum qui alium ad periurandum prouocant,habes in *Decretis 22.q.5. cap.ſi quis ſe periuraueris.* cum tribus cap.ſequentibus. Sequitur in textu,ibi, *ſia punit com a falſari è trayador, a*
177 *arbitre del jutjant*, Nota ergo hic, † quod arbi-

bitrium

terium erit iudicis,an inducens, vel producens falſum teſtem puniatur vt falſarius, vel proditor:non enim credas q̃ pœna falſarij,vel pœna proditoris ſit arbitraria: quia de pœna falſariorum dixi ſupra in hoc cap. ſuper verbo,*fals teſtimoni.* de pœna† vero proditoris dixi late ſupra *collat.6.curia Perpiniani cap.vt occaſioni perpe-*
179 *trandi ſtrages.* vide quæ ibi notantur. In † alijs cauſis ciuilibus qui producit falſos teſtes ſub examine Regio, vel delegatorum eius, punitur pœna vſatici,*Quoniam ex conqueſtione.* Sed ſi coram alijs iudicibus,habent locum vſat. *Præcipimus.& cap.Si quis per amorem pecuniæ. & cap. Si quis falſum.* Vel forte erit hic ſpeciale, vt iudicis arbitrio poſsit pœna exaggerari ſecundum facti atrocitatem, & ſecundum conditionē per ſonarum delinquentium,& etiam conſideratis ſtatu & facultatibus mulieris,& parentum ſuo-
180 rum.Quia † propter caſus emergentes poſsūt tranſgredi leges,ſecundum *Innoc.extra. de conſti-*
181 *tut.cap.* 1.& multis † craſſantibus opus exem-
182 plo eſt.*l.falſa.ff.de pœnis.*vide tamen de † pœna arbitraria quæ notantur in *Margarita Fiſci dub.* 7. *tit.de pœna hæreditaria.* Facit ſupra *eod.* §.1. & quæ ibi dixi ſuper verbo,*a arbitre del jutjant.* & in §.*E los teſtimonis.* & in §. *E mes anant.* Facit pro hoc,quia pœnæ iuxta vſaticos & iura patriæ ſunt arbitraria in hac patriæ, non enim vti mur legibus patriæ,vel alijs, niſi ad arbitrium, & ſubſidium, iuxta ea quæ leguntur & notātur ſupra *ead.cap.per tal que las leys.* & in *curia Regis Martini.cap.Item ſenyor quels Cancellers.* & infra in *curia Regina Maria cap. Affats es coſa ridiculoſa.*& in *vſat.Iudicia curia.* Sequitur §. *Les quels*
183 *penes,*ibi,*Per ço que mills ſien temudes.* quia facilitas veniæ † incentiuum tribuit delinquendi, vt *extra de vita & hon.cler.c. vt clericorum mores.*
184 & †quia nullam reus pertimeſcit culpam,quā redimere nummis exiſtimat: vt 11.*q.*3. *cap.pauper.* ideo hic inhibetur cunctis officialibus tam domini Regis, quam Baronum, & aliorum, ne poſsint facere remiſsionē de pœnis prædictis,
185 vel aliqua ipſarum. Sed † an per dominū Regem, aut dominum Baroniæ poterit fieri huiuſmodi remiſsio? Credo quod ſic, quia prohibendo officialibus tantum, videtur retinuiſſe poteſtatem perdonandi, quam habēt Principes, iuxta vſaticum,*Mulieribus.* alias eſt §.de vſatico, *Inſtitiam facere.* ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra cap. proximo, in fine,& in concordantijs
186 ibi poſitis. Sed † quid de Primogenito & Generali Gubernatore Regnorū? Dic idem quod de Rege,cum ſit Præfectus Prætorio: & prohibendo ſuo viceſgerenti, tacite videtur permiſſum ipſi Primogenito & Gubernatori Generali:arg. *l.cum ita.ff.de conds. & demon.* & quia ſi idem de ipſo voluiſſet,dixiſſet:*extr. de decimis. e.ad audientiam.* ſicut alias dixi ſupra *collatio.6. curiæ Montiſſoni cap. Nos & primogenitus noſter.* cū ſimilibus.& quod non mutatur,veteri iuri relinquitur: *l.præcipimus. C.de appellationibus.* in fine. & *l.ſancimus.C.de teſtamentis.* Ad hoc *l.cum præ-*
187 *tor.ff.de iudicijs.* Quid diceres de † Vicario & Baiulo Barcinonæ,qui ex priuilegio alias conſueuerunt facere remiſsiones criminum, numquid ligabit eos præſens conſtitutio? Certe Petrus Vincentij,& alij Aduocati dictæ ciuitatis Barcinonæ ſemper dicent dictos Vicarium & Baiulum non ligari per hanc conſtitutionem. Sed ego contra, quia Syndici ciuitatis conſenſe-
188 runt huic conſtitutioni. Sed † quando per conſtitutionem ſimpliciter diſpenſatio prohibetur,tunc credo quod etiam per Regem nō poſſet diſpenſari,vt infra *ead. cap.contra la penſa.*in fine.vide & adde quæ ibi dicam. *Baldus* tamen in *l.omnem.C.de ſuis & legitimis hæredib.* & *Henricus Boich* in *c.gemma.extra.de ſponſalibus.* dicūt,
189 non valere† pœnam appoſitā in contractu matrimonij.vide per *Albericum in l.Titia.ff.de verbor.oblig.* Item vide *Ioannem And.* & *dominum de Sancto Gemin. extra.de hæreticis lib. 6.ſuper c.Sta-*
190 *tutum.in vltima quæſt.* vbi tenet, non † debere tenere ſtatutum pœnale, impediens contrahi matrimonium libere. Contrarium nihilominus ſeruatur.

De monetis Franciæ Scutorum & Blancarum prohibendis. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Extranea moneta Franciæ, videlicet, ſcuti auri, atque blancarum eſt in Cathalonia reprobata,& nullus poteſt cum ipſis nullatenus contractare, pœna amiſsionis tertiæ partis contrafacientibus imminente.declara nu.* 3.

2 *Experientia nos docet,& eſt magiſtra rerum.*

4 Aliquatenus *verbum importat idem quod verbū* omnimodo.

5 *De moneta, Alcaldis, & alijs officialibus ſecus. remiſsiue.*

6 *Conſtitutio de iure communi ligat poſt duos menſes, niſi in ea tempus exprimatur.*

1 *Experientia nos ha moſtrat.* Caſus. Extranea moneta † Francæ,videlicet, ſcutorum auri, & blancarum eſt in hac patria reprobata, ita quod nullus audeat impune ex ipſis aliquatenus contractare,pœna amiſsionis tertiæ partis contrafacientibus imminente. Hoc dicit. Quia nullius, vel modicæ vtilitatis hodie hæc conſtitutio reputatur. Ideo circa ipſam parum inſiſto. Et nota
2 quod † experientia docet,& eſt magiſtra rerum: ſic ſupra *collat.6.in curia Montiſſoni,cap.quia vt experientia.* vide & adde quæ ibi ſcripſi. Item nota,
3 quod † dicit,*contractara en alguna manera,* &c. ergo patet,quod nec tamquam malla, ſiue ſpecies, & billon, nec tamquam pecunia numerabilis,
4 propter verbum, † *aliquatenus,* licet de facto adhuc hodie iſtis monetis Franciæ videamus contractari tamquam de billon,& prout eſt metallū auri,vel argenti: ſed non vt curribilis moneta, etiam *los morlans* & *ardits* hodie currūt pro duobus minutis Barcinonæ,& ſcuta & mutones auri

Franciæ

Franciæ indifferenter etiam currunt in Comitatibus Roſsilionis, & Ceritaniæ, & in tota diœceſi Gerundenſi, & quaſi ad portas Barcinonæ. Modo video palam, quod hæc conſtitutio de cõ ſuetudine patriæ ſit omnino abrogata, quia monetę Franciæ, & aliæ in hac patria cũtrunt, maxime tẽpore guerræ huius patrię, anno 1467. quãdo venit Sereniſsimus Primogenitus Illuſtriſsimi Domini Regis Renati: & etiam anno 1472. qui Rex Ioannes recuperauit Barcinonam, & ad huc currunt omnes monetæ extraneæ auri & argenti, & tamen nullus curat de pœnis huius cõſtitutionis: quare forte eſt derogatum per cõtrariam conſuetudinem. 4. *dist.* §. *leges. extra. de treug. & pace. c.* 1. de hoc dixi ſup. *ead. colla. c. confirmãs*, ſuper verbo, *E tolents lo abus*. De † moneta, Alcaldis, & alijs officialibus ſeccæ, vide quæ ſcripſi infra *collat.* 10. *in curia dnę Maria, c. multis inexpertis en art de monederia*. Item vide quæ dixi ſupra *coll.* 7. *curiæ Dertuſæ cap. Sane licet.* cum ſuis concord. Vltimo nota in textu, ibi, *E la preſent conſtitucio volem ligar*, &c. *apres los meſos*, &c. quia † licet de iure communi vbi aliter in lege noua non exprimitur, liget conſtitutio poſt duos menſes à die publicationis ipſius, vt in *auth. vt facta nouæ conſtit. collat.* 5. & *extra. de poſtula. prælat. c.* 1. tamen hic cauetur quod præſens conſtitutio non adſtringat, niſi poſt ſex menſes: & fuit illa ratio: vt qui tales monetas tunc habebant, potuiſſent eas exaugare, & portare in Franciam, ne perderent nimis de earum valore: quia conſtitutio debet eſſe iuſta, &c. 4. *dist. c. erit autem lex.* vidi etiã anno 1472. quod omnis moneta extranea, etiã Franciæ, currebat palam, etiam Barcinonę: ergo præſens conſtitutio eſt abrogata.

De taffuraria nullatenus ſuſtinenda. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij permittere non debent taffurariã, alias propter ſuam negligentiam priuãtur officijs, & alias puniuntur. & nu.* 2. & 11.
3 *Nullus oblitioni tradere debet quod ex debito officij ſcire tenetur, alias talis oblitio non excuſat.*
4 *Conſtitutio temporalis de nouo eſt confirmanda.*
5 *Ludus & taffuraria de iure communi ſunt prohibiti.*
6 *Lex bona eſt, quæ dum prohibet vnum, omnia mala etiã prohibet.*
7 *Negligentia in officiali magnum delictum eſt.*
8 *Officialis negligẽs punire notorios delinquẽtes, delinquit*
9 *Officialis non punitur regulariter de negligentia, niſi præceſſerit monitio.*
11 *Pœna priuationis officialis vt committatur, ſententia requiritur.*
12 *Lex vbi pœnam imponit per verba futuri temporis, vel per verba dubia, tunc cenſetur impoſita pœna ipſo iure. limitatur nu.* 13. & 14.
15 *Exilium elapſo tempore ceſſat ipſo facto.*
16 *Pœna pecuniaria regulariter applicatur fiſco.*
17 *Si per ſtatutum debeatur medietas pœnæ accuſanti ludentes, an debeatur etiam denuntianti. remiſsiue.*
19 *Clauſula*, De certa ſcientia, *etiam poſita in reſcripto Principis operatur idem ac ſi diceret*, Nõ obſtante.
19 *Ad officium Deputatorum Cathaloniæ ſpectat defendere & manutenere vſaticos & conſtit. Cathaloniæ.*
20 *Officialis vnus tenetur alium iuuare in exequutione officij.*
21 *Curia vna tenetur aliam iuuare.*
22 *Officiales debent ſibi aſſumere aſſeſſores propriis expẽſis. declaratur nu.* 23.

PEr obuiar a tota manera de ſoſtenir taffuraria, &c. Caſus. Officiales † Regij, qui contra conſtitutiones Cathaloniæ taffurariam in aliquo loco iuriſdictionis ſibi commiſſæ ſuſtinẽt, pœnas priuationis officij, & exilij trium annorum ab illo loco, atque quinquaginta librarum fiſco applicandarum incurrunt. Hoc dicit, vſque ad §. *a voſaltres*, &c. ibi mandat hanc & præcedentem ſolemniter publicari, ne per quempiam valeat ignorantia allegari. Et fuit dat. Barcinonæ 16. Nouembris, anno à Natiuitate Domini 1413. Nota ergo hic, † quod officiales non debent permittere taffurariam, alias propter eorum negligentiã priuantur ſuis officijs, & alias puniuntur vt hic, quia † nullus debet tradere obliuioni id quod facere tenetur cũ iuramento, nec illud quod ſcire tenetur ex debito ſui officij, alias talis obliuio non excuſat: *ff. pro empore. l. qui fundum.* §. 1. Sequitur in textu, *declaram la conſtitucio*. dic, quæ eſt ſupra *ead. c. la cõſtitucio del Rey en Pere*, &c. quæ fuit temporalis, & alias pœnas imponebat. vide quæ ibi dixi. Sequitur in tex. ibi, † *E de nou ſtatuim*. Bene dicit, *de nou*, quia dicta conſtitutio fuit temporalis, & ſic fuit neceſſe de nouo hic ſtatuere. Sed illa puniebat in terris Baronum, iſta vero non aſtringit niſi officiales Regios. Et pro maiori declaratione † huius materiæ dic quod de iure communi ludus & taffuraria ſunt prohibiti: quia in eis committitur peccatum mortale, & eſt contra præcepta Decalogi. Non furtum facies, Non concupiſces. & exinde multa mala proueniunt. Vnde bona † eſt lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet: *extra. de conſti. c. nã concupiſcentiam*. Quare olim Rex Petrus II. in curia 2. Barcin. ſtatuit in hunc modum: *Item concedimus quod taffuraria tollatur perpetuo, ac etiam eam penitus reuocamus*, quæ eſt *colla.* 2. vide ibi. Poſtea veroemanauit dicta conſtitutio temporalis, quæ prohibebat taffurariam, vt *c. per tal que mal.* ſup. *ead.* vbi etiam ludus certo modo prohibetur, & ibi dixi quid ſit taffuraria. Nouiſsime vero hæc conſtitutio emanauit, per quã declarando conſtit. prohibentem taffurariã, punit officiales Regios ipſam taffurariam ſuſtinentes, quia licet per præinſertã conſtitutionem Regis Petri II. fuerit ſimpliciter & penitus reuocata taffuraria, tamen officiales Baronum, & aliorum non Regiorum non incurrunt has pœnas: ſed ſi contrafaciant, incurrunt pœnam violatæ conſtitutionis, de qua pœna dixi in *cap. cum ſecundum.* ſupra in *curia Perpiniani, collat.* 6. Sequitur in textu, ibi, *o permetra*. Nota hic, † quod negligẽtia eſt magnũ delictũ in officiali,

cialiquia punitur hic ex ſola permiſsione, quæ inducit negligentiam, & inducitur ex negligen
8 tia: & hoc eſt, quia officialis, † qui negligit punire notorios delinquentes, ipſe facere videtur, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: vt *extra. de ſent. excom. c. quanta.* vbi de hoc per *gloſ.* & *Henric. Boich.*
9 Nota hic † de negligentis officialis pœna: attamen non punitur regulariter, niſi monitio præceſſerit. vide quę ſcripſi ſupra *ead. collat. in c. enuers la honor.* ſuper verbo *negligens.* vide in *l. monẽte. C. de delatoribus. lib.* 10. Sequitur in text. ibi, *Sia*
10 *priuat del ofici.* Hæc eſt † prima pœna, quæ tamẽ non incurritur ipſo facto, ſed per ſententiam, iuxta notata ſupra *collat. 6. in curia Perpiniani, cap. hac noſtra.* ſuper verbo, *ipſo facto.* vide ibi latius. Et
11 eſt hic caſus † quod officialis propter negligentiam poteſt de iure ab officio remoueri, & alius loco ipſius ſurrogari: vt *C. de offi. prafecti Prætoris Africæ. l. ſi quos iudicis.* adde quæ ſcripſi ſupra *ead. c. confirmants la cõſtitucio.* ſuper verbo, *E per aço com lo dit oficial.* Nota tamen, quod vbi lex imponit
12 pœnam per † verba futuri temporis, vel per dubia verba quæ poſſunt eſſe optatiui, & præſentis ſubiunctiui, vt eſt verbum *ſit*, & adiungitur participium præteriti temporis: vt quia dicitur, ſit, vel erit priuatus, vel excommunicatus, tunc intelligitur pœna impoſita ipſo iure: vt in *c. à nobis in 1. ae ſent. excom.* & *in cap. fin.* in fi. *de tempore ordi.*
13 *lib. 6.* & *in cap. quia in omnibus. de vſuris.* Hoc † fallit, quando verba iuncta participio notant improprietatem puta, quia dicitur, Habeatur pro condemnato, nam tunc requiritur ſententia: vt *in l. criminali. C. de iuriſdict. om. iud.* & ibi *gloſ.* & *Doct.*
14 Idem † ſi dicatur, Habeatur pro conuicto, vel, habeatur pro confeſſo, nam tunc non eſt ipſo iure, ſed requiritur ſententia: vt notatur in *l. 2. §. quod ſi actor. C. de iure calumnia.* & *in cap. ſi. extra. de iure can.* & notat *Ioan. Mo. in c. 2. extra. de confe. lib. 6.* licet ibi *Archi.* & *Ioan. And.* videantur ſentire contrarium, & non bene, ſecundum *Matthæum in 113. notabili.* adde quæ ſcripſi infra *coll. proxi. c. ab feria de la preſent.* ſuper verbo *ſien priuats ipſo facto de lurs officis.* Sequitur in text. ibi, *E no res menys*
15 *ſia exillat per tres anys*, ſcilicet, † *cõtadors* à die declarati exilij, quibus elapſis ipſo facto ceſſat exilium, iuxta notata *extra. de conſtit. c. ex litteris.* & *C. de pœnis. l. ſi operis.* Sequitur in textu, *E pach per pena a noſtres cofres aplicadora.* Hoc eſt regulare etiam ſi non expreſsiſſet, quia omnis pœna pecu-
16 niaria † venit fiſco applicanda: vt *l. multiarum. C. de modo multiarum.* & notatur per *Bar. in l. agraria. ff. de termino amoti.* de quo vide ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcinonæ, cap.* 18. *Item de gratia per nos,*
17 &c. Sed † ſi per ſtatutum debetur medietas pœnæ accuſanti ludentes, an debeatur etiam denuntianti? *Ioannes And.* tenet quod ſic, vt videtur in *Spec. tit. de denuntiatis. §. ſæpe. verſ. denuntiare, in addi. vlt.* Sequitur in text. ibi, *de certa ſciencia.* Nota
17 quod † hæc clauſula, *de certa ſciencia*, etiã poſita iure ſcripto principis, operatur, ac ſi diceret, non obſtante, &c. vt notat *Bald. in l. idem Vlp. ſcribit. §. ſunt & aly. ff. de excuſa. tut.* Sequitur in textu, ibi, *que tantes vegádes com per los diputats del dit Principat raqueſts ne ſerets*, &c. nota quod dicit, *com per los diputats.* quia hic non ſommauit conſtitutionem, quæ poſtea emanauit per Sereniſsimam dominam Reginam Mariam, quæ eſt infra *col. proxi.*
19 *c. lo fruyt.* vbi habes, † qualiter ſpectat ad officiũ Deputatorum Cathaloniæ defendere & manutenere vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones generales Cathaloniç, & capitula curiarum tribus bra-
20 chijs conceſſa. vide quæ ibi ſcripſi. Itẽ † nota, ꝙ vnus officialis tenetur aliũ iuuare in executione ſui officij. *C. de offi. prafecti prato. Africæ. l. in nomine Dni. la* 2. *§. poſtquam.* vbi dicitur, quod vbicumque neceſsitas emerſerit viri ſpectabilis, duces inuicem ſibi, quando vſus exegerit, auxiliũ
21 præbeant, &c. ſic vna † curia tenetur aliam iuuare. 23. *q.* 5. *c. adminiſtratores.* vide quæ ibi notãt *Gut.* & *Doct. ext. de offi. ordi. c.* 1. & *Hen. Boich extr.*
22 *de offi. del. c. ſignificaſti. in* 1. *diſt.* Item † nota, officiales ſibi aſſumere debere aſſeſſores proprijs
23 expenſis. *C. de aſſeſſo. l.* 1. Et hoc † verum, niſi iã alias habeant aſſeſſorem ordinariũ. de quo dic vt notatur *collat. 4. curiæ Gerundæ c.* 28. *Itẽ ſtatuimus, & etiam ordinamus ad ſupplicationẽ dictæ curiæ*, &c.

De iuramento Gubernatorum, & Aſſeſſorum eorumdem. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio, quæ de iuramento Procuratoris generalis, & eius Aſſeſſoris loquitur, extenditur ad Gubernatores, & eorum Aſſeſſores, decernẽdo acta prius per eos facta eſſe irrita.*
2 *Aſſeſſores hodie præſtant homagium.*
3 *Aſſeſſores ſunt eligendi ex bonis iuriſperitis.*
4 *Aſſeſſores eſſe debent Cathalani.*
5 *Gubernatores nedũ præſtant iuramentum, verum etiam & eorumdem Aſſeſſores.*

1 LA conſtitucio feta en la cort de Gerona, &c. Caſus. Confirmata † conſtitutione curię Gerũdę, quæ de iuramento Procuratoris Generalis, & eius Aſſeſſoris loquitur, eam extendit ad Gubernatores & regentes Gubernationes Cathaloniæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ, & ad Aſſeſſores eorumdem, decernẽs acta per eos ante præſtationẽ
2 ipſius iuramenti fore nulla. Hoc dicit. Sed † hodie etiam præſtant homagiũ aſſeſſores, vt *colla. 8. Item com poch valria.* & ibi dicã de hoc latius. vide & adde quę ſcripſi in dicta *curia Gerunæ. c.* 20. *Item ſtatuimus & ordinamus, quod de præſenti*, &c & eſt ſupra *collat. 4.* Et quia hic etiã loquitur de
3 aſſeſſoribus, dic † ꝙ iſti aſſeſſores debẽt eligi boni iuriſperiti, vt *coll. 8. c. Item ſenyor com ſegons.* & debent ipe præmiorũ, & nõ aliqua vi aſſumi: vt *C. de domeſticis & aſſeſſ. l. ſtudiorum labor.* & *C. de ſtatuis & imagi. l. & virtutum.* Et debẽt † eſſe Cathalani, vt ſupra *colla. 4. curiæ 1. Barcin. cap. 2. Item ad ſupplicationem.* & *c. 3. Item quod nobilis.* vide quæ ſcripſi in eis, & in eorum concord. Vlterius no-

ta,

5 ta, † quod Gubernatores nõn ſolum præſtãt iuramentum prædictum, ſed & eorum Aſſeſſores etiam præſtant homagium, prout in dicto *cap. Item com poch valria*, &c. Sed attende, quia ibi habes textum corruptum.

De Officio Procuratoris fiſcalis. Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratores fiſcales in criminalibus tenentur offerre libellum contra delatos infra ſex dies per iudicẽ aſſignandos, ſub pœna priuationis. in qua pœna punitur fiſci aduocatus, ſi fuerit negligens in ordinando dictũ libellum. nu. 2.*

3 *Inquiſitio publicari non debet delato, niſi fuerit plene viſa per fiſci aduocatum.*

4 *De materia procuratorum fiſcalium tractatur remiſſiue.*

5 *Inquiſitiones facere non poſſunt fiſci procuratores abſq. ſcriptura aduocati fiſcalis.*

6 *Patrimonialis quæſtio moueri non debet, niſi de & cum conſilio & ſcriptura aduocati fiſcalis.*

7 *Libellorum materia. remiſſiue.*

8 *Libellus vbi concipitur, vt ex eo actio intentata cẽſeatur generalis, vel ſpecialis: in dubio cenſetur intentata actio generalis.*

9 *Index ordinarius, cui à Rege fuit delegata cauſa, & qui procedere poterat vel ex poteſtate ordinaria generali, vel ex ſpeciali poteſtate delegata: in dubio cẽſetur procedere ex speciali.*

10 *Delegatio in dubio non videtur facta, ſed officij excitatio.*

1 LO *Procurador fiſcal de la gouernacio*, &c. Caſus. Procuratores fiſcales † curiarum Gubernationum Cathaloniæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ, & aliorum inferiorum iudicum in cauſis criminalibus, tenentur infra ſex dies ſibi per iudicem aſſignandos poſt publicationem inquiſitionis offerre libellum, ſeu petitionem ſuam contra delatos, pœna priuationis ipſi procuratori contrafacienti imminente. Et † ſimili pœna punitur aduocatus fiſcalis, ſi in ordinando ipſum libellum negligens fuerit, vel remiſſus, quo minus infra dictos ſex dies non fuerit coram iudice oblatus.

3 Hoc dicit. Non tamen † debet fieri inquiſitionis publicatio, niſi fuerit per fiſci aduocatũ plene viſa: vt infra *ead. c. volentes*. quod dic vt ibi notatur. Et † de officio procuratorum fiſcalium vide, & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 5. curia Montiſalbi cap. 9. Item ſtatuimus & prohibemus, quod loca tenentes procurratoris fiſcalis*, &c. & ſupra *collat. 6. in curia Cerueriæ, c. Inſuper confirmantes*. Item prohi-

5 bentur † facere inquiſitionem abſque ſcriptura aduocati fiſcalis, vt *infra cap. proximo*. Item prohibentur appellare, vt ſupra *collatione proxima, cap.*

6 *Item per tolre vexacions*. Item † prohibentur mouere quæſtionem patrimonialem contra aliquẽ, niſi de & cum conſilio & ſcriptura aduocati fiſcalis: vt infra *collat. proxima, cap. per repos de la coſa publica*, &c. Et de † materia libellorum vide ea quæ ſcripſi in *c. quia ſæpe contingit*. ſupra *collat. 6.*

8 *in curia Perpiniani*. Vlteriùs † nota pulchrã doctrinam, quod vbi libellus eſt ita conceptus, q̃ ex eo actio competere poteſt generalis, & ſpecialis; in dubio videtur intentata actio generalis. ita

9 notat *Bart. in l. 1. in 1. Rub. ff. de edendo*. Et † hoc facit ad multa, & præſertim ad hoc quod ſi dominus Rex iudici ordinario, vt poteſtati delegauit cauſam aliquam, & ſic iſte de iure communi poterat procedere ex ordinaria generali, & ex delegata ſpeciali poteſtate, in dubio videtur pro

10 ceſsile ex ſpeciali. Sed † in dubio non videtur facta delegatio, ſed officij excitatio, vt in *c. licet*. & *c. penult. extra. de offi. ordi.* & ſupra *collat. proxi. cap. Item ſenyor, que ſia voſtra merce*, &c. niſi dicatur, Procedas vice noſtra, vel auctoritate noſtra. Aut clare dixerit, Delegamus, vel committimus cauſam, &c. vide late per *Matthæum in* 88. & 89. *notabilibus*. Facit quod notat *Bart. in l. mora. ff. de iuriſdict. om. ind.* addi ſupra *collat. proxi. carta Regis Martini c. Item ſenyor que ſia voſtra merce*, &c. & ibi late ſcripſi de his.

Ne ſine ſcriptura aduocati fiſci procuratores fiſcales admittantur, excepta captione in flagrante crimine. Cap. XVII.

S V M M A R I V M.

1 *Abſque inquiſitione precedente nullus debet capi, niſi fuerit ſuſpectus de fuga, vel repertus in flagranti crimine. idem num. 2. & num. 45. declaratur num. 51. & limitatur nu. 63.*

3 *Procurator fiſcalis regulariter non auditur ſine ſcriptura fiſci aduocati.*

4 *Nullus eſt ad iudicium exhibendus, niſi iudicis mãdatum præcedat.*

5 *Statutum licet non puniat contrafacientem, tamen is qui contrafecerit, punitur extra ordinem.*

6 *Inquiſitio fieri non debet ſine præuentione. & num. 7. & vbique ponuntur formalia verba pragmatica ſuper eo edita. ſed de facto hoc non ſeruatur. nu. 9.*

8 Antequam *verbum ſignificat ordinem.*

10 *Denuntiator, vel inſtigator falſus qualiter puniatur, ſub diſtinctione traditur. idem quod de nominatore num. 13.*

11 *Proteſtatio, quæ contrariatur facto, nullatenus iuuat proteſtantem.*

12 *Officium excuſat officialem.*

14 *Iudex ſi dolo, culpa, vel negligentia aliquem vexauerit iniuſte, qualiter puniendus. & quid ſi arbiter, teſtis, vel notarius. nu. 15.*

16 *Aduocatus, & maxime fiſci, non præſumitur calumniari.*

17 *Officij neceſsitas excuſat aduocatum.*

18 *Inquiſitiones locum tenent accuſationum.*

19 *Denuntians ſine iuſta cauſa præſumitur malitioſè & calumnioſè denuntiaſſe.*

20 *Curia an poſsit inquirere ex officio ad denuntiationem ſolam priuati.*

21 *Fama habetur loco accuſatoris.*

22 *Delator calumniari poteſt.*

23 *Error probabilis excuſat denuntiantem à vitio calumniæ.*

24 *Accusare videtur qui accusatorem submittit.*
25 *Calumnia notoria repellit accusatorem, agentem, atque excipientem.*
26 *Denunciari debet infra decem dies delatus ex consuetudine & stylo curiarum ciuitatis & diœcesis Gerundæ.*
27 *Quis tenetur aliquando ad denuntiandum, alias contra eum præsumitur dolus & culpa. declaratur, & limitatur nu.28.*
29 *Inquisitione permissa, non est permissa captio.*
30 *In crimine flagranti quid fieri dicatur, remissiue. & nu.46.*
31 *Iudex an & quando teneatur inquirere.*
32 *Officialibus vbi iubetur vt inquirant, talis iussus habetur pro promotore.*
33 *Inuentaria, descriptiones bonorum, & alia quauis scriptura facta ad requisitionem procuratoris fiscalis nõ tenent sine consilio & scriptura aduocati fiscalis. ratio traditur nu.35. & limitatur nu.34.*
36 *Procurator fiscalis in iudicio, nec extra offerre potest scripturam contra delatum absque scriptura aduocati fiscalis, & traditur bona cautela pro procuratore fisci nu.37.*
38 *Procurator fisci inquirens de facto absque scriptura fisci aduocati est a iudice repellendus, & sibi debet audientia denegari.*
39 *Quæ contra legem vel constitutionem fiunt, pro infectis haberi debent.*
40 *Lex vbi prohibet substantiam facti, quod in contrariũ fit, nullum est.*
61 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.*
42 *Acta facta in præiudicium fisci, absente aduocato fiscali, non valent.*
43 *Processus an valeat, si quis, licet non erat audiendus, fuerit auditus, late traditur. & nu.44.*
47 *Crimine flagranti quid conceditur, quod aliter nõ cõcederetur.*
48 *In crimine flagranti quilibet tenetur capere malefactorem, & illum sequi sono emisso. & hoc casu curia non spectata instantia potest & tenetur capere & insequi malefactores. nu.49.*
50 *Euidentia patrati criminis non indiget clamore accusatoris.*
52 *Occasio fuga dari non debet malefactori circa maleficia.*
53 *Latrunculatores diffamatos de crimine permissum est de iure Romano capere, & post capturam inuestigare veritatem.*
54 *Captura fieri potest, quamuis nulla præcedant indicia in criminalibus, non in ciuilibus.*
55 *Suspicio fuga allegari non sufficit, sed est probanda, saltem summarie.*
56 *Debitori interdici potest alienatio immobilium, & fieri sequestratio immobilium, quando timetur de eius fuga.*
57 *Nullus præsumitur fugitiuus, nisi saltem appareant indicia fugæ.*
58 *Ad capturam personæ regulariter pro executione non proceditur sine monitione.*
59 *Quis capi potest in domo, & inde extrahi pro crimine, pro debito fiscali, & pro publica functione publicorũ officiorum.*
60 *Occultans furem, vel debitorem an puniendus sit. remissiue.*
61 *Iudici quando parendum, & quando factum iudicis producat actionem iniuriarum.*
62 *Capi an quis possit die feriato. remissiue.*
64 *Testes in causa inquisitionis produci possunt, etiam post didicita testificata. & etiam si testes interrogati a partibus reuelauerint eorum depositiones. numero 65.*
66 *Causa instrui potest ex confessione partium post cõclusionem in causa.*
67 *Confessio partis in qualibet parte iudicij haberi potest.*
68 *Licet in alijs iudicijs quis renuntiare possit suo foro, in inquisitione tamen est secus.*

A Les procuradors fiscals sots pena de priuacio, &c.

1 A Casus. Denegatur audientia † procuratoribus fiscalibus nisi quatenus venerint cum scedula aduocati fiscalis, pœna priuationis officiorum, si contrafecerint, imminente. Sed crimine flagrante, vel vbi suspicatur de pœna delati, potest interim instante ipso procuratore fisci, ad captionem procedi, consilio aduocati prædicti nullatenus spectato. Hoc dicit. Vel sic. Casus.

2 Absque †inquisitione præcedente nullus potest capi pro crimine, nisi de fuga suspectus: vel reperiatur crimine flagrante. Hoc dicit. Nota dicta in istis summarijs. Et †

3 specialiter nota, quod regulariter non auditur procurator fiscalis sine scriptura aduocati fiscalis, vt hic, & in *curia proxima, cap. par repos.* vide & adde quæ dixi supra *collatione 8. cap. Item per tolre vexacions.* & supra *col lat. 5. Rubrica de officio locumtenentis procuratoris fiscalis.* Et sic nota, †

4 quod nullus debet exhiberi ad iudicium, nisi præcesserit iudicis mandatum, vt *C. de exhiben. vel introducendis reis. l. vlt.* Fallit tamen de iure cõmuni in casibus ibi notatis per *glos.* Et diuiditur in duas partes. Secunda, ibi, *Mas fragrant lo malefici.* Super textu, ibi, *Pena de priuacio del ofici:* dic, quod si hęc, vel alia pœna nõ foret hic expressa, tunc faciens contra prohibitionem huius cõstitutionis, puniretur extra or-

5 dinem: quia † licet statutum prohibens non puniat, tamen qui contrafecerit, punitur extra ordinem, vt est glossa singularis in *l. Nemo martyres. C. de sacrosanctis Ecclesijs.* & non reperitur alibi, secundum *Baldum.* Sequitur in textu, ibi,

6 *Inhibim.* Olim similiter erat prohibitum † inquiri absque præuentione & procœmio, quemadmodum continetur in quadam pragmatica Regia tenoris sequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, Comesque Barcinonæ, Dilectis & fidelibus nostris, vniuersis & singulis Vicarijs, Baiulis, Iudicibus tam ordinarijs quam delegatis, necnõ Assessoribus & Notarijs curiarum ciuitatũ & locorum nostrorũ Cathaloniæ, & Procuratoribus de Ballo, & de Turricella de Monte-

Montegrino præſentibus & futuris, vel eorum locatenentibus, preſentis ſeriem inſpecturis, Salutem & dilectionem. Ad tollendum abuſum, qui per negligentiam aliquorum ex vobis, in curijs dictorum officiorum vobis commiſſorum hactenus culpabiliter inoleuit, videlicet, quod inquiſitionibus, quæ fiunt contra criminoſos, ad receptionem teſtium proceditur abſque proœmio, & expreſsione criminum obiectorum, & circũſtantiarum eorumdem. Statuimus, & tenore præſentis cuilibet ex vobis Vicarijs, Baiulis, Iudicibus, & Aſſeſſoribus, vel loca veſtra tenentibus prædictis ſub pœna quingentorum aureorũ [officiales non timẽt pœnas pecuniarias, quia vix, aut raro de eis fit executio: plus enim timerent pœnam priuationis officij, ipſo iure cum decreto nullitatis:] vobis vero notarijs ſub pœna amiſsionis officiorum, & pœna centum ſolidorũ pro qualibet vice, qua contra præmiſſa facere omiſeritis: dicimus & mandamus, quatenus in quibuſcumque inquiſitionibus per vos, & quemlibet veſtrum fiendis, & ſcribendis ſuper criminibus, vel delictis, præmittatis, & faciatis fieri proœmium, in quo ſingulariter & expreſſe ſpecies criminum, & cauſa inquirendi plenarie inferãtur. [Hoc † iuſtum eſt, & æquum: vt *extra. de accuſa. c. qualiter & quando, in 2. de accuſa.* Adhuc vero hoc non ſeruatur, ſed quandoque ante publicationem inquiſitionis fit præuentio. Et † nota verbum, *antequam*, quia dicit ordinem: vnde videtur quod aliter actum ſit nullum, quaſi attentatum contra iuris ordinem.] antequam ad receptionem teſtium procedatis: vt ſciatur, & diſcerni valeat: ſuper quibus interrogabuntur, & deponent teſtes in ipſis inquiſitionibus producendi. Hanc autem prouiſionem in curijs cuiuſlibet veſtrum regiſtrari iubemus. Datũ Barcinonæ 4. Nonas Decẽbris, anno Domini 1339.

¶ Hæc pragmatica, licet iuſta, male ſeruatur: quare deberet renouari, cum adiectione decreti annullantis ipſam inquiſitionem, quæ fieret non præmiſſa prœuentione, iuxta formam ipſius pragmaticę: quę præuentio prius fieret manu aduocati fiſci, prout vult mens huius conſtitutionis. Ecce licet tam per hanc conſtitutionem, quam per præinſertam pragmaticam ſanctionem inhibeatur inquiri abſque proœmio, ſeu præuentione ſcripturæ aduocati fiſcalis. Attamen † de facto quotidie officiales tam ex officio, quam ad clamorem & famã populi, quã ad partis denuntiationem: & quod peius eſt, ad fiſcalis querelã, & inſtantiam verbalem de facto inquirunt, & nedum de vno, & quibuſdam criminibus, ſed etiam multotiens generaliter de omnibus: & quotidie aduunt dilationem dilationi, & ſic impugnant proceſſum, & per fas & nefas cogunt delatos cõponere, vt expenſas & dilationes redimant: & hoc idem ſæpe faciunt ſcriptores curiæ, inſcio iudice, propter ambitionem lucri ſcripturarum. Sed iudices, qui iurant ſeruare conſtitutiones, & iura, non curant, ideo ſibi caueãt, quia Deus omnia videt. Vnde circa prædicta cum quæritur, an, † quando, & qualiter falſus denunciator, vel inſtigator puniatur? Reſp. Si eſt nũtiator, vel inſtigator ex voluntate, quia non habet huiuſmodi officiũ, tunc ſi denuntiauit contra incertã perſonam, vt puta, quia requiſiuit iudicẽ ſuper furto ſibi facto, vt procederet officio iudicis, tũc non punitur; ſi vero denũciauit contra certã perſonam, tunc ſi habebat iuſtam cauſam nunciãdi, vel iuſto errore ductus eſt, nõ punitur. ſed ſi non habebat iuſtã cauſam nunciandi, & tunc aut denuntiauit, & non proceſsit plus, tunc punitur ſaltẽ ad expenſas; ſi aute vltra proceſsit, quia dedit probationes & inſtructiones: & tunc aut iuſit proteſtatus q̃ non intendebat facere partẽ, tunc punitur ſicut alius ad expẽſas, & vltra hoc punitur extraordinarie, vt iudici videbitur: vt in *thent. de collat. §. ſuper hoc.* Item † quia non debet iuuari per iſtam proteſtationẽ, cũ faciat contra per actũ contrariũ. Si autẽ non fuit proteſtatus, quod non intẽdebat facere partẽ, tunc punitur ſicut alius accuſator, vt *l. 1. §. inciaſt.* & *c. in prin. ff. ad Turpil.* Si autẽ eſt officialis, qui ratione officij hoc habet facere, vel eſt tutor; tunc aut eſt in euidenti calũnia, & punitur; aut non eſt in calũnia, & nõ punitur: quia officiũ eum non excuſat, vt *C. qui accu. non poſſ. l. 2. in fi.* vbi nota de hoc per *gloſ.* & *Doct.* adde quæ ſcripſi *colla. 10. c. a remoure.* Et idẽ eſt de † nominatore, vt *C. de ſumptuũ reparat. l. vna. lib. 10.* & *C. de excu. tut. l. ſeueriter*, vbi de hoc per *Doct.* Itẽ † idem erit de iudice, ſi culpa, dolo, aut negligentia ſua aliquis coram eo iniuſte fuerit vexatus: arg. *23. q. 2. c. dns.* & *3. q. 7. qui ſine.* & *in auth. vt differẽtes iudices. §. vlt. collat. 8. C. de appel. l. appellationi. ff. de iudi. l. ſi filiusfa. inſtitu. de obli. quæ ex quaſi deli. naſc.* circa prin. *extra. de re iudi. c. cum æterni. Gui. de Monteluzan Clem. ſæpe. de verb. ſignificationi.* in fi. Et † idem erit de arbitro, teſte, & notario. vide quæ dixi ſup. *ead. c. los ſalaris.* Itẽ † aduocatus, & maxime fiſci, non præſumitur facere calumniã, vt *ff. de operis libert. l. qui cũ maior. §. accuſaſſe.* Itẽ † neceſsitas officij excuſat aduocatũ, vt *ff. de his quibus vt indig. l. poſt legatũ. §. aduocatum.* Vlterius † nota, quod inquiſitiones locũ tenent accuſationũ: vt notatur in *auth. de collat. §. ad hoc. colla. 9.* Vnde ex hoc videtur, quod conſtitut. *A remoure*, habeat locũ in inquiſitione. Itẽ † nota, q̃ quicũque denunciat ſine iuſta cauſa, præſumitur malitioſe & calũnioſe denũciaſſe, & ideo ſaltẽ de iure canonico venit puniẽdus, vt notat *glo. ſi. in c. cum inhibitio. extra. de clandeſt. deſpon.* & *C. de curioſis. l. 1. lib. 12.* per *An. de Barrulo.* vide & adde quæ notantur infra *ead. c. volente: noſtros.* & *col. 10. c. a remoure.* Præterea † quæro, vtrũ curia poſsit inquirere contra aliquem ad denuntionẽ, vel inſtigationem alicuius priuati? Dic q̃ regulariter non proceditur ſine accuſatore, niſi in quibuſdã criminibus, & quibuſdam perſonis: vt in *auth. de mand. Prin. c. §. quod ſi de his. col. 3.* & diſtingue, quia aut

aut vult indeterminate procedere,nõ contra certam perſonam,& tunc poteſt ratione ſui officij: *ff.de offi.præfec.vrb.l.1.§.quies.* aut vult procedere determinate contra certam perſonam, & ad inſtigationem alterius perſonę: & tunc aut perſonę deputatę,vt fiſcalis.& tunc poteſt,dummodo cũ conſilio & ſcriptura ſui aduocati fiſcalis: & ita loquitur hic præſens conſtitutio,infra *collat.* 10. *cap.per repos.*vel etiam ſi ſit,fama publica de hoc,
21 quia fama † loco accuſatoris habetur:vt *extr.de accuſa.c.qualiter & quando.in* 2. & *de ſimo.c.licet.* & *cap.per tuas.* & ſic intelligitur in *auth. de collat.§. ſubemus.*& *in auth.de mand.prin.§. quod ſi delinquẽte.*,& *C.de accu.l.ea quidem.*& in prealleg.*§.quies.* 2.*Rub.*& *ff.de pœnis.l.capitalium. §.famoſos.*& *C. de delato.l.Monetæ.lib.*10. Sed ſi per priuatum, tunc non poteſt niſi in criminibus exceptis, & ſic intellige *gloſ.ff.de adulter.l.*2. *§. ſi publico.*& *de offic.*
22 *præſiass.l.congruit.* Item etiam † nota, quod delator poteſt calumniari, quia excipiendo etiam de crimine quis calumniatur: vt notat *Gui. in c.*
23 *primo de elec. gloſ.antepenult.lib.*6. Sed † probabilis error excuſaret excipientem, accuſantem, & denunciantem â vitio calumniæ: ſic notat idem *Gui. in alleg.cap.*1.*gloſ.vlt.* ſuper verbo,*procuratores.* quia ex quo per denunciationem procedit ur ad condemnationem corporalem, habet ef-
24 fectum accuſationis.Et † accuſa e videtur, qui accuſatorem ſubmittit vide ſuper hoc *Azonem*
25 *in Summa. C.ad Turpil.* Nota † etiam,quod euidens calumnia repellit accuſantem & agentem, & etiam excipientem:vt *ff.de accu.l.ſi cui.*§.1. & *ff.vt in poſſe.l.ſi is a quo.*& *extra.de elec.c.quod ſcut.* & ibi *gloſ.* Ad idem in Proœmio Inſtitutorum, ibi,*Vt calumniantium iniquitates expellat.* V lterius
26 etiam † ſc endum eſt, quod obſeruatur de conſuetud.ne & ſtylo curiarum c uitatis & d œceſis Gerundenſis quod iniuriati,verberati ſeu vulnerati, & etiam il i,quibus furtum, vel aliud maleficium fuerit factum,illatum, ſeu perpetratum habent illud denunciare curiæ infra decem dies, alias incurrunt pœnam decem librarum, niſi iam alias eſſet aliunde denuntiatum curiæ.Et ſic no-
27 ta. † quem teneri ad denunciandum, alias præſumitur dolus & culpa contra ipſum:ſic *ff.loca.l. Item quæritur.§.exercitu.* dic vt notatur *ff.de actio. emp.l.Iul.anno.§.alias.verſ. ſi vero ſcient.* in *auth.vt q̃ qui occl.ſe habere poſſ.res minorum. §.ſi vero tacuerit.collat.*6. & *in auth. de nuptijs. §.cauſas. collat.* 8. Et hoc verum,etiamſi tale fuerit crimen,de quo nulla pœna de eat imponi, ſecundum *Bartolum in l.accuſationem.in penult.q.ff.ad Turpil.* & *ff.de publica.l.interdum.§.diuus quoque Pius.*Et nota quod
28 â † prędicta pœna excuſantur,ſi alias maleficiũ eſt relatum ſecundum *Bart.in l.ſempe.§.hoc interdum.ff.quod vi aut clam.*& dixi ſupra. Sequitur in text u,*no faſſen enquerir.* Nota hic,iũcto *§.ma fra-*
29 *grant lo malefici*, habes clarum, quod † permiſſa inquiſitione non eſt permiſſa captio, quia aliud eſt captio,& aliud inquiſitio, & aliud delati cõfeſsio ſiue depoſitio: vt infra *eod.cap. & quia ſæpe.* ad idem infra *eod.cap. volentes noſtros.* ſic *extra. de hæreticis.c.inquiſitores.lib.*6. & melius in *Clem.multorum.eodem tit.* dic vt ibi legitur & notatur per
30 *gloſ.*& *Ioan. de Imola.* Et † quando dicetur fieri fragrante crimine,vide quę ſcripſi in *Summa ſomi emiſſi. in q. Quot modis valeat proceſs in criminibus.* nota *Bart.in l.nona extranag.* quæ incipit. *ad repri*
31 *mendum.* ſuper verbo, *denunciationes.* Sed † quæro,an.& quando iudex teneatur inquirere? Reſp. ſecundum *Bald.in l.*1.*ff.vbi pupil.educa.deb.* quod ſunt tres caſus. Quandoque inquiſitio eſt iuſta, quandoque permiſſa,quandoque prohibita.Primo,cum inquiri iubetur, vt in iudicibus tabulæ
32 officialium, & † vbi alias iubetur ab homine, vel â iure,tunc ſcient a, & fama, & iuſtus habẽtur pro promotore;vt *C.de offi.rect. Prouin.l.ſmſt ſſime.*Secundo caſu,niſi ſit promotor non inquiritur.vt ibi, ſecundum *Dinum.* & ita videtur q̃ in caſu ipſius legis *ff.vbi pupil.edu.*ſit permiſſa,& nõ iuſta. Tertio caſu non teneret,quia iſte modus eſt proh bitus:vt *l.*2.*§.ſi publice.ff. de adulter.* Sequitur in textu,*ni proces,libell,demanda,o altre ſcriptura*,&c.nota ergo,quod alias non valent acta. vn-
33 de † videtur quod non valeãt inuentaria, & deſcriptiones bonorum, & alia inſtrumenta ſcripturæ,& acta,quę fiunt ad requiſitionem procuratoris fi calis facta ſine conſilio & ſcriptura aduocati fi cal s:quod eſt verum,niſi forte quando
34 delatus ſe dederit † in fugas. & ſuſpicatur de occultatione bonorum, quia tunc poterit fieri deſcriptio,iuxta notata per *Bal.in l.unica. C. de prohibita ſequeſtra pec.* vide quę dicã inf.ſuper verbo *fragrant lo malefici.*&ſuper verbo *ſoſpita de fuyta.*Sequitur in textu,*donen, feren,o preſenten.* Et
35 eſt † ratio,quia in omnibus actibus & proceſsibus fiſcalibus debet adeſſe præſentia, vel cõſenſus aduocati fiſcalis,vt dixi ſupra *collat.* 7.*c.ité per tolre vexacions.*& eſt ibi caſus in verbo *toſtẽps.* & *in l.*2.*C.ſi aduerſus fiſcum.* Et nota, quia non diſtinguit,an in iudicio, vel extra; ſed ſimpliciter & ita ſimpliciter eſt intelligendum. Ita quod ſi-
36 ue in † iudicio,vel extra non valebit procurator fiſcalis abſque ſcriptura ſui aduocati fiſcalis præſentare, dare, vel offerre aliquam ſcripturã contra aliquem delatum de crimine: ergo nõ literam Regiam, vel alterius, non inſtrumentum, vel cedulam aliquam,quia verbũ ſcripturæ latiſſimũ eſt,cõprehendens omnia quæ in ſcript s redacta ſunt.Sit ergo cautus † procurator fiſcalis,
37 ſi vult euitare pœnã huius c. vt ſemper veniat cũ ſcriptura ſui fiſcalis, quæ contineat requiſitionẽ ipſius : & eſſet cautela q̃ faceret in actis ſcribi, qualiter illa ſcriptura eſt ſcripta manu ſui aduocati,alias amiſſa illa ſcriptura forte non crederetur ſibi,vt notãt *gloſ.*& *Doct.in c. cum iuriſperitus. ext.de offi.dele.*quia ſubijcitur, *del qual hage a conſtar.*quaſi dicat,alias nõ crederetur aſſertioni ipſius procuratoris,nec iudicis:vt *ext.de proba.c.quoniã contra fal.*niſi in prę iudiciũ alleretis,vt in *auth.*

contra qui propriam. C. de non nu. pe. vide & adde quæ dixi infra *ead.cap.ne ex beneficio*, ſuper verbo, *& in ſcripturis*, & infra *colla.* 10. *cap. per repos*, ibi, *per ſubſcripcio de ſa propria man.* ¶ Sequitur in tex. *E ſi lo contrari haura fet*, ideſt ſi abſque ſcriptura dicti aduocati, de facto fecerit inquiri vel proce
38 di, &c. tunc † debet â iudice repelli, & ſibi audientia denegari, arg. ad hoc *extra. de excep. cap. exceptionem.* & *ff. de procur. l. mutus.* §. *pœna.* & *C. de iudicijs. l. ſancimus.* Et ſi forſan aliter auditus, vel aduiſſus fuerit contra formam, & proh bitionem huius conſtitutionis, non valebunt acta ne-
39 que geſta in contrarium, quia quæ contra † legem vel conſtitutionem fiunt, pro infectis haberi debent. vt *C. de legi. l. non dubium.* & *l. 5. q. 2. cap. imperiali.* & ſupra *colla. 3. cap. 8.* & *cap. 16.* cum ſuis concor. & hoc probat h c text. dum dicit *e ſi lo*
40 *contrari haura fet*: quia quando † lex prohibet ſubſtantiam facti, tunc quod fit in contrarium eſt nullum: vt infra *ead. cap. prohibim.* & ita ntelligũtur dicta *l. non dubium.* & *cap. imperiali.* vt notatur ſupra *colla. 7. cap. 1.* in *verſ. Item nota, quod factum contra legem*, & præſertim de his conſtitutionibus, quæ ſunt leges iuratę, & pactionatæ. & iura-
41 mentum † habet vim clauſulę derogatoriæ: vt notatur ſupra *collat. 6. curia Perpiniani cap. ad tollendam omnis ſuſpicionis materiam.* Item etiam acta
42 abſente † aduocato fiſci in præiudicium fiſci non valent: vt *C. de aduo. fiſci. l. vlti.* & *ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus*, cum ſuis concor. de quo vide quæ dixi ſupra *collat. 8. cap. Item per tolre vexacions.*
43 Vnde † nota, quod vbi quis non debet audiri, & hoc liquet iudici, & ſi ſecus fiat, tunc proceſſus eſt nullus. Aut non liquet iudici. & tunc proceſſus videtur validus, quia non eſt temerarie proceſſum, ſed rite, ex quo nihil eſt obiectu, iuxta notata in *l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.* &
44 alibi dicit *Bar.* quod † ſi poſt certum tempus accuſator non debet audiri, tamen ſi eſt auditus, & nihil eſt obiectum, valet proceſſus: ita notatur ff. *de pœnis. l. abſentẽ.* Facit ff. *ad Turpil. l. 1.* §. *accuſatis.* Sed *Bal.* dicit quod aut de cauſa, ideſt, de tempore impediente conſtat iudici. & tunc proceſſus eſt nullus, quia eſt contra ius conſtitutionis, & etiam contra ius pa.tis. facit quod notat *Innoc. extra. de offic. vica. cap. 1.* Aut de præſcriptione, per quam denegatur audientia, non conſtat iudici, & tunc imputet ſibi ille, qui non oppoſuit: iſta ſunt vera, quando præſcriptio excludit principium proceſſus, ſed quando excludit ſolam condemnationem, ſed non iudicium, ſemper ſententia valet: ff. *de adulter. l. ſi maritus.* §. *præſcriptiones*, ſecundum *Bal.* in *l. non dubium. C. de legi.* in fin. dic de hoc latius per *Petrum de Ancarano in regula ea quæ fiunt a iudice. lib. 6.* in *verſ. Pro pleniori intelligentia prædictorum quero.* cum *verſic. ſequenti.* ¶ Sequitur §. *mas fragrant lo malefici*, &c. hic eſt ſecunda pars, in qua ponit exceptionem â regula, quam præmiſit: dixit enim ſupra quod
45 fiſcus † non audiatur in aliquo contra delatum, niſi veniat cum ſcriptura aduocati, & hoc eſt regulare. Fallit tamen in duobus caſibus hic cõtentis, ſcilicet, fragrante crimine, & quando allegatur ſuſpicio fugæ delati; quia tunc in iſtis duobus caſibus poteſt ad inſtantiam fiſcalis procedi ad captionem delati; tamen non ſpectato conſilio dicti aduocati. vide *Bar.* in *l. neminem. C. de accu.* & *Bal.* in *l. quod euitandi. C. de condi. ob. tur.*
46 *cauſam.* ¶ Et † quid ſit fragrari crimẽ, vel aliquid fieri crimine fragrãte. dic vt dixi *in Summa regal.*
47 *ita ſoni emiſſi q. 21.* ¶ Et † nota aliquid concedi crimine fragrante, quod alias non concederetur, vt hic, & infra *colla. proxi. cap. la ſuperfluitat.* §. *exceptada la capcio*, vbi de hoc, & *l. vnica. C. de rap.*
48 *virgi.* & dixi ſupra *ead. cap. com fer o cõtraure.* Et † hoc caſu quilibet tenetur capere malefactorem, & ſequi ſono emiſſo; vt in *prima conſtitutione ſoni emiſſi*, & dixi, in dicta *Summa in 1. q.* & in 13. *q. qua quæritur qui teneantur exire ad ſonũ*: & ita † hoc
49 caſu curia, etiam non ſpectata fiſci inſtantia, poteſt & tenetur capere, & inſequi maletacto. es fra
50 grante crimine; quia † euidentia patrati criminis non indiget clamore accuſatoris, *extra. de accuſa. cap. euidentia.* & *C. de accu. l. ea quidem.* ad idem ſupra *collat. 6. curia Montiſſoni cap. ordinary.* vide ibi, ſuper verbo *ſen delinquendo.* & infra *collat. prox.*
51 *xi. cap. la ſuperfluitat.* Sed † in ſequenti caſu, ſcilicet, quando timetur de fuga, ſcilicet alias, vt quia eſt vagabundus ipſe delatus, vel alias ſuſpectus forte propter ſolam immanitatem criminis, tunc requiritur forte inſtantia, ſed tamen nõ requiritur ſcriptura, nec conſilium aduocati, nec etiam iudicis, vbi eius copia de facili non poſsit haberi. Et eſt ratio, quia locus, & tempus in hoc caſu non patiuntur plenius deliberandi conſi-
52 lium: vt ff. *de exercitoria. l. 1.* Et ſic † nota non debere dari circa maleficia malefactori occaſionem fugæ, & ideo de iure Romano † permittum eſt, & ante ſententiam, & ante inchoatum proceſſum capere latrunculatores diffamatos de crimine, & poſt capturam inueſtigare veritatem, nec capiuntur, vt detineantur, ſed vt deducantur, ſecundum *Angel.* quem vide ff. *de iudi. l. ſi longius.* §. *ſi filius*, ſuper verbo *ſe ſubſtrahat*. Captura
54 enim † poteſt fieri nullis præcedentibus indicijs, nota *Bal.* in *l. & ſi certus.* in prin. *ff. ad Sill.* & hoc in criminali, ſecus in ciuili: vt notatur in *glo.* infra proxima. Sed hæc conſtitutio loquitur in criminali, vt vides. ¶ Sequitur in text. *o lla on ſuſpita de fuyta del delinquent per lo fiſcal ſe allega-*
55 *ra*, ſubaudi, *& probara*, quia † non ſufficit allegare, niſi & probetur ipſa fugæ ſuſpicio, ſaltem ſummarie: quia niſi fragrante crimine non debet quis capi ante ſummariam fidem, vel probabilẽ ſuſpicionem de excellu, alias receſſu: vt *extra. de ſent. excom. cap. clericos. lib. 6.* & ibi per *Archi.* & *Io. Andr. in nouella.* ſecundum *Bal.* qui ita notat in *l. quod euitandum. C. de condi. ob. tur. cauſam.* & ibi *Bal.* vide *Bar.* in *l. qui á debitore.* §. *ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. credi.* adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 2.*

curia

Digitized by Google

curie 2. Barcinone cap. 19. Item quod nullus miles, vel alius, & ſupra *colla. 3. curie Monteſſoni cap. 25. Itẽ ordinamus, & ſtatuimus, quod aliqui homines*, &c. & ſupra *colla. 4. in 1. curia Barcino. cap. 34. Item quod aliquis homo non capiatur.* & ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcino. cap. 6. Item quod quilibet campſor, qui ſe abat.* vide ibi in §. *Et in quarta parte nota*; & ſequentibus vſque in fin. & in *tertia curia Barcino. cap. 2. Item ordinamus, quod ſalarium carcerariorum*, &c.

56 quando † timetur de fuga debitoris, poteſt ſibi interdici alienatio immobilium, & fieri ſequeſtratio mobilium, vt notat *Bar. ff. de pollicita. l. de*

57 *pollicitationibus*. Nullus † tamen præſumitur fugitiuus, niſi ſaltem appareant indicia, nec ſufficeret iuramentum timentis de fuga, ſecundum *gl. ſ. ſingularem in l. ſi vt certo ff. commodati.* ¶ Sequitur in text. ibi *a la capcio de les perſonas puſque eſſer*

58 *prouehit*, dic † quod alias regulariter ad captionem pro executione non proceditur ſine monitione, ſecundum notata per *Bal.* latius in *l. ſi quis*

59 *tantum. C. de Epiſcopis & cleri.* Et † ſcias, quod pro crimine, & pro debito fiſcali, ac pro publica functione publicorum munerum vel officiorum quis poteſt capi in domo, & inde extrahi.

60 Et † punitur occultans furem, vel alium debitorem, prout de his latius notatur per *Ioannem de Platea* in *l. ex omnibus. C. de decurio. lib.* 10. & in *l.*

61 *quotiens. de exac. tri. eod. lib.* Item † quando parendum ſit iudici, & quando factum iudicis inducat actionem iniuriarum, nota per eumdem *Ioan. de Platea* in *l. omnes iudices. C. de decurionibus*. ¶ An

62 autem † homines capi poſſint tempore feriato, vide *Bal.* in *l. omnes. C. de feriis.* & *Antonium de Butrio extra. eod. tit. c. conqueſtus*, adde notata per *Abb. extra. de ſent. excom. cap. vt fame.* ¶ Sequitur in tex.

63 *inſtant lo dit procurador fiſcal*. Nota † quia in hac conſtitutione non fit mentio de alio accuſatore, denunciatore, vel inſtigatore priuato, ſed ſolum de fiſcali: vnde quod non mutatur, ſtare non prohibetur: quare dic, quod ſi appareat aliquis priuatus accuſator, denunciator, vel inſtigator proſequens ſuam, vel ſuorum iniuriam, poteſt proceed ad captionem delati, etiam ſine ſcriptura aduocati, dummodo vel accuſator ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis, vel alias conſtet ſummarie de fuga vel de crimine, taliter quod appareãt indicia propter quæ ſit ad vlteriora procedendum: argum. infra *ead. cap. volentes noſtros.* vide & adde quæ ibi notantur, & infra *colla. proxi. cap. a*

64 *remoure*. ¶ Vlterius notandum, † quod in cauſa inquiſitionis poſſunt produci teſtes etiam poſt aperturam, vt dixi in dicto *cap. voletes.* Sed ſi quis petit vt non publicetur proceſſus, quoutq. poſſint haberi tales teſtes qui de cauſa ſunt inſtructi, & ſunt infirmitate, vel aliqua cauſa grauati: ſi hoc non obſtante iudex publicauit, ſubuenitur parti per reſtitutionem in integrum, vt etiam publicato proceſſu poſſit illos teſtes inducere, ſecundum *Innocen.* in *cap. vltra tertiam: extra. de te-*

65 *ſti.* ¶ Item † nota, quod licet partes quæſuerint teſtibus quid dixerint, non tamen impediũtur, alios teſtes producere: & idem ſi atteſtationes legerint: non tamen plene percunctatus eſt, ſecundum *Innoc.* in dicto *cap. vltra tertiam*, præſumitur tamen plene eſſe percunctatus ſi apud ſe tenuit atteſtationes per noctem, vel tanto tempore, quod fuerit veriſimile plene legiſſe.

66 vide in *auth. qui ſemel.* per *Bar.* & *Doct.* ¶ Item † nota quod poſt concluſionem in cauſa, & publicatum proceſſum ex confeſſione partium poteſt cauſa inſtrui, ſecundum *Bal.* & *Innoc.* in dicto *cap. vltra tertiam*, in fine. ad hoc *extra. de fide inſtrumẽ-*

67 *torũ. c. cum Ioannes Eremita.* Nota, q† non refert confeſſio in qua parte iudicij facta fuerit: quia non requirit telam iudicij: de quo nota per *Doc.*

68 in *cap. Piſanis. extra. de reſti. ſpo.* ¶ Item † nota, quod licet in alijs iudicijs quis poſſit conſentire in non ſuum iudicem, ſecus eſt in inquiſitione, præſertim in præiudicium maioris, vel alienę iuriſdictionis. ſuper quo vide latius per *Innoc.* & *Bal. extra. de accuſa. cap. ad petitionem.*

De officijs triennalibus non continuandis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Officia vltra triennium in eodem loco ita continuari nõ debent, vt neque ſuper eo aliquo modo poſsit diſpenſari. declaratur nu. 8. & 10. & quid ſi officium erit annale. num. 9.*

2 *Senſus extraneus legis dicitur, qui eſt vitioſus.*

3 *Legis ratio eſt ipſa lex.*

4 *Contra mentem conſtitutionis faciens dicitur facere cõtra ipſam conſtitutionem.*

5 *Extra mentem legis quoties ſit extenſio etiam in pœnalibus. & ratio ibidem.*

6 *Argumentum à ſimili claudicat vno pede.*

7 *Vbi in pœnalibus ſit extenſio ex identitate rationis, tũc imponitur pœna ordinaria arbitraria, quæ ſolet eſſe minor.*

11 *Inquiſitio, mutatio, & remotio officialiũ prorogari nõ poſſunt: quinimo debent fieri de triennio in triennium in carniſprimo. Ex quo habuit ortum, quod officiales Cathaloniæ ſint triennales. nu. 12.*

13 *Officialis non eſt confirmandus in officio, niſi prius rationem reddiderit de prima adminiſtratione.*

14 *Officia quare non debeant dari ad vitam. remiſſiue.*

15 *Officia triennalia in Cathalonia continuari nec confirmari poſſunt etiam reddita ratione, vel ſequuta abſolutione tabulæ.*

16 Motus proprius *quid importet. remiſſiue.*

17 *Clauſula* motu proprio *regulariter tollit vitium ſurreptionis, & inducit diſpenſationem.*

18 Aliquatenus *verbi ſignificatio.*

19 *Diſpenſatio fieri non debet niſi vrgente magna angu-*

ſtia.

20 *Pro regula haberi non debet, quod ſpecialiter ex diſpenſatione conceditur.*

21 *Diſpenſatio de iure communi pro quibus fiat cauſis. & num. 23. & 24.*

22 *Diſpenſationis materia, & quando dicatur odioſa, vel*

fauora-

fauorabilis.remiſsiue,& nu. 30.

25 *Diſpenſatio quandoque eſt debita,& eo tunc eius cauſa ſit exequutio iuſtitia.*

26 *Diſpenſatio an ſit ius,late traditur.*

27 Poteſt & debet *verba quomodo differant.*

28 *Papa diſpenſat cum bigamo.& quid ſuper iuramento.* *nu.*29.*remiſsiue.*

31 *Officia triennalia non poſſunt dari ad vitam, nec ad tempus vltra triennium.*

32 *Diſpenſatio ob falſam cauſam obtenta non valet.*

33 *Diſpenſatio regulariter non eſt prohibita in criminalibus minoribus;licet ſic in maioribus.*

34 *Diſpenſatio ſecunda ſuper eodem crimine an teneat.*

Contra la penſa dalgunes cõſtituçions,&c. Caſus.

1 CConfirmatis † conſtitutionibus prohibentibus, officia vltra triennium continuari in eodem loco, hic prohibetur contra illas,etiam proprio motu Principis, vel ad vniuerſitatis loci, vel alterius ſupplicationem aliquatenus diſpẽſari.Hoc dicit. ¶ Nota quod littera dicit,*contra la penſa*,quia facit contra multos, qui volũt iſtas conſtitutiones quandoque contra mentem earũ aſſumere,verba earũ ad aliũ ſenſum, qui non eſt

2 de mente,ſcilicet,extraneũ,retorquendo & † eſt extraneus ſenſus, quãdo eſt vitioſus. vide *gloſ.* in *l.ſi ita quis promiſerit.* ff. *de verb.oblig.*& quæ ſcripſi infra *colla.*10.*cap.volents.* & *colla.*11.*cap.penul.*

3 circa fin.quia † mens & ratio legis eſt ipſa lex, ff.*de legi.l.ſcire leges.*de quo dic vt dixi ſupra *ead. cap.per tal que les leys.*& melius ſupra *colla. proxi. cap. Item ſenyor quels Cancellers.* & ſupra *collat.*7. *c.*1. & is committit in legem, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem. vt *extra.de reg.iur.cap.certum eſt.lib.*6.cum ſuis concor.

4 Et ſic nota,quod † qui facit contra mentem cõſtitutionis.dicitur facere contra ipſam conſtitutionem,vt hic, & ſupra *colla.*5. *rubri. vt nullus de guerra ſiue de bando. cap. Item cum iuxta cap.* & 1. *coll.*10.*cap.com ſegons.*§.*volent.* & ibi dixi de hoc. adde quæ notat *Ioan.de Platea* in *l.quemadmodum.*

5 *C.de agricol. & cenſitis. lib.*11. Item † nota,quod ex mente fit extenſio etiam in pœnalibus. Imo non dicitur extendi q̃ fit ex mente,quia iam inerat ex mente:vt hic,& *extr. de elec.cap.ſi poſtquã. lib.*6.vbi de hoc per *glo.*& in *nouella*,ſuper verbo *mente.* & *extra.de temporibus ordi.cap.*1. ſuper verbo *Italiæ. eod. lib.*requiritur tamen penitus om-

6 nimoda ſimilitudo,vt ibi notatur,quia† argum. per ſimile claudicat vno pede,adde quę dixi ſupra *ead.cap.com ſer,o contraure.*ſuper verbo,*E ſi lo*

7 *pare no viura*. Quando † propter identitatem rationis fit extenſio in pœnalibus,tamen imponetur per extenſionem illa pœna ordinaria,ſed arbitraria,quæ debet eſſe minor,vide *Matthæum de Mataſalanis in tractatu extẽſionis. in fi.tertij articuli.* ¶ Sequitur in text. *conſtitucions.* dic quarum altera eſt ſupra *colla.*6. *curiæ Monteſſoni cap. cum iuriſdictionis officia.*vide & adde quæ ibi ſcripſi, & infra *colla.*10.*curiæ domine Mariæ cap. Com ſegons.*

8 ¶ Sequitur in text.*de iuriſdictio.* Nota † quia dicit ſimpliciter,*de iuriſdictio*, & non diſtinguit an fuerit officium annale, vel triennale;nec an fuerit perpetuum,vel temporale. Sed dic,quod loquitur de temporali, quia perpetuum continuabile eſt,& expreſſe de triennali loquitur dictum

9 *cap.iuriſdictionis officia.*& *cap.com ſegons*. Sed † de annali officio,vt de conſulibus maris vidi alias dubitari, & credo quod debeat eſſe idem propter identitatem rationis, & quia hic text. loquitur de mente,de quo vide latius in alleg.*cap. com ſegons.* ¶ Sequitur in text. *continuar.* ſcilicet,

10 dic vltra † triennium,ſi officium fuerit de triẽnalibus, vel vltra annum vel biennium, ſi tale fuerit officium, hoc tamen habeas pro firmo, quod non debet vltra triennium cõtinuari,quia in fine cuiuslibet triennij habent tenere tabulã iuxta capitula curiarum, & conſtitutiones huiuſmodi:vt ſupra *colla.*4. *curiæ* 3.*Barcinonæ cap.*8. *Item ordinamus de conſilio.* §. *Et ſi curiæ generales.*

11 vbi inter cætera dicitur, quod † inquiſitiones, & mutatio, aut remotio officialium non poſsint prorogari. Imo habent fieri de triennio in triennũ in carniſpriuio quadrageſimæ. Et ibi habuit

12 ortum,† quod officiales ciuitatum, & locorum Regiorum Cathaloniæ ſint triennales: & illa conſtitutio, quæ habet quod non poſsint vltra triennium prorogari, per conſequens habet in mente,quod officia non debeant continuari, de qua hic fit mentio,dum dicit, *contra la penſa dalgunes conſtitucions.*Non† enim debet officialis reſirmari in officio, niſi prius rationem reddiderit de prima adminiſtratione:vt *l.neminem. C.de tabulariis.lib.*10.vbi aſsignantur de hoc duæ rationes per *Ioan.de Platea.*vide ibi latius,& adde quæ ſcripſi in alleg. *cap.cum iuriſdictionis officium.*& *cap.*

14 *com ſegons*. Et † optimas rationes, quare huiuſmodi officia non debent dari ad vitam, vide per *Ante. de Butr. in cap. ſignificarunt.extra. de iudicijs.*

15 hoc eſt,de iure communi, quia per † conſtitutiones Cathaloniæ officia triennalia non poſsunt continuari,nec reſirmari, etiam reddita ratione,vel ſequuta abſolutione tabulæ;nec poteſt dari ſpes etiam per interpoſitam perſonam, vt dicitur in alleg. *conſtitutione curiæ Monteſſoni cap. cum iuriſdictionis officia.*ſupet *collat.*6. ¶ Sequitur

16 in text.ibi,*per propi motiu*,quid † hoc importet, vide *extra.de præben.cap.ſi motu proprio. lib.*6. quia

17 regulariter † tollit vitium ſurreptionis, & inducit diſpenſationem, quam tamen hic omnino tollit,& imo ſubijcitur: *no puſque ſobre aço en alguna manera eſſer diſpenſat.* Nota verbum † *aliqua tenus.* quia videtur quod etiam pro quacumque

18 neceſsitate nequeat diſpenſari,licet alias neceſsitas inducat diſpenſationem:24.*diſt.cap. fraternitatis.*non † enim debet diſpenſari, niſi vrgente magna anguſtia:55.*diſt.cap.priſcis.* Nec eſt pro

19 regula † aſſumendum, quod ex diſpenſatione ſpecialiter eſt conceſſum. 56.*diſt.cap.& ſi ilia.* 9. *q.*1.*cap.ordinationes*. Sed de iure communi quan-

20 doque † pro neceſsitate temporum ſit diſpenſatio

ſatio contra decreta ſanctorum: 1.q.7. cap. requiritis, & tribus cap.ſe. & 32. q.4. cap. recurrat. & §. his ita, quia ſicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum, ſic diſpenſatio quandoque fit propter maius lucrum: 1.q.7. cap.
22 diſpenſatores. Vide † hic de materia diſpenſationis. Et quando dicatur odioſa, vel fauorabilis, vide latius per Iaco.de Guimerano Ilerden. ſuper cap. at ſi clerici. extra.de iudi. §.de adulterijs. ſuper gloſſam. vbi etiam ponit plene dicta Doctorũ, & limitationes ad intellectum materię diſpenſandi. ¶ Sed ſemper aduerte circa iſtas conſtitutiones, quod ſunt leges & pacta ſtipulata, & cum iura-
23 mento firmata. Et † diſpenſatur quandoque ratione multitudinis, 50.diſt.cap.conſtitueretur. quãdoque ratione perſonæ, extra.de præben.cap.de multa, quandoq. ratione meriti, vt extra. de elec.cap. innotuit. quandoque ratione religionis, 50.di.cap.ſi
24 quis diaconus. Sed † contra ius naturale non fit diſpenſatio, niſi forte ad maius malum vitãdum, 13.diſt.cap. nemi. ſuper quo vide quæ ſcripſi ſu-
25 pra 1.colla.cap.1. ¶ Nota † tamen, quod quandoque eſt diſpenſatio debita, & tunc eius cauſa fit executio iuſtitiæ. ff.de iuſti.& iure l.1.rub.1. quãdoque eſt permiſſa, & tunc non eſt ius, ſed miſericordia, 45.di.cap. diſciplina. & cap. omnis qui. & cap.vera. quandoque diſpenſatio ponitur pro iu-
26 re, extra.tor.cap.2. vel dic, cum quæritur † an diſpenſatio ſit ius, dic quod diſpenſatio, ideſt, ſecũdum quod eſt diſpenſare, non eſt ius, ſed poteſtas data iure. Sed diſpenſatio, ſecundum quod eſt in eo cum quo diſpenſatur, eſt ius priuatum, ſed nõ commune, ſicut de priuilegio dici poteſt. ad hoc 34.q.2.c.interfectores. de quo vide latius per Gui. in Roſario, 50. di. cap. vt conſtitueretur, & ibi gloſ. ſuper verbo detrahendum. ¶ Vlterius, quia tex-
27 tus dicit, non poſſit; quæro † quæ ſit differentia inter poteſt, & debet? Dicunt quidam, quod per verbum poteſt, conceditur libera facultas, ſed per verbum debet imponitur neceſsitas: ſed Azo, & Accur. dicunt idem in vtroque, vbi agitur de iuriſdictione, & in vltimis voluntatibus: quia in talibus neceſsitatem important. de hoc vide ff. de offic.præſi.l. ſape. & extra.de iudi.c.nouit. 1.rub.verſ. non enim vt Eccleſiaſtica bene.cap.vno. & per Gui. in Roſario, 50.di.cap.quantum. ſuper verbo non poteſt.
28 Sed Papa † diſpenſat contra Apoſtolum cum bigamo: 34.diſt.cap.lector. de quo dic, vt legitur, & notatur per Henr. & Anto.de Butrio.extra.de bi-
29 gamis.cap. ſuper eo. Sed † an diſpenſet ſuper iuramento, vide glo. & Doct.extra.de iure iuran.cap.quãto. & per Innoc. in cap. debitores. De materia diſ-
30 penſationis. † vide latius in Spe. tit. de legato. §. præmiſimus. & ſequentibus. & adde de diſpenſatione Epiſcoporum, quę notat Archi. extra.de elec. cap.licet canon.lib.6. & per Anto.de Butrio extra.de iudi. cap.at ſi clerici. §. in adulterys vero. & ibi videas Iaco.de Guimerano. ¶ Vlterius nota hic caſum, in quo eſt per conſtitutiones prohibitum diſpenſari: alium habes ſupra cod. cap.per tal que mal. & cap.penſants. & cap.ſequenti. & vide alios ca ſus quos ibi dixi, & in cap. qui vexia uel fundiſſima. curia Monteſſoni. ſupra colla.6. & infra curia domine Maria cap.hauents acor, habes alium caſum, ſed eſt de generali, cõſuetudine abrogatũ. vide quæ
31 ibi dixi. ¶ Item nota † quod officia triennalia non poſſunt dari ad vitam, vel ad tempus vltra triennium; & hoc ſequitur infra cod. cap. proxi.
32 ¶ Vlterius nota † quod diſpenſatio ob falſam cauſam obtenta, non valet, nec tenet; licet ratione ſcandali tolleretur. extra.de conſangui. & affin. cap.quia circa. vide ibi Anto.de Butrio. ¶ Item no-
33 ta. † q regulariter in criminalibus minoribus nõ eſt prohibita diſpenſatio; ſecus in maioribus: vt extra.de iudi.cap.at ſi clerici. vide ibi Anto. & Iaco. de Guimerano. vide gloſ.extra.de tempore ordi.cap.1. §.eos. ſuper verbo abſque ſpe diſpenſationis.lib.6. &
34 de elec.cap.1.in fi.eod.lib. ¶ Sed † pone, quod cum crimino ſo, vel alias cum aliquo fuit ſemel contra ius diſpenſatum, iterum commiſit aliud crimen, vel ſuper aliquo defectu petit ſecum ſuper hoc ſecundo diſpenſari, & obtinuit diſpenſationem, nulla facta mentione de prima diſpenſatione: quæro an valeat hæc ſecunda, vel iudicetur ſurreptitia? Et videtur quod ſit nulla tanquam ſurreptitia, vt extra.de filijs puberorum, cap.1. & 2. lib.6. Facit l.nemo.C.de Epiſcopa.audi. & hoc credo verum, ſi caſus ſit talis, quod Princeps ſi ſciret de prima, non veriſimiliter diſpenſaret ſecundo. vide notata in dictis cap.1. & 2. per gloſ. & Doct. & extra.de reſcriptis cap.ſuper litteris.

Ne officia temporalia perpetuo concedantur.

Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Officia triennalia ad vitam vel vltra triennium dari non debent; & ſi contra factum fuerit, erit nullum.*
2 *Factum contra conſtitutionem eſt nullum. & nu.7. & 8.*
3 *Officia vendi non debent. & ratio traditur nu.4.*
5 *Officia quæ dantur ſine præfinitione temporum, cenſentur data ad imperpetuum.*
6 *Tempus tabulæ prorogari non poteſt.*
9 *Nullitas proueniens ex defectu poteſtatis ſemper opponi poteſt.*
10 *Sententia lata contra conſtitutionem eſt nulla.*
11 *Sententia continens errorem iuris expreſſum eſt nulla ipſo iure, & non tranſit in iudicatum.*
12 *Officialis durante officio aliquid à ſuis ſubditis emere non poteſt. & declaratur ibidem.*
13 *Officialis an poſſit contrahere durante officio. remiſſiue.*

PRouehim que tots los oficials de iuriſdittio, &c.
1 Caſus. Officia † triennalia, quæ debent dari ad triennĩ, prohibentur dari ad vitam, vel alias vltra triennium. Et quod contra factum fuerit, decernitur eſſe nullum. Hoc dicit. Et ſic nota, quod iſta officia ſunt triennalia, de quibus habes ſupra colla.4.curia 2.Barcino. cap.primo quod omnis, & cap.ſequenti. & in curia Barcino.cap.7. Item ordinamus de conſilio. & alijs ſimilibus. & non poſſunt continuari vltra triennium, vt ſupra cap. proxim.

nec

nec ad vltra triennium concedi, vt hic, nec aliquatenus dispẽsari. Sed vidimus sæpius de facto in his dispensatum & contrafactum. vnde credo hoc esse publicum, & maximum peccatum, & periurium etiam multorũ; quare nil mirũ si Deus vult destruere hanc patriam: vt supra *cap. proxi.* & hoc *cap.* quasi superfluit. ¶ Sed † nota vlterius hic esse casum, quod factum contra cõstitutiones Cathaloniæ est ipso iure nullum de quo dixi supra *cad. cap. als procuradors fiscals*, in verbo, *E si lo contrari*, &c. & supra *colla. 4. in 2. curia Barcino. cap. 29. Item quod nostri successores. cap. sequenti.* ¶ Sequitur in text. ibi, *a vida*, subaudi, nec † debent vendi: vt supra *colla. 2. in curia Barcino. c. 34. Item quod in venditionibus reddituum*, &c. sic infra *collat. proxi. cap. com segõs.* & est ratio, † quia iustitia posset deperire, & subditi opprimerentur, vt dicitur in alleg. *cap. in venditionibus.* vide quæ dixi ibi, & in suis concor. Et † nota, quod officia, quæ dantur ad vitam, vel sine præfinitione temporis, censentur dari in perpetuum, secundum *Ioan. de Platea* in *l. neminem. C. de tabularijs. li.* 10. & *Spec. tit. de legato.* §. 1. ¶ Sequitur in text. *o en altre manera*, subaudi, vltra triennium: quia esset continuare contra *cap. supra proxi.* vel dic *en altre manera*, scil cet, nisi ad triennium tantum, quasi dicat; nec ad plus, vel minus: & sic videretur correcta cauda. Sed tamen non est, quia iuris correctio est vitanda cum *cap. iurisfactionis officia*, curiæ Montilloni supra *colla. 6.* pro quo facit, † quia tempus tabulæ non potest prorogari: vt dixi supra *cap. proxi.* ¶ Sequitur in text. *alls axi com atfet contra leys de la terra*, &c. Nota † hic casum pro his quæ dixi, quod factum contra constitutiones Cathaloniæ, quæ sunt leges huius patriæ, est ipso iure nullum; vel saltem venit annullandum: quod dic vt dixi supra *cad. cap. als procuradors fiscals.* super verbo, *E si lo contrari.* vide & adde quæ latius notantur per *Bal.* & *Doct.* in *l. non dubium. C. de legibus.* ¶ Sequitur † in text. ibi, *annullam*, subaudi, id est nullum fore denunciamus; quia in quantum fuerit factum contra prohibitionem legis, non valet: vt supra *cap. als procuradors fiscals.* vide quæ ibi dixi: vel dic, *annullam*, scilicet quatenus de facto, aut alias processerint; quia quod ipso iure nullum est, etiam de facto quatenus processerit debet per iustitiam annullari, & irritari: sic *extra. de rebus Ecclesiæ non alie. cap. si quis puberorum.* & ibi notã per *glo.* & *Doct.* & adde quæ notantur supra *colla. 7. cap. 1. verſ. Item nota quod factum contra legem est nullum*, &c. & in dicto *cap. als procuradors fiscals.* super verbo, *E si lo contrari*. Et † videtur ex prædictis, quod hæc nullitas quasi ex defectu potestatis prouenies, quia factum contra constitutionem iuratam, potest proponi perpetuo, nec habet locum constitutio quæ vult nullitates debere proponi infra decẽ dies, infra quos est appellandũ. Itẽ illæ constitutiones loquuntur de nullitate sententiæ: vt supra *colla. 6. curia Montissoni. cap. constitutio edita.* vide ibi cum concor. Sed † & sententia contra talem constitutionem lata est nulla, vt *extra. de re iudi. cap. 1.* & per constitutiones quę annullant acta contra cõstitutiones huius patriæ, præsertim † iuris errore in sententia ipsa expresso, est funditus nulla, & non potest transire in rem iudicatam. Imo debet puniri qui facit contra constitutiones, vt dixi in curia Perpiniani *cap. cum secundum*. ¶ Et nota. quod † officiales durante officio non possunt de iure communi aliquid emere à subiectis, & contrafaciens punitur. vide *ff. de contrahen. emp. l. non licet.* Et hoc verum siue sit officium necessarium, siue voluntarium; siue publicum ex nimo, siue publicum auctoritate, & vtilitate priuatum, *eod. tit. l. si emptione.* §. *fin.* vide *eod. tit. l. qui ſficy.* & an durante officio, possit officialis contrahere. vide plene *ff. si certum p. l. principalibus.* & ibi *Bar.* vide & adde quæ scripsi supra *collat. 4. in 2. curia Barcino. cap. 23. Item quod aliquis officialis noster qui vtatur.* vbi de hac materia cum suis concordantijs.

Vt secretarij & scriptores Regij in Cathalonia sint Cathalani. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores & secretarij prohibentur vti in Cathalonia suis officijs, nisi fuerint in dicta Cathalonia domiciliati. & num. 2. & 4. sed per constitutionem Reginæ Mariæ debent esse origine Cathalani nu. 5. limitatur nu. 6.*

3 *Officiales omnes Cathaloniæ debent esse Cathalani.*

7 *Originarij, domiciliati; & incolæ qui dicantur. rem ſfine.*

8 *Actus vbi non potest fieri nisi in certo loco; interdicto loco interdicitur etiam & actus.*

9 *Priuilegium non valet; quod Gubernator prohibeatur stare Barcinonæ; & in eius Vicaria: quia per hoc videtur prohiberi ne ibidem de causis cognoscat; quod est contra constitutionem.*

A *Quells mateixs scriuans de les corts nostre*, &c. Casus. Scriptores † & secretarij curiarum domini Regis & Generalis Gubernatoris, nisi fuerint in Cathalonia domiciliati, nequeunt vti eorum officijs scribendi in actis, & processibus iudicialibus, extra Cancellariam & Audientiã domini Regis ducendis. Et secus acta per ipsos scriptores & secretarios decernuntur fore nulla. 2 Hoc dicit. ¶ Vnde nota † hic casus, in quibus scriptores & secretarij, prohibentur vti eorũ officijs in Cathalonia, nisi fuerint in Cathalonia domiciliati. Sic etiam de iudicibus, supra *colla. 6. curiæ Ceruariæ. cap. vlterius confirmantes constitutionẽ.* vide & adde quæ ibi dixi. 3 Et † similiter omnes officiales Cathaloniæ debent esse Cathalani, vt supra *collat. 4. primæ curiæ Barcinonæ cap. Item ad supplicationem dictæ curiæ.* & *cap. Item quod nobilis Infans.* vide quæ in eis dixi, & in contor. ibi positis. & addè supra *ead. collat. cap. confirmants les cõstitucions fetes*, &c. ¶ Sequitur in text. *los quals per* 4 *domicili non son Cathalans*, ergo licet † sint Cathalani origine, nisi habeant eorum domicilium in

Cathà-

Cathalonia non poſſunt gerere officium ſcribẽdi in actis iudicialibus, & proceſsibus extra curias prædictas ducendis. Et licet non ſint origine Cathalani, dummodo habeant domiciliũ in Cathalonia, poſſunt in omnibus actis, & proceſsibus Cathalanorum interuenire, vtendo eorum officio: & hæc vera per hanc conſtitutionem.

5 Sed † hodie per conſtitutionem dominæ Reginæ Mariæ, quæ eſt infra *collat.* 10. *cap. aquells mateixs ſeruans, ſecretaris*, &c. oportet quod notarij, ſcriptores, ſecretarij, & locumtenentes protonotarij, & regens officium protonotarij, quoad acta iudiciaria tam in Audiẽtia Regia, quam ſui Primogeniti Cathalanos quomodolibet tangẽtia, ſint origine Cathalani, & etiam populati, ſiue domiciliati in Cathalonia. Et ibi etiam decernuntur acta per alios non Cathalanos ſimul origine & domicilio fore nulla. Excipiuntur tamẽ

6 mandata, † litteræ, chartæ, prouiſiones, & ſententiæ, de quibus poſſunt ſcripturas & inſtrumenta conſcribere omnes notarij, ſcribæ, & ſecretarij curiæ domini Regis, & ſui Primogeniti; licet ipſi ſcribentes non fuerint Cathalani origine, nec domicilio: & ita ſeruatur hodie. vide quæ dicã in alleg. *cap.* dictæ curiæ dominę Mariæ infra *collat. proxi.* Et †

7 qui dicantur originarij, & qui domiciliati vel incolæ, vide *C. de incolis. l. ciues dib.* 10. & adde quæ ſcripſi ſupra *colla.* 5. *cap.* 21. *Item*

8 *ad ſupplicationem*. ¶ Item † nota, quod quando actus non poteſt geri niſi in certo loco, interdicto loco videtur interdictus actus: vt *ff. de condi.*

9 *& demonſt. l. hoc modo.* Et † per hoc dico, quod nõ valet priuilegium quod Gubernator prohibeatur ſtare in Barcinona, & eius Vicaria: quia per hoc videtur prohiberi ne ibidem de cauſis cognoſcat: quod videtur contra conſtitutionem curiæ Ceruariæ *cap. præterea quia per reſeruationes.* & tale priuilegium eſt contra dictam conſtitutionẽ Ceruariæ, & eius mentem, & ideo non valet: vt ſupra *collat.* 3. *cap.* 17. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliqua littera noſtra.* cum ſuis concor. vide quæ ibi dixi, & poſtea dictum priuilegium fuit reuocatum.

De algutzirijs & eorum abuſibus. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Algutziriorum ſalaria ſunt taxata per conſtitutionem curiæ Ceruariæ, qua conſtitutio confirmatur hic.*

2 *Abuſus eſt factum contra conſtitutiones, & ex tali abuſu non inducitur conſuetudo.*

3 *Peccatum eſt violare conſtitutiones, & ſtatuta, maxime iurata.*

4 *Querela pacis & treugæ offerri poteſt contra violatorem conſtitutionum pro damnis ex ipſa violatione illatis.*

5 *Algutzirij Gubernatorum nihil habere debent pro perſona delati, niſi mandato ſuperioris mittatur realiter intus carcerem.*

1 TOlent lo abus dels algutzirs, &c. Præſens † cõſtitutio loquitur de ſalarijs algutziriorũ, & confirmat conſtitutionem Curiæ Ceruariæ, quæ de ipſis ſalarijs diſpoſuit, præcipiens illam inuiolabiliter obſeruari ſub pœna priuationis officij, & inhabilitatis ad illud. vide quæ ſcripſi late in dicto *cap. Curiæ Cernariæ*, quod incipit, *ordinamus etiam & ſtatuimus.* & in *curia Monteſſoni cap. corrigentes. colla.* 6. Vlterius nota hic, quod fa-

2 ctum † contra conſtitutiones huiuſmodi dicitur abuſus, & ſic ex talibus abuſibus non valet induci conſuetudo, per quam ipſis conſtitutionibus derogetur: de quo vide latius quæ ſcripſi ſupra *ead. cap. confirmants*, ſuper verbo, *E tolents lo abus fet contra les dites conſtitutions.* adde etiam notata per *Doct. in vſat. Vnaquæque gens.* §. *Mos.* & quæ dixi infra *colla. proxi. cap. primerament.* ſuper verbo, *è no a altre.* & *cap. al abus*, & melius in *cap. aquells mateixs.* & *cap. ab feria de la preſem.* Et nota,

3 quod † peccatum mortale eſt violare conſtitutiones & ſtatuta, maxime iurata, vide *Bal.* ſuper *Inno. extra. de conſue. ſuper rubrica.* in fin. & etiam punietur violator, vt dixi ſupra *in curia Perpiniani cap. cum ſecundum.* vnde †

4 contra violatorem conſtitutionum iſtarum pro damnis ex ipſa violatione illatis poſſet offerri querela pacis & treugæ violatarum. Facit *cap. querelam. de pace violata: infra ead.* Et pro limitatione præſentis conſtitutionis & ſimilium, vide infra *collat. proxima. cap. la ſuperfluitat.* vbi moderatur numerus algutziriũ alias algutziriorum vtentium, & infra *collat. proxi. cap. mes anant ſtatuim.* vbi dicitur, † quod al-

5 gutzirij Gubernatorum nil habeant pro perſona delati, niſi mandato ſuperioris mittatur realiter intus carcerem. vide quæ ibi notantur.

De minis & ſignis terrorum prohibendis. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Inferentes minas, metus, aut terrores, emptoribus, poſſeſſoribus, aut cultoribus poſſeſſionũ in diſtrictu curiæ venditarum ſunt eiecti à pace & treuga. & proceditur contra eos prout hic, ſine citatione. & nu. 6. & ratio traditur num. 66. & ampliatur num. 83. 85. & 88.*

2 *Eiectus à pace & treuga comparendo, purgando & ſatisfaciendo querelanti de damno & expenſis, & firmando de iure coram Vicario, coram quo querela obfuit, poteſt reduci in pacem & treugam.*

3 *Eiectus a pace & treuga comparens puniri debet de exceſſu, iuſtitia mediante.*

4 *Craſſantibus opus eſt exemplo.*

5 *Nulli licet ſibi ius dicere, & minas alteri facere. & num. 7.*

8 *Minæ non ſolum fieri dicuntur verbis, ſed etiam facto.*

9 *Animus facto etiam propalatur.*

10 *Minæ verbales etiam ſunt delictum.*

11 *Hominem homini inſidiari nefas eſt.*

12 *Propter minas poteſt quis compelli ad dandam ſecuritatem pacis, ſi eſt iuſtus timor.*

13 *Facta hominis ex dictis penſamus.*

14 *Interpretatur* tex. in l. metum autem præſentem. ff. quod metus cauſa.

Iuſtus

15 *Iuſtus timor eſt timere tyrannum.*
16 *Cautionem ſecuritatis poteſt petere quis, etiam ſi non ſit minatus, dummodo alias fuerit inſidiatus.*
17 *Metus enormis dici poteſt, qui cadit in conſtantem virum.*
18 *Mina inducunt iuſtum metum: ſi iactatio ſit á potente.*
19 *Mina capitales inducunt iuſtum metum.*
20 *Populi clamor infert iuſtum metum.*
21 *Metus iuris & iudicis iuſtam cauſat actionem,* quod metus cauſa.
22 *Metus mortis, cruciatus corporis, & metus ſeruitutis & vinculorum iuſtam pariunt actionẽ,* quod metus cauſa.
23 *Metus ex eo præſumitur, ſi quis ſe obliget, vel vendat officiali.*
24 *Soluens indebitum officiali repetit.*
25 *Solutũ ſponte metu precedenti licet non repetat actione* quod metus cauſa, *repetit tamẽ cõdictione indebiti.*
26 *Metus non præſumitur, ſi contractus factus fuerit cum conſenſu ſeu interuentu amicorum.*
27 *Mulier verberata quamuis ſoluat, præſumitur feciſſe durante eadem cauſa metus.*
28 *Securitas quot modis præſtetur, traditur.*
29 *Fideiuſſores an debeant dari pro ſecuritate.*
30 *Minans debet cauere de nõ inferendo damnum per ſe, neque per alium.*
31 *Securitatem quis petere poteſt pro ſe, amicis ſuis, & vaſtoribus.*
32 *Minor non reſtituitur aduerſus pacem, quam fecit de morte patris.*
33 *Pacem facere non inducit læſionem.*
34 *Læſi non dicitur, qui cogitur pacem facere.*
35 *Cuſtodiæ an danda ſint per curiam, ſi iuſte timeo.*
36 *Reus pro crimine quandoque traditur cuſtodiæ, quandoque detruditur in carcerem.*
37 *Securitas aliquando præſtatur per ſigra, vel tituli impoſitionem, quæ dicitur ſaluaguardia. declaratur ibidem.*
38 *Omnes ſunt ſub ſecuritate pacium, & treugarum de iure Cathaloniæ.*
39 *Pœna violatoris pacem quæ.*
40 *Quis non debet ſibi aſſumere vltionem.*
41 *Pœna eſt in arbitrario iudicis, vbi certa non reperitur.*
42 *Securitas pro pace præſtita eſt perpetua.*
43 *Pax eſt finis diſcordiæ.*
44 *Pacta ſeruari debent, vt cuſtodiatur pax.*
45 *Securitatem an præſtet qui minatus alicui in aure, & mina probari recte non poſſunt.*
46 *Minæ probari poſſunt per coniecturas, & alias iuramẽto, num. 47.*
48 *Ad petitionem cuiuslibet quis cõpellitur hodie ad pacem: cum ſuſpectus ſit, qui pacem iurare recuſat.*
49 *Maior 14. annorũ iuxta conſtitutiones pacium & treugarum tenetur iurare paces & treugas.*
50 *Cathalani communiter ſunt valde animoſi, & habent ſpiritum in naribus.*
51 *Pax frangitur incontinenti quod quis minatur alicui: & ideo iuſte imploratur iudicis officium pro ſecuritate præſtanda.*
52 *Poſſum petere, vt puniatur ille, qui mihi minatur.*
53 *Iudex de iure communi non poteſt partes cogere ad pacem, niſi ſuper eo inquietaretur Reſpublica. ſed de æquitate in hac patria ſecus nu. 54.*
55 *Guidatus an compelli poſſit ad pacem, diſtinguendo reſoluitur.*
56 *Fides & ſecuritas etiam hoſti eſt ſeruanda.*
57 *Voluntates hominum ſunt variæ.*
58 *Inuitus quis capi & cuſtodiri poteſt, ne offendatur ab inimicis.*
59 *Videns quod quis vult clericũ verberare, ſi nõ habet inhibitionẽ vel poteſtatem ad impediendũ, non eſt excõmunicatus: quamuis ille alius verberet clericum.*
60 *Anima lucrũ præferendũ eſt lucro honoris vani.*
61 *Officialis male facit, ſi expreſſe guidat aliquem, vt non teneatur ad pacem.*
62 *Pax eſt vinculum charitatis.*
63 *Securitas non eſt danda homicidis de iure communi.*
64 *Auxilium quis inuocare non poteſt contra præſidem, legem, vel iuſticiam, quam contempſit.*
65 *Occaſionem damni dans damnum dediſſe videtur.*
67 *In hominis non eſt poteſtate, quod ſemen ſerenti reſpondeat.*
68 *Agrorũ appoſitione etiã veniũt vineæ, horti, ac nemora.*
69 *Magnates cupiunt feroces ſecum habere.*
70 *Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.*
71 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ de faculi, & pro nihilo faciunt remiſſiones.*
72 *Minantes ad mortem pœna mortis puniuntur quod etiã procedit de iure communi nu. 73.*
74 *Pœna delicti augeri debet propter concurrentiam criminum.*
75 *Audacia quoties ſumitur in malam partem.*
76 *Audacia eſt poſt conſilium, ſed temeritas eſt ſine conſilio.*
77 *Maſculinum concipit fœmininum in fauorabilibus, in odioſis vero non idem nu. 78.*
79 *Iudæi non ligantur conſtitutionibus Eccleſiaſticis. nec excommunicantur cum iam ſint extra Eccleſiam, nu. 80. declaratur ibidem.*
81 *Audacia proprie eſt virtus fortitudinis.*
82 *Temeritas quid ſit. remiſſiue.*
84 *Minæ quot fiant modis, traditur.*
86 *Litigans ſemper præſumitur habere animum obtinẽdi.*
87 *Vultus potentis & terribilis iuſtum metum inducit.*
89 *Iudex debet tueri miſſum in poſſeſſione.*
90 *Probatio legitima ſit ad minus per duos teſtes.*
91 *Probatio ſemiplena, vel ſola fama non ſufficit ad probãdum quem eſſe minatum, vt incidat in pœnas.*
92 *Statutum vbi non exigit plenam probationem, ſed cõtentatur ſolis argumentis, poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione.*
93 *Citanda an ſit pars querelata ad receptionẽ informationis quæ eſſe minatũ in caſu cõſtitutionis. & nu. 96.*
94 *Citatio eſt de iure naturali.*
95 *Iudicium incipit á citatione.*
97 *Magnitudo & immanitas criminis eſt loco citationis, & etiam loco litis conteſtationis.*
98 *Statutum forte non valet, quod procedatur contra alie-*

quem ſine citatione.

99 *Citatus ſi non curat litem conteſtari,& ſtat longo tẽpore contumax,procedi poteſt,ac ſi lis fuiſſet coteſtata.*

100 *Abſentia delinquentis in criminalibus quandoq. habetur pro litis conteſtatione.*

101 *Lis vbi habetur pro conteſtata ex diſpoſitione iuris, non auditur reus comparendo, & petendo litem conteſtari; ſed debet admitti ad defenſiones, ſi quas dare voluerit.*

102 *Exordium litis quoad iuriſdictionem eſt citatio, & quoad cauſæ initium eſt litis conteſtatio.*

103 *Iudex deſinere poteſt declarare ſuper contumacia,ſed non ſuper expenſis.*

104 *Compareus non debet iudice ſedente recedere ſine licentia,aliter iuſte alio comparente poteſt vt cõtumax condemnari in expenſis.*

105 *Bailus vel alius iudex ordinarius, ad quem alias pertinet iure ordinario cognoſcere de crimine minarum,licet non fuerit Vicarius,poteſt facere proceſſum pacis & treuga in caſu huius cõſtitutionis.& n.106.*

107 *Proceſſus pacis & treuga ex regalia ſoli Vicario pertinet.*

108 *Forma dandi querelam in vim conſtitutionis contra minantes traditur,coram Vicario.& coram Baiulo, nn.109.110.117.& 124.*

111 *Ex officio procedi non poteſt in caſu conſtitutionis cõtra minantes: ſed requiritur inſtantia partis n.139.*

112 *Querelantis perſona debet eſſe nota iudici.*

113 *Querelantis procurator debet fidem facere de mandato,aliter querela iudicium redditur nullum.*

114 *Querelans præſtare debet iuramentum in clamo poſita eſſe vera.*

115 *Querela iudicialis offerri debet die non feriato.item de die & non de nocte nn.116.*

118 *Nullus poteſt in Cathalonia ſuſtinere iectos à pace & treuga,nec campſores abatuts nn.119.ne fugitiuos armatorũ nn.120.nec raptatos de banſia n.121.*

122 *Contumacia facit reum haberi pro confeſſo.*

123 *Contumax non dicitur niſi quis fuerit citatus.*

125 *Contumacia eſt multiplex.*

126 *Quis vbi ipſo iure eſt iectus à pace & treuga,cenſetur ipſa conſtitutione monitus,vt ſatisfaciat.*

127 *Monitio regulariter debet præcedere vindictam.*

128 *Proceſſus pacis & treuga eſt ciuilis.*

129 *Proceſſus fautoria non eſt mere ciuilis.*

130 *Probata violẽtia per teſtes,vel alias,probãtur damna iuramento iniuriati præuia taxatione iudicialis.*

131 *Damna & expenſa differunt.*

132 *Damnorũ nomine etiã continentur expẽſæ.& n.136.*

133 *Expenſæ minuunt dotem.*

134 *Diminutum dicitur quod exijt de hæreditate.*

135 *Pacto perimi non videtur,de quo non eſt cogitatum.*

137 *Pretium non continetur nomine expenſarum.*

138 *Expenſarum materia,remiſſiue.*

140 *Firma iuris in caſu conſtitutionis contra minantes ſit cum pignoribus pro vt in proceſſibus pacis & treuga. referuntur verba* pragmaticę Infantis Ioannis,*ibidem.*

141 *Captus proprie dicitur qui in carcere detinetur.*

142 *Arreſtatus captus dicitur largo modo.*

143 *Appoſitio non defendit iectũ, quin publicari poſſit.*

144 *Iectio,ſicut excommunicatio, ſecum trahũt executionem.*

145 *Vicarius,qui eſt primus index clami,dicitur caput & patronus, & in executione proceſſus pacis & treuga gerit perſonam domini Regis.*

146 *Iectione querelati facta an ſine citatione procedi poſſit ad clami adiudicationem.*

147 *Condemnari diffinitiue quis non poteſt ex ſola contumacia.*

148 *Vicarius poteſt punire querelatũ criminaliter de crimine in querela contento.*

149 *Non creditur vnico verbo Principem voluiſſe auferre pragmaticas.declaratur ibidem.*

150 *Pœnæ criminum regulariter ſecundum vſaticos ſunt arbitrariæ.*

COm molts entenents a fer mal ſie meſter exemple, &c. Hæc conſtitutio eſt multũ notabilis, & mẽti tenẽda propter plures ſingularitates quas habet;& quia prouidet nequitiæ plurimorũ. Et
1 breuiter hoc dicit. Interẽtes minas, metus, aut terrores emptoribus, poſſeſſoribus,aut cultoribus poſſeſſionũ,vi curiæ venditarũ, aut auctore prætore adquiſitarũ,vel poſſeſſarũ, ſunt ipſo facto à pace & treuga iecti,& pro talibus abſq. citatione aliqua,prẽhabita tamẽ de prędictis informatione publicãdi,& euitãdi ad requiſitionẽ,ſeu querelã poſſeſſoris minati,vel alias damnificati.
2 ¶ Secũdo in §.*entenẽ empero*,dicit,† qualis iectus cõparendo & purgãdo contumaciã, & ſatisfaciẽdo de dãnis,& expenſis querelatori,vel firmãdo ſibi de iure in poſſe Vicarij,corã quo querela oblata fuerit, poteſt reduci in pacẽ,& treugam. ¶ Tertio & vltimo in verſ. *Punintlo*, dicitur † querelatus iectus prædictus,ſi cõparuerit, debet
3 puniri de exceſſu iuſtitia mediante. Hoc dicit vſq.ad finẽ. ¶ Et cauſa cõmodioris declarationis & intellectus huius cap.diuiditur in partes quinque. In prima ponit procœmiũ,ſiue exordiũ. In ſe cũda ibi,*per aço a aqueſta*,&c. Ponit modũ & formã procedẽdi contra dictos minãtes, & alios delinquentes per Vicarios. In tertia ibi,*E los dits officials*,&c. Ponitur qualiter Barones, & cæteri ad requiſitionem Vicariorum tenentur dictos iectos etiam à ſuis Baronijs,& territorijs euitare. In quarta,ibi, *Entenem empero*, prouidet iecto volenti purgare contumaciam,vel reduci in pacem & treugam. In quinta, & vltima, ibi, *punintlo empero*: prouidet circa punitionem delinquentis. ¶ Vnde collige notabilia. Primo nota
4 illud, multis † crallantibus opus eſt exemplo: vt *l. aut facta. in fin. ff. de pœnis*,quæ eſt canonizata in Decretis,*de pœn.diſt.1.cap.aut facta*. Secundo
5 nota,† nulli licere ſibi ius dicere,& minas alteri facere,quod eſt verum regulariter,vt *C.ne quis in cauſa propria ius ſibi dicat. & C. de Iudæis. l. nulli*. Fallit *C.quãdo. luc.ſine ind.ſe.ven. l.1.& 2*. Ter-
6 tio † nota caſum, in quo proceditur ſine citatione,ſic eſt etiam contra illũ qui capit hominẽ in pace & treuga conſtitutũ contra tenorem pacis:

cis:vt in *conſtit.pacis*, quæ incipit, *Notum ſit cunctis.§.Item ſtatuimus, quod ſi quis contra tenorem pacis*,&c. Item eſt ſimile infra *eod.cap.vltimo*,eſt etiã ſimile in *conſtit.none*.infra *colla.* 11. *cap. commemorantes*. Item habes alium caſum ſimilem de extraneo inter agente,vt ſupra *colla.2.in 2.curia Barc. c.45. Itẽ quod Vicary & Epiſcops.* ¶ Sequitur expoſitio litteræ ſuper tex.ibi,*algũs ſobre aço drets pre*
7 *tenents haver.* ſubaudi,† ſi forſan alias ius haberẽt ſeu habeant,attamẽ eis non fuit,nec eſt licitũ ſibi taliter ius dicere propria auctoritate, & verius temeritate;vt dicta *l.nulli.C.de Iudeis.* & *C. ne quis in cauſa propria.*in rubro,& nigro.& *ff.quod metus cauſa.l.extat.* & *C. vnde 3.l. ſi quis in tantam.* cum ſimilibus. & in *vſat. Quicumque expellerit.* ¶ Sequitur in text. *els poſſehidors de les dites coſas.* ſcilicet,rerum, & poſſeſsionum per curiã auctoritate iudiciaria venditarũ, ſeu alias alienatarũ.
¶ Sequitur in text.*de fet,o de paraula,no dupten fer*
8 *manaſſes.*Nota † hic minas non ſolum verbis,ſed
9 etiam facto fieri. quia † facto etiam animus propalatur.vt in *cap.non extimemus.* 11. *q.* 1. cum ibi notatis per *gl.ſ.*vt puta per ſigna crucium,ſollarum,& alia huiuſmodi,vt ſubijcitur ſtatim:facit
10 *1.diſt.cap.ius militare*,ibi,*ſigno date*,&c. Item† nota hic,quod minæ etiam verbales ſunt delictum
11 per ſe,quia†hominem homini inſidiari nefas eſt:
12 vt *ff. de iuſtitia & iur.l.vt vim.*in fin. ¶ Et † propter minas poteſt quis compelli ad dandum ſecuritatem pacis,ſi ſit iuſtus timor, vt puta,quia aliquis potens comminatus eſt ſimplicem,hoc eſt hominem humilem, vel plebeum aut ruſticum;& eſt talis qui conſueuit talia facere; cum
13 facta † hominis ex dictis penſemus: vt *C. ſi quis*
14 *Impera.maledi.l.vna*,& ſic poteſt † intelligi *l.metuens autem præſentem.ff.quod metus cauſa.* & *l. 4. &*
15 *5.*& ita † iuſtus timor eſt, qui timet tyrannum: *ff.ex qui.ca.in po.catur.l.Fulcinus.§.ſi quis autem.*idẽ
16 ſi nõ† fuit minatus ſi alias inſidiatus fuerit,quia poteſt petere cautionem;*C. qui accu.non po. l. pro-*
17 *pter enormem.*& talem†enormem poteſt dici qui poteſt cadere in conſtantẽ,vt dicta *l. metũ.* & *C. de tranſac.l.interpoſitas.*& *extra.quod metus cauſa.c. cũ dilectus.ff.locati.l.habitatores.§.*1.cũ ſimil. ¶ Itẽ
18 nota,† quod minæ inducunt iuſtũ metũ, quando fit iactatio ab illo qui eſt potens,alias nõ: *glo.* in *l.metũ.* ff.*quod metus cauſa.* vide ibi *Bar.* decla-
19 rantẽ.Item † capitales minæ inferunt iuſtũ metum;*C.quod metus cauſa.l.ſi donationis.*vide ibi *Cin.*
20 ¶ Item † clamor populi inducit iuſtũ metũ ff.
21 *qui & a quibus.l.ſi priuatus.*Item † metus iuris, & iudicis iuſtam cauſat actionem, *quod metus cauſa.*
22 *l.3.* Item † metus mortis, & cruciatus corporis, & metus verborum,& ſeruitutis,& vinculorum iuſtam pariunt actionẽ,quod metus cauſa; *C. eod.*
23 *l.ſi per vim.*& *l.ratione.*Item † qui ſe obligat vel vendit officiali,ex hoc præſumitur metus; *C.quod*
24 *metus cauſa.l. ſi per impreſſionem.* Item † ſoluens indebitũ officiali vel aſſerenti ſe officialẽ,illud
25 repetit:vt *l.ſi mulier.§.ſi.ff.eod.tit.* Sed licet † ſolutũ ſponte metu præcedẽti nõ repetatur actione *ꝙ metus cauſa*, repetitur tamẽ condictione in-
26 debiti:*l.2.C.ꝙ metus cauſa.*Sed †metus nõ præſumitur vbi factus eſt cõtractus cũ conſentiu ſeu interuẽtu amicorũ:*Bar.*in *l.tranſactionẽ C.eod.tit.* Fa-
27 cit *conſtit.Perpiniani ad tollendã.*Itẽ †nota ꝙ ſi mulier verberata promittit ad voluntatẽ mariti, ſi ſoluat,præſumitur facere inſtãte metu; quia eadẽ cauſa ſubeſt: *ff.de cõ.ſt.ob.tur.cauſa.l.penul.*ſecũ-
28 dũ *Bar.*ibi. ¶ Quæro†quot modis præſtatur ſecuritas? *Gui.de Cug.*in *l.illicitas.§.ne poteſtiones.ff.de offi.præſidis*,dicit ꝙ altero de trib⁹ modis. Vno modo per promiſsionẽ. Alio modo per perſonę publicæ adhibitionẽ. Tertio modo per ſigna,vel tituli impoſitionẽ.Primo,videlicet per promiſsionẽ,vt ſi timeo â te mihi inferri periculũ mortis, certe poſſum petere, vt tu promittas non facere mihi damnũ:ſic loquitur in *auth.de man.prin.§.ſed neq.*& *C.de his qui ad Eccleſias cõfu.l.præſenti.penul.* Et præſtabitur hæc ſecuritas cũ iuramẽto, iuxta notata per *Gui.*vbi ſupra & etiã per homagiũ de cõſuetudine Cathaloniæ,& ita ſeruatur incõcuſſe in omni ſecuritate quæ præſtatur perſonę pro
29 pace vel treuga. ¶ Sed †an debeãt dari fideiuſſores? *Gui.* dicit hoc arbitriũ. Tu dic quod nõ cõſueuerunt dari,quia ſufficit homagiũ,cuius trãſgreſsio in tali caſu eſt pœna capitis, vt dixi ſupra *colla.4. curia Gerunda cap.* 1.vbi agitur de raptato de bauſia.vide in *tractatu* quem feci *de homagio*, & hoc verum, niſi aliter conueniat inter
30 partes,vel ex laudo arbitrorum.Et†nota quod minans debet cauere,quod non inferat damnum per ſe,vel alium,&c.hæc ſunt hodie notorij ſtyli curiarum, & notariorum in hac patria. Item
31 poſſum † petere ſecuritatem pro me, & amicis meis & valitoribus, & pro hoc facit quod dicitur de muliere quæ recuſat iudicem cum ſua domo, vt *C. ſi quacumque poteſtate præditus.l.vna.§.*
32 *p.n.ſit.* ¶ Item nota, † quod minor non reſtituitur aduerſus pacem, quam fecit de morte patris; ſecundum *Iacob.de Aren.*& *Cinum* in *l.* 1. *C. de in*
33 *inte. reſti.* Et † ex hoc patet,quod facere pacem non inducit læſionem,ſecundum *Ant.de Butrio in Spica iuris ciuilis*,in verbo *minor*, & in verbo *pax*
34 quod facit,vt †qui ad pacẽ cogitur, non dicatur lædi,nec per hoc guidaticum ſibi datum infringi,quia ex pace ſibi vtilitas procuratur. ¶ Sed
35 quæro†an mihi debeãt dari cuſtodiæ per curiã ſi iuſte timeo? Reſpõdeo,ſecũdũ *Gui.* Princeps hoc poteſt facere in perſona, & bonis pro libito ſuæ voluntatis:vt *de ero.mili.anno.l.ſi.li.* 10.Sed iudex hoc nõ debet facere,niſi ꝓbata cauſa,& preſẽtib⁹ partib⁹,& tũc ſi videat hoc expedire,facere põt, arg. eius qui mittitur in poſſeſsionẽ rei qui ingreditur auctoritate iud.cis.vt *ff.in p ff.ſic.l.qui miſſus.*
36 ꝓ hoc *C.de offi.mili.inde l.ſi.*& ſic habetur † etiã in criminib⁹:quia quãdoq.re⁹ traditur cuſtodię, quãdoq.detruditur in carcerem. *ff.de cuſto.reorũ.*
37 *l.1.*& *l.ſi.*Sed † quandoq.præſtatur ſecuritas per ſigna vel tituli impoſitionẽ: vt quando timetur

inferri damnum perſonis & rebus, tunc poteſt impetrari ſaluaguardia: & dicit *Gui.* quod hoc debet fieri cũ cauſa iuſta, & præſentibus partibus: arg. *ff. de adop. l. nã ita diuus.* Sed † de iure harũ conſtitutionũ Cathalonię omnes ſumus ſub ſecuritate paciũ & treugarũ, & ideo non poteſt impetrari ſpiritualis ſaluaguardia, niſi in caſibus, vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barci. c. 18. Itẽ q cũ quilibet ſit, & debeat eſſe in guarda.* vide quæ ibi dixi. & *ead. colla. 4. in curia Montiſalbi c. 3. Itẽ ad ſupplicationẽ dictorũ ricorũ hominũ*, &c. ¶ Vlterius quæro, † quæ ſit pœna violatoris pacis. vide in tractatu *de homagio*, quẽ poſtea compoſui? Reſpondeo, Si quæris de ſaluaguardia Principis in Cathalonia, dic q punitur iuxta *vſat. Simili modo.* Si vero quæris de generali ſecuritate cõſtitutionũ paciũ & treugarũ huius patrię, dic vt in ipſis cõſtitutionibus continetur. Sed vltra punitur violator iuxta qualitatẽ delicti, vt hic ſubijcitur in fi. huius *cap.* Sed ſi quæris de violatore pacis, & ſecuritatis ſpecialiter iuramento, & homagio vallatæ, eſt pœna capitis, vt dixi in prælleg. *c. 1. ſupra curia Gerundæ coll. 4.* & vide ibi de pœna perpetratoris. Aut quæris de iure cõmuni, & dic ſecundũ *Gui.* q debeat puniri iuxta qualitatem delicti, & etiã aliquantulũ maiori pœna, quam ſi ſecuritatẽ non præſtitiſſet. Sed dic aut pro iſta ſecuritate pacis præſtitit iuramentũ & homagiũ ad forũ Aragoniæ, & ſecundũ conſtitutiones, & cõſuetudines Cathalonæ, & tunc ſi violauit inferẽdo necem, vel vulnera, aut ictus in perſonatã vel aſſecuratã, & talis violator debet mori, vt dixi in *c. 1. curia Gerundæ*, prælleg. Si vero damnũ intulit in bonis tantũ, tunc poteſt minus puniri arbitrio iudicantis; tamen ſi damnum fuerit graue vel forte cũ immiſsione ignis, etiam debet mori de rigore pro exẽplo ſecuritatis pacis, & vt cæteri terreantur, maxime in hac patria, quia multis craſſantibus exemplo opus eſt, vt hic, & dixi ſupra. Adde quæ ſcripſi *in Summula de homagio.* Si vero violauit ſecuritatem ſpecialiter datam à Principe, forte incurrit pœnam legis Iuliæ Maieſtatis: vt ff. *ad l. Iul. Maieſt. l. ſecunda.* & *de re m l. l. penult.* Quidam tamen dicunt, quod debet tradi parti, quam læſit, vt puniatur ſecundum quod ei videbitur: ſicut eſt in legatis hoſtium: ff. *de lega. l. fin.* & *de legatis ſecundo. l. Iul.* Sed illud eſt ſpeciale in legatis hoſtium ex quadam qualitate iuris gẽtium ſeu conſtitutionis, alias ſecus, quia quis † non debet ſibi aſſumere vltionem: vt *C. de Iudæis. l. nulli.* & ff. *de iuſt. l. nemo.* Fallit in vſat. *Si quis de homicidio.* & in vſat. *Mariti*, ſed in eis non permittitur inferri mortem, vbi † certa pœna non reperiatur, erit arbitrio: ff. *de iure delit. l. 1.* & *extra. de offic. dele. cap. de cauſis iudicis.* vt ff. *de effrac. & expila. l. effractores.* & *de cuſto. reo. l. ſi quis reum.* Alij autem dixerunt, & minus bene, quod nulla alia eſſet pœna propter promiſsionem, & cautionem ſecuritatis, niſi ſecundum qualitatem delicti: vt ff. *de officio præſi. l. congruit.* in princ. quaſi ſolum ſit effectus vt magis timeatur. Sed quia iſte plus delinquit. & proditionem etiam committit, quia fidatum doloſe percuſsit, vel alias damnificauit, & propter proditionem grauius punitur: vt ſupra *ead. cap. comfer, o contraure. §. e encara aquell.* & ſupra *collat. 6. curia Perpiniani. cap. vt occaſioni.* vide quæ in eis dixi. ¶ Item † quæro an iſta ſecuritas erit perpetua? Reſpondeo, ſi eſt præſtita pro pace, erit perpetua: quia pax † eſt diſcordiæ finis, & idẽ vbi ſimpliciter promittitur. Secus eſt in treuga, vel alias vbi ex conuentione tempus adijcitur: quia † pacta ſeruantur, vt pax cuſtodiatur, *extra. de pac. cap. 1.* & nota per *Doct. in cap. 1. extra. de treuga, & pace.* ¶ Sed † pone. Aliquis verbotenus minatus eſt tibi in aure, nec alias eſt inſidiatus. Sed dixit tibi in aure, quod ipſe haberet à te caput, nunquid habebit tibi præſtare ſecuritatem? Videtur quod non, quia cauſa probari non poſſet. Dic contra ſecundum *Gui.* quia † probabitur per coniecturas, puta quia alias habebant litem vel odium, vt in *auth. de teſti. §. ſi vero odioſus.* argum. ff. *de excu. tu. l. propter litem. C. de reuo. dona. l. fin. in auth. vt cum. de app. cog. §. cauſas. collat. 8.* & etiam crederetur † cum iuramento eius qui ſecuritatem petit. Facit ff. *de dam. infecto. l. prætor.* in prin. & ff. *ad exhib. theſaurus.* cum alias probare non poſſet, argum. ff. *de excu. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit.* Imo † hodie de facili ad petitionem cuiuslibet quis compellitur ad pacem, quia ſuſpectus eſt qui pacem iurare recuſat. & iuxta conſtitutiones † Cathaloniæ pacium & treugarum quilibet maior quatuordecim annorum tenetur iurare ipſas paces & treugas, alias poſſet eijci, ideſt, poni extra pacem, vide ſuper hoc *Gui. Præpoſi.* & quæ ibi apoſtillaui ſuper eo à pace & treuga, vt habetur in fin. cuiuslibet conſtitutionum pacium & treugarum huius patriæ, & ita ſeruatur in hac patria inconcuſſe, & ſic minime ſunt mutanda, &c. ff. *de legi. l. minime*, & eſt ratio, quia † communiter Cathalani ſunt valde animoſi, & habent ſpiritum in naribus, & parum hæſitant occidere inimicum: & ſic cautela opus eſt. Quid ſi vidiſſes proditiones, & diſcordias annis à Natiuitate Domini 1462. 1463. & 1464. & vſque ad annum 1472. ¶ Item nota, quod † ſtatim cum aliquis minatur alicui, frangit pacem. Ideo iuſte imploratur iudicis officium pro ſecuritate præſtanda: vt *l. harum.* & *l. egi.* ff. *ſi ſeruus vendi.* & *l. denunciamus. C. de his qui ad ec. confugi.* & *C. de præpo. ſacro. ſcrin. l. iubemus. §. 1.* & poſſum † petere vt puniatur ille qui mihi minatur: vt habetur in iſtis qui ponunt ſigna minarum, vt *l. ſarcularij. §. quædam. ff. de extraordi. cri.* & infra *ead. collat. cap. vltimo.* vide quæ ibi notãtur. Tamen † de iure cõmuni iudex non poteſt partes cogere ad pacem, niſi forte iuper hoc Reſpublica inquietaretur, tunc enim poſſet, argum. *l. congruit. ff. de offic. præſi.* & in *auth. de man. prin. §. eos.* vide *gl. ſ.* & *Bar. in l. furti. §.*

qui

qui inſſu.ff.ex quibus ea. infa.irro.& Gui. in ſpe. tit. de pig.§.ſequitur,quid ſi timeo & de offi.dele.§.ſequi-
54 *tur.verſ.Quid ergo.* Sed † tamen de magna æquitate & bona ratione,ſecundũ quas etiã in hac patria iudicandũ eſt;vt dixi ſupra *ead. c. per tal que leyes.*quilibet cogendus eſt præſtare ſecuritatẽ petenti ſaltẽ de conſuetudine patriæ,& ſtylo curiarũ.vt dixi,& de hoc ſunt priuilegia in ciuitatibus Barcinonæ, & Gerundæ , & ita vtitur per totam Cathaloniã.& bene fauore pacis:& de hoc videtur caſus in conſtitutionibus paciũ & treugarũ,in fi.dũ dicitur, *ſi quis maior 14.annorũ has pa ces iurare noluerit.*Sed ibi loquitur de iuramento generali de ſeruandis ipſis conſtitutionibus ; tamen excipiuntur milites & domicelli. ¶ Vnde circa iſta quæro de vna notabili quæſtione, quæ
55 quotidie contingit. † Aliquis fecit ſe guidari per curiã,venit alius , cui iſte minatus fuerat ad mortẽ, petens ſecuritatẽ ſibi per eum intẽ præſtari,iuxta materiã prętactã: iſte minans allegat guidaticũ.dicens ſe cõpelli nõ poſſe ad pacem, & ſecuritatẽ præſtãdã:fuit ſępius,& adhuc quotidie dubitatũ an iſte guidatus,non obſtante tali guidatico,debeat per curiã compelli ad dãdum pacẽ & ſecuritatẽ ſuo aduerſario petenti: & per guidatum allegatur , quod non debeat cõpelli, nec grauari inuitus ad talẽ ſecuritatem præſtandã,ex quo fuit guidatus & ipſo guidatico durã
56 te,quia fides licet dari non debuerit attamẽ † ex quo data fuit,etiã hoſti,eſt ſeruanda:vt 23. *q.* 1. *c.noli*,& graue eſt fidẽ fallere,allegat caſum pro ſe in *vſat.Quoniã per iniquũ*,vbi dicitur , quod fides principis ſeruanda eſt.Itẽ hæretico, & infideli ſine malo ingenio , *è ſens engany* . Sed ſi talis guidat⁹ cõpelleretur inuitus,eſſet facere ſibi *engany*,ſiue deceptionẽ, cũ ipſe forte alias receſſiſſet,& ſub fide guidatici remãſit,alias receſſurus, & ſic foret deceptus,& in hoc prætendit damnũ & iniuriã ſibi inferri, cũ cupiat ſe vindicare de illo,& damnum eſt in eo,quod non poſſet facere ſuã voluntatem de vindicta , ſicut etiam dicitur lucrum ſeu commodum,ex quo quis facit volũ-
57 tatem ſuam:vt *ff.ad Trebell.l.quia poterat.*variæ † enim ſunt hominum volũtates,vt ibi dicitur. In contrarium pro parte minati pacẽ quęrentis allegatur,quod de iure,& iuxta conſtitutiones ac conſuetudines patriæ dictus minator debet compelli ad dandũ dictã pacis ſecuritatẽ per iura,& rationes ſuperius allegatas.Nec obſtat allegatio prætenſi guidatici , quia licet guidaticũ concedat ſecuritatem ne damnificetur , tamen nihilominus poteſt,& debet pati,quod eſt ſibi vtile,& commodum,quia in hoc iuuatur , & non grauatur:quia poteſt compelli ad recipiendũ ſolutionem,& bona ſua , alias tanquã ſtulto,demẽti, & prodigo daretur ſibi curator:vt ff. *de curatore furioſi.l.* 1.Itẽ ſi alias efficeretur furioſus,poſſet vinculari,nec redderentur ſibi arma:& hoc pro vtilitate ſua,ne eũ furore ſe vel alios læderе poſſet:
58 vt 22.*q.*2.*c.ne quis arbitretur.*Sic † etiã poſſet inuitus capi,includi,& cuſtodiri. ne offenderetur ab eius inimicis:quia hoc non eſt facere ſibi violentiã,ſed repellere malũ,& iuuare cuſtoditũ:faciunt quę leguntur & notantur *extr.de ſent. excõ. cap.quata.* & per *Ioan.in Sum.Confe.lib.*3. *tit.*33.*q.* 35.*quid de cõuerſis*,&c.in *ver.ſequitur*,& ibi dicit,
59 ℣ † ſi ego,qui non habeo poteſtatẽ aliquã iuriſdictionis,video ℣ aliquis vult verberare clericũ ſine meo cõſilio,vel auxilio,non credo ℣ ſim excõmunicatus ſi nõ prohibeo illũ,licet aliter peccẽ,quia ipſum nõ defendo,cũ poſsim,quia teneor iniuriã propulſare à ſocio: 23.*q.*3. *c. nõ inferenda.* & *c.vlt.*vide ibi latius,& in alia *q.eod.tit.*quę incipit,*quid ſi officialis talẽ capiat , & liget auctoritate propria,cũ periculũ ſit in mora,nec aliter poſſit compeſci ab inimici iniuria,tunc meretur*,23.*q.*3. *c.fortitudo.*& *c.ſequenti.*vide quæ notãtur in *l.quoniã.C.de app.*Sic in propoſito,quia forte,niſi iſte guidatus daret ſecuritatẽ inimico, poſſet dãnificari ab eo, vel ipſe illũ læderet,& ambo venirent ad arma, & melius eſt ante tempus occurrere,&c. faciunt notata per *Bar.in l.æquiſsimũ. ff.de vſufr.*Et lucrũ animæ, & corporis commodum eſt iſti guidato prohibere ipſum à malo,& peccato,ac à damno, quod ſequi conſueuit ex guerris,& bandoſitati-
60 bus;& lucrũ † animæ præferendũ eſt lucro honoris vani,vel placiti tranſitorij:vt *extra. de pœn. & remi.c.cũ infirmitas.*& ita guidaticũ conceſſum ad finẽ repellendi damna & iniurias nõ deberet contrariũ operari,nec retorqueri in læſionẽ animæ ipſius guidati : vt *C. de legibus l. quod fauore*, quia non fert opẽ qui iuuat ad peccandum : 14. *q.vlt.c.Si res.*nec aliter fuit credibile, eſſe de mẽte concedentis,& etiam ipſius guidati. Et hanc partem credo veram , niſi impetrando guidaticum de hoc quod non poſſet ad pacẽ compelli expreſſe,& ſpecialiter cõueniſſet , tunc enim licet tale guidaticũ concedi non debuerit, tamen clarũ ſeruari debebit;ſic loquitur. *c. nolí* præall. & *c. Antigonus.extra.de pac.* & prædicta vera , niſi ille minatus querelã dediſſet in vim dictarũ cõſtitutionũ paciũ, & treugarũ. quia tũc non valet guidaticũ allegari,iuxta pragmaticã Regis Martini.vide tñ quæ ſcripſi ſuper *vſat.Quoniã per iniquũ*,& quæ ſcripſit *Gui.Prepoſiti in ſuo tract.de pace & treug.c.*29.& *Iac.de Cal.in ſuo Directorio.*15. *dubio.*§.*tertio.*& *in* 22.*dubio.* & adde quæ apoſtillaui ſuper eis. Et
61 † male facit officialis,qui expreſſe guidat aliquem,ita quod nõ compellatur ad pacem , quia violat iuramentum quo iurauit facere iuſtitiam, quia etiam iurauit non guidare, ſine conſenſu,iniuriati : vt ſupra in forma iuramenti Vicarij.§. *Item promitto vobis.* &c. Et ſi ſecus faciat, ipſe iam ſe impediret in miniſtrando iuſtitiam,quam facere iurauit , & tenetur ex debito ſui officij;& ſic tunc taliter guidando peccat,& facit iniuſtitiã , & impedit viã iuſtitiæ in damnũ Reipublicę;& hoc quãdo ſic guidaret ex ſola cauſa volũtatis,ſecus ſi ex cauſa neceſſaria: puta quia vocauit illum ad perhibendum teſti-

Digitized by Google

monium in iudicio,& ille nolebat venire,niſi taliter guidaretur.Et audiui quod ſecundum hanc meam opinionem ſeruatur Barcinonæ, & alibi. Sed Gerundæ vidi contra aliquãdo ſeruari de cõſilio quorundã ſed dubito ne ipſi incidant in gehennã,præferendo vanũ honorẽ mundanũ paci,
62 quæ † eſt vinculũ charitatis: *extra.de iudi.c.nouit.* quidam tamen ſeruarunt meã opinionẽ,& per Dei gratiã nullũ ſcandalũ fuit inde ſequutũ;ſicut de contrario viſum fuit,propter bandoſitates, quæ ſecutæ fuerunt occaſione prædicta,quia nõ fuerũt cõpulſi ad præſtandũ ſecuritatẽ pacis cũ eorum inimicis pacẽ querelantibus. Sed conſulerẽ officialibus quatenus in omnibus guidaticis excipere: cauſa pacis,ad tollẽdũ amfractus,& ambigui
63 tates. Et † de iure cõmuni non eſt danda ſecuritas homicidis;& ſi detur,non eſt ſeruanda:vt in
64 *auth.de mand.prin.§.neq. homicidis.* Et † ibi nota, quod non poterit contra præſidem,legem,vel iuſtitiam,quam contempſit,auxilũ inuocare. Facit *C. de preci. Impera.offe.l.quotiens.*vbi dicitur. q̃ ſolus princeps poteſt concedere dilatoriã exceptionẽ,& ita ſorte loquebatur *vſat. Quoniam per iniquũ,* tamen de cõſuetudine extẽditur ad alios officiales, licet ibi ſpecialiter loquatur in Principe, vide quæ ibi ſcripſi ſatis late. ¶ Sequitur in text. *per les quals,*ſubaudi,*manaſſes:*& d.c, ſci-
65 licet eorũ occaſione, & nictu, & † ſic qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur: vt *extra. de homicidio. capitulo, de catero.*de quo vide
66 ibi per *Henricum Boich.*Sequũtur † enim ex hoc damna,quia quandoq.dictæ terræ deſeruũtur,& rẽmanent incultę: quandoq. etiam, quia fructus ibi ſeminati & Dei gratia pullulati,à prædictis minatoribus depopulantur incendio, aut alias deſtruuntur,& hoc ſubijcit,ibi, *los fruyts per pro-*
67 *niſſo celeſtial,*&c.& dic,*pronoſſo celeſtial,* quia † nõ eſt in hominis poteſtate quod ſemen ſerenti reſpondeat:vt *extra.de decimis. c.cum non ſit.* ¶ Sequitur in tex. *als camps,*ſubaudi,& idẽ in vineis, & hortis,ac ne noribus, quia eadem eſt ratio, &
68 veniunt † etiã nomine agrorũ largo modo, licet in vulgari noſtro ſtricte intelligamus cãpos dici de terris tantũ in quibus conſueuit ſeminari bladũ,& frumentũ,& ſimilia. Tamen de vineis etiã, & hortis,mãſis,& cunctis terris fructiferis loquitur,ſaltẽ ſecundũ mentem, & ita de conſuetudine practicatur,& cõſuetudo eſt verus intellectus legis.vt *extr.de conſue.c.cũ dilectus.* ¶ Sequitur in tex.*no duptẽ.*& hoc imo.quia de facili talia facinora relinquẽtur inulta,propter pecunias vel fa-
69 uores magnatũ,quia † cupiunt tales feroces ſecũ habere,ad terrendum alios.& facilitas veniæ in-
70 centiuum † tribuit delinquendi, vt *extra.de vita & honeſt.cle i.cap.vt clerico.rum mores:* vt etiam nullam reus pertimeſcit culpam, quã redimere nummis exiſtimat; 11.q.3.*cap.pauper.*vnde hanc, & ſimiles conſtitutiones, quæ non prohibẽt facultatẽ remittendi, hodie reputo quaſi infructuo-
71 ſas,maxime Barcinonæ,vbi † Vicarius & Baiulus de facili, & pro nihilo faciunt remiſſiones; quare eſſet neceſſe in his pœnalibus adimere facultatẽ perdonandi, niſi ſaltẽ per ſolum Principem; aut per alios cum voluntate offenſi, vel eius hæredis, aut proximiorum: videmus enim quotidie criminoſos impunitos relinqui pro pecunia,nulla facta ſatisfactione iniuriatis, vt dixi alias ſupra *colla.6.curiæ Perpiniani c.inſuper.& curiæ Monriſſoni cap.nos & primogenitus.* ¶ Sequitur in text. *o foſſes, creus, o altres ſenyals morts deſignants,*&c.quia mortuus in ſolla ſepulturæ, ſiue fouea ponitur;& cruces coram funere deportantur,dum ad ſepulturam ducuntur, vnde dignum
72 eſt, vt iſti † qui minas & ſigna mortis faciunt,
73 pœna mortis puniantur.& hoc ſubijcit,ibi,† *E aqueſts aytals deguen de pena capital eſſer punits.* & hoc eſt etiam de iure communi, vt in *l.ſarcinatarios.§.ſunt quædam.ff.de extraordi.cri.*& facit *C. vt nemini liceat,ſine iuſs.auct.l.1.&* 24 Et ſic nota caſum,in quo minæ puniuntur ad mortem, & hoc eſt propter adiectionem foſſarum, ſiue foueaꝝ; vel crucium, vel aliorum ſignorum mortem deſignantium, quia etiam multo fortius ſi ad factum mortis vel vulnerum proceſſerint, ceu alias
74 violentias commiſerint;quia † augeri debet pœna delicti propter concurrentiam criminum, vt notat *Bal.* in *auth. ſed nouo iure. C. de Epiſcopis & cleri.* ¶ Sequitur §.*perço a aqueſta tan gran audacia,*
75 *è delitte*, &c. Nota † hic audaciam ſumi in malam partem, & congruentius dixiſſet *temeritat,* iuxta notata infra *eod.cap.licet præbere,*ſuper ver-
76 bo *refranetur audacia.* Eſt † enim audacia poſt conſilium. Sed temeritas eſt ſine conſilio, quod temerarius non cogitat periculum. ¶ Sequitur in tex.ibi,*ordenam que ſi algun,*ſubaudi,vel ſi qua,
77 quia † maſculinum concipit fœmininum: ſic 17. q. 4. *cap. ſi quis ſuadente diabolo.* & de hoc per *glſ.* & ibi *Archi.in Roſario,*addit, quod commu-
78 niter dici conſueuit,q̃ † in fauorabilibus maſculinum concepit fœmininum; in odioſis non. & ſic ſoluitur *ff.de verb.ſigni.l.*1.Et circa hoc ibi diſtinguit,quod,aut ſunt verba legis, vel canonis; aut teſtatoris, aut contrahentium; aut iudicis, aut ſtatutorũ: & etiam ſubdiſtinguit,& latiſſime proſequitur hanc materiam. vide ibi. Vbi
79 etiam † tenet, quod Iudæi non ligantur conſtitutionibus Eccleſiaſticis:q̃ eſt verum ſaltem quo-
80 ad pœnas excõmunicationis, nam cũ † iam ſint extra Eccleſiã, non poſſunt inde eijci.Sed indirecte excõmunicãtur, quia ſubſtrahitur eis cõmunio fideliũ,vt *ext.de Iudæis.c.poſtulaſti.*vide ibi.Sequitur in tex. *daqueſt tan foll goſar magut.*Nota *foll*
81 *goſar,*quia proprie eſt temeritas, quia † audacia proprie virtus eſt fortitudinis. & ita hic, & ſupra ſumitur *goſar* improprie,ſcilicet pro temeri-
82 tate, & † quid ſit temeritas.vide *Bar.*& *Bal.* in *l.eum quem temere.* ff.*de iudi.*& per *Henr.in c.qua fronte.extr.de app.*& dicam infra *eod.l.licet præbere.* ¶ Sequitur in text. *als poſſehidors de les dites co-*
83 *ſes.* ſcilicet, *camps, vinyas, horts,* &c. Nota † verbum

bum,*poſſebidors*, quia debet intelligi ſecundum communem loquelam vulgarem, vt comprehẽdat colonos,inquilinos,& ſeruos,& quoſlibet habitantes in mãlis,bordis,& domibus,ac colonijs, quæ nomine dominorum poſsident,& ita de tẽtoribus ex tenuta & poſſeſsione facti etiam loquitur hic,nedum de dominis, & hoc ſubijcit, dum dicit, *o generalment a quisvulla, ſperãt gonyar aquells.* Et non ſolum etiamſi fiant dictæ minæ dominis,qui iam adquiſierint: forte quia iudex iudicialiter, & cauſa cognita tradidit creditori poſſeſsionem domus vel terræ obligatę in ſolutum,vel tenendam in pignore, vel alias,ſed etiã ſpectantibus adquirere, quia forte ſunt in litigio iudiciali. Sequitur in textu, *per ſi de paraula, o en ſcrits,o per interpoſada perſona manaſſat*,&c. ad idem *ff. ne vis fiat ei qui in po.mi.eſt.l.ſuo quis, an alieno nomine prohibitus ſit,nihil intereſt*,&c. Item tam is tenetur qui ſuo nomine, quam alieno nomine prohibuit. Nota ergo, quod quandoque iſtæ minæ
84 fiunt † verbo, & præſentialiter de corpore in corpus. Quandoque per interpoſitam perſonam, quia,per nuntium vel litteram, vel forte per libellum famoſum poſitum in loco,iuxta *l.ſi.quis. C.de famoſis libellis*,quæ eſt canonizata, 5.q.1. vide ibi,& nota in ſumma. Quandoque fiunt minæ ſiue diffidamenta per cartellum ſcriptum poſitũ in locis publicis,vel portis ciuitatum,vel ianuis Eccleſiarum. Quandoque etiam fiunt minæ per ſigna,vt dictũ eſt: & hoc ſubijcit, ibi, *o per los dits ſenyals*. Sequitur in textu, *al cultinador*, ſubaudi, quaſi dicat, nedum ſi fiunt dictæ minæ & terrores dominis & poſſeſſoribus, ſed etiam agricultoribus & bubulcis,qui omnes etiam per alias conſtitutiones fuerint & ſunt ſub pace & treuga. Et ne
85 dum † habet locum hæc conſtitutio, quãdo fiũt & inferuntur minæ,terrores, & metus modis & formis præmiſsis, ſed etiam qualitercumque incutiatur timor ſpectantibus lucrari & obtinere dictas res & poſſeſsiones. Ad idem facit *infra eadem,cap.vlt.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo,*cũ armis inſurgunt,vt ſic eos terreant*. Et dic quod credũtur habere ſpem lucrandi,quia ſuper eis litẽ du-
86 cunt in iudicio : quia † litigans ſemper præſumitur habere animum obtinendi, vt dixi ſupra *collat.5.c. 29. Item pro abbreuianais.* & notat *Bald.* in *l.is qui quadringenta.§.quedam.ff.ad legem Falcidiam*. Et quia hic in littera ſequitur, *o haura dada, o feta pahor,o temor en alguna manera*: intelligo,etſi nutu vel vultu terribili metus inferatur, quia
87 vultus † potens & terribilis iuſtum metum inducit,ſecundum *Baldum*, qui hoc notat in *feudis, tit.de pace iuramento firm.* in §. *iniuria*. Nam in hoc caſu quicumque metum vel minas faciat, præſumitur iuſtus metus, quia ad mortem propter malam & prauam conſuetudinẽ,quæ ſuper his inoleuit: & propterea habet hæc conſtitutio tales minantes pro ejectis à pace & treuga,vt hoc ſaltem terrore quos diuinus timor à malo non reuocat,ſaltem pœnatẽporalis huiuſmodi cohibeat à peccato,vt *extra.de vita & honeſtate clericorum. c. clericorum mores*. Sequitur in textu, *Aquèſt auta manaſſant, o donant, o fahent pahor, o temor*, ſcilicet, de quibus præmiſit, & repete,ſcilicet,aliquo mo
88 do præuia de cauſa. Idem,& fortius, †ſi de facto terras occupauerit violenter, vel dominos, aut cultores,ſeu poſſeſſores verberauerit, vel offenderit,taliter vt fructum illarum rerum ſeu poſſeſsionum adquirere non poſsint, quia videtur iniuria fieri iudici,vel curiæ,quæ iudicauerat poſſeſ
89 ſionem:quoniam † iudex debet tueri miſſum in poſſeſsionẽm. *ff.ne vis fiat ei qui in poſſeſ.miſſus eſt. l.1.* in princ.§. *eſt autem*. & per totum. Et iniuria fieri videtur illi cuius factum indebite retractatur,vt notat *glo.* in *l.nemo. C.de ſummis Trinit.* Sequitur in textu, *prouats legitimament los cãſos deſſus dits,o algun daquells*, dic,*prouats*, ſcilicet per teſtes aut alias legitimas probationes, de quibus legitur & probatur *extra.de reſtit.ſpol.c. cum ad ſedem*. & infra *ead.cap.volentes*. & quod dicit,*legiti-*
90 *mament*, dic,plene,puta,per † duos teſtes ad minus,arg. *l.vbi numerus.ff.de teſtibus*. non autem ſuf-
91 ficit in † hoc caſu ſemiplena probatio, vel per ſolam famam, ſicut infra *ead.c. querelam de pace violata*. Et eſt ratio diuerſitatis, quia ibi ſolũ recipitur informatio ad finem citandi: hic vero requiritur ideo plena,quia ad finẽ ejciendi à pace & treuga,nulla facta citatione. vide & adde quæ notantur per *Matthæum de Mataſalanis in* 52. *&*
92 102. *&* 188. *notabilibus*. Et † nota,quod vbi ſtatutum vel lex non exigit plenam probationem, ſed contentatur ſoli argumentis,poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione,ſecundum *Ioan. Anar.* & *dominum de Sancto Georgio in c.pro humani. de homi.lib.6*. Sed †an ad receptionem huiuſmodi in-
93 formationis erit pars querelata citanda? Et videtur quod ſic,quia textus hic dicit,*legitime*.& infra *ead.§.entenem empero*, dicitur, *E purgant la contumacia*: ergo præſupponit citationem. Præterea
94 citatio eſt † de iure naturali,ergo omitti nõ debet,ſecundum notata per *Bart. in extrauag. ad reprimendum*, ſuper verbo *fig ura iudicij*. & eſt caſus
95 in *Clem. Paſtoralis. de re iudic.* & † iud cũ ab ea parte incipit, quæ eſt de in ius vocando: vt *inſtit.de pœna temere litigantium.§. vlt.* Sed dic cõtra,
96 & † eſt in hoc caſu ſpeciale, in odium & exaggerationem tanti facinoris: & eſt ſimile in practica & modo procedendi per conſtitutiones ſacri Concilij Terraconenſis, editas contra inuaſores clericorum & perſonarum Eccleſiaſticarum,vbi odio violentorum oppreſſorum potentium recipiuntur teſtes parte non vocata. Sic etiam ſeruatur contra capientes hominum, contra tenorem pacis,iuxta §. *Item ſtatuimus,quod ſi quis contra tenorem pacis.* in conſtitutione, *Notum ſit cunctis*. & etiam in caſu conſtitutionis infra *collatio. 11.cap. comemorans*. Item in caſu de inuadere extraneum iter agentem,vt dixi ſupra *in tertio notabili*. & in caſu conſtitutionis editæ contra inſidiantes, vel alias impedientes comparere volentes pro pace

& treu-

& treuga,quæ eſt infra *eadem.c.vltimo.* vide quæ ibi dicam. Idem etiam in caſu vſatici, *Auctoritate & rogatu omnium.* vide quæ ibi ſcripſi. Vnde
97 hoc † caſu magnitudo & immanitas criminis eſt loco citationis, & etiam loco litis conteſtatæ.& contumaciæ; quia probato facinore, hoc eſt,probatis minis factis prędictis poſſeſſoribus & alijs, ex cauſa ipſarum poſſeſſionum,vi curię vendi tarum, & poſſeſſorum, ſtatim detegitur ipſos minantes incidiſſe in pœnam violationis pacium & treugarum ipſo facto,& procedi tur executiue, publicando, & euitando, ac inſurgendo cum tota pace, contra illos neſandiſſimos minantes, & metum & terrores huiuſmodi inferentes,& contra bona ipſorum, iuxta formam & practicam generalium conſtitutionum pacium & treugarum Cathaloniæ. Et ita magnitudo & immanitas criminis habetur quandoque loco citationis,vt in hac conſtitutione: ſed dicit *Ioannes de Anania extra. de vſuris. cap. cum*
98 *pernicioſum*, quod † forte non valet ſtatutũ ꝙ procedatur contra aliquem ſine citatione, & ꝙ quis non valet tali defenſioni renuntiare, cũ ſit de iure. vide ibi,& in *Clem.paſtoralis.de re iudicata.* quod credo verum quoad condemnationem diffinitiuam ad pœnam corporalem:quia ſi cõpareat,vel capiatur, tunc debet dari plena defenſio,antequam ad pœnam cõdemnetur; & ita eſt in hac conſtitutione, cum ſimilibus. Nota ꝙ
99 quando aliquis † citatus non curat litem conteſtari, & ſtat longo tempore contumax, tunc poteſt procedi,ac ſi lis fuiſſet conteſtata:etiam in caſibus,in quibus de iure eſt litis conteſtatio neceſſaria. Et eſt ſimilis practica in vſatico, *Simili modo.* & in vſatico, *Auctoritate & rogatu.* cũ ſimilibus.Et ita fuit præſens conſtitutio hactenus inconcuſſe practicata, & intellecta; vnde minime ſunt mutanda, &c.*ff.de legibus.l.minime.*
100 Quandoque enim † in criminibus abſentia delinquentis habetur pro litis conteſtatione : vti notat *Ioannes And.extra.de elect.cap.* 1.*lib.6.* ſuper verbo,*abſentia.* & ibi allegat *l.Pomponius. §.rati.*
101 *ff.de procura.* vbi nota hoc per *Ang.* Et † dicit, quod quãdo propter abſentiam rei habetur lis pro conteſtata ex diſpoſitione iuris:tunc ſi reus compareat,& petat libellum,&litem conteſtari,non auditur, ſed debet admitti ad defenſiones,ſi quas dare voluerit & hoc ſubijcitur infra *ead.§.entenem empero.* &c. & ibi dicam. Regula-
102 riter † autem exordium quoad iuriſdictionem eſt citatio,quoad cauſæ initium: & fundamentũ eſt litis conteſtatio: quæ enim ante litis cõteſtationem præcedunt, quædam præludia ſunt, nõ litis ingreſſus, ſecundum *Innocentium* & *Baldum extra de offi.delegati.c.ſuper quæſtionum.* in *gl. f.* ſu-
103 per verbo,*extraium.* Item nota, † quod iudex libere poteſt parcere contumaci, vt non pronuntiet ex contumacia, ſed non in expenſis,ſecundum *Innocentium* in *c.conſulant. de offi. delega.*
104 Ibi † etiam nota,quod pars comparens nõ debet iudice ſedente recedere ſine licentia, alias iuſte,alio comparente,poteſt vt contumax cõdemnari,ſecundum *Baldum.* vide *extra. de iudic. cap.* 1. Sequitur in textu, *Denant lo jutge,o conexedor del crim.* Nota huiuſmodi textum, quia dicit,*Coram iudice, vel cognitore criminis.* Hic ergo
105 eſt caſus nouus,in quo † Baiulus,vel iudex,ad quem alias pertineat iure ordinario cognoſcere de dicto crimine,licet non ſit Vicarius, poſſit facere hunc proceſſum pacis & treugæ in caſu huius conſtitutionis,vt puta, quia minãs eſt de foro Baiuli,& delinquit infra Baiuliã, & ſic cognitio pertinebit ad Baiulum, vel iudicem:
106 ergo † per Baiulum vel iudicẽ huiuſmodi poterit,& debebit fieri receptio huius probationis ſiue informationis:& electio,ſiue publicatio ipſius electionis ipſorum minantium. Sed obſtat quod ſequitur,quia obiectio debet fieri per Vicarium, infra cuius Vicariam talia crimina fuerint perpetrata. Et quia regulariter proceſ-
107 ſus pacis & treugæ † ex regalia ſol: Vicario pertinet, iuxta conſtitutiones, & pragmaticas ſanctiones,& practicam earumdem. De quo dic per *Iacobum de Calicio in ſuo octauo dubio principali.* Dit ergo verius, quod criminis probatio fiet coram illo officiali ſeu iudice cognitore, corã quo alias de iure pertinebit. ſed electio fiet per Vicarium ex illa probatione, ad requiſitionem
108 partis iniuriatæ,& non alias.Sed † licet hoc ita ſit de veritate & iure huius conſtitutionis, tamen communis practica eſt, quod detur querela coram Vicario, qui recepta probatione,nulla facta citatione querelati, cõſtito ſibi de prædictis,ad inſtantiã querelatoris facit ipſam electionem, & publicationem, & procedit prout hic continetur, & alias iuxta conſtitutiones & pragmaticas ſupradictas: & practica eſt verus intellectus iuris, vnde minime ſunt mutanda, *l. minime.ff.de legibus.* facit *extra.de conſuetu.cap.cum*
109 *dilectus.* cum ſimilibus. Verumtamen ſi † coram Baiulo,vel alio iudice,ad quem ſpectet punitio criminis,inde receperit inquiſitionem. & ex illa conſtet de crimine, & alijs prædictis habita copia auctentica dictæ inquiſitionis ex tali probatione,ſi coram Vicario querelæ producãtur, poterit Vicarius ipſe ad querelam partis, ilico ſine citatione facere electionem prædictam, & proceſſum huiuſmodi ſub forma præſentis cõſtitutionis. Sequitur in textu. *Per gitat de pan è de treua ſia publicat, è haut per ſuinat per los noſtres veguers,dins les vegarias dels quals ſeran attentadas.*
110 Nota † ergo hic, quod licet ſupra dixerit, crimina fore probanda coram iudice criminis, tamen hic dicit,publicationem & euitationẽ electorum fore faciendam per Vicarium,intra cuius Vicariam fuerit foretactum. Et nota hic argumentum â contrario ſenſu,quod Vicarius iudex ratione domicilij delinquentis non faciet huiuſmodi proceſſum: ſed ille, intra cuius Vicariam fuerit commiſſum. Sed forte vacat hic

argu-

argumentum â contrario, ex quo contrariũ reperitur in iure, quia de iure communi querela offerri poteſt tam coram Vicario delicti, quam coram Vicario domicilij delinquentis, coram quo maluerit querelator. De quo vide *Iacobum de Calicio in Directorio pacis. in 8. dubio principali.* Mihi autem verius videtur, vt ſi velit querelans quod procedatur ſine citatione, iuxta practicã huius conſtitutionis, adeat Vicarium loci criminis; alias ſi velit agere coram Vicario domicilij rei, habebit procedere præmiſſa citatione, & monitione quindecim dierum, prout regulariter ſeruatur in proceſsibus pacis & treugæ: & hoc eſt tutius. Sequitur in textu, *pus aquells*, ſubaudi, *veguers*. Sequitur in textu, *aquis pertanyara*, ſubaudi, ratione delicti, vt ſtatim præmiſit. Sequitur in textu, *ne sien raquests legitimamẽt per la part, & non en altre manera.* Non ergo procedi-
111 tur † in hoc caſu ex officio: & in hoc differt præſens conſtitutio à conſtitutione de inuadẽte extraneum iter agentem, de qua dixi ſupra, quia hic requiritur partis inſtantia, ſicut fit regulariter in proceſsibus pacis & treugę: vt ſup. *collat. 2. in 2. curia Barcinone, cap. declaramus tamen quod Vicarij.* vide quæ ibi ſcripſi. Item vide infr. *ead. c. vlt.* vbi eſt alius caſus in quo proceditur ex officio, & ſine partis inſtãtia. Item nota, quia
112 dicit, *legitimament ne sien requests*, quia † per hoc dico, quod eſt neceſſe conſtare de perſona querelantis: ita quod ſi fuerit incognita, habeat iudicem informare, vel ſatisfacere: vt infra *eadem, c.*
113 *querelam de pace violata.* & ſi † velit agere nomine alieno, tamquam procurator vel tutor, & huius debet prius facere fidẽ legitimam de poteſtate, hoc eſt, de procuratorio, vel tutela, & huiuſmodi, alias non conſtaret iudici, imo rederetur ex hoc retro nullum: vt *C. de procurat. l. licet.* & *extra. ead. c. in nostra.* vbi de hoc. Item dicit, *legitimament*, ſcilicet, vt detur querela in ſcri
114 ptis, & detur informatio, prout dixi. Itẽ † credo, quod habet iurare poſita in clamo fore vera, & quod non intendit deficere in probando, iuxta conſtitutionem curiæ Ceruariæ, incipientem, *Deinde ſancimus.* quæ eſt ſupra *collat. 6.* vide quæ ibi dixi. quoniam ſi illud iuramentum requiritur quando proceditur cum citatione, multo fortius eſt neceſſe hic quando proceditur ſine
115 citatione. Item † requiritur quod offeratur huiuſmodi querela iudicialiter die non feriata, alias non valeret proceſſus. vt *extra. de feriis. cap.*
116 *conqueſtus.* Item † requiritur, quod offeratur de die, & non de nocte: *extra. de officio delegati. c. con-*
117 *ſuluit.* Tunc † enim Vicarius ſic legitime requiſitus de & cum conſilio eius aſſeſſoris: vt infra *ead. l. cap. vt autem.* viſa informatione, & viſa poteſtate querelantis, & aliis videndis, cum conſti terit ſibi legitime, ſaltẽ per duos teſtes de prædictis decernet illũ delatũ fore ipſo facto à pace & treuga electũ, & pro tali ab omnib⁹ publice euitãdũ, &c. donec ſatisfecerit huiuſmodi cõſtitutioni. Deinde mãdabit litteras ſtylatas ad alios Vicarios, & Baiulos, ac Prælatos, Barones, & cæteros exercẽtes iuriſdictionem in Cathalonia, eis intimando publicationem dictæ electionis, vt amodo nullatenus ſuſtineant tales â pace & treuga electos & publicatos, vt eſt n ſimilibus ſtylatum: & hoc ſequitur in textu in §. *E los dits officials tal publicatio*, &c. Sequitur in textu, *Sien tenguts degudament notificar.* Nota q̃ dicit, *teneantur*, ergo etiam ex officio, & ſine ſalario tenebuntur huiuſmodi notificationem facere. Pro quo facit quædam pragmatica Regis Petri, *Dum ſcelerum impunitas*, &c. & quędã Regis Martini: quia etiam tenentur ad hoc ex iuramento, vt ſupra in iuramento Vicarij, *collat. 1. §. Septimo iurat.* vide ibi. Sequitur in textu, *No puſquen los dits delinquents en alguna manera ſu le-*
118 *nir.* Nota † ergo, quod nullus poteſt intra Cathaloniam ſuſtinere electos à pace & treuga, ſed debent eos capere & garrajare: vt in *viat. Si quis*
119 *de magnatibus.* Sic † etiam non debent ſuſtinere campſores abatuts. vt ſupra *collat. 4. curia Gerunde cap. 13. Item ſtatuimus, quod capitulum*, &c. Itẽ
120 nec fugitiuos † armatarum, vt ſupra *colla. 7. cu-*
121 *ria Gerunda cap. Inſuper ſtatuimus.* Nec etiã † raptatos de bauſia, niſi voluerint ſcondire: vt ſup. *collat. 4. curia Gerunda cap. 1.* Adde quæ notantur de bannitis ſupra *ead. curia Gerunda, c. 27. Item ſtatuimus & etiam ordinamus. quod ſi aliquis fuerit bannitus.* Sequitur quarta pars, ibi in §. *Entenem empero.* In text. ibi, *E purgant la contumacia.* No-
122 ta verbum, † *contumacia*, quia dicitur â contemnendo, & quandoque ipſa contumacia facit reũ haberi pro confeſſo: quod dic vt legitur & notatur *3. q. 9. c. decernimus.* vide ibi *Archid.* Vnde videtur, quod in hoc proceſſu ante publicatio-
123 nem requiratur monitio & citatio: quia † alias non dicitur contumax, niſi quis fuerit citatus: quare forte tutius foret practicari, quod recepta informatione fieret monitio & præceptũ de ſoluendo & emendando, ſicut ſeruaui in conſtitutione de inuadentibus extraneum iter agentẽ, iuxta opinionem *Raymundi de Area*, quam recitaui ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 47. Item quod Vicarij & Epiſcopi*, &c. vide quæ ibi ſcripſi ſuper verbo, *inquirere. verſ. Item credo, quod Vica-*
124 *rius poterit*, &c. Verumtamen iſta † conſtitutio hactenus extitit practicata, q̃ fit proceſſus ſine aliqua citatione vel monitione, & ita ſeruatur de conſuetudine, quæ eſt legum optima interpres. *ff. de legibus. l. ſi interpretatione.* & *extra. de cõſuetu. c. cum dilectus.* & ſic minime ſunt mutãda, *ff. de legibus. l. minime.* non obſtat quod hic dicitur de purgatione contumaciæ, quia multiplex
125 eſt † contumacia: vt notatur *extra. de dolo & cõtumacia. c. ex litteris.* adde quæ notantur infra *eadem, cap. ſicut adnerſus*, ſuper verbo, *contumaces.* & in conſtitutione facta contra inſidiantes. vel impedientes comparere volentes: & eſt illa vltima huius curiæ & collationis. Quandoque etenim

Cathalonia non possunt gerere officium scribẽdi in actis iudicialibus, & processibus extra curias prædictas ducendis. Et licet non sint origine Cathalani, dummodo habeant domicilium in Cathalonia, possunt in omnibus actis, & processibus Cathalanorum interuenire, vtendo eorum officio: & hæc vera per hanc constitutionem.

5 Sed † hodie per constitutionem dominæ Reginæ Mariæ, quæ est infra *collat.* 10. *cap. aquells mateixs scriuans, secretaris*, &c. oportet quod notarij, scriptores, secretarij, & locumtenentes protonotarij, & regens officium protonotarij, quoad acta iudiciaria tam in Audiẽtia Regia, quam sui Primogeniti Cathalanos quomodolibet tangẽtia, sint origine Cathalani, & etiam populati, siue domiciliati in Cathalonia. Et ibi etiam decernuntur acta per alios non Cathalanos simul origine & domicilio fore nulla. Excipiuntur tamẽ

6 mandata, † litteræ, chartæ, prouisiones, & sententiæ, de quibus possunt scripturas & instrumenta conscribere omnes notarij, scribæ, & secretarij curiæ domini Regis, & sui Primogeniti; licet ipsi scribentes non fuerint Cathalani origine, nec domicilio: & ita seruatur hodie. vide quæ dicã in alleg. *cap.* dictæ curiæ dominę Mariæ infra *collat. proxi.* Et † qui dicantur originarij, & qui domiciliati vel incolæ, vide *C. de incolis. l. cuesdib.* 10. & adde quæ scripsi supra *colla.* 5. *cap.* 21. *Item*

8 *ad supplicationem*. ¶ Item † nota, quod quando actus non potest geri nisi in certo loco, interdicto loco videtur interdictus actus: vt *ff. de condi.*

9 *& demonst. l. hoc modo.* Et † per hoc dico, quod nõ valet priuilegium quod Gubernator prohibeatur stare in Barcinona, & eius Vicaria: quia per hoc videtur prohiberi ne ibidem de causis cognoscat: quod videtur contra constitutionem curiæ Ceruariæ *cap. preterea quia per reseruationes.* & tale priuilegium est contra dictam constitutionẽ Ceruariæ, & eius mentem, & ideo non valet: vt supra *collat.* 3. *cap.* 17. *Item ordinamus & statuimus, quod aliqua littera nostra.* cum suis concor. vide quæ ibi dixi, & postea dictum priuilegium fuit reuocatum.

De algutzirijs & eorum abusibus. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Algutziriorum salaria sunt taxata per constitutionem curiæ Ceruariæ, quæ constitutio confirmatur hic.*

2 *Abusus est factum contra constitutiones, & ex tali abusu non inducitur consuetudo.*

3 *Peccatum est violare constitutiones, & statuta, maxime iurata.*

4 *Querela pacis & trengæ offerri potest contra violatorem constitutionum pro damnis ex ipsa violatione illatis.*

5 *Algutzirij Gubernatorum nihil habere debent pro persona delati, nisi mandato superioris mittatur realiter intus carcerem.*

1 TOlent lo abus dels algutzirs, &c. Præsens † cõstitutio loquitur de salarijs algutziriorũ, & confirmat constitutionem Curiæ Ceruariæ, quæ de ipsis salarijs disposuit, præcipiens illam inuiolabiliter obseruari sub pœna priuationis officij, & inhabilitatis ad illud. vide quæ scripsi late in dicto *cap. Curiæ Ceruariæ*, quod incipit, *ordinamus etiam & statuimus.* & in *curia Montissoni cap. corrigentes. colla.* 6. Vlterius nota hic, quod fa-

2 ctum † contra constitutiones huiusmodi dicitur abusus, & sic ex talibus abusibus non valet inducere consuetudo, per quam ipsis constitutionibus derogetur: de quo vide latius quæ scripsi supra *ead. cap. confirmants*, super verbo, *E tolents lo abus fet contra les dites constitutions.* adde etiam notata per *Doct. in vsat. Vnaquæque gens.* §. *Mos.* & quæ dixi infra *colla. proxi. cap. primerament.* super verbo, *è no a altre.* & *cap. al abus*, & melius in *cap. aquells mateixs.* & *cap. ab seria de la presem.* Et nota,

3 quod † peccatum mortale est violare constitutiones & statuta, maxime iurata, vide *Bal.* super *Inno. extra. de consue. super rubrica.* in fin. & etiam punietur violator, vt dixi supra *in curia Perpiniani cap. cum secundum.* vnde † contra violatorem

4 constitutionum istarum pro damnis ex ipsa violatione illatis posset offerri querela pacis & treugæ violatarum. Facit *cap. querelam. de pace violata. infra ead.* Et pro limitatione præsentis constitutionis & similium, vide infra *collat. proxima. cap. la superflutat.* vbi moderatur numerus algutziriũ alias algutziriorum vtentium, & infra *collat. pro-*

5 *xi. cap. mes auant statuim.* vbi dicitur, † quod algutzirij Gubernatorum nil habeant pro persona delati, nisi mandato superioris mittatur realiter intus carcerem. vide quæ ibi notantur.

De minis & signis terrorum prohibendis. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Inferentes minas, metus, aut terrores, emptoribus, possessoribus, aut cultoribus possessionũ in districtu curiæ venditarum sunt eiecti à pace & trenga. & procedatur contra eos prout hic, sine citatione. & nu. 6. & ratio traditur num. 66. & ampliatur num. 83. 85. & 88.*

2 *Eiectus à pace & trenga comparendo, purgando & satisfaciendo querelanti de damno & expensis, & firmando de iure coram Vicario, coram quo querela oblata fuit, potest reduci in pacem & treugam.*

3 *Eiectus a pace & trenga comparens punitur debet de excessu, iustitia mediante.*

4 *Crassantibus opus est exemplo.*

5 *Nulli licet sibi ius dicere, & minas alteri facere. & num. 7.*

8 *Mina non solum fieri dicuntur verbis, sed etiam facto.*

9 *Animus facto etiam propalatur.*

10 *Minæ verbales etiam sunt delictum.*

11 *Hominem homini insidiari nefas est.*

12 *Propter minas potest quis compelli ad dandam securitatem pacis, si est iustus timor.*

13 *Facta hominis ex dictis pensamus.*

14 *Interpretatur* tex. in l. metum autem præsentem. ff. quod metus causa.

Iustus

15 *Iuſtus timor eſt timere tyrannum.*
16 *Cautionem ſecuritatis poteſt petere quis, etiam ſi non ſit minatus, dummodo alias fuerit inſidiatus.*
17 *Metus enormis dici poteſt, qui cadit in conſtantem virum.*
18 *Minæ inducunt iuſtum metum: ſi iactatio ſit à potente.*
19 *Minæ capitales inducunt iuſtum metum.*
20 *Populi clamor infert iuſtum metum.*
21 *Metus iuris & iudicis iuſtam cauſat actionem,* quod metus cauſa.
22 *Metus mortis, cruciatus corporis, & metus ſeruitutis & vinculorum iuſtam pariunt actionẽ,* quod metus cauſa.
23 *Metus ex eo præſumitur, ſi quis ſe obliget, vel vendat officiali.*
24 *Soluens indebitum officiali repetit.*
25 *Solutũ ſponte metu præcedente licet non repetat actione* Quod metus cauſa, *repetit tamẽ cõdictione indebiti.*
26 *Metus non præſumitur, ſi contractus factus fuerit cum conſenſu ſeu interuentu amicorum.*
27 *Mulier verberata quamuis ſoluat, præſumitur feciſſe durante eadem cauſa metus.*
28 *Securitas quot modis præſtetur, traditur.*
29 *Fideiuſſores an debeant dari pro ſecuritate.*
30 *Minans debet cauere de nõ inferendo damnum per ſe, neque per alium.*
31 *Securitatem quis petere poteſt pro ſe, amicis ſuis, & vaſtoribus.*
32 *Minor non reſtituitur aduerſus pacem, quam fecit de morte patris.*
33 *Pacem facere non inducit læſionem.*
34 *Læſi non dicitur, qui cogitur pacem facere.*
35 *Cuſtodiæ an danda ſint per curiam, ſi iuſte timeo.*
36 *Reus pro crimine quandoque traditur cuſtodiæ, quandoque detruditur in carcerem.*
37 *Securitas aliquando præſtatur per ſigna, vel tituli impoſitionem, quæ dicitur ſaluaguardia. declaratur ibidem.*
38 *Omnes ſunt ſub ſecuritate pacium, & treugarum de iure Cathaloniæ.*
39 *Pœna violatoris pacem quæ.*
40 *Quis non debet ſibi aſſumere vltionem.*
41 *Pœna eſt in arbitrario iudicis, vbi certa non reperitur.*
42 *Securitas pro pace præſtita eſt perpetua.*
43 *Pax eſt finis diſcordiæ.*
44 *Pacta ſeruari debent, vt cuſtodiatur pax.*
45 *Securitatem an præſtet quis minatus alicui in aure, & minæ probari rectè non poſſunt.*
46 *Minæ probari poſſunt per coniecturas, & alias iuramẽto, num. 47.*
48 *Ad petitionem cuiuslibet quis cõpellitur hodie ad pacem: cum ſuſpectus ſit, qui pacem iurare recuſat.*
49 *Maior 14. annorũ iuxta conſtitutiones pacii & treugarum tenetur iurare paces & treugas.*
50 *Cathalani communiter ſunt valde animoſi, & habent ſpiritum in naribus.*
51 *Pax frangitur incontinenti quod quis minatur alicui: & ideo iuſte imploratur iudicis officium pro ſecuritate præſtanda.*
52 *Poſſum petere, vt puniatur ille, qui mihi minatur.*
53 *Iudex de iure communi non poteſt partes cogere ad pacem, niſi ſuper eo inquietaretur Reſpublica. ſed de æquitate in hac patria ſecus nu. 54.*
55 *Guidatus an compelli poſſit ad pacem, diſtinguendo reſoluitur.*
56 *Fides & ſecuritas etiam hoſti eſt ſeruanda.*
57 *Voluntates hominum ſunt variæ.*
58 *Innitus quis capi & cuſtodiri poteſt, ne offendatur ab inimicis.*
59 *Videns quod quis vult clericũ verberare, ſi nõ habet impoſſibilitatẽ vel poteſtatem ad impediendũ, non eſt excõmunicatus: quamuis ille alius verberet clericum.*
60 *Anima lucrũ præferendũ eſt lucro honoris vani.*
61 *Officialis male facit, ſi expreſſe guidat aliquem, vt non teneatur ad pacem.*
62 *Pax eſt vinculum charitatis.*
63 *Securitas non eſt danda homicidis de iure communi.*
64 *Auxilium quis innocare non poteſt contra præſidem, legem, vel iuſtitiam, quam contempſit.*
65 *Occaſionem damni dans damnum dediſſe videtur.*
67 *In hominis non eſt poteſtate, quod ſemen ſerenti reſpondeat.*
68 *Agrorũ appoſitione etiã veniũt vineæ, horti, ac nemora.*
69 *Magnates cupiunt feroces ſecum habere.*
70 *Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.*
71 *Vicarius & Baiulus Barcinonæ de facili, & pro nihilo faciunt remiſſiones.*
72 *Minantes ad mortem pœna mortis puniuntur quod etiã procedit de iure communi nu. 73.*
74 *Pœna delicti augeri debet propter concurrentiam criminum.*
75 *Audacia quoties ſumitur in malam partem.*
76 *Audacia eſt poſt conſilium, ſed temeritas eſt ſine conſilio.*
77 *Maſculinum concipit fœmininum in fauorabilibus, in odioſis vero non idem nu. 78.*
79 *Iudæi non ligantur conſtitutionibus Eccleſiaſticis. nec excommunicantur cum iam ſint extra Eccleſiam, nu. 80. declaratur ibidem.*
81 *Audacia proprie eſt virtus fortitudinis.*
82 *Temeritas quid ſit. remiſſiue.*
84 *Minæ quot fiant modis, traditur.*
86 *Litigans ſemper præſumitur habere animum obtinẽdi.*
87 *Vultus potentis & terribilis iuſtum metum inducit.*
89 *Iudex debet tueri miſſum in poſſeſſione.*
90 *Probatio legitima ſit ad minus per duos teſtes.*
91 *Probatio ſemiplena, vel ſola fama non ſufficit ad probãdum quem eſſe minatum, vt incidat in pœnas.*
92 *Statutum vbi non exigit plenam probationem, ſed cõtentatur ſolis argumentis, poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione.*
93 *Citanda an ſit pars querelata ad receptionẽ informationis quẽ eſſe minatũ in caſu cõſtitutionis. & nu. 96.*
94 *Citatio eſt de iure naturali.*
95 *Iudicium incipit à citatione.*
97 *Magnitudo & immanitas criminis eſt loco citationis, & etiam loco litis conteſtationis.*
98 *Statutum forte non valet, quod procedatur contra alio-*

quem ſine citatione.

99 *Citatus ſi non curat litem conteſtari,& ſtat longo tẽpore contumax,procedi poteſt,ac ſi lis fuiſſet coteſtata.*

100 *Abſentia delinquentis in criminalibus quandoq. habetur pro litis conteſtatione.*

101 *Lis vbi habetur pro conteſtata ex diſpoſitione iuris, non auditur reus comparendo, & petendo litem conteſtari; ſed debet admitti ad defenſiones, ſi quas dare voluerit.*

102 *Exordium litis quoad iuriſdictionem eſt citatio, & quoad cauſæ initium eſt litis conteſtatio.*

103 *Index definere poteſt declarare ſuper contumacia,ſed non ſuper expenſis.*

104 *Compareus non debet iudice ſedente recedere ſine licentia,aliter iuſte alio comparente poteſt vt cõtumax condemnari in expenſis.*

105 *Bailus vel alius iudex ordinarius, ad quem alias pertinet iure ordinario cognoſcere de crimine minarum,licet non fuerit Vicarius,poteſt facere proceſſum pacis & treugæ in caſu huius conſtitutionis.& n.106.*

107 *Proceſſus pacis & treugæ ex regalia ſoli Vicario pertinet.*

108 *Forma dandi querelam in vim conſtitutionis contra minantes traditur,coram Vicario.& coram Baiulo, nn.109.110.117.& 124.*

111 *Ex officio procedi non poteſt in caſu conſtitutionis cõtra minantes: ſed requiritur inſtantia partis n.139.*

112 *Querelantis perſona debet eſſe nota iudici.*

113 *Querelantis procurator debet fidem facere de mandato,aliter querela iudicium redditur nullum.*

114 *Querelans præſtare debet iuramentum in clamo poſita eſſe vera.*

115 *Querela iudicialis offerri debet die non feriato.item de die & non de nocte nu.116.*

118 *Nullus poteſt in Cathalonia ſuſtinere electos à pace & treuga,nec campſores abatuts nu.119.ne fugitiuos armatorũ nu.120.nec raptatos de hauſia n.121.*

122 *Contumacia facit reum haberi pro confeſſo.*

123 *Contumax non dicitur niſi quis fuerit citatus.*

125 *Contumacia eſt multiplex.*

126 *Quis vbi ipſo iure eſt electus à pace & treuga,cenſetur ipſa conſtitutione monitus,vt ſatisfaciat.*

127 *Monitio regulariter debet præcedere vindictam.*

128 *Proceſſus pacis & treuga eſt ciuilis.*

129 *Proceſſus fautoria non eſt mere ciuilis.*

130 *Probata violẽtia per teſtes,vel alias,probãtur damna iuramento iniuriati præuia taxatione iudicis.*

131 *Damna & expenſa differunt.*

132 *Damnorũ nomine etiã continentur expẽſæ.& n.136.*

133 *Expenſæ minuunt dotem.*

134 *Diminutum dicitur quod exijt de hæreditate.*

135 *Pacto perimi non videtur,de quo non eſt cogitatum.*

137 *Pretium non continetur nomine expenſarum.*

138 *Expenſarum materia,remiſſiue.*

140 *Firma iuris in caſu conſtitutionis contra minantes fit cum pignoribus pro vt in proceſſibus pacis & treuga. referuntur verba* pragmaticę Infantis Ioannis,*ibidem.*

141 *Captus proprie dicitur qui in carcere detinetur.*

142 *Arreſtatus captus dicitur largo modo.*

143 *Appoſitio non defendit electũ, quin publicari poſsit.*

144 *Electio,ſicut excommunicatio, ſecum trahũt executionem.*

145 *Vicarius,qui eſt primus index clami,dicitur caput & patronus, & in executione proceſſus pacis & treugæ gerit perſonam domini Regis.*

146 *Electione querelati facta an ſine citatione procedi poſsit ad clami adiudicationem.*

147 *Condemnari diffinitiue quis non poteſt ex ſola contumacia.*

148 *Vicarius poteſt punire querelatũ criminaliter de crimine in querela contento.*

149 *Non creditur vnico verbo Principem voluiſſe auferre pragmaticas.declaratur ibidem.*

150 *Pœna criminum regulariter ſecundum vſaticos ſunt arbitrariæ.*

COm molts entenents a fer mal ſie meſter exemple, &c. Hæc conſtitutio eſt multũ notabilis, & mẽti tenẽda propter plures ſingularitates quas habet;& quia prouidet nequitiæ plurimorũ. Et
1 breuiter hoc dicit. Inferẽtes minas, metus, aut terrores emptoribus, poſſeſſoribus,aut cultoribus poſſeſsionũ,vi curiæ venditarũ, aut auctore prætore adquiſitarũ,vel poſſeſſarũ, ſunt ipſo facto à pace & treuga electi,& pro talibus abſq. citatione aliqua,prẽhabita tamẽ de prędictis informatione publicãdi,& euitãdi ad requiſitionẽ,ſeu querelã poſſeſſoris minati,vel alias damnificati.
2 ¶ Secũdo in §.*entenẽ empero*,dicit,† quod alis electus cõparendo & purgãdo contumaciã, & ſatisfaciẽdo de dãnis,& expenſis querelatori,vel firmãdo ſibi de iure in poſſe Vicarij,corã quo querela oblata fuerit, poteſt reduci in pacẽ,& treugam.
¶ Tertio & vltimo in verſ. *Punintlo*, dicitur quod
3 querelatus electus prædictus,ſi cõparuerit, debet puniri de exceſſu iuſtitia mediante. Hoc dicit vſq.ad finẽ. ¶ Et cauſa cõmodioris declarationis & intellectus huius cap.diuiditur in partes quinque. In prima ponit procœmiũ,ſiue exordiũ. In ſecũda ibi,*per aço a aquesta*,&c. Ponit modũ & formã procedẽdi contra dictos minãtes, & alios delinquentes per Vicarios. In tertia ibi,*E los dits officials*,&c. Ponitur qualiter Barones, & cæteri ad requiſitionem Vicariorum tenentur dictos electos etiam à ſuis Baronijs,& territorijs euitare. In quarta,ibi, *Entenem empero*, prouidet electo volenti purgare contumaciam,vel reduci in pacem & treugam. In quinta, & vltima, ibi, *punintlo empero*: prouidet circa punitionem delinquentis. ¶ Vnde collige notabilia. Primo nota
4 illud, multis † crallantibus opus eſt exemplo: vt *l. aut facta. in fin.* ff.*de pœnis*,quæ eſt canonizata in Decretis,*de pœn.diſt.* 1.*cap.aut facta*. Secundo
5 nota,† nulli licere ſibi ius dicere,& minas alteri facere,quod eſt verum regulariter,vt *C.ne quis in cauſa propria ius ſibi dicat.* & *C.de Iudæis. l. nulli*. Fallit *C.quãdo.luc.ſine iud.ſe.ven. l.* 1.& 2. Ter-
6 tio † nota caſum, in quo proceditur ſine citatione,ſic eſt etiam contra illũ qui capit hominẽ in pace & treuga conſtitutũ contra tenorem pacis:

cis: vt in *conſtit. pacis*, quæ incipit, *Notum ſit cunctis. §. Item ſtatuimus, quod ſi quis contra tenorem pacis*, &c. Item eſt ſimile infra *eod. cap. vltimo*, eſt etiã ſimile in *conſtit. none.* infra *colla.* 11. *cap. commemorantes.* Item habes alium caſum ſimilem de extraneo inter agente, vt ſupra *colla.* 2. *in 2. curia Barc. c.* 45. *Itẽ quod Vicarij & Epiſcopi.* ¶ Sequitur expoſitio litteræ ſuper tex. ibi, *algũs ſobre aço drets pre*
7 *tenents haver.* ſubaudi, † ſi forſan alias ius haberẽt ſeu habeant, attamẽ eis non fuit, nec eſt licitũ ſibi taliter ius dicere propria auctoritate, & verius temeritate; vt dicta *l. nullis. C. de Iudeis.* & *C. ne quis in cauſa propria.* in rubro, & nigro. & *ff. quod metus cauſa. l. extat.* & *C. vnde* 3 *l. ſi quis in tantam.* cum ſimilibus. & in *vſat. Quicumque expellerit.* ¶ Sequitur in text. *els poſſehidors de les dites coſas.* ſcilicet, rerum, & poſſeſsionum per curiã auctoritate iudiciaria venditarũ, ſeu alias alienatarũ. ¶ Sequitur in text. *de fet, o de paraula, no dupten fer*
8 *manaſſes.* Nota † hic minas non ſolum verbis, ſed
9 etiam facto fieri. quia † facto etiam animus propalatur: vt in *cap. non extimemus.* 11. *q.* 1. cum ibi notatis per *gl. f.* vt puta per ſigna crucium, ſollarum, & alia huiuſmodi, vt ſubijcitur ſtatim: facit
10 1. *diſt. cap. ius militare*, ibi, *ſigno dato*, &c. Item † nota hic, quod minæ etiam verbales ſunt delictum
11 per ſe, quia † hominem homini inſidiari nefas eſt:
12 vt *ff. de iuſtitia & iur. l. vt vim.* in fin. ¶ Et † propter minas poteſt quis compelli ad dandum ſecuritatem pacis, ſi ſit iuſtus timor, vt puta, quia aliquis potens comminatus eſt ſimplicem, hoc eſt hominem humilem, vel plebeum aut ruſticum; & eſt talis qui conſueuit talia facere; cum
13 facta † hominis ex dictis penſemus: vt *C. ſi quis*
14 *Impera. maleds. l. vna*, & ſic poteſt † intelligi *l. metus autem præſentem. ff. quod metus cauſa.* & *l.* 4. &
15 5. & ita † iuſtus timor eſt, qui timet tyrannum: *ff. ex qui. ca. in poteſtate. l. Fulcinus. §. ſi quis autem.* idẽ
16 ſi nõ † fuit minatus ſi alias inſidiatus fuerit, quia poteſt petere cautionem; *C. qui accu. non po. l. pro-*
17 *pter enormem.* & talem † enormem poteſt dici qui poteſt cadere in conſtantẽ, vt dicta *l. metũ.* & *C. de tranſac. l. inter poſitas.* & *extra. quod metus cauſa. c. cũ dilectus. ff. locati. l. habitatores. §.* 1. cũ ſimil. ¶ Itẽ
18 nota, † quod minæ inducunt iuſtũ metũ, quando fit iactatio ab illo qui eſt potens, alias nõ: *glo.* in *l. metũ.* ff. *quod metus cauſa.* vide ibi *Bar.* declara-
19 rantẽ. Item † capitales minæ inferunt iuſtũ metum; *C. quod metus cauſa. l. ſi donationis.* vide ibi *Cin.*
20 ¶ Item † clamor populi inducit iuſtũ metũ. ff.
21 *qui & a quibus. l. ſi priuatus.* Item † metus iuris, & iudicis iuſtam cauſat actionem, *quod metus cauſa.*
22 *l.* 3. Item † metus mortis, & cruciatus corporis, & metus verborum, & ſeruitutis, & vinculorum iuſtam pariunt actionẽ, quod metus cauſa; *cod.*
23 *l. ſi per vim.* & *l. ratione.* Item † qui ſe obligat vel vendit officiali, ex hoc præſumitur metus; *quod*
24 *metus cauſa. l. ſi per impreſſionem.* Item † ſoluens indebitũ officiali vel aſſerenti ſe officialẽ, illud
25 repetit: vt *l. ſi mulier. §. ſi. ff. eod. tit.* Sed licet † ſo-

lutũ ſponte metu præcedẽti nõ repetatur actione *quod metus cauſa*, repetitur tamẽ condictione in-
26 debiti: *l.* 2. *C. quod metus cauſa.* Sed † metus nõ præſumitur vbi factus eſt cõtractus cũ conſenſu ſeu interuẽtu amicorũ: *Bar.* in *l. tranſactionẽ C. eod. tit.* Fa-
27 cit *conſtit. Perpiniani ad tollendã.* Itẽ † nota quod ſi mulier verberata promittit ad voluntatẽ mariti, ſi ſoluat, præſumitur facere inſtãte metu; quia eadẽ cauſa ſubeſt: *ff. de cõ. li. ob. tur. cauſa. l. penul.* ſecũ-
28 dũ *Bar.* ibi. ¶ Quæro † quot modis præſtatur ſecuritas? *Gui. de Cug.* in *l. illicitas. §. ne poteſtiones. ff. de offi. præſidis*, dicit quod altero de trib' modis. Vno modo per promiſsionẽ. Alio modo per perſonę publicæ adhibitionẽ. Tertio modo per ſigna, vel tituli impoſitionẽ. Primo, videlicet per promiſsionẽ, vt ſi timeo â te mihi inferri periculũ mortis, certe poſſum petere, vt tu promittas non facere mihi damnũ; ſic loquitur in *auth. de man. prin. §. ſed neq.* & *C. de his qui ad Eccleſias cõfu. l. præſenti. penul.* Et præſtabitur hæc ſecuritas cũ iuramẽto, iuxta notata per *Gui.* vbi ſupra & etiã per homagiũ de cõſuetudine Cathaloniæ, & ita ſeruatur incõcuſſe in omni ſecuritate quæ præſtatur perſonę pro
29 pace vel treuga. ¶ Sed † an debeãt dari fideiuſſores? *Gui.* dicit hoc arbitriũ. Tu dic quod nõ cõſueuerunt dari, quia ſufficit homagiũ, cuius trãſgreſsio in tali caſu eſt pœna capitis, vt dixi ſupra *colla.* 4. *curiæ Gerundæ cap.* 1. vbi agitur de raptato de bauſia. vide in *tractatu* quem feci *de homagio*, & hoc verum, niſi aliter conueniat inter
30 partes, vel ex laudo arbitrorum. Et † nota quod minans debet cauere, quod non inferat damnum per ſe, vel alium, &c. hæc ſunt hodie notorij ſtyli curiarum, & notariorum in hac patria. Item
31 poſſum † petere ſecuritatem pro me, & amicis meis & valitoribus, & pro hoc facit quod dicitur de muliere quæ reculat iudicem cum ſua domo, vt *C. ſi quacumque poteſtate præditus. l. vna. §. penult.* ¶ Item nota, † quod minor non reſtituitur aduerſus pacem, quam fecit de morte patris: ſecundum *Iacob. de Aren.* & *Cinum* in *l.* 1. *C. de in*
33 *inte. reſti.* Et † ex hoc patet, quod facere pacem non inducit læſionem, ſecundum *Ant. de Butrio in Spica iuris ciuilis*, in verbo *minor*, & in verbo *pax*
34 quod facit, vt † qui ad pacẽ cogitur, non dicatur lædi, nec per hoc guidaticum ſibi datum infringi, quia ex pace ſibi vtilitas procuratur. ¶ Sed
35 quæro † an mihi debeãt dari cuſtodiæ per curiã ſi iuſte timeo? Reſpõdeo, ſecũdũ *Gui.* Princeps hoc poteſt facere in perſona, & bonis pro libito ſuæ voluntatis: vt *de ero. mili. anno. d. ſi. li.* 10. Sed iudex hoc nõ debet facere, niſi ꝓbata cauſa, & prę sẽtib' partib', & tũc ſi videat hoc expedire, facere põt. arg. eius qui mittitur in poſſeſsionẽ rei qui ingreditur auctoritate iud. cis. vt *ff. in ſ. ff. c. l. qui miſſus.*
36 ꝓ hoc *C. de offi. mili. inde l. ſi.* & ſic habetur † etiã in criminib': quia quãdoq. re' traditur cuſtodię, quãdoq. detruditur in carcerem. ff. *de cuſto. reorũ.*
37 *l.* 1. & *l. ſi.* Sed † quandoq. præſtatur ſecuritas per ſigna vel tituli impoſitionẽ: vt quando timetur

inferri damnum perſonis & rebus, tunc poteſt impetrari ſaluaguardia: & dicit *Gui.* quod hoc debet fieri cũ cauſa iuſta, & præſentibus partibus: arg. *ff. de adop. l. nã ita diuus.* Sed † de iure harũ conſtitutionũ Cathaloniç omnes ſumus ſub ſecuritate paciũ & treugarũ, & ideo non poteſt impetrari ſpiritualis ſaluaguardia, niſi in caſibus, vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barci. c. 18. Itẽ q cũ quilibet ſit, & debeat eſſe in guarda.* vide quæ ibi dixi. & *ead. colla. 4. in curia Montiſalbi c. 3. Itẽ ad ſupplicationẽ dictorũ ricorũ hominũ*, &c. ¶ Vlterius quæro, † quæ ſit pœna violatoris pacis. vide in tractatu *de homagijs*, quẽ poſtea compoſui? Reſpondeo, Si quæris de ſaluaguardia Principis in Cathalonia, dic q punitur iuxta *vſat. Simili modo.* Si vero quæris de generali ſecuritate cõſtitutionũ paciũ & treugarũ huius patriç, dic vt in ipſis cõſtitutionibus continetur. Sed vltra punitur violator iuxta qualitatẽ delicti, vt hic ſubijcitur in fi. huius *cap.* Sed ſi quæris de violatore pacis, & ſecuritatis ſpecialiter iuramento, & homagio vallatæ, eſt pœna capitis, vt dixi in præalleg. *c.* 1. ſupra *curia Gerundæ coll.* 4. & vide ibi de pœna perpetratoris. Aut quæris de iure cõmuni, & dic ſecundũ *Gui.* q debeat puniri iuxta qualitatem delicti, & etiã aliquantulũ maiori pœna, quam ſi ſecuritatẽ non præſtitiſſet. Sed dic aut pro iſta ſecuritate pacis præſtitit iuramentũ & homagiũ ad forũ Aragoniæ, & ſecundũ conſtitutiones, & cõſuetudines Cathalonæ, & tunc ſi violauit inferẽdo necem, vel vulnera, aut ictus in perſonatã vel aſſecuratã, & talis violator debet mori, vt dixi in *c. 1. curia Gerundæ*, præalleg. Si vero damnũ intulit in bonis tantũ, tunc poteſt minus puniri arbitrio iudicantis; tamen ſi damnum fuerit graue vel forte cũ immiſſione ignis, etiam debet mori de rigore pro exẽplo ſecuritatis pacis, & vt cæteri terreantur, maxime in hac patria, quia multis craſſantibus exemplo opus eſt, vt hic, & dixi ſupra. Adde quæ ſcripſi *in Summula de homagio.* Si vero violauit ſecuritatem ſpecialiter datam à Principe, forte incurrit pœnam legis Iuliæ Maieſtatis: vt ff. *ad l. Iul. Maieſt. l. ſecunda.* & *de re m l. l. penult.* Quidam tamen dicunt, quod debet tradi parti, quam læſit, vt puniatur ſecundum quod ei videbitur: ſicut eſt in legatis hoſtium: ff. *de lega. l. fin.* & *de legatis ſecundo. l. Iul.* Sed illud eſt ſpeciale in legatis hoſtium ex quadam çqualitate iuris gẽtium ſeu conſtitutionis, alias ſecus, quia quis † non debet ſibi aſſumere vltionem: vt *C. de Iudæis. l. nulli.* & ff. *de iudi. l. nemo.* Fallit in vſat. *Si quis de homicidio.* & in vſat. *Maniti*, ſed in eis non permittitur inferri mortem; vbi † certa pœna non reperiatur, erit arbitrio: ff. *de iure deli. l. 1.* & *extra. de offic. dele. cap. de cauſis iudicis.* vt *ff. de effrac. & expila. l. effractores.* & *de cuſto. reo. l. ſi quis reum.* Alij autem dixerunt, & minus bene, quod nulla alia eſſet pœna propter promiſsionem, & cautionem ſecuritatis, niſi ſecundum qualitatem delicti: vt ff. *de officio præſi. l. congrnit.* in princ. quaſi ſolum ſit effectus vt magis timeatur. Sed quia iſte plus delinquit. & proditionem etiam committit, quia fidatum doloſe percuſsit, vel alias damnifi.auit, & propter proditionem grauius punitur: vt ſupra *ead. cap. comfer, o contraure. §. e encara aquell*, & ſupra *collat. 6. curia Perpiniani. cap. vt occaſioni.* vide quæ in eis dixi. ¶ Item † quæro an iſta ſecuritas erit perpetua? Reſpondeo, ſi eſt præſtita pro pace, erit perpetua: quia pax † eſt d ſcordiæ finis, & idẽ vbi ſimpliciter promittitur. Secus eſt in treuga, vel alias vbi ex conuentione tempus adijcitur: quia † pacta ſeruantur, vt pax cuſtodiatur, *extra. de pac. cap. 1.* & nota per *Doct. in cap. 1. extra. de treuga, & pace.* ¶ Sed † pone. Aliquis verbotenus minatus eſt tibi in aure, nec alias eſt inſidiatus. Sed dixit tibi in aure, quod ipſe haberet à te caput, nunquid habebit tibi præſtare ſecuritatem? Videtur quod non, quia cauſa probari non poſſet. Dic contra ſecundum *Gui.* quia † probabitur per coniecturas, puta quia alias habebant litem vel odium, vt in *auth. de teſti. §. ſi vero odioſus.* argum. ff. *de excu. tu. l. propter litem. C. de reuo. dona. l. fin. in auth. vt cum. de app. cog. §. cauſas. collat. 8.* & etiam crederetur † cum iuramento eius qui ſecuritatem petit. Facit *ff. de dam. infecto. l. prator.* in prin. & *ff. ad exhi. l. theſaurus.* cum alias probare non poſſet, argum. ff. *de excu. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit.* Imo † hodie de facili ad petitionem cuiuslibet quis compellitur ad pacem, quia ſuſpectus eſt qui pacem iurare recuſat. & iuxta conſtitutiones † Cathaloniæ pacium & treugarum quilibet maior quatuordecim annorum tenetur iurare ipſas paces & treugas, alias poſſet eijci, ideſt, poni extra pacem, vide ſuper hoc *Gui. Præpoſi.* & quæ ibi apoſtillaui ſuper eo à pace & treuga, vt habetur in fin. cuiuslibet conſtitutionum pacium & treugarum huius patriæ, & ita ſeruatur in hac patria inconcuſſe, & ſic minime ſunt mutanda, &c. ff. *de legi. l. minime*, & eſt ratio, quia † communiter Cathalani ſunt valde animoſi, & habent ſpiritum in naribus, & parum hæſitant occidere inimicum: & ſic cautela opus eſt. Quid ſi vidiſſes proditiones, & diſcordias annis à Natiuitate Domini 1462. 1463. & 1464. & vſque ad annum 1472. ¶ Item nota, quod † ſtatim cum aliquis minatur alicui, frangit pacem. Ideo iuſte imploratur iudicis officium pro ſecuritate præſtanda: vt *l. harum.* & *l. egi.* ff. *ſi ſeruꝰ vendi.* & *l. denunciamus. C. de his qui ad ec. confugi.* & *C. de præpo. ſacro. ſcrin. l. iubemus. §. 1.* & poſſum † petere vt puniatur ille qui mihi minatur: vt habetur in iſtis qui ponunt ſigna minarum, vt *l. ſarcularij. §. quædam. ff. de extraordi. cri.* & infra *ead. collat. cap. vltimo.* vide quæ ibi notãtur. Tamen † de iure cõmuni iudex non poteſt partes cogere ad pacem, niſi forte ſuper hoc Reſpublica inquietaretur, tunc enim poſſet, argum. *l. congruit. ff. de offic. præſi.* & in *auth. de man. prin. §. eos.* vide *gl. ſ.* & *Bar. in l. furti. §. qui*

Digitized by Google

qui iussu.ff.ex quibus ea. infa.irro. & *Gui. in spe. tit. de pig.* §. *sequitur, quid si timeo & de offi.dele.* §. *sequitur.verſ. Quid ergo.* Sed † tamen de magna æquitate & bona ratione, ſecundũ quas etiũ in hac patria iudicandũ eſt; vt dixi ſupra *ead. c. per tal que les leys.* quilibet cogendus eſt præſtare ſecuritatẽ petenti ſaltẽ de conſuetudine patriæ, & ſtylo curiarũ. vt dixi, & de hoc ſunt priuilegia in ciuitatibus Barcinonæ, & Gerundæ, & ita vtitur per totam Cathaloniã. & bene fauore pacis: & de hoc videtur caſus in conſtitutionibus paciũ & treugarũ, in fi. dũ dicitur, *ſi quis maior 14. annorũ has pactes iurare noluerit.* Sed ibi loquitur de iuramento generali de ſeruandis ipſis conſtitutionibus; tamen excipiuntur milites & domicelli. ¶ Vnde circa iſta quæro de vna notabili quæſtione, quæ quotidie contingit. † Aliquis fecit ſe guidari per curiã. venit alius, cui iſte minatus fuerat ad mortẽ, petens ſecuritatẽ ſibi per curiã imtẽ præſtari, iuxta materiã prętactã: iſte minans allegat guidaticũ. dicens ſe cõpelli nõ poſſe ad pacem, & ſecuritatẽ præſtãdã: tuit ſępius, & adhuc quotidie dubitatũ an iſte guidatus, non obſtante tali guidatico, debeat per curiã compelli ad dãdum pacẽ & ſecuritatẽ ſuo aduerſario petenti: & per guidatum allegatur, quod non debeat cõpelli, nec grauari inuitus ad talẽ ſecuritatem præſtandã, ex quo fuit guidatus & ipſo guidatico durã te, quia fides licet dari non debuerit attamẽ † ex quo data fuit, etiã hoſti, eſt ſeruanda: vt 23. *q.* 1. *c. noli*, & graue eſt fidẽ fallere, allegat caſum pro ſe in *vſat. Quoniã per iniquũ*, vbi dicitur, quod fides principis ſeruanda eſt. Itẽ hæretico, & infideli ſine malo ingenio, *è ſens engany*. Sed ſi talis guidatꝰ cõpelleretur inuitus, eſſet facere ſibi *engany*, ſiue deceptionẽ, cũ ipſe forte alias receſſiſſet, & ſub fide guidatici remãſit, alias receſſurus, & ſic foret deceptus, & in hoc prætendit damnũ & iniuriã ſibi inferri, cũ cupiat ſe vindicare de illo, & damnum eſt in eo, quod non poſſet facere ſuã voluntatem de vindicta, ſicut etiam dicitur lucrum ſeu commodum, ex quo quis facit volũtatem ſuam: vt *ff. ad Trebell. l. quia poterat.* variæ † enim ſunt hominum volũtates, vt ibi dicitur. In contrarium pro parte minati pacẽ quęrentis allegatur, quod de iure, & iuxta conſtitutiones ac conſuetudines patriæ dictus minator debet compelli ad dandũ dictã pacis ſecuritatẽ per iura, & rationes ſuperius allegatas. Nec obſtat allegatio prætenſi guidatici, quia licet guidaticũ concedat ſecuritatem ne damnificetur, tamen nihilominus poteſt, & debet pati, quod eſt ſibi vtile, & commodum, quia in hoc iuuatur, & non grauatur: quia poteſt compelli ad recipiendũ ſolutionem, & bona ſua, alias tanquã ſtulto, demẽti, & prodigo daretur ſibi curator: vt ff. *de curatore furioſi. l.* 1. Itẽ ſi alias efficeretur furioſus, poſſet vinculari, nec redderentur ſibi arma: & hoc pro vtilitate ſua, ne cũ furore ſe vel alios lędere poſſet: vt 22. *q.* 2. *c. ne quis arbitretur.* Sic † etiã poſſet inuitus capi, includi, & cuſtodiri, ne offenderetur ab eius inimicis: quia hoc non eſt facere ſibi violentiã, ſed repellere malũ, & iuuare cuſtoditũ: faciunt quę leguntur & notantur *extr. de ſent. excõ. cap. quata.* & per *Ioan. in Sum. Conſe. lib.* 3, *tit.* 33. *q.* 35. *quid de cõuerſis*, &c. in *ver. ſequitur*, & ibi dicit, ¶ † ſi ego, qui non habeo poteſtatẽ aliquã iuriſdictionis, video ꝙ aliquis vult verberare clericũ ſine meo cõſilio, vel auxilio, non credo ꝙ ſim excõmunicatus ſi nõ prohibeo illũ, licet aliter peccẽ, quia ipſum nõ defendo, cũ poſſim, quia teneor iniuriã propulſare à ſocio: 23. *q.* 3. *c. nõ inferenda.* & *c. vlt.* vide ibi latius, & in alia *q. eod. tit.* quę incipit, *quid ſi officialis talẽ capiat, & liget auctoritate propria, cũ periculũ ſit in mora, nec aliter poſſit compeſci ab inimici iniuria, tunc meretur*, 23. *q.* 3. *c. fortitudo.* & *c. ſequenti.* vide quæ notãtur in *l. quoniã. C. de app.* Sic in propoſito, quia forte, niſi iſte guidatus daret ſecuritatẽ inimico, poſſet dãnificari ab eo, vel ipſe illũ lædere, & ambo venirent ad arma, & melius eſt ante tempus occurrere, &c. faciunt notata per *Bar. in l. equiſſimũ. ff. de vſufr.* Et lucrũ animæ, & corporis commodum eſt iſti guidato prohibere ipſum à malo, & peccato, ac à damno, quod ſequi conſueuit ex guerris, & bandoſitatibus; & lucrũ † animæ præferendũ eſt lucro honoris vani, vel placiti tranſitorij: vt *extra. de pœn. & remiſ. c. cũ infirmitas.* & ita guidaticũ conceſſum ad finẽ repellendi damna & iniurias nõ deberet contrariũ operari, nec retorqueri in læſionẽ animæ ipſius guidati: vt *C. de legibus l. quod fauore*, quia non fert opẽ qui iuuat ad peccandum: 14. *q. vlt. c. Si res.* nec aliter fuit credibile, eſſe de mẽte concedentis, & etiam ipſius guidati. Et hanc partem credo veram, niſi impetrando guidaticum de hoc quod non poſſet ad pacẽ compelli expreſſe, & ſpecialiter cõueniſſet, tunc enim licet tale guidaticũ concedi non debuerit, tamen clarũ ſeruari debebit; ſic loquitur. *c. noli* præall. & *c. Antigonus. extra. de pac.* & prædicta vera, niſi ille minatus querelã dediſſet in vim dictarũ cõſtitutionũ paciũ, & treugarũ. quia tũc non valet guidaticũ allegari, iuxta pragmaticã Regis Martini. vide tñ quæ ſcripſi ſuper *vſat. Quoniã per iniquũ*, & quæ ſcripſit *Gui. Prepoſitis in ſuo tract. de pace & treug. c.* 29. & *Iac. de Cal. in ſuo Directorio.* 15. *dubio.* §. *tertio. & in* 22. *dubio.* & adde quæ apoſtillaui ſuper eis. Et † male facit officialis, qui expreſſe guidat aliquem, ita quod nõ compellatur ad pacem, quia violat iuramentum quo iurauit facere iuſtitiam, quia etiam iurauit non guidare, ſine conſenſu iniuriati: vt ſupra in forma iuramenti Vicarij. §. *Item promitto vobis*, &c. Et ſi ſecus faciat, ipſe iam ſe impediret in miniſtrando iuſtitiam, quam facere iurauit, & tenetur ex debito ſui officij; & ſic tunc taliter guidando peccat, & facit iniuſtitiã, & impedit viã iuſtitiæ in damnũ Reipublicę; & hoc quãdo ſic guidaret ex ſola cauſa volũtatis, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria: puta quia vocauit illum ad perhibendum teſtimonium

monium in iudicio,& ille nolebat venire,nisi taliter guidaretur.Et audiui quod secundum hanc mea opinionem seruatur Barcinonæ, & alibi. Sed Gerundæ vidi contra aliquãdo seruari de cõsilio quorundã sed dubito ne ipsi incidant in gehennã,præferendo vanũ honorẽ mundanũ paci,
62 quæ † est vinculũ charitatis: *extra.de iudi.c.nouit.* quidã tamen seruarunt meã opinionẽ,& per Dei gratiã nullũ scandalũ fuit inde secutũ;sicut de contrario visum fuit,propter bandositates, quæ secutæ fuerũt occasione prædicta,quia nõ fuerũt cõpulli ad præstandũ securitatẽ pacis cũ eorum inimicis pacẽ querelantibus. Sed consulerẽ officialibus quatenus in omnibus guidaticis excipe
63 rẽt causa pacis,ad tollẽdũ amfractus,& ambigui tates. Et † de iure cõmuni non est danda securitas homicidis;& si detur,non est seruanda:vt in
64 *auth.de mand.prin.§.neq. homicidis.* Et † ibi nota, quod non poterit contra præsidem,legem,vel iustitiam,quam contempsit,auxil.ũ inuocare. Facit *C. de precr. Imper.offe.l.quotiens.*vbi dicitur, ꝙ solus princeps potest concedere dilatoriã exceptionẽ,& ita forte loquebatur *vsat. Quoniam per iniquũ*, tamen de cõsuetudine extẽditur ad alios officiales, licet ibi specialiter loquatur in Principe. vide quæ ibi scripsi satis late. ¶ Sequitur in text. *per les quals*,subaudi,*manasses*:& d.c, sci-
65 llcet eorũ occasione, & metu, & † sic qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: vt *extra. de homicidio. capitulo, de catero.*de quo vide
66 ibi per *Henricum Boich.*Sequũtur † enim ex hoc damna,quia quandoq.dictæ terræ deseruũtur,& rẽmanent incultę: quandoq. etiam, quia fructus ibi seminati & Dei gratia pullulati,à prædictis minatoribus depopulantur incendio, aut alias destruuntur,& hoc subijcit,ibi, *los fruyts per pro-*
67 *uisio celestial*,&c.& dic,*prouisio celestial*. quia † nõ est in hominis potestate quod semen serenti respondeat;vt *extra.de decimis. c.cum non sit*. ¶ Sequitur in tex. *als camps*,subaudi,& idẽ in vineis, & hortis,ac nemoribus, quia eadem est ratio. &
68 ven unt † et.à nomine agrorũ largo modo, licet in vulgari nostro stricte intelligamus cãpos dici de terris tantũ. in quibus consuevit seminari bladũ,& frumentũ.& similia. Tamen de vineis etiã, & hortis,mãlis,& cunctis terris fructiferis loquitur,taltẽ secundũ mentem,& ita de consuetudine practicatur,& cõsuetudo est verus intellectus legis.vt *extr.de consue.c.cũ dilectus.* ¶ Sequitur in tex.*no auptẽ*. & hoc imo,quia de facili talia facinora relinquẽtur inulta,propter pecunias vel fa
69 uores magnatũ,quia † cupiunt tales feroces secũ habere,ad terrendum alios & facilitas veniæ in-
70 centiuum † tribuit delinquendi, vt *extra.de vita & honest.cle i.cap.vt clericorum mores*: vt etiam nullam reus pertimescit culpam, quã redimere nummis existimat: 11.*q.3.cap.pauper.*vnde hanc, & similes constitutiones, quæ non prohibẽt facultatẽ remittendi, hodie reputo quasi intructuo
71 sas,maxime Barcinonæ,vbi † Vicarius & Baiulus de facili., & pro nihilo faciunt remissiones: quare esset necesse in his pœnalibus adimere facultatẽ perdonandi,nisi saltẽ per solum Principem; aut per alios cum voluntate offensi, vel eius hæredis, aut proximiorum: videmus enim quotidie criminosos impunitos relinqui pro pecunia,nulla facta satisfactione iniuriatis, vt dixi alias supra *colla.6,curiæ Perpiniani c.insuper.& curiæ Monissoni cap.nos & primogenitus*. ¶ Sequitur in text. *o fosses, creus, o altres senyals morts designants*,&c.quia mortuus in fossa sepulturæ, siue fouea ponitur;& cruces coram funere deportantur,dum ad sepulturam ducuntur, vnde dignum
72 est, vt isti † qui minas & signa mortis faciunt,
73 pœna mortis puniantur.& hoc subijcit,ibi,† *E aquests aytals degnen de pena capital esser punits.* & hoc est etiam de iure communi, vt in *l.sarcularios.§.sunt quædam.ff.de extraord.cri.*& facit *C. vt nemini liceat,sine iudi.auct.l.1.& 2.* Et sic nota casum,in quo minæ puniuntur ad mortem, & hoc est propter adiectionem fossarum, siue fouearũ; vel crucium, vel aliorum signorum mortem designantium, quia etiam multo fortius si ad factum mortis vel vulnerum processerint, seu alias
74 violentias commiserint;quia † augeri debet pœna delicti propter concurrentiam criminum, vt notat *Bal.* in *auth. sed nouo iure. C. de Episcopis & cleri.* ¶ Sequitur §.*perço a aquesta tan gran audacia*,
75 *è delitte*, &c. Nota † hic audaciam sumi in malam partem, & congruentius dixisset *temeritas*, iuxta notata infra *eod.cap.licet præbere*,super ver
76 bo *refranetur audacia*. Est † enim audacia post consilium. Sed temeritas est sine consilio, quod temerarius non cogitat periculum. ¶ Sequitur in tex.ibi,*ordenam que si algun*,subaudi,vel si qua,
77 quia † masculinum concipit fœmininum: sic 17. *q.4. cap.si quis suadente diabolo.* & de hoc per *gl.f.* & ibi *Archi.in Rosario*,addit, quod communiter dici consuevit,ꝙ † in fauorabilibus masculinum concepit fœmininum; in odiosis non. & sic soluitur *ff.de verb.signi.l.1.*Et circa hoc ibi distinguit,quod,aut sunt verba legis, vel canonis; aut testatoris, aut contrahentium; aut iudicis, aut statutorũ: & etiam subdistinguit.& latissime prosequitur hanc materiam. vide ibi. Vbi
79 etiam † tenet, quod Iudæi non ligantur constitutionibus Ecclesiasticis:ꝙ est verum saltem quo
80 ad pœnas excõmunicationis, nam cũ † iam sint extra Ecclesiã, non possunt inde ejci.Sed indirecte excõmunicãtur, quia subtrahitur eis cõmunio fideliũ.vt *ext.de Iudæis.c.postulasti.*vide ibi.Sequitur in tex. *daquest tan foll gosar mogut.*Nota *foll*
81 *gosar*,quia proprie est temeritas, quia † audacia proprie virtus est fortitudinis. & ita hic, & supra sumitur *gosar* improprie,scilicet pro temeri-
82 tate, & † quid sit temeritas,vide *Bar.*& *Bal.* in *l.eum quem temere. ff.de iudi.*& per *Henr.in c.qua fronte.extr.de app.*& dicam infra *eod.l.licet præbere.*
¶ Sequitur in text. *als possehidors de les dites co-*
83 *ses*. scilicet, *camps, vinyas, horts*, &c. Nota † ver-

bum

bum, *possèbidors*, quia debet intelligi secundum communem loquelam vulgarem, vt comprehẽdat colonos, inquilinos, & seruos, & quoslibet habitantes in mãlis, bordis, & domibus, ac colonijs, quæ nomine dominorum possident, & ita de tẽtoribus ex tenuta & possessione facti etiam loquitur hic, nedum de dominis, & hoc subijcit, dum dicit, *o generalment a quisvulla, sperãt gonyar aquells.* Et non solum etiamsi fiant dictæ minæ dominis, qui iam adquisierint: forte quia iudex iudicialiter, & causa cognita tradidit creditori possessionem domus, vel terræ obligatę in solutum, vel tenendam in pignore, vel alias, sed etiã spectantibus adquirere, quia forte sunt in litigio iudiciali. Sequitur in textu, *per si de paraula, o en scrits, o per interposada persona manassat*, & c. ad idem *ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est. l. suo quis, an alieno nomine prohibitus sit, nihil interest*, &c. Item tam is tenetur qui suo nomine, quam alieno nomine prohibuit. Nota ergo, quod quandoque istæ minæ
84 fiunt † verbo, & præsentialiter de corpore in corpus. Quandoque per interpositam personam, quia, per nuntium, vel litteram, vel forte per libellum famosum positum in loco, iuxta *l. si. quis. C. de famosis libellis*, quæ est canonizata, 5. *q.* 1. vide ibi, & nota in summa. Quandoque fiunt minæ siue diffidamenta per cartellum scriptum positũ in locis publicis, vel portis ciuitatum, vel ianuis Ecclesiarum. Quandoque etiam fiunt minæ per signa, vt dictũ est: & hoc subijcit, ibi, *o per los dits senyals*. Sequitur in textu, *al cultiuador*, subaudi, quasi dicat, nedum si fiunt dictæ minæ & terrores dominis & possessoribus, sed etiam agricultoribus & bubulcis, qui omnes etiam per alias constitutiones fuerint & sunt sub pace & treuga. Et nè
85 dum † habet locum hæc constitutio, quãdo fiũt & inferuntur minæ, terrores, & metus modis & formis præmissis, sed etiam qualitercumque incutiatur timor spectantibus lucrari & obtinere dictas res & possessiones. Ad idem facit *infra eadem, cap. vlt.* vide quæ ibi dixi super verbo, *cũ armis insurgunt, vt sic eos terreant*. Et dic quod credũtur habere spem lucrandi, quia super eis litẽ du-
86 cunt in iudicio: quia † litigans semper præsumitur habere animum obtinendi, vt dixi supra *collat. 5. c. 29. Item pro abbreuiandis.* & notat *Bald.* in *l. is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad legem Falcidiam*. Et quia hic in littera sequitur, *o haura dada, o feta pahor, o temor en alguna manera*, intelligo, etsi nutu vel vultu terribili metus interatur, quia
87 vultus † potens & terribilis iustum metum inducit, secundum *Baldum*, qui hoc notat in *feudis, tit. de pace iuramento firm.* in §. *iniuria*. Nam in hoc casu quicumque metum vel minas faciat, præsumitur iustus metus, quia ad mortem propter malam & prauam consuetudinẽ, quæ super his inoleuit: & propterea habet hæc constitutio tales minantes pro ciectis à pace & treuga, vt hoc saltem terrore quos diuinus timor à malo non reuocat, saltem pœna tẽporalis huiusmodi coh.beat à peccato: vt *extra. de vita & honestate clericorum. c. clericorum mores.* Sequitur in textu, *Aquest auta manassant, o donant, o fahent pahor, o temor*, scilicet, de quibus præmisit, & repete, scilicet, aliquo mo
88 do præuia de causa. Idem, & fortius, † si de facto terras occupauerit violenter, vel dominos, aut cultores, seu possessores verberauerit, vel offenderit, taliter vt fructum illarum rerum seu possessionum adquirere non possint, quia videtur iniuria fieri iudici, vel curiæ, quæ iudicauerat possessionem: quoniam
89 † iudex debet tueri missum in possessionem. *ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est. l.* 1. in princ. §. *est autem*. & per totum. Et iniuria fieri videtur illi cuius factum indebite retractatur, vt notat *gl. s.* in *l. nemo. C. de summa Trinit.* Sequitur in textu, *prouats legitimament los casos dessus dits, o algun daquells*, dic, *prouats*, scilicet per testes, aut alias legitimas probationes, de quibus legitur & probatur *extra. de restit. spol. c. cum ad sedem*. & infra *eod. cap. volentes*. & quod dicit, *legiti-*
90 *mament*, dic, plene, puta, per † duos testes ad minus, arg. *l. vbi numerus. ff. de testibus*. non autem suf-
91 ficit in † hoc casu semiplena probatio, vel per solam famam, sicut infra *eod. c. quereiam de pace violata*. Et est ratio diuersitatis, quia ibi solũ recipitur informatio ad finem citandi: hic vero requiritur ideo plena, quia ad finẽ ejciendi à pace & treuga, nulla facta citatione. vide & adde quæ notantur per *Matthæum de Mataſalanis in* 52. *&*
92 102. *&* 188. *notabilibus*. Et † nota, quod vbi statutum vel lex non exigit plenam probationem, sed contentatur soli argumentis, possunt recipi testes sine partis citatione, secundum *Ioan. Anar.* & *dominum de Sancto Georgio in c. pro humani. de homi. lib.* 6. Sed † an ad receptionem huiusmodi in-
93 formationis erit pars querelata citanda? Et videtur quod sic, quia textus hic dicit, *legitime*. & infra *eod. §. entenem empero*, dicitur, *E purgant la contumacia*: ergo præsupponit citationem. Præterea
94 citatio est † de iure naturali, ergo omitti nõ debet, secundum notata per *Bart. in extrauag. ad reprimendum*, super verbo *fig ura iudicij*. & est casus
95 in *Clem. Pastoralis. de re iudic.* & † iud cũ ab ea parte incipit, quæ est de in ius vocando: vt *instit. de pœna temere litigantium. §. vlt.* Sed dic cõtra,
96 & † est in hoc casu speciale, in odium & exaggerationem tanti facinoris: & est simile in practica & modo procedendi per constitutiones sacri Concilij Terraconensis, editas contra inuasores clericorum & personarum Ecclesiasticarum, vbi odio violentorum oppressorum potentium recipiuntur testes parte non vocata. Sic etiam seruatur contra capientes hominum, contra tenorem pacis, iuxta §. *Item statuimus, quod si quis contra tenorem pacis*. in constitutione, *Notum sit cunctis*. & etiam in casu constitutionis infra *collatio. 11. cap. comemoranis*. Item in casu de inuadere extraneum iter agentem, vt dixi supra *in tertio notabili*. & in casu constitutionis editæ contra insidiantes, vel alias impedientes comparere volentes pro pace

& treu-

argumentum â contrario, ex quo contrariũ reperitur in iure, quia de iure communi querela offerri potest tam coram Vicario delicti, quam coram Vicario domicilij delinquentis, coram quo maluerit querelator. De quo vide *Iacobum de Calicio in Directorio pacis. in 8. dubio principali.* Mihi autem verius videtur, vt si velit querelans quod procedatur sine citatione, iuxta practicã huius constitutionis, adeat Vicarium loci criminis; alias si velit agere coram Vicario domicilij rei, habebit procedere præmissa citatione, & monitione quindecim dierum, prout regulariter seruatur in processibus pacis & treugæ: & hoc est tutius. Sequitur in textu, *pus aquells*, subaudi, *veguers*. Sequitur in textu, *aquis pertanyara*, subaudi, ratione delicti, vt statim præmisit. Sequitur in textu, *ne sien raquests legitimament per la part, & non en altre manera*. Non ergo procedi-
111 tur † in hoc casu ex officio: & in hoc differt præsens constitutio à constitutione de inuadẽte extraneum iter agentem, de qua dixi supra, quia hic requiritur partis instantia, sicut fit regulariter in processibus pacis & treugę: vt sup. *collat. 2. in 2. curia Barcinone, cap. declaramus tamen quod Vicarij.* vide quæ ibi scripsi. Item vide infr. *ead. c. vlt.* vbi est alius casus, in quo proceditur ex officio, & sine partis instãtia. Item nota, quia
112 dicit, *legitimament ne sien requests*, quia † per hoc dico, quod est necesse constare de persona querelantis: ita quod si fuerit incognita, habeat iudicem informare, vel satisdare: vt infra *eadem, c.*
113 *querelam de pace violata*. & si † velit agere nomine alieno, tamquam procurator vel tutor, & huius debet prius facere fidẽ legitimam de potestate, hoc est, de procuratorio, vel tutela, & hu iusmodi, alias non constaret iudici um: imo redderetur ex hoc retro nullum: vt *C. de procurat. l. licet.* & *extra. ead. c. in nostra.* vbi de hoc. Item dicit, *legitimament*, scilicet, vt detur querela in scri
114 ptis, & detur informatio, prout dixi. Itẽ † credo, quod habet iurare posita in clamo fore vera, & quod non intendit deficere in probando, iuxta constitutionem curiæ Ceruariæ, incipientem, *Deinde sancimus*. quæ est supra *collat. 6.* vide quæ ibi dixi, quoniam si illud iuramentum requiritur quando proceditur cum citatione, multo fortius est necesse hic quando proceditur sine
115 citatione. Item † requiritur quod offeratur huiusmodi querela iudicialiter die non feriata, alias non valeret processus. vt *extra. de feriis. cap.*
116 *conquestus*. Item † requiritur, quod offeratur de die, & non de nocte: *extra. de officio delegati. c. con-*
117 *suluit*. Tunc † enim Vicarius sic legitime requisitus de & cum consilio eius assessoris: vt infra *ea l. cap. vt autem.* visa informatione, & visa potestate querelantis, & aliis videndis, cum constiterit sibi legitime, saltẽ per duos testes de prædictis decernet illũ delatũ fore ipso facto à pace & treuga electũ, & pro tali ab omnib⁹ publice euitãdũ, &c. donec satisfecerit huiusmodi cõstitutioni. Deinde mãdabit litteras stylatas ad alios Vicarios, & Baiulos, ac Prælatos, Barones, & cæteros exercẽtes iurisdictionem in Cathalonia, eis intimando publicationem dictæ electionis, vt amodo nullatenus sustineant tales â pace & treuga electos & publicatos, vt est n similibus stylatum: & hoc sequitur in textu in §. *E los dits officials tal publicatio*, &c. Sequitur in textu, *Sien tenguts degudament notificar*. Nota ꝙ dicit, *seneantur*, ergo etiam ex officio, & sine salario tenebuntur huiusmodi notificationem facere. Pro quo facit quædam pragmatica Regis Petri, *Dum scelerum impunitas*, &c. & quędã Regis Martini: quia etiam tenentur ad hoc ex iuramento, vt supra in iuramento Vicarij, *collat. 1. §. Septimo iurat.* vide ibi. Sequitur in textu, *No pusquen los dits delinquents en alguna manera sufe-*
118 *nir*. Nota † ergo, quod nullus potest intra Cathaloniam sustinere electos â pace & treuga, sed debent eos capere & garrajare: vt in vlt. *Si quis*
119 *de magnatibus*. Sic † etiam non debent sustinere campsores abatuts. vt supra *collat. 4. curia Gerundæ cap. 13. Item statuimus, quod capitulum*, &c. Itẽ
120 nec fugitiuos † armatarum, vt supra *collat. 7. cu-*
121 *ria Gerunda cap. Insuper statuimus*. Nec etiã † raptatos de bausia, nisi voluerint scondire: vt sup. *collat. 4. curia Gerundæ cap. 1.* Adde quæ notantur de bannitis supra *ead. curia Gerundæ, c. 27. Item statuimus & etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit bannitus.* Sequitur quarta pars, ibi in §. *Entenem empero*. In text. ibi, *E purgant la contumacia*. No-
122 ta verbum, † *contumacia*, quia dicitur â contemnendo, & quandoque ipsa contumacia facit reũ haberi pro confesso: quod dic vt legitur & notatur *3. q. 9. c. decernimus*. vide ibi *Archid.* Vnde videtur, quod in hoc processu ante publicatio-
123 nem requiratur monitio & citatio: quia † alias non dicitur contumax, nisi quis fuerit citatus: quare forte tutius foret practicari, quod recepta informatione fieret monitio & præceptũ de soluendo & emendando, sicut seruaui in constitutione de inuadentibus extraneum iter agentẽ, iuxta opinionem *Raymundi de Area*, quam recitaui supra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 47. Item quod Vicarij & Episcopi*, &c. vide quæ ibi scripsi super verbo, *inquirere. vers. Item credo, quod Vica-*
124 *rius poterit*, &c. Verumtamen ista † constitutio hactenus extitit practicata, ꝙ fit processus sine aliqua citatione vel monitione, & ita seruatur de consuetudine, quæ est legum optima interpres. *ff. de legibus. l. si interpretatione.* & *extra. de consuetu. c. cum dilectus.* & sic minime sunt mutãda, *ff. de legibus. l. minime.* non obstat quod hic dicitur de purgatione contumaciæ, quia multiplex
125 est † contumacia: vt notatur *extra. de dolo & contumacia. c. ex litteris.* adde quæ notantur infra *eadem, cap. sicut aduersus*, super verbo, *contumaces*. & in constitutione facta contra insidiantes. vel impedientes comparere volentes: & est illa vltima huius curiæ & collationis. Quandoque etenim

126 nim ipſo iure,& ipſa conſtitutione quis eſt à pace & treuga eiectus, cenſetur ipſa cõſtitutione monitus,vt ſatisfaciat;quod niſi fecerit,reputatur cõtumax,quaſi videatur contemnere ipſam conſtitutionem: & eſt iſta contumacia reſpectu non ſatisfacientis:& non eſt nouum propter atrocitatem factorum,& in eorum exaggerationem procedi contra aliquem ſine citatione,vt hic, & in concordantijs,ſiue ſimilibus caſibus ſupra enumeratis,licet regulariter iudex in corrigendo debeat ſeruare iuris ordinem.Fallit in patre, & marito, & quibuſdam alijs:vt 23.*q.*4.*c.duo iſta.*vide ibi *glo.*& *Gui. in Roſario.*

127 & regulariter † monitio debet præcedere, vt 11. *q.*2.*cap.indigne.*Nihilominus tamen ſi velit iſte eiectus & publicatus perſonaliter comparere,& de iure firmare cum pignoribus, audietur in defenſione ſua niſi malit ſatisfacere, vel conuenire amicabiliter cum querelante,& hoc ſtatim ſubijcitur hic, *E*

128 *ſatisfahent los danys,*&c.Nota *los danys,* quia † proceſſus pacis & treugæ deſe ciuilis eſt, & ad damna illata in corpore vel in rebus competit,& regulariter non datur pro iniuria verbali,vel non ducta ad effectum, ſecundum pragmaticam Regis Iacobi directam Vicario Roſſilionis, datã Barcinonæ 11. kal.ad.Iun.anno Domini 1266. in reſponſione illius conſultoriæ 9.quæſtionum,ad ſextam quæſtio

129 nem.Sed † tamen proceſſus fautoriæ non eſt mere ciuilis:vt infra *collat.*10.*c.la rigor.*dic vt ibi notatur.

130 Item † nota,quod probata violentia per teſtes, vel alias legitime, tunc probantur damna ſolo iuramẽto in.uriam paſsi,præuia taxatione iudiciali, iuxta notata *extra.at nos qua vi metuſve cauſa fi. cap.vlt.* & *l.ſi quando.C.vnde vi.*cum ſimilibus.& ſupra *eadẽ cap.confirmantes in conſtitucio.in gloſ.penult.*adde quæ notantur ſupra *colla.*7.*c.quas ſiquidem. verſ.Item etiã nota,quod regulariter non ſtatur iuramento alicuius,* &c.Sequitur in textu,*E deſpeſes.* Nota quia hic videtur

131 differentia inter dan.na † & expenſas: ſic 2.*q.*1.*c. inprimis,* & *extra.de iniurijs.c.cum olim.* & *c. in noſtra.*

132 Seddic quod † nomine damnorum etiam continẽtur expenſæ,quia damnũ dicitur à diminutione pa-

133 trimonij. *ff. de damno infecto. l.* 4. & expenſæ † minuunt dotem.*ff.de impenſis.l.quod dicitur.ff. de iur.do-*

134 *tium.l.ſi is qui.*§. *quod dicitur.*diminutum vero † dicitur quod de hæreditate exijt:*ff.de peti. haredi.l.deperditum.*Non obſtat illa Decre. *In noſtra.*nã ibi per pactum & iuramentum fuerunt remiſſa damna, &

135 ideo ſtricte accipitur illud verbum: quia † non videtur pacto perimi,de quo cogitatum non videtur. *ff.de tranſact.l.qui cum tutoribus.* facit quod notatur *extra.de tranſact.c.*1. & in expenſis maxima irrogã-

136 tur damna. Et quod † nomine damnorum intelliguntur expenſæ,eſt argumentum *C. de iudicijs.l.ſancimus.*& *C.de bonis auct.iud.poſſ.aut.& qui iurat.* & *ff.de damno infecto.l.inter quos.*§.*finali.* Non tamen nomi-

137 ne † expenſarum continetur pretium: vt patet *ff. de condi.& de. l.quibus diebus.*§. *quidam ita,* ſecundũ *Gui. in Roſario,* ſuper alleg. *cap. in primis* , in verbo

138 *damnum,*& de† expenſis.vide quæ ſcripſi ſupra *collat.* 4.*curiæ illerd.c.*25. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod ſi aliquis poſuerit,*&c.ſuper verbo,*non obſtante.*& ſupra *collat,*5.*c.*29. *Item pro abbreuiandis li-*

139 *tibus.*Sequitur in textu, *a la part.*Nota † hic, q requiritur querela, ſeu inſtantia partis in hoc caſu huius conſtitutiouis, vt dixi ſupra in verbo,*ne ſien requeſts.*ſicut regulariter in alijs proceſſibus pacis & treugæ: vt ſupra *collat.* 2.*curiæ* 2. *Barcino.cap.*13. *declaramus tamen.* & *infra eadem, c.quia quandoque contingit.*§. *caueant autem officiales.* Secus eſt in prælegata conſtitutione de inuadentibus extraneum iter agentem,vbi etiam poteſt procedi ex officio. & ſine querelatore: ſic etiam in proceſſu fautoriæ: vt infra *eod.cap. licet præbere fauorem.* & infra *collat. proxi.c.la rigor.*& ita ſupple hic,*a la part,*ſubaudi.*querelant,* quæ habet eſſe pars priuata, & non fiſci,niſi in caſibus, in quibus alias fiſcus etiam admitteretur ad dãdum querelas pacis & treugæ,de quibus dicam infra *eod.c.quia quandoque contingit.*§. *caueant autem ipſi officiales,*&c.Adde caſum infra *eod.c.vlt.* Sequitur in textu,*o fermant li de dret.*

140 ſubaudi,cum pignoribus tenentibus,prout exigunt conſtitutiones & proceſſus pacium & treugarum,vel in ſubſidium perſonam loco pignorum,iuxta pragmaticam Infantis Alfonſi, directam Vicario Illerdæ,datam Tarragæ quinto kalendas Martij, anno domini 1319. iuncta pragmatica,ſeu prouiſione Infantis Ioannis,tenoris ſequentis:

¶ Infans Ioannes, Sereniſsimi domini Regis Primogenitus, &c. Fideli noſtro Vicario Gerundæ,vel eius locumtenenti, Salutem & gratiam. Vidimus proceſſum per vos factum contra Petrum de Podio de Truyas, & Bernardum filium dena Miyana termini caſtri de Angleſio ad inſtantiam Alamandæ vxoris Bernardi Terres, quondam parochiæ de Vilaſtina tutricis Bernardi pupilli filij & hæredis dicti quondam viri ſui,ſuper pacibus atque treugis ſibi nomine prædicto violatis per ſuperius nominatos; ratione mortis,prout dicitur, per eos perpetratæ in perſonam dicti viri ſui,patriſque Bernardi dicti filij ſui: & appareat ex dicti proceſſus tenore,quod prædicti ſuperius nominati,& per vos moniti comparentes coram vobis,pignora ſufficientia ad clamum per ipſam tutricem datum,ac per vos moderatum, & etiam receptum, bene valentia non tornarunt.Cum iuxta cõſtitutionum formam,ſeu declarationem earum monitus, in caſu quo bona mobilia, & ad clamum, ſeu querimoniam ſufficientia in poſſe Vicarij non tornauerit,ſeu poſuerit, teneatur perſonam ſuam in poſſe dicti Vicarij captam ponere,& in poſſe ſuo captus remanere, [Nota quod pro-

141 prie † captus dicitur,qui in carcere detinetur,

142 vt in viatico,*Captus:* licet largo modo † etiam omnis arreſtatus dicatur captus, iuxta notata per *Ioannem de Imola in Clem. Multorum. de hæreticis.*]donec lis per dictum Vicarium determinata fuerit , & per ſententiam diffinitiuam ſopita.

pita. Ipſique moniti ad inſtantiam dictæ tutricis, ſolum lãceas, tela, enſes, & broquerios, quos ſecum deferebant, vt ex proceſſus tenore apparet, tornauerint, & non perſonas eorum. Idcirco vobis dicimus & mandamus, quatenus niſi ipſi moniti pignora mobilia, & ipſum clamum bene valentia in poſſe veſtro infra quindecim dies à die dictæ monitionis in antea continue computandos, ſecundum formam dictarum cõſtitutionum, aut ſe vbi bona mobilia, & dictum clamum bene valentia non habere allegauerint, nec habere potuerint, & hoc iuramentum præſtiterint, in proprijs perſonis in poſſe veſtro miſerint, ipſos pro eiectis & ſeparatis à pace atq; treuga habeatis, & pro talibus ipſos, & ipſorũ quemlibet, cum fautoribus, adiutoribus & conſiliatoribus euitetis, & voce præconia publicetis, & per omnes officiales & ſubditos domini Regis, & noſtros euitari faciatis; cum iuxta formam conſtitutionum pacis & treugæ ſic fiendũ
143 exiſtat. [Nota, quod † appellatio non valet, nec tuetur eiectum, quin omnino debeat pub-
144 licari, quia † eiectio, ſicut excommunicatio ſecũ trahit executionem. vide *extra. de appella. c. paſtoralis.*] quauis appellatione, ſeu exceptione in contrarium oppoſitis obſiſtentibus nullo modo. Datum Barcinonæ 11. die Decembris, anno à Natiuitate Domini 1372. Iac. Vic.

¶ Hanc prouiſionem hic ideò inſerui, quia valde notabilis eſt, præſertim in hoc, quod dicit, perſonam comparentis abſque pignoribus in cauſa pacis & treugæ debere remanere captã, donec lis fuerit per ſententiam ſopita & terminata, quia iſtud ita clarè non reperi alibi, & eſt gloſſa ſiue intellectus conſtitutionis infra *eadem cap. Et quia ſæpe contingit. §. In hoc autem non intelligimus perſonas illorum*, &c. vide quæ ibi dicam. Et etiam declarat præſentem conſtitutionem, quę non aperit, an debeat perſonaliter, & cum, vel ſine pignoribus comparere. Sed quia cauſa iſta in hoc capitulo eſt pacis & treugæ, ideo intelligitur cum ſuis qualitatibus. Ita videlicet vt comparitio ſit perſonalis, & purgatio contumaciæ habet fieri cum pignoribus, vel quod perſona mittatur loco pignoris, iuxta formam præinſertæ pragmaticæ ſiue prouiſionis. Sequitur in textu, *o fermant li de dret*, ſubaudi, cum pignoribus, vt ſtatim dixi, & conſtat in dictis pragmaticis, & ſupra *collat. 2. curia 2. Barcinonæ ca. 21. Item quod omnis firma*, &c. vide quæ ibi dixi. Sequitur in textu: *En poder del veguer, qui primer per gitat de pau & de treua lo haura*
145 *publicat*. Nota † quia ille Vicarius, qui eſt primus iudex clami, dicitur caput & patronus; & in executione talis proceſſus pacis & treugæ gerit perſonam domini Regis, eius Regiá Maieſtatem repræſentans; & debet loqui in prima perſona, & in plurali, & debet ſe præmittere, quando ſcribit ſuper executione huiuſmodi, quibuſuis Prælatis, Baronibus, & alijs de Principatu Cathaloniæ, iuxta pragmaticam Regis Martini ſuper his editam. Dat. Cæſarauguſtæ 18. die Maij, anno â Natiuitate Domini 1398. Sequitur in textu, *Puſque eſſer reduit en pau & en treua*, ſubaudi, poſt purgationem contumaciæ, vt præmiſit, & nihilominus ſecuta ſatisfactione dãnorum & expenſarum parti querelatrici, vel facta ſibi dicta iuris firma, prout elegerit eiectus. Et ſi elegerit firmare de iure, procedetur ex tũc in lite dato libello, & ſeruato ordine, ſicut in alijs proceſsibus pacis & treugæ. Sed quæro, an
146 facta † eiectione & publicatione querelati ſine citatione poterit procedi ad clami adiudicationem, ſicut in alijs proceſsibus pacis & treugæ, in quibus proceditur citatione præmiſſa? Et
147 videtur quod non † debet aliquis diffinitiue condemnari ex ſola contumacia, iuxta notata per *Bart. ff. ſoluto matrim. l. cum mulier. in q. Quæritur igitur iuxta præmiſſa*, &c. Sed dic contra hoc in caſu, quia non fertur diffinitiua, ſed proceditur datis probationibus ad decretum executionis, quod non tranſit in rem iudicatam, quin ſi venerit purgando contumaciam, habita diſtinctione temporum, quam ponit *Iacobus de Calicio in 24. dubio principalis ſui Directorij*, debeat admitti. Super quo dic vt notatur in ipſo 24. *dubio*. & ſupra *eod. cap.* ſuper verbo, *probats*, in fine. Sequitur quinta & vltima pars, in *§. punitio empero del delicte, o crim*, &c. Et erit punitio pœna capitalis, vt ſuperius dictum eſt. Et nota, quod Vica-
148 rius, coram quo offertur querela, poteſt punire querelatum criminaliter de crimine in querela contento; quod erit verum indubitanter de crimine commiſſo infra iuriſdictionem ipſius Vicarij, ſecus vero forte ſi crimen alias non pertinebat ad ipſum Vicarium, puta quia fuit commiſſum in terra Baronis, vt infra *eadem, cap. Sicut aduerſus. §. Caueat autem Vicarius, quod eſt contra.* Sed dic eſſe ſpeciale in caſu iſto propter atrocitatem criminis, in quo habes multa ſpecialia, quia in iſto proceditur ſine citatione. Item hoc in caſu eſt ſpeciale, quod pro minis ſit pœna capitalis; & quia hic textus ſimpliciter loquitur de crimine, non habita diſtinctione vbi alias fuerit commiſſum; arg. *l. pretio. ff. de publican.* Vel forte iſta conſtitutio in hoc caſu determinatur per allegatum *§. caueat autem*, quia non eſt nouum vt priores leges ad poſteriores trahantur. & è conuerſo. vt *ff. de legibus. l. non eſt nouum*, cum *l.* ſequenti. & hoc eſt forte quod hic ſubijcitur, dum dicit, *ſegon que juſticia dictava*, tene primam, per quam habes aliquid ſpeciale. Et ſic limitetur per hanc *§. caueat autem*. & vt vitetur iurium correctio. *c. cum expediat. extra. de elect. lib. 6.* quia ambæ iſtæ conſtitutiones ſunt eiuſdẽ conditoris domini Regis Ferdinandi, & eiuſdẽ curiæ; & quia quod hic dicitur tempore huius cõſtitutionis ita generaliter ſeruabatur. Et poſtea
149 emanauit diſtinctio *§. caueat autem*. per † quam non eſt credendum, quod vnico verbo voluerit

tolli

quem ſine citatione.

99 *Citatus ſi non curat litem conteſtari, & ſtat longo tẽpore contumax, procedi poteſt, ac ſi lis fuiſſet coteſtata.*

100 *Abſentia delinquentis in criminalibus quandoq. habetur pro litis conteſtatione.*

101 *Lis vbi habetur pro conteſtata ex diſpoſitione iuris, non auditur reus comparendo, & petendo litem conteſtari; ſed debet admitti ad defenſiones, ſi quas dare voluerit.*

102 *Exordium litis quoad iuriſdictionem eſt citatio, & quoad cauſæ initium eſt litis conteſtatio.*

103 *Iudex deſinere poteſt declarare ſuper contumacia, ſed non ſuper expenſis.*

104 *Compareus non debet iudice ſedente recedere ſine licentia, aliter iuſte alio comparente poteſt vt cõtumax condemnari in expenſis.*

105 *Bainlus vel alius iudex ordinarius, ad quem alias pertinet iure ordinario cognoſcere de crimine minarum, licet non fuerit Vicarius, poteſt facere proceſſum pacis & treugæ in caſu huius conſtitutionis. & n. 106.*

107 *Proceſſus pacis & treugæ ex regalia ſoli Vicario pertinet.*

108 *Forma dandi querelam in vim conſtitutionis contra minantes traditur, coram Vicario. & coram Baiulo, nu. 109. 110. 117. & 124.*

111 *Ex officio procedi non poteſt in caſu conſtitutionis cõtra minantes: ſed requiritur inſtantia partis n. 139.*

112 *Querelantis perſona debet eſſe nota iudici.*

113 *Querelantis procurator debet fidem facere de mandato, aliter querela iudicium redditur nullum.*

114 *Querelans præſtare debet iuramentum in clamo poſita eſſe vera.*

115 *Querela iudicialis offerri debet die non feriato. item de die & non de nocte nu. 116.*

118 *Nullus poteſt in Cathalonia ſuſtinere eiectos à pace & treuga, nec campſores abatuts nu. 119. ne fugitiuos armatorũ nu. 120. nec raptatos de banſia n. 121.*

122 *Contumacia facit reum haberi pro confeſſo.*

123 *Contumax non dicitur niſi quis fuerit citatus.*

125 *Contumacia eſt multiplex.*

126 *Quis vbi ipſo iure eſt eiectus à pace & treuga, cenſetur ipſa conſtitutione monitus, vt ſatisfaciat.*

127 *Monitio regulariter debet præcedere vindictam.*

128 *Proceſſus pacis & treugæ eſt ciuilis.*

129 *Proceſſus fautoriæ non eſt mere ciuilis.*

130 *Probata violẽtia per teſtes, vel alias, probãtur damna iuramento iniuriati præuia taxatione iudicialis.*

131 *Damna & expenſæ differunt.*

132 *Damnorũ nomine etiã continentur expẽſæ. & n. 136.*

133 *Expenſæ minuunt dotem.*

134 *Diminutum dicitur quod exijt de hæreditate.*

135 *Pacto perimi non videtur, de quo non eſt cogitatum.*

137 *Pretium non continetur nomine expenſarum.*

138 *Expenſarum materia, remiſſiue.*

140 *Firma iuris in caſu conſtitutionis contra minantes ſit cum pignoribus pro vt in proceſſibus pacis & treugæ, referuntur verba* pragmaticę Infantis Ioannis, *ibidem.*

141 *Captus proprie dicitur qui in carcere detinetur.*

142 *Arreſtatus captus dicitur largo modo.*

143 *Appoſitio non defendit eiectũ, quin publicari poſsit.*

144 *Eiectio, ſicut excommunicatio, ſecum trahũt executionem.*

145 *Vicarius, qui eſt primus iudex clami, dicitur caput & patronus, & in executione proceſſus pacis & treugæ gerit perſonam domini Regis.*

146 *Eiectione querelati facta an ſine citatione procedi poſsit ad clami adiudicationem.*

147 *Condemnari diffinitiue quis non poteſt ex ſola contumacia.*

148 *Vicarius poteſt punire querelatũ criminaliter de crimine in querela contento.*

149 *Non creditur vnico verbo Principem voluiſſe auferre pragmaticas. declaratur ibidem.*

150 *Pœna criminum regulariter ſecundum vſaticos ſum arbitraria.*

COm molts entenents a fer mal ſie meſter exemple, &c. Hæc conſtitutio eſt multũ notabilis, & mẽti tenẽda propter plures ſingularitates quas habet; & quia prouidet nequitiæ plurimorũ. Et
1 breuiter hoc dicit. Inferẽtes minas, metus, aut terrores emptoribus, poſſeſſoribus, aut cultoribus poſſeſſionũ, vi curiæ venditarũ, aut auctore prætore adquiſitarũ, vel poſſeſſarũ, ſunt ipſo facto à pace & treuga eiecti, & pro talibus abſq. citatione aliqua, prẽhabita tamẽ de prædictis informatione publicãdi, & euitãdi ad requiſitionẽ, ſeu querelã poſſeſſoris minati, vel alias damnificati.
2 ¶ Secũdo in §. *entenẽ empero*, dicit, † quod alis eiectus cõparendo & purgãdo contumaciã, & ſatisfaciẽdo de dãnis, & expenſis querelatori, vel firmãdo ſibi de iure in poſſe Vicarij, corã quo querela oblata fuerit, poteſt reduci in pacẽ, & treugam. ¶ Tertio & vltimo in verſ. *Punintlo*, dicitur quod
3 querelatus eiectus prædictus, ſi cõparuerit, debet puniri de exceſſu iuſtitia mediante. Hoc dicit vſq. ad finẽ. ¶ Et cauſa cõmodioris declarationis & intellectus huius cap. diuiditur in partes quinque. In prima ponit procœmiũ, ſiue exordiũ. In ſecũda ibi, *per aço a aqueſta*, &c. Ponit modũ & formã procedẽdi contra dictos minãtes, & alios delinquentes per Vicarios. In tertia ibi, *E los dits officials*, &c. Ponitur qualiter Barones, & cæteri ad requiſitionem Vicariorum tenentur dictos eiectos etiam à ſuis Baronijs, & territorijs euitare. In quarta, ibi, *Entenem empero*, prouidet eiecto volenti purgare contumaciam, vel reduci in pacem & treugam. In quinta, & vltima, ibi, *punintlo empero*: prouidet circa punitionem delinquentis. ¶ Vnde collige notabilia. Primo nota
4 illud, multis † crallantibus opus eſt exemplo: vt *l. aut facta. in fin.* ff. *de pœnis*, quæ eſt canonizata in Decretis, *de pœn. diſt. 1. cap. aut facta.* Secundo
5 nota, † nulli licere ſibi ius dicere, & minas alteri facere, quod eſt verum regulariter, vt *C. ne quis in cauſa propria ius ſibi dicat.* & *C. de Iudæis. l. nulli.* Fallit *C. quãdo. lic. ſine ind. ſe. ven. l. 1. & 2.* Ter-
6 tio † nota caſum, in quo proceditur ſine citatione, ſic eſt etiam contra illũ qui capit hominẽ in pace & treuga conſtitutũ contra tenorem pacis:

cis:vt in *conſtit.pacis*, quæ incipit, *Notum ſit cunctis.* §. *Item ſtatuimus, quod ſi quis contra tenorem pacis*,&c. Item eſt ſimile infra *eod.cap.vltimo*,eſt etiã ſimile in *conſtit.nona*.infra *colla.* 11. *cap. commemorantes*. Item habes alium caſum ſimilem de extraneo inter agente,vt ſupra *colla.*2.*in* 2.*curia Barc.* c.45. *Itẽ quod Vicarij & Epiſcopi.* ¶ Sequitur expoſitio litteræ ſuper tex.ibi,*algũs ſobre aço drets pre* 7 *tenents haver.* ſubaudi,† ſi forſan alias ius haberẽt ſeu habeant,attamẽ eis non fuit,nec eſt licitũ ſibi taliter ius dicere propria auctoritate, & verius temeritate;vt dicta *l.nulli.C.de Iudæis.* & *C. ne quis in cauſa propria.*in rubro,& nigro.& *ff.quod metus cauſa.l.extat.* & *C. vnde* 3.*l. ſi quis in tantam.* cum ſimilibus. & in *vſat. Quicumque expellerit.* ¶ Sequitur in text. *els poſſehidors de les dites coſas.* ſcilicet,rerum, & poſſeſsionum per curiã auctoritate iudiciaria venditarũ, ſeu alias alienatarũ. ¶ Sequitur in text.*de fet,o de paraula,no dupten fer* 8 *manaſſes.*Nota † hic minas non ſolum verbis,ſed 9 etiam facto fieri: quia † facto etiam animus propalatur:vt in *cap.non extimemus.* 11. *q.* 1. cum ibi notatis per *gl. f.*vt puta per ſigna crucium,ſollarum,& alia huiuſmodi,vt ſubijcitur ſtatim:facit 10 1.*diſt.cap.ius militare*,ibi,*ſigno dato*,&c. Item† nota hic,quod minæ etiam verbales ſunt delictum 11 per ſe,quia† hominem homini inſidiari nefas eſt: 12 vt *ff. de iuſtitia & iur.l.vt vim.*in fin. ¶ Et † propter minas poteſt quis compelli ad dandum ſecuritatem pacis,ſi ſit iuſtus timor, vt puta,quia aliquis potens comminatus eſt ſimplicem, hoc eſt hominem humilem, vel plebeum aut ruſticum;& eſt talis qui conſueuit talia facere; cum 13 facta † hominis ex dictis penſemus: vt *C. ſi quis* 14 *Impera.maledi.l.vna*,& ſic poteſt † intelligi *l.metus autem præſentem.ff.quod metus cauſa.* & *l.* 4. & 15 5.& ita † iuſtus timor eſt, qui timet tyrannum: *ff.ex qui.ca.in po.eatur.l. Fulcinus.* §. *ſi quis autem.*idẽ 16 ſi nõ† fuit minatus ſi alias inſidiatus fuerit,quia poteſt petere cautionem;*C. qui accu.non po. l. pro-* 17 *per enormem.*& talem†enormem poteſt dici qui poteſt cadere in conſtantẽ,vt dicta *l. metũ.* & *C. de tranſac.l.interpoſitas.*& *extra.quod metus cauſa.c. cũ dilectus.ff.locati.l.habitatores.* §. 1.cũ ſimil. ¶ Itẽ 18 nota,† quod minæ inducunt iuſtũ metũ, quando fit iactatio ab illo qui eſt potens,alias nõ: *glo.* in *l.metũ.* ff.*quod metus cauſa.* vide ibi *Bar.* declara- 19 rantẽ.Item † capitales minæ inferunt iuſtũ metum;*C.quod metus cauſa.l.ſi donationis.*vide ibi *Cin.* 20 ¶ Item † clamor populi inducit iuſtũ metũ ff. 21 *qui & a quibus.l.ſi priuatus.*Item † metus iuris, & iudicis iuſtam cauſat actionem, *quod metus cauſa.* 22 *l.*3. Item † metus mortis, & cruciatus corporis, & metus verborum,& ſeruitutis,& vinculorum iuſtam pariunt actionẽ,quod metus cauſa; *eod.* 23 *l.ſi per vim.*& *l.ratione.*Item † qui ſe obligat vel vendit officiali,ex hoc præſumitur metus; *quod* 24 *metus cauſa.l. ſi per impreſsionem.* Item † ſoluens indebitũ officiali vel aſſerenti ſe officialẽ,illud 25 repetit:vt *l.ſi mulier.§.ſi.ff.eod.tit.* Sed licet † ſolutũ ſponte metu præcedẽti nõ repetatur actione *ꝓ metus cauſa*, repetitur tamẽ condictione in- 26 debiti:*l.*2.*C.ꝓ metus cauſa.*Sed † metus nõ præſumitur vbi factus eſt cõtractus cũ conſenſu ſeu interuẽtu amicorũ:*Bar.*in *l.tranſactionẽ C.eod.tit.* Fa- 27 cit *conſtit.Perpinani ad tollendã.*Itẽ † nota ꝙ ſi mulier verberata promittit ad voluntatẽ mariti, ſi ſoluat,præſumitur facere inſtãte metu; quia eadẽ cauſa ſubeſt: *ff.de cõdi.ob.tur.cauſa.l.pennul.*ſecũ- 28 dũ *Bar.*ibi. ¶ Quæro † quot modis præſtatur ſecuritas? *Gui.de Cug.*in *l.illicitas.*§.*ne potẽtiores.ff.de offi.præſidis*,dicit ꝙ altero de trib' modis. V no modo per promiſsionẽ. Alio modo per perſonę publicæ adhibitionẽ. Tertio modo per ſigna,vel tituli impoſitionẽ.Primo,videlicet per promiſsionẽ,vt ſi timeo â te mihi inferri periculũ mortis, certe poſſum petere, vt tu promittas non facere mihi damnũ:ſic loquitur in *auth.de man.prin.* §.*ſed neq.*& *C.de his qui ad Eccleſias cõfu.l.præſenti.penul.* Et præſtabitur hæc ſecuritas cũ iuramẽto, iuxta notata per *Gui.*vbi ſupra & etiá per homagiũ de cõſuetudine Cathaloniæ,& ita ſeruatur incõcuſſe in omni ſecuritate quæ præſtatur perſonę pro 29 pace vel treuga. ¶ Sed † an debeãt dari fideiuſſores? *Gui.* dicit hoc arbitriũ. Tu dic quod nõ cõſueuerunt dari,quia ſufficit homagiũ,cuius tráſgreſsio in tali caſu eſt pœna capitis, vt dixi ſupra *colla.*4. *curiæ Gerundæ cap.* 1.vbi agitur de raptato de bauſia.vide in *tractatu* quem feci *de homagio*, & hoc verum, niſi aliter conueniat inter 30 partes,vel ex laudo arbitrorum.Et † nota quod minans debet cauere,quod non inferat damnum per ſe,vel alium,&c.hæc ſunt hodie notorij ſtyli curiarum, & notariorum in hac patria. Item 31 poſſum † petere ſecuritatem pro me, & amicis meis & valitoribus, & pro hoc facit quod dicitur de muliere quæ recuſat iudicem cum ſua domo, vt *C. ſi quacumque poteſtate præditus.l.vna.* §. 32 *penult.* ¶ Item nota, † quod minor non reſtituitur aduerſus pacem, quam fecit de morte patris: ſecundum *Iacob.de Aren.*& *Cinum* in *l.* 1. *C. de in* 33 *int. reſti.* Et † ex hoc patet,quod facere pacem non inducit læſionem,ſecundum *Ant.de Butrio in Spica iuris ciuilis*,in verbo *minor*, & in verbo *pax* 34 quod facit,vt † qui ad pacẽ cogitur, non dicatur lædi,nec per hoc guidaticum ſibi datum infringi,quia ex pace ſibi vtilitas procuratur. ¶ Sed 35 quæro † an mihi debeãt dari cuſtodiæ per curiã ſi iuſte timeo? Reſpõdeo,ſecũdũ *Gui.*Princeps hoc poteſt facere in perſona, & bonis pro libito ſuæ voluntatis:vt *de ero.mili.anno.d.ſi.li.* 10.Sed iudex hoc nõ debet facere,niſi ꝓbata cauſa,& præsẽtib' partib',& tũc ſi videat hoc expedire,facere põt. arg. eius qui mittitur in poſſeſsionẽ rei qui ingreditur auctoritate iud.cis.vt *ff.in f. ff.e.l.qui miſſus.* 36 ꝓ hoc *C.de offi.mili.inde l.ſi.*& ſic habetur † etiã in criminib':quia quãdoq.re' traditur cuſtodię, quãdoq. detruditur in carcerem. ff.*de cuſto.reorũ.* 37 *l.* 1.& *l.ſi.*Sed † quandoq.præſtatur ſecuritas per ſigna vel tituli impoſitionẽ: vt quando timetur

inferri damnum perſonis & rebus, tunc poteſt impetrari ſaluaguardia: & dicit *Gui.* quod hoc debet fieri cũ cauſa iuſta, & præſentibus partibus: arg. *ff. de adop. l. nã ita diuus.* Sed † de iure harũ conſtitutionũ Cathalonię omnes ſumus ſub ſecuritate paciũ & treugarũ, & ideo non poteſt impetrari ſpiritualis ſaluaguardia, niſi in caſibus, vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barci. c. 18. Itẽ q cũ quilibet ſit, & debeat eſſe in guarda.* vide quæ ibi dixi. & *ead. colla. 4. in curia Montiſalbi c. 3. Itẽ ad ſupplicationẽ dictorũ ricorũ hominũ*, &c. ¶ Vlterius quæro, † quæ ſit pœna violatoris pacis. vide in tractatu *de homagio*, quẽ poſtea compoſui? Reſpondeo, Si quæris de ſaluaguardia Principis in Cathalonia, dic q punitur iuxta *vſat. Simili modo.* Si vero quæris de generali ſecuritate cõſtitutionũ paciũ & treugarũ huius patrię, dic vt in ipſis cõſtitutionibus continetur. Sed vltra punitur violator iuxta qualitatẽ delicti, vt hic ſubijcitur in fi. huius *cap.* Sed ſi quæris de violatore pacis, & ſecuritatis ſpecialiter iuramento, & homagio vallatæ, eſt pœna capitis, vt dixi in prælleg. *c. 1. ſupra curia Gerundæ coll. 4.* & vide ibi de pœna perpetratoris. Aut quæris de iure cõmuni, & dic ſecundũ *Gui.* q debeat puniri iuxta qualitatem delicti, & etiã aliquantulũ maiori pœna, quam ſi ſecuritatẽ non præſtitiſſet. Sed dic aut pro iſta ſecuritate pacis præſtitit iuramentũ & homagiũ ad forũ Aragoniæ, & ſecundũ conſtitutiones, & cõſuetudines Cathalonæ, & tunc ſi violauit inferẽdo necem, vel vulnera, aut ictus in perſonatã vel aſſecuratã, & talis violator debet mori, vt dixi in *c. 1. curia Gerundæ*, prælleg. Si vero damnũ intulit in bonis tantũ, tunc poteſt minus puniri arbitrio iudicantis; tamen ſi damnum fuerit graue vel forte cũ immiſsione ignis, etiam debet mori de rigore pro exẽplo ſecuritatis pacis, & vt cæteri terreantur, maxime in hac patria, quia multis craſſantibus exemplo opus eſt, vt hic, & dixi ſupra. Adde quæ ſcripſi *in Summula de homagio.* Si vero violauit ſecuritatem ſpecialiter datam à Principe, forte incurrit pœnam legis Iuliæ Maieſtatis: vt ff. *ad l. Iul. Maieſt. l. ſecunda.* & *de re m l. l. penult.* Quidam tamen dicunt, quod debet tradi parti, quam læſit, vt puniatur ſecundum quod ei videbitur: ſicut eſt in legatis hoſtium: ff. *de lega. l. fin.* & *de legatis ſecundo. l. Iul.* Sed illud eſt ſpeciale in legatis hoſtium ex quadam ęqualitate iuris gẽtium ſeu conſtitutionis, alias ſecus, quia quis † non debet ſibi allumere vltionem: vt *C. de Iudæis. l. nulli.* & ff. *de iudi. l. nemo.* Fallit in vſat. *Si quis de homicidio.* & in vſat. *Mariti*, ſed in eis non permittitur inferri mortem, vbi † certa pœna non reperiatur, erit arbitrio: ff. *de iure delet. l. 1.* & *extra. de offic. dele. cap. de cauſis iudicis.* vt ff. *de effrac. & expila. l. effractores.* & *de cuſto. reo. l. ſi quis reum.* Alij autem dixerunt, & minus bene, quod nulla alia eſſet pœna propter promiſsionem, & cautionem ſecuritatis, niſi ſecundum qualitatem delicti: vt ff. *de officio præſi. l. congruit.* in princ. quaſi ſolum ſit effectus vt magis timeatur. Sed quia iſte plus delinquit. & proditionem etiam committit, quia fidatum doloſe percuſsit, vel alias damnifi:auit, & propter proditionem grauius punitur: vt ſupra *ead. cap. comfer, o contraure. §. e encara aquell,* & ſupra *collat. 6. curia Perpiniani. cap. vt occaſioni.* vide quæ in eis dixi. ¶ Item † quæro an iſta ſecuritas erit perpetua? Reſpondeo, ſi eſt præſtita pro pace, erit perpetua: quia pax † eſt diſcordiæ finis, & idẽ vbi ſimpliciter promittitur. Secus eſt in treuga, vel alias vbi ex conuentione tempus adijcitur: quia † pacta ſeruantur, vt pax cuſtodiatur, *extra. de pac. cap. 1.* & nota per *Doct. in cap. 1. extra. de treuga, & pace.* ¶ Sed † pone. Aliquis verbotenus minatus eſt tibi in aure, nec alias eſt inſidiatus. Sed dixit tibi in aure, quod ipſe haberet à te caput, nunquid habebit tibi præſtare ſecuritatem? Videtur quod non, quia cauſa probari non poſſet. Dic contra ſecundum *Gui.* quia † probabitur per coniecturas, puta quia alias habebant litem vel odium, vt in *auth. de teſti. §. ſi vero odioſus.* argum. ff. *de excu. tu. l. propter litem. C. de reuo. dona. l. fin. in auth. vt cum. de app. cog. §. cauſas. colla.* 8. & etiam crederetur † cum iuramento eius qui ſecuritatem petit. Facit ff. *de dam. infecto. l. prætor.* in prin. & ff. *ad exhib. l. theſaurus*, cum alias probare non poſſet, argum. ff. *de excu. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit.* Imo † hodie de facili ad petitionem cuiuslibet quis compellitur ad pacem, quia ſuſpectus eſt qui pacem iurare recuſat. & iuxta conſtitutiones † Cathaloniæ pacium & treugarum quilibet maior quatuordecim annorum tenetur iurare ipſas paces & treugas, alias poſſet eijci, ideſt, poni extra pacem, vide ſuper hoc *Gui. Præpoſi.* & quæ ibi apoſtillaui ſuper eo à pace & treuga, vt habetur in fin. cuiuslibet conſtitutionum pacium & treugarum huius patriæ, & ita ſeruatur in hac patria inconcuſſe, & ſic minime ſunt mutanda, &c. ff. *de legi. l. minime*, & eſt ratio, quia † communiter Cathalani ſunt valde animoſi, & habent ſpiritum in naribus, & parum hæſitant occidere inimicum: & ſic cautela opus eſt. Quid ſi vidiſſes proditiones, & diſcordias annis à Natiuitate Domini 1462. 1463. & 1464. & vſque ad annum 1472. ¶ Item nota, quod † ſtatim cum aliquis minatur alicui, frangit pacem. Ideo iuſte imploratur iudicis officium pro ſecuritate præſtanda: vt *l. harum.* & *l. egi.* ff. *ſi ſeruus vendi.* & *l. denunciamus. C. de his qui ad ec. confugi.* & *C. de præpo. ſacro. ſcrin. l. iubemus. §. 1.* & poſſum † petere vt puniatur ille qui mihi minatur: vt habetur in iſtis qui ponunt ſigna minarum, vt *l. ſarcularij. §. quædam. ff. de extraordi. cri.* & infra *ead. collat. cap. vltimo.* vide quæ ibi notãtur. Tamen † de iure cõmuni iudex non poteſt partes cogere ad pacem, niſi forte iuper hoc Reſpublica inquietaretur, tunc enim poſſet, argum. *l. congruit. ff. de offic. præſi.* & in *auth. de man. prin. §. eos.* vide *gl. ſ.* & *Bar. in l. furti. §.*

qui

Digitized by Google

qui iuſſu.ff.ex quibus ca. infa.irro.& Gni. in ſpe. tit. de pig.§.ſequitur,quid ſi timeo & de offi.dele.§.ſequitur.verſ.Quid ergo. Sed † tamen de magna æquitate & bona ratione,ſecundũ quas etiã in hac patria iudicandũ eſt;vt dixi ſupra *eod.c. per tal que lesleys.* quilibet cogendus eſt præſtare ſecuritatẽ petenti ſaltẽ de conſuetudine patriæ,& ſtylo curiarũ.vt dixi,& de hoc ſunt priuilegia in ciuitatibus Barcinonæ, & Gerundæ , & ita vtitur per totam Cathaloniã.& bene fauore pacis:& de hoc videtur caſus in conſtitutionibus paciũ & treugarũ,in fi.dũ dicitur, *ſi quis maior 14.annorũ has pactes iurare noluerit.* Sed ibi loquitur de iuramento generali de ſeruandis ipſis conſtitutionibus; tamen excipiuntur milites & domicelli. ¶ Vnde circa iſta quæro de vna notabili quæſtione, quæ quotidie contingit. † Aliquis fecit ſe guidari per curiã,venit alius , cui iſte minatus fuerat ad mortẽ, petens ſecuritatẽ ſibi per eum intẽ præſtari,iuxta materiã prætactã: iſte minans allegat guidaticũ.dicens ſe cõpelli nõ poſſe ad pacem, & ſecuritatẽ præſtãdã:fuit ſæpius,& adhuc quotidie dubitatũ an iſte guidatus,non obſtante tali guidatico,debeat per curiã compelli ad dãdum pacẽ & ſecuritatẽ ſuo aduerſario petenti: & per guidatum allegatur , quod non debeat cõpelli, nec grauari inuitus ad talẽ ſecuritatem præſtandã,ex quo fuit guidatus & ipſo guidatico durãte,quia fides licet dari non debuerit attamẽ † ex quo data fuit,etiã hoſti,eſt ſeruanda:vt 23. *q. 1. c.noli*,& graue eſt fidẽ fallere.allegat caſum pro ſe in *vſat.Quoniã per iniquũ*,vbi dicitur , quod fides principis ſeruanda eſt.Itẽ hæretico, & infideli ſine malo ingenio , *è ſens engany* . Sed ſi talis guidat⁹ cõpelleretur inuitus,eſſet facere ſibi *engany*,ſiue deceptionẽ,cũ ipſe forte alias receſſiſſet,& ſub fide guidatici remãſit,alias receſſurus, & ſic foret deceptus,& in hoc prætendit damnũ & iniuriã ſibi inferri, cũ cupiat ſe vindicare de illo,& damnum eſt in eo,quod non poſſet facere ſuã voluntatem de vindicta , ſicut etiam dicitur lucrum ſeu commodum,ex quo quis facit volũtatem ſuam:vt *ff.ad Trebell.l.quia poterat.* variæ † enim ſunt hominum volũtates,vt ibi dicitur. In contrarium pro parte minati pacẽ quærentis allegatur,quod de iure,& iuxta conſtitutiones ac conſuetudines patriæ dictus minator debet compelli ad dandũ dictã pacis ſecuritatẽ per iura, & rationes ſuperius allegatas.Nec obſtat allegatio prætenſi guidatici , quia licet guidaticũ concedat ſecuritatem ne damnificetur , tamen nihilominus poteſt,& debet pati,quod eſt ſibi vtile,& commodum,quia in hoc iuuatur , & non grauatur:quia poteſt compelli ad recipiendũ ſolutionem,& bona ſua , alias tanquã ſtulto,demẽti, & prodigo daretur ſibi curator:vt ff. *de curatore furioſi.l.1.* Itẽ ſi alias efficeretur furioſus,poſſet vinculari,nec redderentur ſibi arma:& hoc pro vtilitate ſua,ne cũ furore ſe vel alios lędere poſſet: vt *22.q.2.c.ne quis arbitretur.* Sic † etiã poſſet inuitus capi,includi,& cuſtodiri. ne offenderetur ab eius inimicis:quia hoc non eſt facere ſibi violentiã,ſed repellere malũ,& iuuare cuſtoditũ faciunt quę leguntur & notantur *extr.de ſent. excõ. cap.quata.* & per *Ioan.in Sum.Conſe.lib.3. tit.33.q. 35.quid de cõuerſis*,&c.in *ver.ſequitur*,& ibi dicit, † ſi ego,qui non habeo poteſtatẽ aliquã iuriſdictionis,video q̃ aliquis vult verberare clericũ ſine meo cõſilio,vel auxilio,non credo q̃ ſim excõmunicatus ſi nõ prohibeo illũ,licet aliter peccẽ,quia ipſum nõ defendo,cũ poſſim,quia teneor iniuriã propulſare à ſocio: *23.q.3. c. nõ inferenda.* & *c.vlt.* vide ibi latius,& in alia *q.eod.tit.* quę incipit,*quid ſi officialis talẽ capiat , & liget auctoritate propria,cũ periculũ ſit in mora,nec aliter poſſit compeſci ab inimico iniuria,tunc meretur,23.q.3. c.fortitudo.*& *c.ſequenti.* vide quæ notãtur in *l.quoniã.C.de app.* Sic in propoſito,quia forte,niſi iſte guidatus daret ſecuritatẽ inimico, poſſet dãnificari ab eo, vel ipſe illũ læderet,& ambo venirent ad arma, & melius eſt ante tempus occurrere,&c. faciunt notata per *Bar.in l.equiſſimũ. ff.de vſufr.* Et lucrũ animæ, & corporis commodum eſt iſti guidato prohibere ipſum à malo,& peccato,a à damno, quod ſequi conſueuit ex guerris,& bandoſitatibus;& lucrũ † animæ præferendũ eſt lucro honoris vani,vel placiti tranſitorij:vt *extra. de pœn. & remi.c.cũ infirmitas.* & ita guidaticũ conceſſum ad finẽ repellendi damna & iniurias nõ deberet contrariũ operari,nec retorqueri in læſionẽ animæ ipſius guidati : vt *C. de legibus l. quod fauore,* quia non fertur opẽ qui iuuat ad peccandum : *14. q.vlt.c.Si res.* nec aliter fuit credibile, eſſe de mẽte concedentis,& etiam ipſius guidati. Et hanc partem credo veram , niſi impetrando guidaticum de hoc quod non poſſet ad pacẽ compelli expreſſe,& ſpecialiter cõueniſſet , tunc enim licet tale guidaticũ concedi non debuerit, tamen clarũ ſeruari debebit;ſic loquitur. *c. noli* præall. & *c. Antigonus.extra.de pac.* & prædicta vera , niſi ille minatus querelã dediſſet in vim dictarũ cõſtitutionũ paciũ, & treugarũ. quia tũc non valet guidaticũ allegari,iuxta pragmaticã Regis Martini. vide tñ quæ ſcripſi ſuper *vſat.Quoniã per iniquũ*,& quæ ſcripſit *Gni.Præpoſiti in ſuo tract.de pace & treug.c.29.* & *Iac.de Cal.in ſuo Directorio.15. dubio.§.tertio.& in 22.dubio.* & adde quæ apoſtillaui ſuper eis. Et † male facit officialis,qui expreſſe guidat aliquem,ita quod nõ compellatur ad pacem , quia violat iuramentum quo iurauit facere iuſtitiam, quia etiam iurauit non guidare, ſine conſenſu iniuriati : vt ſupra in forma iuramenti Vicarij.§. *Item promitto vobis*, &c. Et ſi ſecus faciat, ipſe iam ſe impediret in miniſtrando iuſtitiam,quam facere iurauit , & tenetur ex debito ſui officij;& ſic tunc taliter guidando peccat,& facit iniuſtitiã , & impedit viã iuſtitiæ in damnũ Reipublicę;& hoc quãdo ſic guidaret ex ſola cauſa volũtatis,ſecus ſi ex cauſa neceſſaria: puta quia vocauit illum ad perhibendum teſti-

monium in iudicio,& ille nolebat venire,niſi taliter guidaretur.Et audiui quod ſecundum hanc meã opinionem ſeruatur Barcinonæ, & alibi. Sed Gerũdæ vidi contra aliquãdo ſeruari de cõſilio quorundã ſed dubito ne ipſi incidant in gehennã,præferendo vanũ honorẽ mundanũ paci,
62 quæ † eſt vinculũ charitatis: *extra.de iudi.c.nouit.* quidã tamen ſeruarunt meã opinionẽ,& per Dei gratiã nullũ ſcandalũ fuit inde ſequutũ;ſicut de contrario viſum fuit,propter bandoſitates, quæ ſecutæ fuerũt occaſione prædicta,quia nõ fuerũt cõpulſi ad præſtandũ ſecuritatẽ pacis cũ eorum inimicis pacẽ querelantibus. Sed conſulerẽ officialibus quatenus in omnibus guidaticis excipe
63 rẽt cauſa pacis,ad tollẽdũ antractus,& ambigui tates. Et † de iure cõmuni non eſt danda ſecuritas homicidis;& ſi detur,non eſt ſeruanda:vt in
64 *auth.de mand.prin.§.neq. homicidis.* Et † ibi nota, quod non poterit contra præſidem,legem,vel iuſtitiam,quam contempſit,auxiliũ inuocare. Facit *C.de preci. Impera.offe.l.quotiens.* vbi dicitur. q̃ ſolus princeps poteſt concedere dilatoriã exceptionẽ,& ita forte loquebatur *vſar. Quoniam per iniquũ,* tamen de cõſuetudine extẽditur ad alios officiales licet ibi ſpecialiter loquatur in Principe. vide quæ ibi ſcripſi ſatis late. ¶ Sequitur in text. *per les quals,* ſubaudi, *manifeſtes:* & d c, ſci-
65 licet eorũ occaſione, & metu, & † ſic qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur: vt *extra. de homicidio. capitulo, de cætero.* de quo vide
66 ibi per *Henricum Boich.* Sequũtur † enim ex hoc damna,quia quandoq. dictæ terræ deſeruũtur,& rẽmanent incultę: quandoq. etiam, quia fructus ibi ſeminati & Dei gratia pullulati,à prædictis minatoribus depopulantur incendio, aut alias deſtruuntur,& hoc ſubiicit,ibi, *los fruyts per pro-*
67 *uiſsio celeſtial,* &c. & dic, *prouiſio celeſtial.* quia † nõ eſt in hominis poteſtate quod ſemen ſerenti reſpondeat:vt *extra.de decimis. c.cum non ſit.* ¶ Sequitur in tex. *als camps,* ſubaudi,& idẽ in vineis, & hortis,ac ne noribus, quia eadem eſt ratio. &
68 ven unt † etiã nomine agrorũ largo modo, licet in vulgari noſtro ſtrictè intelligamus cãpos dici de terris tantũ in quibus conſueuit ſeminari bladũ,& frumentũ.& ſimilia. Tamen de vineis etiã, & hortis,mãſis,& cunctis terris fructiferis loquitur,ſaltẽ ſecundũ mentem,& ita de conſuetudine practicatur,& cõſuetudo eſt verus intellectus legis. vt *extr.de conſue.c.cũ dilectus.* ¶ Sequitur in tex. *no duptẽ.* & hoc imo,quia de facili talia facinora relinquẽtur inulta,propter pecunias vel fa-
69 uores magnatũ,quia † cupiunt tales feroces ſecũ habere,ad terrendum alios & facilitas veniæ in-
70 centiuum † tribuit delinquendi, vt *extra.de vita & honeſt.cle i.cap.vt clericorum mores:* vt etiam nullam reus pertimeſcit culpam, quã redimere nummis exiſtimat; 11.*q.3.cap.pauper.* vnde hanc, & ſimiles conſtitutiones, quæ non prohibẽt facultatẽ remittendi, hodie reputo quaſi intructuo
71 ſas,maxime Barcinonæ,vbi † Vicarius & Baiulus de facili., & pro nihilo faciunt remiſsiones: quare eſſet neceſſe in his pœnalibus adimere facultatẽ perdonandi, niſi ſaltẽ per ſolum Principem; aut per alios cum voluntate offenſi, vel eius hæredis, aut proximiorum: videmus enim quotidie criminoſos impunitos relinqui pro pecunia,nulla facta ſatisfactione iniuriatis, vt dixi alias ſupra *colla.6.curiæ Perpiniani c.inſuper. & curiæ Monuſſoni cap.nos & primogenitus.* ¶ Sequitur in text. *o foſſes, creus, o altres ſenyals morts deſignants,* &c. quia mortuus in ſolla ſepulturæ, ſiue ſouea ponitur;& cruces coram funere deportantur,dum ad ſepulturam ducuntur, vnde dignum
72 eſt, vt iſti † qui minas & ſigna mortis faciunt,
73 pœna mortis puniantur. & hoc ſubiicit,ibi, † *E aqueſts aytals degnen de pena capital eſſer punits.* & hoc eſt etiam de iure communi, vt in *l.ſarcularios.§.ſunt quædam.ff.de extraord.cri.* & facit *C. vt nemini liceat.ſine iudi.auct.l.1.* & 2. Et ſic nota caſum,in quo minæ puniuntur ad mortem, & hoc eſt propter adiectionem foſſarum, ſiue foueaꝝ; vel crucium, vel aliorum ſignorum mortem deſignantium, quia etiam multo fortius ſi ad factum mortis vel vulnerum proceſſerint, ceu alias
74 violentias commiſerint;quia † augeri debet pœna delicti propter concurrentiam criminum, vt notat *Bal.* in *auth. ſed nouo iure. C. de Epiſcopis & cleri.* ¶ Sequitur §. *perço a aqueſta tan gran audacia,*
75 *è delitte,* &c. Nota † hic audaciam ſumi in malam partem, & congruentius dixiſſet *temeritat,* iuxta notata infra *cad,cap.licet præbere,* ſuper ver
76 bo *refrenetur audacia.* Eſt † enim audacia poſt conſilium. Sed temeritas eſt ſine conſilio, quod temerarius non cogitat periculum. ¶ Sequitur in tex.ibi, *ordenam que ſi algun,* ſubaudi,vel ſi qua,
77 quia † maſculinum concipit fœmininum: ſic 17. *q.4. cap.ſi quis ſuadente diabolo.* & de hoc per *gl.f.* & ibi *Archi.in Roſario,* addit, quod commu-
78 niter dici conſueuit, q̃ † in fauorabilibus maſculinum concepit fœmininum; in odioſis non. & ſic ſoluitur *ff.de verb.ſigni.l.1.* Et circa hoc ibi diſtinguit,quod,aut ſunt verba legis, vel canonis; aut teſtatoris, aut contrahentium; aut iudicis, aut ſtatutorũ: & etiam ſubdiſtinguit.& latiſsime proſequitur hanc materiam. vide ibi. Vbi
79 etiam † tenet, quod Iudæi non ligantur conſtitutionibus Eccleſiaſticis: q̃ eſt verum ſaltem quo
80 ad pœnas excõmunicationis, nam cũ † iam ſint extra Eccleſiã, non poſſunt inde eijci. Sed indirecte excõmunicãtur, quia ſubſtrahitur eis cõmunio fideliũ,vt *ext.de Iudæis.c.poſtulaſti.* vide ibi. Sequitur in tex. *daqueſt tan foll goſar mogut.* Nota *foll*
81 *goſar,* quia proprie eſt temeritas, quia † audacia proprie virtus eſt fortitudinis. & ita hic, & ſupra ſumitur *goſar* improprie,ſcilicet pro temeri-
82 tate, & † quid ſit temeritas,vide *Bar.* & *Bal.* in *l.eum quem temere.* ff.*de iudi.* & per *Henr.in c.qua fronte.extr.de app.* & dicam infra *ead.l.licet præbere.* ¶ Sequitur in text. *als poſſeidors de les dites co-*
83 *ſes.* ſcilicet, *camps, vinyas, horts,* &c. Nota † verbum

bum,*poſſebidors*, quia debēt intelligi ſecundum communem loquelam vulgarem, vt comprehēdat colonos,inquilinos,& ſeruos,& quoſlibet habitantes in māſis,bordis,& domibus,ac colonijs, quæ nomine dominorum poſsident,& ita de tē toribus ex tenuta & poſſeſsion facti etiam loquitur hic,nedum de dominis, & hoc ſubijcit, dum dicit, *o generalment a quisvulla, ſperāt gonyar aquells.* Et non ſolum etiamſi fiant dictæ minæ dominis,qui iam adquiſierint: forte quia iudex iudicialiter, & cauſa cognita tradidit creditori poſſeſsionem domus vel terræ obligatę in ſolutum,vel tenendam in pignore, vel alias,ſed etiā ſpectantibus adquirere, quia forte ſunt in litigio iudiciali.Sequitur in textu, *per ſi de paraula, o en ſcrits,o per interpoſada perſona manaſſat*,&c.ad idem *ff. ne vis fiat ei qui in po.mi.eſt.l.ſuo quis, an alieno nomine prohibitus ſit,nihil intereſt*,&c. Item tam is tenetur qui ſuo nomine, quam alieno nomine prohibuit. Nota ergo, quod quandoque iſtæ minæ
84 fiunt † verbo, & præſentialiter de corpore in corpus. Quandoque per interpoſitam perſonam, quia,per nuntium vel litteram, vel forte per libellum famoſum poſitum in loco,iuxta *l.ſi.quis. C. de famoſis libellis*,quæ eſt canonizata, 5.*q.*1. vide ibi,& nota in ſumma. Quandoque fiunt minæ ſiue diffidamenta per cartellum ſcriptum poſitū in locis publicis,vel portis ciuitatum,vel ianuis Eccleſiarum. Quandoque etiam fiunt minæ per ſigna,vt dictū eſt: & hoc ſubijcit, ibi, *o per los dits ſenyals*. Sequitur in textu, *al cultivador*, ſubaudi, quaſi dicat, nedum ſi fiunt dictæ minæ & terrores dominis & poſſeſſoribus,ſed etiam agricultoribus & bubulcis,qui omnes etiam per alias conſtitutiones fuerint & ſunt ſub pace & treuga. Et ne
85 dum † habet locum hæc conſtitutio, quādo fiūt & inferuntur minæ,terrores, & metus modis & formis præmiſsis, ſed etiam qualitercumque incutiatur timor ſpectantibus lucrari & obtinere dictas res & poſſeſsiones. Ad idem facit *infra eadem,cap.vlt.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo,*cū armis inſurgunt,vt ſic eos terreant*.Et dic quod credūtur habere ſpem lucrandi,quia ſuper eis litē du-
86 cunt in iudicio : quia † litigans ſemper præſumitur habere animum obtinendi, vt dixi ſupra *collat.5.c. 29. Item pro abbreuiandis.* & notat *Bald.* in *l.is qui quadringenta.§.quadam.ff.ad legem Falcidiam*.Et quia hic in littera ſequitur, *o haura dada, o feta pahor,o temor en alguna manera*: intelligo,etſi nutu vel vultu terribili metus inferatur , quia
87 vultus † potens & terribilis iuſtum metum inducit,ſecundum *Baldum*, qui hoc notat in *feudis, tit.de pace iuramento firm.* in §. *iniuria*. Nam in hoc caſu quicumque metum vel minas faciat, præſumitur iuſtus metus, quia ad mortem propter malam & prauam conſuetudinē,quæ ſuper his inoleuit: & propterea habet hæc conſtitutio tales minantes pro erectis à pace & treuga,vt hoc ſaltem terrore quos diuinus timor a malo non reuocat,ſaltem pœna tēporalis huiuſmodi coh.beat à peccato:vt *extra.de vita & honeſtate clericorum. c. clericorum mores*. Sequitur in textu, *Aqueſt ayta-manaſſant, o donant, o fahent pahor, o temor*, ſcilicet, de quibus præmiſit, & repete,ſcilicet,aliquo mo
88 do præuia de cauſa. Idem,& fortius, †ſi de facto terras occupauerit violenter , vel dominos, aut cultores,ſeu poſſeſſores verberauerit, vel offenderit,taliter vt fructum illarum rerum ſeu poſſeſsionum adquirere non poſsint, quia videtur iniuria fieri iudici,vel curiæ,quæ iudicauerat poſſeſ
89 ſionem:quoniam † iudex debet tueri miſſum in poſſeſsionem. *ff.ne vis fiat ei qui in poſſeſ.miſſus eſt. l.*1.in princ.§.*eſt autem*. & per totum.Et iniuria fieri videtur illi cuius factum indebite retractatur,vt notat *glo.*in *l.nemo. C.de ſumma Trinit.* Sequitur in textu, *prouats legitimament los caſos deſſus dits, o algun daquells*, dic,*prouats*, ſcilicet per teſtes.aut alias legitimas probationes, de quibus legitur & probatur *extra.de reſtit.ſpol.c. cum ad ſedem*.& infra *ead.cap.volentes*. & quod dicit,*legiti-*
90 *mament*, dic,plene,puta,per † duos teſtes ad minus,arg.*l.ubi numerus.ff.de teſtibus*. non autem ſuf-
91 ficit in † hoc caſu ſemiplena probatio, vel per ſolam famam, ſicut infra *ead.c. queretam de pace violata*. Et eſt ratio diuerſitatis, quia ibi ſolū recipitur informatio ad finem citandi:hic vero requiritur ideo plena,quia ad finē ejciendi à pace & treuga,nulla facta citatione. vide & adde quæ notantur per *Matthæum de Mataſalanis in* 52. &
92 102.& 188.*notabilibus*. Et † nota,quod vbi ſtatutum vel lex non exigit plenam probationem, ſed contentatur ſoli argumentis,poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione,ſecundum *Ioan. Andr.* & *dominum de Sancto Georgio in c.pro humani. de homi.lib.6*. Sed †an ad receptionem huiuſmodi informationis erit pars querelata citanda?Et videtur quod ſic,quia textus hic dicit,*legitime*.& infra *ead.*§.*entenem empero*, dicitur,*E purgant la contumacia*: ergo præſupponit citationem. Præterea
94 citatio eſt † de iure naturali,ergo omitti nō debet,ſecundum notata per *Bart. in extrauag. ad reprimendum*,ſuper verbo *fig ura iudicij*. & eſt caſus
95 in *Clem.Paſtoralis. de re iudic.* & † iud cū ab ea parte incipit , quæ eſt de in ius vocando: vt *inſtit.de pœna temere litigantium.*§. *vlt*. Sed dic cōtra,
96 & † eſt in hoc caſu ſpeciale, in odium & exaggerationem tanti facinoris: & eſt ſimile in practica & modo procedendi per conſtitutiones ſacri Concilij Terraconenſis, editas contra inuaſores clericorum & perſonarum Eccleſiaſticarum,vbi odio violentorum oppreſſorum potentium recipiuntur teſtes parte non vocata. Sic etiam ſeruatur contra capientes hominum, contra tenorem pacis,iuxta §. *Item ſtatuimus,quod ſi quis contra tenorem pacis*.in conſtitutione, *Notum ſit cunctis* . & etiam in caſu conſtitutionis infra *collatio. 11.cap. comemorantes*.Item in caſu de inuadere extraneum iter agentem,vt dixi ſupra *in tertio notabili*. & in caſu conſtitutionis editæ contra inſidiantes, vel alias impedientes comparere volentes pro pace

& treu-

argumentum â contrario, ex quo contrariũ reperitur in iure, quia de iure communi querela offerri poteſt tam coram Vicario delicti, quam coram Vicario domicilij delinquentis, coram quo maluerit querelator. De quo vide *Iacobum de Calicio in Directorio pacis. in 8. dubio principali.* Mihi autem verius videtur, vt ſi velit querelans quod procedatur ſine citatione, iuxta practicã huius conſtitutionis, adeat Vicarium loci criminis; alias ſi velit agere coram Vicario domicilij rei, habebit procedere præmiſſa citatione, & monitione quindecim dierum, prout regulariter ſeruatur in proceſsibus pacis & treugæ: & hoc eſt tutius. Sequitur in textu, *pus aquells*, ſubaudi, *vegurs*. Sequitur in textu, *aquis pertanyara*, ſubaudi, ratione delicti, vt ſtatim præmiſit. Sequitur in textu, *ne sien raquests legitimament per la part, & non en altre manera.* Non ergo procedi-
111 tur † in hoc caſu ex officio: & in hoc differt præſens conſtitutio à conſtitutione de inuadẽte extraneum iter agentem, de qua dixi ſupra, quia hic requiritur partis inſtantia, ſicut fit regulariter in proceſsibus pacis & treugæ: vt ſup. *collat. 2. in 2. curia Barcinone, cap. declaramus tamen quod Vicarij.* vide quæ ibi ſcripſi. Item vide infr. *ead. c. vlt.* vbi eſt alius caſus, in quo proceditur ex officio, & ſine partis inſtãtia. Item nota, quia
112 dicit, *legitimament ne sien requests*, quia † per hoc dico, quod eſt neceſſe conſtare de perſona querelantis: ita quod ſi fuerit incognita, habeat iudicem informare, vel ſatisfacere: vt infra *eadem, c.*
113 *querelam de pace violata.* & ſi † velit agere nomine alieno, tamquam procurator vel tutor, & huius debet prius facere fidẽ legitimam de poteſtate, hoc eſt, de procuratorio, vel tutela, & huiuſmodi, alias non conſtaret iudici, imo redderetur ex hoc retro nullum: vt *C. de procurat. l. licet.* & *extra. eod. c. in nostra.* vbi de hoc. Item dicit, *legitimament*, ſcilicet, vt detur querela in ſcri-
114 ptis, & detur informatio, prout dixi. Itẽ † credo, quod habet iurare poſita in clamo fore vera, & quod non intendit deficere in probando, iuxta conſtitutionem curiæ Ceruariæ, incipientem, *Deinde ſancimus.* quæ eſt ſupra *collat. 6.* vide quæ ibi dixi. quoniam ſi illud iuramentum requiritur quando proceditur cum citatione, multo fortius eſt neceſſe hic quando proceditur ſine
115 citatione. Item † requiritur quod offeratur huiuſmodi querela iudicialiter die non feriata, alias non valeret proceſſus. vt *extra. de feriis. cap.*
116 *conqueſtus.* Item † requiritur, quod offeratur de die, & non de nocte: *extra. de officio delegati. c. con-*
117 *ſuluit.* Tunc † enim Vicarius ſic legitime requiſitus de & cum conſilio eius aſſeſſoris: vt infra *eod. cap. vt autem.* viſa informatione, & viſa poteſtate querelantis, & aliis videndis, cum conſtiterit ſibi legitime, ſaltẽ per duos teſtes de prædictis decernet illũ delatũ fore ipſo facto à pace & treuga electũ, & pro tali ab omnib⁹ publice euitãdũ, &c. donec ſatisfecerit huiuſmodi cõſtitutioni. Deinde mãdabit litteras ſtylatas ad alios Vicarios, & Baiulos, ac Prælatos, Barones, & cæteros exercẽtes iuriſdictionem in Cathalonia, eis intimando publicationem dictæ electionis, vt amodo nullatenus ſuſtineant tales â pace & treuga electos & publicatos, vt eſt in ſimilibus ſtylatum: & hoc ſequitur in textu in §. *E los dits officials tal publicatio*, &c. Sequitur in textu, *Sien tenguts degudament notificar.* Nota ꝙ dicit, *tenentur*, ergo etiam ex officio, & ſine ſalario tenebuntur huiuſmodi notificationem facere. Pro quo facit quædam pragmatica Regis Petri, *Dum ſcelerum impunitas*, &c. & quędã Regis Martini quia etiam tenentur ad hoc ex iuramento, vt ſupra in iuramento Vicarij, *collat. 1. §. Septimo iurat.* vide ibi. Sequitur in textu, *No puſquen los dits delinquents en alguna manera ſuſte-*
118 *nir.* Nota † ergo, quod nullus poteſt intra Cathaloniam ſuſtinere electos â pace & treuga, ſed debent eos capere & garrajare: vt in vrat. *Si quis*
119 *de magnatibus.* Sic † etiam non debent ſuſtinere camplores abatuts: vt ſupra *collat. 4. curia Gerundæ cap. 13. Item ſtatuimus, quod capitulum*, &c. Itẽ
120 nec fugitiuos † armatarum, vt ſupra *colla. 7. cu-*
121 *ria Gerundæ cap. Inſuper ſtatuimus.* Nec etiã † raptatos de bauſia, niſi voluerint ſcondire: vt ſup. *collat. 4. curia Gerundæ cap. 1.* Adde quæ notantur de bannitis ſupra *eod. curia Gerundæ, c. 27. Item ſtatuimus & etiam ordinamus. quod ſi aliquis fuerit bannitus.* Sequitur quarta pars, ibi in §. *Entenem empero.* In text. ibi, *E purgant la contumacia.* No-
122 ta verbum, † *contumacia*, quia dicitur à contemnendo, & quandoque ipſa contumacia facit reũ haberi pro confeſſo: quod dic vt legitur & notatur *3. q. 9. c. decernimus.* vide ibi *Archid.* Vnde videtur, quod in hoc proceſſu ante publicatio-
123 nem requiratur monitio & citatio: quia † alias non dicitur contumax, niſi quis fuerit citatus: quare forte tutius foret practicari, quod recepta informatione fieret monitio & præceptũ de ſoluendo & emendando, ſicut ſeruaui in conſtitutione de inuadentibus extraneum iter agentẽ, iuxta opinionem *Raymundi de Area*, quam recitaui ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 47. Item quod Vicarij & Epiſcopi*, &c. vide quæ ibi ſcripſi ſuper verbo, *inquirere. verſ. Item credo, quod Vica-*
124 *rius poterit*, &c. Verumtamen iſta † conſtitutio hactenus extitit practicata, ꝙ fit proceſſus ſine aliqua citatione vel monitione, & ita ſeruatur de conſuetudine, quæ eſt legum optima interpres. *ff. de legibus. l. ſi interpretatione.* & *extra. de cõſuetu. c. cum dilectus.* & ſic minime ſunt mutãda, *ff. de legibus. l. minime.* non obſtat quod hic dicitur de purgatione contumaciæ, quia multiplex
125 eſt † contumacia: vt notatur *extra. de dolo & contumacia. c. ex litteris.* adde quæ notantur infra *eadem, cap. ſicut aduerſus*, ſuper verbo, *contumaces.* & in conſtitutione facta contra inſidiantes, vel impedientes comparere volentes: & eſt illa vltima huius curiæ & collationis. Quandoque etenim

pita. Ipſique monitſ ad inſtantiam dictæ tutricis, ſolum lãceas, tela, enſes, & broquerios, quos ſecum deferebant, vt ex proceſſus tenore apparet, tornauerint, & non perſonas eorum. Idcirco vobis dicimus & mandamus, quatenus niſi ipſi moniti pignora mobilia, & ipſum clamum bene valentia in poſſe veſtro infra quindecim dies à die dictæ monitionis in antea continue computandos, ſecundum formam dictarum cõſtitutionum, aut ſe vbi bona mobilia, & dictum clamum bene valentia non habere allegauerint, nec habere potuerint, & hoc iuramentum præſtiterint, in proprijs perſonis in poſſe veſtro miſerint, ipſos pro iectis & ſeparatis à pace atq; treuga habeatis, & pro talibus ipſos, & ipſorũ quemlibet, cum fautoribus, adiutoribus & conſiliatoribus euitetis, & voce præcõnia publicetis, & per omnes officiales & ſubditos domini Regis, & noſtros euitari faciatis; cum iuxta formam conſtitutionum pacis & treugæ ſic fiendũ
143 exiſtat. [Nota, quod † appellatio non valet, nec tuetur iectum, quin ou nino debeat pub-
144 licari, quia † iectio, ſicut excommunicatio ſecũ trahit executionem. vide *extra. de appella. c. paſtoralis.*] quauis appellatione, ſeu exceptione in contrarium oppoſitis obſiſtentibus nullo modo. Datum Barcinonæ 11. die Decembris, anno à Natiuitate Domini 1372. Iac. Vic.

¶ Hanc prouiſionem hic ideo inſerui, qu'a valde notabilis eſt, præſertim in hoc, quod dicit, perſonam comparentis abſque pignoribus in cauſa pacis & treugæ debere remanere captã, donec l s fuerit per ſententiam ſopita & terminata, quia iſtud ita clare non reperi, alibi, & eſt gloſſa ſiue intellectus conſtitutionis infra *eadem cap. Et quia ſæpe contingit.* §. *In hoc autem non intelligimus perſõas illorum*, &c. vide quæ ibi dicam. Et etiam declarat præſentem conſtitutionem, quę non aperit, an debeat perſonaliter, & cum, vel ſine pignoribus comparere. Sed quia cauſa iſta in hoc capitulo eſt pacis & treugæ, ideo intelligitur cum ſuis qualitatibus. Ita videlicet vt comparitio ſit perſonalis, & purgatio contumaciæ habet fieri cum pignoribus, vel quod perſona mittatur loco pignoris, iuxta formam præinſertæ pragmaticæ ſiue prouiſionis. Sequitur in textu, *o ſermant li de dret*, ſubaudi, cum pignoribus, vt ſtatim dixi, & conſtat in dictis pragmaticis, & ſupra *collat. 2. circa 2. Barcinonæ cap. 21. Item quod omnis firma*, &c. vide quæ ibi dixi. Sequitur in textu: *En poder del veguer, qui primer per gitat de pau & de treua lo haura*
145 *publicat*. Nota † quia ille Vicarius, qui eſt primus iudex clami, dicitur caput & patronus; & in executione talis proceſſus pacis & treugæ gerit perſonam domini Regis, eius Regiã Maieſtatem repræſentans; & debet loqui in prima perſona, & in plurali, & debet ſe præmittere, quando ſcribit ſuper executione huiuſmodi, quibuſuis Prælatis, Baronibus, & alijs de Principatu Cathaloniæ, iuxta pragmaticam Regis Martini ſuper his editam. Dat. Cæſaraugustæ 18. die Maij, anno â Natiuitate Domini 1398. Sequitur in textu, *Puſque eſſer reduit en pau & en treua*, ſubaudi, poſt purgationem contumaciæ, vt præmiſit, & nihilominus ſecuta ſatisfactione dã norum & expenſarum parti querelatrici, vel facta ſibi dicta iuris firma, prout elegerit iectus. Et ſi elegerit firmare de iure, procedetur ex tũc in lite dato libello, & ſeruato ordine, ſicut in alijs proceſsibus pacis & treugæ. Sed quæro, an
146 facta † iectione & publicatione querelati ſine citatione poterit procedi ad clami adiudicationem, ſicut in alijs proceſsibus pacis & treugæ, in quibus proceditur citatione præmiſſa? Et
147 videtur quod non † debet aliquis diffinitiue condemnari ex ſola contumacia, iuxta notata per *Bart. ff. ſi ſtuto matrim. l. cum mulier. in q. Quæritur igitur iuxta præmiſſa*, &c. Sed dic contra hoc in caſu, quia non fertur diffinitiua, ſed proceditur datis probationibus ad decretum executionis, quod non tranſit in rem iudicatam, quin ſi venerit purgando contumaciam, habita diſtinctione temporum, quam ponit *Iacobus de Calicio in 24. dubio principali ſui Directorij*, debeat admitti. Super quo dic vt notatur in ipſo 24. *dubio*. & ſupra *eod. cap.* ſuper verbo, *probats*, in fine. Sequitur quinta & vltima pars, in §. *punitio empero del delicte, o crim*, &c. Et erit punitio pœna capitalis, vt ſuperius dictum eſt. Et nota, quod Vica-
148 rius, coram quo offertur querela, poteſt punire querelatum criminaliter de crimine in querela contento; quod erit verum indubitanter de crimine commiſſo infra iuriſdictionem ipſius Vicarij, ſecus vero forte ſi crimen alias non pertinebat ad ipſum Vicarium, puta quia fuit commiſſum in terra Baronis, vt infra *eadem, cap. Sicut aduerſus.* §. *Caueat autem Vicarius, quod eſt contra.* Sed dic eſſe ſpeciale in caſu iſto propter atrocitatem criminis, in quo habes multa ſpecialia, quia in iſto proceditur ſine citatione. Item hoc in caſu eſt ſpeciale, quod pro minis ſit pœna capitalis; & quia hic textus ſimpliciter loquitur de crimine, non habita diſtinctione vbi alias fuerit commiſſum: arg. *l. pretio. ff. de publican.* Vel forte iſta conſtitutio in hoc caſu determinatur per allegatum §. *caueat autem*. quia non eſt nouum vt priores leges ad poſteriores trahantur, & è conuerſo, vt *ff. de legibus. l. non eſt nouum*, cum *l.* ſequenti. & hoc eſt forte quod hic ſubijcitur, dum dicit, *ſegon que juſticia dictara*, tene primam, per quam habes aliquid ſpeciale. Et ſic limitetur per hanc §. *caueat autem*. & vt vitetur iurium correctio. *c. cum expediat. extra. de elect. lib. 6.* quia ambæ iſtæ conſtitutiones ſunt eiuſdẽ conditoris domini Regis Ferdinandi, & eiuſdẽ curiæ; & quia quod hic dicitur tempore huius cõſtitutionis ita generaliter ſeruabatur. Et poſtea
149 emanauit diſtinctio §. *caueat autem*. per † quam non eſt credendum, quod vnico verbo voluerit

tolli

tolli prærogatiuas huius conſtitutionis: arg. *l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.* & quod ſubijcit, *ſegons q̃ juſticia dictara*, ſcilicet, data petitione, quia non eo ipſo, quod fuit eiectus, vel bannitus, vel clamus adiudicatus, debet criminaliter condemnari & puniri; ſed debent defenſiones concedi, & debitus ordo ſeruari: & ita debet intelligi de ordine procedendi, & de diſpoſitione iuris in condemnando, vel abſoluendo, iuxta proceſſus & actorum merita, aggrauãdo etiam, vel minuendo pœnam cauſa cognita legitime, ſi id exegerit facti atrocitas, vel delinquentis ætas, conditio, vel imbecillitas, conſideratis conſiderandis, iuxta *l. aut facta. ff. de pœnis.* cum ſimilib. tangit etiam vt in dando defenſiones, & torquẽdo, & alijs ſeruentur cõſtitutiones Cathaloniæ, & alia iura, vt in *cap. 1. Curiæ Cernariæ, ſup. collat. 6.* cum ſuis ſimilibus. Et quia non adijcit certã pœnam, videtur arbitrio iudicis moderanda; nã

150 & † omnes pœnæ criminum ſecũdum vſaticos regulariter ſunt arbitrariæ, vt in vſat. Barcinon. *c. quis iuſtitiam facere*, ibi, *vt faciant de illis, ſicut illis viſum fuerit, truncare pedes*, &c. vt in vſat. *Iudicia curiæ*: quod arbitrium erit ſecundum iura cõmunia, vt dixi ſupra *ead. cap. per tal que les leys*, &c. & in *curia Regis Martini, c. Item ſenyor quels Cancellers*, ibi, *dret comu, equitat, & bona raho.*

De iure emphiteutico & feudali. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei emphiteticariæ, ſeu feudalis, ſi poſſeſſionẽ abſque firma domini directi intrauerit, cadit in pœnam duplicati landimij, vltra alias pœnas à iure ſtatutas. ratio traditur nu. 36. declaratur nu. 37. & n. 70. & 85. quod non procedit in alia acquiſitione. num. 29.*

2 *Laudimium domino directo debetur, ſi venditio per cõtrahentium conſenſum eſt perfecta: & non poſſunt contrahentes recedere à dicto contractu in præiudicium domini.*

3 *Cum ſcandalo nihil eſt faciendum.*

4 *Scandalum quid.*

5 *Scandalum aliquando large accipitur pro quolibet impedimento.*

6 *Scandalum an ſit peccatum. itidem an propter ſcandalum bona ſpiritualia, vel temporalia ſint dimittenda. remiſſiue.*

7 *Feudales, vel emphiteticariæ res alienari & impignorari non poſſunt ſine conſenſu domini.*

8 *Feudum quid.*

9 *Pro cenſu contra ſingularem ſucceſſorem, in quem emphiteota tranſtulerit rem, agitur perſonali actione in rem ſcripta.*

10 *Feudum dicitur à fidelitate, quam vaſſalli tenentur præſtare dominis ſuis.*

11 *Feudalis materia. remiſſiue.*

12 *Homagium quid. remiſſiue.*

13 *Emphiteoſis idem ſonat quod melioratio, ſine contractus melioratonis.*

14 *Emphiteoſis contractus à locatione differt in multis.*

15 *Emptor an & quando teneatur ſtare colono. remiſſiue.*

16 *Contractus feudalis emphiteuticarius, cenſualis, & locationis differunt.*

17 *Inter rem emphiteuticariam & cenſualem tres referuntur differentiæ.*

18 *Contractus in dubio præſumitur potius cenſualis, quam emphiteuticarius. fallit niſi dominus haberet maius dominium in loco.*

19 *Alodium non præſumitur in ruſtico de conſuetudine diœceſis Gerundæ, niſi probetur.*

20 *Agraria in dubio debent indicari, vt præſtentur ſecũdum modum per ruſticum præſtari ſolitum, ex illis poſſeſſionibus, pro quibus minora agraria præſtantur.*

21 *In locationis contractu neque tranſit dominium, neque poſſeſſio.*

22 *Precaria contractum habemus.*

23 *Conſenſus Domini quod interueniat in alienationis cõtractu, ſufficit quod probetur per teſtes, quamuis in inſtrumento dicti contractus non appareat de firma, ſed tutius eſt, quod de conſenſu appareat in inſtrumẽto cum firma domini. nu. 26.*

24 *Parem vim habent teſtes & inſtrumenta.*

25 *Emptionis & venditionis contractus ſolo conſenſu cõtrahitur, habita conuentione de pretio.*

27 *Emphiteuſis contractus debet fieri in ſcriptis.*

28 *Caſus, in quibus contractus debent fieri in ſcriptis. remiſſiue.*

30 *Contractus quando dicantur fieri in ſcriptis.*

31 *Inſtrumenta ſunt edenda per vnam partem alteri, iuxta vſaticos Barcinonæ. ſecus de iure communi. n. 32.*

33 *Firma idem eſt quod conſenſus, & per firmam probatur conſenſus.*

34 *Solutio laudimij probatur ex firma domini directi.*

35 *Inſtrumentum firmarium ſi reperitur penes emptorem, & eſt quæſteo de recenti ſuper laudimio, attendi debet an fuerit à domino traditum, vel ſibi ſubſtractũ.*

38 *Venditor vbi nomine prioris emptoris conſtituit ſe poſſidere, & poſtea rem ſecundo emptori corporaliter tradit, prior emptor cenſetur habere potius ius.*

39 *Poſſeſſio quid ſit, & in quo differat à quaſi poſſeſſione. remiſſiue.*

40 *Poſſidere præſumitur quis omnia quæ detinet, niſi probetur contrarium.*

41 *Dominus non præſumitur ex mera poſſeſſione, ſed potius prædo.*

42 *Poſſeſſio an probetur per inſtrumentum. remiſſiue.*

43 *Poſſeſſio an acquiri poſſit propria auctoritate.*

44 *Dominium & poſſeſſio tranſfertur per retentionẽ vſus fructus.*

45 *Poſſeſſionem habens iniuſte auctoritate iudicis, non facit fructus ſuos.*

46 *Poſſediſſe quem continuo qualiter probetur.*

47 *Poſſeſſor bonæ fidei eſt, qui errat in facto, non in iure.*

48 *Poſſeſſor malæ fidei quis. remiſſiue.*

49 *Poſſeſſor fundi tributarij ſemper tenetur ſoluere tributum.*

50 *Poſſeſſio nulli eſt auferenda ſine cauſæ cognitione.*

51 *Pronuntiare, aliquem in poſſeſſione fore tuendum, omnino idem eſt quod aduerſario ipſius imponere ſilentium.*

Poſſeſ-

52 *Poſſeſſionis ficta traditio per actum fictum reſtringit ad præſentia, & non ad poſtea quæſita.*
53 *Si quis donet omnia bona ſua præſentia & futura, cum clauſula conſtituti, non transfertur poſſeſſio eorum, quæ poſtea ipſe donator acquiſiuit.*
54 *Laudimij duplicati pœna an habeat locum, ſi quis ex conducto, vel alias de voluntate domini vtilis moratur in domo, & poſtea dominus vtilis vendit domũ conductori cum clauſula conſtituti, per quam cenſetur illi traditam fuiſſe poſſeſſionem.*
55 *Poſſidens pro ſeipſo deſinit poſſidere, niſi ſciat poſſeſſionem ab alio occupatam: ſecus ſi poſſideat per alium cum tũc ſufficiat poſſeſſionem occupari, licet primus poſſeſſor hoc ignoret. Idem nu. 75.*
56 *Poſſeſſio in incorporalibus acquiritur ſolo titulo, ſi talis rei ceſſio fiat, & ratio traditur ibidem.*
57 *Iuriſdictionis totius quaſi poſſeſſio retinetur per vnũ actum ſingularem.*
58 Poſſeſſionis *verbum ſimpliciter poſitum, factum denotat.*
59 *Poſſeſſor quilibet eſt in materia* l. Edicto. C. de edicto diui Adriani tollendo.
60 *Clauſula* Amoto quolibet illicito detentore, *effectus. remiſſiue.*
61 *Poſſeſſio a quaſi poſſeſſione differt.*
62 *Poſſeſſorium duplex, & an ſpoliatus ingrediens merita proprietatis poſſit redire ad poſſeſſorium. remiſſiue.*
63 *De poſſeſſione & proprietate ſimul an agi poſſit. remiſſiue.*
64 *Poſſidere eamdem rem in ſolidum an duo poſſint. remiſſiue.*
65 *Pignora dari non ſufficit, quando alicui eſt adiudicata poſſeſſio.*
66 *Poſſeſſor bonæ fidei efficitur malæ fidei per litis conteſtationem.*
67 *Ius canonicum debet ſeruari in Cathalonia tamquam magis æquum.*
68 Poſſeſſionis *verbum ſimpliciter poſitum intelligitur de poſſeſſione facti corporei.*
69 *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*
71 Allejara *verbum ſumitur pro* attentare.
72 *Delicta attentatum, ſeu conatus regulariter non puniuntur, niſi in delictis atrocioribus.*
73 *Dominus directus promittere nequit Barcinonæ quod non vtetur faticha, iuxta* cap. Del recognoucrũt proceres. *ſecus extra Barcinonam.*
74 *Emptor ingreſſus poſſeſſionem cum licentia arrendatoris laudimiorum domini directi, & ſine licentia domini directi, an incurrat pœnam duplicati laudimij, traditur.*
76 *Ingredi poſſeſſionem propria auctoritate non poteſt, qui obtinuerit ſententiam: quinimo eam habere debet à manu meri executoris. & declaratur ibidem textus in* l. meminerint. C. vnde vi.
77 *Poſſeſſio ſtatim acquiritur actori, lata ſententia pro eo in incorporabilibus.*
78 *Miniſter ad exequendam ſententiam proſe latam quis poteſt conſtitui in re propria.*
79 *Firma vnius non ſufficit vbi ſunt plures dñi directi.*

80 *Laudimium an debeatur ex donatione facta filio ſpurio. remiſſiue.*
81 *Laudimium in ciuitate Barcinonæ de donatione facta etiam in extraneum non debetur.*
82 *In commiſſum cadit res de iure communi. & de iure Cathaloniæ quid. ibidem.*
83 *In commiſſum cadit res, ſi in fraudem domini non apponatur verum pretium.*
84 *Commiſſi pœna ſemper habet locum propter fraudem.*
86 *Soluere videtur ſoluens ei cui creditor mandauit.*
87 *Poſſeſſor fundi tributarij an & quando teneatur ad tributa præterita. remiſſiue.*

Als ſcandols via precloents, &c. Caſus. Ementes
1 A res † emphiteoticarias vel feudales abſque firma & conſenſu dominorum directorum, ſiue alodiariorum, ſi poſſeſſionem earum auctoritate intrare, vel aſſequi præſumpſerit, pœnam duplicati laudimij vltra alias pœnas à iure impoſita ſoluere tenebũtur. Hoc dicit. Vel ſic, & breuius per hanc conſtitutionem, & per conſtitutionem. *Hæc eſt pax.* §. *nullus*, videtur corrigi vlaticus, *ſi quis ſuum fœnum.* in 2. *Rub.* vt non ſufficiat cõ enſus domini tacitus, ſed requiratur expreſſus Emptor rei emphiteoticariæ vel feudalis, ſi poſſeſſionem abſque firma domini directi intrare præſumpſerit, pœnam duplicati laudimij vltra alias pœnas iuris ſuſtinebit. Hoc dicit. De materia huius conſtitutionis dixi latius ſupra in *curia Cenaria c. Item ne ſuper laudimio*, vide, & repete quæ ibi ſcripſi. Breuis eſt, & non eget diuiſione.
2 Sed † pone quod eſt factum inſtrumentum d ev ẽ ditione rei emphioticariæ, & firmatum per venditorem & emptorem. ſine domini directi firma vel conſenſu. Sed ante firmã domini directi emptor & venditor volunt recedere â contractu, inuito domino, numquid poſſunt? Hanc quæſtionẽ ponit *Petrus Helie in ſuo tractatu de iure emphiteotico.* Et breui er dicit, quod ex quo venditio per conſenſum contrahentium eſt perfecta, debetur domino laudimium; quia non poſſunt contrahẽtes in præiudicium domini recedere â contractu, licet poſſint in præiudicium ipſorum contrahẽtium reſcindere venditionem. Et ita dñ ſi voluerit, poterit vti faticha, vel petere laudimium, niſi fuerit poſitum *ſtat*, &c. adde *c. Item ne ſuper laudimio. in curia Cenaria.* Super text. *als ſcandols*, &c.
3 dic † quod nihil cum ſcandalo faciendum eſt, vt
4 *ext. de præſcrip. c. nihil.* Quæro hic, quid † ſit ſcãdalum? Reſp. iuxta *Thomã* 2. 2. *q.* 43. *ar.* 1. dicendum ꝙ (ſicut ait Hieronymus ſuper *Matth.* 25. ibi, *Scio quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt*) Græce *ſcandalon*, apud nos offenſionẽ ruinã, vel i...pactionẽ pedis poſſumus dicere: contingit enim aliquãdo, ꝙ aliquis ponatur obex in via corporali, cui impingens diſponitur ad ruinã, & talis obex dicitur ſcandalũ; ſic in via ſpirituali contingit aliquem diſponi ad ruinã ſpiritualẽ, per dictũ, vel factũ alterius, in quẽ aliquis ſua amonitione, vel inductione, aut exẽplo aliũ trahit ad peccandũ, & hoc proprie eſt ſcãdalũ; at nihil iuxta propriã

rationem diſponit ad ſpiritualem ruinam, niſi q̃ habet aliquem defectũ rectitudinis, quia id quod eſt perfecte rectum, magis iuuat hominem contra caſum, quam ad ruinam inducat: & ideo conuenienter dicitur, quod ſcandalum eſt dictum, vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ. Hæc diffinitio ſumitur ex *gloſ. Matthæi* 18. & *Petri*, & concor. *Ray.* Item nota † ſecundum *Thomã in eadem Summa ar.* 2. quod ſcandalum aliquãdo accipitur large pro quolibet impedimento: vti *Matthæi* 16. *Scandalum mihi es.* Et † vtrum ſcãdalum ſit peccatum, & an bona ſpiritualia, vel tẽporalia propter ſcandalum ſint dimittenda, dic latius per *Ioannem in Summa Confeſſ. lib.* 3. *tit.* 30. *Rub. de ſcandalo & perplexo. q.* 2. 5. & 6. & *in alijs q. eiuſdem tit.* Sequitur in text. *feudals.* Nota † quod res feudales vel emphiteoticariæ non poſſunt alienari, vel impignorari ſine conſenſu dominorũ, vt habetur in conſtitutione pacis, *Hac eſt pax.* §. *nullus Chriſtianus.* & in pragmatica, *Quoniam digne regnat.* & idem eſt de iure cõmuni ſaltem quoad feuda, vt in feud. *de probi. feu. alie. per Lotharium, & per Fredericum.* Item quæro † quid ſit feudum? Reſp. eſt conceſsio rei pro homagio facta. *extr. de ſimonia. c. ex diligenti.* Qua actione agatur pro cenſu † contra ſingularem poſſeſſorem, in quem emphiteota tranſtulerit ipſam rem? Dic quod agetur perſonali in rem ſcriptã. vide *Bart. in l. tertius* §. *ſi priùs.* & §. *aquæ. ff. de aqua plu. arcen.* & *Bald. in l. arboribus.* §. *quia tamen.* ff. *de vſufructu.* adde notata per *Bar. in l. Imperatores. ff. de publicanis.* & per *Gui. in Spe. tit. de iure emphiteo. ſ.* 7. & *verſ.* 12. & *verſ.* 180. & ibi *Ioan. And. in addit.* Et dicitur † feudũ à fidelitate quam vaſſalli ſiue feudatarij dominis ſuis iurare & præſtare tenentur: vt *extra. de iureiurando. c. veritatis.* & *c. ea lege.* & formam huius iuramenti habes in *c. de forma.* 22. *q.* 3. & *in lib. feu. tit. de nona fidelitatis forma.* Hanc † materiam feudalem amplius hic non proſequor, quia in iure cõmuni late patet, in *lib. feu.* & in *Spe. tit. de homagio.* & vide *Summam Ioannis Blanch.* & in hac patria in *libro vſaticorum Barcinonæ.* & in *Commemorationibus Petri Alberti.* adde quæ ſcripſi ſupra *collat.* 6. *curiæ Cervariæ cap. Item de ſuper laudimio.* & quæ notat *Iacobus de Calicio ſuper vſat. Si quis ſuum fœnũ.* Sed quid ſit † homagium, vide in Summula, quã compoſui de Homagio. Sequitur in textu, *o emphiteoticarias.* Dic quod † emphiteoſis nomen Græcum, id ſonat quod melioratio, ſiue contractus meliorationis, quia in fide ſuſcipientis eam tradere videtur: ita vt eam deteriorem facere nõ permittatur. 10. *q.* 2. *cap. hoc ius porrectum.* §. *qui rẽ huiuſmodi*, alias cadit à iure emphiteotico, vt ibi, & in *authent. de non alie. & permu. rebus Eccleſiæ.* §. *ſed vere locatis.* Et † differt iſte contractus à cõtractu locationis ratione dominij, & ratione poſſeſſionis, & alijs multis, de quibus vide *in Specu. titulo de locat. & vide ibi de emphiteotico.* Sed † an, & quando emptor fundi teneatur ſtare colono ſiue inquilino, vendentis; dic per *Ray. Bartolum, Baldum, Ludouicum de Roma,* & *Ioannem de Imola in l. ſi filio.* §. *ſi vir.* ff. *ſoluto matrimonio.* & per eos & *Cinum in l. ſi emptori*, alias *emptorem. C. locati.* & ibi *Bart.* corrigit quod dixerat in *l.* 1. §. *quod autem air.* ff. *de ſuperficie.* de eo qui conduxerat cum inſtrumento & obligatione bonorum. de quo dic vt dixi, & dixerunt alij prædicti in dicta *l. emptorem.* & non faciat te errare quod dixerat in dicta *l.* 1. ſicut de facto fecit errare multos propter auctoritatem *Bart.* non curantes magis attendere ad mentem: quia cum dixerit, quod colonus, qui habet ius pignoris in re, non poteſt expelli, habet intelligi durante obligatione pignoris. quæ dat poteſt. Differt etiam à contractu feudali, ratione iure iuramenti & homagij. Differt etiã à contractu cenſuali, in quo vtrumque dominium trãſit in cenſuarium. Vnde † nota, quod nos habemus contractum feudalem, emphiteoticarium, cenſualem, & locationis; & differunt, quia in feudali præſtatur fidelitas cum iuramento & homagio regulariter, vt dixi. Fallit quando feudũ eſt modici valoris, puta, viginti, vel triginta ſoldorum, vt in *c. conſuetudo. in commem. Petri Alberti*: ſecus eſt in alijs. Et in quibus differant contractus feudalis & emphiteoticarius notat *gl. ſ. ext. de conſt. c. quæ in Eccleſiarum.* Sed inter † rem emphiteoticariam & cenſualem nota tres differentias. Prima eſt, quia in contractu emphiteotico tranſit vtile dominium in emphiteotam, ſed remanet directum dominium penes donatorem; in cenſuali vero vtrumque dominium tranſit, vt dictum eſt. Item emphiteota ſi ceſſat in ſolutione canonis, iure ciuili Romano per triennũ vel in Eccleſia iure canonico per biennium cadit à iure ſuo: vt *C. de iure emphiteotico. l.* 2. *gl. ſ. triennii.* & *extra de locato. c. potuit.* Item emphiteota nõ poteſt vendere, vt *C. de iure emphiteotico. l.* 1. § *ſi autem.* cenſuarius vero poteſt. Et in † dubio propter libertatem potius præſumitur contractus cenſualis, niſi dominus haberet maius dominium in loco, vt notatur in *Spec. tit. de iure emphiteutico. verſ. Item ſi non conſtat.* ſub *verſ.* 86. Sed de conſuetudine † huius diœceſis Gerundæ in ruſtico nõ præſumitur alodium, niſi probet. ad idem in *Commemorationibus Petri Alberti, c. Si caſtellanus, ſiue vaſſallus dixerit ſe habere alodium in termine*, &c. vide ibi. Et † ſi dubitetur de agrarijs, qualia debeant præſtari: ipſa agraria debent iudicari in ea conditione qua ſoluuntur per ipſum ruſticum de alijs poſſeſsionibus, quas tenet pro ipſo domino, pro quibus minora agraria præſtantur. facit quod legitur & notatur *extra. de cenſibus. cap. ex parte.* & *extra. de reg. iuris. c. in ambiguis.* cum ſuis concord. *lib.* 6. In contractum † locationis nullũ tranſit dominium, neque poſſeſsio. de quo dic latius in *Spe. vbi ſupra.* Habemus etiam † contractum precariæ, vt *extra. de precarijs.* & ſunt tres contractus, iuxta illum verſum: *Rite, ria, rium tria ſunt, quibus eſt caput vnum.* vide per *Goff.* & *Hoſt. in Summis ſuis. tit. de precarijs.* ¶ Sequitur in textu,

E ex

33 *E en la carta de la venda.* Nota † valde, quia videtur quod non ſufficiat conſenſus domini, niſi appareat eius firma in inſtrumento venditionis de rigore huius conſtitutionis, quæ videtur requirere de conſenſu huiuſmodi debere apparere in inſtrumento venditionis. Sed contrarium vidi declarari, & bene, vt credo, dummodo probetur per teſtes, vel alias legitime de conſenſu domini, niſi in inſtrumento non appareat de firma: nã
24 pacem vim † habent teſtes & inſtrumenta, vti *extra. de teſtibus cc. cap. pernenit.* & *C. de fide inſtrumentorum. l. in exercendis.* Et hoc ſatis videtur æquum, & de mente, quia lex non debet imponi verbis, ſed rebus. vt ſupra *collat. 6. curia Perpinani cap. cum quilibet conſtituto.* Sed niſi de firma appareat in inſtrumento venditionis, incumbit onus probandi emptori. Et prædicta credo vera, cum etiam quandoque de venditione non fiat inſtrumentum, forte propter carentiam notarij: nec eſſet neceſſe contractum venditionis fieri in ſcriptis, ſi ut contractus emphiteoſis qui habet celebrari in ſcriptis, vt *C. de iure emphiteutico. l. 2.* con-
25 tractus † enim emptionis & venditionis ſolo cõſenſu contrahitur, habita conuentione de pretio vt *ff. de contrah. empt. & vend. l. 1. §. vlt.* & *l. 2. §. 1.*
26 & *l. cum in venditione.* & *l. nuda.* Sed † tutius eſt habere inſtrumentum de venditione, cum firma domini, de qua appareat in eodem inſtrumento.
27 Attamen contractus † principalis conceſſionis emphiteoſis habet fieri omnino in ſcriptis, vt dixi per allegatam *l. 2. C. de iure emphiteutico*, in qua
28 eſt ſpecialis: & per † alios caſus, qui habent fieri in ſcriptis. vide notatos per *Doct. in l. contrahitur.*
29 *ff. de pignoribus.* Et † nota hanc cõſtitutionem nõ habere locum in alia adquiſitione, quæ fieret aliter quam per venditionem, quia textus ſolum loquitur de emptore, & de contractu, & inſtrumẽto venditionis, vt vides. Quando † autem dicatur fieri in ſcriptis, vide *Ioannem Fab. inſti. de emp. & vend. §. in his autem quæ ſcriptura conficiuntur.* & de hoc nota in *Spec. eodem tit. verſ. quid ſi actum.* Et
31 nota, quod † in Cathalonia, iuxta vſaticos Barcinonæ iudex tenetur cogere alterutram partiũ litigantium, ad edendum alteri ſua inſtrumenta, quæ habeat ad fundandam intentionem aduerſarij, etiamſi illis vſus non fuerit: vt in vſat. *Itẽ prouida deliberatione.* alias eſt §. de vſatico, *Quoniam*
32 *ex conqueſtione.* quamuis † ſit contrarium de iure communi: *C. de edendo. l. qui accuſare.* & *ff. eod. l. 1. §. edenda.* & *extra. de probat. cap. 1.* vbi de hoc nota. Ego quandoque in practica vidi ſeruari dicta iura communia in hac patria: ſed non bene, quia æquitas dicti vſatici eſt præferenda, ne probationum defectu æquitas occultetur, vt in dicto vſatico dicitur. Sequitur in textu, *Ferma è loament*
33 *dels ſenyors alodiaris.* Nota, quod † firma idem eſt quod conſenſus in effectu; ſed per firmam probatur conſenſus: vt legitur & notatur *extra. de re. ſc.*
34 *non alie. c. ſi quis preſbyterorum.* Et per † hanc firmã etiam præſumitur ſolutionem factam eſſe de laudimio, quod datur pro firma huius ex renouatione & translatione domini; iuxta *cap. Item ne ſu-*
35 *per laudimio. in curia Cerviæ.* Tamen † ſi inſtrumentum firmatum reperitur penes emptorem, & eſt quæſtio de recenti ſuper foriſcapio, debet attendi an fuerit domino traditum, vel ſibi ſubtractum, iuxta notata in ſimili in *l. Labeo. ff. de pactis.* & *l. ſequenti*: & nota in *l. ſi chirographum. ff. de probat.* & *extra. vt lite pendent. cap. penult. in glo. f.* & *Antonium de Butrio.* & per *Henric. in cap. vltimo de ſolut.* Et
36 licet † dominium non dicatur translatum, niſi nacta poſſeſſione, per *l. traditionibus. C. de pactis.* & ſic de iure, & iuxta dictum *cap. Item ne ſuper laudimio*, non poſſet exigi laudimium ante translationem domini; quia tamen ſequebantur ſcandala, quia poſt nactam poſſeſſionem, domini directi non poterant aſſequi laudimia, & alia iura ſua, quia forte denegabatur ſibi rem teneri pro eo, quo caſu conuictus cadit à iure ſuo, vt in localibus Barcinonæ dicitur: ideo Sereniſſimus Rex dominus Ferdinandus prouidit per hãc cõſtitutionem, quod ante firmam & conſenſum, ſiue laudationem domini directi, ſiue alodiarij, nõ audeant emptores nanciſci poſſeſſionem ſub pœna duplicati laudimij, vltra alias pœnas iuris.
37 Sequitur in textu, † *poſſeſſio*, intelligo hoc de naturali poſſeſſione, quæ eſt pedum poſitio: ſecus vero de ciuili, quæ transfertur ex ſola conſtitutione precarij, vel ſola volũtate, ſiue actu corporeo, quod regulariter fieri nequit de iure, vt notat latius *Ioannes Fab. inſti. de rerum diui. §. item quæ.* & *Innocent.* & *Baldus de cauſa poſſ. & proprie. cap. cum*
38 *ſuper.* Sed † quæro, quid ſi venditor nomine prioris emptoris ſe conſtituit poſſidere, poſtea ſecũdo emptori corporaliter rem priori emptori vẽditam tradidit, quis iſtorum habeat potius ius? Reſpondeo ſecundum *Iur. de Suza. in l. quotiens. C. de rei vendi.* priorem habere potius ius, per *l. quod meo. ff. de adquir. poſſ.* Item quia priori fuit adquiſitum vtile dominium, quod debet præferri directo, ſi diceremus directũ dominiũ eſſe translatum in ſecundum emptorem: vt *ff. de procurato. l. in cauſa.* in fi. Et hanc opinionem approbat *Io. And.* quando prior ſoluit pretiũ, vel fuit habita fides de pretio. quod vide latius in *addi. Spec. tit. de emp. & ven. in forma. verſ. & videtur quod expreſſe.* de hoc etiã notatur per *Doct.* in dicta *l. quotiens.* & *C. de ſacr. eccleſ. l. vt inter diuinum.* ſuper *glo. f.* & *extra. de conſue. c. 2.* & in alleg. *§. interdum. inſti. de rerũ diui.* & *C. de pactis. l. traditionibus.* & in alleg. *l. quod meo.*
39 *ff. de adquir. poſſ.* Et † quid ſit poſſeſſio, & in quo differat à quaſi poſſeſſione, vide *gl. f. in c. cõqueſtus. ext. de foro compe.* adde notata in *c. ex litteris. ext. de*
40 *conſue.* Et † nota, quod omnia, quæ quis detinet, præſumitur poſſidere, niſi cõtra probetur, iuxta *Inno. ext. de probat. c. cũ olim.* in *gl. f. iuſte portarius.* in fi.
41 Sed † ex mera poſſeſſione quis nõ præſumitur dñs, ſed prædo, iuxta *Inno.* & *Bal. ext. de proba. c. ex litteris.* vide *Baldum ff. de condi. inſti. l. quidam in ſuo.* Dic de hoc latius per *Antonium de Butrio in c. cũ*

42 *ad ſedem.extra.de reſti.ſpol.* Et † vtrum poſſeſsio probetur per inſtrumentum,vide per *Cinum in l.*
43 *minus.C.de adqui.poſſeſ.* Item † vtrum & quando poſſeſsio poſsit adipiſci, & intrari auctoritate propria,vide per *Bart.in l.creditores.C.de pignorib.* & quis iudex poſsit inde licentiã dare, vide per *Baldum* & *Innocent.c.cum noſtris.extra.de conce.prebend.* & *Bartolum in l.à diuo Pio.ff.de re iudi.* Item
44 nota, †quod per retentionem vſusfructus tranſit dominium & poſſeſsio.*C.de dona.l.quiſquis.* Itẽ
45 nota, † quod habens poſſeſsionem auctoritate iudicis iniuſte,& inordinate,nõ facit fructus ſuos, nota *Innocentium extra.de iure patro.c.conſultationibus.in glos.* 1. *verſ. Idem etiam ſi ſic*. Et quomodo
46 probetur † continue poſſediſſe, & an ſit neceſſe
47 poni in libello,vide *Ioan.Fab.inſti.de vſuc.*Item† nota,quod bonæ fidei poſſeſſor eſt ille qui errat in facto,non in iure.Fallit in petitione hæreditatis. Item fauore libertatis, in qua quis dicitur bonæ fidei poſſeſſor, ſiue erret in iure, ſiue in facto,vide *Odof.ff.de aqua quoti. & eſti.l.* 1.§. *hec in-*
48 *terdicta.*Sed quis † dicatur poſſeſſor malæ fidei, notat *glos.in c.ſi diligenti.* in verbo,*bona fides.extra. de reſcrip.* & per *Dinum de reg.iuris.c.poſſeſſor.lib.6.*
49 Item nota, † quod poſſeſſor fundi tributarij tenetur ſemper ſoluere tributum, vt *ff. de pact. l.inter debitorem.*Sed renuntiãdo prędium liberatur, vt *ff.de vſufruct.l.cum vſufructuarius.* vide ibi *Bar.* vide *l.Imperatores.ff.de publicanis.* & *C.de annon.&*
50 *tribu.l.* 1. Item nota,† quod poſſeſsio nulli eſt auferenda ſine cauſæ cognitione: vt *extra.de maio.& obe.cap.inter quatuor.* & ibi nota *glos.* & *in c. conquerente.extra. de reſtitutione ſpoliatorum.* de quo dic vt ſupra *collat.2.curiæ 2.Barcinone cap.*27. *Item*
51 *quod nos,vel officiales noſtri.* Item † nota,quod pronuntiare aliquem in poſſeſsione tuendum, idem eſt quod aduerſario imponere ſilentium, ſecundum *Innocentium in c.veniſſent. extra. de inſti.* Item
52 nota, † quod ficta traditio poſſeſsionis per actũ fictum reſtringitur ad præſentia,& non ad poſtea quæſita. Quod nota pro iſtis, qui conſtituunt ſe nomine alieno poſsidere, vel precario. *gloſſa* eſt notabilis & ſingularis in *l.*1. *ff.pro ſocio.* & vide in *l.ſi quis ſocietatem.* & in *l.* præcedenti, *eodem tit.* vbi dicit,hæreditatem poſtea quæſitam communicandam,non ergo antea eſt communis. Vnde ſi
53 quis † donauerit omnia bona ſua præſentia & futura,cum clauſula,*Conſtituo me tuo nomine poſsidere*, per hoc non transfertur poſſeſsio eorum, quæ poſtea ipſe donator adquiſierit: & ſi antequam donatarius illorum poſtea quæſitor poſſeſsionem fuerit adeptus , & in alium tranſtulerit, illi,& non donatario quæritur dominium,per *l. quotiens.C.de rei vendi.*quod dic vt ibi notant *Baldus* & *Bartholomæus de Saliceto*, quem vide latius *ff.pro ſocio.l.actione. in §. diximus.* vbi videtur tenere contra, quia ſaltem eo momento, quo adquiſiuit,tranſiuit dominium per clauſulam con-
54 ſtituti,vel precarij. Pone † quod aliquis ex cõducto,vel alias de voluntate domini vtilis moratur in domo poſtea ipſe dominus vtilis vendit domum ipſi conductori, cum clauſula precarij, & ipſo facto videtur tradita poſſeſsio ipſi olim conductori, numquid habet locum, quod hic dicitur,pœna duplicati laudimij ? Credo quod nõ, niſi eſſet factum in fraudem domini.Sed dominus aget ad ipſum laudimium contra ipſum emptorem qui etiam poterit de pretio retinere: vel de eo fiat depoſitum in tabula, & tempore firmæ domini directi,debet ſolui laudimium, quod debetur ratione nouæ adquiſitionis vtilis domini,vt dicitur in *cap. Item ne ſuper laudimio. in cu-*
55 *ria Ceruaria.* vt ibi dixi. Item † nota, quod vbi quis poſsidet per ſeipſum, non definit poſsidere,niſi ſciat poſſeſsionem ab alio occupatam. Secus ſi poſsidet per alium: quia tunc ſufficit poſſeſsionem occupari,licet primus poſſeſſor ignoret,ſecundum *Innocentium* & *Baldum in cap. cũ noſtris.eodem titulo.* vide *l.fina.* & quæ ibi notantur *C.de adquirenda,vel amittenda poſſeſsione.* & ibi etiã
56 nota † quod in corporalibus adquiritur poſſeſsio ſolo titulo,ſi facta ceſsione,quæ tantum operatur quantum traditio in rebus corporalibus.&
57 *de ca.po.& proprie.cap.cum ſuper.*Item nota †quod per vnum actum ſingularem retinetur quaſi poſſeſsio totius iuriſdictionis, *ff.de vſufruct.l. arboribus.*§. *de illo.* vbi de hoc per *Bartolum.* Et † verbum *poſſeſsionis* ſimpliciter poſitum,factum denotat. ff.*de adquirenda poſſeſsione.l.* 1.§. *ſine decretalis.* & nota per *gloſ. in l.* 1.ff.*quorum bonorum.*Item no
59ta,quod † in materia *l.edicti,C.de edi. diui Adriani tollendo*, nemo eſt reus niſi poſſeſſor. vide ibi
60 *Baldum.* Quid iuris de illa clauſula, † *Amoto inde quolibet illicito detentore*,vide per *Innocẽtium*,*Io. Andream*,& *Antonium de Butrio extra de priuileg.*
61 *cap.cum olim.*2.In quo † differat poſſeſsio â quaſi poſſeſsione, quia corporalia poſsidentur, notat *glos.in c.conqueſtus.extra. de foro competenti.* vide & adde notata infra *eod.cap.cordi nobis eſt.* & in *reg.*
62 *iuris,Sine poſſeſsione.*Item nota, †quod triplex eſt poſſeſſoriũ, & quando ſpoliatus ingrediens ſitem proprietatis poſsit redire ad poſſeſſoriũ. vide *glos.in cap.Paſtoralis.extra.de cauſa po.& proprie.*
63 Et an †poſsit ſimul agi de poſſeſsione & de proprietate,*gloſ.*dicit quod ſic in *cap.cum dilectus. eo-*
64 *dem tit.*Et † an duo inſolidum poſsint eamdem rem poſsidere,vide *glos.in l.ſi duo.*in prin.ff. *vti.po.* & per *Innocentium in c.veniens.extra.de præſcrip.*&
65 vide in *cap.licet cauſam. de proba.* Item nota,† q̃ quando alicui eſt adiudicata poſſeſsio, non ſufficit dare pignora.*extra.de re iudi.c. cum aliquibus.*
66 Vltimo † nota,quod bonæ fidei poſſeſſor per litis conteſtationem efficitur malæ fidei poſſeſſor vt in vſuc.non proficiat, nec ſuos fructus faciat, licet ſit ſecus de iure ciuili. Ita notat *Bald.*ſuper,
67 *Innoc. in c.propter ſterilitatem.extra.de locato.*Et † in hoc credo in Cathalonia debere ſeruari ius canonicum,tamquam magis æquum, iuxta notata in curia Regis Martini, *cap. Item ſenyor quels Cancellers.* ſuper verbo,*equitat & bona raso.* ſupra *col.* 8.

Sequi-

Digitized by Google

Sequitur in textu, *aſſeguir*, ideſt, nanciſci, vel adi-
68 piſci, ſcilicet corporaliter: quia † vt dixi, verbum poſſeſſionis ſimpliciter poſitum intelligitur de poſſeſſione facti corporei, & dic, aſſequi, ſcilicet, cum effectu, quatenus in eo fuerit, quia
69 verba † cum effectu ſunt intelligenda, vt *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris.* & *de pœ. diſt. 1. §. hæc verba.* & *de clericis non reſid. c. relatum.* & *de verborũ ſignif. cap. in iis.* quia cogitationis pœnã nemo me-
70 retur, vt *ff. de pœnis. cap. cogitationis.* Sed † an ſufficiat conatus, licet actum poſſeſſionis non perficiat? Et videtur quod ſic, quia textus hic ſubijcit, *aſſejara*, quod idem eſt quod attentare. Facit *l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler.* & licet hoc durum videatur, tamen ex quo ita eſt hic ſcriptum, eſt ſeruandum, vt *l. proſpexit. ff. quis & à quibus manu. non licet.* & *6. q. 1. cap. ſcriptum.* vel ſi velis exponere verbum, *aſſegera*, ideſt, præſumpſe-
71 rit, quia in vulgari † Cathaloniæ quandoq; *aſſejara* ſumitur pro attentare, quãdoque pro præſumere: vnde melius fuiſſet in Latino ipſas conſtitutiones ſcripſiſſe: quoniam ſi egeant interpretatione, oportebit cum nimia difficultate recurrere ad formam *cap. 32. Item quod ſi in aliquo capitulo vel ſtatuto. in 2. curia Barcinonæ. collat. 4.* vbi agitur de interpretatione. Sed mihi videtur, quod de vera mente huius conſtitutionis verbum, *aſſejara* debet intelligi & accipi pro præſumpſerit: ita quod ſufficiat conatus, niſi de facto & cum effectu poſſeſſionem nactus fuerit: quia tunc demũ pœnam duplicati laudimij, & alias pœnas iure
72 incurrit, quia † niſi in atrocioribus regulariter conatus ſolus non punitur. De quo dic per *Doct.* & *Bal. in dicta l. ſi quis non dicam rapere.* & per *Hẽri.* & alios *Doct. in c. ſi. extra. de ſpon.* vide tamẽ quid ſeruetur in practica de conſuetudine, quæ eſt optima legum & iurium interpres: vt *ff. de legibus, l. ſi de interpretatione.* & *extra. de conſue. cap. cum dile-*
73 *ctus.* Sed nota, † quod Barcinonæ eſt priuilegiũ vocatum, *Del recognouerunt proceres*, quo cauetur, quod aliquis non vendat, nec donec, nec permittat alicui fatichum honoris, qui per ipſum tenetur, donec inſtrumentum factum de venditione, vel alienatione factis de dicto honore ſibi fuerit præſentatum, ſcilicet per venditorem, vel eius procuratorem: & ita vidi in Audientia pronuntiari. Sed dictum priuilegium non ſeruatur Gerundæ, nec forte alibi extra Barcinonam. Sed nũ quid dominus poteſt permittere quod non vtetur fatícha venditionis fiẽdæ? Dic quod ſic, quia hoc non reperio prohibitum, & vidi ſeruari: & de voluntate domini venditur res quandoque ſub hoc pacto, vt qui erit maior in dita, ille habebit fatícham: & tunc maius reperitur pretium, quia emptor eſt ſecurus de fatícha: & quod dicit dictũ priuilegium, quod non permittat fatícham alicui, intellige, ſcilicet, alicui certæ perſonę: ſecus ſi incertæ, puta q̃ ille habebit fatichã, qui maior erit in dita: nã tũc videtur permitti, q̃ nõ vtetur
74 fatícha. Itẽ quæro, ſi † dñs directus arrẽdauerit ſo riſcapia & laudimia alicui, & de licentia ipſius arrendatoris fuerit emptor poſſeſſionem ingreſſus, numquid has pœnas incurrit? Et videtur q̃ non, quaſi domini nihil interſit. Dic contra, quia hic textus expreſſe requirit firmam, vel laudamẽ tum dominorum alodiariorum, quaſi dicat, Non ſufficit aliorum arrendatorum: & hoc credo verum, niſi fuerint ab ipſis dominis dati procuratores cum ſpeciali mandato firmandi & laudandi tales venditiones & emptiones: quia poteſt quis per alium quod poteſt per ſeipſum: vt in *reg. iur. cap. poteſt quis.* & *cap. qui facit per alium. lib. 6.* Item
75 nota, quod † vbi quis per ſeipſum poſſidet, nõ deſinit poſſidere, niſi ſciat poſſeſſionem ab alio occupatam. Sed ſi poſſidet per aliũ, ſufficit poſſeſſionem occupari, licet primus poſſeſſor ignoret, ſecundum *Baldum* ſuper *Innocent. in c. cum no-*
76 *ſtris. extra. de conce. prebend.* Item nota, † quod ille, pro quo lata eſt ſententia, poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, ſed debet ſecũ habere executorem iudicis. ſic intelligitur *C. vnde*
77 *vi. l. ſi meminerint.* Item nota, † quod in omnibus incorporalibus, in quibus nil corporale attingitur, ſtatim lata ſententia pro actore, reus perdit poſſeſſionem. & actor adquirit. Quod ſi aliquid corporale attingitur, tunc cogitur poſſeſſor cauere de non vtendo eo, ſecundum *Innocentium.* &
78 *Baldum vbi ſupra.* Item nota, † quod quis poteſt in re propria conſtitui miniſter ad exequendum ſententiam pro ſe latam, ibidẽ. Et nota hic text.
79 quia dicit, *dominorum*, in plurali: quia † non ſufficeret firma vnius domini vbi ſunt plures domini alodiarij eiuſdem rei: arg. *l. per fundum. ff. de ſer-*
80 *uit. ruſt. prad.* An † donatione facta in filium ſpurium debeatur laudimium, vide *Bartol.* & *Bald. in auth. ex complexu. C. de repu.* quia videtur quod ſic, quia reputantur extranei, ſecus eſt de conſuetu-
81 dine ruſticorum Gerundæ: tamẽ † Barcinonæ de donatione etiam facta in extraneum nullatenus datur laudimium, ex priuilegio, vel conſuetudine, niſi fieret fraus, vt in *cap. 1. Del recognouerũt proceres.* quod limita in extraneis, quia in liberis donando per donantem poteſt aliquid retineri, vt ſupra in ſecunda parte dicitur. vide in *curia Cer-*
uariæ, cap. Item ne ſuper laudimio. ¶ Sequitur in te-
82 xtu, *Vltra les penes ja es dret degudes*, ſcilicet † quia res cadit in commixtum de iure communi: vt in *lib. feudorum, de probi. feu. alie. per Lotharium, & per Federicũ. l. imperialem. §. 1. & 2.* & ibi nota de hoc per *gloſ.* & *extr. de loca. c. potuit.* cum ſimi. Sed nota, quia text. dicit, *de dret*, & non dicit, *de dret comu*, & ideo in locis, vbi non habebat locum commiſſum, vt in hac ciuitate & diœceſi Gerundæ, non credo quod habeat modo locum pœna cõmiſsi: ſed habebit locum pœna illius pragmaticæ, *Quoniam digne regnat Maieſtas Regia*, quæ ponit pœnã quingentorum aureorum. De hoc vide in localibus Barcinonæ, *cap. Item quod ille qui ceſſat.* & *cap.* ſequenti. Et iſta pœna duplicati laudimij etiam iam dudũ ſeruabatur per legẽ Goticã. Et nihilo-

nus credo quod habeat locum pœna pacis violatæ, iuxta cõstitutionem, *Hæc est pax, quam constituit dominus Rex Petrus.* in §. *nullus Christianus, sine Iudeus,* &c. & in vſat. *Si quis ſuum fœnum.* & in vſat. *Si quis Baiuliam.* vide quę in eis notantur per
83 *gl.o.* & *Iac.* Sed † ſi in fraudem domini non apponatur verum pretium, res cadit in commiſſum: vt notat *Calc.* in vſat. *Si quis ſuum fœnum.* & in
84 *primil. Del recognouerunt proceres.* quia † propter fraudem ſemper habet locum pœna commiſſi. vide in *Spe. de iure emphit. verſ.* 92. ¶ Sequitur in text. *duplicat luyſme al ſenyor directa.* ſubaudi, vel
85 eius † procuratori, aut alij inde ius ab eo habẽ-
86 ti, vt dixi: quia † ſoluere videtur qui ſoluit ei cui creditor mandauerit: ff. *de ſolut. l. vero procuratori.* ¶ Sequitur in text. *ja tengut dar,* ſubaudi, & agetur cõdictio ex hac conſtitutione: ff. *de cõdi. ex. le. l. vna.* Et forte ſi non habet in ære, luet in corpore, ratione pœnæ doli cõmiſſi. Vel verius res committeretur, addę quæ ſcripſi ſupra *coll.* 6. *curiæ Monitſſoni cap. præcipimus.* in *verſ. Item nota*
87 *quod contractus non eſt reſolutio,* &c. Item † an & quando nouus poſſeſſor fundi tributarij tenẽatur ad tributa præterita. vide *Ioan. de Platea.* in *l. apud eum poſſeſſorem. C. de cenſibus, & cenſito. lib.* 11.

De treuga & pace. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Præfationibus vti debemus, ne videamur illotis manibus notabilia introire.*
2 *Breuitate gaudent moderni.*
3 *Iuriſperitus debet declarare cauſam in memorialibus, & collationibus quantum breuius poterit. cætera vide in tex.*

HIC poſſet poni rubrica de treuga & pace, quia omnes ſequentes conſtitutiones huius collationis ſunt de materia proceſſuum paciũ & treugarum. & ſic eſt hæc rubrica ad omnes ſequẽtes conſtitutiones huius collationis nonę. Et iſta poſſunt addi ad *Directorium Iacobi Calc.*

quod fuit factum tempore Regis Martini.

NOS *Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonũ,* &c. *Pro parte curiæ, quam in ciuitate Barcinonæ nũc temporis celebramus, dum eius brachiorum.* &c. ¶ Hic dominus Rex Ferdinandus exorditur ſuũ proœmium ad ſequentes conſtitutiones, quas edidit, tam ſuper pacibus & treugis, quam alijs grauaminibus & abuſibus infraſcriptis. Et nota ipſum proœmium, quia pulchrum eſt. Et eſt argumẽtũ,
1 quod debemus † vti præfationibus; ita vt non videamur illotis manibus notabilia introire, vt ff. *de orig. iur. l.* 1. non tamen debemus eſſe verboſi, vt ibi dicitur, & in *proœ. Decret.* §. *Sane, & de nouo. compo. verſ. quibus.* de his tamen vide in *Spe. tit. de adito.* §. *nunc de exordijs, & harenguis.* Verum
2 quia † longa ſolent, ſperni, & gaudent breuitate moderni, conſulo vt ibi longa eſt proceſſus, & cauſæ narratio, eſſet longa præfatione forte tẽpus allegandi de iure inutiliter elabatur, & aures
3 audientiũ tædeat. Sed † cauſam quanto breuius poterit iuriſperitus in collationibus exponat, Dubia per concluſiones exponat, & epiloget, & iura, per quæ eius fundatur intentio, alleget & declaret taliter; vt qui votare habuerint, bene percipiant, nec per multiplicatas allegationes argumentorum à diſperatis obumbret veritatem, & reddat dubios nimium audientes, ſicuti hodie multi faciunt voce tonante cum fauſtu, & vitijs, de quibus notatur in *Spe. tit.* & §. *præalleg.* Et ſuper omnia caueat, ne veritatem ſcienter impugnet, & mendacia proferat, & falſas allegationes contra conſcientiam damnabiliter inducat, fugiat nomen emburlatoris propter pecuniam: quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur, vt *extra, de ſimo. cap. Matthæus.* Ideo circa iſta non inſiſto. Sed ad declarationem conſtitutionum ſequentium, quæ ſæpius in iudicijs frequentantur tranſcurro breuiter.

Quæ requirantur antequam querela pacis violatæ admittatur. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Querela pacis & treugæ non eſt admittenda, niſi prius conſtet de delicto, ſaltem per famam, aut alias arbitrio iudicis. Cætera videantur in littera. declaratur nn.* 10. & 13.
2 *Querela quandoque vulgariter clamus dicitur.*
3 *Querela quid ſit.*
4 *Per querelam pacium & treugarum non proceditur niſi ad inſtantiam partis. limitatur ibidem.*
5 *Querela qualiter ſit formanda. rem. ſine.*
6 *Pax violata dicitur & treuga violata.*
7 *Treuga largo modo dicitur pax, quia eſt pax temporalis.*
8 *Pax dicitur multis modis violari, vt hic.*
9 *Paces, de quibus hic, quare ſint inuentæ. remiſſiue.*
11 *Querela pacis & treugæ non datur coram primogenito, vel eius vices gerente.*
12 *Proceſſus pacis & treugæ violatæ regulariter fit coram Vicario.*
14 *Iudex & ius dicens differunt.*
15 Tunc *aduerbium ſignificat extremitatem temporis. & aliquando ſignificat ordinem nn.* 19.
16 *In querela pacis & treugæ plura requiruntur, vt hic.*
17 *Moderatio ſignificat diminutionem.*
18 *Plura vbi requiruntur in actu, ſi vnum deficiat, irritatur totus actus.*
20 *Ordo aſſignatus delegato, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue nõ ſemper eſt ſeruandus: in alijs vero ordo tantum ſubſtantialis eſt attendendus.*
21 *Ordo reſcripti eſt de ſubſtantia.*
22 *Conſuetudo curiarum regiarum ſeruanda eſt.*
23 *Querela pacis & treugæ non eſt mere ciuilis.*
24 *Mal eficia omnia ſunt in treuga.*
25 *Violator homagij etiam præſtiti pro cauſa ciuili, videlicet pro hoſtagus vel arreſto, committit delictum; & punitur extraordinarie.*

Iudicium

36 *Iudicium quando ſit ciuile, vel criminale. remiſſiue.*
37 *Delictum eſt genus generaliſſimum, & crimen genus ſubalternum. & de differentia eorum.*
38 *Pro querela pacis & trenga an poſſit agi contra officialem vel iudicem, qui male iudicauit. & traditur diſtinctio nu. 29.*
30 *Officiales Baronum debent conueniri coram Baronibus, & non coram domino Rege, pro his quæ delinquunt in officio. & declaratur pragmatica hoc diſponens nu. 31.*
32 *Querela pacis & trenga locum habet contra violatorem homagij præſtiti in inſtrumento cenſualis de tenendo hoſtagia.*
33 *Damna, & iniuria petuntur in querela pacis, & trenga.*
34 *Notoria non indigent probatione.*
35 *Notorium quotuplex.*
36 *Notorium quid, quid manifeſtum, & quid pene occultum.*
37 *In querela pacis & trenga ſufficit in initio conſtare de maleficio, quamuis non conſtet eo tunc de malefactore.*
38 *Dolus requiritur, & non ſufficit lata culpa in querela pacis & trenga.*
39 *Culpa lata in delictis regulariter non comparatur dolo.*
40 *Iniuria deducta ad effectū, & actus conſummatus requiritur in querela pacis & trenga.*
41 *Informatio pro querela pacis & trenga ſecrete debet recipi, & illius non eſt danda copia, nec inſpectio quę relato ante teſtium publicationem. declaratur n. 43.*
42 *Informatio recepta ſecrete pro querela pacis & trenga non prodeſt ad condemnationem, quia recepta parte non citata.*
44 *Informatio eſt ſummaria quoad ordinem, & quoad probationem in querela pacis & trenga.*
45 *Crimen probatur per famam in proceſſu querela pacis & trenga.*
46 *Crimen an probetur per vnum teſtem, vel famam de re communi. remiſſiue.*
47 *Fama quid, & vnde dicatur.*
48 *Fama frequens & publica accuſatoris vim habet.*
49 *Fama coadiuuat ad fidem faciendam.*
50 *Fama fragilis res eſt.*
51 *Probandi decem modi traduntur.*
52 *Fama communis quando locum habeat. remiſſiue.*
53 *De communi opinione. remiſſiue.*
54 *Statutum vbi non requirit plenam probationem, ſed contentatur ſolis argumentis; teſtes poſſunt recipi abſque partis citatione. limitatur ibidem.*
55 *Querela pacis & trenga locum habet, ſi modicum indicium delicti vel quaſi reperiatur. ratio traditur ibidem.*
56 *Forma promiſſionis admiſſionis querelæ.*
57 *Salarium an debeatur pro promiſſione querela pacis & trenga. & nu. 58.*
59 *Perſona querelantis debet eſſe nota iudici. & ſi erit incognita, debet iudici conſtare de qualitate, & conditione eiuſdem.*
60 *De perſonis prius debet conſtare quam de rebus.*
61 *Exceptio falſi procuratoris reddit iudicium retro nullum. idem eſt de exceptione falſi tutoris.*
62 *In querela pacis & trenga non admittitur procurator ſine ſpecialis mandato. & ratio traditur ibidem. & non admittitur cautio de rato, ſed doceri debet de mandato nu. 64.*
63 *Sententia corruit, vbi citatio nulla eſt.*
65 *Ratihabitio non retrotrahitur, niſi ſuperueniat actu nō dum finito. nec retrotrahitur, niſi in præiudicium ratificantis nu. 66.*
67 *Dominus an ratificare poſſit querelam datam per falſum procuratorem. & ratio traditur nu. 70. & quid ſi mandatum procurator non producit nu. 76.*
68 *Ratificatio etiam valet poſt ſententiam.*
69 *Citatio facta ad inſtantiam falſi procuratoris non arctat citatum. idem nu. 75.*
71 *Proceſſus redditur nullus propter vitium citationis.*
72 *Proceſſus non validatur in præiudicium abſentis, vbi nulla eſt citatio.*
73 *Citatio fit ad finem defenſionis.*
74 *Iuriſdictionem non habere, & non habere perſonam legitimam paria ſunt.*
77 *Veritas non valet niſi probetur in actis.*
78 *Ratificari non poteſt, quod nullum eſt ex defectu formæ, vel ordinis. & limitatio traditur ibidem.*
79 *Suſpecta perſona quæ ſit in caſu querelæ pacis & trenga.*
80 *Ratihabitionis cautio requiritur, vbi dubitatur demādato.*
81 Antequam, & tunc, *dictiones dicunt ordinem.*
82 *Forma ſubſtantialis omiſſa proceſſus non tenet.*
83 *Fideiuſſores duo requiruntur in querela pacis & trenga.*
84 *Firma iuris in querela pacis & trenga fieri debet cum pignoribus tenentibus. & quæ ſint iſta pignora tenētia, nu. 85. & 89.*
86 *Querela pacis & trenga regulariter nō datur niſi pro damnis & ſumptibus.*
87 *Iniuriarum actione tenetur querelato qui iniuſte dederit querelam pacis & trenga.*
88 *Fideiuſſor idoneus dicitur, qui eſt ſoluendo, & facilis ad conueniendum.*
90 *Actoris & rei æqualis debet eſſe conditio.*
91 *Fideiuſſores in querela pacis & trenga debent eſſe laici, & renuntiare priuilegio fori, & quod obligent ſe in perſona & bonis, nu. 92.*
93 *Calumniari videtur, qui non probat.*
94 *De cauſa liquere non dicitur ante concluſionem in cauſa.*
95 *Dolus probatur per coniecturas.*
96 *Colluſio probatur per ſuſpicionem & indicia.*
97 *Ad electionem alterius pro pace & trenga non proceditur regulariter niſi ad inſtantiam partis.*
98 *Index in eadem ſententia poteſt pronunciare de principali, & condemnare actorem de calumnia. & ad hoc tenetur ex officio.*
99 Illico *verbum idem importat, quod nemine petente.*
100 *Pœna talionis in caſibus hic enumeratis locum habet.*

Accuſator

Digitized by Google

101 *Accuſator de iure communi debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. Sed hodie non ſeruatur de conſuetudine nu.* 103. *Fallit in notarys Barcinonæ, ibidem.*

102 *Prælatus an remoueatur ab adminiſtratione propter dilapidationem, vel ſuſpicionem dilapidationis ob accuſationem ſe ſubſcribentis ad pœnam talionis. remiſſiue.*

104 *De calumnia agi poteſt in eodem proceſſu, & in eadẽ ſententia. declaratur nu.* 105. *& ibidem quod multis modis poteſt procedi de calumnia.*

106 *A calumnia præſumpta qui excuſentur. remiſſiue.*

107 *Querela pacis & treuga agi poteſt pro damnis datis doloſe.*

108 *Actio de dolo non datur pro modico.*

109 *Modicum dicitur uſque ad duos aureos.*

110 *Ejectus à pace & treuga qui eſt, debet illico pro tali publicari.*

111 Niſi ſatisfecerit, vel ſatisfactione præmiſſa, *Clauſula dicit ordinem in modo abſoluendi, & reas cendi in pacem & treugam.*

112 *Abſolutio ſub certa forma permiſſa videtur in contrarium denegata.*

113 *Querelatus quod prius damna reſarcire habeat, quomodo intelligatur.*

114 *Pœna dupli in querela pacis & treugæ quomodo locum habeat. & itidem de pœna monetæ de duplo. numero* 115.

116 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro delicto enormi, non valet. & ratio traditur ibidem.*

117 *Contumax eſt puniendus in expenſis.*

118 *Contumacis pœna eſt, quod non audiatur, donec purgauerit contumaciam.*

119 *Pœna criminum regulariter ſunt arbitrariæ de iure vſitatorum.*

120 *Pœnam apponere in placitis & iudicijs ſpectat ad regiam poteſtatem.*

121 *Sacrilegij pœna ſpectat ad Epiſcopum.*

122 *Princeps condendo ſuam poſteriorem conſtitutionem non videtur præiudicare prioribus conſtitutionibus: niſi quatenus videantur contrariari.*

123 *Obſeruantia ſubſequuta interpretatur conſtitutiones.*

124 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

125 *Obſeruantia communis eſt mens legis.*

126 *Priuilegiorum vſus qualiter probetur.*

127 *Secundum opiniones ſingulorum non eſt iudicandum.*

128 *Ab obſeruantia communi non eſt recedendum.*

129 *Conſuetudo dici non meretur, quæ caret ratione.*

130 *Verbo eſt agendum, diſputatione pugnandum, & ratione vincendum.*

131 *Abuſus irrationabiles non dicuntur proprie obſeruãtia conſtitutionum.*

2 QVerelam de pace violata. Caſus. Querela pacis, † & treugæ non eſt admittẽda, niſi prius de crimine conſtiterit, ſaltem per famam, aut alias iudicis arbitrio ſit repertum. Et cõſtito de perſona conquerenti, quæ ſi viſa fuerit incognita, habet etiam de conditione, & qualitate perſonæ iudicem informare, vel ſaltem cum fideiuſſoribus, aut pignoribus tenentibus pro damnis, & ſumptibus ius firmare. Si iudici lite diſcuſſa conſtiterit de calumnia conquerentis, & hoc fuerit declaratum: eo ipſo, eſt ipſe calumnioſus à pace & treuga iectus, & pro tali iecto è veſtigio publicandus, & alias criminaliter puniendus. Nec reducetur ad gratiam, niſi ſatisfactione præmiſſa, cæteris de extraneo iter agente, alijs de pace & treuga loquentibus in ſuo robore duraturis. Hoc dicit. Et diuiditur in partes quatuor. In prima ponitur, qualiter habeat conſtare de crimine. In ſe. unda, ibi, *quod ſi perſona*, ponitur qualiter habeat cõſtare de perſona querelante. In tertia, ibi, *Et ſi lite*, punit querelantem calumnioſum. In quarta & vltima excipit de extraneo iter agente, & reſeruat cętera ſuper pacibus, & treugis ab antecelloribus emanata, & obſeruationes illorum. Et nota eam, quia notabilis eſt, & menti tenenda: tollit nempe materiam calumniandi, & abuſus fictionis, qui olim quandoque reperti fuerunt. vide expoſitionem litteræ. *Querelam*, ſubaud., vel clamum, quia † quandoque & 2 etiam vulgariter clamus dicitur: vt ſupra *coll.* 6. *curiæ Motiſſons cap. vt tollatur*. Dicitur etiam querela vt hic, & in *curia Cernariæ. cap. deinde ſancimus*. Et † eſt iſta querela quidam libellus ſiue pe- 3 titio querelatoris continens perſonam conquerentis, & eius de quo conqueritur, & etiam iudicis, coram quo conqueritur, & cauſam quare, di cẽ & locum criminis illati, & quantitatem damnorum, & iniuriæ, quæ petuntur argum. ff. *de accuſa. l. libellorum*. & 2. *q. vltima. cap. vlti.* Et nota, quod 4 regulariter † non proceditur per viam pacium & treugarum, niſi ad querelam partis: vt ſupra *colla.* 2. *in* 2. *curia Barcinonæ cap.* 40. *declaramus tamẽ*, vide quæ ibi dixi. Fallit quando infertur iniuria extraneo iter agenti: vt infra *ead. §. vlt.* & ibi dicam, & vidiſti ſupra *ead. cap. com molts entenents a fer mal*, & c. Et † quæ ſint ponenda in querela, & 5 qualiter ſit formanda, vide in *Directorio domini Iacobi de Calicto, in decimo & vndecimo dubijs principalibus*. Sequitur in text. *de pace violata*, dic idem ſi de treuga violata conqueratur, vt ſupra *collat.* 2. 6 *cap. cum inter noſtros milites*: quia † ſiue pax, ſiue treuga violetur, dicitur violari pax, ideſt conſtitutiones pacium & treugarum, ſub quarum præſidio ſunt omnes homines conſtituti in pace vel treuga. ita tamen quod omnes intelliguntur incluſi. niſi qui expreſſe reperiuntur ſeu probãtur excluſi. Et † treuga largo modo dicitur pax: 7 quia eſt pax temporalis, & etiam treuga Domini noſtri Ieſu Chriſti. de qua *extra. de treug. & pace cap.* 1. & 2. eſt hodie confirmata per paces domini Regis noſtri, vt in *conſtit. Treugam domini cõfirmauerunt*, & in *conſtit. Hugo Candidus*. cũ ſimilibus. Et † dicitur pax violari, quandocumq. con- 8 tra tenorem conſtitutionum pacium & treugarũ aliquo capitulo earundem ſcienter, & doloſe damnum infertur, vel iniuria in perſona, vel bonis eius, qui non ſit à pace & treuga iectus, vel ipſo facto, & in ipſa conſtitutione excluſus: vt in

con-

conſtitutione, Hac eſt pax. §. quicunq. igitur hanc pacem. & in *conſtitutione, Notũ ſit cunctis. §. ſi quis vero præſcriptam pacẽ.* & idem in *conſtitutione, Ad honorem.* & in *conſtitutione, In Chriſti nomine ſit omnibus manifeſtum. §. ſi quis vero miles.* cum §. *ſequenti.* &
9 quare † ſint inuentæ huiuſmodi paces, vide in *Directorio domini Iacob. in primo dubio.* ¶ Sequitur in text. *is qui iuriſdictioni præeſt.* Nota verbum,
10 quia † ſiue ſit dominus Rex, ſiue Primogenitus, aut vices gerens, ſiue Vicarius, aut Baiulus, aut quiuis alius, ad quem de iure, conſuetudine, aut alias ſpectet cognoſcere de huiuſmodi querela pacis & treugæ violatarum, coram quo, ſeu quibus querela huiuſmodi offertur, tenentur formã huius conſtitutionis obſeruare; alias erit proceſſus nullus; & non valebit clami admiſsio, nec citatio, quæ emanarent, forma huius cap. prętermiſſa, tamen quia contra formam ſubſtantificam, & ordinem huius conſtitutionis iuratæ, iuxta notata ſupra *ead. cap. als procuradors fiſcals.* Sed eo
11 ram Primogenito, vel eius vices gerente non datur querela pacis & treugæ, niſi facta prius euocatione per Principem exiſtentem extra Cathaloniam in caſu *conſtitutionis nouellæ, les cauſes de pubills*, &c. infra *colla.* 11. & vide notata per *Iacob. in*
12 *Directorio in octauo dubio.* quia † regulariter talis proceſſus ſit coram Vicario, licet quandoque ſecus: & ideo notanter, & cum miniſterio dixit hic tex. *is qui iuriſdictioni præeſt.* Item quia poteſt
13 intelligi, † vt comprehendat aſſeſſorem clami, ad quem ſpectat deliberare, & conſulere huiuſmodi clami admiſsionem, & regulare totum proceſſum: vt infra *ead. cap. vt autem.* vide quæ ibi
14 dixi. Et † nota, quod differentia eſt inter iudicem, & ius dicentem; quia ius dicens proprie eſt habens merum imperium, iudex ſiue iudicans eſſe poteſt non habens merum imperiũ: vide *glo.* in *l.* 1. ff. *de iuriſdict. omnium iudi.* in verſ. *Iudicare.*
15 ¶ Sequitur in text. *tunc admittat.* de iſto † aduerbio *tunc*, quod ſignificat extremitatem temporis, vt *l.* 3. *§. fin. ff. de condi. & demonſt.* & in *l. in ſubſtitutione.* ff. *de vul. & pu. ſub.* vide per *Archi. in Roſario de conſ. diſt.* 4. *cap. tunc valere*, & dic, *tunc*
16 ideſt, *non ante*, quia † etiam alia plura requiruntur, vt dixi in dictis *cap. declaramus. cap. vt tollatur.* & *cap. deinde ſancimus.* prælleg. Primo enim requiritur, quod conſtet de perſona querelantis, & de crimine: vt infra *ead. §. quod ſi perſona.* Itẽ vbi eſt perſona querelatoris ſuſpecta requiritur ius firma idonea, vt infra *ead. §. quod ſi. verſ. vel ſaltem.* Item requiritur iuramentum querelantis, iuxta dictum *cap. vt tollatur.* Item requiritur moderatio, iuxta *cap. deinde ſancimus.* & moderatio † dicit diminutionem, vt dixi ſuper dicta
17 *conſtitutione, Vt tollatur.* & his præmiſsis, & non alias debet admitti querela, & mandari citatorium; quod ſi alterum præmiſſorum, vbi requiritur, omiſſum fuerit citatio non valebit, nec proceſſus exinde habitus contra ordinem, & formã
18 dictarum conſtitutionum. quia † vbi plura requiruntur, & exiguntur, ſi vnum illorum defuerit, totum factum irritatur, vt 33. *diſt. cap. quæ ipſis.* 22. *q.* 2. *cap. animaduertendum.* 30. *q.* 5. *cap.* 1. & notat *Gui.* 23. *diſt. cap. qui Epiſcopus.* ſuper verbo
19 *his omnibus.* ¶ Item nota, † quod dictio *tunc* dicit
20 ordinem. Et † ordo aſsignatus delegato, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue non, ſemper eſt ſeruandus; alias non valet proceſſus, in aliis vero ordo ſubſtantialis tantum eſt attendendus, ſecundum *Innocen.* & *Bal.* in *cap. cum dilecta. extra. de reſcriptis.* vbi no-
21 ta, quod † ordo reſcripti eſt de ſubſtantia, & Papa poteſt dare ordinem, vt ſibi placet. adde quæ ſcripſi infra *ead. cap. Sicut aduerſus*; ſuper verbo *contumaces.* Facit *extra. de offic. ordi. cap. ſi canonici. lib.* 6. ibi, *antequam*, &c. vide & adde notata per *Petrum de Ancarrano in ſua repetitione. cap. ea quæ fiunt à iudice. de reg. iur. lib.* 6. *verſ. Quid ergo dicendum, dominus meus Bal.* &c. adde notata per *Bar. in* 1. *conſtit. C.* Item etiam in diœceſi Gerundæ requiritur monitio & citatio Epiſcopi, vel eius officialis, vt ambo ſcilicet, Vicarius & Epiſcopus, vel eius officialis procedant vno contextu iuxta formam conuenientiæ dudum initæ inter dominum Regem, & Eccleſiam Gerunden. quam inſerui infra *ead. cap. ſint aduerſus.* quia ſi ſecus fiat, non valet quod agitur, vt ibi dicitur. & ita vidi bis iudicari, & obtineri in contradictorio iu-
22 dicio. Vnde † ſeruanda eſt conſuetudo curiarũ Regiarum, & Epiſcopi Gerũ ſen. iuxta notata in *cap. Abbate. extra. de verb. ſignif.* Facit *extra. de elec. cap. prouida. lib.* 6. ¶ Sequitur in text. *cum crimen,*
23 *delictum, ſeu quaſi.* Nota † ergo quod querela iſta licet ſit ciuilis: non tamen eſt mere ciuilis, ſed ad ciuilitatem, & ciuiliter agitur, ſcilicet ad pecuniariam ſatisfactionem; ſed ſi non habet in ære, luet in corpore, quod non fieret in mere ciuili; vt ſupra *collat.* 2. *in* 2. *curia Barcinona cap.* 44. *Item cum in conſtitutione.* tamen habet fundari ſuper crimine vel delicto, ſeu quaſi, vt hic dicitur: quia
24 omnia † maleficia ſunt in treuga, niſi eſſent eiecti â pace & treuga domini, vt in vſat. *Omnia male*
25 *facta.* vnde † violator homagij etiam pro cauſa ciuili, puta pro hoſtagijs vel arreſto præſtiti cõmittit delictum, & debet puniri ſaltem ex moribus extraordinarie; & incurrit bauſiam, proditionem, & infidelitatem, quæ ſunt delicta punibilia: & ſic inde poteſt dari querela de pace violata, vt innuitur hic. vide latius *in tractatu*, quẽ
26 compoſui *de homagio*. Et † quando dicatur agi iudicium criminale, vel ciuile, vide per *Bar. ff. de priuatis delictis. l. ſi quis.* & *ff. de ſepulchro vio. l.* 3. in prin. & *Bar. de Saliceto in auth. clericos. C. de Epiſcopis &*
27 *cleric.* ¶ Et † nota, quod delictum eſt genus generaliſsimum, ſiue veniat ex animo, ſiue non: ſed crimen eſt genus ſubalternum, continet enim ſub ſe furtum, & adulterium, & alia quę ex animo proueniunt, ideſt, ex cõſcientia. Ita notat *glo.* in *l.* 1. *C. ſi aduerſus delictũ.* adde notata per *Petrum de Bellapertica. in auth. qua in prouincia.* in prin. *C. vbi de crim. agi. oportet.* & ꝙ dicit, *ſeu quaſi.*

com-

comprehendit obligationes,quæ ex quaſi maleficio naſcuntur, de quibus legitur & notatur *inſti.de obliga. quæ ex quaſi maleficio naſcuntur*. ¶ Et
28 ita † videtur quod contra iudicem vel officialem non regium,qui male iudicauerit,agi poſsit querela pacis & treugæ ; quod non credo , nec ſeruatur,ſaltem in officialibus & iudicibus Regijs aſtrictis ad tabulam , quia non poſſunt conueniri durante officio , nec poſt,niſi in tabula, iuxta conſtitutionem ſupra *collat.4.curiæ Ilerdæ cap.17. Item ſtatuimus,volumus,& concedimus.* cum ibi notatis , & in concor. & de hoc eſt quædam pragmatica Regis Martini,quæ hoc prohibet in officialibus ſuis.vide ibi ; ideo forte in alijs videretur ſecus dicendum per hanc conſtitutionem,quæ dicit de delicto,ſeu quaſi.& poſtea vidi practicari in Audientia , quod quidã Paſchaſius Torrellas dedit querelam pacis & treugæ contra P.Paſchaſij iuriſperitũ Gerundæ, pro eo, quia vt iudex caſtri de Loreto perperam procederat contra ipſum Torrellas, & dictus iudex querelatus habuit comparere,& compoſuit cum querelante. Item vidi querelari pro pace violata honorabilem Gaſparem Vilana Vicarium,& Ioannem Andreæ fiſci aduocatum poſt obitum
29 Ducis Calabriæ.Dic † ergo, quod aut officialis ex quaſi delicto damnificans habet tenere tabulam,& contra talem non habet locum querela pacis & treugæ , pro delicto ſeu quaſi commiſſo in officio,vel tenendo officium ; niſi delinquat tanquam priuatus extra ſuam iuriſdictionem, tunc enim poſſet, vt vidi de honorabili Narciſſo de ſancto Dionyſio , tunc Vicario Gerundæ, qui per Vicarium Barcinonæ fuit iectus à pace & treuga,& pro tali publicatus.pro eo quia dicebatur, quod in ciuitate Barcinonæ verberauerat honorabilem Ioannem de Palomar Decretorum Doctorem. Aut ille officialis damnificans non aſtringitur tenere tabulã,& delinquit vt priuatus,ſcilicet percutiendo,vel deprædando aliquem,& tunc contra talem credo habere locum querelam pacis & treugæ , quia in tali caſu etiã poſſet impune reſiſti: vt *C.de iure fiſci.l.prohibitũ. lib.10.*Si vero damnum dederit in forma iudicij procedendo,& iniquę faciendo litem ſuam.vt *l. ſi index. ff.de variis , & extraor. cogni.* & ſic tenetur ex quaſi delicto de damnis,an tunc habeat locum querela pacis & treugæ,hoc nunquam vidi practicari.Et per hanc litteram,quæ dicit, *delictum, vel quaſi*, videtur innuere,quod ſic;& credo quod bene de veritate iuris, & ſecundum rigorem harum conſtitutionum:vt hic,& in prælleg. vſat.
30 *Omnia malefacta.* non † obſtat pragmatica , quæ videtur dicere quod officiales Baronum pro ijs quę delinquunt in officio,habent conueniri coram ipſis Baronibus,nõ coram domino Rege,ſaluis priuilegijs villæ Perpiniani & Comitatus Roſsilionis.vide in alphabeto *Berengarij de Montrana.verſ.officium prælatorum.* & adde notata per
31 *glo.*in vlt.*Ex magnatibus,* quia † illam pragmaticã intelligo.quando ageretur via ordinaria, & communi,ſiue ciuiliter , ſiue criminaliter; ſecus quando ageretur per viam pacis & treugæ, quia nec etiam valeret priuilegium, nec pragmatica contra iſtas conſtitutiones generales Cathaloniæ,& maxime pacium & treugarum . Nondum tamen vidi ſeruari. Poſtea tamen vidi quod contra Gaſparem Vilana Vicarium, & contra Ioãnem Andreæ aduocatum fuit data querela pacis & treugę in curia Vicarij, & proprer eorum cõtumaciam fuerunt electi & publicati , niſi ſemel hoc anno: quia procurator fiſcalis & patrimonij domini Regis dedit querelam pacis & treugæ, contra Baiulum de Virginibus, & quoſdã alios qui cum eo ſono emiſſo venerant ad locum de Columbarijs, & ibi dicebantur fregiſſe domum Abbatialem domini Abbatis de Amerio , qui etiam habet certam partem iuriſdictionis in dicto loco,ſed facta citatione nõ fuit amplius proceſſum,quia compoſuerunt cum domino Gubernatore,qui præſens erat in hac ciuitate.Poſtrodum vero vidi quod ad querelam cuiuſdam en Torrellas fuit citatus pro pace & treuga apud Audientiam dominæ Reginæ Mariæ quidã Petrus Paſcal iuriſperitus Gerundæ, pro eo , quia tanquam iudex caſtri de Loreto indebite quæſtionauerat dictum Torrellas,qui iudex inde cõparuit & compoſuit cum dicto querelatore : &
32 ex † his etiam dico locum habere querelam pacis contra illum qui fregerit & violauerit iuramentum & homagium de tenendo hoſtagia præſtitum in contractu cenſualium, & talem querelam vidi admitti; & credo quod bene,quia violando dictum iuramentum & homagium delinquit , & inde damnum dedit in amiſsione penſionum & expenſarum,& forte totius cenſualis, & quaſi poſſeſsionis ipſius,& ita fuit clamus adiudicatus de conſilio peritorum. ¶ Sequitur in textu,*à quo dicitur deſcendere* , dic,*à quo* , ſcilicet crimine vel delicto,ſeu quaſi, ex quo dan na , &
33 iniurię proceſſerunt,quæ in † querela petuntur; & hoc eſt quod dicit , *deſcendere* . ¶ Sequitur in
34 tex.*notorium,* tunc † enim non requiritur informatio, nec probatione alia opus eſt,quia notoria probatione non indigent:*extra. de accuſa. cap.*
35 *euidentia.* & dic † *notorium* , ſcilicet actu permanẽte,vel ex probatione legitima in alio proceſsu facta,vel per confeſsionem querelati in iudicio factam , vt *extra. de coha.cleri.& mulierum. cap.vlti.*vel quia iam de crimine compoſuit cum curia,& ſic iuxta pragmaticam habetur pro cõfeſſo. ¶ Sequitur in tex.*vel manifeſtum fuerit*,quid
36 ſit † notorium,& quid manifeſtum, & quid pene occultum, vide per *glo.ſ. Ant.de Butrio*,& alios *Doct.extra.de coha.cle.& mulierum.cap. veſtre.* & *c. tua*,& dicto *cap.vlti.*& *1.q.1.cap.manifeſta.* & *cap. de manifeſta.* ¶ Sequitur in tex.*vel de illo*,ſcilicet crimine, delicto,ſeu quaſi.Sequitur in text. *fuiſſe*
37 *commiſſum.* Nota verbum , quia † non dicit, *per quem*;vnde non requiritur hic conſtare de malefactore,

factore, ſed ſufficit conſtare de maleficio, & ex hoc tollitur periculum fictionis & ſimulati criminis. Satis enim erit de malefactore, quod cõmiſerit, probare in proſecutione cauſæ vel iudicij, quia contra calumniam prouidetur ex iuramẽto, quod præſtat, quod credit contenta in clamore vera, & quod non intendit deficere in probãdo, per *c. deinde ſancimus. curia Cernaria ſuperius*
38 *alleg.* Et † nota, quod in querela pacis & treugę requiritur dolus, & non ſufficit lata culpa, licet
39 agatur ad damna ciuiliter, quia † regula iter in delictis lata culpa non comparatur dolo, vt notatur ff. *de verb. ſigni. l. magna culpa*, cõtra notat *glo.* in *l. per aquatores. C. de cenſibus, & cenſito. lib.* 11. dic vt ibi notatur per *Io. de Platea.* & latius per *Bar.* in *l. quod Nerua. ff. depoſiti.* Item nota, quod textus
40 dicit *fuiſſe commiſſum*, quia † requirit tactum cõſummatum. & quod ſit iniuria deducta ad effectũ in corpore, vel in rebus, vt in *pragmatica Regis Iacobi directa Vicario Roſſilionis, in reſpoſione ad ſextam quæſtionem.* de quo vide *Iacob. de Cal. in 3. dub.* in fi. & in 10. *dubio, in 3. q.* & quæ in eis dixi, & apoſtillaui. Fallit in extraneo iter agente iniuriato. de quo dixi in *conſtitutione de innadente extraneum iter agentem.* & in vſat. *Camini.* ¶ Sequi-
41 tur in text. *per informationem ſecreto receptam*, & † ſic recipietur huiuſmodi informatio ſecrete, & deberet recipi ad partem, nec deberet dari copia parti aduerſæ, nec alicui partium: ſaltem ante publicationem teſtium in proſecutione cauſæ, ad vitandam ſubornationem teſtium, arg. *C. de teſtibus. c. teſti.* non obſtat infra *eod. c. proxi.* quia ibi loquitur de actis publicis proceſſus, non tamen de ſecreta informatione huiuſmodi, quæ non eſt neceſſaria ad comparitionem, de qua loquitur ibi. Et ideo malefaciũ. notarij & ſcriptores proceſſuum huiuſmodi querelarum pacium & treugarum, qui pro ambitione ſalarij quandoque dãt copiam huius informationis ſecrete ante publicationem teſtium, & ſine licentia Vicarij, Iudicis, vel Aſſeſſoris cuius principaliter intereſt, cũ ſit recepta ex officio, vt ſe. quitur; licet quandoque iudex exigat teſtes produci à parte querelatrice, & forte minus bene, cum tales ſint ſuſpecti, & pariter in eis timeatur ſubornatio, & non ſine cauſa hic dixit, *ex officio in hoc caſu*, ſecus in ſe-
42 quenti §. *quod ſi perſona.* Nota † tamen quod hæc informatio non prodeſt ad affectum condemnationis tantum, quia eſt recepta, parte non vocata: tamen quia extra iudicium, & ad alium finẽ. vide *Gui. in Spe. tit. de inſtrumento. edi.* §. *nunc dicamus. verſ. Sed pone, appellan.*; ibi, *dic contra, nã teſtis*, &c. & adde notata per *Matthæum de Mataſalanis in 41. notab.* & per *Angelum* §. *poſſeſſor. l. ſciendum. ff. qui ſatis cog.* Dic † aut loco informationis huiuſmodi exhibetur inquiſitio iam forte recepta de crimine: & iſta non eſt publicanda, nec edenda copia, donec ſit viſa per aduocatum, iuxta formam *cap. volentes.* infra *eod. curia.* Aut fuerunt teſtes ſummarie recepti ad informationẽ in hoc *cap.* requiſitam. Et etiam credo non publicandã, quia littera hic dicit, *ſecreto receptam.* Sed forſan poſt comparitionem dabitur copia vt infra *cap. proximo.* ad hoc vt citatio valeat impugnari: quia licet ſecrete recipiatur, tamen poterit publicari: nec per hoc timetur ſubornatio, quia poſtea vtraque pars poſſit per teſtes probare in plenario iudicio. de quo dic vt legitur & notatur per *Anto. de Butrio. in cap. vtrieus. extra. de teſtibus.* Et
44 iſta † informatio erit ſummaria quoad ordinem, & quoad probationem, vt patet in textu. de hoc vide per *Salicet. in l. iudices. C. de iudicij.* ¶ Sequitur in textu, *vel aliter, ſaltem per famam.* Nota hic
45 crimen † probari per famam. Sed an crimẽ pro-
46 betur † alias per vnum teſtem & famam, vide *ff. de teſtibus. l. teſtium.* §. *fama confirmat.* Quid † ſit fama, & vnde dicatur, vide per *Guil. in Roſario cap. non ſunt audiendi. 11. quæſt. 3.* & per *Bart. de Fama, in l. de minore. ff. de quæſtionibus.* & per *Gloſ.* & *Doct. extra. de cohabitatione clericorum & mulier. e. veſtra.*
48 ¶ Item † nota, quod fama frequens & publica locum tenet accuſatorum. *extra. de offic. ord. ſi per*
49 *inquiſitionem. in gl.* Et fama † eo adiuuat ad fidem faciendam. *extra. de præſump. cap. quia verißimile.* & *cap. ſiſtit.* de quo vide per *Henr. in cap. cum ſanguis. extra. de proba.* Fama † res fragilis eſt à malefacio-
50 51 lis multotiens artificioſe ſubmiſſa, & notã † quæ decem ſunt modi probandi, ſcilicet Euidentia, Fama, Teſtes, Inſtrumentum, Præſumptio, Iuramentũ, Inſpectio, Confeſsio, Liber antiquus, Scriptura antiqua. Et † quando fama communis locum habeat, vide per *Innocen. extra. de accuſa. cap. qualiter, & quando.* in prin. & plene *de teſt. cap. ve-*
53 *nerit.* Et de opinione † communi, *C. de teſtibus. l. 1.* & ibi plene per *Cinum.* & per *Hoſt. in Summa, tit. de teſti.* § *ſuper quibus. verſe fama.* & per *Tiraqu. de Perarits in tractatu ſuo de famã.* hic tamen ſufficit qualiſcumque fama arbitrio iudicis, vt ſequitur ibi, *vel alias arbitrio ius dicentis aliquid ſit repertum.* Nota † *Dominum de ſancto Geminiano in*
54 *cap. pro humani. de homici. lib.* 6. quod vbi ſtatutum non exigit plenam probationem, ſed contenta-tur ſolis argumentis, poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione: per quod limitatur *text. in homine*
55 *Domini. extra. de teſti.* Et † nota verbum *aliquid*, quia quantumuis modicum iudicium reperiatur de crimine, delicto, vel quaſi, ſufficit, etiam ſine ſcriptura. Et idem quando conſtat per inſtrumentum de redditione treugarum: quia hoc plus eſt quam fama, quia probatio inſtrumenti eſt clara, & redditio treuguæ eſt violatio conſtitutionis pacis, vt in fine ipſarum conſtitutionum, vbi cauetur, quod quilibet maior quatuordecim annorum, niſi prius monitus iurauerit ſeruare ipſas paces, excommunicetur, & à pace & treuga ejiciatur & hoc ita vidi ſeruari Barcinonæ, & Gerundæ, quia ponitur extra pacem propter contumaciam non iurandi pacem, non autem aliter ejicitur cum fautoribus, niſi quando datur querela ad emendam damnorum, iuxta formã huius

conſti-

cõſtitutionis; licet *Gui. Prapoſiti* aliter ſcripſerit. Sed dic vt poſt Ilaui ſuper eo in 45. *cap. ſed tutius eſt inde fieri ſcripturam.* arg. *c. quoniam contra falſam. extra. de probationibus.* & de hoc faciat iudex mentionem ad cautelam, quando faciet admiſ-
56 ſionem † querelæ, vt dicat, *viſa querela, viſo iuramento querelatoris, viſa poteſtate, ſi agit nomine alieno; & attento quod de crimine vel delicto, ſan quaſi, de notorio, vel per famam, ex informatione, aut alias conſtat: & attenta qualitate & conditione perſona querelantis, qua nota eſt: vel attenta fideiuſſione cum iuris firma, vel pignoribus datis: & aliis attendendis attentis, admittit ipſam querelam, quam moderat ad mille florenos, & preſtito prius iuramento per querelantem, iuxta conſtitutionem, Vt tollatur, curiæ Monteſſoni Regis Petri Tertij:* & non ante mandant querelatum moneri, & citari more ſolito, cum litteris ſtylatis,
57 &c. ¶ Sed † hic quæro, an ex hac interloquutoria debeatur ſalarium? Quidam quod ſic abutuntur de facto; ſed ego contra, quia infra quindecim die citationis, & ante contumaciam non debetur ſalarium in cauſa pacis & treugæ, niſi compoſitio vel remiſsio ſequatur, iuxta *c. ſi ratione executionis.* ſupra *curia Monteſſoni colla. 6.* vi-
58 de quæ ibi ſcripſi. Et † hoc credo verum; niſi pro recipiẽda huiuſmodi informatione haberet extra domicilium proficiſci, iuxta ea quæ leguntur & notantur ſupra *collat. 4. 1. curiæ Barcinonæ cap. 14. Item quod aliquis iudex noſter. & extra. de reſcriptis. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. lib. 6.* ¶ Sequitur ſecunda pars in §. *Quod ſi perſona conquerens incogni-*
59 *ta iudici viſa fuerit.* In † hac cognitione tamẽ non erit pars citanda, iuxta notata per *Bal. in l. prætor.* ſuper verbo *cauſa cognita. ff. de in ius vocando.* Et dic *viſa fuerit*, vt puta, quia eſt aduena, vel vagabundus, vel alias nõ eſt notus pontifici; vel forte, quia dicit ſe tutorem, curatorem, procuratorem, ſyndicum, vel actorem alterius inco-
60 gnitę perſonæ: & † prius habet conſtare de perſonis quam de rebus, vt *ff. de ſta. ho. l. 2. iuncta rub. eo. tit.* & *extra, de ſpon. c. ex litteris.* & hic, quia ſi perſona eſt incognita iudici, debet prius conſtare de qualitate & conditione perſonæ querelãtis, hoc eſt, de poteſtate legitima, ne iudiciũ fiat
61 eluſorium: quia † huiuſmodi exceptio falſi procuratoris reddit iudicium retro nullum. *extra. de procur. c. in noſtra* & *de procur. c. licet.* & idem eſt de exceptione falſi tutoris: vt *C. de eo. q. pro tu. nego. l. non vtiliter.* & *l. non eo minus. C. de procura.* Et †
62 in tali caſu non admittitur procurator ſine ſpeciali mandato: quia iuramentum prædictum, de quo loquitur conſtitutio, *vt tollatur omnis occaſio malignandi.* & *conſtitutio Cenuariæ cap. deinde ſancimus*, requirit ſpeciale mandatum, & formam ſpecificam, vt in ipſis conſtitutionibus ſcripſi, & maxime propter periculum calumniæ: vt infra *eod. §. & ſi lite.* Et ſi forte ad querelam aſſerti procuratoris non conſtito de mandato eſſet facta citatio, & ſequuta comparitio, cum proteſtatione, quod non intendit iudicium approbare, & ſic citatio eſt nulla, totus proceſſus irritaretur; quia
63 vbi † citatio eſt nulla, ibi ſententia eſt nulla, ſecundum *Inno.* & dic, *nulla*, quia nõ tenet, vel quia non emanat, ſecundum *Bal. in c. ſi proponente, extr. de reſcriptis.* Ideo caueat iudex, vt nullum mandet citatorium in tam præiudiciali, & periculoſo, ac arduo negotio, niſi in actis appareat de mãdato: imo nec in hoc caſu admitterem cautionem de rato; quia debet denegari Audiẽtia querelatori, niſi veniat cum mandato: licet viderim fieri contra aliquando, & male. Eſt conſilium, quando non apparet de mandato procuratoris in iudicio comparentis, quod proteſtetur aduerſarius quod non intendit litigare cum illo aſſerto procuratore, nec approbare geſta per eum niſi quatenus veraciter, & de facto habeat ad illa mandatum, quia tunc non valebit fieri ratificatio; ſi forte iam ante non habuerit mandatum,
65 quia † ratihibitio non retrotrahitur, niſi quando ſuperuenit actu nondum conſummato, ſecundũ *Angel.* qui de hoc notat ſingulariter in *l. Iulianus,*
66 *ff. iudic. cog.* Item ratihibitio † non retrotrahitur
67 niſi in præiudiciũ ratificantis. ¶ Vnde † pone q̃ ad inſtantiam aſſerti falſique procuratoris eſt facta citatio, & ejectio querelati; certum eſt quod non valet ejectio modo facta ipſa ejectione venit dominus, cuius nomine data fuit querela, & vult habere ratum factum procuratoris, nunquid ex hoc ratificabitur ejectio & proceſſus? Et videtur
68 quod ſic, quia † etiam valet ratificatio poſt ſententiam, iuxta notata per *Bar. ff. de excep. rei. iudi. l. ſi mater. §. hoc iure.* & per *Bal.* & *Angel. in l. licet ff. de iudi.* contra credo per *l. bonorum. ff. rem ratam haberi*: quia reus citatus vbi citatio teneretur, niſi forſan infra quindecim dies citationis comparuerit, eſt contumax, & illico ex ipſa contumacia ſiue ex ipſa conſtitutione propter ipſam cõtumaciam eiectus à pace & treuga, & ſi infra ipſos quindecim dies non fiat ratificatio, non valet citatio: imo forte etiam ſi fiat ratificatio in
69 hoc caſu, quia † citatio facta ad inſtantiam falſi procuratoris non arctat citatum, vt patet infra, ergo ratificatio poſt ſubſequuta nil operabitur quoad conſtituendum citatum in contumacia,
70 quia † citatio, quæ non arctauit defectu poteſtatis, non poterit ex iſta ratificatione conſtituere aduerſarium in contumacia, & hoc credo de ſubtilitate, & veritate iuris: licet aliqui oculos nycticoracis habentes tenuerint, contra non aduertentes ad magnum præiudicium huius ejectionis, & qualiter requiritur ſolemnitas citationis in ſcriptis, & huius conſtitutionis, cum ſimilibus, quia ipſi quindecim dies dantur à iure cõſtitutionis, & non poſſunt à iudice prorogari, nec arctari, & ſic reus non tenebatur comparere: & per conſequens non efficitur contumax, nec per conſequens eſt ejectus: ergo poſt quindecim dies actu iam conſummato ſuperueniens ratificatio procuratoris querelãtis, nõ poterit cõſtituere cõtumacẽ nec ejectum querelatũ, quia to-

71 tus † proceſſus eſt funditus nullus propter vi-
tium citationis, quæ eſt fundamentum iudicij;
& vbi deeſt fundamentum, non poteſt aliquid
ædificari: 1. *quæſt.* 1. *cap. cum Paulus.* & circumdu-
ctum eſt edictum, vt *C. indi. l. properandum.* & *ff. ſi*
quis in ius vo. non ierit. l. ex quacunque. Facit quod
notat *Bar. ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. Iul. in 6. q.*
72 ergo opus erit noua citatione; quia † vbi eſt vi
tium in citatione, nunquam validatur proceſſus
in præiudicium abſentis, vt dixi ſupra *collat. 6.*
73 *curiæ Perpinian. cap. laudantes.* Et † nota, quod ci-
tatio non fit niſi ad finem defenſionis. vide ibi,
& in *cap. vt tollatur.* & maxime quia de forma, &
ordine eſt per hanc conſtitutionem, quod habeat
prius conſtare de perſona querelantis; alias ſe-
queretur abſurdiſsimum, quod in facultate ratifi-
cantis eſſet nudo verbo conſtituere contumacem
& erectum, cum qui in nulla fuit contumacia;
& poſſent multæ fraudes fieri & calumniæ,
contra quas voluit hæc conſtitutio prouidere:
ſic in *conſtitutione, A remoure*, &c. & huius opinio-
nis ſemper fui, licet aliqui tenuerint contra-
rium quandoque in collationibus & diſputa-
tionibus: non obſtant contraria, quia ibi pro-
ceſſus non eſt nullus omni reſpectu, quia ſaltem
tenebat vi præſentiæ in perſonam falſi procura-
toris. Hic vero iudicium erat nullum omni re-
ſpectu, & non poteſt ratificari in præiudicium
abſentis, qui nunquam fuit in iudicio, iuxta
notata per *Bal.* & *Angelum.* vbi ſupra, & per *In-*
nocent. alibi. Et prædicta credo indubitanter ve-
ra in eo, qui nullum habebat mandatum; quia
74 paria † ſunt non habere iuriſdictionem, & non
habere perſonam legitimam: vt *l. ſi falſus. ff.*
75 *quod cum falſo tu.* & ibi *Bal.* Et † citatio ad in-
ſtantiam falſi procuratoris emanata non arctat
citatum, ſuper quo vide notata per *Bal.* in *l. li-*
cet verum. ff. de iudicijs. etiam per *Angelum* ibi-
76 dem. ¶ Sed pone † quod habebat mandatum,
ſed non produxerat procuratorium: adhuc for-
te idem, quia de his quæ non ſunt, & non ap-
parent, idem eſt iudicium, quia in iudicijs non
77 valet † veritas, niſi probata in actis: & quia ele-
ctio eſt interloquutoria; & non poteſt iuſtifica-
ri ex de nouo probandis, argum. *Cle. appellanti.*
de appel. & quia mandando citatorium, non con-
ſtito de mandato, decretum proceſſit, contra for-
mam & ordinem iuris, & huius conſtitutionis,
ergo non valuit proceſſus funditus ipſo iure, &
78 quod † nullum eſt ex defectu formæ, & ordi-
nis, vel quia eſt proceſſus contra conſtitutio-
nes huiuſmodi iuratas, non valet ratificari, ni-
ſi ſaltem de conſenſu ambarum partium: quia
omnis citatio debet eſſe legitima; ſemper enim
intelligitur indiſtincte qualificata cum hoc ad-
uerbio *legitime*, hoc dicit *glo.* (quæ non eſt alibi)
in *l. alias cum vnus. §. in hoc. ſi minor. ff. de be. auc. iu-*
di. po. ſecundum *Bal.* Item quia iudex in hoc
caſu non poteſt emanare citatorium, niſi prius
ſibi conſtiterit eſſe ſeruatam formam tam iuris,

quam informationis, quam firmę iuris efficaci-
ter. Et ſi data eſt querela, & iuratum per procu-
ratorem, certe non valet, niſi prius conſtiterit
de ſpeciali mandato, iuxta *cap. procur. extra. de*
elec. lib. 6. vt dixi ſuper *cap. demque, in curia Cer-*
uariæ. ¶ Sequitur in textu, *vel ſuſpecta*, ſubau-
79 di, † quia querelans eſt vnus ribaldus pauperri-
mus, vel alias diffamatus, & perſona querela-
ta eſt honeſta, diues, & cognita, bonæ opinio-
nis; vel perſona querelans eſt pupillus, vel im-
pubes, aut minor viginti quinque annis, abſque
tutore vel curatore: tales enim ſuſpecti ſunt,
quia non valeret iudicium in eorum præiudi-
cium, per *l. non eo minus. C. de procura.* neque va-
leret præſtatio iuramenti, quæ eſt de forma, &
ſubſtantia vt eſt dictum. Vel dic, *ſuſpecta*, quia
non portat ſpeciale mandatum, quia forte ha-
bet procuratorium antiquum, in quo nulla fit
mentio de caſu querelæ huiuſmodi; tunc ante-
quam procedatur vlterius, videlicet ad quere-
læ admiſsionem & moderationem, & partis ci-
tationem, debet informare iudicem de pote-
ſtate, & de qualitate, & conditione perſonæ
querelantis; vel ſi forte non poteſt aliam in-
formationem dare, ſaltem habebit pro damnis, &
ſumptibus, cum fideiuſſoribus, vel pignoribus
tenentibus idonee ius firmare, vt hic ſubijci-
80 tur in textu, quia tunc cautio † ratihibitionis
exigitur, quando eſt dubium de mandato, vt *C.*
de ſatiſdando. l. 1. Et talis informatio erit ſum-
maria quoad ordinem, non quoad onus pro-
bandi; quia oportebit probare per teſtes vel in-
ſtrumenta, iuxta notata in ſimili per *dominum*
Antonium de Butrio, in cap. veniens, extra. de teſti-
bus. Et nota, quod textus hic dicit, *antequam*, &
81 quia ſupra dixi, *tunc admittat*: quia † iſta ver-
ba dicunt ordinem, & formam ſubſtantialem,
82 qua † prætermiſſa non valet proceſſus. vide
quæ dixi ſupra in verbo *tunc admittat*; quia iſta,
& præſertim iuramentum iuxta formam, *cap.*
vt tollatur, ſunt de forma, & ſolemnitate iudi-
cij. & de quatuor iuramentis. vide notata per
Bar. in *l. qui bona fide. §. Si alieno nomine. ff. de*
83 *damno infecto*. ¶ Item nota, † quod dicit *fide-*
iuſſoribus in plurali: quia non ſufficeret dare
vnicum tantum, argumentum *ff. de teſtibus. vbi nu-*
merus. & in *cap. pluralis. extrauag. de regulis iuris. li-*
lib. 6. ¶ Item nota, quod dicit, *pignoribus tenen-*
84 *tibus*, quia † hoc eſt ſingulare in proceſſu pa-
cis & treugæ, vt firmetur de iure cum pignori-
bus tenentibus: ſicut in batallia regulariter
contra, vt in vſatico, *De omnibus namque.* & ſu-
pra *collatione 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 21. Item*
quod omnis firma, qua fit facta. vide & adde quæ
85 ibi ſcripſi. vnde † ſecui & animalia, quæ quo-
tidie comedunt, & mori poſſunt, & quandoque
fugiunt, non poſſunt dici pignora tenentia.
¶ Item nota, quod dicit, *pro damnis & ſumpti-*
86 *bus*, & nil dicit de iniuria, quia † regulariter que-
rela pacis & treugæ non datur niſi pro damnis &

Digitized by Google

ſumptibus. vide infra *eod. c. cordi.* & quæ ibi dicam. de quo vide per *Iacob. de Calicio in ſuo Direc-*
87 *torio, in decimo dubio principali.* Et † tamen qui alium querelauerit, ſeu conqueſtus fuerit de aliquo iniuſte pro pace & treuga, cum dicat eum criminoſum, & de magna quantitate debitorem, nõ eſt dubiũ quin faciat iniuriã, & poſsit conueniri iniuriarum: vt ff. *de iniurijs. l. iniuriarum.* §. *ſi quis per iniuriam.* & *l. Item apud Labeonem.* §. *ſi quis non debitorem.* ſuper quo vide *inſti. eod.* circa princ. & ibi per *Ioan. Fabri.* ¶ Et nota etiam quod littera dicit, *idonee ius firmare.* Nota, quod hanc iuris firmam non tenetur præſtare perſona conquerens, ſi eſt cognita, & non ſuſpecta: tamen communiter omnes firmant de iure ſimpliciter, ſine fi-
88 deiuſſoribus, vel pignoribus. Sed † quæro, de qua idoneitate hoc intelligis, quia iam præmiſit de fideiuſſoribus & pignoribus? Reſpondeo, requiritur quod fideiuſſores ſint idonei facultatibus, vt ſint ſoluendo; & ſint faciles ad conueniẽdũ, iuxta notata ſupra *col. 4. in 2. curia Barcin. c. primo quod*, &c. Item †
89 in pignoribus requiritur, quod ſint mobilia & tenentia; & talia, quæ ſe nõ conſumant, vt æqui & muli, & cætera animalia quæ ſubiacent periculo mortis, & ſe conſumunt comedendo. Item quod non ſit frumentum, vel aliud granum, quod â muribus & tineis roditur, & demolitur; quia ad talia tenetur querelatus in comparitione fienda cum pignoribus; & actoris,
90 & rei † æqua debet eſſe conditio, *extra. de regul. iur. cap. non licet actori. lib. 6.* Facit *extra. de mutuis peti. cap. prudentiam.* Item requiritur quod ſint propria ipſa pignora, & alijs non obligata: vel ſi ſint aliena, quod ad conſenſus dominorum, quia alias res alienã obligari non poſſet: vt *l. ſi probaueris. C. ſi res alie. pig. data ſit.* Item requiritur alia idoneitas, quod ſe ſubijciat foro Vicarij, & renunciet priuilegio fori. iuxta notata in *cap.* 21. *Item quod omnis firma.* ſupra *collat.* 4. *in 2. curia*
91 *Barcinona, in §. quæro etiam.* Item † quod fideiuſſores ſint laici, & renuncient priuilegio fori. de quo dic vt notatur ſupra *collat. 4. curiæ 2. Barcinonæ cap.* 1. Item †
92 quod ſe obligent omnes in perſonis & bonis, cum iſta ſit prætoriana cautio, & iudicialis: & ex cauſa deſcendenti ex crimine, delicto, vel quaſi, in quibus de ſtylo conſuenit fieri obligatio perſonarum: hoc verum in curijs ciuitatis & diœceſis Gerunden. Sed ſecus vidi in curijs Barcinonæ, ſed non bene: & tenebitur Vicarius in ſubſidium, ſi non fuerit bene cautum, vt dicitur *de magiſtra. conuenien.* quia hic non poteſt dici cauſa mere ciuilis, cum ſit ex crimine, &c. licet regulariter pro debito ciuili nullus obligetur perſonaliter: vt ſupra *colla. 2. curiæ 2. Barcinona c. 29. Item quod nullus miles.* vide quæ ibi ſcripſi: quia illud loquitur in debito mere ciuili & ex cauſa ciuili hic loquitur in cauſa querelæ, quæ deſcendit ex crimine, vel delicto. Et hæc prædicta importat verbum *idonee*, quod non videtur ſuperfluè poſitum, & debet aliquid operari: vt *l. ſi quando.* ff. *de legatis tertio.* vide in *l. quibuſdam. de verborum obligatione. in gloſ. de fideiuſſoribus. l. prætoriæ.* adde quæ notantur ff. *qui ſatis cog. l. prima.* §. *ſatisdatio.* ¶ Sequitur tertia pars in §. *Et ſi lite ſuo marte diſcuſſa conſtiterit.* ſubaudi, quia querelans contra querelatum nihil probauit: vn-
93 de † qui non probat, calumniari videtur. vt 2. *q. 3. cap.* qui non probauerit quod obiecerit, pœnam, quam ipſe intulerit, patiatur, vel quia tacuit per annum, vel non fuit infra biennium cauſam finaliter proſecutus: vt infra *collat. proxima curiæ domine Mariæ cap. a remoure calumnioſas.* vel forte tunc perempta eſt inſtantia, & ſic non habebit locum pœna huius capituli, ſcilicet ejectionis, de qua ſubijcitur hic. Sed dic, quia ibi perit inſtantia odio calumniatis. Sed ne de ſuo dolo commodum reportare ipſe querelator calumnians videatur, non erit perempta, quin poſsit pronunciari ipſum calumniaſſe, & ſic fore ipſo facto per hanc conſtitutionem à pace & treuga ejectum; & tute facit querelatus, qui hoc expreſſe petit in proceſſu, dando libellum per modum reconuentionis, vt petat querelatorem calumniatie pronunciari, & pro ejecto publicari, & euitari, donec de damnis & ſumptibus ſatisfecerit: nec petet hoc caſu quod declaretur inſtantiam perijſſe: & tutius faciet ſi ante deſertionem petierit ſuper calumnia pronunciari lite diſcuſſa, hoc eſt facta concluſio-
94 ne in cauſa, quia † ante non dicetur liquere de cauſa. *extra. de fide inſtrumentor. im. cap. cum Ioannes.* & *cap. cum dilectus, & de cauſa po. & propri. cap paſtoralis.* & hoc eſt quod dicit, *ſuo marte*, &c. Poſtea vide conſilium quod dat *Ioan. Andr. in addi. Spec. tit. de calumnijs. ſuper rubrica*, ſcilicet quod reus accuſationi reſpondens ſic dicat, *Nego omnia & ſingula, de quibus ſum per Titium accuſatus, dicens ipſum Titium me calumniaſſe: unde peto ex tunc à vobis domine index, vt ipſum tanquam calumniatorẽ veſtro arbitrio, & officio puniatis.* Excitabitur enim officium iudicis ad id, ad quod tenetur, etiam hoc non petito: vt *l. 1. C. eod. tit.* & ibi notat *Gui. de Suza.* ¶ Sequitur *conſtiterit iudici*, ſubaudi, & conſiſtat eo ipſo quod non probauerit, ſecundum *Gui.* in alleg. *cap. qui non probauerit 2. quæſt. 3.* vel alias de dolo conque-
95 rentis conſtiterit per coniecturas, quia † taliter probatur dolus, vt *l. dolum. C. de dolo.* & *extra. de renun. cap. ſi te præbendam.* & ibi nota ſu-
96 per verbo *coniecturas.* Sic † etiam colluſio probatur per ſuſpicionem & iudicia, ſecundum *Bal. in l. quia autem.* §. *quid deinde.* ff. *ſi quis omi. cauſa teſtamenti.* vide infra *eod. cap. ſicut aduerſus.* ſuper verbo, *ſi captio præcedat.* ¶ Sequitur in text. *& hoc fuerit per iudicem declaratum*, ſubaudi, ad
97 petitionem partis querelatæ, alias ſecus, quia † regulariter non proceditur ad ejectionem alterius niſi ad inſtantiam partis, vt ſupra dixi per dictum *cap. declaramus tamen*, & hoc eſt tutius vt petatur, prout ſupra dixi, licet forſan cum

per

per actitata de notorio constiterit de calumnia huiusmodi, poterit iudex ex suo officio taliter pronunciare, & punire calumniosum, tanquam delinquentem in iudicio, & in actis iudicij, iuxta notata in *l. nullum. C. de testibus.* de hoc vide per *Archi. in cap. 1. extra. de homici. lib. 6.* & in 2. parte *Spec. tit. de formis sententiarum in forma, Ego talis index.* Et vide & adde quæ notat *Bar. ff. ad Turpil. l. accusator. in 3. q.* vbi
98 nota, † q̃ iudex in eadẽ, sententia cũ pronunciat de principali, potest etiã de calumnia cõdemnare actorẽ, & ad hoc ex officio tenetur, secundũ *Io. And.* quẽ videas omnino super *Rub. de calumniatoribus, in 4. parte Spec.* Et dic, *& hoc fuerit, hoc*, scilicet actorẽ calumniatum esse; non enim est necesse declarare fore ejectũ, licet sit tutius addijcere &, & per hoc ipsum se scire, fore ipso facto à pace ejectum, & per consequens publicandũ, & hoc statim sequitur, ibi, *& protati*, scilicet
99 ejecto, *illico publicetur.* Et nota † verbum *illico* q̃ sonat, quod etiam nemine petente: ad quod faciũt notata in *constitutione, Votum sit cunctis.* §. *Itẽ statuimus, quod si quis contra tenorem pacis ceperit*, &c. quod vbicumque constat quem ipso facto fore ejectum & acuidatum, & hoc est notorium iudici; statim absq. citatione potest procedi cõtra talem ejectum, tanquã inimicum acuidatum domini Regis, per vsat. *Si quis de magnatibus.* cũ
100 simil. Et est † æquum quod hic statuitur, quia dicit calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat: & habetur 2. q. 3. c. 2. Et ita habes hic vnum casum, in quo habet locum pœna talionis de iure huius patriæ. Alium habes in eo qui spuerit in faciem alterius, nisi maluerit ei emendare viginti solidos, vt in vsat. *Si quis alicui spuerit.* ¶ Item alium habes in eo qui proiecerit lanceam alicui, & non percusserit, quia pro illo pauore siue metu, quem intulit, debet ei stare ad talionẽ similis pauoris, aut sibi emendare, sicut vnius plagæ medietatem: vt in vsat. *Si quis alicui hominis sanguinem traxerit.* Item habes alium in vsat. *Si quis ad aliquem criminalem foliam dixerit*, ibi, *tantum quãtum*, &c. Item alium casum habes in falso teste, quia falsum testimonium dicens contra aliquem, tenetur sibi dare de suo quantum ille perderet si conuictus fuisset, vt in vsat. *Qui falsum.* Sed vir accusans vxorem de adulterio se non inscribit ad pœnam talionis, secundum *glo.* in vsat. *Mariti.* Regulari-
101 ter † est de iure communi, quod acculator se habet inscribere ad pœnam talionis, vt *ff. de accu. l. libellorum.* vide *Gui. in Rosario 3. q. 2. cap. quia.*
102 & ibi nota, qualiter † & quando prælatus remoueatur ab administratione propter dilapidationem, vel eius suspicionem ob accusationem alicuius se inscribentis ad pœnam talio-
103 nis. Sed, † vt dixit *Tiom. de Piperatis*, & etiam *Albertus de Cremona in tractatu maleficiorum; rubrica qualiter fiat accusatio*, quod hodie de cõsuetudine non fit inscriptio ad pœnam talionis, quia alias pauci inuenirentur, qui se ad pœnam talionis obligare vellent, quia posset reus absolui, vel quia maleficium non esset plene probatum, vel propter imperitiam aduocati, vel iudicis, & sic timore pœnæ talionis multa crimina remanerent impunita, quod esse non debet: ff. *ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* & *ff. de fideinst. l. si arec.* & sic hodie per notarios Barcinonæ committuntur multæ falsitates; quia habent ex priuilegio quod non proceditur contra eos criminaliter de falso, nisi scribatur ad talionem.
¶ Sequitur in text. *per iudicem declaratum.* sub-
104 audi *in eodem vel alio processu*, quia de † calumnia potest agi in eodem processu, & eadem sententia declarari: Supra dixi super eodem facto, quod cum eadem sumit, potest absoluere querelatum, & declarare querelatum pro calumnia ejectum. Sed contrarium tenet *glos. in cap. antiqua mos.* 51. *dist.* & vide quæ habeo super hac constitutione, nam debet dari querelato tempus ad faciendum suam executionem, quia posset esse quod habuit iustam causam querelandi;
105 quia † multis modis potest procedi de calumnia. Vno modo proposita accusatione ordinaria, vt notat *glos. in l. accusator. ff. ad Turpill.* Alius modus est, quod iudex ex suo officio mercenario ante sententiam latam super crimine proposito cognoscat de ipsa calumnia in ipsa eadem sententia, cum pronunciat de principali, & iste modus ponitur in *l. 1. C. de calumniatoribus.* & hic tertius modus procedendi est, quod post reum absolutum, iudex inquirat de calumnia ex suo officio nobili, & sic de calumnia cognoscat, secundum *Bar.* qui hoc notat latius in dicta *l. accusator in 2. parte.* vide etiam notata per *Salicetum in l. si mater. C. de calumniato-*
106 *ribus.* & ibi nota qui † excusentur à præsumpta calumnia. Et tamen hoc tertio casu, non credo habere locum quod hic dicitur; quia regulariter non proceditur ad ejectionem pacis, nisi instante parte, vt dixi supra, nisi forsan prout in casibus, in quibus alias proceditur sine querelatore, quia in illis si non interfuit querelator, nec est per consequens calumniæ querelantis. Sed vbi interfuit querelator, tunc aut in eodem processu constat de calumnia, & tunc in eadem sententia debet hoc declarari, & habet locum quod dicitur hic. Si vero non constiterit, aut non declarauerit in sententia principali; tunc poterit agi de nouo, dato libello ordinarie, & poterit procedi ad querelam partis. Aut nec fuit in eadem sententia declaratum, licet in actis de calumnia constiterit. Nec pars vult de calumnia agere: & tunc forte, quia euidenter constat in actis de calumnia, poterit iudex ex officio procedere ad publicandum. Sed hoc vltimum non credo verum, quia (vt dixi) requiritur querelator. Immo est verum, quod iudex ex officio poterit punire de calumnia; non autem pro-

cedere tanquam contra eiectum à pace, abſque partis inſtantia. Nec obſtat littera, cum dicit, *eo ipſo ſentiat ſe eiectum*, quia non eſt eo ipſo eiectus, quia cõſtat de calumnia, niſi etiam fuerit hoc declaratum; & tamen declaratio huiuſmodi non poterit fieri niſi inſtante parte querelatrice, per *cap. declaramus tamen.* ſupra al-
207 leg. Et ex hoc tex. nota, ꝙ pro damnis doloſe, & calumnioſe datis poteſt agi per viam pacis violatæ: quod credo verum, vbi fuerit crimen, delictum, vel quaſi, vt dixi ſupra *eod.* ſed ſecus de dolo adhibito in contractibus, quia tunc ageretur per actionem ex eo contractu, vel per actionem de dolo in ſubſidium, cõtra doloſum; *ff. de dolo. l. elegantur. §. ſeruus pactionis.* cum ſimil.
208 dummodo non ſit pro modico: quia † actio de dolo, cum ſit famoſa, non datur pro modico: vt ff. *eod. l. ſi quis affirmauit. §. vltimo.* cum *l. ſequenti,*
209 quæ dicit † eſſe modicum, vſque ad duos aureos. ¶ Sequitur in tex. *& pro tali illico publice-*
210 *tur.* Nota † ergo, quod ex quo conſtat aliquem eſſe à pace & treuga eiectum, debet illico pro tali publicari, & euitari ab omnibus, ſorte etiã parte non inſtante: quia ex quo conſtat eſſe eiectum, poteſt & debet guerreiari, per vſat. *Si quis de magnatibus.* donec mereatur reduci ad gratiam & amorem Principis, ad quem reduci non debet, niſi prius ſatisfecerit querelato de damnis, ſumptibus, & expenſis, vt ſequitur hic in *verſic. ad quas nullatenus reducatur.* & eſt ſimile infra *eod. cap. vltimo.* vide ibi in verbo *ad quas nullatenus*; & melius in *conſtitutione pacis & treuga, Diuinarum & humanarum.* in firma & iuramento domini Regis Ildefonſi, ibi, *quam ſi quis infregerit, non habebit meum amorem; ſed ſub acuydamento erit, donec, & quouſque ſupradicto modo reſtituat quod rapuerit, vel infregerit.* Et ex hoc nota, ſcilicet in quantum in eo fuit, quia vltra poſſe nihil; quod ſi alias de facto reductus fuerit, non facta ſatisfactione, reductio eſt nulla, tanquam attentata contra formam, & ſubſtantiam huius conſtitutionis, iuxta notata ſupra *eod. cap. als procuradors fiſcals.* ſuper verbo *no ſia oyt*, &c. ſic eſt de iure communi in excommunicato non ſeruante interdictum, in *cap. cum ex eo. de ſenten. excom. in Clc.* quia in illo caſu alius à Papa non poteſt abſoluere, niſi ſatisfactione præmiſſa: ſic etiam in *Clc. Multorum.* in fin. *extr. de hæreticis.* & notat *Ioan. de Imola.* in alleg. *cap.*
211 *cum ex eo.* vide ibi, quia verbum † *niſi ſatisfecerit*, vel *, ſatisfactione præmiſſa*, dicit ordinem in modo abſoluendi, & reducendi in pacem & treugam, & factum ordine prætermiſſo non valet, præſertim attento iuramento, quo dominus Rex. & eius officiales ſunt aſtricti ſeruare ipſas conſtitutiones; quaſi videatur adempta pote-
212 ſtas contrarium faciendi: quia † permittendo abſolutionem ſub certa forma, videtur in contrarium denegata: argum. *extra. de præſumpt. cap. nonne.* adde quæ ſcripſi infra *collat. proxim. curiæ domina Regina Maria cap. primeramẽt*, ſuper verbo *è no a altre.* & *cap. volents.* ſuper verbo *eſſer con-*
213 *ſeruades.* ¶ Item † nota, quod dicit textus, *in omnibus damnis*, &c. quia videtur, quod prius habeat ſatisfacere tam de damnis principaliter illatis, quam de illatis ex proceſſu: quod eſt verum, quando non firmauerit de iure, ſed elegerit ſatisfacere de contentis in querela, & cedere liti. Si vero eligeret viam litigij, & firmet de iure purgando contumaciam in caſu *cap. com molts entenents a fer mal.* ſupra *eod. curia.* iſta tunc ſecus, vt ibi dixi, & ibi videas. Sed in caſu huius *cap. & præſentis* §. dic, de omnibus damnis datis ratione dictæ calumniæ tam in lite, quam propter litem, & occaſione ipſius querelæ calumnioſæ, præmiſſa tamen iudicis taxatione, & delato iuramento, damna paſſo in odiũ calumniatoris; iuxta notata *extra. quod metus cauſa. cap. fin.* & *ff. de in litem iur. l. in actionibus.* & hoc forte verum in damnis, quæ non poſſunt aliter probari: quia ſi aliter eſſent damna plene probata, tunc debet condemnari ad omnia damna probata, quia hæc littera dicit, *in omnibus,*
214 ergo non poterunt per iudicem minui. ¶ Sed † quæro an hoc caſu ſoluetur duplum, vel pœna pacium & treugarum violatarum: de duplo credo quod non habebit locum, niſi quando procederetur via ordinaria. quia regulariter duplũ non habet locum niſi poſt quindecim dies monitionis, vt notatur latius per *Iac. de Cal. in ſuo*
215 *Directorio in 21. dubio prin.* Sed † de pœna quadraginta vel ſexaginta ſolidorũ monetæ de duplo forte ſecus, quia ex illa debetur ex ſola præſumptione violationis conſtitutionũ paciũ & treugarũ: at iſte taliter calumniando videtur violaſſe paces & treugas, & tanquam temerator, & violator ipſarum conſtitutionũ punitur: & facta declaratione, quod fuerit calumniatus in caſu pacis & treugæ; ipſa declaratione facta eo ipſo cenſetur eiectus: & propter pœnã talionis, vt dixi; vel forte erit ſpeciale in hoc caſu, vt non habeat locũ dicta pœna monetæ de duplo; ſed alias arbitrarie punietur pro facinore, vt ſubijcitur hic. Sed verius credo, quod habeat locum pœna pacis violatæ, quæ eſt ciuilis, hoc eſt pecuniaria: eſt tamen pœna fiſcalis, & quodammodo dicetur pœna criminalis, quia fiſco quæritur, & pro crimine violatæ pacis imponitur, *nihilominus* tamẽ pro facinore pœna corporali punietur criminaliter extra ordinẽ, vt hic
216 ſubijcitur: ſic ſupra in alleg. *c. cõ molts*, in fi. Et † nota, ꝙ pœna pecuniaria ex ſtatuto pro maximo facinore impoſita nõ valet, quia induceret homines ad peccandũ, ſecũdũ *Hoſt. in c. referente. extra. de delic. puerorũ.* Nam nullam reus pertimeſcit culpam, quã redimere nummis exiſti-
217 mat: 11. *q.* 3. *c. pauper.* Nota. † ꝙ contumax debet per iudicẽ ratione cõtumacię puniri in expẽſis, & etiã poterit mulctari de iure ciuili, quia forte mulcta nõ habet locũ de iure canonico: de quo

dic

dic per *Gui.in Roſario.11.q.3.c.certum eſt*, ſuper verbo *vocatus*. & per *glo.* & *Doct.in l.1. ff. ſi quis*
118 *ius dicenti non obtemperauerit*. Item † pœna contumacis eſt, quod nullatenus audiatur, donec ipſam cõtumaciã purgauerit. *C. de iudi. l. ſancimus.*
119 Sed † de iure vſaticorũ, & huius patriæ regulariter ſunt pœnæ criminum arbitrariæ, ad arbitriũ potentatũ, ſecundum *glo.in vſat. Quia inſti-*
120 *tiã facere*, alias eſt §. *quoniã*, & pœnã † inferere in placitis & iudicijs, ſpectat ad Reg ã poteſtatẽ,
121 vt in vſat. *Cum dominus Berengar.* in fi. Sed † pœna ſacrilegij ſpectat ad Epiſcopũ, vt in *conſtit. pacis, In Chriſti nomine. Regis Iacobi. §. dominicaturas quoq.* in fi & in *conſtit. diuinarũ. §. dominicaturas.* circa fi. & in vſat. *Laudauerunt*. Si vis videre de omnibus pœnis, vide latius *in Margarita Fiſci domini Iac. de Cal. in 8. dubio. & in Alphabeto domini Burgarij de Mõtrana, in littera P. verſi pœna.* ¶ Sequitur in tex. *de damnis, ſumptibus, & expenſis.* vide quæ ſcripſi ſupra *coll. proxi. curia domini Regis Martini. c. Item per tolre vexacions.* ſuper verbo, *de ſas bens propris.* & ſupra iſta *coll. c. confirmants la conſtitucio*, ſuper verbo, *ja tengut reſtituyr.* & ſupra *ead. c. com molts entenents a fer mal.* ſuper verbo, *e ſatisfahents los danys.* & adde quæ notantur per *Gui. in Roſario 2.q.1. c. in primis. & extra. de dolo. & contu. c. finem.* & quæ notantur per *Gui. de Valleſicca.* in vſat. *Sacramenta* ſuper verbo, *credenda.* ¶ Sequitur §. *per hoc tamen.* vbi ponitur exceptio, & eſt hic vltima pars, in qua reſeruat cõſtitutionem de extraneo iter agenti, & alias cõſtitutiones pacium & treugarum, & obſeruantias earundem, quibus non intendit in aliquo derogari. ¶ Sequitur in text. *qua ſuper extraneo iter agemi*, ſubaudi, quaſi dicat, licet dixerimus, non debere admitti querelam pacis & treugæ, donec de crimine conſtet, vel inde aliquid ſit repertum, & niſi conſtiterit de perſona conquerentis, &c. attamen ſecus erit quãdo erit procedendum contra inuadentes extraneum iter agentẽ: quo caſu multa ſunt ſpecialia, iuxta notata ſupra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 45. Item quod Vicarij & Epiſcopi poſſint inquirere.* vide quæ ibi dixi. & idem ſupra *ead. c. com molts*. ¶ Sequitur in tex. *vel alijs*, ſubaudi, quaſi dicat, licet de crimine & perſona conſtiterit, nihilominus tamẽ habebit iurare querelans ſe credere contenta in clamoſore verã; & quod non intendit deficere in probando. & hoc in proceſsibus, in quibus interuenit querelator, iuxta *c. deinde ſancimus. in curia Cerbaria.* & *c. vt tollatur. in curia Mõtiſſoni.* ſupra *coll. 6.* vide & adde quæ ibi ſcripſi. ¶ Sequitur in tex. *à noſtris prædeceſſoribus*, ſubaudi, nec ab ipſo domino Ferdinãdo cõditore hu-
122 ius cap. quia † princeps condendo ſuã poſteriorem conſtitutionẽ videtur præiudicare prioribus conſtitutionibus, niſi quatenus videantur contrariari: vt *extra. de conſti. cap. licet Romanus. lib. 6.* Sed vna per aliam determinatur, vt *l. nõ eſt nouũ. ff. de legibus.* debent enim in quantum fieri poſsit concordari, vt *c. cũ expediat. de elec. li. 6.* & ideo hæc proteſtatio vel reſeruatio magis fuit ad cautelã. ¶ Sequitur in tex. *& obſeruationi illa-*
123 *rũ*, nota, quod dicit de obſeruatione, quia † obſeruãtia, practica, ſtylus, & cõſuetudo, dant intellectũ cõſtitutionibus, ſubaudi rationabilib⁹, alias abuſus non ſunt ad conſequentiã trahẽdi, nec debẽt allegari pro conſuetudine vel ſtylo, ſi ſint contra verã, & bonam mentẽ conſtitutionis, vide quæ ſcripſi infra *coll. proxi. curiæ domine Maria c. al abus.* cũ concor. & ꝙ hic ſubijcio ſta-
124 tim ſuper verbo *obſeruationi*, eſt † enim optima legũ interpres conſuetudo, vt *l. ſi de interpretatione. ff. de legi.* & *extra. de conſue. c. cũ dilectus.* & ob-
125 ſeruantia † cõmunis eſt mens legis, & mens, & ratio legis eſt ipſa lex: vt *ff. de excu. tu. hiſtire oportet. §. aliud autem.* & *ff. de lo. l. ſcire.* & imo per generales conſtitutiones Cathaloniæ ſunt confirmatę conſuetudines, vſus, ſtylus, practicæ, obſeruantiæ, & aliæ libertates, vt ſupra *coll. 2. curia 2.*
126 *Barci. c. 2. Idcirco nos Rex prædictus.* vbi † habes etiam qualiter probentur vſus priuilegiorũ, & conceſsionũ, quia per ſolã receptionẽ teſtiũ ſine libello, & ſine lite. vide quæ ſcripſi ibi, & in cõ cor. ibi poſitis, & ꝙ dicit *obſeruationi*. intellige, ſcilicet, cõmuni & rationabili, alias ſecus: quia
127 nõ † eſt iudicandũ ſecundũ opiniones ſingulorũ; quia nõ exẽplis, ſed legibus eſt iudicãdũ: *C. de ſent. & interlo. om. iudi. l. nemo iudex. extr. de cõ-*
128 *ſtis. c. 1.* & *c. ne innitaris.* nec † eſt recedendũ à cõmuni obſeruantia, & ab eo ꝙ diu viſum ęquum fuit: *ff. de conſti. prin. l. 2.* & minime ſunt mutanda, quæ interpretationẽ certã ſempor habuerunt. vt *l. minime. ff. de legi.* Facit §. *leges. 4. diſt. cum ibi notatis.* quia vt dixi, nõ exemplis, ſed legibus eſt iudicandum: vt *C. de ſent. & interlo. omn. iudi.* cum
129 *l. nemo.* prælleg. Et quod † ratione caret, extirpari debet, nec meretur dici conſuetudo: vt *ff. de*
130 *legi. l. quod non ratione.* Sed † verbo eſt agendum, diſputatione pugnandum, & ratione vincendum: vt *23. q. 6. cap. vides*, vt opinor, & ibi notat *Gui.* quid ſit diſputare. Ratio vincit 3. *Eſdræ 4. cap.* & *8. diſt. cap. conſuetudo.* Abuſus enim irra-
131 tionabiles † non dicuntur proprie obſeruantię conſtitutionum. Imo dicuntur tranſgreſsiones *24. q. 1. cap. tranſferunt.* ſuper verbo, *derogare.* ſcilicet, *detrahendo.* additur enim, vt hic vides, non autem diminuitur.

Vt comparentibus pro pace & treuga non denegetur actorum copia. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pro pace & treuga comparentibus intra terminum non eſt deneganda copia actorum. Catera vide in littera. & ampliatur nu. 12.*
2 *Arreſtatus vel datus manuleuæ dicitur captus.*
3 *Querelatus comparens pro pacibus & treugis non debet detineri ratione querelæ; cum ſit cauſa ciuilis. Fallit num. 4.*
5 *Carcer de iure ciuili non datur ad pœnam ſed ad cuſtodiam. Fallit de iure canonico.*

6 *Aduocati tenẽtur parti ad damnum, ſi aduocauerint cũ cauillationibus, vel ſuperſtitionibus.*
7 *Superſtitio eſt hypocriſis vel inanis gloria.*
8 *Subtilitas duplex.*
9 *Comparitio, qua fit in querela pacis & treugæ, debet fieri in die non feriata; cum ſit actus iudicialis.*
10 *Cautum non dicitur, ſi non rite cautum ſit.*
11 *Actum aliquid non dicitur, cum ſupereſt aliquid ad agendum.*
13 *Acta denegare, eſt opprimere.*
14 *Copia ſententiæ non eſt deneganda.*
15 Mandare & præcipere *differunt.*
16 *Salarium an exigendum per iudicem pro declaratione, quæ fit ante litis conteſtationem in cauſa pacis & treugæ.*
17 *Declaratio in querela pacis & treugæ, quæ fit ante litis conteſtationem, debet fieri celeriter.*
18 *Salarium perdit index, qui male vel negligenter exercet officium ſuum.*
19 *Liquere de cauſa quando dicatur.*
20 *Tutor debet facere fidem de inuentario.*
21 *Contumaces non ſunt audiendi, niſi purgata contumacia.*
22 *Contumacia non cenſetur purgata niſi ſolutis expenſis.*
23 *Actorum copia nedum eſt danda comparenti intra legitimum tempus in cauſa querelæ pacis & treugæ, verum etiam & non comparentibus.*
24 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit, vbi reſultaret abſurdum.*
25 *Acta iudicij ſunt communia inter actorem, & reum, vnde edenda ſunt vtrique partium litigantium.*
26 Corrigere & emendare *quid, remiſſiue.*
27 *Querelatus pro pace & treuga non ſolum habet poteſtatem emendandi firmam à ſe factam, verum etiam opponendi de nullitate proceſſus.*
28 *Carcerandus quis non eſt pro quaſi delicto, nec in carcere detinendus, dum vult eſſe manulenuatus.*
29 *Vicarius procedere non poteſt criminaliter pro delicto commiſſo in terra Baronis, vel quando punitio aliter non pertinet ad dominum Regem.*
30 *Dies termini non computatur in termino.*
31 Habet *verbum importat neceſſitatem.*
32 *Pœnæ capitales requirunt dolum, ſed pœna pecuniaria non.*
33 *Delatus negans delictum & poſt exactam ab eo depoſitionem eſt dandus manulentæ, niſi criminis qualitas hoc requireret; confeſſus vero delictum non.*
34 *Communis vſus loquendi derogat interpretationi iuris.*
35 *Probatio nulla melior quam ea, quæ fit ex confeſſione.*
36 *In confeſſis nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando.*
37 *Confeſſio inter alios præiudicat confitenti quoad qualẽ præſumptionem.*
38 *Pro confeſſo an ſit habendus carceris fractor. remiſſiue.*
39 *Querelatus comparens omnino non eſt relaxandus, donec ſit declaratum bene comparuiſſe.*
40 *Manulenta quis tradi non debet ſine cognitione iudicis.*
41 *Manulenta quantum durent, traditur.*
42 *Querelatus quando & in quibus caſibus ſit relaxãdus, traditur pro eo* Pragmatica Regia.
43 *Bona aquiualentia eſſe, quis debeat probare querelans, vel querelatus.*
44 *Ætatem debet probare, qui ſe fundat in ea.*
45 *Manulenta an ſint tradenda illi ante deciſionem cauſæ, qui propter inopiam pignorum ponunt ſe captos perſonaliter in poſſe curiæ.*
46 *Conſtitutiones & vſatici ſunt abſque gloſſa intelligendi.*
47 *Captus dicitur de iure, qui ſtat ſub manulenta. idem num. 49.*
48 *Homo dignior eſt omnium creaturarum.*
50 Arreſtare & capere *differunt, & in quibus.*
51 *Non appellat contumax exactus à pace & treuga.*
52 *Rex querelatum poteſt capere vel manulentæ tradere ad libitum.*
53 *Cauſa tripliciter dicitur terminata, prout in littera.*
54 *Index facit litem ſuam, ſi liberet querelatum à parceris antequàm ſententia querelæ fuerit tranſacta in iudicatum. ampliatur num. 5 & 6. vt procedat etiam, niſi fuerit facta ſentẽtiæ exequutio, vel admiſſa ceſſio bonorum.*
56 *In ære non habens debet luere in corpore.*
57 *Partes ſi conueniunt, nihil ad iudicem.*
58 *Reus an, & quando ſit dandus manulentæ, remiſſiue.*
59 *Fugitiuus violator manulentæ debet ligatus remitti iudici, cuius manulentam violauerit.*

ET *quia ſæpe contingit, quod monti*, &c. Caſus. 1 Actorũ † copia querelatis pro pace & treuga violatis infra quindecim dies monitionis cõparentibus non eſt deneganda, infra quos poſſunt comparitionem ſuam, & firmam, ſi voluerint emẽdare: & niſi criminis qualitas aliud ſuaſerit; non debent ipſi comparentes vltra duos dies, infra quos eorum recipiatur depoſitio in carcere detineri. Exceptis perſonis illorum, qui eas tornauerint loco pignorum. Hoc dicit. Et diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur abuſuum narratio. In ſecunda ponitur prouiſio ſecunda, ibi, *Hæc tanquam*, &c. quæ ſubdiuiditur in tres partes. Quia primo prouidet circa traditionem actorum, & comparitionis, & firmę emendationem. Secundo, ibi, *& niſi criminis qualitas*, &c. prouidet circa perſonarum detẽtionem. Tertio, ibi, *in hoc autem*, excipit caſum de illo qui loco pignorum tornat perſonam. Et eſt valde notabilis conſtitutio. Nota eam ¶ Vide litterã. *Et quia ſæpe contingit*, dic, *ſæpe*: ideo debet occurri & prouideri: quia dixerunt quidam Decretales: Sæpe veniant in collationem cœpæ. Sicut dixit Poeta:

Caſeus & cœpa veniant ad prandia ſæpe,
Sed piſces & caro veniant ad prandia raro.

Sicut etiam leges & iura non adoptantur ad ea quæ de raro contingunt. Sed ad ea quæ ſæpe eueniunt: vt hic, & *ff. ad legibus. l. nam, & Demoſthenes. cũ tribus legibus ſequen. & ext. de elec. c. quia ſæpe contingit.*

tingit. lib. 6. & de præben. c. quia ſæpe. eod. lib. cũ ſuis concord. Sequitur in textu, *moniti*, ſubaudi, & citati, ſcilicet, iudicialiter, facta moderatione, & admiſsione querelæ, ſeruatis ſeruandis, iuxta notata ſupra *c.* proximo. Et de forma monitionis & citationis huiuſmodi vide per *Iacobum de Calicio in ſuo Directorio in tertiodecimo dubio.* Sequitur in textu, *poſt firmam.* qualiter habeat querelatus & citatus, ſiue monitus pro pacibus & treugis violatis comparere perſonaliter, & firmare cum pignoribus tenentibus, ſi habet, vt dixi ſupra *c.* proximo: vel ſaltem mittere perſonam loco pignoris, vt hic infra *eod. §. in hoc autem.* dic latius in dicto *Directorio in 17. dubio principali.* Sequitur in text. *durante dubio*, ſuper hoc an rite firmauerint in
2 captionibus. Nota, † non dicit, *carceribus*: ergo videtur quod poſſunt detineri ſub arreſtis, vel manuleutis fideiuſſorum: quia tunc etiam dicitur captio, iuxta notata per *Ioannem de Imola in Clem. 1. de Hæreticis*, poſſunt tamen quandoque teneri in carceribus, vt infra ſubijcitur. & adde *inf. colat. prox. ma. cap. occurrente.* Sequitur hic in text. *longo tempore detinentur.* Ex hoc, iuncto infra *eod. verſ.*
3 *ſic. Et niſi criminis*, habes quod † querelatus, comparens pro pacibus & treugis, non debet ratione querelæ detineri captus, cum ſit cauſa ciuilis, & pro debito ciuili nullus capitur in perſona regulariter, vt ſupra *collat. 2. curia 2. Barcinopie cap. 28. Item quod nullus miles.* cum ſuis concordant.
4 Fallit † quando non habet pignora, ſed loco pignorum tornat perſonam. vt infra *eod. §. in hoc autem.* Item fallit in caſibus notatis in alleg. *c. Item quod nullus miles.* Et nota quia dicit, *longo tempore*, quia lõgum tempus eſt in hoc caſu, ſi vltra duos dies teneatur captus, & eſſet iniuria, & violatio conſtitutionis huius, ſi amplius detineretur, niſi criminis qualitas hoc exigeret: vt infra *eod. verſ.*
5 *& niſi criminis.* & ibi dicam. Item † nota, quod licet carcer de iure ciuili non detur ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tantum, attamen ſecus eſt in iure canonico, vt in *cap. quamuis carcer. extra. de pœnis, lib. 6.* & etiam de iure vſaticorum huius patriæ, vt in vſat. *Quia iuſtitiam facere*, ibi, *in carcere longo tempore detinere.* vide quæ ibi ſcripſi. Sequitur in textu, *Ex ſuperſtitionibus, alias ex ſuperſtitioſis*
6 *aduocatorum ſubtilitatibus.* Nota contra † aduocantes per cauillationes, & ſuperſtitioſas ſubtilitates, quia tenentur parti, quam taliter iniuſte damnificauerint, vt dixi ſupra *collat. 6. curia Mõtiſſoni cap. in ciuitatibus.* Item nota † quod ſuperſtitio eſt inanis gloria, vel hypocriſis, ſecundũ *gloſ. in cap. quiſquis rebus. diſt.* 41. Multi enim aduocati hodierni voce tonante, vt videantur ab hominibus, volentes vocari rabbi, iuxta illud Henrici contra fortunam:
7

Vt cum deficiant tibi iura, recurris ad ipſam,
Quam bene noſti garrulitatis opem.

Conſueuerunt enim tot ſubtilitatibus perniciosis ſuas allegationes palliare; vt de ipſis dictũ videatur: Docuerunt linguam ſuam loqui grandia & totus eorum ſermo ſuperbia eſt. Et de talibus eſt ſcriptum: Vir linguoſus non dirigetur in terram. Debent enim cauere, ne linguam, aut aures habeant prurientes, vt 6. *q.* 1. *cap. ex. merito plebis.* & vide quæ ibi notat *Gui.* ſuper verbo, *linguam.*
8 Et nota, † quod quædem eſt ſubtilitas vtilis & rationabilis, & talis approbatur, *extra. de ſenſu. c. capellanus.* quædam capitanea & pernicioſa, & talis reprobatur, vt hic. de quo latius per *Henricũ in alleg. c. capellanus.* Facit 49. *diſt. c.* 2. Sequitur in
9 textu, *moderetur eorum comparitio.* Nota. † quod comparitio huiuſmodi eſt actus iudicialis, & idcirco habet fieri die non feriata, iuxta notata in *Directorio pacis, 13. dubio.* Sequitur in text. *In qua forte nil de contingentibus eſt omiſſum.* Nota, quia ſi forſitan alterum de contingentibus, hoc eſt, de iis quæ neceſſario exiguntur, defuerit, non valebit comparitio, & ſic reputaretur contumax, quia nõ
10 dicitur † cautũ, ſi fuerit vitioſe, & minus debite cautum. *ff. qui ſatis cog. diquotiens.* de quibus vide latius in alleg. *Directorio, 17. dubio.* Nec dicitur ali
11 quid eſſe † actum, quoties aliquid ſupereſt ad agendum, vt *ff. C. aa Silic.* Sequitur in textu *verſ. Et poſtquam de iure firmauerint*, vnde ponitur ſecũda abuſio, ſcilicet denegationis actorum. Et dic,
12 poſtquam firmauerint, quia † nec ante debent acta denegari. vide *gloſ. 2. q. 6. c. non ita.* quia dene-
13 gare † acta, eſt opprimere, & defenſionis copiam denegare, contra *l. defenſionis facultas. C. de iure ff. cõ. lib.* 10. Ideo male faciunt iudices & notarij, qui cumque non volunt tradere copiam ſententiæ volenti deliberare infra decem dies an appellet,
14 quia † copia ſententiæ nullatenus debet denegari, & ideo prouidetur vt detur copia, vt ſequitur in *§. hac autem*, &c. Hæc eſt ſecunda pars, in qua prouidetur ſuper prædictis, remouendo dictos duos abuſus, ſcilicet, longæuæ captionis, & copiæ denegationis, quia moleſtiam inferebant: ideo corriguntur, vt ſequitur, ibi, *corrigere cupientes.* Sequitur, *iniungimus iudicibus ipſis*, ſcilicet, de cauſa querelæ pacis & treugæ ius dicentibus. de quibus dixi ſupra *c.* proximo. vide ibi. & dic, *in-*
15 *iungimus*, ideſt, mãdamus, † ſiue præcipimus. Sed nota differentiam ſecundum *Hoſtienſem*: quia Papa per verbum, *Mandamus*, non rumpit ius commune; ſed quando vtitur verbo, *præcipimus*, ſic *ff. de offi. præſi. l. ſæpe.* dic vt ibi notatur per *Bar.* vide *Bald.* ſuper *Innocent. c. capitulum ſanctæ Crucis. extra. de reſcriptis.* adde *de verb. ſignif. c. in his.* & 14. *q.* 1. *cap. quod præcipitur.* Sequitur in textu, *vt ſuper declaratione huiuſmodi, ſi bene firmatum eſt, vel non.* Sed
16 quæro, † an pro huiuſmodi declaratione, quæ fit ante litis conteſtationem iudex, poſsit exigere ſalarium? Et certe non de iure iſtarum conſtitutionum, ſaltem cum declaratur bene firmatum, tunc enim adhuc non eſt facta litis conteſtatio, nec habetur pro conteſtata, licet de facto cõtrario abutatur inconcuſſe, quia Iudices vel Aſſeſſores in tali caſu exigunt vnam tertiam ſalarij, ſed non bene, quia nondum eſt lis conteſtata.

vel

vel quaſi. Si vero declarauerit minus bene firmatum, & ſic per conſequens pars comparens fuerit contumax. & ſic eſt hæc contumacia loco cõteſtationis, quia quandoque in criminibus abſentia delinquentis pro litis conteſtatione habetur, vt *l. Pomponius. §. rati. ff. de procura.* & nota ſup. *ead. cap. com molts.* ſuper verbo, *pronati*, &c. Et ex tũc publicata ipſa electione in illius contumaciam, & abſentiam, proceditur ad receptionem teſtiũ, & clami adiudicationem; & ſic tali caſu poteſt exigi quarta pars ſalarij, iuxta *c. los ſalaris.* ſupra *ead.* Et hæc vera, ſi fiat huiuſmodi declaratio poſt quindecim dies monitionis, quia ante lapſum ipſorum quindecim dierum nil poteſt exigi de ſalario, niſi vt dixi ſupra *collat. 6. in curia Monriſſoni. ſi ratione executionis.* & ibi eſt caſus, quidquid de facto abutatur in contrarium: & exactio, ſeu occaſio exactionis ſalariorum hodie milites iudices quaſi corrumpit, quia cito violatur auro iuſtitia. 11. *q. 3. c. pauper.* vnde legitur in Alexandro:

Si lis inciderit, &c.
Muneris arguitur acceptor cenſor iniquus,
Munus à norma recti diſtorquet acumen
Iudicis, & tetra involuit caligine mentem.

Sequitur in textu: *Sine mora ferenda*, ſcilicet, quia per acta comparitionis & firmæ ſtatim liquet de cauſa quoad punctum declarationis huiuſmodi, ideo iniũgitur, quod ſine mora huiuſmodi declaratio feratur: quia iurgantium controuerſias celeri ſententia terminari, æquitati conuenit, & rigori; *extra. de iudi. c. iurgantium.* & dic, ſine mora, i deſt, longa, quia ſi fieri poſsit, debet ferri infra biduum; & antequam querelatus à carcere liberetur, quia poterit eſſe quod minus bene comparuerit, & ſic erit contumax, & poterit in carcere etiam vltra biduum retineri; ſi vero ita de facili liquere non poſsit, forte propter impugnationes aduerſarij, tunc non debet vltra biduũ in carcere detineri, vt ſtatim ſequitur: & ideo dicitur hic, *ſint ſolliciti, & attenti*, ſcilicet, iudices; non ergo debent eſſe negligentes, vel moroſi, aut remiſsi, alias facerent litem ſuam, vt infra *collat.* 11. *in conſtitutione cenſualium. c.* 17. *Encara para maior.* vide quæ ibi dicam ſuper verbo, *negligents*, &c. perdit enim ſalarium † iudex, qui male, vel negligenter exercet officium ſuum: vt in *l. iudices. C. de anno. & tri. lib.* 10. & nota in *l. fi. C. de veſti. olobo.* Quando † dicatur liquere de cauſa, dixi ſupra *ead. c. querelam.* ſuper verbo, *& ſi lite.* Sed ibi de meritis cauſæ principalis, quæ non poſſunt dici liquida, antequam ſit in cauſa cõcluſum: ſed tamen acta dicuntur eſſe notoria de puncto, de quo in eis continetur, & ita loquitur hic. Adde notata in *cap. cum ſpeciali. extra. de appellat.* Sequitur in textu, *Copiamque comparentibus dictæ firmæ, & actorum tradi faciant.* Nota verbum, quia dicit, *& actorum.* non tantum ergo de actis comparitionis, & firmæ de omnibus actis: & ita videtur, q etiam de informatione ſecreta, de qua dictum eſt ſupra *c.* proximo, vide quia non datur copia informationis. vide fol. 1. ſeu pag. Sed non credo, quod debeat dari copia de teſtibus non publicatis, ſed principio informationis tantum, vt ſcire valeat qualiter forma conſtitutionis ſit ſeruata; ſicut in ſimili † dicitur de inuentario, de quo facit fidem tutor, iuxta notata per *Gui. de Suda. C. de Epiſcopali audi. l. de creationibus.* & *C. arbi. tut. l. fin.* vide & adde quæ dixi ſupra *eadem c. proximo*, ſuper verbo, *ſecreto.* Vnde dic, *comparentibus*, ſubaudi, *& ſeu comparere volentibus*, non autẽ † contumacibus, niſi purgata contumacia, quia alias audiri non debent. *C. de iudicijs. l. ſancimus.* Sed † nõ dicitur bene purgata contumacia, niſi prius fuerint perſolutæ omnes expenſæ ipſius contumaciæ, vt ſunt illæ expenſæ, quæ alias non eſſent factæ niſi propter contumaciam. Sed quia littera dicit hic, *comparentibus*, quæro, quid † ſi nondũ cõparet quis, ſed forte vult deliberare an compareat, vel ne aut forte vult citationem impugnare, vel dicere de nullitate actorum, vel alias opponere aliquam de exceptionibus, quę poſſunt opponi infra quindecim dies monitionis de quibus nota in dicto Directorio pacis, *16. dub.* Numquid dabitur ſibi actorum copia? Videtur quod non, arg. huius litteræ à contrario ſenſu, quæ dicit, *comparentibus*: & dicit, *copiam firmæ & actorũ.* ergo præſupponit quod comparuerit & firmauerit de iure. Sed credo contra: vnde quod dicit, *cõparentibus*, ſupple, maxime; nec obſtat argumentũ à † contrario ſenſu, ex quo reſultaret abſurdum; quia alias denegaret defenſiones, quæ ſunt de iure naturali debitę, vt *ff. de iuſti. & iure. l. vt vim.* Faciunt notata in dicto 16. *dubio.* & in *Clem. Paſtoralis. de re iudi.* & in *l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib.* 10. acta enim indicij † ſunt communia inter actorem & reum: vt *extra. de probat. cap. quoniam contra falſam.* & *l. acta. ff. de re iudi.* vnde edẽda ſunt vtrique partium litigantium. vt *C. de edendo. l. is apud quem.* & *extra. de proba. cap.* 1. & ibi nota. Et hoc verum de actis publicatis, ſecus de ſecretis, vt dixi de ſecreta informatione, vel inquiſitione non publicata. Sequitur in text. *vt infra quindecim dies*, ſubaudi, quia poſtea non audiretur, niſi purgata contumacia. vt *C. de iudi. l. ſancimus.* & ſupra *ead. collat. & curia. c. com molts. §. penult.* & *cap. querelam. verſ. ad quas.* tunc enim facta iuris firma poſſunt etiam proponi exceptiones litis ingreſſum impedientes, de quibus nota in Directorio pacis, 18. *dub.* & in *cap. exceptionis perempt. extr. de litis conteſtatione lib.* 6. Sequitur in textu, *facultatẽ corrigendi & emendandi.* Quid ſit † corrigere, & quid emendare, vide notata per *Doct.* in *l. edita. C. de edendo.* & dic *facultatem*, ſcilicet, plenariam, & abſque refectione expenſarum; quia elapſis quindecim diebus citationis non daretur facultas emendandi & corrigendi, niſi ſolutis expenſis, & pœna contumaciæ, iuxta notata in Directorio pacis 22. *dub.* Et dic, † non ſolum emendandi habent firmam facultatem, ſed etiam opponendi de nullitate proceſſus, & de notorio vitio: vt quia

Vica-

Vicarius, vel querelans eſt excommunicatus, *extra. de re iudi. c. ad probandum.* & *de iudi. c. intelleximus.* vel de non iure querelatoris, vt quia alteri ceſsit iura ſua. vel quia eſt minor vigintiquinque annis, & non habet perſonam ſtandi in iudicio. vel non conſtat de poteſtate aſſerti procuratoris, iuxta notata ſupra *c.* proximo. vel non habet legitimam poteſtatem ad iurandum, iuxta formam conſtitutionis curiæ Ceruariæ, *c. vt tollatur.* adde notata ſupra *cad. cap. querelam.* §. *quod ſi perſona conquerens.* vel quia citatus eſt infans, vel furioſus, qui non poſſunt in ius vocari: vt ff. *de in ius vocãdo. l. quique.* vel quia eſt clericus ſimplex, vel Eccleſiaſtica perſona. *extra. de iudi. c. at ſi clerici.* & *de conſue. cap. ad noſtram*, niſi quando monẽtur extraiudicialiter, iuxta formam concordiæ Cardinalis Conuenarum. *c.* 2. & ſic de ſimilibus. Sequitur in textu, *Et niſi criminis, vel delicti.* nota, q̃ non dicit, *vel quaſi.* ſicut dixi ſupra *c.* proximo.
28 & hoc ideo eſt, quia propter quaſi delictũ † non debet in carcere detineri, dummodo ſe voluerit manuleuare, iuxta pragmaticam, quam inſerui ſupra *collat. 4. curiæ 2. Barcinona cap. 27. Item quod aliquis.* Sequitur in textu, *Ex quo querela deſcendit.* ſic
29 ſupra *c.* proximo. Et tunc ſi tale † crimen, vel delictum fuerit commiſſum in terra Baronis. vel fuerit tale, de quo alias ad dominum Regem punitio non pertineret, non debet Vicarius criminaliter procedere contra talem, vt infra *cad. cap. ſicut aduerſus.* §. *Caueat autem Vicarius.* ſaluo quod dixi ſupra *cad. c. com multis.* §. *vlt.* vide ibi. Sequitur in text. *vel aliorum delictorum*, ſubaudi, de quibus alias ad dominum Regem, aut ad eius officiales punitio pertineret, alias ſecus, vt in alleg. §. *caueat autem Vicarius.* Sequitur in textu, *qualitas hoc exegerit*, vt puta, quia tale eſt crimen, vel delictum, quod ingerit pœnam mortis, vel membri mutilationis, vt in præallega. pragmatica. & de hoc dic vt notatur ſupra *collat. 6. curiæ Ceruariæ c. ordenamus etiam, & ſtatuimus.* in fine. Sequitur in
30 textu, *vltra duos dies.* intelligo die † comparitionis minime computato; quia illa die comparitionis non habetur facultas recipiendi confeſsionẽ, propter quam fit detentio huiuſmodi. vt ſequitur, infra quos, ſcilicet duos dies delatorum cõfeſsio recipi habeat. Dic quod propter verbum,
31 *habeat*, eſt neceſſe ita fieri, ita quod iudex non recipiendo talem confeſsionem, ſiue diſpoſitionẽ infra dictos duos dies, incurrit pœnam violatæ huius conſtitutionis, & facit iniuriam detentionis, niſi alias fuerit iuſte impeditus, vel niſi ſteterit per ipſum delatum, qui forte recuſauerit deponere; tunc enim excuſaretur iudex à culpa, & non puniretur, iuxta notata ſupra *collat. 7. c. quas ſiquidem.* Facit *ff. de reg. iuris. l. non videtur.* & *extra. eod tit. cap. imputari.* & *cap. cum non ſtat. lib. 6.* Nota
32 tamen, † quod pœnę capitales requirunt dolum, ſed pœnæ pecuniariæ non. Pœna etiam infamiæ requirit dolum, vt notatur *ff. de verb. ſigni. l. mag. ne gligentia.* & nota *Baldum in l. ſi mora.* ſuper *gloſ. ff. ſoluto matrimonio.* adde infrã *cad. c. confirmantes.* ſuper verbo, *& dolo, ſeu ambitione.* Et expone text. ibi, *confeſsio*, ideſt, depoſitio, quia licet delatus ne
33 gauerit ſe commiſiſſe crimen, ex quo † tamẽ recepta eſt ipſius delati depoſitio, non debet detineri in carcere, niſi criminis qualitas id exigeret, vt dictum eſt. Immo ſi confeſſus eſt ſe commiſiſſe ipſum crimen, vel delictum contra ſe, tunc nul latenus eſſet dandus manuleutæ, per *l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. & exhi. reorum.* vide quæ ibi notantur per *Bartolum.* Vnde verbum, confeſsio, hic in litera poſitum, fuit appoſitum laicaliter in vulga-
34 ri, & communis † vſus loquendi derogat interpretationi iuris, & debet potius inſpici quã mera interpretatio iuris, & maxime quando profertur ab illiteratis, iuxta quod vide notata latius per *Baldum in l. quod ſine. ff. de teſtam. tut.* & per *Bart. in l. liberorum.* §. *quod tamen Caſsius. ff. de legatis ſexto.* quia laici vulgariter dicunt confeſsionẽ de depoſitione delati, ſiue negauerit, ſiue fuerit confeſſus, quia illam examinationem, quam facit iudex, recipiendo depoſitionem delati. vocãt confeſsionẽ ſumpta denominatione ab eo non quod fit, ſed quod fieri debet: arg. *ff. de inſti. & iure. l. ius plurium.* Debent enim delati in tali depoſitione & examinatione confiteri veritatẽ, & fit
35 ad finem extorquendi veritatẽ, quia † nulla eſt melior probatio quam quæ fit ex confeſsione: nã
36 tunc in confeſsis † nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando & exequendo, vt *C. de confeſsis l. vnica.* & *ff. de confeſ. l.* 1. cum ſimilibus. Item
37 nota, † quod confeſsio inter alios præiudicatcõ fitenti, quoad qualem qualem præſumptionem. *ff. de interro. act. l. & ſucceſſores. gloſ.* 2. Sed an fractor
38 carceris habeatur † pro confeſſo, vide *gloſ.* ſuper vſat. *Captus a curia.* vide quæ notantur per *Iacobũ de Calicio* de materia captionis. & in vſat. *Ruſticus.* §. *captio vero.* & in vſat. *Quia iuſtitiam facere.* cum ſimilibus. Sequitur in textu, *Ipſi detineri non poſsint in carceribus comparentes.* Nota quia dicit, *in carceribus*, non enim tollit quin remaneant capti ſub manuleuta idonea, ſaltem donec fuerit declaratum, bene comparuiſſe, & bene fore de iure firmatum, iuxta conſtitutiones pacium & treugarum, & obſeruationes earũ, quibus dominus Rex non vult in aliquo derogari, vt ſupra *c.* proximo in fin: & hoc eſt quod ſubijcitur, *Sed vel ſoluantur, vel dentur idoneæ manuleutæ.* Et dic, *ſoluantur*, ſcilicet, quando eſt declaratum, bene eſſe firmatum, & crimen eſt tale, cuius punitio ad Regem non pertinet, iuxta allegatum §. *Caueat autẽ Vicarius.* vel forte quia non apparent iudicia, nec aliquid, propter quod fiſci patrono videatur procedendum, tunc enim debet eueſtigio relaxari, vt infra *cad. cap. volentes noſtros ſubditos.* Alioquin ſi appareant iudicia, tunc dabitur idoneæ manuleutæ fideiuſſor, iuxta perſonæ delati & criminis qualitatem, & ſtylum curiæ, iuxta dictam pragmaticã, & notata in *c. Item quod aliquis non condemnetur. ſupra collat. 4. in 2. curia Barcinonæ.* & in alleg. *cap.*

Ordi-

minus ſufficientia eſſe;quod probabitur per extimatores â iudice eligẽdos. Sed dico, quod omnino incumbit probatio comparenti, qui tenetur tornare pignora ſufficientia, & negatione fit res dubia. Nota quia non dicit, *in carcere*; vnde ſufficeret captio manuleutæ,quoad hunc proceſſum pacis & treugæ:ſed tutius eſt, quod ponantur in carcere;alias ſi euaderent,teneretur Vicarius,& ita non eſt de neceſsitate proceſſus, quod ſtent in carcere; ſed eſt periculum Vicarij, niſi pars conſenſerit. Sed dominus Rex pro eius libito conſueuit tales dare ad manuleutam in quocumque tempore. Sed caueant iudices quod ſint tuti,alias tenerentur. Nota quod dicit,*ponere*. & ſubiungit, *& remanere*. quia videtur quod talis non debeat dari ad manuleutam: pro hoc habet textus huius conſtitutionis, dum de tornantibus pignora dixit, quod dentur ad manuleutam: & hoc negat in eis qui loco pignorum tornant perſonas. quaſi dicat, quod hi debent remanere in carcere;& hæc eſt veritas, & eſt caſus in pragmatica, quam hic inſerui, & ſupra *ead. cap. com molts entenents a fer mal*,&c. ſuper verbo,*o fermant li de dret*.vide ibi,ſi placet.vide in *Manua*. ſuper vſat.*Camini*.in *q. Sea pone, aliquis querelatus*. Vidi
45 dubitari,an † tales, qui propter inopiam pignorum ſe ponunt perſonaliter captos in poſſe curiæ,poſsint dari idoneæ manuleutæ ante deciſionem litis? Quidam dicunt quod non, cum non debeamus voluntatem excedere.*l.ſi vero de viro ff. ſoluto matrimonio*.& ſi voluiſſet hoc dixiſſet.*c. ad*
46 *audientiam. extra. de decimis*. Item † conſtitutiones & vſatici ſunt abſq; glolſa intelligendi. In-
47 de tacit quod nec qui eſt in manuleuta,videatur eſſe captus;ideo captus in iure reputatur, in*l. ſed ſi ita reſtituatur*.in princ.*ff. ex quibus ca. ma.* quæ ſatis bene facere videtur ad argumentum.Omnes iuriſperiti quotidie ſunt in hac opinione, quod poſsit dari.& hoc maxime, quia ipſa pignora dãtur,vt homo,qui eſt loco pignoris, quare nõ da-
48 bit,cum ſit †dignior omnium creaturarum. *l.fin. C.de ſacroſanctis Eccleſijs*.& corpora animata ſunt cunctis rebus præferenda,in*l. item quod Vicarius. in conſuet.Barcinonæ. de libro Petri Baſet*, & *Bartholomei Nazi*:tamen patet hic,quod tales nõ poteſt dari ad manuleutam interim lite pendente:& ſic vidi in Audientia declarari, licet de facto ſæpe in contrarium abutatur,& male, hæc captio, de qua loquitur hæc conſtitutio, & pragmatica de conſuetudine eſt practicata, quod ſtent in carce-
49 re,& ita minime ſunt mutanda.&c. tamen † captus dicitur, qui ſub idonea manuleuta detinetur,iuxta notata per *Ioan. de Imola in c. multorum.*
50 *extra.de hæreticis.in Clem*. Et ibi dicit, quod † *arreſtare* eſt,cum interdicitur ne certũ locũ exeat; ſed *capere* eſt cum manu detinere; & ita proprie captus eſt incarceratus ſed alias arreſtatus largo modo dicitur captus.& ſic improprie. quare mihi videtur, quod iuxta conſtitutiones & pragmaticam,ille,qui tornat perſonam, debet ſtare captus proprie, & ſic in carcere: & non ſufficeret, q ſtaret ſub manuleuta,vel alias arreſtatus. Nõ inſuper,ibi,*iuramentum præſtiterint*: quo caſu onus probandi contrarium transfertur in actorem: &
51 nota quod nil dicit de immobilibus,vel fideiuſſoribus inſuper.Nota † caſum,in quo non admittitur appellatio, quia non valet facta per talem eiectum contumacem. Sequitur in textu, *perſonas*
52 *ipſas captas mittant in poſſe Vicarij*.Nota, † quia cõſtitutio hæc non adſtringit Regẽ, quando in poſſe domini Regis mittunt perſonas querelati,quia tunc dominus in quocũmque tempore querelatus etiam â pace & treuga eiectus ſe miſerit in manum & poſſe domini Regis, conſueuit dominus Rex talem prout vult tenere captum, vel in carcere,vel ſub manuleuta: & ita vidi pluries ſeruari.Et quod hic textus dicit,*mittant*:pro hoc videtur caſus hodie infra *collat.proxi.cap. occurrents. §. aſſo pronebit*. ibi, *o donat à ſuficient caucio*, &c. Et dic, *mittant*,ſubaudi,realiter & cum effectu, & debent in captione huiuſmodi detineri.donec cau-
53 ſa fuerit per ſententiam terminata.Et dic,*terminata*, ita quod tranſiuerit in rem iudicatam, videlicet,quia non extitit intra decem dies appellatum:vt in *authen.hodie. C. de appellat*, vel quia appellatio extitit deſerta vt in *auth. et qui. eod. tit.* vel fuerunt datæ tres ſententiæ concordes, & nõ licet tertio appellare vt *Cur licceat tertio prouoca. in rubro & nigro*.& *2.q.6. c.ſi quis in quacumque*. facit Concordia Cardinalis,quam vide infra *ead.c.*
54 proximo.Et † ſi forte iudex, antequam ſentẽtia fuerit tranſacta in rem iudicatam,talem captum â tali captione liberauerit, facit litem ſuam, & tenetur parti ad omne intereſſe litis &cauſę.per
55 *l.quotiens.C.de exactõ.tribu. lib.*10. Immo † etiam, poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatã, nõ poterit perſona talis capti liberari, niſi fuerit facta executio, vel admiſſa bonorum ceſsio, caſu quo ſententia fuerit condemnatoria. Et propterea ſemel,cum eſſem iudex tabulæ,habui condẽnare honorabilem Bernardum Gordiola quondam legum Doctorem, olim iudicem ordinarium Gerundæ compatrem meum, de conſilio norabilium ſapientum Gerundæ & Barcinonæ,quia lata ſententia infra decendium appellãdi dedit ad manuleutam Felicem Gelats,qui perſonam loco pignoris tornauerat in clamo pacis & treugæ cõtra ipſum dato, ad inſtantiam Ioannis Dominici draperij Gerundæ, quem dictus Felix publice verberauerat, & inde extiterat condemnatus. Et quia dictus Felix violauit manuleutam, quia r quiſitus noluit tornare:dictus olim iudex fecit illum publicare pro eiecto â pace & treuga: & credo quod bene, quia ſubſtrahendo perſonam ſuam loco pignoris tornatam, videtur cõtumax. Sed nec per hoc fuit ipſe iudex olim excuſatus â culpa eijciendo eum à carcere in caſu illicito. vt *l.quotiens.C. de exact.tribu.lib.*10.Et ſic male faciunt illi, qui perſonas tornatas loco pignorum dant ad manuleutam, niſi forte ita fuerit alias de

ſtylo

ſtylo ſeu conſuetudine curię, iuxta notata per *Iacobum de Calicio in ſuo Directorio Pacis, dubio* 14. Ita non debet tradi manuleutę perſona pro pignore forſitan tornata; & præſertim ſi de crimine per confeſsionem conſtiterit, vt ſupra dixi, quia
56 ſi † non habet in ære, habet luere in corpore, iuxta notata ſupra *collat.* 4. *curiæ Barcinonæ cap.* 21. *Item ordinamus quod omnis homo.* vbi agitur de ceſſione bonorum. Et hoc verum, niſi hoc fiat de
57 conſenſu querelatoris; quia tunc † ſi partes conueniunt, nihil ad iudicem, niſi quando etiam pro
58 crimine detinetur, vt dixi. An, † & quando ſit reus dandus manuleutæ, diſtingue ſecundũ *Thom. de Piperatis, Rubr. Quid ſit faciendum reo comparente.* circa princ. *verſ. circa hoc diſtinguo.* & *Bartol. ff. de cuſtodia reorum. l. Diuus.* Sequitur in textu: *Coram quo proceſſus pacis & treugæ ducitur, & fuit facta cõparitio ſupradicta.* Et hoc verum, niſi forte cauſa ipſa prætextu paupertatis, vel perhorreſcentiæ fuerit euocata, iuxta *cap. ne ex beneficio. infra eod. collat. 1. ita.* & *infra collat.* 11. *cap. les cauſes dels pu-*
59 *bills.* Vlterius † nota, quod fugitiuus violator manuleutæ debet ligatus remitti iudici, cuius fuerit manuleutam; vt *l. cuiuſcunque. de fugitiuis colonis. lib.* 11. & ibi notat *Io. de Platea.* nec debet vlterius dari ad manuleutam, vt *l. nemo. C. de Epiſc. audi.* Et ſic eſt vnus caſus, in quo poteſt fieri remiſsio criminoſi. de quo in *Clem. Paſtoralis. de re iudi.* & dixi de hoc. vide & adde quæ ſcripſi inf. *col.* 10. *c. occurrens a la dificultat.* quia ibi videtur caſus. q̃ poſsint dari ad manuleutam ſufficientẽ. Sed caueant iudices quod cautio ſit ſufficiens, & d cetur ſufficiẽs, ſi fideiuſſores ſe obligent de tornando perſonam, aut ſoluere iudicatum, & ſoluẽdo fuerint, & faciles ad conueniendum; & debet dari ipſa cautio pro tanta quantitate, pro qua eſt perſona pro pignore tornata, ſcilicet, pro quãtitate querelata, alias non videtur ſufficienter cautum, vt *l. quotiens. ff. qui ſatis cog.* & debent obligari in perſona, quia eſt cautio prętoria.

De fori declinatoria ex priuilegio fori clericalis dolose ſuppreſſa. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Procedens in cauſa pacis & treugæ vſque ad ſententiã incluſiue, tacita declinatoria fori clericalis, quam in executione opponit, eſt poſitus ipſo facto extra pacem, & pro tali illico publicandus. declaratur nu.* 5.
2 *Imperator & Rex poſſunt clericis ſuum beneficium denegare.*
3 *Iudicis ſecularis ſententia & proceſſus non tenet cõtra clericum.*
4 *Excluſi à pace & treuga non debent reduci ad protectionem, donec ſatisfecerint aduerſario in omnibus dãnis & expenſis.*
6 *Nullus quocumque priuilegio fori præditus, quãuis Alcaldus, vel monetarius, tuetur priuilegio fori in proceſsibus pacis & treugæ. Fallit nu.* 7.
8 *Foro clericali renuntiari non poteſt, etiam pacto iurato.*
9 *Eccleſiaſticæ perſonæ, & clerici ſoluti ſunt ſubſtitutione pacium & treugarum. declaratur nu.* 13.
10 *Clerici coniugati non habent fori priuilegium in cauſis pacium & treugarum.*
11 *Clerici nomine venit clericus verus, & non qui pro tali ſe gerit.*
12 *Verbum in cõſtitutione poſitum intelligitur ſimpliciter, & non ſecundum quid.*
14 *Ciuilis cauſa eſt cauſa pacium & treugarum, licet de crimine deſcendat.*
15 *Iudex ſecularis detinens perſonam clerici coniugati pro cauſa pacis & treugæ in hac patria an incidat in pœnam* Can. Si quis ſuadente diabolo. 17. q. 1. & cap. 1. de clericis coniugatis.
16 *Pax eſt vinculum charitatis.*
17 *Peccare non videtur qui peccat legis auctoritate.*
18 *Vim non videtur facere, qui ſuo iure vtitur.*
19 *Sententia lata à non ſuo iudice non tenet ipſo iure, ſed numquid poſtea ratificari poſſet per iudicem competentem. nu.* 21.
20 *Clerici ſubmittere ſe non poſſunt foro ſeculari nec tacite, nec expreſſe, nec etiam cum iuramento.*
22 *Clericus citatus in iudicio pacis & treugæ an ſit remittendus ſuo Epiſcopo per Vicarium. & reſoluitur nu.* 26. 27. & 29. *& quid ſi clericus coniugatus cũ vnica & virgine, poſt conſummationem vxor eius deceſſerit, & ſic ſit clericus ſimpliciter, an ſit remittendus ſuo Epiſcopo. nu.* 34.
23 *Delegatus in reſcripto nullo, licet eius proceſſus ſit nullus quoad principale intereſſe, poteſt condemnare impetrantes ad intereſſe.*
24 *Quilibet naſcitur laicus.*
25 *Contumax non auditur niſi refectis expenſis.*
28 *Gubernator regulariter non ſe intromittit de cauſis pacium & treugarum.*
30 *Epiſcopus de iure communi debet procedere cõtra violatores pacis.*
31 *Vicarius in proceſſu pacis habet coertionem in perſonã clerici coniugati, videlicet detentionem tantum. & ratio traditur nu.* 32.
33 *Iudex laicus poteſt manum iniicere in clericum, qui clericatum habet ſine priuilegio, vt eſt in bigamo.*
35 *Iudex ſecularis an poſsit ſupplere negligentiã iudicis Eccleſiaſtici, remiſsiue.*
36 *Epiſcopus in quos habeat iuriſdictionem, remiſsiue.*
37 *Clericum trahens coram iudice ſeculari, an perdat cauſam.*
38 *Aſtutia ſumitur aliquando in malam partem.*
39 *Aſtutia, dolus, & calliditas quid.*
40 *Presbyteri, vel clerici ſoluti quomodo debeant comparere in iudicio pacis & treugæ.*
41 *Agens, ſi doloſe tacet clericatum querelati, in quo ſit puniendus.*
42 *De clericatu impune opponi poteſt ante ſententiam in cauſa pacis & treugæ.*
43 *Clericus condemnatus de calumnia in cauſa pacis & treugæ, ſi in executione opponit de priuilegio fori, ponitur extra pacem.*
44 *Vicarius quomodo procedat in executione clerici condemnati in cauſa pacis.*
45 *Legis auxilium fruſtra implorat qui committit in legem.*

Pro

46 *Pro excluſo & poſito extra pacẽ quod publicari quis poſsit, non præmiſſa monitione, caſus traditur.*

47 *In ſummarijs eſt pars vocanda, vbi agitur de præiudicio tertij.*

48 *Eiectus pro clerico ſe gerens ex tonſura ſola poſſeſſione an ſit remittendus in cauſa pacis iudici Eccleſiaſtico.*

QVia plerique conſtituti ſub præſidio, &c. Caſus.
1 Qui fori †declinatoriam ex priuilegio nõ in eius fauorem conceſſo, cõpetenter, procedens in proceſſu pacis & treugæ, tacuerit vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue, ipſam què declinatoriam in executione oppoſuerit, ſe & ipſius bona à pace & treuga excluſos ſentiet, & pro extra pacem poſito, debet illico voce præconia publicari. Hoc dicit. Vel ſic breuius. Procedẽs in cauſa pacis & treugæ vſque ad ſententiam incluſiue, tacita declinatoria fori clericalis, quam in executione opponit, eſt ipſo facto extra pacem poſitus, & pro tali illico publicandus. Hoc dicit. Et vide ſuper hoc pragmaticam Regis Martini, datam Cæſaraugustę, die
2 3. Iulij, anno 1400. Et ſic † nota, quod Imperator & Rex poſſunt clericis ſuum beneficiũ denegare. Super hoc vide *Bald. in feud. Si clerici pace vio. poſtuletur. c. 1.* & in *auth. ſtatuimus. C. de Epiſco. &*
3 *cleri.* Tamen † proceſſus & ſententia iudicis ſæcularis non tenet. vt notat *gloſ. in c. ſi dul genti.* & *Paulus de Caſtro in repeti. l. ſi ſe ſubyciant. ff. de iudi.* vide tamen ibi *Ant. de Butrio.* Et ſupple, quod
4 non †debent tales excluſi ad protectionem pacis reduci, donec de omnibus damnis & expẽſis ſatisfecerint aduerſario, iuxta notata ſupra *ead. c. com molts. verſ. ſentenem empero.* & ſupra *ead. cap. querelam. verſ. ad quas nullatenus reducatur.* videas
5 ibi. Et nota, † quod hoc *c.* ſolummodo loquitur de priuilegio fori clericalis qui gaudent in pace & treuga, presbyteri & clerici ſoluti tantum, iuxta Concordiam vocatam Cardinalis Cõuenarum, *c. 2.* quia †nullus alius quocumq; priuilegio prædituſ, etiãſi fuerit Alcaldus, vel monetarius, tuetur priuilegio fori in proceſsibus
6 pacis & treugæ, iuxta generales conſtitutiones
7 Cathaloniæ. Falliţ † tamen in officialibus Regijs, iuxta pragmaticam Regis Martini. Et ideo expone text. ibi, *priuilegio fori*, dic, ſcilicet, fori
8 clericalis, cui †etiam ex pacto iurato renuntiari non poteſt, vt *ext. de foro compet. c. ſi diligenti.* vide ibi latius. Et ideo quod dixi, *plerique aſtuti*, intel lige de clericis ſolutis, presbyteris, religioſis, & perſonis Eccleſiaſticis, priuilegio clericali tam in perſonis, quam in bonis gaudentibus, qui om-
9 nes † ſunt ſub tuitione pacium & treugarũ, vt in conſtit. *Diuinarum. §. dominicaturas*, alias *canonicaturas. verſ. ſed & clericos, monachos.* & in cõſti. *Hæc eſt pax. §. cler. cos vero canonicos.* & in conſtit. *Notum ſit cunctis. §. Item ſub eadem pace & treuga conſtituimus omnes clericos.* & in conſtit. *Ad honorẽ. §. 1.* & in conſtit. *In Chriſti nomine ſit omnibus manifeſtum. §. clericos, monachos.* & in conſtit. *In Chriſti nomine notum ſit cunctis. §. 1.* vbi confirmantur chartæ pacis, & vſatici & conſuetudines Barcinonæ. & in conſtit. ſupra *collat. 2. curiæ 2. Barcin. c. Confirmamus, concedimus.* & in alio *c. Confirmamus inquam.* vbi confirmantur conſtitutiones pacium & treugarum. & in alio *c. Volumus, concedi-*
10 *mus*, &c. Clerici vero †coniugati in his non habent priuilegium fori clericalis, vt habetur in *c.* 2. Concordiæ Cardinalis Conuenarum, quod eſt tenoris ſequentis:

¶ Super proceſſu vero pacis & treugæ, de quo, ſeu cuius extenſione dictus dominus Archiepiſcopus & Prælati conqueruntur, concordatum eſt per prædictos dominam Reginam, & dominũ Cardinalem, quod licet ſecundum formam conſtitutionis, exprelle clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ teneantur ad obſeruandum formam pacis & treugæ, in conſtitutione domin Alfonſi Primi, quæ incipit, *Diuinarum*, ſecundum quam non obſeruantes ſunt eiecti à dicta conſtitutione, & pace & treuga, quę conſtitutio fuit edita cũ cõſenſu Archiepiſcopi Terracon. Apoſtolicæ Sedis Legati, & Suffraganeorum ſuorum, prout ex lectura eius apparet; Concordatum eſt, quod declaretur per dominum Regem, quod nõ eſt, nec fuit intentio domini Regis, quod ex dictis proceſsibus presbyteri, vel clerici ſoluti poſsint trahi ad iudicium Vicarij, ſeu alterius iudicis ſæcularis: ſed ſolum moneri, non tamen iudicialiter, ad obſeruationem formæ pacis. Et ſi moniti veniant, & pignora ponant in poſſe Vicarij, tanquam ſequeſtri vtriuſque partis, ſeu mediç perſonæ, cognitio querelæ factę contra clericum nec ciuiliter, nec criminaliter poterit, nec poteſt per Vicarium, vel alium officialem Regium expediri, ſed ad ſuum iudicem remitti, ſecundũ canonicas ſanctiones. De pignoribus vero reſtituendis, vel diſtrahendis fiat prout per iudicem Eccleſiaſticum fuerit declaratum. Si vero clericus monitus non habet pignora tenẽtia, & iuret in poſſe iudicis Eccleſiaſtici, vel Vicarij, de licentia ſui ordinarij, quod non poſſet tornare pignora tenentia, eo caſu, eo clerico ſe ponente capto in poſſe iudicis ſui, & iurãdo de ſtando iuri, & iudicatum ſolui, cum ſuis clauſulis, in poſſe ſui iudicis, de tornando pignora ſit liberatus. ¶ Concordando inſuper per dictam Reginam & dictum Cardinalem, quod ſi dictus clericus, vel alia perſona Eccleſiaſtica non vult ſeruare formam pacis, quod Vicarius, vel alius iudex ſæcularis non ob hoc poſſet eum punire in perſona, vel in bonis, vel alias offendere quo quo modo. Sed ſolum ſuccedat pro contumacia prouiſio conſtitutionis, videlicet, quod propter hoc, quia monitus formam conſtitutionis non ſeruat, habet ipſum extra pacem, ſcilicet, quod damna, ſi forſan ei darentur, non poſſet petere emendari, ſecundum formam & priuilegiũ pacis. Iura tamen ſibi competentia de iure canonico, vel ciuili, vel alias ex Eccleſiaſtica libertate,

illa ſibi remaneant illibata, & ſuper ipſis dictis clericis,licet exiſtentibus extra formam pacis, iuſtitiã facere tenebitur,& faciet,dicta eiectione in aliquo non obſtante.

11 ¶ Et nota verbum *clericis*,† quia non intelligitur de veris clericis gaudentibus,de quorum titulo clericatus conſtat, ſecus credo de gerentibus ſe pro clericis ex ſola delatione tonſuræ,

12 quia verbum † in conſtit. ſimpliciter appoſitũ, ſcilicet, de clericis, debet intelligi de ſimpliciter talibus,ſcilicet,veris clericis,& non de talibus ſecundũ quid,ſcilicet,per ſolam tõſuræ delationẽ,iuxta notata per *Io.de Platea C.de decurio. l.vacuatis.lib.*10. ¶ Ecce tenorem totius ſecundi cap.dictæ Cõcordiæ, ex quo habes multa nota-

13 re.Primo, † ꝙ olim per dictam conſtit. *Diuinarum*,omnes etiã clerici & presbyteri tenebantur ſeruare formam pacis & treugæ.Hodie tamẽ per hanc Concordiã in clericis & perſonis Eccleſiaſticis ſit iſta diſtinctio,videlicet,† presbyteri, & clerici ſoluti,ac perſonæ Eccleſiaſticæ, ſcilicet,quę tam in perſonis,quã in bonis;& tã in ciuilibus,quã in criminalibus ſunt de foro Eccleſiæ: Vicarius,vel alius iudex ſæcularis nullã iuriſdictionem exercet, etiam in cauſis pacium & treugarum : ſed ſolum poteſt facere monitionẽ extraiudicialiter,vt in ipſa Concordia dicitur. Et ſi talis perſona Eccleſiaſtica monita non ſeruauerit formam pacis, ex tunc pro contumace eſt ipſo facto conſtituta extra pacem & treugã,prout in ipſa Concordia continetur.Et quia de clericis coniugatis per ipſam Concordiam nil mutatur,per conſequens videtur de eis relictum iuri veteri, & obſeruantiæ dictæ conſtitutionis *Diuinarum*, quæ fuit approbata per Legatum Sedis Apoſtolicæ,& de certa ſciẽtia Papę, qui hæc ſciens tollerauit, & tollerat in coniuga-

14 tis,cũ† ſit hæc cauſa ciuilis,licet ex crimine deſcendat,& per hoc limitari debet *c.1.de cleri.cõiugatis lib.6.*& ita intellige notata per *Iac.de Calicio in Direct.Pacis,in 7.dub. verſ. demum quæſiuit.* vſque ad §.*vlterius etiam.* Vnde credo, quod iu-

15 dex † ſæcularis detinendo perſonam clerici cõiugati pro cauſa pacis & treugæ,non incidat in hac patria in Canonem, *Si quis ſuadente*, 17. *q.*4. & *alleg.c.*1.*de cleri.coniugatis.* cũ hoc fiat auctoritate Papæ,& iure dictarum conſtit.& cõcordiæ, & generalis huius Regni conſuetudinis,quã Papa ſcit,& tollerat ex certa ſcientia, & propter fauorabilem & rationabilem cauſam pacis, quæ

16 eſt † vinculum charitatis,*extra.de iudi.c.nouit.*&

17 non † peccat qui peccat legis auctoritate. 23.

18 *q.*4.*c.qui peccat.*& non † videtur vim facere qui vtitur iure ſuo,*ff.de reg.iur. l.factum cuique.*§. *non videtur.* & vtinã ſic eſſet de clericis ſimpliciter ſolutis & tonſuratis,quia iſti plus cæteris conſueuerunt quotidie paces & treugas violare: & Epiſcopi non curant inde de illis iuſtitiam facere aliqualem, & pœna cõſtit.extra pacẽ quaſi pro nulla reputatur,& ipſi clerici occaſione huius concordiæ non erubeſcunt manutenere pacis & treugæ violatores, & etiam eiectos,& eorum notorios fautores. Vnde Eccleſiaſtici pacis & caritatis prædicatores, ipſi ſunt hodie ipſarũ pacis & caritatis notorij tranſgreſſores & deſtructores,& non ſine cauſa emanauit *c.trãsferũt.* 24.*q.*1.&non ceſſant pro ſe allegare omnia iura,& ipſi non ceſſant facere contra ea. Vnde nõ mirentur,ſi quandoque Deus permittit tyrãnos inuehi contra eos,quia ſcriptum eſt:*Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.*Et illud:*Ex merito plebis depranatur vita rectoris.6.q.* 1.*ex merito.*quia prohdolor *à planta pedis vſque ad verticẽ*, &c. Et illud:*Omnes declinauerunt, & non eſt qui faciat bonum*,&c.Certe iſte Cardinalis credẽs bene agere per hanc Concordiam, dedit occaſionem deformationi pacis huius patriæ. ¶ Sequitur in tex.*condemnati*,ſcilicet de facto,quia de iure non

19 valet ex defectu iuriſdictionis. quia † ſententia

20 à non ſuo iudice lata non tenet ipſo iure. *ext.de iudi.c.at ſi clerici.* nec † iſti clerici ſoluti poſſũt ſe ſubijcere foro ſæculari tacite,nec expreſſe:vt 11.*q.*1.*c.inoluit.*& *c.placuit.*nec cũ iuramento: vt

21 in præalleg.*c.ſi diligenti.* Sed † nũquid Epiſcopus poſſet hanc ſentẽtiam ratificare? *Gloſ.* quod ſic in *c.ſignificaſti.ext. de foro cõpe.*Dic contra,vti notatur expreſſe in *c.prudetiã.de offi.ord.*& tenet *gloſ.in l.licet.ff.de iudi.*& *C.de iure fiſci.l.inſtar. libro* 10.& hoc tenet *Paulus de Caſtro in repetit. l.*1. *ff.*

22 *de iudi.* Vnde † pro aliquali declaratione huius materiæ,pone, ꝙ iſte clericus ſolutus non ſolũ eſt contumax in non tornando pignora, iuxta formã præinſerti *c.*Concordię,ſed etiã in nõ allegando priuilegio fori clericalis,& ſic permittit ſe publicari pro eiecto, & ſuſtinet ſe condẽnari per Vicarium in cauſa pacis & treugæ.Poſtea comparet coram iudice Eccleſiaſtico,& firmat de iure tornando perſona ſuam pro ſatisfaciendo quantitati in adiudicatione cõpetente. Et Epiſcopus ſcribit Vicario ſæculari vt remittat ſibi ipſum clericũ,ſi forte ipſum retinuit,vel vt reducat ipſum in pacẽ & treugam,vel vt habeat proceſſum pro nullo.Quid faciet Vicarius in hoc articulo? Quidã dicũt ꝙ Vicarius perſonã ſimplicis clerici nullo modo detinere poteſt. facit *c.nullus.ext.de foro cõpe.* & *cap.cũ contingat.de ſent.excõ.*& 11.*q.*1.*c.clericũ.* & ibi per *Archid.*& eſt caſus in dicto *c.*Concord. ſed incontinẽti debet cũ remittere ſuo iudici Eccleſiaſtico,& ante remiſsionẽ debet publice decernere per præconẽ ꝙ ex eo ꝙ nũc certum eſt,ipſum eiectũ fuiſſe, & eſſe clericũ,ꝙ ipſam eiectionẽ fecit ipſe Vicarius,ſcilicet quod ſit extra pacẽ, &c. ponẽdo verba dictæ Concordiæ. Et ꝙ Epiſcopus teneat eum captũ.donec determinauerit iuſtitiã inter partes. Et ita referunt fuiſſe dudum obſeruatũ in facto cuiuſdam hominis vocati *en Bolos*,qui licet eſſet clericus,fuerat vt laicus eiectus,& querela adiudicata. Sed poſtmodum in facto cuiuſdam Narciſsi Caſes noues ,qui etiã erat clericus

Digitized by Google

cus ſimplex,& fuit vt laicus citatus,electus, & cõdemnatus in cauſa querelæ pacis & treugæ, fuit aliter obſeruatum, quia comparuit perſonaliter, cum quodam breuiario, coram Vicario ſæculari, vna cum Procuratore fiſcali Epiſcopi,& faciendo fidem de titulo tonſuræ, incedens in habitu & tõſura clericalibus, firmauit de iure coram ipſo Vicario,& loco pignorum tornauit perſonam ſuam cum dicto breuiario. Et ſucceſsiue fuit requiſitus per officialem Eccleſiaſticum. Et numquam fuit remiſſus,quouſque purgauit contumaciam ſuã ab integro coram Vicario ſæculari, & ſoluendo expenſas contumaciç, quia alias nullus contumax debet audiri: vt *l. ſancimus. C. de iudicijs.* Et poſtea, purgata contumacia, fuit cum dicto breuiario remiſſus ad dictum officialem Eccleſiaſticum. Et ità fuit pluries in collationibus determinatum ſecũdum G. Ricardi & Andream Cornetyll, de quorum libris hanc queſtionem pro maiori parte habui. *Baldus* tamen mouet ſimilem quæſtionem in *l. generaliter. C. de Epiſcopis & clericis.* & determinat, quod proceſſus eſt nullus ex defectu iuriſd ctionis, iudex enim ſecularis non poteſt eſſe iudex clerici, & ideo clericus poteſt dicere, Ecce inſtrumentum clericatus &c. quia talis allegatio reddit iudiciũ retro nullum per *authent. ſtatuimus. C. de Epiſcopis & clericis.* vide *Baldum* latius in præallegata *l. generaliter.* adde etiam notata per ipſum *Baldum in feud. tit. de pace tenenda, & eius violatoribus. §. ſi clericus.* ibi enim dicit, quod talis citatio & proceſſus non valet tamquam factus à non ſuo iudice, imo à prohibito. Et quòd non valeant leges ſæcularium in contrarium vide ibi. Veruntamen *Baldus* ibi nil determinat, ſi contumacia debet prius per clericum purgari ſoluendo expenſas, quam ad faciẽdum dictam allegationem admittatur. Et videtur quod ſic, arg. *cap. Abbates.* cum ibi notatis per *gl. fi* & *Geminianum, de reſcriptis. in Clem.* vbi dicit tex.

23 quod † delegatus in reſcripto prohibito, licet eius proceſſus quoad principale ſit nullus ipſo iure, & ſine ope exceptionis, poteſt tamen condemnare impetrantes ad intereſſe & ad expenſas; quia

24 cum † quilibet naſcatur laicus, citans habet ig-

25 norare quod eſſet clericus; & ſic contumax † non auditur niſi retectis expenſis: vt *C. de iudi. l. ſancimus.* alias iudicia ludibrio fierent, cõtra *l. final. C. de bonis quæ lib.* In contrarium videtur *Gui. in Spe. tit. de citatione. §. contra. verſ. ſed pone, quod index ſecularis.* Pro quo videtur præſens conſtitutio, quæ ſolũ punit iſtam contumaciã per electionem à protectione pacis. ad idem tex. Concordiæ, dum dicit, *Sed ſolum ſuccedat pro contumacia promiſſo*, &c. vide *Bald. in l. ex quacumque. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. verſ. Item*

26 *quæro de iſta quæſtione.* Quid dicendum? Breuiter † ſi audacia concedatur, mihi videtur diſtinguendum ſuper his, quia aut iſte, qui citatus eſt pro pace & treuga, eſt clericus coniugatus, & tunc ſeruatur in eo ſicut de mere laico, vt prædixi. Aut eſt clericus ſolutus, vel in ſacris, aut Religioſus, vel perſona Eccleſiaſtica, gaudens in omnibus priuilegio fori clericalis. Et tunc aut talis clericus, vel perſona Eccleſiaſtica citatur in forma iudicij, ſicut de alijs laicis: aut extraiudicialiter, iuxta formam Cõcordiæ. Primo caſu ſubdiſtingue, quia aut in querela, vel citatorio exprimitur de clericatu, aut tacetur. Primo caſu citatio eſt nulla, & non tenet proceſſus, nec tenebitur ad expenſas, quia notorium eſt non eſſe contumacem, iuxta notata per *Sacchum in ſuo Directorio Pacis in v 4, dubio. verſ. refert autem iſte electus*, &c. Secundo caſu non tacetur de clericatu, & tunc aut ille citatus erat notorius presbyter, vel religioſus incedens in habitu & tonſura, & tunc idem, habet enim querelatus quid ſibi debeat imputare, & in dolo videtur tacendo de notorio clericatu, & ſic poteſt intelligi *Gui. in Spec. vbi ſupra.* vide notata per *Bal. in l. ex quacumque. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* & per *Antonium de Butrio in c. ſi diligẽti. extra. de foro competent.* Aut non erat notoriũ, ſed querelans hoc ſciebat, ſed doloſe tacuit, & hoc cõſtat. & dic idem, ne de dolo ſuo commodum reportare videatur. vt *extra. de reſcriptis. c. fedes. & de dolo & contu. cap. ex litteris.* & dolus cum dolo compẽſetur: vt *ff. de dolo. l. fi duo.* Aut non erat notorium, & querelans ignorat clericatum querelati. Et tũc ſi querelatus eſt clericus non coniugatus, aut vult gaudere benefcio pacis, & ſeruare formam Concordiæ, & tunc debet infra quindecim dies monitionis eligere alterum, videlicet, vt cum pignoribus tenentibus veniat coram Vicario ſæculari, & inde fiet ſequeſtrum, facta fide de titulo tonſuræ, & remittetur cognitio cauſæ iudici Eccleſiaſtico. Aut ſi non habeat pignora, & hoc ſibi nouerit ponat ſe captum in poſſe Epiſcopi, donec cauſa terminetur, vt in Concordia dicitur. Facit pragmatica inſerta ſupra c. proximo, & quę ibi ſcripſi. Aut iſte non curat comparere, quia forte contemnit pœnam tuitionis pacis & treugæ, confidens de priuilegio clericali, quod reddet iudicium retro nullum, nec fecit fidem de titulo ſuę tonſuræ infra quindecim dies ipſius citationis. Et talis, contumax reputabitur. & procedetur contra eum, tãquam contra laicum electum, ſaltem donec de clericatu legitime conſtiterit, puta, per litteras Epiſcopi. Sed tali caſu nunquam reducetur ad pacem & treugam, nec ad pacis protectionem & beneficium, donec plene purgauerit contumaciam, ſcilicet, comparendo, & expenſas refundendo, & ſic poteſt intelligi opinio *gloſſæ*, & *Geminiani in cap. Abbates.* & *dominorum G. Ricardi & Andreæ Cornetyll*, ſicut fuit ſeruatum in facto Narciſſi Caſesnoues.

27 ¶ Sed quæro † iſto caſu, an ſufficiat quod talis clericus electus ſe mittat in poſſe iudicis Eccleſiaſtici captum; an vero habebit neceſſariò venire in poſſe Vicarij Regij, & ibi purgare prius cõtumaciam ſuam in forma laici, & ſic reducatur in pacem, & tunc facta fide de clericatu & titulo tõſuræ, remittatur. Et cum mihi, quando eram iudex Gerundæ, hic caſus contigiſſet de quodam vocato *en Fabria* clerico ſimplici, cum fuiſſet electus,

& ſic captus fuit per Vicarium, poſtea facta fide de clericatu, per litteras Epiſcopi requirentis ſibi remitti perſonam ipſius clerici, conſuluerã fieri prius præconitzationem, qua declararetur, illũ eſſe extra pacem, iuxta præſentem conſtitutionẽ, iuncta practica olim ſeruata de dicto *Bolas*: quo facto conſului ipſum clericum ſic extra pacẽ poſitum remitti Epiſcopo ſuo iudici ordinario, prout vult concordia, & ius commune canonicum, & ciuile, & libertas Eccleſiaſtica, & mens huius cõſtitutionis. ¶ Poſtea tamen ſuperuenit Gubernator, qui de conſilio Antonij de Meſa Licentiati in legibus, eius tunc aſſeſſoris, & vi, vel gratia obtinuit quod dictus en Sabria venit ad manus ſuas tamquam electus, & non permiſit illum reſtitui, neque eius clericatum admitti, donec in forma laici plene purgauit contumaciam coram Vicario ſæcularis. Dico *plene*, quia ſoluit etiam omnes expenſas contumaciæ, quæ habent prius exſolui antequam firma recipiatur, vel in aliquo audiatur, iuxta *l. Se-*
28 *ins. C. de iudi.* Nota † tamen, quod regulariter Gubernator non poteſt ſe intromittere de cauſis pacium & treugarum. de quo vide *Iacobum de Calicio in ſuo Directorio Paris, 8. dubic, q. 5.* Sed ſalua eius reuerentia, iſte rigor non videtur de mente huius conſtitutionis, & dictæ concordiæ, quæ volunt ſolum procedi ad publicationem poſitionis extra pacem pro contumacia, quia non cogitur purgare contumaciã, niſi velit gaudere beneficio pacis, ſaltem per iudicem ſæcularem, quia dicit textus cõcordiæ, quod iudex ſæcularis non ob hoc, ſcilicet, quia non comparet, nec ſeruat formam concordiæ poſſet eum punire in perſona, vel in bonis, vel alias offendere quoquo modo. Sed ſolum ſuccedat pro contumacia, &c. Hoc verbum, *ſolum*, nõ excludit quin teneatur ad omnes expenſas factas propter contumaciam & dolum tacentis clericatũ, & quia contemnit ſeruare formam pacis & dictæ cõcordiæ, in graue damnum iniuriati querelatoris. Et pragmatica Regis Ferdinandi incipiens, *Quamquam*, decernit irritum & inane quidquid factũ fuerit contra, vel præter formam dictæ concordiæ. Quia ſi dictus alieſſor fecerit contra vel præter
29 formam, vos cogitabitis. Credo tamen, † ꝙ Epiſcopus, ſaltem in diœceſi Gerundenſi, iuxta conuenientiam debeat per cenſuram Eccleſiaſticam cogere illum clericum ad obſeruandum formã cõcordię, quia verbum, *ſolum*, in concordia poſitum excludit Vicarium, vel alium ſæcularem, & non
30 Epiſcopum, qui etiam † de iure communi debet procedere contra violatores pacis; *extra. de treuga & pace c.* 1. & in vlatico, *Laudauerunt*. cum ſimilib. & vna curia debet aliam iuuare ad requiſitionẽ alterius. 23. *quæſt.* 5. *cap. adminiſtratores.* cum ſimilib. clerici namque tenentur ad obſeruantiam formæ pacis, vt in dicta concordia dicitur. & idem in *libro Fendorum, titulo de clerico violatore pacis.* alias eſt *cap. clericus. titulo. de pace tenenda, & eius violatoribus. collat. decima.* & ibi vide per *Baldum*. Sed tamen in
31 clericis † coniugatis, ſicut in mere laicis, in proceſſu pacis & treugæ habet Vicarius ſæcularis coertionem, etiam in perſona electi, ſcilicet, detẽtionem tantum, non tamen puniet eum affligendo in perſona criminaliter, quia proceſſus pacis & treugæ totaliter eſt ciuilis, licet ex crimine deſ-
32 cendat: quia in hoc † caſu habet clericatum ſine priuilegio. Vnde dicit *Baldus in l. ſi quis clericalis.*
33 *C. de Epiſcopis & clericis*, quod † iudex laicus habet manus iniectionem in clericum, qui habet clericatum ſine priuilegio clericatus, ſic eſt in bigamo, per *cap. altercationis. extra. de bigamis. libro ſexto.* Adde quæ notat *Innocentius in cap. vt fame. de ſententia excommunicationis.* & *cap. verum. de foro competenti.* vide *gloſſam* in verbo, *renocetur.* & ibi *Baldus* in allegata *l. ſi quis clericalis.* vide etiam quæ notãtur per *Angelum* in *l. quid ergo.* §. *pœna grauior. ff. de*
34 *his qui notantur infamia.* Sed † pone caſum, qui noniter euenit. Quidam clericus coniugatus cũ vnica & virgine fuit querelatus, & citatus, electus & cõdemnatus pro pace & treuga: & poſt ipſam condemnationem illius vxor deceſſit, & ſic iſte recuperauit priuilegium fori clericalis in totum, quia factus eſt clericus ſolutus ſine facto ſuo. Iſte ſe poſuit in poſſe curię cum ſuis bonis, & petit ſe remitti ſuo iudici Eccleſiaſtico. Sed opponitur, ꝙ non debet remitti, donec purgauerit contumaciã, & ſatisfecerit de condemnatis. Dubitatur quid iuris Et certe mihi videtur, quod de iure, & iuxta concordiam Cardinalis Conuenarum iſte omnino, ſaltem quoad perſonam, debeat remitti, quia non poteſt quoquo modo offendi. Sed debet gaudere omi nolibertate & immunitate Eccleſiaſtica, & quia poſuit omnia bona ſua in manu curiæ ſęcularis, non tenetur in plus, quoniam de bonis habet fieri ſatisfactio, quia de perſona non poteſt ſe intromittere iudex ſæcularis vllo modo. Vidi tamẽ poſtea, quod de facto fuit iſte clericus detentus in curia Regia, donec ſatisfecit, & purgauit contumaciam. Sed forte debuiſſet remitti ſuo Epiſcopo, poſtquam comparuit, & bona prout potuit tornauerat. Cogita plenius.
35 ¶ Sed vtrum † iudex ſæcularis poſsit ſupplere negligentiam iudicis Eccleſiaſtici, die per *Henricum Boich extranagan. de foro competenti. cap. verum.* qui hoc ibi plene declarat, & ideo omnino eſt vi-
36 dendus. Et de † iuriſdictione Epiſcopi, in quem, ſeu quibus habeat, vide eumdem *Henricum Boich in cap. ſi diligenti. eodem titulo. in ſecunda diſtinctione.*
37 ¶ Et an † trahens clericum coram iudice ſæculari, perdat cauſam, vide eodem *cap. in* 3. *diſt.* ¶ Sequitur in textu. *Falsum in hac parte cupientes aſtutys*
38 *prouiaere.* Nota, quod † hic ſumitur aſtutia in malam partem, quaſi dicat, malitijs, quibus non eſt indulgendum. *extra. qui ma. accu. poſ. cap. ſignificante.* & *extr. de priuilegijs. cap. ex parte.* cum ſimilibus. ¶ Et
39 quid ſit † aſtutia, quid dolus, & quid calliditas, vide per *Ioannem in Summa Confeſſorum libro* 2. *tit.* 6. *q.* 23. & *libro* 3. *tit.* 34. *q.* 232. *verſ. Eſt dolus in ver-*
40 *bis, ſed fraudem dicto factis.* Et † qualiter presbyteri vel alij clerici ſoluti debeãt cõparere, vide in *Di-*

rectorio io

rectorio Iac.de Calicio,in 17.dubio,q. Sed pone,querela offertur. Sequitur in textu,*agēdo,aut defendendo.*

41 Nota, quia facit † multum pro diſtinctione quā feci ſupra,quia quandoque quis agēs doloſe ſupprimit de clericatu querelati,& tunc nō immerito punietur,etiam vt ponatur extra pacem, licet forte agens fuerit laicus. Et ita eſt hic caſus, in quo laicus ponitur ſimpliciter extra protectionem pacis:ſicut fit de clerico,vt eſt dictū.vel poteſt intelligi quod dicit agendo, vt quia ille clericus querelatus venit poſt ſententiā, agendo de nullitate ſententiæ & proceſſus, ratione clericatus hactenus callidē ſuppreſsi,quod modo opponit poſt ſententiam, quia de nullitate poteſt agi, agendo,& excipiendo vt notatur ſup.*coll.4.cur. Illerdæ c.14. Item ordinamus & ſtatuimus.* Sed quod prius dixi,magis cōgruit litteræ, quia ex eo habes caſum ſpecialē, in quo laicus punitur pœna conſtit extra pacē;ꝙ forte non reperietur alibi. Sequitur in tex. *vſque ad diffin.tuam ſententiā ex-*

42 *cluſiue.* Nota † quia videtur ꝙ ante ſententiā poſſit opponere de clericatu impune: & ita videtur facere pro me contra determinationē Ant.de Meſa,quia ille *en Sabria* nondū fuerat per ſententiā condemnatus: allegabam etiam tunc dictū *Spec. vbi ſup.* Et ſic fortius credo, ꝙ ſi clericus ſolutus in forma laici,tacito de clericatu,fuerit pro pace citatus, & ipſe clericus infra quindecim dies citationis per procuratorem fecerit fidē de clericatu, & hoc non obſtante fuerit publicatus pro excecto,prout ſæpe vidi fieri,tali caſu credo quod talis clericus debet ſine difficultate reduci,vt ſolū ponatur extra pacem,iuxta formā Concordiæ Cardinalis,nec tenebitur ad expenſas. Sequitur, *Illam in executione duxerint opponendā.* Nota,iūcto verbo *agendo*,ꝙ eſt ſup. videtur quod clericus a-

43 gens † de pace violata,tacito de clericatu,ſi cōdemnetur forte de calumnia. iuxta notata ſupra *ead.c.querelā.§.& ſi lite.* quod in executione, ſi opoſuerit de priuilegio fori ponatur extra pacē, vt hic:vel forte opponebatur aduerſus ſentētiā, vt prædixi . Sed quomodo Vicarius ſæcularis

44 procedat † in executione contra bona clerici, etiam agentis,condemnati,nō video,niſi fieret de voluntate Epiſcopi:vel ſi vis,lege,ſingula ſingulis referēdo,vt ꝙ dicit agendo, ſi ſit laicus ex hac calūnia taciturnitatis fori clericalis, ſit excluſus à pace;& ita ſubijcit,*illico excluſos ſentiant.*& ꝙ dicit,*defendendo*,dicatur poni extra pacem: & hoc ſubijcit,ibi,*excluſos extra protectionē illarū.* Sequi-

45 tur in tex.*non mereatur*,&c.nota, † quod fruſtra legis auxiliū inuocat qui cōmittit in legē.*extra. de immun. Ec.c.vlt.*& *de priuil.c.quia fruſtra.*cū ſimi.

46 Et nota † hic caſum ſingularē.in quo quis publicatur pro excluſo,& poſito extra pacē,ſine monitione præmiſſa.adde notata ſup.*ead.c.com multis antenents.*& inf.*ead.c.vlt.* ¶ Quidā G. Rota electus per curiā Perpiniani à pace & treuga fuit Gerūdæ publicatus & captus:ſed Andreas Alfonſi ello viceſgerens offic. Epiſcopi,recepta ex officio in formatione ſuper poſſeſsione tonſurę dicti G.electi,requiſiuit ipſum electū ſibi remitti per Vicariū Gerundæ. Super hoc fuerunt orta duo dubia.Primum,an valeat talis informatio recepta non vocato Vicario ſæculari. Secundū,an ex ſola poſſeſsione tonſuræ ipſe electus, tanquam pro clerico ſe gerens,ſit remittendus. vide quæ dixi ſup.iuxta *Io.de Platea in l.vacuatis.C.de curio. libro* 10.Ad primū dixi,ꝙ non valet informatio,quia

47 etiam † in ſummarijs, in quibus agitur de prę iudicio tertij,eſt pars vocanda, iuxta notata infra *ead.c.licet præbere.*& *colla.* 10.*c.la rigor*,ſuper verb. *per informacio degudament preſa.* niſi caſibus à iure expreſsis,vt ſup.*ead.c.querelam.*in prin.&ita fuit obtentum ter,videlicet,in facto den Merques,in facto den Nuell, & in facto den Lach.& eſt caſus in *l.ſi iudex laicus.de ſent.excom.lib.6.*& ita etiā vidi determinari in cōſilio Reginali bis. Et hoc ita firmiter tene,nec valeret practica in contrarium.

48 Ad ſecundum † dixi,quod attēta electione nullatenus erat remittendus, ſaltē donec purgauerit contumaciā,iuxta notata ſuperius, præſertim de facto dicti Sabria: & B.Angles,& B. de Belloch aduocati Epiſcopi,& alij ſibi adhærentes nō obtinuerunt,licet de rigore iuris canonici forte nō male dixiſſent.

De pœna ordinantis & admittentis querelam immoderatam. Cap.XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices admittētes immoderatas querelas pacis & trengę incurrunt pœnam ſalarij illius cauſa,& priuationis officij per biennium: Aduocati vero facientes dictas querelas immoderatas ſuſpenduntur officio poſtulandi per biennium.& an vt iſta pœna incurratur, opus ſit ſententia.nu.2.19.& 20.declara nu.18.*

2 *Appellari poteſt ab immoderata taxatione querelarum pacis & trengæ.*

3 *Iudex omittendo & negligendo facit litem ſuam.*

4 *Qui non facit quod tenetur, videtur facere id quod non debet.*

5 *Dolus verus,vel præſumptus requiritur ad commiſsionem pœnæ: & quid ſi ſtatutum non requirat niſi merum factum, an requiratur dolus ad commiſsionem dictæ pœnæ.nu.7.*

6 *Iudices iudicantes iniuſte ambitione ſalarij,fraudem in Deum perpetrant.*

7 *Ambitioſi poſt aurum vadunt.*

8 *Salariorum iudicum materia.remiſsiue.*

9 *Actor ampliorem quantitatem in libello petens, vt grauetur exinde reus maioribus ſportulis,punitur pœna tripli.*

10 *Iudices ambitioſi nituntur ſupplantare litigantes,præferentes cupiditatem iuri.*

11 *Celeritas quibus in caſibus reprobetur omnino. remiſsiue.*

12 *Peccatum eſt ſcienter facere contra legem.*

13 *Obedientia ſola eſt,quæ poſsidet fidei meritum.*

14 *Obedientia nulla eſt, ſi aliquid habeat de ambitione admixtum.*

15 *Inobedientia æquiparatur hæreſi.*

21 *In querelæ moderatione quæ ſint attendenda.*
22 *Querela quæ debeat continere: & ſub qua forma ſentẽtia ſit concipienda.*
23 *Sententia Regis habet vim legis: & declaratur.*
24 *Sententia Principis quando faciat ins. & quid in Cathalonia, nu.* 25.
26 *Sententia Regia lata contra conſtitutiones Cathaloniæ non valet, errore iuris expreſſo, vel habito pro expreſſo.*
27 *Sententia lata contra ius partis tantum valet. declaratur ibidem.*
28 *Principis ſunt omnia quoad iuriſdictionem.*
29 *Homines Regni ſunt ſub poteſtate Principis illius Regni.*
30 *Principis conceſſio ſemper intelligitur abſque tertij præiudicio.*
31 *Fiſcus regulariter vtitur iure communi priuatorũ, niſi de eius priuilegio appareat.*

1 COnfirmantes conſtitutionem ſuper fienda querelarum moderatione, &c. Caſus. Puniuntur † Iudices, Aſſeſſores, & Aduocati immoderatas querelas admittentes, vel facientes. Vel dic, Iudices circa moderationem querelarum pacis & treugæ peccantes, pœnam amiſsionis ſalarij illius cauſæ, & priuationis officij per biennium incurrũt. Aduocati vero immoderatas querelas facientes, & de hoc conuicti & condemnati, poſtulandi officio per biennium ſuſpenduntur. Hoc dicit. Bona fuit huius capituli diuiſio, ſed de modico operatur, quia
2 † pœnæ huiuſmodi non incurruntur niſi per ſententiam, & quia officia ſunt triennalia, & non poſſunt cõueniri durante triennio, niſi Princeps voluerit, vt in *curia Montiſalbi cap.* 16. *Item ſtatuimus & ordinamus, quod aliquis officialis.* & ita eſt valde difficile, & ſic reputatur impoſsibile: quid ergo proderit ſuſpenſio illo finito. Sed dic vt dixi: intra *eod. cap. Quia quandoque contingit*, ſuper verbo, *eo ipſo priuentur*. Verumtamẽ caueant iudices & aduocati, quia non euadunt peccatum mortale, vbi ſcienter contra hanc conſtitutionem fecerint, & tenentur parti, quam taliter læſerint, ad damna & intereſſe, iuxta notata ſup. *collat. 6. curiæ Montiſſoni cap. In ciuitatibus.* & poterit iudex in tabula ſyndicari, quaſi fecerit litem ſuam, iuxta notata in *cap. iudices. in eadem curia*
3 *Montiſſoni.* & etiam † grauat querelatũ, à quo forſan poterit appellari, niſi remoderando requiſitus grauamen reuocauerit. *extra. de appellat. cap. cum ceſſante.* Et circa intellectum & materiã huius conſtitutionis vide quæ ſcripſi ſupra *collatione ſexta, curiæ Ceruariæ capitulo, Deinde ſancimus.* q confi marur hic. & *capit. Vt tollatur. in aſtla curia Momiſſoni.* adde etiam notata ſupra *eadem, cap. querelam.* Sequitur in textu, *ſeruare omiſerint.* Nota, †
4 quod iudex omittendo & negligendo facit li-
5 tem ſuam. vt hic: quia † qui non facit quod tenetur, videtur facere quod non debet: *ff. de regulis iuris. l. qui non facit.* & *ff. quæ in fraudem creditorum. l. in fraudem.* cum ſimilibus. De hoc vide per *Angelum l. argentarius. §. cum autem. ff. de pactis.* Et adde quæ ſcripſi ſupra *eadem, cap. confirmants la conſtitucio*, ſuper verbo, *E per aço com tendra taula.* in *verſ. ſed quid ſi iudex.* ¶ Sequitur in textu, *Et dolo,*
6 *ſeu ambitione ſalarij.* Nota, quod † ad commiſsionem pœnæ committitur dolus verus, vel præſumptus. de quo dic vt notatur in *C. vnde vi. l. ſi quis in tantam.* in *nona quæſtione.* & *l. finali. §. penultimo. eodem titulo.* Aſſeſſores † tamen dicunt, quod vbi
7 ſtatutum non requirit niſi merum factum, ibi non requiritur dolus, ſecundum *Baldum* ſuper *Innocentio, extra. de conſtitutionibus. capitulo, Cognoſcentes*, &c. Adde quæ ſcripſi ſupra *eadem, cap. Et quia ſæpe contingit.* ſuper verbo, *infra quos*, &c. Tales † e-
8 tenim, qui ambitione ſalarij ducuntur, & ſi iniuſtè iudicant, fraudem in Deum perpetrant, vti
9 *11. q. 3. cap. qui rectè.* Tales † enim ambitioſi ſunt, qui poſt aurum vadunt, & non ſunt ſine macula: nam nõ receptio ſalarij prohibetur, ſed ambitio. de hoc vide ſupra *eadem collatione, cap. los ſalaris.* Vnde bene Pſalmiſta: *Beatus vir, qui inuentus eſt, ſine macula, & poſt aurum non abijt.* Sed *quis eſt hic, & laudabimus eum?* vt Eccleſiaſtici cap. 31. incipit,
10 *Vigilia honeſtatis.* De ſalarijs † iudicum vide ſupra *eadem, cap. los ſalaris.* & in concordantijs ibi poſitis. & ſupra *collatione ſexta in curia Montiſſoni, ca-*
11 *pitulo, Quia in ſuis.* Sed † ſi actor ampliorem quãtitatem in libello petierit, vt reum maioribus ſportulis grauaret, pœna tripli ſecundum legem punitur, vt dicitur *inſtitu. de actio. §. tripli vero.* & vide ibi *gloſſam.* ¶ Sequitur in text. *Aut alijs inhoneſtis reſpectibus.* quia forte ideo admittunt exceſsiuas querelas, vt non reperiat querelatus pignora, nec fideiuſſores. & ſic deficiat in comparitione, & incidat in contumaciam: & hoc fit quandoque amore, odio, timore, vel fauore, aut alijs illicitis atque inhoneſtis reſpectibus. De quibus notatur ſupra *collatione tertia, capitulo ter-*
12 *tio*, ibi, *nec inſpecto amore*, &c. Sæpe † namque mali & ambitioſi iudices ſuam cupiditatem iuri, & inordinatum affectum æquitati præferentes, nituntur ſupplantare litigantes, prout *extranag. de*
13 *electio. cap. vltimo. libro ſexto.* vbi notantur † caſus, in quibus celeritas omnino reprobatur. Vide ibi in *gloſ.* ſuper verbo, *celeritate*. ¶ Sequitur in textu, *Peccauerint*, puta, quia non facta moderatione aliqua, vel quia fuerit minus debite facta propter ambitionem ſalarij; & ita violando conſtitutionem peccauerint, ſubaudi, *mortaliter*, veniendo contra leges iuratas, præceptiuas, vel prohibitiuas huius Principatus, ſcilicet, admittendo querelas ſine moderatione, vel alias immoderatas & exceſsiuas ad fatigationem & vexationem querelati, vel omittendo moderare vt decet, iuxta formam dicti *capituli, Deinde ſancimus.* & etiam *capituli. Vt tollatur.* quia (vt dixi) pec-
14 catum † eſt, ſcienter facere contra legem, quemadmodum dicitur in *extranag. de maio. & obedientia. cap. ſi quis venerit.* & 14. *quæſt. 1. cap. quod præcipitur.* & *extra. de verborum ſignif. cap. in his.* & hic dũ dicit, *peccauerint.* Eſt enim peccatũ inobedire ie, &

pecca-

Digitized by Google

peccatum ariolandi dicitur, nolle adquiescere: vt *cap. sciendum. 8. q. 1.* vbi dicitur, quasi peccatū ariolādi est repugnare, & quasi scelus idololatrię
15 nolle adquiescere, sola † est quæ fidei meritum possidet obedientia, sine qua quisque infidelis
16 conuincitur, etsi fidelis esse videatur: nam † & obedientia, & si aliquid de suo, hoc est ex ambitione habuerit, nulla est; quia ambitio in mala parte sumitur, vt hic patet. & *3. q. 9. cap. pura*, ino-
17 bedientia † æquiparatur hæresi vt notat *glos.* in alleg. *cap. sciendum.* & *4. q. 1. in Summa.* Item committunt periurium, quia iurarunt seruare constitutiones, & facere iustitiam, & ita multipliciter peccant, vnde veniunt puniendi. Sequitur in
18 text. *totius illius causa.* Nota † verbum *totius*, nam non solum priuabitur salario moderationis, si quod sibi pertineret, vel vna tertia; sed totius salarij illius causæ commodo priuabitur. Et quod
19 sequitur in textu, *amittant*, dic † per sententiā, iuxta notata, in *constitutione, Has nostra*, super verbo *caeat.* supra *curiæ Perpinani, collat. 6.* & idem de pœna priuationis, quæ sequitur; quia littera dicit, *sint priuati.* ¶ Sequitur in text. *aduocati vero.* ibi, *conuicti fuerint & per sententiam condemnati.*
20 vide hic quo modo seruit de modico: quia † ad pœnam suspensionis, quæ sequitur, non sufficit quod sint conuicti, quod esset facile, scilicet per inspectionem scripturæ suæ manus; imo requiritur sententia condemnationis, in qua habenda plus expenderetur quam lucrari posset; debuisset enim condemnari nedum ad pœnam huiusmodi suspensionis; sed etiam in damno & interesse, quod eueniret parti alteri pro prædictis, & hoc etiam credo de iure fieri posse, iuxta notata in alleg. *cap. in ciuitatibus*, & quod de his iudex posset etiam ex officio inquirere, & repellere illico talem querelam, tanquam euidenter calumniosam, vt infra *caa. cau. volentes.* cum similibus. vide quæ ibi dicam. ¶ Vltimo pro declaratione
21 huius cap. & eius materiæ, quæro † quæ sint attendenda in moderatione querelæ, & quando dicatur immoderata? Respondeo, tu scis quod querela pacis & treugæ datur solum pro damnis & iniurijs illatis in corpore, vel in rebus; & quandoque in alijs specialibus, iuxta notata in *Directorio pacis. 10. dubio.* & tetigi supra *eod. cap. quere-*
22 *lam.* vide ibi. Vnde † querela debet continere solummodo quantitatem damnorum illatorū, quæ debent æstimari iuxta qualitatem damni dati. & rerum amissarum arbitrio ius dicentis, consideratis considerandis, sicut in taxatione, quæ fit iuxta *l. si quando. C. vnde vi.* & *cap. super eo. extra. quod metus causa*, & in *auth. post ius iurandum. C. de iudi.* Item debet continere quantitatē emendę iniuriarum, iuxta vsat. *Barcin.* & in vsat. *Hæc sunt vsualia. §. vt qui interfecerit Vicecomitem*, &c. alias est *cap. per le.* & in vsat. sequentibus, vsque ad vsat. *Omnes homines*, alias est vsat: *Captus à curia.* & etiam quia de consuetudine aliquando taxantur iniuriæ, iuxta æstimationem ad animum reuocatam, iuxta leges Romanas; vt de iniurijs, *l. constitutionibus.* & *l. iniuriarum æstimatio.* & ibi notatur *insti. de iniurijs. §. pœna. versic. sed postea, praetores permittebant ijs qui iniuriam passi sunt, æstimare, vt iudex vel tanti condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit vel minoris, prout ei visum fuerit:* & dicit ibi *glos. æstimauerit*, scilicet per Sacramentum. vide *Ioan. Andr. extra. de offic. ordi. cap. si canonici.* in *glos.* super verbo *damnis & iniurys. lib. 6.* Et hoc credo verum, quando est talis iniuria, quæ non reperitur per constitutiones vel vsaticos, & alia iura huius patriæ æstimata, quia tunc demum recurrimus ad leges Romanas, & iura communia, æquitatem, & bonam rationem: vt supra *eod. cap. per tal que les leys.* vide quæ ibi dixi. & in concor. ibi positis. Et ita iudicaui de consilio sapientum in condemnando honorabilem *Bernardum Gordiola* olim iudicem, vt dixi supra *eod. curia cap. & quia sæpe contingit*, licet in sententia Regia lata contra *Felicem Gelats*, querelatum in causa pacis, ibi mentionatæ, fuerit abiecta clausula, & facta condemnatio sub forma sequenti. ¶ Considerato quod in Cathalonia in eo quod libero corpori iniurię inferuntur, qui de iure Romanorum non recipiebant æstimationem, hodie sunt æstimandæ secundum vsaticos Barcinonæ, & quod etiam æstimantur de iure Romanorum, in eo quod est vituperium seu forte practica, & stylus, vel consuetudo curiæ, non potest præiudicare vsaticis, & constitutionibus pactionatis huius patrię. vide quæ scripsi in *curia domina Reginæ Mariæ cap. auents acor.* & supra in hac *colla. cap. è los aduocats.* super verbo *encontinent ja tengut restituyr desshonor*, inde sequutus prout se habet practica, & stylus nostræ curię in similibus querelis oblatis pro pacibus & treugis violatis. Et quia multi sunt opinionis, quod hodie seruetur practica de qua in cap. præinserto sententiæ Regiæ prædictæ continetur: ideo ad cautelam permittitur in querela poni quantitas vltra æstimationem vsaticorum, considerata conditione personarum, & qualitate seu atrocitate iniuriæ bono arbitrio iudicis. Ita tamen vt non nimium excedatur in quantitate habita etiam consideratione dupli iuxta constitutiones pacium & treugarum. Mihi autem videtur de rigore iurium constitutionum Cathaloniæ, quod in casibus in quibus iniuriæ reperiuntur per vsaticos, & constitutiones patrię æstimatæ, non debeat haberi ratio æstimationis iuris Romani, quia tunc demum, & non alias recurrimus ad leges Romanas, & alia iura communia, cum deficiunt iura patriæ, vt in vsat. *Iudicia curiæ.* & supra *colla. eod. cap. per tal que les leys.* & infra *colla. proxi. cap. assats es cosa ridiculosa.* Nec valeret dicta pragmatica curiæ contra dictas constitutiones iuratas. Item non obstat si dicatur,
23 quod dicta sententia † Regia habet vim legis, iuxta notata per *Doct. extra. de re iudi. c. in causis.* & per *Ioan. Fa. insti. de iure naturali. §. sed quod principi.* & *C. de le. l. leges, vt generales.* & per *Angelum in*

l. 1.

l. 1. ff. de ferijs. quia non eſt verum quando ſententia Regia eſt expreſſe contra diſpoſitionem cõſtitutionis generalis Cathaloniæ, quia eſt lex iurata; & non poteſt taliter ſententiando tolli, cum requirãtur coadunãtia, & cõſenſus curiæ generalis intollendo ſimilẽ cõſtitutionẽ, alias de facili poſſent tolli conſtitutiones & iura patriæ iſtius,
24 quod abſit. Vnde † ad præmiſſorum euidentiam, quando ſententia Principis faciat ius, vel habeat vim legis, diſtingue. Quia aut eſt diffinitiua, vel interloquutoria Principis in corpore iuris clauſa, & tunc facit ius generale, vt *C. de nouo C. compo.* in fin. Aut non eſt clauſa in corpore iuris, & tunc interloquutoria ius generale non facit, vt *C. de le. l. 3.* Diffinitiua vero, aut eſt lata contra legem ſcriptam, & non facit ius, niſi in cauſa illa; quia non eſt veriſimile eo modo velle corrigere iura ſcripta; vt *l. ſi quando.* in prin. *C. de inoffi. teſt.* Aut eſt præter legem, & tunc ſine cauſæ cognitione lata, non facit ius extra cauſam illam: vt *C. de le. l. ſi.* A cõtrario vero ſenſu, lata cum cauſæ cognitione, ſi partibus præſentibus, facit ius generale,
25 vt *C. de le. l. ſi.* Hoc † non credo verum in Cathalonia, vbi dominus Rex non poteſt condere ius generale ſine curijs generalibus: ſecus ſi parte abſente, vt *ff. de inofficioſo teſta. l. qui repudiantis*, niſi eſſet roborata aliquo de ſignis poſitis in dicta *l. leges.* vide & adde quæ notantur in *l. ingenuum.* ff.
26 *de ſta. ho.* In † nullo tamen caſu valeret ſententia etiam Regia lata contra conſtitutiones Cathaloniæ errore iuris expreſſo, vel habito pro expreſſo, vt ſupra *colla. 3. c. 16. Item ordinamus & ſtatuimus, quod priuilegia.* in fin. vide quæ ibi dixi, & in
27 concor. licet † forſitan lata contra ius partis tantum poſſet valere in cauſa illa, iuxta notata in *cap. 1.* & *cap. cum inter vos. extra. de ſen. & re iudi.* vide & adde quæ dicam infra *collat. 21. curia*
28 *domine Regine Mariæ cap. auents acor.* Et † qualiter intelligatur illud, quod omnia ſunt Principis, vide *glo. in cap. tributum 23. q. 8.* alias eſt in §. *quamuis.* & ibi notat *Gui.* quod omnia ſunt Imperatoris, quoad iuriſdictionem generalem: 8. *diſt.*
29 *cap. quo iure.* Vnde † omnes homines, qui ſunt in Regno, ſunt ſub poteſtate Principis qui in eos habet imperium generalis iuriſdictionis, & poteſtatis, vide in *concordia Cardinalis Conuenarum. cap. 1.* & in vſat. *Hoc quod iur. eſt ſanctorum.* Faciũt pro his quæ notãtur infra *ead. c. Sicut aduerſus.* §.
30 *caueat autem Vicarius.* Et nota † quod conceſsio Principis debet intelligi ſine alterius iniuria: vt *l. ſi. C. de fundis patri. lib. 11.* & ibi nota *Ioannem de*
31 *Platea*, qui dat concor. Et ibi nota, quod † fiſcus regulariter vtitur iure communi priuatorum, niſi de eius priuilegio appareat, vt *l. Item veniunt.* §. *ait prætor.* ff. *de petitione hereditatis.*

De fictis querelis, & indemnitatibus prohibendis.

Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Officiales tabulæ exhortãtes alios, vt dent fictas querelas; vel iuramenta, exigentes à vere querelantibus, ne cum parte conueniant, aut ſibi indemnitatem præſtare pro tabula procurantes; priuantur officio ipſo facto. declaratur nu. 43.*
2 *Famam negligentes, ſunt crudeles.*
3 *Conſcientia nobis, fama proximo.*
4 *Fama à fando dicitur.*
5 *Iudicis contra debitum officium eſt, ne partes reducantur ad pacem.*
6 *Fingere, quod qui habent ius, malum habeant cauſam, vt pars exinde cogatur facere compromiſſum; eſt valde abominandum.*
7 *Pactum de quota litis illicitum eſt.*
8 *Officialibus præſtare ſecuritatem pro tabula eſt prohibitum. idem nu. 10.*
9 *Indemnitas non valet, ſi exinde officialis faciat iniuſtitiam.*
11 *Fideiuſſor non poteſt intercedere pro maleficijs.*
12 *Promiſsio de ſoluendo pecuniam pro committendo maleficio non valet.*
13 *Pœna corrumpentis iudicem, remiſsiue.*
14 *Pactum factum per conſortes maleficij, vt omnes contribuant, ſi aliquis condemnetur, an validum.*
15 *Cautio, quæ non debet præſtari; an teneat ſi præſtita fuerit.*
16 *Procuratione indebite propoſita agitur.*
17 *Excipiens an debeat cauere pro expenſis. remiſsiue.*
18 *Cautio quandoque præſtatur iudici, quandoque parti.*
19 *Damnis & ſcandalis eſt obuiandum.*
20 *Pœna certa vbi non imponitur, arbitraria cenſetur.*
21 *Pœna in officialibus conſueuit exaggerari.*
22 *Vltimum ſupplicium acerrima pœna.*
23 Corrigere *quid, & quid caſtigare.*
24 *Arbitrariæ pœnæ extenduntur vſque ad mortem inclusiue propter exceſſum facinoris.*
25 *In pœnis arbitrarijs in genere arbitrium iudicis non debet ſe extendere ad ſæuitiam alicuius pœnæ corporalis.*
26 *In odioſis non fit extenſio, limitatur ibidem.*
27 *Statuta ſunt ſtricte interpretanda, nec extendenda etiã ex maioritate rationis.*
28 *Crimina puniri valde intereſt Reipublicæ.*
29 *Vtilitas publica præferenda eſt priuatæ.*
30 *Vtilitas quæ alteri præferatur. remiſsiue.*
31 *Patri an patriæ ſubueniendum. remiſsiue.*
32 *Patria an Regi cui potius ſubueniendum.*
33 *Gubernator an poſsit facere proceſſum paciũ & treugarum, & an Primogenitus illum poſsit facere. numero 34.*
35 *Perſona loquentis non venit in generali ſermone.*
36 *Conſtitutio nona reſpicit futura.*
37 *Officiales debent officio priuari, ſi committant turpitudinem in illo. & erunt quandoque indigni maiori officio nu. 38.*
39 *Remotio officij non infamat, ſed eſt inſpicienda cauſa propter quam remouetur.*
40 *Infamis in vrbe morari non poteſt.*
41 *Pœna quamuis incurratur ipſo iure, attamen declaratoria ſententia requiritur.*
43 *Gubernator an poſsit ſe intromittere de pœna remotionis officialis.*

Diſpen-

44 *Diſpenſari an poſsit ſuper pœna infamiæ, in quam incurrit officialis priuatus ab officio.*
45 *Perpetuum non dicitur, ſuper quo diſpenſatur.*
46 *Facientes indemnitates iudicibus; vt quid iniuſte faciant, ad quid teneantur. remiſsiue.*
47 *Conuenientes inſimul ſuper lite alicui iniuſte mouenda, an delinquant.*
48 *Vicarius & alij officiales Regij procedere nequeunt per viam pacium & treugarum violatarum ex officio abſque inſtantia partis priuata. Fallit ibidem.*
49 *Procuratores fiſcales non admittuntur ad dandum querelas pacis & treuga. Fallit ibidem ex iuribus municipalibus ibi relatis.*
50 *Bona omnia & iura ſunt ſub conſtitutionibus pacium & treugarum.*
51 *Factum contra conſtitutiones Cathaloniæ eſt nullum.*
52 *Decretum Papæ ligat ignorantes.*
53 *Expenſæ, damna, & intereſſe qualiter probentur. remiſsiue.*
54 *Officiales tenentur reſarcire damna, & expenſas, ſi faciunt litem ſuam.*

1 QVia quandoque contingit, vt habet multorum aſſertio, &c. Caſus. Official s, † coram quibus dantur querelæ pacium & treugarum, ad dandũ hẽtas querelas alios exhortantes, vel à vere querelantibus iuramenta, ne cum parte conueniant, exigentes; aut ſibi præſtari indemnitatem pro tabula procurantes, ipſo facto priuati ſunt officijs ſuis cum infamiæ nota. Eademque pœna tenentur procuratores fiſcales ſimilia committentes. Hoc primo. Nota contra Vicarium & Baiulum Barcinonæ, qui ſæpe faciunt ſibi talem indemnitatem præſtari à conſiliarijs & probis hominibus ciuitatis, quando habent facere aliquod arduum negotium contra debitum iuris, quia eo ipſo ſunt priuati, & ſic nõ valet quod egerint, & veniunt grauiter puniendi. Secundo in §. *caueant autem.* dicit, quod ipſi officiales, ſi ex officio abſque partis priuatę inſtantia procellerint & procuratores fiſcales querelam pacis & treugæ offerentes, niſi in caſibus per conſtitutiones generales Cathaloniæ permiſsis, damna & expenſas querelatis reſarcire tenentur. Secus acto proceſſu in irritum reuocato. Hoc dicit. Et nota valde hanc conſtitutionem, quæ multum bene prouidet tot abuſibus officialium & procuratorum fiſcalium circa proceſſus pacium & treugarum. ¶ Vide textum, *quia quandoque*, dic, imo ſæpe, vt docet experientia, & habet multorum aſſertio, & ideo fuit prouidendum, vt notat ſupra *eod. cap. & quia ſæpe contingit.* ¶ Sequitur in text.

2 *Fame propria prodig.* & tales † crudeles ſunt, quia famam negligunt: quia non ſolum conſcientia

3 ni ceſſaria eſt; ſed & fama; quia † conſcientia nobis fama proximo, vt 12. *q.* 1. *cap. nolo.* & 11. *q.* 3. *c. non ſunt.* & *Prouer.* 22. *c.* dicitur Theſaurus deſiderabilis quantum ad conſcientiam iuſti, oleum quantum ad bonam famam. & dicitur *Eccleſiaſt.* 40. *cap. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni & pretioſi: Bona vitæ numerus dierum. Bonum autem nomen permanebit in eum.* Vnde ad huius declarationem

4 ſcias, quod † fama à fando dicitur, quia fando, id eſt, loquendo peruagatur. Eſt autem nomen bonarum rerum & malarum, famæ autem nomen certum locum non habet, quia plerumque mendax eſt audiens multa, & de veritate tacens ſiue dimittens, & tamdiu iuuat, quamdiu contra non probatur. At ſi probetur, tunc ceſſat, & exinde res, & non fama nominatur. Sed famæ ius eſt de aliquo eloquutio: maxime in bono, & ſic dicitur in hymno ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui incipit, *Antra deſerti*, ibi, *maculare famam*, &c. ſecundum *Gui. in Roſario.* ſuper dicto *cap. non ſunt audiendi.* ¶ Sequitur in text. *ficte damnificatos ſe aſſerunt.* dic quod tales tanquam cãlumnioſi debent à pace & treuga eijci, iuxta conſtitutionẽ ſupra *eod. cap. querelam.* §. *Et ſi lite.* vide quæ ibi dixi. ¶ Se-

5 quitur in text. *exhortantur.* Et † hoc eſt contra debitum officij iudicantis, cum prius debeat laborare partes reducere ad concordiam amicabiliter, ſi fieri poſsit, vt *extra. de mutuis peticius c.* 1. ibi, *concordia*, &c. & in *l. quidam Iberus.* ff. *de ſeruit. vrb. prædiorum.* Facit practica monitionis in querelis pacium & treugarum, dum dicitur, *aut amicabiliter componatis.* Non † autem laudo practicã,

6 quam ſæpe vidi de multis: qui fingunt afferentes illum qui habent ius quod habeant malam cauſam, & intricant negotium, & dilatant: vt ſic tali metu oppreſsi cogantur facere compromiſsum, quia talis dolus valde eſt abominandus, & credo quod non erit impunitus. ¶ Sequitur in textu, *ſine ipſorum officialium voluntate*, hoc forte; quia

7 illicita † pacta quandoque faciunt de quota litis contra *l. quiſquis.* §. *præterea nullum. C. de poſt vlando.* & 3. *q.* 7. §. *tria. verſi. Si quis.* alias eſt *cap. quiſquis.* ¶ Sequitur in text. *ſecuritates.* Nota hic fo-

8 re † prohibitum præſtari officialibus indemnitates pro tabula, ſic etiam prohibentur emere redditus, vt ſupra *colla.* 4. *in* 2. *curia Barcino. c.* 13. *Item quod aliquis Vicarius*, &c. vide ibi, & *C. de cõtractibus iudicum. l. vna.* & vide notata in *l. in quorum finibus.* ff. *de pigno.* & *l. principalibus.* ff. *ſi certum pe.* vide quæ ibi ſcripſi ſupra *collat.* 5. *tit. ne Vicarij ſine inſtantia*, &c. Et de indemnitate quę præſtatur officialibus, vide *Bal.* ff. *man. l. ſi tibi mandauero.*

9 §. *equidem.* quia dicit, quod non † valet indemnitas, ſi propter hoc officiales fecerint iniuſtitiam: quia nec recuperabit à communi. Facit ff. *de pecu. de. l. dominus Stycho.* §. *fi.* & ibi nota per *Ricardũ.*

10 ¶ Sed quæro † an valeant tales ſecuritates, & obligationes præſtitæ de ſeruando indemnes officiales & bona ipſorum in tabula. Et hic videtur quod non, quia ſunt pacta illicita, & inuitant officiales ad delinquendum, & ad faciendum iniuſtitiam, vel oppreſsionem, vt hic dicitur. Nam

11 pro † maleficijs non poteſt intercedere fideiuſſor; ſed pro obligationibus deſcendentibus ex maleficio, ſicut ff. *de fideiuſſ. l. ſi areo.* §. *Item quod*

12 *vulgo*, & ibi *Bar.* notat, quod ſi promitto tibi ſol-

ucre

uere pecuniam ſi commiſeris tale maleficium, non valet promiſsio. Quod maxime eſt notabile pro ſyndico communitatis, qui ad petitionē non denunciat maleficia, & recipit promiſsionem de indemnitate, quod non valet. Et nota quod tales, qui huiuſmodi indemnitates recipiunt, eo ipſo ſunt ſuſpecti, & veniunt puniendi, iuxta ea quæ leguntur & notantur *extra. de offi. ordi. c. quia plerique prælati.* adde notata per *Angelum de Perusio in l. 1. ff. de condi. ob. tur. cauſam.* & per *Bar. ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum.* ¶ Sed de pœna
13 corrumpentis † iudicem vide *glo.* & *Bar. in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi.* & adde quæ ſcripſi ſuper vſati. *Quoniam ex conqueſtione.* & ibi vide
14 etiam de pœna corrumpentis teſtes. ¶ Sed † an valeat pactum quod ad inuicem faciunt conſortes in Tuſcia, ſcilicet, quod ſi quem eorum contingat condemnari pro maleficio, quod contribuent. Et videtur quod non, vt hic, & quia inuitantur ad delinquendum, ſecundum *Bar.* qui ita
15 notat in dicto §. *Item quod vulgo.* ¶ Sed † vtrum cautio, quæ non debet præſtari, ſi præſtita fuerit, teneat, diſtingue ſecundum *Din. in l. qui erat hæ-*
16 *res. ff. famili. erciſc.* ¶ Et † nota, quod pro cautione indebite propoſita agitur iuxta notata in *cap. ſi cautio. extra. de fide inſtrum.* ¶ Sed quando exci-
17 piens † habeat præſtare cautionem pro expenſis, vide in *Spec. tit. de excep. §. nunc videndum. verſi. Item quod vbi proponatur aliqua exceptio.* ¶ Item
18 nota, † quod cautio quandoque præſtanda eſt iudici, quandoque parti. vide *extra. de eo qui mi. in po. cauſa cuſto. c. conſtitutis. in gloſſa 3.* ¶ Sequitur in textu, *Reſpublica læditur.* vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. curia Montiſſoni cap. prouidentes ſtatui Reipublicæ.* ¶ Sequitur in text. *via damnis & ſcandalis*
19 *aperitur*, dic, † quibus eſt obuiandum: vt ſupra *eod. C. per tal q̃ mal*, & ſcandalis eſt via præcludēda: vt ſupra *eod. cap. als ſcandols.* vide & adde quę ibi dixi. adde *extra. de præſcrip. c. nihil.* & *de verb. ſigni, cap. qui ſcandalizauerit.* ¶ Sequitur in text.
20 *merentur acriter caſtigari.* ſcilicet, arbitrarie, † ex quo certa pœna non reperitur: vt *ff. & C. de cri. ſtellio.* arg. *l. 1. ff. de iur. deli.* & dic, acriter, quaſi di-
22 cat, non leuiter, quia pœna † in officialibus conſueuit exaggerari: arg. *C. vbi cauſa fiſcales. l. vniuerſi.* quia cui plura committuntur ab eo plura exiguntur, vt *l. Presbyter. C. de Epiſc. & cleri.* acer-
22 rima pœna † eſt vltimum ſupplicium: vt *C. de eunuchis. l. 2.* ibi, *grauiſſimas.* iuncta *glo.* & arg. *l. vniuerſi. C. de commiſ. & vectigalibus.* & *ff. de pœnis. l. vltimum.* & *ff. de abigeis. l. 1.* dum dicit, *duriſsime puniuntur ad gladium.* & *l. per omnes. C. de colla. fundo-*
23 *rum. lib. 11.* Et † quid ſit *corrigere*, & quid *caſtigare*, vide quæ ſcripſi ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. 22. Item concedimus & ordinamus, quod inquiramus contra Vicarios*, &c. Sic etiam è conuerſo ſi officiali fiat iniuria, quæ forte non cadit in ſpeciale nomen delicti, tamen cadit in atrocitatem facti: vt ſi quis dat vnam alapam poteſtati alicuius terræ propter ſingularem inimicitiam quā habet cum eo, poteſt capitaliter puniri. Nam
24 pœnæ † arbitrariq; extenduntur vſque ad mortem incluſiue, propter exceſſum facinoris. de hoc eſt *gloſ. inſti. de iniurijs. §. in ſumma.* ſecundum *Bal. in li. feu. tit. de pace iuramento firm. l. hac edictali. §. iniuria.* Sed quidam dicunt, quod dicta *glo.* non eſt intelligēda generaliter in pœnis arbitrarijs. ſed in omnibus, vbi lex procedat dando bayliam in pœna pecuniaria, vel corporali, ideſt, liberum arbitrium; & verbum *baylia*, hic eſt vulgare Italię, vt patet in *l. quam* allegat. *ff. de iniur. l. ſi.* Et ſic dictum illius *gloſ.* eſt caſuale, ſeu locale, non autem generale; vt probatur *ff. de extraord. cri. l. ſar-*
25 *cularijs. §. ſunt quædam.* Item † nota, quod in pœnis arbitrarijs in genere arbitrium iudicis non debet ſe extendere ad ſæuitiam alicuius pœnæ corporalis: vt *ff. de pœnis. l. interpretatione.* & *l. ſi præſes.* & *de reg. iur. l. capienda.* & *l. factum cuiuſque. §. in pœnalibus. eod. tit.* & pro hoc ff. *de verb. ſig. l. alind. §. inter multa.* per quem §. conſuluit *Oldradus.* quę nota, quia de talibus vidi dubitari. vide & adde
26 infra *eod. cap. licet præbere*, ſuper verbo *pœnis datiſsimis.* Item † nota, quod in odioſis non ſit extenſio, quod eſt verum, quando eſt odium irrationabile. vt *ff. de legibus l. quod vero contra rationem.* Quod eſt etiam verum, niſi vbi â iure reperiatur
27 extenſum, vt ibi dicit *gloſ.* Et ex hoc † apparet quod ſtatuta ſunt ſtricte interpretanda, nec ſunt extendenda. etiam maioritate rationis in præiudicium iuris communis. de quo per *Cinū in l. vlt. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſecundum *Florianum de ſancto P.* in dicta *l. non poſſunt.* ¶ Sequitur in text. *totius Reipublicæ vtilitate.* Nota hic, quia
28 valde † intereſt Reipublicæ, crimina puniri *ff.*
29 *ad l. Aquiliam. l. ita vulneratus.* Et † vtilitas publica præferenda eſt priuatæ, vt hic, vnde verſus:

Publica priuata præfertur vtilitati.

De hoc notatur *extra. de poſtula. præla. cap. bone.* Sed
30 quæ † vtilitas alteri præferatur, dic latius per *Henricum extra. de regularibus. cap. licet. in 2. dict.* Et ibi nota quæſtionem, cui primo ſit ſubueniendū
31 an patri † vel patriæ. & per *Doct. in l. vt vim. ff.*
32 *de iuſtitia & iure.* Item † cui potius ſit ſubueniēdum an patriæ, vel Regij. Hæc quæſtio habuit locum in Cathalonia anno 1462. vide in *l. minime. ff. de reli. & ſump. fu.* ¶ Sequitur in text. *Omnes officiales noſtri.* dic, quia alijs non competit facere
33 proceſſus pacium & treugarum. Et † quia dicit, *omnes*, videtur comprehendere Gubernatore, qui hodie in caſu nouæ *conſtitutionis, Les cauſas dels pubills*, &c. infra *colla. 11.* cognoſcit de cauſis
34 huiuſmodi: ¶ Sed an † idem de Primogenito, per verbum *omnes*? Videtur q̃ ſic, quia qui omne dicit, nihil excludit: *extra. de maiori. & obe. c. Solita. §. nos autem.* in fin Credo contra, quia Primogenitus non venit nomine officialium, cum ſit Præfectus Prætorio, â quo non appellatur: *C. de ſen. Præfec. Præto.* & quaſi Rex eſt: & quaſi conre-
35 gnans, nec ſubijcitur pœnis hic impoſitis, & † in

generali

generali ſermone non venit perſona loquentis: vt *ff. de Sena. l.* 1. & ibi nota. & Primogenitus cũ Rege hic loquendo eadem perſona reputatur, vt *C. de impuber. & alys ſubſti. l. vlt. §. fin.* Vnde quod vnus dicit, & aliter dicere videtur, vt *C. de agrico. & cen. l. cum ſimus. §. fin. lib.* 12. maxime quia tempore huius editionis Primogenitus nõ cognoſcebat de cauſis pacium & treugarum, niſi per viam appellationis, iuxta notata per *Iacob. in Directorio pacis, 8. dubio.* ¶ Sequitur in text. *& etiam futuri*, hoc fuit expreſſum magis ad cau-
36 telam, vt magis timeant futuri, quia † conſtitutio noua reſpicit futura, vt *extra. de conſtitu. c. cognoſcentes.* & *c. ſi.* ¶ Sequitur in text. *velut indigni*, ſubaudi. quia periuri ſunt, cum iurauerint facere iuſtitiam: vt ſupra *in forma iuramenti Vicariorum.* & ſupra *colla. 3. c. 3. & extra. de iure iurando. c. venientes.* & in *auth. ius iurandum quod præſtatur ab ijs.*
37 & quia † turpitudinem in officio cõmiſerint, debent remoueri à dignitate: & etiam videtur prohibitus ab omni publico officio, etiam dignitatem non habente: vt *ff. de Sena. l. Caſſius Longinus.*
38 Et † erit etiam indignus quocumque maiori officio, quia cui denegatur quod eſt minus, videtur denegari quod eſt plus: vt *l. qui indignus. ff. de Sena.* Secus ſi eſſet remotus ex honeſta cauſa: vt *l. Se-*
39 *natorem. ff. eod. tit.* quia ſola remotio † non infamat, ſed inſpicienda eſt cauſa, propter quam remouetur, ſecundum Florianum ibi, vbi etiam di-
40 cit, quod infamis † in vrbe non poteſt morari, & ibi *glo.* & *Barto.* per *l. ſed & milites. ff. de excu. tu.* ¶ Sequitur in text. *eo ipſo priuentur.* nota ergo,
41 quod hæc pœna † priuationis incurritur ipſo iure. Attamen neceſſaria eſt ſententia declaratoria, vt *extra. de hæreticis. c. cum ſecundum.* & dixi ſupra *curiæ Perpiniani c. hac noſtra*, ſuper verbo *careat.* & ſupra *iſta curia c. prohibim.* cum ſimilibus.
42 ¶ Sed † quæro, per quem feretur hæc ſententia? Si dicis, q̃ per iudices tabulæ, tunc in vanũ priuaretur, cum iam officium depoſuerit tempore tabulæ. Dic ergo quod per Regem, qui de hoc cogi nõ poteſt. Ideo fruſtra videtur impoſita pœna illa. Proderit tamen quia ſiue à rege, ſiue à iudicibus tabulæ declaratum fuerit, amittet ſalarium officij, & notabitur infamia, & de cætero non poterit tenere officium Regium: vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcinonæ c. 3. Item quod omnis Vicarius, & Subuicarius. §. Et ſi condemnatus.* vide ibi, & in concor. Sed dic, quod de hac pœna remotionis ſiue priuationis officij poterit & debebit per ſuperiorem cognoſci durante officio, nam ſi ſpectaremus finem officij, fruſtra fieret amotio, vt *C. ad l. Iul. repe. l. iubemus*, ſecundum *Bal.* qui ita notat infra *de pace conſtantiæ*, ſuper verbo *ſecreta.*
43 in fin. & ita hoc caſu Gubernator † de hac pœna poterit ſe intromittere, & ita ipſe quãdoque conſueuit officiales remouere, vt dixi ſupra *coll. 5. c. 17. Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis officialis noſter.* ¶ Sequitur in text. *& ex tunc*, ſcilicet, eo ipſo facto, ſequitur in text. *perpetuo ſint in-*
44 *fames.* Sed † an ſuper iſta infamia poterit diſpẽſari? Forte nõ, quia eſſet cõtra effectum & ſubſtantiam conſtitutionis iuratæ; & hoc propter ver-
45 bum *perpetuo.* non † enim diceretur perpetuum id, ſuper quo eſſet diſpenſatum. adde quæ ſcripſi ſupra *eod. c. per tal que mal.* ¶ Sequitur in text. *quibus etiam pœnis*, ſcilicet priuationis officij, & incurſus perpetuæ infamiæ, & repete, *ipſo facto.*
46 Quid † autem iuris ſit de illis qui faciunt has indemnitates iudicibus, & officialibus, vide per *Angel. in l. 1. ff. de condi. ob. tur. cauſam.* & per *Bar. ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum.* Sed quando
47 plures † conueniunt ſimul ſuper lite alicui improbe mouenda, vide per *Reff. in ſuis libell. iuris ciuilis in 7. parte rub. de ſe. conſul. Voluſiano.* Quod habet locum etiam ſi litem iuſte tali conuentione moueãt, vt ibi notatur. Et habet locũ pœna cõcuſſionis, & criminis falſi, de quo ibi vide. ¶ Sequitur in textu, *ſi talia commiſerint*, ſcilicet, dando fictas querelas, vel dari procurando, & exhortando, & indemnitates recipiendo, aut etiam paciſcendo illicite, ſicut de officialibus dictum eſt, vel forte etiam colludendo cum ipſis officialibus. ¶ Sequitur §. *Caueant autem ipſi officiales, ne procedant*, &c. Nota ex hoc §. duas regulas, & inſtan-
48 tias ab eis. Primo † nota, quod Vicarius vel alij officiales Regij non poſſunt procedere per viam pacium & treugarum violatarum ex officio, abſque partis priuatæ inſtantia. Fallit hæc regula in caſu conſtitutionis de inuadente extraneũ iter agentem, & alijs caſibus notatis ſupra *eod. cap. com molts entenents.* ¶ Secunda regula eſt,
49 quod † procuratores fiſcales non admittuntur ad dandum querelas pacis & treugæ. Sed fallit in caſibus ſpecialiter permiſsis à conſtitutionibus Cathaloniæ: de quo dic vt habes in quadam pragmatica tenoris ſequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, &c. in vno ex grauaminibus nobis in curia generali, quam de præſenti celebramus in villa Montiſalbi, oblatis per vos Syndicos, & Procuratores ciuitatis Barcinonæ, vidimus contineri, quod quãquam proceſſus pacis & treugæ fieri debeat ad inſtantiam querelatoris, & non alias, iuxta conſtitutiones pacium & treugarum; tamen procuratores noſtri fiſcales, his abutentes, dant & dederunt ab aliquo citra tempore, clamum pacis & treugæ: quod fore dicitur contra formam dictarum conſtitutionum pacium & treugarum. Vnde pro parte dictæ ciuitatis nobis humiliter ſupplicaſtis, vt ſuper his dignaremur debite prouidere. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, huius ſerie prouidemus, quod in caſibus pertinentibus ad priuatos non admittantur fiſcales Regij ad dandum clamum pacis & treugæ. Pro regalijs autem, vel alijs iuribus, & bonis nobis pertinentibus, quæ continentur in conſtitutionibus pacium & treugarum, & ijdem fiſcales & alij officiales noſtri proculdubio admittantur. Mandantes per præſentem de certa ſcientia, &

conſulte

conſulte ipſis fiſcalibus,& alijs noſtris officialibus quibuſcumque præſentibus & futuris, quatenus huiuſmodi prouiſionem noſtram teneant firmiter & obſeruent,& contra nõ veniãt quauis cauſa. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſsimus noſtro ſigillo munitam. Dat. in Montealbo 26. die Nouembris anno à Natiuitate Domini 1370. Petrus Canc.

¶ *Regalijs*, ſubaudi, quæ continentur in conſtitutione, *Hac eſt pax.* §. *Caminoſq. & ſtratas, & vias publicas, & dominicaturas noſtras, & omnes honores noſtros, nundinas, ſine firas & mercatos noſtros, ſub eorum regimine & ſecuritate ponimus*. Et in conſtitutione; *In primis.* §. *vias publicas*. Item in dicta conſtitutione, *Hac eſt pax.* §. *Statica noſtra, pennones, & alia regalia noſtra.* Item in conſtitutione, *Notum ſit cunctis.* §. *Item ſub hac pace ſunt guidatica noſtra, & anteceſſorum noſtrorum, cenſualia, penſiones, & omnia*
50 *regalia noſtra.* Nota ergo † hic, q̃ omnia bona & iura, ſicut regaliæ domini Regis ſunt ſub conſtitutione pacium & treugarum: vt habes in conſtitutione, *In Chriſti nomine.* §. *Salnitates quoque.* & in conſtitutione, *Ad honorem.* §. *Item guidatica, & pẽnones, & omnia regalia.* ¶ Poſtea vero iſte dominus Rex Petrus in anno 1380. celebrauit curias Barcinonę, in quibus inter cætera edidit cap. ſequẽs. ¶ *Item que daqui auant clam de pau & de treua no puixa eſſer donat ſino ab inſtancia de part. E no per procurador fiſcal, ne per qualſeuol altres officials, o perſonas, ne encara no puixa eſſer procehit ex officio, ſino en tant com es legut per conſtitutio de Cathalunya. Plan al ſenyor Rey.* Iſta exceptio, quæ eſt clauſula in fine poſita, refert ad omnia præcedentia, vt declaratur in Regia prouiſione præinſerta, & in hoc §. *caueant*, quæ eſt lex vltima & determinat præcedentia ſcilicet, vt quilibet damnificatus in rebus & iuribus ſuis poſsit querelare, & ita dominus Rex, ſeu eius fiſcales poſſunt dare querelam pacis pro damnis datis in regalijs, & iuribus, ac bonis domini Regis, in quibus Rex eſt tanquam priuata perſona, & ita loquitur pragmatica præinſerta quę eſt vera *glo.* iſtarum conſtitutionum. ¶ Et huiuſmodi *cap.* videtur renouari hic in iſto §. *caueant autem.* ¶ Sequitur in text. *quod ſi contrarium fecerint, decernimus irritum & inane.* Nota hic,
51 quod † factum contra conſtitutiones Cathaloniæ eſt nullum, quod dic vt notatur ſupra *coll. 3. in curia Monteſſoni c. 8. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod aliqua charta.* & *c. 17. Item ſtatuimus & ordinamus, quod aliqua littera noſtra.* & melius ſupra *coll. 7. c. 1. verſ. Item nota, quod factum contra legem.* & dixi ſupra *iſta colla. c. als procuradors fiſcals*, ſuper verbo, *E ſi lo contrari aura fet.* & eſt caſus ſupra *ead. c. prohibim.* vide ibi, & *extra. de elec. c. ſi eo tem-*
52 *pore, lib. 6.* vbi notat *glo.* quod † decretum Papæ ligat ignorantes. *de conce. præben. c. quia cunctis. eod. lib.* vide & adde quæ ibi notãtur per *Doct.* & per *Ioan. de Imola in Clc. 1. de elec. in q. antepenult.* ¶ Sequitur in text. *& contrafacientes ipſi reſarcire damna & expenſas.* ſuper hoc vide quæ ſcripſi ſupra *ead. c. querelã.* ſuper verbo *damnis, ſumptibus & expenſis.* & vide etiam quæ dixi ſupra *collat. proxi. c. Itẽ per tolre vexacions.* ſuper verbo *de ſos bens propris.* & vide & adde quæ notantur per *Ioan. And. extra. de offic. ordi. c. ſi canonici. in glo.* ſuper verbo *dã*
53 *nis & mmrip.* Qualiter autem † probentur expẽſę, damna, & intereſſe, notatur late per dominũ *Anton. de Butrio. extra. de foro compe. c. dilecti. in vlt. q.* & vide in *Spec. tit. de fructibus & intereſſe.* §. *penult. verſ. & vt articulus*. ¶ Sequitur in text. ibi, *reſarcire ipſis querelatis omnimode ſint aſtricti*, ſupple, & ſi lite ſuo Marte diſcuſſa reperti fuerint calumniaſſe, & hoc fuerit declaratum, ſunt à pace & treuga eiecti: vt dicitur in dicto *cap.* quere-
54 lam. §. *& ſi lite.* vide ibi latius. ¶ Et † nota hic caſum, in quo officiales tenentur reſarcire expẽſas & damna, quia faciunt litem ſuam, & de dolo ſeu calumnia tenentur, quia ſunt in euidenti calumnia, & ſic non excuſantur velamento officij, vt *C. qui accu. non poſſunt. l. 2.* in fin. vide & adde quæ ibi leguntur & notantur per *glo.* & *Doct.* modernos. vide *Bar. in l. 1. §. 1. ff. ad Turpi.* & *Ioan. de Platea in l. criceſimum. C. de decurio. lib. 10.* & per *Anton. de Butrio in c. finem. extra. de dolo, & contu.* circa fin. Item nota hic caſum, in quo procurator fiſcalis punitur ad damna & expenſas. ſic ſupra *colla. proxi. c. Item per tolre vexacions*, in fin. vide quæ ibi dixi. ¶ Vltimo nota, quod quidam ex præinſerto *cap.* curiæ dicunt, quod fiſcales, vel alij officiales nullatenus poſsint dare querelas pacis & treugæ, pro quibus facit iſte §. ibi, *ne encara*, & tunc in *verſ. ſi no en tant com es legut*, &c. hanc exceptionem ſolum referunt ad proximũ dictum, ſcilicet, quod non procedatur ex officio, & ſic ſecundum eos dicta pragmatica eſſet correcta. Sed certe practica communis ſeruat pragmaticam, & intellexit dictum *cap.* curiæ, referẽdo *verſ. ſino en tant*, &c. ad omnia præmiſſa, & ita loquitur præſens conſtitutio, & ſibi ſimiles, quarum eſt glo ſſa præinſerta pragmatica; quia dominus Rex in ſuis iuribus, quibus agit vt priuatus, non debet eſſe deterioris conditionis: & hoc iure vtimur inconcuſſe. & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legi. l. minime.* & ad obſeruationem practicæ facit infra *colla. proxi. cap. occurrens a la difficultat.* in fi. vide quæ ibi ſcripſi, ſuper verbo, *è practiques.*

De captione non ficta, vel excuſata contumacia. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Citatus pro pace & treuga ſi allegauerit & probauerit, quod non poteſt perſonaliter comparere, eo quod fit alibi captus, debet excuſari à contumacia. Idem numero 2.*

3 *Vicarius non procedit in caſibus, in quibus criminis punitio non pertinet ad Regem vel eius officiales.*

4 *Obedientia parum prodeſſet humilibus, ſi contumacia rebellibus non obeſſet.*

5 *Contumacia materia remiſſiue.*

6 *Citatio non tenet, ſi non ſeruatur forma; ſub qua finit*

mani-

mandatum vt fieret.

7 *Contumax melioris non debet esse conditionis quam obediens.*

8 *Seueritas sicut ostendenda est persistentibus in contumacia, sic venia non est deneganda humilibus.*

9 *Seueritas sumitur dupliciter, aliquando in bona parte, aliquando in mala. nu.* 11.

10 *Seueritas sicut punit malos, sic liberalitas præmiat bonos.*

12 *Iudex damnatur, cum nocens absoluitur.*

13 *Impedimentum iustum est, quando quis captus detinetur, vt comparere non possit.*

14 *Impeditus, vt ad diem citatus venire non possit, an & quando teneatur mittere procuratorem, remissiue.*

15 *Impedire videtur, qui facit, quo minus res commode fieri possit.*

16 *Monitio fit extra iudicium, citatio vero in iudicio.*

17 *Vicarius non Regius non potest facere processus pacis & treugæ.*

18 *Baiulus vel alius officialis Regius potest facere processus pacis & treugæ in casu quo sibi pertineat ex priuilegio, consuetudine, vel alias.*

19 *Citatio Vicarij Regij in diœcesi Gerundæ pro causis pacium & treugarum non sufficit, cum etiam requiratur citatio Episcopi, vt procedant vno & eodem contextu iuxta concordiã initam inter eos. & refertur* Concordia *ad litteram.*

20 *Iudex Ecclesiasticus ad requisitionem secularis excõmunicat bannitos.*

21 *Iudex Ecclesiasticus debet excommunicare positos extra pacem ad requisitionem secularis.*

22 *Detentus sub arresto vel manuleuta an teneatur comparere in causis pacis & treugæ, traditur.*

23 *Arrestatus citatus à Rege potest ad illum ire non obstãte arresto, nec per hoc arrestum violatur.*

24 *Ægrotans excusatur a personali comparitione.*

25 *Carceratus quando quis detineri possit. remissiue.*

26 *Iudex appellationis sequitur statuta primi iudicis.*

27 *Iudex appellationis exequitur suam sententiam.*

28 Capere, incarcerare, & arrestare, *in quibus differũt.*

29 *Impossibilitas comparendi excusat à contumacia, dũmodo cesset dolus.*

30 *Dolus & fraus probatur ex coniecturis.*

31 *Collusio probatur per indicia.*

32 *Infirmitas validæ excusat à contumacia.*

33 *Captio illicita vel facta a priuato, an excusẽt à contumacia, traditur.*

34 *Carcerem priuatum quis dicatur facere. remissiue.*

35 *Captio quatuor modis impugnatur. remissiue.*

36 *Citatio facta ad carcerem non arctat efficaciter, quia restituitur citatus.*

37 *Appellari non potest ab arbitrio.*

38 *Probationes legitimæ quæ.*

39 *Assessor est astrictus tenere tabulam.*

40 Teneatur *verbum necessitate importat.*

41 *Acta contra constitutionem an valeant nec ne. remissiue.*

42 *Rex tanquam Comes Barcinonæ est Princeps totius Principatus Cathaloniæ, in quo habet merum imperium. amplia in terris Baronum sitis in Principatu. nu.* 43. *& declara nu.* 48.

44 *Habitantes in Principatu subsunt Regi & Comiti Barcinonæ.*

45 *Rex in Principatu Cathaloniæ est alter Imperator.*

46 *Imperator non potest à se abdicare merum imperium.*

47 *Imperium ita inhæret ossibus Principis, vt ab eo separari non possit.*

49 *Citatio nulla multipliciter, prout in littera.*

50 *Vicarij de quibus cognoscere consueuerunt late, & nu.* 51. 52. 53.

54 *Prauentio processus non habet locum in curia Principis. & de ratione ibidem.*

55 *Regalia semper censentur excepta.*

56 *Contumax & eiectus in causis pacis & treugæ an puniri possit per Vicarium de crimine alibi commisso.*

57 *Iudicis officium conquiescit pendente dilatione.*

58 *Gubernator potest punire comparentem pro crimine querelæ.*

59 *Rex & sui officiales non consueuerunt remittere criminosos.*

60 *Clericus coniugatus in causa pacis est de foro Regis.*

61 *Reatus omnem excludit honorem.*

62 Pertineat *verbum late patet.*

63 *Vicarius Gerundæ an cognoscat contra ciuem dictæ ciuitatis querelatum pro pace, qui commisit crimen, cuius punitio pertinet ad Baiulum.*

64 *Ad diminutionem & restrictionem quæ veniunt, non operantur augmentum.*

65 *Loca sita intra iurisdictionem Baiuliarum Vicariæ Gerundæ enarrantur.*

66 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

67 *Iudex loci cognoscit de crimine extra locum domicilij commisso. & quid iudex domicilij nu.* 68.

Sicut aduersus contumaces non debet dormire seue-

1 *ritas*, &c. Casus. Captio † nõ ficta admittitur, non tamen per Vicarium contra comparentem proceditur criminaliter, vbi alias ad Regem, vel eius officiales criminis punitio nullatenus pertineret. Hoc dicit. Et diuiditur in duas partes;

2 quoniam in prima parte dicitur, quod † si citatus pro pace & treuga allegauerit & probauerit legitime; quod sit alibi captus, ita quod non possit personaliter cõparere, talis captio debet admitti, dũmodo vera fuerit, & nõ procurata, ficta, vel simulata. In secunda parte, ibi, in §. *caueat*

3 *antẽ Vicarius*, prouidetur † ne contra taliter citatũ, si cõparuerit, procedatur criminaliter per Vicarium in casibus, vbi alias iurisdictio criminis illius ad dominũ Regem, vel eius officiales non pertineret. Et nota principium huius *cap.* quia

4 alias † parum prodesset obedientia humilibus, si contumacia rebellibus non obesset. *extr. de postu. prælat. c.* 1. *& extra. de censibus. cap. exigit. lib.* 6. iuncto *cap. gloriosus. de reliquijs & venera. sanctorum. eod. lib.* Sequitur in tex. *contumaces.* de † cõtumacia vide quæ scripsi supra *eod. c. cũ multis*, super verbo

purgant ſa contumacia. & adde notata per *Gui. in Ro*
6 *farío. 24. q. 3. de illicita*. Et ibi nota, † quod cum mandatur fieri citatio ſub certa forma & modo, ſeruari debet per citantẽ, alias non tenet citatio. de hoc vide quæ ſcripſi ſupra *ead. c. querelã.* ſuper
7 verbo, *tunc admittat.* Et † nota, ℣ non debet eſſe melioris conditionis contumax, quã obediens: vt *extr. de dolo & contu. c. contingit.* cum ſuis cõtor.
8 ¶ Sequitur in tex. *ſeueritas.* ſic 2. *q.* 5. *c. quãto.* vbi † dicitur, *Sicut in contumacia perſiſtentibus eſt ſeueritas oſtendenda, ſic humiliatis non eſt venia deneganda.* & ex illo Decreto forſan ſumptum fuit huius *cap.* principiũ. Et adde 23. *q.* 4. *c. præcepta.* cum tribus capitulis ſequent. Et dic quod ſeueritas poteſt
9 ſumi † dupliciter: vno modo in bona parte, quaſi ſequens veritatem, & dicitur quædam iuſtitia raſa ſeu rigoroſa, & ita ſumitur hic, & in ſignificatione iſta: *Seueritas eſt virtus debito ſupplicio cohibens ſiue coercens iniuriam.* Et ſicut ſeueritas pu
10 nit † malos, ſic liberalitas præmiat bonos: vnde dicit lex: *Bonos non ſolum metu pœnarũ, ſed etiã præmiorum exhortatione efficere oportet cupientes:* vt *l. 1. ff. de iuſti. & iur.* vnde verſus:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et hoc ſolum bene agitur quod vita hominum corrigatur: vt 23. *q.* 5. *c. prodeſt ſeueritas.* vide ibi.
11 Quandoque † tamen ſumitur ſeueritas in mala parte, pro crudelitate, vt cum exercetur liuore vindictæ: vt 23. *q.* 1. *c. quid culpatur.* & tales ſeueri, & crudeles ſunt nomine homines, ſed non re, vt ait Boetius. nam quid intereſt vtrũ ex homine ſe cõuertat quis in beluã, an ſub homin's figura crudelitatem beluę gerat? Non enim talibus hominibus parcendum eſt: nam vt ait Seneca: *Iudex*
12 *damnatur,* † *cum nocens abſoluitur*. Vnde cauenda eſt ira iudicis, maxime in puniendo, cum qua nemo tenebit mediocritatem, quæ eſt inter nimium & parum. vide & adde quæ notat *Gui. in c. ira ſa-*
13 *pe.* 11. *q.* 1. Sequitur in tex. *iuſte impeditis,* & † eſt iuſtũ impedimentũ, quando quis captus detinetur, taliter vt comparere non poſsit, vt hic notat *glo. in c. ſi quis iuſto impedimento. ext. de elec. lib. 6.* & hoc verum niſi ipſe doloſe procurauerit ſe ficte, & ſimulate capi, vt infra ſubijcitur: iuſtum enim impedimentum verę, & non ſimulatę captionis, propter impoſsibilitatẽ cõparendi excuſat â cõtumacia, & idẽ ſi per infirmitatem impediatur, & ideo tali iuſto eſt remedio ſuccurrendum. Et interdũ ſuccurritur ipſo iure, vt quando iudex ſciebat impedimentũ: *ff. de re iudi. l. quæſitũ.* Interdũ per reſtitutionẽ: *C. de reſti. milit. l. ignorare.* ſecũdũ *Bal.* quẽ vide latius ſuper *Spe. tit. de citatione. §. iam de. verſ. quid ſi non veniens.* vide infra *ead. ſuper §. caueant quid ſit iuſtũ impedimentũ.* & adde *l. nec ei. ff. ex qui. ca. ma. & quando dicatur quis iuſta cauſa abeſſe.* vide in *l. ſi cum ſeruum. ff. de fideicommi. li.*
14 Sed ſi † impeditus vt ad diem, qua citatus eſt, venire nõ poſsit, an & quãdo teneatur mittere procuratorẽ, notatur *extr. de dolo & contu. c. cũ dilecti.*

¶ Et impedit qui nimis corã dicit, vt *ff. de legatis tertio. l. non dubiũ.* & notat *glo. ff. noſtra. l. ita vt omnes. §. ſimili.* ſuper verbo *impedire.* Vnde impedire
15 videtur, † qui id facit, vel ceſſat quo minus res cõmode fieri & explicari nequeat, arg. *ff. man. l. dolus.* & *l. ſi procurator. §. dolo.* ſic inf. *ead. c. vlt.* ibi, dũ dicit, *vel alias faciẽt quo minꝰ*, &c. Sequitur in tex. *℣ ſi monitus,* ſubaudi, & citatus iudicialiter: quia
16 regulariter † monitio dicitur extra iudiciũ, citatio in iudicio. Facit concordia, & ℣ dixi ſupra *ead. c. quia pleriq.* Sequitur in tex. *per noſtrũ Vica-*
17 *riũ.* dic, quia alius † Vicarius nõ regius nõ poteſt facere tales proceſſus paciũ & treugarũ, de quibus loquitur hæc cõſtitutio, & ideo notanter dixit, *noſtrũ.* Sed ℣ dicit, *Vicariũ*, dic idem quando
18 per † Baiulũ Regium, vel alium officialẽ Regiũ fit talis citatio vel proceſſus, in caſu quo ſibi pertineat ex priuilegio, conſuetudine, aut alias. Sed
19 in † ciuitate & diœceſi Gerũden. nõ ſufficit monitio & citatio Vicarij Regij; imo etiã requiritur citatio & monitio Epiſcopi, vel eius officialis, vt procedãt vno & eodẽ contextu, iuxta cõuenientiam dudum ſuper hoc proceſſu initam quæ eſt huiuſmodi ſeriei.

¶ Nouerint vniuerſi, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, & Murciæ, ac Comes Barcinonæ, ad id animi noſtri curas libẽter extendimus, prout Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit ſibi ſubditos fore pacificos & modeſtos, ſic cunctos populos nobis traditos gubernando per ſemitas iuſtitiæ viuere diſponamus, vt ſi quando â calle rectitudinis deuient, ad eos dirigendum in viam pacis regalis officij debitum extendamus. Quia igitur quam plures effræna malitia, vt ſicut violatores conſtitutionum pacis & treugæ, attollit, & de reſtitutione faciẽda admoniti in ſuis facinoroſis actibus obdormiunt contumaces. Ideo criminis violatæ pacis reos, quos vterque ſpiritualis & temporalis perſequatur gladius, prout prædeceſſorum noſtrorum cõſtitutiones declarant, volentes vbiliber, & ſpecialiter in diœceſi Gerunden. vbi maleficijs huiuſmodi craſſantibus opus eſt exemplo, vtriuſq. gladij punctura conſtringi, ne de ſuis iniquitatibus glorientur. Et vt debiti modus & forma, prout dignum eſt, tam â nobis quã â noſtris officialibus obſeruetur. Nos dictus Rex vna cũ venerab. B. Epiſcopo Gerunden. ad quem in ſua diœceſi defenſio pacis & treugæ dignoſcitur pertinere. Et nos dictus Epiſcopus Gerũden. de expreſſo aſſenſu noſtri capituli ſuper debitis modo & forma, quibus contra violatores pacis & treugæ procedendum exiſtit, cõuenientes, & eoſdem etiam modum & formam in his ſcriptis ad perpetuam rei memoriam declarantes per nos, & ſucceſſores noſtros tam nos quam dictus Rex volumus, & adinuicem cõuenimus in Epiſcopatu Gerunden. prout ſtatim ſequitur, obſeruare, ac facere obſeruari. ¶ In primis conuenimus, ac etiam declaramus, quod ſi quis in Gerũden. Epiſcopatu

Digitized by Google

ſcopatu pacem & treugã fregiſſe dicatur, ad querelatoris inſtantiã per Vicariũ domini Regis malefactor ille citetur, vel etiam ex officio ipſius Vicarij in caſibus, quibus poteſt officio iudicis procedi ratione pacis & treugæ, expreſsis & declaratis per vſaticũ Barcinonæ, cõſtitutiones pacis & treugæ, ac per ſtatuta generaliũ curiarum. ¶ Et eodem contextu ad requiſitionem Vicarij domini Regis citetur & moneatur ſimiliter malefactor per Epiſcopũ Gerunden. vel eius officialem, vt infra quindecim dies iuxta conſtitutionẽ pacis & treugæ malefactor reſtituat, vel cũ ſuo querelatore, vbi ipſe exiſtit, cõponat, ſub pœna excõmunicationis, quã alias ipſo facto incurrat. Ita quod dictis quindecim diebus elapſis, malefactor, ſiue violator pacis, ſi monitus non cõpleuerit ea de quibus monitus fuit, eo ipſo excõmunicatũ ſe ſciat, & à pace & treuga eo ipſo ſimiliter intelligatur eiectus; & pro tali cum ſuis fautoribus, adiutoribus, & cõſiliatoribus (prout moris eſt) publicetur. Si vero violator prædictus taliter ab Epiſcopo & Vicario dñi Regis vel ab eorũ locatenẽtibus monitus, & excõmunicatus, & à pace & treuga eiectus, & pro tali cũ ſuis fautoribus (vt præmittitur) publicatus adhuc ſatisfacere renuat, vel nõ curet, ex tũc Vicarius dñi Regis, vel eius locumtenens requirat Epiſcopũ, ſeu eius officialẽ, vt conuocet cõmunias, cũ quarũ auxilio contra huiuſmodi violatores pacis viriliter procedatur; quas etiã conuocare idẽ Epiſcopus, ſeu eius officialis ex debito teneatur. Et iniungat vniuerſis & ſingulis hominibus cõmuniarũ, vt die & loco, qui ad id per Epiſcopũ, & Vicariũ vel eorũ locutenẽtes fuerint aſsignati, debeãt intereſſe ſub pœna excõmunicationis, & qui defuerit ipſo facto, pœnã viginti ſolidorum Barci. incurrat quã Epiſcopꝰ & Vicariꝰ, vel eorũ locatenẽtes ſi eis videbitur, poſsint minuere. vel augere: ſed ſi aucta, vel minuta non fuerit, eo ipſo viginti ſolidorũ intelligatur. ¶ Poſsit tñ Vicarius requirere Epiſcopũ, vel eius officiales, ꝙ infra quindecim dies citationis ſiue monitionis prædictæ amoueãtur per eundẽ Epiſcopũ vel eiꝰ officialẽ homines cõmuniarũ omnes & ſinguli, ꝙ ſint parati ad ſequendũ Epiſcopũ & Vicariũ, vel eorũ locatenẽtes, ſtatim cũ fuerint requiſiti. Cõmuniæ namq. cõgregari non debẽt infra quindecim dies, ſed poſt, violatore pacis in ſua cõtumacia perſiſtente. An vero omnes inſimul cõmunias, an earũ partẽ, vel certas perſonas aut certa loca ex ipſis, an etiã omnes exercitus dñi Regis, aut perſonæ ipſorũ, vel certos ex ipſis oporteat euocari, arbitrio dictorum Epiſcopi & Vicarij, vel eorũ locũtenentiũ, ſecundũ negotij qualitatẽ, & conditionẽ locorũ, & perſonarũ, cõtra quas fuerit procedẽdũ, arbitrio relinquatur, vt ipſi viderint ipſi negotio expedire. Hominibus autẽ dñi Regis, quã Epiſcopi quã etiam cõmuniarũ, poſtquã cõuenerint, & in exercitu fuerint, ab ipſo exercitu nõ liceat recedere, niſi obtenta prius licẽtia ab Epiſcopo, & Vicario, vel eorũ locatenentibus ſub pœna prædicta: quæ tñ poteſt arbitrio prędictorũ minui, vel augeri: de licẽtia tamẽ ipſorũ poſsit impune recedere, & ad certos dies, prout poterint obtinere. Et quia præſentia Epiſcopi eſt vtilis, & neceſſaria in executione præmiſſa, declaramus Epiſcopũ, vel eius locũtenentẽ dictis exercitibus adeſſe debere. Si tñ non poſſet, vel nollet intereſſe, Vicarius faciat executionẽ, quæ faciẽda incumbit cũ cõmunijs ante dictis. In nullo tñ caſu cõuocentur cõmuniæ, nec exire teneãtur extra Epiſcopatũ Gerunden. Pœnarũ vero, ſeu mulctarũ, aut caloniarũ quãtitas, quæ rationibus ſupradictis aduenerit, quoquo modo, & quidquid inde habebitur, ſic declaramus & volumus, vt perpetuo diuidatur, ꝙ quidquid ab hominibus locorũ Regis, & habitantibus in terminis locorũ ſuorũ habebitur, ſibi aut eius Vicario ſoli cedat. Et ẽconuerſo quidquid ab hominibꝰ locorũ & mẽſe Epiſcopalis & habitãtibus in terminis locorũ ipſorũ habebitur, etiam ſi dñs Rex in ipſis habeat iuriſdictionẽ, ſoli Epiſcopo, vel eius locũtenenti cedat. A cæteris vero, ſiue ſint Eccleſiarũ, Baronũ, militũ, ciuiũ, vel quarũlibet aliarũ perſonarũ. quidquid habebitur rationibꝰ ſupradictis inter dñm Regẽ & Epiſcopũ, vel eius Vicarios mediũ per mediũ diuidatur. Ita tñ ꝙ in exigendo dictas pœnas ab hominibus cõmuniarũ non poſsit pars dñi Regis à parte Epiſcopi ſe parari. Sed de eo ꝙ inde habebitur fiat æqualis diuiſio, vt ſuperius eſt prędictũ. ¶ Has ſiquidẽ declarationes & cõuenientias facimus & ordinamꝰ nos prædicti dñs Rex & Epiſcopus Gerunden. de conſenſu capituli, volentes eas perpetuo eſſe firmas & perpetuas cũ effectu. Promittentes inſuper erimus prompti & fauorabiles ad premiſſa ſeruãda & cõplenda. Et ꝙ per nos, & noſtros ſucceſſores nulla contraria cõſuetudine, vſu, vel obſeruantia, ſeu preſcriptione præſens conſtitutio valeat infringi; quod ſi fieret, incõtinenti penitus reducatur. Quod eſt actum in ciuitate Gerundæ, approbatum, & firmatum 17. kalendas Decembris anno Domini 1302.

20 Nota† quod Eccleſia ad requiſitionẽ iudicis ſæcularis tenetur excommunicare bánitos & proſcriptos à iudice ſęculari. vt *extra. de offi. ordi. c.* 1.
21 & ibi per *Innocen.* & *Hoſtien.* Et † ex his appareret clare, ꝙ Eccleſia debet excõmunicare poſitos extra pacẽ, ſi requiſitum fuerit à iudice ſæculari: imo etiã Epiſcopus Barcinonæ, & alij ad requiſitionẽ dñi Regis & ſuorũ officialiũ tenentur excõmunicare omnes bannitos & eiectos à pace & treuga, licet in citatione in principio nõ teruauerint formã huius conuentionẽ, quæ ſolũ aſtringit in dœceſi Gerunden. ¶ Sequitur in tex. *captus de-*
22 *tinetur*, Iubaudi, quia † detinetur in vinculis, vel alias incluſus ſub clauſura, vel etiã ſub arreſto de nõ exeundo à certo loco, ita ꝙ ſit impeditus ire ad locum tribunalis Vicarij citantis pro pace & treuga, & ſic non poſſet comparere perſonaliter

21 *In querelæ moderatione quæ ſint attendenda.*
22 *Querela quæ debeat continere: & ſub qua forma ſentẽtia ſit concipienda.*
23 *Sententia Regis habet vim legis: & declaratur.*
24 *Sententia Principis quando faciat ius. & quid in Cathalonia, nu. 25.*
26 *Sententia Regia lata contra conſtitutiones Cathaloniæ non valet, errore iuris expreſſo, vel habito pro expreſſo.*
27 *Sententia lata contra ius partis tantum valet. declaratur ibidem.*
28 *Principis ſunt omnia quoad iuriſdictionem.*
29 *Homines Regni ſunt ſub poteſtate Principis illius Regni.*
30 *Principis conceſsio ſemper intelligitur abſque tertij præiudicio.*
31 *Fiſcus regulariter vtitur iure communi priuatorũ, niſi de eius priuilegio appareat.*

1 CONfirmantes conſtitutionem ſuper fienda querelarum moderatione, &c. Caſus. Puniuntur † Iudices, Aſſeſſores, & Aduocati immoderatas querelas admittentes, vel facientes. Vel dic, Iudices circa moderationem querelarum pacis & treugæ peccantes, pœnam amiſsionis ſalarij illius cauſæ, & priuationis officij per biennium incurrũt. Aduocati vero immoderatas querelas facientes, & de hoc conuicti & condemnati, poſtulandi officio per biennium ſuſpenduntur. Hoc dicit. Bona fuit huius capituli diuiſio, ſed de modico operatur, quia
2 † pœnæ huiuſmodi non incurruntur niſi per ſententiam, & quia officia ſunt triennalia, & non poſſunt cõueniri durante triennio, niſi Princeps voluerit, vt in *curia Montiſalbi cap. 16. Item ſtatuimus & ordinamus, quod aliquis officialis.* & ita eſt valde difficile, & ſic reputatur impoſsibile: quid ergo proderit ſuſpenſio illo finito. Sed dic vt dixi intra *eod. cap. Quia quandoque contingit*, ſuper verbo, *eo ipſo priuentur*. Verumtamẽ caueant iudices & aduocati, quia non euadunt peccatum mortale, vbi ſcienter contra hanc conſtitutionem fecerint, & tenentur parti, quam taliter læſerint, ad damna & intereſſe, iuxta notata ſup. *collat. 6. curiæ Montiſſoni cap. In ciuitatibus.* & poterit iudex in tabula ſyndicari, quaſi fecerit litem ſuam, iuxta notata in *cap. iudices. in eadem curia*
3 *Montiſſoni.* & etiam † grauat querelatũ, à quo forſan poterit appellari, niſi remoderando requiſitus grauamen reuocauerit. *extra. de appellat. cap. cum ceſſante.* Et circa intellectum & materiã huius conſtitutionis vide quæ ſcripſi ſupra *collatione ſexta, curiæ Ceruariæ capitulo, Deinde ſancimus.* q̃ confirmatur hic. & *capit. Vt tollatur. in dicta curia Montiſſoni.* adde etiam notata ſupra *eadem, cap. querelam.* Sequitur in textu, *ſernare omiſerint.* Nota, †
4 quod iudex omittendo & negligendo facit li-
5 tem ſuam. vt hic: quia † qui non facit quod tenetur, videtur facere quod non debet: *ff. de regulis iuris. l. qui non facit.* & *ff. quæ in fraudem creditorum. l. in fraudem.* cum ſimilibus. De hoc vide per *Angelum l. argentarius. §. cum autem. ff. de pactis.* Et ad-

de quæ ſcripſi ſupra *eadem, cap. confirmantes la conſtitucio*, ſuper verbo, *E per aco com tendra taulo.* in *verſ. ſed quid ſi iudex.* ¶ Sequitur in textu, *Et dolo,*
6 *ſeu ambitione ſalarij.* Nota, quod † ad commiſsionem pœnæ committitur dolus verus, vel præſumptus. de quo dic vt notatur in *C. vnde vi. l. ſi quis in tantam.* in *nona quæſtione.* & *l. finali. §. penultimo. eodem titulo.* Aſſeſſores † tamen dicunt, quod vbi
7 ſtatutum non requirit niſi merum factum, ibi non requiritur dolus, ſecundum *Baldum* ſuper *Innocentio, extra. de conſtitutionibus. capitulo, Cognoſcentes,* &c. Adde quæ ſcripſi ſupra *eadem, cap. Et quia ſæ-*
8 *pe contingit.* ſuper verbo, *infra quos*, &c. Tales † etenim, qui ambitione ſalarij ducuntur, & ſi iniuſtè iudicant, fraudem in Deum perpetrant, vti
9 *11. q. 3. cap. qui rectè.* Tales † enim ambitioſi ſunt, qui poſt aurum vadunt, & non ſunt ſine macula: nam nõ receptio ſalarij prohibetur, ſed ambitio. de hoc vide ſupra *eadem collatione, cap. los ſalaris.* Vnde bene Pſalmiſta: *Beatus vir, qui inuentus eſt, ſine macula, & poſt aurum non abut.* Sed *quis eſt hic. & laudabimus eum?* vt Eccleſiaſtici cap. 31. incipit,
10 *Vigilia honeſtatis.* De ſalarijs † iudicum vide ſupra *eadem, cap. los ſalaris.* & in concordantijs ibi poſitis. & ſupra *collatione ſexta in curia Montiſſoni, ca-*
11 *pitulo, Quia in ſuis.* Sed † ſi actor ampliorem quãtitatem in libello petierit, vt reum maioribus ſportulis grauaret, pœna tripli ſecundum legem punitur, vt dicitur *inſtitu. de actio. §. tripli vero.* & vide ibi *gloſſam.* ¶ Sequitur in text. *Aut alijs inhoneſtis reſpectibus.* quia forte ideo admittunt exceſsiuas querelas, vt non reperiat querelatus pignora, nec fideiuſſores. & ſic deficiat in comparitione, & incidat in contumaciam: & hoc fit quandoque amore, odio, timore, vel fauore, aut alijs illicitis atque inhoneſtis reſpectibus. De quibus notatur ſupra *collatione tertia, capitulo ter-*
12 *tio*, ibi, *nec inſpecto amore*, &c. Sæpe † namque mali & ambitioſi iudices ſuam cupiditatem iuri, & inordinatum affectum æquitati præferentes, nituntur ſupplantare litigantes, prout *extranag. de*
13 *electio. cap. vltimo. libro ſexto.* vbi notantur † caſus, in quibus celeritas omnino reprobatur. Vide ibi in *gloſ.* ſuper verbo, *celeritate*. ¶ Sequitur in textu, *Peccauerint*, puta, quia non facta moderatione aliqua, vel quia fuerit minus debite facta propter ambitionem ſalarij; & ita violando conſtitutionem peccauerint, ſubaudi, *mortaliter*, veniendo contra leges iuratas, præceptiuas, vel prohibitiuas huius Principatus, ſcilicet, admittendo querelas ſine moderatione, vel alias immoderatas & exceſsiuas, ad fatigationem & vexationem querelati, vel omittendo moderare vt decet, iuxta formam dicti *capituli, Deinde ſancimus.* & etiam *capituli. Vt tollatur.* quia (vt dixi) pec-
14 catum † eſt, ſcienter facere contra legem, quemadmodum dicitur in *extranag. de maiv. & obedien. tia. cap. ſi quis venerit.* & 14. *quæſt. 1. cap. quod præcipitur.* & *extra. de verborum ſignif. cap. in his.* & hic dũ dicit, *peccauerint.* Eſt enim peccarũ inobedientię, &

pecca-

peccatum ariolandi dicitur, nolle adquieſcere: vt *cap. ſciendum.* 8. *q.* 1. vbi dicitur, quaſi peccatũ ariolãdi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatrię
15 nolle adquieſcere, ſola † eſt quæ fidei meritum poſsidet obedientia, ſine qua quiſque infidelis
16 conuincitur, etſi fidelis eſſe videatur: nam † & obedientia, & ſi aliquid de ſuo, hoc eſt ex ambitione habuerit, nulla eſt; quia ambitio in mala parte ſumitur, vt hic patet, & 3. *q.* 9. *cap. pura*, ino-
17 bedientia † æquiparatur hæreſi vt notat *gloſ.* in alleg. *cap. ſciendum.* & 4. *q.* 1. *in Summa.* Item committunt periurium, quia iurarunt ſeruare conſtitutiones, & facere iuſtitiam, & ita multipliciter peccant, vnde veniunt puniendi. Sequitur in
18 text. *totius illius cauſæ.* Nota † verbum *totius*, nam non ſolum priuabitur ſalario moderationis, ſi quod ſibi pertineret, vel vna tertia, ſed totius ſalarij illius cauſæ commodo priuabitur. Et quod
19 ſequitur in textu, *amittant*, dic † per ſententiã, iuxta notata, in *conſtitutione, Hac noſtra.* ſuper verbo *careat.* ſupra *curiæ Perpinani, collat.* 6. & idem de pœna priuationis, quæ ſequitur; quia littera dicit, *ſint priuati.* ¶ Sequitur in text. *aduocati vero.* ibi, *conuicti fuerint & per ſententiam condemnati.*
20 vide hic quo modo ſeruit de modico: quia † ad pœnam ſuſpenſionis, quæ ſequitur, non ſufficit quod ſint conuicti, quod eſſet facile, ſcilicet per inſpectionem ſcripturæ ſuæ manus; imo requiritur ſententia condemnationis, in qua habenda plus expenderetur quam lucrari poſſet; debuiſſet enim condemnari nedum ad pœnam huiuſmodi ſuſpenſionis; ſed etiam in damno & intereſſe, quod euenieret parti aliene pro prædictis, & hoc etiam credo de iure fieri poſſe, iuxta notata in alleg. *cap. in ciuitatibus.* & quod de his iudex poſſet etiam ex officio inquirere, & repellere illico talem querelam, tanquam euidenter calumnioſam, vt infra *eod. cap. volentes.* cum ſimilibus. vide quæ ibi dicam. ¶ Vltimo pro declaratione
21 huius cap. & eius materiæ, quæro † quæ ſint attendenda in moderatione querelæ, & quando dicatur immoderata? Reſpondeo, tu ſcis quod querela pacis & treugæ datur ſolum pro damnis & iniurijs illatis in corpore, vel in rebus; & quandoque in alijs ſpecialibus, iuxta notata in *Directorio pacis.* 10. *dubio.* & tetigi ſupra *eod. cap. querelam.* vide ibi. Vnde † querela debet continere
22 ſolummodo quantitatem damnorum illatorũ, quæ debent æſtimari iuxta qualitatem damni dati, & rerum amiſſarum arbitrio iuris dicentis, conſideratis conſiderandis, ſicut in taxatione, quæ fit iuxta *l. ſi quando. C. vnde vi.* & *cap. ſuper eo. extra. quod metus cauſa*, & in *auth. poſt ius iurãdum. C. de iudi.* Item debet continere quantitatẽ emendę iniuriarum, iuxta vſat. *Barcin.* & in vſat. *Hæc ſunt vſualia. §. vt qui interfecerit Vicecomitem*, &c. alias eſt *cap.* per te. & in vſat. ſequentibus, vſque ad vſat. *Omnes homines*, alias eſt vſat: *Captus à curia*, & etiam quia de conſuetudine aliquando taxantur iniuriæ, iuxta æſtimationem ad animum reuocatam, iuxta legẽs Romanas, vt de iniurijs, *l. conſtitutionibus.* & *l. iniuriarum æſtimatio.* & ibi notatur *inſti. de iniurijs. §. pœna. verſic. ſed poſtea, prætores permittebant ijs qui iniuriam paſsi ſunt, æſtimare, vt iudex vel tanti condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit vel minoris, prout ei viſum fuerit:* & dicit ibi *gloſ. æſtimauerit*, ſcilicet per Sacramentum. vide *Ioan. Andr. extra. de offic. ordi. cap. ſi canonici.* in *gloſ.* ſuper verbo *damnis & iniurys. lib. 6.* Et hoc credo verum, quando eſt talis iniuria, quæ non reperitur per conſtitutiones vel vſaticos, & alia iura huius patriæ æſtimata, quia tunc demum recurrimus ad leges Romanas, & iura communia, æquitatem, & bonam rationem: vt ſupra *eod. cap. per tal que les leys.* vide quæ ibi dixi. & in concor. ibi poſitis. Et ita iudicaui de conſilio ſapientum in condemnando honorabilem *Bernardum Gordiola* olim iudicem, vt dixi ſupra *eod. curia cap. & quia ſæpe contingit*, licet in ſententia Regia lata contra *Felicem Gelats*, querelatum in cauſa pacis, ibi mentionatæ, fuerit abiecta clauſula, & facta condemnatio ſub forma ſequenti. ¶ Conſiderato quod in Cathalonia in eo quod libero corpori iniurię inferuntur, qui de iure Romanorum non recipiebant æſtimationem, hodie ſunt æſtimandæ ſecundum vſaticos Barcinonæ, & quod etiam æſtimantur de iure Romanorum, in eo quod eſt vituperium ſeu forte practica, & ſtylus, vel conſuetudo curiæ, non poteſt præiudicare vſaticis, & conſtitutionibus pactionatis huius patrię. vide quæ ſcripſi in *curia domina Reginæ Mariæ cap. auents acer.* & ſupra in hac *colla. cap. è los aduocats.* ſuper verbo *encontinent ja tengut reſtituyr deſhonor*, inde ſequutus prout ſe habet practica, & ſtylus noſtræ curię in ſimilibus querelis oblatis pro pacibus & treugis violatis. Et quia multi ſunt opinionis, quod hodie ſeruetur practica de qua in cap. præinſerto ſententiæ Regiæ prædictæ continetur: ideo ad cautelam permittitur in querela poni quantitas vltra æſtimationem vſaticorum, conſiderata conditione perſonarum, & qualitate ſeu atrocitate iniuriæ bono arbitrio iudicis. Ita tamen vt non nimium excedatur in quantitate habita etiam conſideratione dupli iuxta conſtitutiones pacium & treugarum. Mihi autem videtur de rigore iurium conſtitutionum Cathaloniæ, quod in caſibus in quib⁹ iniuriæ reperiuntur per vſaticos, & conſtitutiones patrię æſtimatæ, non debeat haberi ratio æſtimationis iuris Romani, quia tunc demum, & non alias recurrimus ad leges Romanas, & alia iura communia, cum deficiunt iura patriæ, vt in vſat. *Iudicia curiæ.* & ſupra *colla. eod. cap. per tal que les leys.* & infra *colla. proxi. cap. aſſats es coſa ridiculoſa.* Nec valeret dicta pragmatica curiæ contra dictas conſtitutiones iuratas. Item non obſtat ſi dicatur,
23 quod dicta ſententia † Regia habet vim legis, iuxta notata per *Doct. extra. de re iudi. c. in cauſis.* & per *Ioan. Fa. inſti. de iure naturali. §. ſed quod principi.* & *C. de le. l. leges, vt generales*, & per *Angelum in*

l. 1.

l.1.ff.de ferijs. quia non eſt verum quando ſententia Regia eſt expreſſe contra diſpoſitionem cõſtitutionis generalis Cathaloniæ, quia eſt lex iurata; & non poteſt taliter ſententiando tolli, cum requirãtur coadunãtia, & cõſenſus curiæ generalis intollendo ſimilẽ cõſtitutionẽ, alias de facili poſſent tolli conſtitutiones & iura patrię iſtius,
24 quod abſit. Vnde† ad præmiſſorum euidentiam, quando ſententia Principis faciat ius, vel habeat vim legis, diſtingue. Quia aut eſt diffinitiua, vel interloquutoria Principis in corpore iuris clauſa, & tunc facit ius generale, vt *C. de nouo C. compo.* in fin. Aut non eſt clauſa in corpore iuris, & tunc interloquutoria ius generale non facit, vt *C. de le. l. 3.* Diffinitiua vero, aut eſt lata contra legem ſcriptam, & non facit ius, niſi in cauſa illa; quia non eſt veriſimile eo modo velle corrigere iura ſcripta; vt *l. ſi quando.* in prin. *C. de inoffi. teſt.* Aut eſt præter legem, & tunc ſine cauſæ cognitione lata, non facit ius extra cauſam illam: vt *C. de le. l. ſi.* A cõtrario vero ſenſu, lata cum cauſæ cognitione, ſi partibus præſentibus, facit ius generale,
25 vt *C. de le. l. ſi.* Hoc † non credo verum in Cathalonia, vbi dominus Rex non poteſt condere ius generale ſine curijs generalibus: ſecus ſi parte abſente, vt *ff. de inofficioſo teſta. l. qui repudiantis*, niſi eſſet roborata aliquo de ſignis poſitis in dicta *l. leges.* vide & adde quæ notantur in *l. ingenuum.* ff.
26 *de ſta. ho.* In † nullo tamen caſu valeret ſententia etiam Regia lata contra conſtitutiones Cathaloniæ errore iuris expreſſo, vel habito pro expreſſo, vt ſupra *colla. 3. c. 16. Item ordinamus & ſtatuimus, quod priuilegia.* in fin. vide quæ ibi dixi, & in
27 concor. licet † forſitan lata contra ius partis tantum poſſet valere in cauſa illa, iuxta notata in *cap. 1.* & *cap. cum inter vos. extra. de ſen. & re iudi.* vide & adde quæ dicam infra *collat. 21. curia*
28 *domine Regine Mariæ cap. auents acor.* Et † qualiter intelligatur illud, quod omnia ſunt Principis, vide *glo. in cap. tributum 23. q. 8.* alias eſt in §. *quamuis.* & ibi notat *Gui.* quod omnia ſunt Imperatoris, quoad iuriſdictionem generalem: 8. *diſt.*
29 *cap. quo iure.* Vnde † omnes homines, qui ſunt in Regno, ſunt ſub poteſtate Principis qui in eos habet imperium generalis iuriſdictionis, & poteſtatis, vide in *concordia Cardinalis Conuenarum. cap. 1.* & in vſat. *Hoc quod iur. eſt ſanctorum.* Faciũt pro his quæ notãtur infra *ead. c. Sicut aduerſus.* §.
30 *caueat autem Vicarius.* Et nota † quod conceſsio Principis debet intelligi ſine alterius iniuria: vt *l. ſi. C. de fundis patri. lib. 11.* & ibi nota *Ioannem de*
31 *Platea*, qui dat concor. Et ibi nota, quod † fiſcus regulariter vtitur iure communi priuatorum, niſi de eius priuilegio appareat, vt *l. Item veniunt.* §. *ait prætor.* ff. *de petitione hereditatis.*

De fictis querelis, & indemnitatibus prohibendis. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Officiales tabulæ exhortãtes alios, vt dent fictas querelas; vel iuramenta, exigentes à vere querelantibus, ne cum parte conueniant, aut ſibi indemnitatem præſtare pro tabula procurantes; priuantur officio ipſo facto. declaratur nn. 43.*
2 *Famam negligentes, ſunt crudeles.*
3 *Conſcientia nobis, fama proximo.*
4 *Fama à fando dicitur.*
5 *Iudicis contra debitum officium eſt, ne partes reducantur ad pacem.*
6 *Fingere, quod qui habent ius, malam habeant cauſam, vt pars exinde cogatur facere compromiſſum; eſt valde abominandum.*
7 *Pactum de quota litis illicitum eſt.*
8 *Officialibus præſtare ſecuritatem pro tabula eſt prohibitum. idem nn. 10.*
9 *Indemnitas non valet, ſi exinde officialis faciat iniuſtitiam.*
11 *Fideiuſſor non poteſt intercedere pro maleficijs.*
12 *Promiſsio de ſoluendo pecuniam pro committendo maleficio non valet.*
13 *Pœna corrumpentis iudicem, remiſsiue.*
14 *Pactum factum per conſortes maleficij, vt omnes contribuant, ſi aliquis condemnetur, an validum.*
15 *Cautio, quæ non debet præſtari; an teneat ſi præſtita fuerit.*
16 *Procuratione indebite propoſita agitur.*
17 *Excipiens an debeat cauere pro expenſis. remiſsiue.*
18 *Cautio quandoque præſtatur iudici, quandoque parti.*
19 *Damnis & ſcandalis eſt obuiandum.*
20 *Pœna certa vbi non imponitur, arbitraria cenſetur.*
21 *Pœna in officialibus conſueuit exaggerari.*
22 *Vltimum ſupplicium acerrima pœna.*
23 Corrigere *quid, & quid caſtigare.*
24 *Arbitrariæ pœnæ extenduntur vſque ad mortem inclusiue propter exceſſum facinoris.*
25 *In pœnis arbitrarijs in genere arbitrium iudicis non debet ſe extendere ad ſæuitiam alicuius pœnæ corporalis.*
26 *In odioſis non fit extenſio. limitatur ibidem.*
27 *Statuta ſunt ſtricte interpretanda, nec extendenda etiã ex maioritate rationis.*
28 *Crimina puniri valde intereſt Reipublicæ.*
29 *Vtilitas publica præferenda eſt priuatæ.*
30 *Vtilitas quæ alteri præferatur. remiſsiue.*
31 *Patri an patriæ ſubueniendum. remiſsiue.*
32 *Patriæ an Regi cui potius ſubueniendum.*
33 *Gubernator an poſsit facere proceſſum paciũ & treugarum, & an Primogenitus illum poſsit facere. numero 34.*
35 *Perſona loquentis non venit in generali ſermone.*
36 *Conſtitutio nona reſpicit futura.*
37 *Officiales debent officio priuari, ſi committant turpitudinem in illo. & erunt quandoque indigni maiori officio nn. 38.*
39 *Remotio officij non infamat, ſed eſt inſpicienda cauſa propter quam remouetur.*
40 *Infamis in vrbe morari non poteſt.*
41 *Pœna quamuis incurratur ipſo iure, attamen declaratoria ſententia requiritur.*
43 *Gubernator an poſsit ſe intromittere de pœna remotionis officialis.*

Diſpen-

44 *Diſpenſari an poſsit ſuper pœna infamiæ, in quam incurrit officialis priuatus ab officio.*

45 *Perpetuum non dicitur, ſuper quo diſpenſatur.*

46 *Facientes indemnitates iudicibus; vt quid iniuſte faciant, ad quid teneantur. remiſsiue.*

47 *Conuenientes inſimul ſuper lite alicui iniuſte mouenda, an delinquant.*

48 *Vicarius & alij officiales Regij procedere nequeunt per viam pacium & treugarum violatarum ex officio abſque inſtantia partis priuatæ. Fallit ibidem.*

49 *Procuratores fiſcales non admittuntur ad dandum querelas pacis & treuga. Fallit ibidem ex iuribus municipalibus ibi relatis.*

50 *Bona omnia & iura ſunt ſub conſtitutionibus pacium & treugarum.*

51 *Factum contra conſtitutiones Cathaloniæ eſt nullum.*

52 *Decretum Papæ ligat ignorantes.*

53 *Expenſæ, damna, & intereſſe qualiter probentur. remiſsiue.*

54 *Officiales tenentur reſarcire damna, & expenſas, ſi faciunt litem ſuam.*

1 QVia quandoque contingit, vt habet multorum aſſertio, &c. Caſus. Official s,† coram quibus dantur querelæ pacium & treugarum, ad dandũ hictas querelas alios exhortantes, velà vere querelantibus iuramenta, ne cum parte conueniant, exigentes; aut ſibi præſtari indemnitatem pro tabula procurantes, ipſo facto priuati ſunt officijs ſuis cum infamiæ nota. Eademque pœna tenentur procuratores fiſcales ſimilia committentes. Hoc primo. Nota contra Vicarium & Baiulum Barcinonæ, qui ſæpe faciunt ſibi talem indemnitatem præſtari à conſiliarijs & probis hominibus ciuitatis, quando habent facere aliquod arduum negotium contra debitum iuris, quia eo ipſo ſunt priuati, & ſic nõ valet quod egerint, & veniunt grauiter puniendi. Secundo in §. *caueant autem.* dicit, quod ipſi officiales, ſi ex officio abſque partis priuatę inſtantia procederint & procuratores fiſcales querelam pacis & treugæ offerentes, niſi in caſibus per conſtitutiones generales Cathaloniæ permiſsis, damna & expenſas querelatis reſarcire tenentur. Secus acto proceſſu in irritum reuocato. Hoc dicit. Et nota valde hanc conſtitutionem, quæ multum bene prouider tot abuſibus officialium & procuratorum fiſcalium circa proceſſus pacium & treugarum. ¶ Vide textum, *quia quandoque*, dic, imo ſæpe, vt docet experientia, & habet multorum aſſertio, & ideo fuit prouidendum, vt notat ſupra *eod. cap. & quia ſæpe contingit.* ¶ Sequitur in text.

2 *Fame propria prodig.* & tales† crudeles ſunt, quia famam negligunt: quia non ſolum conſcientia

3 ne ceſſaria eſt; ſed & fama; quia † conſcientia nobis fama proximo, vt 12. *q.* 1. *cap. nolo.* & 11. *q.* 3. *c. non ſunt.* & *Prouer.* 21. *c.* dicitur Thеſaurus deſiderabilis quantum ad conſcientiam iuſti, oleum quantum ad bonam famam. & dicitur *Eccleſiaſt.* 40. *cap. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni & pretioſi. Bona vitæ numerus dierum. Bonum autem nomen permanebit in æuum.* Vnde ad huius declarationem

4 ſcias, quod† fama à fando dicitur, quia fando, id eſt, loquendo peruagatur. Eſt autem nomen bonarum rerum & malarum, famæ autem nomen certum locum non habet, quia plerumque mendax eſt audiens multa, & de veritate tacens ſiue dimittens, & tamdiu iuuat, quamdiu contra non probatur. At ſi probetur, tunc ceſſat, & exinde res, & non fama nominatur. Sed famæ ius eſt de aliquo eloquutio: maxime in bono, & ſic dicitur in hymno ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui incipit, *Antra deſerti*, ibi, *maculare famam*, &c. ſecundum *Gui. in Roſario.* ſuper dicto *cap. non ſunt audiendi.* ¶ Sequitur in text. *ficte damnificatos ſe aſſerunt.* dic quod tales tanquam calumnioſi debent à pace & treuga eijci, iuxta conſtitutionẽ ſupra *eod. cap. querelam.* §. *Et ſi lite.* vide quæ ibi dixi. ¶ Se-

5 quitur in text. *exhortantur.* Et† hoc eſt contra debitum officij iudicantis, cum prius debeat laborare partes reducere ad concordiam amicabiliter, ſi fieri poſsit, vt *extra. de mutuis petitionibus c.* 1. ibi, *concordia*, &c. & in *l. quidam Iberus.* ff. *de ſeruit. vrb. prædiorum.* Facit practica monitionis in querelis pacium & treugarum, dum dicitur, *aut amicabiliter componatis.* Non† autem laudo practicã,

6 quam ſæpe vidi de multis: qui fingunt afferentes illum qui habent ius quod habeant malam cauſam, & intricant negotium, & dilatant: vt ſic tali metu oppreſsi cogantur facere compromiſsum, quia talis dolus valde eſt abominandus, & credo quod non erit impunitus. ¶ Sequitur in textu, *ſine ipſorum officialium voluntate*, hoc forte; quia

7 illicita† pacta quandoque faciunt de quota litis contra *l. quiſquis.* §. *præterea nullum. C. de poſtul.* & 3. *q.* 7. §. *tria. verſi. Si quis.* alias eſt *cap. quiſquis.* ¶ Sequitur in text. *ſecuritates.* Nota hic to-

8 re† prohibitum præſtari officialibus indemnitates pro tabula, ſic etiam prohibentur emere redditus, vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcino. c.* 13. *Item quod aliquis Vicarius*, &c. vide ibi, & *C. de cõtractibus iudicum. l. vna.* & vide notata in *l. in quorum finibus.* ff. *de pigno.* & *l. principalibus.* ff. *ſi certum pe.* vide quæ ibi ſcripſi ſupra *collat.* 5. *tit. ne Vicarij ſine inſtantia*, &c. Et de indemnitate quę præſtatur officialibus, vide *Bal.* ff. *man. l. ſi tibi mandavero.*

9 §. *equidem.* quia dicit, quod non† valet indemnitas, ſi propter hoc officiales fecerint iniuſtitiam: quia nec recuperabit à communi. Facit ff. *de pecu. de. l. dominus Stycho.* §. *ſi.* & ibi nota per *Ricardũ.*

10 ¶ Sed quæro† an valeant tales ſecuritates, & obligationes præſtitæ de ſeruando indemnes officiales & bona ipſorum in tabula. Et hic videtur quod non, quia ſunt pacta illicita, & inuitant officiales ad delinquendum, & ad faciendum iniuſtitiam, vel oppreſsionem, vt hic dicitur. Nam

11 pro† maleficijs non poteſt intercedere fideiuſſor; ſed pro obligationibus deſcendentibus ex maleficio, ſicut ff. *de fideiuſſ. l. ſi arco.* §. *Item quod*

12 *vulgo*, & ibi *Bar.* notat, quod ſi promitto tibi ſoluere

uere pecuniam si commiseris tale maleficium, non valet promissio. Quod maxime est notabile pro syndico communitatis, qui ad petitionē non denunciat maleficia, & recipit promissionem de indemnitate, quod non valet. Et nota quod tales, qui huiusmodi indemnitates recipiunt, eo ipso sunt suspecti, & veniunt puniendi, iuxta ea quæ leguntur & notantur *extra. de offi. ordi. c. quia plerique prælati.* adde notata per *Angelum de Perusio. in l. 1. ff. de condi. ob. tur. causam.* & per *Bar. ff. de furtis. l. si quis uxori. §. si fugitiuum.* ¶ Sed de pœna
13 corrumpentis † iudicem vide *glos.* & *Bar. in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi.* & adde quæ scripsi super vsati. *Quoniam ex conquestione.* & ibi vide
14 etiam de pœna corrumpentis testes. ¶ Sed † an valeat pactum quod ad inuicem faciunt consortes in Tuscia, scilicet, quod si quem eorum contingat condemnari pro maleficio, quod contribuent. Et videtur quod non, vt hic, & quia inuitantur ad delinquendum, secundum *Bar.* qui ita
15 notat in dicto §. *Item quod vulgo.* ¶ Sed † verum cautio, quæ non debet præstari, si præstita fuerit, teneat, distingue secundum *Dia. in l. qui erat in-*
16 *res. ff. famili. erciſc.* ¶ Et † nota, quod pro cautione indebite proposita agitur iuxta notata in *cap. si cautio. extra. de fide instrum.* ¶ Sed quando exci-
17 piens † habeat præstare cautionem pro expensis, vide in *Spec. tit. de excep. §. nunc videndum. verſi. Item quod vbi proponatur aliqua exceptio.* ¶ Item
18 nota, † quod cautio quandoque præstanda est iudici, quandoque parti. vide *extra. de eo qui mi. in po. causa custo. c. constitutis. in gloſſa 3.* ¶ Sequitur in textu, *Respublica leditur.* vide quæ scripsi supra *collat. 6. curia Montissoni cap. prouidentes status Reipublicæ.* ¶ Sequitur in text. *via damnis & scandalis*
19 *aperitur*, dic, † quibus est obuiandum: vt supra *adu. C. per tal q̄ mal*, & scandalis est via præcludēda: vt supra *cad. cap. als scandols.* vide & adde quę ibi dixi. adde *extra. de præscrip. c. nihil.* & *de verb. signi, cap. qui scandalizauerit.* ¶ Sequitur in text.
20 *merearntur acriter castigari.* scilicet, arbitrarie, † ex quo certa pœna non reperitur: vt *ff. & C. de cri. stellio.* arg. *l. 1. ff. de iur. delit.* & dic, acriter, quasi di-
22 cat, non leuiter, quia pœna † in officialibus consueuit exaggerari: arg. *C. vbi cauſa fiſcales. l. vniuersi.* quia cui plura committuntur ab eo plura exiguntur, vt *l. Presbyter. C. de Epiſc. & cleri.* acer-
22 rima pœna † est vltimum supplicium: vt *C. de eunuchis. l. 2.* ibi, *grauissimas.* iuncta *glo.* & arg. *l. vniuersi. C. de commiſ. & vectigalibus.* & *ff. de pœnis. l. vltimum.* & *ff. de abigeis. l. 1.* dum dicit, *durissime puniuntur ad gladium.* & *l. per omnes. C. de colla. fundo-*
23 *rum. lib. 11.* Et † quid sit *corrigere*, & quid *castigare*, vide quæ scripsi supra *colla. 2. in 2. curia Barcinona cap. 22. Item concedimus & ordinamus, quod inquiramus contra Vicarios*, &c. Sic etiam econuerso si officiali fiat iniuria, quæ forte non cadit in speciale nomen delicti, tamen cadit in atrocitatem facti: vt si quis dat vnam alapam potestati alicuius terræ propter singularem inimicitiam quā habet cum eo, potest capitaliter puniri. Nam
24 pœnæ † arbitrariq extenduntur vsque ad mortem inclusiue, propter excessum facinoris. de hoc est *glos. insti. de iniurijs. §. in summa.* secundum *Bal. in li. feu. tit. de pace iuramento firm. l. hac edictali. §. iniuria.* Sed quidam dicunt, quod dicta *glo.* non est intelligēda generaliter in pœnis arbitrarijs. sed in omnibus, vbi lex procedat dando bayliam in pœna pecuniaria, vel corporali, ideſt, liberum arbitrium; & verbum *baylia*, hic est vulgare Italiq, vt patet in *l. quam* allegat. *ff. de minor. l. fi.* Et sic dictum illius *glos.* est casuale, seu locale, non autem generale: vt probatur *ff. de extraord. cri. l. ſarcularijs. §. ſunt quædam.* Item † nota, quod in pœ-
25 nis arbitrarijs in genere arbitrium iudicis non debet se extendere ad sæuitiam alicuius pœnæ corporalis: vt *ff. de pœnis. l. interpretatione.* & *l. si preſos. & de reg. iur. l. capienda.* & *l. factum cuiuſque. §. in pœnalibus. eod. tit.* & pro hoc ff. *de verb. ſig. l. aliud. §. inter multa.* per quem §. consuluit *Oldradus.* quę nota, quia de talibus vidi dubitari. vide & adde intra *eod. cap. licet præbere*, super verbo *pœnis da-*
26 *riſſimis.* Item † nota, quod in odiosis non sit extensio, quod est verum, quando est odium irrationabile. vt *ff. de legibus l. quod vero contra rationem.* Quod est etiam verum, nisi vbi â iure reperiatur
27 extensum, vt ibi dicit *glos.* Et ex hoc † apparet quod statuta sunt stricte interpretanda, nec sunt extendenda, etiam maioritate rationis in præiudicium iuris communis. de quo per *Cinū in l. omn. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſi.* secundum *Florianum de sancto P.* in dicta *l. non passim.* ¶ Sequitur in text. *totius Reipublicæ vtilitate.* Nota hic, quia
28 valde † interest Reipublicæ, crimina puniri *ff.*
29 *ad l. Aquiliam. l. ita vulneratus.* Et † vtilitas publica præferenda est priuatæ, vt dic, vnde vesſus:

Publica priuata præfertur vtilitati.

De hoc notatur *extra. de poſtula. præla. cap. bone.* Sed
30 quæ † vtilitas alteri præferatur, dic latius per *Henricum extra. de regularibus. cap. licet. in 2. dict.* Et ibi nota quæstionem, cui primo sit subueniendū
31 an patri † vel patriæ. & per *Doct. in l. vt vim. ff.*
32 *de iuſtitia & iure.* Item † cui potius sit subueniēdum an patriæ, vel Regi. Hæc quæstio habuit locum in Cathalonia anno 1462. vide *in l. minime. ff. de reli. & ſump. fu.* ¶ Sequitur in text. *Omnes officiales noſtri.* dic, quia alijs non competit facere
33 processus pacium & treugarum. Et † quia dicit, *omnes*, videtur comprehendere Gubernatore, qui hodie in casu nouæ *conſtitutionis, Les cauſas dels publlls.*, &c. infra *colla. 11.* cognoscit de causis
34 huiusmodi: ¶ Sed an † idem de Primogenito, per verbum *omnes*? Videtur q̄ sic, quia qui omne dicit, nihil excludit: *extra. de maiori. & obe. c. Solita. §. nos autem.* in fin Credo contra, quia Primogenitus non venit nomine officialium, cum sit Præfectus Prætorio, à quo non appellatur: *C. de ſen. Præfec. Præto.* & quasi Rex est: & quasi conre-
35 gnans, nec subijcitur pœnis hic impositis, & † in generali

generali ſermone non venit perſona loquentis: vt *ff.de Sena.l.* 1. & ibi nota. & Primogenitus cũ Rege hic loquendo eadem perſona reputatur, vt *C. de impuber. & alijs ſubſti. l. vlti. §. fin.* Vnde quod vnus dicit, & aliter dicere videtur, vt *C. de agrico. & cen. l. cum ſimus. §. fin. lib.* 12. maxime quia tempore huius editionis Primogenitus nõ cognoſcebat de cauſis pacium & treugarum, niſi per viam appellationis, iuxta notata per *Iacob. in Directorio pacis, 8. dubio.* ¶ Sequitur in text. *& etiam futuri*, hoc fuit expreſſum magis ad cau-
36 telam, vt magis timeant futuri, quia † conſtitutio noua reſpicit futura, vt *extra. de conſtitu. c. cognoſcentes.* & *c. fi.* ¶ Sequitur in text. *velut indigni*, ſubaudi, quia periuri ſunt, cum iurauerint facere iuſtitiam: vt ſupra *in forma iuramenti Vicariorum.* & ſupra *colla. 3. c. 3. & extra. de iure iurando. c. venientes.* & in *auth. ius iurandum quod præſtatur ab ijs.*
37 & quia † turpitudinem in officio cõmiſerint, debent remoueri à dignitate: & etiam videtur prohibitus ab omni publico officio, etiam dignitatem non habente: vt *ff. de Sena. l. Caſſius Longinus.*
38 Et † erit etiam indignus quocumque maiori officio, quia cui denegatur quod eſt minus, videtur denegari quod eſt plus: vt *l. qui indignus. ff. de Sena.* Secus ſi eſſet remotus ex honeſta cauſa: vt *l. Se-*
39 *natorem. ff. eod. tit.* quia ſola remotio † non infamat, ſed inſpicienda eſt cauſa, propter quam remouetur, ſecundum Florianum ibi, vbi etiam di-
40 cit, quod infamis † in vrbe non poteſt morari, & ibi *glo.* & *Barto.* per *l. ſed & milites. ff. de excu. tu.* ¶ Sequitur in text. *eo ipſo priuentur*, nota ergo,
41 quod hæc pœna † priuationis incurritur ipſo iure. Attamen neceſſaria eſt ſententia declaratoria, vt *extra. de hæreticis. c. cum ſecundum.* & dixi ſupra *curia Perpiniani c. hac noſtra*, ſuper verbo *careat.* & ſupra *iſta curia c. prohibim.* cum ſimilibus.
42 ¶ Sed † quæro, per quem feretur hæc ſententia? Si dicis, q̃ per iudices tabulæ, tunc in vanũ priuaretur, cum iam officium depoſuerit tempore tabulæ. Dic ergo quod per Regem, qui de hoc cogi nõ poteſt. Ideo fruſtra videtur impoſita pœna iſta. Proderit tamen quia ſiue à rege. ſiue à iudicibus tabulæ declaratum fuerit, amittet ſalarium officij, & notabitur infamia, & de cætero non poterit tenere officium Regium: vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcinona c. 3. Item quod omnes Vicarius, & Subuicarius. §. Et ſi condemnatus.* vide ibi, & in concor. Sed dic, quod de hac pœna remotionis ſiue priuationis officij poterit & debebit per ſuperiorem cognoſci durante officio, nam ſi ſpectaremus finem officij, fruſtra fieret amotio, vt *C. ad l. Iul. repe. l. iubemus*, ſecundum *Bal.* qui ita notat infra *de pace conſtantia*, ſuper verbo *ſecreta.*
43 in fin. & ita hoc caſu Gubernator † de hac pœna poterit ſe intromittere, & ita ipſe quãdoque conſueuit officiales remouere, vt dixi ſupra *coll. 5. c. 17. Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis officialis noſter.* ¶ Sequitur in text. *& ex tunc*, ſcilicet, eo ipſo facto, ſequitur in text. *perpetuo ſint in-*
44 *fames.* Sed † an ſuper iſta infamia poterit diſpẽſari? Forte nõ, quia eſſet cõtra effectum & ſubſtantiam conſtitutionis iuratæ; & hoc propter ver-
45 bum *perpetuo*. non † enim diceretur perpetuum id, ſuper quo eſſet diſpenſatum. adde quæ ſcripſi ſupra *eod. c. per tal que mal.* ¶ Sequitur in text. *quibus etiam pœnis*, ſcilicet priuationis officij, & incurſus perpetuæ infamiæ, & repete, *ipſo facto.*
46 Quid † autem iuris ſit de illis qui faciunt has indemnitates iudicibus, & officialibus, vide per *Angel. in l. 1. ff. de condi. ob. tur. cauſam.* & per *Bar. ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum*. Sed quando
47 plures † conueniunt ſimul ſuper lite alicui improbe mouenda, vide per *Reff. in ſuis libell. iuris ciuilis in 7. parte rub. de ſe. conſul. Voluſiano.* Quod habet locum etiam ſi litem iuſte tali conuentione moueãt, vt ibi notatur. Et habet locũ pœna cõcuſſionis, & criminis falſi, de quo ibi vide. ¶ Sequitur in textu, *ſi talia commiſerint*, ſcilicet, dando fictas querelas, vel dari procurando, & exhortando, & indemnitates recipiendo, aut etiam paciſcendo illicite, ſicut de officialibus dictum eſt, vel forte etiam colludendo cum ipſis officialibus. ¶ Sequitur §. *Caueant autem ipſi officiales, ne procedant*, &c. Nota ex hoc §. duas regulas, & inſtan-
48 tias ab eis. Primo † nota, quod Vicarius vel alij officiales Regij non poſſunt procedere per viam pacium & treugarum violatarum ex officio, abſque parte priuatæ inſtantia. Fallit hæc regula in caſu conſtitutionis de inuadente extraneũ iter agentem, & alijs caſibus notatis ſupra *eod. cap. com molts entenents.* ¶ Secunda regula eſt,
49 quod † procuratores fiſcales non admittuntur ad dandum querelas pacis & treugæ. Sed fallit in caſibus ſpecialiter permiſsis à conſtitutionibus Cathaloniæ: de quo dic vt habes in quadam pragmatica tenoris ſequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, &c. in vno ex grauaminibus nobis in curia generali, quam de præſenti celebramus in villa Montiſalbi, oblatis per vos Syndicos, & Procuratores ciuitatis Barcinonæ, vidimus contineri, quod quãquam proceſſus pacis & treugæ fieri debeat ad inſtantiam querelatoris, & non alias, iuxta conſtitutiones pacium & treugarum; tamen procuratores noſtri fiſcales, his abutentes, dant & dederunt ab aliquo citra tempore, clamum pacis & treugæ: quod fore dicitur contra formam dictarum conſtitutionum pacium & treugarum. Vnde pro parte dictę ciuitatis nobis humiliter ſupplicaſtis, vt ſuper his dignaremur debite prouidere. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, huius ſerie prouidemus. quod in caſibus pertinentibus ad priuatos non admittantur fiſcales Regij ad dandum clamum pacis & treugæ. Pro regalijs autem, vel alijs iuribus, & bonis nobis pertinentibus, quæ continentur in conſtitutionibus pacium & treugarum, & ijdem fiſcales & alij officiales noſtri proculdubio admittantur. Mandantes per præſentem de certa ſcientia, &

conſulte

conſulte ipſis fiſcalibus,& alijs noſtris officialibus quibuſcumque præſentibus & futuris, quatenus huiuſmodi prouiſionem noſtram teneant firmiter & obſeruent,& contra nõ veniãt quauis cauſa. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſsimus noſtro ſigillo munitam. Dat.in Montealbo 26.die Nouembris anno à Natiuitate Domini 1370. Petrus Canc.

¶ *Regalijs*,ſubaudi,quæ continentur in conſtitutione,*Hac eſt pax.§.Caminoſq. & ſtratas, & vias publicas,& dominicaturas noſtras,& omnes honores noſtros, nundinas, fine firas & mercatos noſtros. ſub eorum regimine & ſecuritate ponimus*. Et in conſtitutione ; *In primis. §. vias publicas*. Item in dicta conſtitutione,*Hac eſt pax.§.Statica noſtra, pennones, & alia regalia noſtra.* Item in conſtitutione,*Notum ſit cunctis.§.Item ſub hac pace ſunt guidatica noſtra, & anteceſſorum noſtrorum, cenſualia,penſiones, & omnia*
50 *regalia noſtra.* Nota ergo † hic q̃ omnia bona & iura,ſicut regaliæ domini Regis ſunt ſub conſtitutione pacium & treugarum: vt habes in conſtitutione,*In Chriſti nomine.§.Salutates quoque.* & in conſtitutione,*Ad honorem.§.Item guidatica, & pẽnones,& omnia regalia.* ¶ Poſtea vero iſte dominus Rex Petrus in anno 1380.celebrauit curias Barcinonę,in quibus inter cætera edidit cap.ſequẽs. ¶ *Item que daqui auant clam de pau & de treua no puixa eſſer donat ſino ab inſtancia de part. E no per procurador fiſcal,ne per qualſeuol altres officials,o perſonas,ne encara no puixa eſſer procehit ex officio, ſino en tant com es legut per conſtitutio de Cathalunya. Plau al ſenyor Rey.* Iſta exceptio,quæ eſt clauſula in fine poſita,refert ad omnia præcedentia,vt declaratur in Regia prouiſione præinſerta, & in hoc §.*caueant*,quæ eſt lex vltima & determinat præcedentia ſcilicet,vt quilibet damnificatus in rebus & iuribus ſuis poſsit querelare,& ita dominus Rex, ſeu eius fiſcales poſſunt dare querelam pacis pro damnis datis in regalijs,& iuribus, ac bonis domini Regis, in quibus Rex eſt tanquam priuata perſona,& ita loquitur pragmatica præinſerta que eſt vera *glo.* iſtarum conſtitutionum. ¶ Et huiuſmodi *cap.* videtur renouari hic in iſto §.*caueant autem.* ¶ Sequitur in text.*quod ſi contrarium fecerint,decernimus irritum & inane.* Nota hic,
51 quod † factum contra conſtitutiones Cathaloniæ eſt nullum,quod dic vt notatur ſupra *coll.3. in curia Montiſſoni c.8.Item ſtatuimus,& ordinamus, quod aliqua charta.*& *c.17.Item ſtatuimus & ordinamus,quod aliqua littera noſtra.* & melius ſupra *coll. 7.c.1.verſ.Item nota,quod factum contra legem.* & dixi ſupra *iſta colla.c. als procuradors fiſcals*, ſuper verbo, *E ſi lo contrari aura fet.* & eſt caſus ſupra *ead.c.prohibim.* vide ibi,& *extra.de elec. c.ſi eo tem-*
52 *pore, lib.6.* vbi notat *glo.* quod † decretum Papæ ligat ignorantes.*de conce.præben.c.quia cunctis. eod. lib.* vide & adde quæ ibi notãtur per *Doct.* & per *Ioan.de Imola in Clc.1.de elec.in q.antepenult.* ¶ Sequitur in text.*& contrafacientes ipſi reſarcire damna & expenſas.* ſuper hoc vide quæ ſcripſi ſupra *ead.c.querelã.* ſuper verbo *damnis,ſumptibus & expenſis.* & vide etiam quæ dixi ſupra *collat. proxi. c.Itẽ per tolre vexacions.* ſuper verbo *de ſos bens propris.*& vide & adde quæ notantur per *Ioan. And. extra.de offic.ordi.c.ſi canonici.in glo.* ſuper verbo *dã*
53 *nis & iniurijs.* Qualiter autem † probentur expẽſę,damna,& intereſſe, notatur late per dominũ *Anton.de Butrio.extra.de foro compe. c.dilecti.in vlt. q.*& vide in *Spec.tit.de fructibus & intereſſe. §. penult. verſ. & vt articulus*. ¶ Sequitur in text.ibi, *reſarcire ipſis querelatis omnimode ſint aſtricti*, ſupple, & ſi lite ſuo Marte diſcuſſa reperti fuerint calumniaſſe,& hoc fuerit declaratum. ſunt à pace & treuga eiecti : vt dicitur in dicto *cap.* quere-
54 lam. §. *& ſi lite.* vide ibi latius. ¶ Et † nota hic caſum,in quo officiales tenentur reſarcire expẽſas & damna,quia faciunt litem ſuam,& de dolo ſeu calumnia tenentur, quia ſunt in euidenti calumnia,& ſic non excuſantur velamento officij, vt *C.qui accu. non poſſunt. l.2.* in fin. vide & adde quæ ibi leguntur & notantur per *glo.*& *Doct.*modernos.vide *Bar. in l.1.§.1.ff.ad Turpi.* & *Ioan. de Platea in l. criceſimum. C. de decurio. lib.10.* & per *Anton. de Butrio in c. finem. extra.de dolo, & contu.* circa fin. Item nota hic caſum, in quo procurator fiſcalis punitur ad damna & expenſas.ſic ſupra *colla.proxi.c.Item per tolre vexacions*,in fin. vide quæ ibi dixi. ¶ Vltimo nota,quod quidam ex præinſerto *cap.* curiæ dicunt, quod fiſcales, vel alij officiales nullatenus poſsint dare querelas pacis & treugæ. pro quibus facit iſte §.ibi,*ne encara*, & tunc in *verſ. ſi no en tant com es legut*, &c. hanc exceptionem ſolum referunt ad proxim̃ dictum,ſcilicet,quod non procedatur ex officio, & ſic ſecundum eos dicta pragmatica eſſet correcta. Sed certe practica communis ſeruat pragmaticam,& intellexit dictum *cap.*curiæ,referẽdo *verſ. ſino en tant*,&c.ad omnia præmiſſa, & ita loquitur preſens conſtitutio,& ſibi ſimiles,quarum eſt glolſa præinſerta pragmatica ; quia dominus Rex in ſuis iuribus,quibus agit vt priuatus,non debet eſſe deterioris conditionis: & hoc iure vtimur inconcuſſe. & ſic minime ſunt mutanda,&c.*ff.de legi.l.minime.* & ad obſeruationem practicæ facit infra *colla. proxi. cap. occurrens a la difficultat.* in fi. vide quæ ibi ſcripſi,ſuper verbo, *è practiques.*

De captione non ficta,vel excuſata contumacia. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Citatus pro pace & treuga ſi alleganerit & probauerit, quod non poteſt perſonaliter cõparere, eo quod ſit alibi captus,debet excuſari à contumacia. idem numero 2.*

3 *Vicarius non procedit in caſibus,in quibus criminis punitio non pertinet ad Regem vel eius officiales.*

4 *Obedientia parum prodeſſet humilibus, ſi contumacia rebellibus non obeſſet.*

5 *Contumacię materia.remiſſiue.*

6 *Citatio non tenet, ſi non ſeruatur forma ; ſub qua finit*

mate-

mandatum vt fieret.

7 *Contumax melioris non debet esse conditionis quam obediens.*

8 *Seueritas sicut ostendenda est persistentibus in contumacia, sic venia non est deneganda humilibus.*

9 *Seueritas sumitur dupliciter, aliquando in bona parte, aliquando in mala. nu.* 11.

10 *Seueritas sicut punit malos, sic liberalitas præmiat bonos.*

12 *Iudex damnatur, cum nocens absoluitur.*

13 *Impedimentum iustum est, quando quis captus detinetur, vt comparere non possit.*

14 *Impeditus, vt ad diem citatus venire non possit, an & quando teneatur mittere procuratorem, remissiue.*

15 *Impedire videtur, qui facit, quo minus res commode fieri possit.*

16 *Monitio fit extra iudicium, citatio vero in iudicio.*

17 *Vicarius non Regius non potest facere processus pacis & treugæ.*

18 *Bailus vel alius officialis Regius potest facere processus pacis & treugæ in casu quo sibi pertineat ex priuilegio, consuetudine, vel alias.*

19 *Citatio Vicarij Regij in diœcesi Gerundæ pro causis pacium & treugarum non sufficit, cum etiam requiratur citatio Episcopi, vt procedant vno & eodem contextu iuxta concordiã initam inter eos. & refertur* Concordia *ad litteram.*

20 *Iudex Ecclesiasticus ad requisitionem secularis excõmunicat bannitos.*

21 *Iudex Ecclesiasticus debet excommunicare positos extra pacem ad requisitionem secularis.*

22 *Detentus sub arresto vel manuleuta an teneatur comparere in causis pacis & treugæ, traditur.*

23 *Arrestatus citatus à Rege potest ad illum ire non obstãte arresto; nec per hoc arrestum violatur.*

24 *Ægrotans excusatur a personali comparitione.*

25 *Carceratus quando quis detineri possit. remissiue.*

26 *Iudex appellationis sequitur statuta primi iudicis.*

27 *Iudex appellationis exequitur suam sententiam.*

28 Capere, incarcerare, & arrestare, *in quibus differũt.*

29 *Impossibilitas comparendi excusat à contumacia, dũmodo cesset dolus.*

30 *Dolus & fraus probatur ex coniecturis.*

31 *Collusio probatur per indicia.*

32 *Infirmitas valida excusat à contumacia.*

33 *Captio illicita vel facta a priuato, an excuset à contumacia, traditur.*

34 *Carcerem priuatum quis dicatur facere. remissiue.*

35 *Captio quatuor modis impugnatur. remissiue.*

36 *Citatio facta ad carcerem non arctat efficaciter, quia restituitur citatus.*

37 *Appellari non potest ab arbitrio.*

38 *Probationes legitimæ quæ.*

39 *Assessor est astrictus tenere tabulam.*

40 Teneatur *verbum necessitatem importat.*

41 *Acta contra constitutionem an valeant nec ne. remissiue.*

42 *Rex tanquam Comes Barcinonæ est Princeps totius Principatus Cathaloniæ, in quo habet merum imperium. amplia in terris Baronum sitis in Principatu. nu.* 43. *& declara nu.* 48.

44 *Habitantes in Principatu subsunt Regi & Comiti Barcinonæ.*

45 *Rex in Principatu Cathaloniæ est alter Imperator.*

46 *Imperator non potest à se abdicare merum imperium.*

47 *Imperium ita inhæret ossibus Principis, vt ab eo separari non possit.*

49 *Citatio nulla multipliciter, prout in littera.*

50 *Vicarij de quibus cognoscere consueuerunt late, & nu.* 51. 52. 53.

54 *Præuentio processus non habet locum in curia Principis. & de ratione ibidem.*

55 *Regalia semper censentur excepta.*

56 *Contumax & eiectus in causis pacis & treugæ an puniri possit per Vicarium de crimine alibi commisso.*

57 *Iudicis officium conquiescit pendente dilatione.*

58 *Gubernator potest punire comparentem pro crimine querelæ.*

59 *Rex & sui officiales non consueuerunt remittere criminosos.*

60 *Clericus coniugatus in causa pacis est de foro Regis.*

61 *Reatus omnem excludit honorem.*

62 Pertineat *verbum late patet.*

63 *Vicarius Gerundæ an cognoscat contra ciuem dictæ ciuitatis querelatum pro pace, qui commisit crimen, cuius punitio pertinet ad Bailum.*

64 *Ad diminutionem & restrictionem quæ veniunt, non operantur augmentum.*

65 *Loca sita intra iurisdictionem Bailiarum Vicariæ Gerundæ enarrantur.*

66 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

67 *Iudex loci cognoscit de crimine extra locum domicilij commisso. & quid iudex domicilij nu.* 68.

SIcut aduersus contumaces non debet dormire seue-

1 *ritas*, &c. Casus. Captio † nõ ficta admittitur, non tamen per Vicarium contra comparentem proceditur criminaliter, vbi alias ad Regem, vel eius officiales criminis punitio nullatenus pertineret. Hoc dicit. Et diuiditur in duas partes;

2 quoniam in prima parte dicitur, quod † si citatus pro pace & treuga allegauerit & probauerit legitime; quod sit alibi captus, ita quod non possit personaliter cõparere, talis captio debet admitti, dũmodo vera fuerit, & nõ procurata, ficta, vel simulata. In secunda parte, ibi, *in §. caueat*

3 *autẽ Vicarius*, prouidetur † ne contra taliter citatũ, si cõparuerit, procedatur criminaliter per Vicarium in casibus, vbi alias iurisdictio criminis illius ad dominũ Regem, vel eius officiales non pertineret. Et nota principium huius *cap.* quia

4 alias † parum prodesset obedientia humilibus, si contumacia rebellibus non obesset. *extr. de postu. prælat. c.* 1. *& extra. de censibus. cap. exigit. lib.* 6. iuncto *cap. gloriosus. de reliquijs & venera. sanctorum. eod. lib.* Sequitur in tex. *contumaces.* de † cõtumacia vide quæ scripsi supra *eod. c. cõ multis*, super verbo

ſcopatu pacem & treugã fregiſſe dicatur, ad querelatoris inſtantiã per Vicariũ domini Regis malefactor ille citetur, vel etiam ex officio ipſius Vicarij in caſibus, quibus poteſt officio iudicis procedi ratione pacis & treugæ, expreſsis & declaratis per vſaticũ Barcinonæ, cõſtitutiones pacis & treugæ, ac per ſtatuta generaliũ curiarum. ¶ Et eodem contextu ad requiſitionem Vicarij domini Regis citetur & moneatur ſimiliter malefactor per Epiſcopũ Gerunden. vel eius officialem, vt infra quindecim dies iuxta conſtitutionẽ pacis & treugæ malefactor reſtituat, vel cũ ſuo querelatore, vbi ipſe exiſtit, cõponat, ſub pœna excõmunicationis, quã alias ipſo facto incurrat. Ita quod dictis quindecim diebus elapſis, malefactor, ſiue violator pacis, ſi monitus non cõpleuerit ea de quibus monitus fuit, eo ipſo excõmunicatũ ſe ſciat, & à pace & treuga eo ipſo ſimiliter intelligatur eiectus; & pro tali cum ſuis fautoribus, adiutoribus, & cõſiliatoribus (prout moris eſt) publicetur. Si vero violator prædictus taliter ab Epiſcopo & Vicario dñi Regis vel ab eorũ locatenẽtibus monitus, & excõmunicatus, & à pace & treuga eiectus, & pro tali cũ ſuis fautoribus (vt præmittitur) publicatus adhuc ſatisfacere renuat, vel nõ curet, ex tũc Vicarius dñi Regis, vel eius locumtenens requirat Epiſcopũ, ſeu eius officialẽ, vt conuocet cõmunias, cũ quarũ auxilio contra huiuſmodi violatores pacis viriliter procedatur; quas etiã conuocare idẽ Epiſcopus, ſeu eius officialis ex debito teneatur. Et iniungat vniuerſis & ſingulis hominibus cõmuniarũ, vt die & loco, qui ad id per Epiſcopũ, & Vicariũ vel eorũ locutenẽtes fuerint aſsignati, debeãt intereſſe ſub pœna excõmunicationis, & qui defuerit ipſo facto, pœnã viginti ſolidorum Barci. incurrat quã Epiſcop⁹ & Vicari⁹, vel eorũ locatenẽtes ſi eis videbitur, poſsint minuere, vel augere; ſed ſi aucta, vel minuta non fuerit, eo ipſo viginti ſolidorũ intelligatur. ¶ Poſsit tñ Vicarius requirere Epiſcopũ, vel eius officiales, q̃ infra quindecim dies citationis ſiue monitionis prædictæ amoueãtur per eundẽ Epiſcopũ vel ei⁹ officialẽ homines cõmuniarũ omnes & ſinguli, q̃ ſint parati ad ſequendũ Epiſcopũ & Vicariũ, vel eorũ locatenẽtes, ſtatim cũ fuerint requiſiti. Cõmuniæ namq. cõgregari non debẽt infra quindecim dies, ſed poſt, violatore pacis in ſua cõtumacia perſiſtente. An vero omnes inſimul cõmunias, an earũ partẽ, vel certas perſonas aut certa loca ex ipſis, an etiã omnes exercitus dñi Regis, aut perſonæ ipſorũ, vel certos ex ipſis oporteat euocari, arbitrio dictorum Epiſcopi & Vicarij, vel eorũ locũtenentiũ, ſecundũ negotij qualitatẽ, & conditionẽ locorũ, & perſonarũ, cõtra quas fuerit procedẽdũ, arbitrio relinquatur, prout ipſi viderint ipſi negotio expedire. Hominibus autẽ dñi Regis, quã Epiſcopi quã etiam cõmuniarũ, poſtquã cõuenerint, & in exercitu fuerint, ab ipſo exercitu nõ liceat recedere, niſi obtenta prius licẽtia ab Epiſcopo, & Vicario, vel eorũ locatenentibus ſub pœna prædicta; quæ tũ poteſt arbitrio prędictorũ minui, vel augeri: de licẽtia tamẽ ipſorũ poſsit impune recedere, & ad certos dies, prout poterint obtinere. Et quia præſentia Epiſcopi eſt vtilis, & neceſſaria in executione præmiſſa, declaramus Epiſcopũ, vel eius locũtenentẽ dictis exercitibus ądeſſe debere. Si tñ non poſſet, vel nollet intereſſe, Vicarius faciat executionẽ, quæ faciẽda incumbit cũ cõmunijs ante dictis. In nullo tñ caſu cõuocentur cõmuniæ, nec exire teneãtur extra Epiſcopatũ Gerunden. Pœnarũ vero, ſeu mulctarũ, aut caloniarũ quãtitas, quæ rationibus ſupradictis aduenerit, quoquo modo, & quidquid inde habebitur, ſic declaramus & volumus, vt perpetuo diuidatur, q̃ quidquid ab hominibus locorũ Regis, & habitantibus in terminis locorũ ſuorũ habebitur, ſibi aut eius Vicario ſoli cedat. Et ẽconuerſo quidquid ab hominib⁹ locorũ & mẽſe Epiſcopalis & habitãtibus in terminis locorũ ipſorũ habebitur, etiam ſi dñs Rex in ipſis habeat iuriſdictionẽ, ſoli Epiſcopo, vel eius locũtenenti cedat. A cæteris vero, ſiue ſint Eccleſiarũ, Baronũ, militũ, ciuiũ, vel quarũlibet aliarũ perſonarũ, quidquid habebitur rationib⁹ ſupradictis inter dñm Regẽ & Epiſcopũ, vel eius Vicarios mediũ per mediũ diuidatur. Ita tñ q̃ in exigendo dictas pœnas ab hominibus cõmuniarũ non poſsit pars dñi Regis à parte Epiſcopi ſe parari. Sed de eo q̃ inde habebitur fiat æqualis diuiſio, vt ſuperius eſt prędictũ. ¶ Has ſiquidẽ declarationes & cõuenientias facimus & ordinam⁹ nos prædicti dñs Rex & Epiſcopus Gerunden. de conſenſu capituli, volentes eas perpetuo eſſe firmas & perpetuas cũ effectu. Promittentes inſuper erimus prompti & fauorabiles ad premiſſa ſeruãda & cõplenda. Et q̃ per nos, & noſtros ſucceſſores nulla contraria cõſuetudine, vſu, vel obſeruantia, ſeu preſcriptione præſens conſtitutio valeat infringi; quod ſi fieret, incõtinenti penitus reducatur. Quod eſt actum in ciuitate Gerundæ, approbatum, & firmatum 17. kalendas Decembris anno Domini 1302.

20 Nota† quod Eccleſia ad requiſitionẽ iudicis ſæcularis tenetur excommunicare bánitos & proſcriptos à iudice ſęculari, vt *extra. de offi. ordi. c.* 1. 21 & ibi per *Innocen.* & *Hoſtien.* Et † ex his apparet clare, q̃ Eccleſia debet excõmunicare poſitos extra pacẽ, ſi requiſitum fuerit à iudice ſæculari: imo etiã Epiſcopus Barcinonæ, & alij ad requiſitionẽ dñi Regis & ſuorũ officialũ tenentur excõmunicare omnes bannitos & eiectos à pace & treuga, licet in citatione in principio nõ teruauerint formã huius conuenientiæ, quæ ſolũ aſtringit in dœceſi Gerunden. ¶ Sequitur in tex. *captus de-* 22 *tineatur*, ſubaudi, quia † detinetur in vinculis, vel alias incluſus ſub clauſura, vel etiã ſub arreſto de nõ exeundo à certo loco, ita q̃ ſit impeditus ire ad locum tribunalis Vicarij citantis pro pace & treuga, & ſic non poſſet comparere perſonaliter

prout volunt conſtitutiones & pragmaticę pacium & treugarum: ſecus ſi eſſet in laxiori manuleuta, vt puta, de redeundo ad requiſitionem certorum dierum: quia tunc poſſet interim perſonaliter comparere, & de iure firmare, & alia facere, quæ & prout dictæ conſtitutiones requirunt; alioquin iuſta & vera captio excuſaret à comparẽdo propter impoſsibilitatem, quamdiu in captione detineretur: ſed ſtatim cum liberatus eſſet à captione, teneretur comparere, alias incideret in contumaciã, iuxta notata latius per *Iac. de Calicio in ſuo Directorio Pacis in 15. dubio.* ¶ *Gui. Prapoſiti* dicit contrarium ſeruari in Audientia Regia de illo qui detinetur ſub fideiuſſoribus, & non in carcere; ſed nil allegat: & credo quod non ſit verum, quoniam hæc conſtitutio ſimpliciter de capto loquitur, & non diſtinguit: ergo, &c. & arreſtatus tenetur ſuum iuramentum, & homagium ac fidem ſeruare curiæ, cui præſtitit, alias nimium præiudicaretur Baronibus. Credo
23 tamen, † quod ſi talis arreſtatus ſit à domino Rege citatus, quod valeat ire ad Principem, non obſtante ipſo arreſto; nec per hoc videbitur violare arreſtum, quia vadit ad Principem, dummo-
24 do ſe ponat in poſſe domini Regis. Item † ægrotans excuſatur à perſonali comparitione: quod tamen dic, vt legitur & notatur 5. q. 2. *cap. ſi ægrotans.* Quando † autem quis debeat carceratus detineri, vide quæ ſcripſi ſupra *colla. 6. curiæ Perpiniani cap. confirmantes.* & adde quæ notãtur ſupra
26 *eod. cap. & quia ſæpe contingit.* ¶ Item † nota, quod iudex appellationis ſequitur ſtatuta primi iudicis, ideo quia loco eius ſuccedit: vt *l. pænul. ff. iudi. ſolus.* & ideo ſi in criminali appellatur, & confirmatur ſententia, pœna venit applicanda burſæ fiſci, cuius iudex pronunciauit, quia hæc eſt lex
27 illius iudicis. ¶ Item † executio pœnæ corporalis fit per illum, quia lex iuriſdictionis hoc dicit, ergo ipſe debet reum detinere in ſuo carcere captum; ſecus in eo quod applicatur burſæ partis, cui non derogatur, quiſcumque exequatur, & dic vt in §. *qui pronocauit. l. tale pactum. ff. de pac.* per *Bal.* & *Innocen. in rubr. de conſue.* Et quæ ſit
28 differentia † inter capere, incarcerare, & arreſtare, notat *glo. in Cle. multorum. de hæreticis*, ſuper verbo *capere.* vide ibi *Ioan. de Imola*: quia capere, & arreſtare ibi pro eodem ponuntur. Sed tamen arreſtare eſt, quãdo alicui interdicitur ne exeat certum locum, ſine manus iniectione: ſed capere eſt, cum manibus detinetur: ſed non omnis detentus eſt incarceratus, ſecus è conuerſo. ¶ Sequitur in text. *Si captio præcedat oblationem querelæ.* dic ſecus ſi ſequatur, quia eo ipſo tunc præſumitur ficta & ſimulata, vel procurata, vt hic, & arg. *extra. de renun. cap. vlt.* §. *cæterum.* Si tamen vera eſſet & iuſta captio, & probaretur; credo quod tunc excuſaret, & admitteretur; quia im-
29 poſsibilitas † comparendi haberet excuſare à contumacia, dummodo ceſſaret dolus, & culpa querelati; quid enim ſi forſan poſt oblationem querelæ aliquis faceret bricam querelato, & eum vulneraret, & ſic caperetur pro pace danda aduerſario, vel alias inuitus, & ſine culpa ſua detineretur, tunc enim talis captio, & impoſsibilitas comparendi excuſaret à contumacia; dummodo probaretur, vel alias iudici foret notoria, iuxta notata per *Inno. in extranagante, Præſentis. de reſcriptis.* & per *Gui. in Spec. tit. de citatione.* §. *contra citationem. verſic. Item quod citatus retentus fuit.* de hoc etiam in *Cle. multorum.* §. *illis pœnam. tit. de pœnis.* Sed quia facta eſt captio poſt oblationem querelæ, propter præſumptionem, transfertur onus probandi de veritate captionis ipſi querelato. Sicuti è conuerſo, quando captio præcedit oblationem querelæ, incumbit onus probandi fictionem querelatori: quæ fictio etiam probaretur ex modo & diſtantia temporis, & ex aliis con-
30 iecturis, vt ſequatur, quia † dolus probatur ex perſpicuis indicijs; vt *l. dolum. C. de dolo.* ſic & fraus probatur per coniecturas, vt *extra. de renun. cap. ſi te præbendam. lib. 6.* & dixi ſupra *eod. cap. querelam.* ſuper verbo *conſtiterit inuicti.* vide & adde notata per *Ioan. de Platea in l. quamuis prouiſum.*
31 *C. de decurio. lib. 10.* Sic † etiam colluſio probatur per ſuſpicionem & indicia, ſecundum *Bal. in l. quia autem.* §. *quid deinde. ff. quis ob cauſam teſti.* & vide & adde quæ de materia fictionis ſcripſi ſupra *collat. 6. curiæ Perpiniani. cap. ad euitandum.* & adde notata per *Ioan. Fa. inſti. de actio.* §. *Item*
32 *ſi quis in fraudem.* Sed forte † impedimentum validæ infirmitatis, vel alterius ineuitabilis haberet excuſare à contumacia. vide notata per *glo.* in alleg. *cap. ſi te præbendam.* ſuper verbo, *alis-*
33 *cuius.* & 3. *quæſt. 5. cap. ſi ægrotans.* Quid ſi † captio illa fuit illiciat, & facta à priuato? Reſpondeo, q̃ excuſat, dũmodo non fuerit doloſe procurata, vt *l. quamuis prouiſum.* & ibi *Ioan. de Platea C. de decurio. lib. 10.* Sed tunc ille priuatus capiens committit crimen carceris priuati, & eſt ipſo facto ejectus à pace & treuga, iuxta *conſtitutionem pacis, Notum ſit cunctis.* §. *Itẽ ſtatuimus, quod*
34 *ſi quis contra tenorem pacis.* Et † quis dicatur facere priuatũ carcerẽ, dic per *Bar. in l. capite quinto. ff. de adulteriis.* & per *Ioan. de Platea in l. generali.*
35 *C. de decurio. lib. 10.* Et † nota, quod quatuor modis impugnatur captio, ſecundum *Bal.* qui hoc
36 notat ff. *de in ius vo. l. ſed etſi.* Item † nota, quod citatio facta ad carcerem non arctat efficaciter, quia reſtituitur. vide *Bal.* & alios *Docto.* in *l. 2. de temporibus in inte. reſti.* & *Petr. de Bella Pertica. in l. idcirco. eod. tit.* ¶ Sequitur in textu, *arbitrari poterit.* Nota quia dictum Vicarij hoc caſu arbitrium dicitur, vt *l. continuus. ff. de verbo.*
37 *oblig.* vnde † à tali arbitrio non poterit appellari: quia ab arbitro non appellatur. Super hoc tamen vide quæ notantur in ſimili per *Innocent. in extranagante, Præſentis. de reſcriptis in glo.* ſuper verbo *impune glo.* quæ incipit, *etiam ſi contra talẽ abſentem procedatur. verſic. & ſi aliquis à bono viro,* &c. ¶ Sequitur in tex. *cum de illa conſtiterit.* & dic

conſti-

conſtiterit, ſcilicet parte vocata, iuxta notata in *Cle. præſentis.* ſuper verbo *conſtiterit. ext. de cenſibus.* procedetur tamen ſummarie, prout noſtra cauſa requirit, iuxta pragmaticam Infantis Alfonſi, quæ dat formam procedendi in cauſa pacis & treugæ. adde quæ notantur infra *ead. c. ne ex beneficio. ¶. Et ne inde naſcãtur iniuriæ.* in pragmatica data Turolij ibi inſerta. ſuper verbo *incurriſſe conſtiterit.* ¶ Sequitur in text. *legitimis documentis.* dic,
38 ideſt, legitimis probationibus. puta † per cõfeſſiones, teſtes, inſtrumenta, euidentiam, aut alias: vt *ext. de reſti. ſpol. c. cũ ad ſedem.* vide & adde quę dixi infra *ead. c. volẽtes.* ſuper verbo, *probatã.* & in *glo. ſequenti.* ¶ Sequitur in text. *de aſſeſſoris conſilio.*
39 ſubaudi, qui † aſſeſſor ſit aſtrictus tenere tabulã: vt infra *ead. c. vt autẽ hac ſtatuta.* vide ibi. ¶ Sequi-
40 tur in tex. *admittere tentatur.* Nota † verbũ *tentatur*, quia neceſſitatem importat, & ſi ſecus fecerit, hoc eſt, quia forſan non admiſſa huiuſmodi veræ, & non ſimulatæ, nec procuratæ captionis exceptione proceſſerit, publicando illum querelatum pro electo tanquam contumacem, non valebit proceſſus ipſo iure, cũ euidenter exactis appareat illum non fore contumacẽ: & ſi quaſi iuris errore expreſſo, & contra formam huius conſtitutionis proceſſerit, irritabitur, ſicut facta contra ordinem ſtatutum à iure vel ab homine, non valent, iuxta notata per *Innocent. in cap. ex ratione. extra. de app.* & in *cap. Eiſanus. de reſti. ſpoli.* cũ ſimilibus. Facit quod notatur ſupra *ead. cap. querelam*, in verbo *tunc admittant.* Sic & vbi iudex eſt certus, ſe non habere iuriſdictionem, ruit totus proceſſus, iuxta notata per *Innocen. in cap. ſi duobus. extra. de app.* adde *extra. de offic. dele. cap. cum in*
41 *iure.* Et † quando acta contra conſtitutionem valeant, vel ne, vide notata ſupra *ead. c. als procuradors.* ¶ Sequitur §. *Caueat ante Vicarius*, qui notabilis eſt & vulgatus valde, & ſuper eo vidi multas dubitationes emergi. Ideo pro euidentia eſt
42 ſciendum, quod dominus † Rex, tanquam Comes Barcinonæ eſt Princeps totius Principatus Cathaloniæ, in quo habet merum imperium: & ita ratione meri imperij habet poteſtatem animaduertendi in quoslibet facinoroſos; & ſic poteſt punire de quibuſuis criminib⁹ in qualibet par-
43 te Cathaloniæ cõmiſſis. Ita † quod etiam erigendo alios Comitatus, & Baronias, & iuriſdictiones quibuſuis richis hominibus, prælatis, & alijs. ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus, quãtumcumq. illis conceſſerit merum imperium, & omnem iuriſdictionem in dictis Comitatibus Baronijs, caſtris, villis, & locis, ſiue iuriſdictionibus; nihilominus tamen ipſum merum imperium remanſit & remãet penes dominum Regem Comitẽ Barcinonæ, Principem ſupremum totius dicti Principatus; in quo ſemper habuit, & habet generalẽ iuriſdictionẽ pro malefactoribus perſequendis, vt patet in Concordia Cardinalis Conuenarum *cap. in primis.* & notat *Gut. in Roſario 2 3. 3. §. quamuis.* ſuper *gl. f. 1.* in verbo *Imperatoris.*

& dixi ſupra *ead. cap. confirmantes.* ſuper verbo, *per*
44 *per ſententiam condemnati.* in fi. & ita † omnes habitantes in hoc Principatu eidem Principi Regi noſtro ſubſunt, quia habet imperium generalis iuriſdictionis & poteſtatis in ipſo Principa-
45 tu, vt patet ex vſat. *Princeps namque.* in † quo Principatu eſt alter Imperator, nullatenus recognoſcens ſuperiorem temporalem in ipſo Principatu, nec in alijs Regnis ſuis, licet contra videatur *ff. de offic. Prafecti Præto. Orien. l. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. §. iubemus etiam.* & in Tractatu. Sed dic quod à tempore condictionis fuit præſcriptum, argum. *ff. de adqui. po. l. 1. §. ſi ſernus*, & notat *gloſ.* & *Doct. in cap. Adrianus. 63.*
46 *diſt.* Imperator † enim non poteſt à ſe merum imperium abdicare: vt 23. q. 5. *cap. Regum.* & *cap.*
47 *Rex debet.* & *l. congruit. ff. de offic. præſi.* ita † enim inhæret imperium oſsibus Principis, quod ab eo ſeparari non poteſt: facit quod notatur *extra. de renunc. cap. 1. lib. 6. in gloſ. & erat*, & ibi in *Nouella*, ſic etiam legatus & Epiſcopus, vt *ff. de*
48 *offic. præſi. l. penult.* Verumtamen † dominus noſter Rex Aragonum, & Comes Barcinonæ per ſuas conſtitutiones ſtatuit & reſtrinxit, quod de criminibus & cauſis meri imperij commiſsis infra iuriſdictiones Prælatorum, Baronum, & aliorum, regulariter ſe non intromittit, niſi per viam ſoni emiſsi. de quo dic vt pleniſsime ſcripſi in *Summa regaliæ ſoni emiſsi*, & in *Lucidario ſoni La-*
49 *cobi de Calicio*. Citatio † vero quandoque eſt nulla, quia continet euidenter iniuſtum vel iniquum prima facie, vel impoſsibile: *extra. de dolo & contum. cap. præterea.* & ibi *Innocent.* Quandoque ratione iudicis, vt quia citat non ſubditum, hoc expreſſo, vel clericum, vel exemptum. Quandoque ratione actoris, vt ſi Iudæus petat mancipium Chriſtianum, vel bigamus beneficium, vel laicus ius decimarum, vel monachus vxorem. Quandoque ratione conuenti, vt ſi citat morbo vel vi detentum, & ſcit impedimentum. Quandoque ratione temporis. Quandoque ratione loci. De quo latius per *Bal.* ſuper *Spec. tit. de citatione.* vide ſupra *eod.* in verbo
50 *impedimentis.* ¶ Item † eſt ſciendum, quod olim ante iſtam conſtitutionem Vicarius capiebat, & puniebat querelatos pro pace & treuga, de & pro criminibus in querela contentis, licet forent in Baronijs vel alijs iuriſdictionibus non
51 Regijs commiſſa. Et ita † de criminibus commiſsis extra iuriſdictionem Regiam, & intra iuriſdictiones Baronum, & aliorum, Vicarius, & alij officiales Regij cognoſcebant tam per viam ſoni emiſsi, quam per viam pacis & treugæ.
52 ¶ Tertio † modo etiam cognoſcere conſueuerunt de vagabundis vbicumque deliquerint, dummodo intra iuriſdictionem Regiam reperiantur ratione generalis iuriſdictionis, iuxta illud: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. de quo legitur & notatur *C. vbi de cri. agi. oper.*
52 *l. 1.* ¶ Quarto † modo etiam conſueuerunt

punire non vagabundos alterius iuriſdictionis, licet alibi deliquerint, dummodo intra iuriſdictionem Regiam reperiantur & præueniantur. Secus vero ſi in loco domicilij vel delicti alias
54 præuenti fuerint. In † curia Regis non curatur de præuentione proceſſus, vbi delatus eſt captus in curia: & eſt ratio, quia Princeps non poteſt â ſe abdicare imperium, & tenetur prægare Regnum: adde quæ notantur ſupra *colla. 2. in 2. curiæ Barcinonæ c. 18. Item quod nulli homines.* vide ibi in §. *tertius eſt.* & vide, & adde quæ ſcripſi ſupra *col. 4. curiæ Gerundæ c. 27. Item ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ſi aliquis fuerit bannitus.* in §. *Sed pone quod crimen, pro quo eſt data querela pacis,* &c. & de hoc dixi ſupra *ead. curia c. la conſtitucio del Key en Pere.* vide ibi latius ſuper verbo, *E ſi per algun*
55 *prelat.* Item † caſus regaliarum vſat. *Camini. Simili modo. Auctoritate & rogatu. Alium namque.* & aliarum regaliarum ſemper intelliguntur excepti & reſeruati domino Regi. ¶ Ex præmiſſis habes clarum in quibus caſibus dominus Rex & ſui officiales poſſunt punire delinquentes de crimine cõmiſſo in terra Baronis vel alterius; quia alias regulariter dominus Rex & ſui officiales non habent ſe intromittere de criminibus commiſsis in terris Prælatorum, Baronum, & aliorũ merum imperium habentium. His igitur præuiſis, habes clarum hunc §. quia loquitur quando querelatus comparens pro pace & treuga, eſt delatus in querela de crimine commiſſo in terra Prelati, vel Baronis, aut alterius domini, & extra iuriſdictionem Regiam: tunc enim ratione talis criminis extra iuriſdictionem Regiam commiſſi, non procedet Vicarius criminaliter contra taliter comparentem, vt hic, niſi in caſibus prædi-
56 ctis. ¶ Sed † quid ſi non comparet, ſed eſt contumax, & ſic eiectus, & demum capitur, & venit ad manum Vicarij; nunquid de tali crimine alibi commiſſo punietur talis eiectus criminaliter per Vicarium? Reſpondeo quod ſic, quod probat littera huius §. dum dicit, *contra dictum comparentem*, quaſi dicat, ſecus ſi nõ comparuerit, ſed fuerit contumax & eiectus à pace & treuga, & quia eſt caſus omiſſus, & ita eſt relictus iuri antiquo, argum. *l. præcipimus.* in fi. *C. de app.* & quia eſt inimicus domini Regis, & hoſtis Reipublicæ, & ita à quocumque poteſt offendi: & hoc forte verum etiam ſi foret alibi per citationem præuentus per captionem veram, & non ſimulatam, vt in hac conſtitutione, in prin. quia nec tunc poteſt eijci à pace & treuga, cum non ſit cõtumax, vt ſupra dictum eſt. Vidi quod Gubernator fecit Gerundæ ſuſpendi P. Marcilij de Ermenteria à pace & treuga eiectũ pro nece domini Maſſall perpetrata in loco de Ermenteria, licet de hoc foret per aliquos iuriſperitos dubitatum. Item Michael Albert ſancti Stephani de Oculo Vicecomitatus de Baſſo pro homicidio commiſſo in dicto Vicecomitatu fuit ſuſpenſus in villa Biſulduni, quia fuit eiectus â pace & treuga. & captus per Subuicarium Biſulduni, qui illum extraxit à Caſtro de Montſoriu. Itẽ Ioannes Guich fuit ſuſpenſus Gerundæ pro homicidio commiſſo in loco de Canapoſt termini Caſtri de Petracilla. & ita in his non eſt amplius dubitandum, licet B. de Pulcro loco ſe reddat in his dubium, & fruſtra. vide litteram Reginæ Mariæ ſuper facto Ioannis Guich, datã Barcinonæ 24. Nouembris, anno â Natiuitate Domini 1446. ¶ Item pone, quod antequam compareat querelatus, eſt repertus & captus intra iuriſdictionem Regiam, nunquid poterit pro crimine in querela expreſſo puniri per Vicarium. Forte ſic, quia §. iſte dicit, *contra comparentem*, ſecus ergo ſi alias ante cõparitionem caperetur, & hoc credo verum ſi capiatur ante præſentationem citationis, & non fuerit in Baronia præuentus: quia quod non mutatur, &c. arg. dictæ *l. præcipimus.* quia facta præſentatione litterarũ citatoriarũ non debet impediri in ſua comparitione fienda, vt in prælleg. *c. 27. curiæ Gerundæ.* & arg. infra *ead. c. Nos Ferai-*
57 *nandus.* & hic, & quia † dilatione pendente officium iudicis conquieſcit. vt *extra. de app. c. ſignificante.* & *C. de dila. l. ſine pars.* ¶ Sed † quæro nunquid Gubernator poterit illum comparentem pro crimine querelæ punire? Et videtur quod ſic, quia hic ſolum prohibetur Vicarius, quia dicit, *Caueat autem Vicarius*, quaſi dicat, de alijs relinquatur iuri antiquo per dictam *l. præcipimus*, & arg. *l. cum prætor. ff. de iudi.* Item dominus Rex per hanc conſtitutionem prohibendo minori, ſcilicet, Vicario non videtur prohibuiſſe maiori, vt puta, Gubernatori; & quia ſi id voluiſſet, dixiſſet: & huiuſmodi conſtitutio ſaltem in hoc caſu tanquam odioſa, & regaliæ contraria, eſt potius reſtringenda quam amplianda, quia odioſum eſt, & regaliæ contrarium, quod dominus Rex non puniat criminoſos: vt 23. q. 5. *c. Regum.* & *c. Rex debet.* cum ſimilibus. Et ideo citati pro pace & treuga habent comparere perſonaliter, vt de perſona fieri valeat iuſtitia, alias non poſſet viuere terra, vt in vſat. *Quoniam per iniquum.* & ita multi tenuerunt, dicẽtes quod dominus Rex fuit deceptus in conſtitutione huius §. & ideo non debeat extendi extra terminos ſuos, cum ſit odioſa; quia Reipublicæ magis intereſt vt crimina puniantur: *ff. ad l. Aquil. d. ita vulneratus.* cum ſimilibus. & ita vidi ſeruari aliquando ſaltem de facto, licet forte de iure ſit ſecus, præſertim vbi talis comparens fuerit in loco delicti vel ſui do-
59 micilij præuentus. Verũtamen † dominus Rex & ſui officiales non conſueuerunt remittere criminoſos, vt dixi in dicto *c. 27.* & notant *glo.* & *Io. de Imola in Cle. paſtoralis de re iudi.* ſuper verbo *de more.* ¶ Sequitur in text. *contra dictum comparentẽ.* Nota verbum *comparentem*: quia ſecus ſi eſſet cõtumax vel alias caperetur, vt dixi. ¶ Sequitur in text. *criminaliter procedat*, ſcilicet, ex officio & forte idem ſi ad partis priuatę inſtantiam vel accuſationẽ, quia text. generaliter loquitur, & non diſtin-

diſtinguit. Sed videtur ſecus, quia Vicarius non poteſt denegare iuſtitiam, & iam alias hęc conſtitutio videretur iniqua, ſi prohiberet, vel impediret, aut etiam denegaret fieri iuſtitiam accuſanti de accuſato, contra *cap. erit autem lex. 4. diſt.* & contra *cap. curiæ Regis Martini*, ſupra *collatione proxima. Item ſenyor quels Cantellers.* & ibi nota. Vnde cogita valde, quia nondum vidi practicari. Sequitur in text. *Vbi ad nos, vel officiales noſtros*
60 *non pertineat*, vt puta, quia † eſt clericus coniugatus, qui in cauſa pacis eſt de foro Regio, cum ſit ciuilis, vt dixi ſupra *ead. c. quia plerique.* ſed in cauſa criminali eſt de foro Epiſcopi, ſi fuerit cum virgine coniugatus, & veſtes, & tonſuram deferat clericales, vt *extra. de clericis coniugatis. cap. 1. lib. 6.* vel quia crimen eſt commiſſum in terra Baronis, vbi eſt præuentus ratione delicti. ¶ Sed quid ſi non eſt præuentus in loco domicilij, vel delicti, numquid habebit tunc locum hic §. *Caueat*? Videtur quod ſic, quia generaliter loquitur, & non diſtinguit an fuerit præuentus, vel non, arg. *l. de pretio. ff. ad Publiciana.* Sed ſequeretur inconueniens, quia crimen remanebit impunitũ: quia nec dominus Rex remitteret ipſum iudici loci delicti, etiamſi eſſet præuentus: & ſic lex huius §. videtur dura, ſed tutius eſt ſeruari ad literam, arg. *l. proſpexit. ff. qui, & a quibus ma. licet.* nec idem, ſi fuit inde ſonus emiſſus fragrante crimine, quia ſi fuit ſonus emiſſus, & pendẽte ſono detur querela pacis & treugæ, vt fieri poteſt & cõſueuit, vt dixi in *Regalia Soni emiſſi. in q.* 17. tũc non habet locum iſte §. quia iam eſt de foro domini Regis ratione ſoni pendentis: nec illo caſu habebit locum perhorreſcẽtiæ allegatio in cauſa querelę pacis, quia ratione ſoni eſt præuẽtus, & debet venire ad manum Vicarij. Sed ſi cupit comparere, & timet potentiam aduerſarij, poterit implorare, vt aſſocietur ſecure per Vicariũ, iuxta notata ſupra *ead. c. cum multis ententis*, quia ipſe querelatus eſt in dolo & culpa conſtituendi ſibi aduerſarios, taliter delinquendo, & ſuum delictum non habet ſibi præſtare immunitatem:
61 ſed reatus omnem excludit honorem: vt *l. 1. in fine. C. vbi Senatores, vel clariſſimi.* Contra tamen vidi fieri: quia cum ratione delicti commiſſi infra terminos Comitatus Empuriarum fuerit ſonus emiſſus, & ſono pendente pro eodem delicto fuiſſet data querela pacis & treugæ, ipſi querelati impetrarunt à Gubernatore perhorreſcẽtiam in cauſa ipſius querelæ, pro nimio fauore, vt credo, quia cũ Vicarius Gerundæ ratione dicti ſoni potuerit per totam Cathaloniam inſequi & capere malefactores, quomodo poterit cõcedi perhorreſcentia, non video. Vos cogitabitis, cum caſus ſimilis occurret vobis. Et nota verbũ
62 *pertineat*, † quia late patet. *ff. de verborum ſignif. l. verbum pertinere.* vnde hoc intelligitur, ſiue de iure communi, ſiue de ſpeciali, puta, priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, iuxta notata *extr. de elect. c. vlt.* ſuper verbo *pertinet. lib. 6.* Sequitur
63 in textu, *punitio criminis.* Pone, ciuis † Gerũdæ commiſit crimen, cuius punitio pertinet ad Baiulum, qui habet iuriſdictionem ordinariam in ciues. Querelatur pro pace & treuga coram Vicario Gerundæ: comparet querelatus. Quæritur, an Vicarius poterit contra iſtum criminaliter procedere? Et videtur quod ſic, à contrario ſenſu huius litteræ, quia criminis punitio pertinet ad dominum Regem, & ad Baiulum officialem Regium. Contrarium credo, quia dominus Rex hic non intendit ampliare iuriſdictionem Vica-
64 rij, ſed potius reſtringere: & ea, † quæ veniunt ad reſtrictionem & diminutionem, non operantur augmentum: vt *extra. de verb. ſignif. cap. tranſmiſſæ.* & ita vtimur, quia nuſquam Vicarius conſueuit Gerundę criminaliter punire ciues, & ita minime ſunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legib.* Sed ſecus eſt de criminibus commiſsis extra ciuitatem & Baiuliam Gerundæ, intra iuriſdictiones Baiuliarum Regiarum ſitarum infra Vi-
65 cariam, vt ſunt † Baiuliæ villæ Turricellæ de Montegrino, villarum de Figerijs, Sancti Felicis Guixolen. de Palamoſio, de Colonico, Vallis Cornuliani, & huiuſmodi: quia quando aliquis intra dictas Baiulias, villas, & loca Regia Vicariæ Gerundæ extra ciuitatem & Baiuliam Gerundæ commiſit crimen, propter quod querelatus eſt, ſi compareat, tunc etiam de crimine punitur per Vicarium criminaliter de iure antiquo, quia non mutatur per hunc §. quando dicit, *vbi*, quaſi dicat, ratione regaliæ pertinebat punitio domino Regi, & eius Vicario, ex quo reperitur comparens in poſſe domini Regis, & ſui Vicarij, verumtamen hodie *caueat Vicarius*, &c. *Ad nos vel officiales noſtros*, &c. & in his multum opera-
66 tur conſetudo, quæ dat † iuriſdictionem: *extra. de foro competenti. c. contingat.* & conſuetudines locorum ſunt approbatæ per generales conſtitutiones Cathaloniæ, vt ſupra *collat. 2. in 2. cur. Barcin. c. Idcirco nos.* vide ibi, & in concordantijs ibi poſitis. Sequitur in textu, *quod per illum fuiſſe dicitur perpetratum.* dic, *dicitur*, ſcilicet, in querela, hoc eſt, ſuper quo crimine ipſa querela fundatur: & ſic relatiuum *quod*, tenetur hic reſtrictiue, quaſi dicat, ſecus de alijs: quod enim non muta-
67 tur, veteri iuri relinquitur, &c. Sed nota, † quod de crimine extra locum domicilij commiſſo poteſt inquirere iudex loci vbi commiſſum eſt delictum, & punire etiam per viam accuſationis,
68 ſeu denuntiationis. Sed † iudex domicilij non poterit inquirere, nec per viam inquiſitionis cognoſcere de crimine alibi commiſſo: ſed per viã accuſationis ſic, dummodo delatus nõ fuerit de crimine præuentus in loco delicti, de quo videas latius in *Spec. tit. de compe. iudi. §. 1. verſ. quis ſi cõueniatur.* & dic vt ibi notat *Ioan. Andreas in addi.* de hoc etiam notat *Antonius de Butrio extr. de foro compe. c. licet.* & *Doct. C. vbi de crimine agi oportet.* & *Alber. de Cremona Rub. vbi, & in quo loco delinquentes puniantur. Baldus* tamen tenet contrarium

in *l.*

in *l.extra territorium.ff.de iurisdict. omnium iudicũ.* vide *Paulum de Castro in Clem. Pastoralis.* Eccę hodie querelati pro crimine in terra Baronis cõmitto possunt comparere, sine metu Vicarij, & videtur quod hoc casu possint guidari: & ita debet limitari pragmatica Regis Martini, quia immo videntur guidati isto casu huius §. *Caueat autem Vicarius.*

Vt de querelis pacium & treugarum tabula teneatur. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Officiales cognoscentes iure ordinario de causis querelarum pacis & treugæ adstringuntur tenere tabulam pro ipsis causis, sicuti pro alijs.*
2 *Argumentum à contrario sensu in iure est fortissimum.*
3 *Vicarius, cui causa querelæ delegatur ex causa perhorrescentiæ, an pro tali causa sibi delegata, sit adstrictus tenere tabulam.*
4 *Delegatus pro causa pacis sibi vt priuato delegata, non obligatur tenere tabulam.*
5 *Gubernator non tenetur tenere tabulam, si ex causa euocationis Regę à Principatu absente cognoscit de causa pacis.*
6 *Iudex appellationum Gerundæ non tenetur habere tabulam, si per viam appellationis cognouerit de causa pacis.*
7 *Veritas vincit, & manet in æternum.*
8 *Opinio quandoque veritati præiudicat.*
9 *Veritas præfertur opinioni singulari, sed opinio communis præfertur veritati.*
10 *Interesse qualiter probetur. remissiue.*
11 *Officiales tenentur de his quæ deliquerunt in officio, vel tenendo officium.*
12 *Assessores officiales sunt, & veniunt sub nomine officialium. declaratur nu. 13.*

1 QVia ad nostrum pervenit auditũ, &c. Casus. Officiales † iure ordinario de causis querelarum pacis & treugæ cognoscentes pro ipsis causis, sicut pro alijs tenere tabulam sunt adstricti. Hoc dicit. Sequitur in textu, *aliqui nostrorum officialium*, scilicet, Vicariorum, & Baiulorũ, vt dixi supra *eadẽ.c.querelam.* super verbo, *is qui iurisdictioni præest.* de hoc etiam dixi supra *c.* proximo, super verbo, *per nostrum Vicarium.* ¶ Sequitur hic in textu, *Iure ordinario pertinet*, subaudi, ergo secus est in delegato à cõtrario sensu, quod
2 est † fortissimum argumentum in iure: vt *ff. de officio eius cui mãdata est iurisdictio. l.1.§. huius rei.*
3 vnde videtur, quod † Vicarius, cui causa querelæ delegatur, ex causa perhorrescentiæ non sit adstrictus pro huiusmodi causa sibi delegata tenere tabulam. Sed dic contra in hoc casu, quando alteri Vicario fit commissio: vt supra *collat. 6.curiæ Perpiniani c.cum non debeat.* nam & assessor ordinarius habet pro his tenere tabulam: vt *infra ead.c.vt autem hæc statuta.* & vacat argumentum à contrario sensu, ex quo contrarium reperitur in iure, vt legitur & notatur in *l.conuentus culam.ff.de Episcopis & clericis.* & dixi supra *collat.6.curiæ Montissoni c.causa*, super verbo, *cõsuetudine, vsantia.* Sed † si forsan causa huiusmodi
4 delegaretur alicui priuato, quod raro fit, ille talis delegatus non haberet inde tenere tabulam. Item † etiam Gubernator, qui ex causa euocationis de tali causa cognoscit. Rege à Principatu absente, iuxta nouam constitutionem, quę est
5 infra *colla. 11.c.les causes dels pubills*, &c. nullatenus astringitur tenere tabulam. Sic † etiã iudex appellationum Gerundæ, qui per viam appellationis quandoque cognoscit de causis querelarum huiusmodi, & alij, qui ex delegatione Regia, vel alterius cognoscunt, nullatenus tenẽtur ad tabulam obligati, quamuis, si male iudicauerint, faciant litem suam, & possent inde conueniri coram superioribus suis, iuxta *l.filiusfamil. ff.de iudi.* & *ff. de varijs & extraordinarijs cognit. l.si index.* cum similibus. vide ad litteram, quæ dicit de causis & querelis, subaudi, in prima instãtia. Secus est de causa appellationis. Sed cur tam varie ratio reddi non potest, quia ita bene deberent adstringi iudices appellationum, sicut iudices primitiui, quia sæpius in peius reformãt, vt *ff.de appellat. l.1.in prin.* Sed hoc est, quia non est constitutione cautum, nisi de officijs triennalibus. Sed sit pro ratione voluntas conditoris legis. arg. *l.non omnium.ff.de legibus.* Sequitur in textu, *se asserunt exemptos.* dic, & male, quia non debet hoc licere vna via, cum alia sit prohibituri; vt in allegato *cap.cum non debeat.* vide, & adde quę ibi dixi. Sequitur in textu, *Ne talium assertio veritati præiudicet.* quia quidquid dicat Geta,
7 Birrio semper homo; & † veritas manet in æternum, vt in Psalmo. Et veritas vincit & inualescit. 3. Esdræ 4. cap. Facit *C.plus valere quam agitur. in rubro & nigro. per totum.* Quandoque tamẽ
8 opinio † veritati præiudicat, vt *l.1.C. de testam.* & *l.Barbarius Philippus.* Dic breuiter, quod ve-
9 ritas præfertur † opinioni singulari, vt hic. & *ff. de supellectili leg. l. Labeo. §. verum.* Sed communis opinio præfertur veritati, vt dicta *l.Barbarius*, vbi de hoc nota latius. Et hoc verum, nisi in vtroque requiratur vtrumque, scilicet, opinio, & veritas: tunc enim neutrum alteri præfertur, quia vtrũque necessarium est, vt *ff.de eo, qui pro tut. negot. gerit. l.1.* & *l.quæro*, secundum *Dinum.* & adde notata per *Azonem in Brocard. Rub. de opinat. & negatio nibus.* Sequitur in textu, *In quibus nedum magnũ, sed maximum vertitur Reipublicæ interesse.* & ideo ibi cautius est agendum: *extra. de electi. c.vbi maius lib.6.* subaudi etiam, quia lis procellus communiter de magnis quantitatibus fiant: vt supra *collat. 6.curiæ Montissoni c.si ratione executionis.* vide quæ
10 ibi scripsi. Qualiter † autem probetur interesse, vide *Cin.3.c.4.c. quod fieri.* super *gl.s.in addit.* scilicet, per testes. & vide *Innocentium de sentent. excom.cap.sacro.* & in *Spec.tit. de fruct. & litis expensis.* Sequitur in textu, *declaramus*, nota verbũ, *declaramus*, quia hæc constitutio est veteris iuris declaratoria, & non noui inductiua. Et hoc satis proba-

probabatur per dictum *cap. cum non debeat*, & per conſtitutiones tabularum, quæ dicunt, quod
11 officiales † teneantur de his, quæ deliquerunt in officio, vel tenendo officium. vt ſupra, *collat. 4. curia 3. Barcinone cap. 7. Item ordinamus de conſilio.* ¶ Sequitur in textu, *quod officiales iam dicti*, ſubaudi, & etiam aſſeſſores eorum. vt inf. *eod.*
12 *cap. vt autem.* vide ibi. Qui † aſſeſſores, officiales ſunt, & veniunt nomine officialium. Faciũt *Rubrica C. de officio aſſeſſorum.* & *ff. de aſſeſſoribus.* Et
13 hoc † verum de aſſeſſoribus ordinarijs, ſecus eſt de delegatis, & alijs cõſilianijs ad vnam vel aliã cauſam aſſumptis. vide, & adde quæ notantur ſupra *collat. 6. curia Montiſſoni cap. licet Vicarius.* & ſupra *collat. 4. curia Gerundæ cap. 18. Item ſtatuimus, & etiam ordinamus.* vbi agitur de aſſeſſore Villæfranchæ.

Ne in ciuilibus debitis querela pacis & treugæ admittatur. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Querela pacis dari non poteſt pro debito ciuili. limitabatur olim in debito cenſualis.*
2 *Violatio pacis crimen eſt, licet ipſa cauſa pacis ſit ciuilis.*
3 *Debita peti non poſſunt per formam pacis.*
4 *Pro debito fiſcalis non deſcendẽte ex crimine pacis querela non datur.*
5 *Querela pacis non datur pro minima offenſa, ſicuti nec diminorum ceſſatio. & quid per conſtitutiones Cathaloniæ. nu. 6.*
7 *Cenſualia eo mortua dicuntur, quia non moriuntur, cũ mortuus iam non moriatur.*
8 *Violaria dicuntur eo quod ad vitam certarum perſonarum concedantur, vt illis morientibus moriantur.*
9 *Cenſualis mortui denominatio eſt impropria.*
10 *Amortizatio potius deberet dici animatio.*
11 *Cenſualia magis frequentantur in Cathalonia, & forte in ea initium habuerunt.*
12 *Cenſualis contractus an ſit vſurarius, an reprobus. remiſſiue.*
13 *Quaſi poſſeſſio datur in contractibus cenſualis, eo quia eſt proprietas, & annua penſio; ſecus in alijs ſimplicibus nominibus.*
14 *In præſcriptione ſimplicium nominum non requiritur poſſeſſio præſcribentis, ſed ſufficit ſola negligẽtia nõ petentis.*
15 *Cenſuarius in cenſualibus non poſſidet, & per conſequens non præſcribit proprietatem, nec futuras penſiones, niſi interuertat poſſeſſionem.*
16 *Poſſeſſio proprie non datur in iuribus incorporalibus, ſed quaſi poſſeſſio.*
17 *Spoliatus iuribus incorporalibus habet vtile interdictum.*
18 *Conſulens ſpoliationem non tenetur* Vnde vi, *ſicuti mandans.*
19 *Poſſeſſio negligendo quanto tempore amittatur. remiſſiue.*
20 *Creditori ſpoliato à pignore an competat remedium querela pacis.*
21 *Pignoris incumbere, quam in perſonam agere, tutius.*
22 *Querela pacis habet locum pro violatione homagij.*
23 *Quaſi poſſeſſio datur in cenſualibus.*
24 *Spoliatio iurium incorporalium tunc prætendi poteſt, quando malitioſe denegatur, quia requiritur dolus in ſpoliatione iurium incorporalium, ſicuti in ſpoliatione rerum corporalium.*
25 *Debitor non ſoluens Eccleſiæ, non quia non vult, ſed quia non habet facultatem ſoluendi, non dicitur ſpoliare Eccleſiam: & ſic tamquam ſpoliator non poterit trahi ad forum Eccleſiaſticum. & cautela traditur nu. 26.*
27 *Spoliatum ſe dicens penſione præterita, debet docere de iure ſuo, antequam penſio præterita ſibi adiudicetur.*
28 *Poſſeſſio non perditur ſola oblitione, vel tempore, ſed tempore iuncto cum oblitione.*
29 *Confitens ſe poſſidere nomine alterius nullam retinet poſſeſſionem.*
30 *Precaria poſſeſſio non eſt vitioſa, donec duranerit voluntas.*
31 *Quaſi poſſeſſio contractuum ſpiritualium an transferatur per contractum conſtituti. remiſſiue.*
32 *Poſſeſſionem interuertere quando quis dicatur. remiſſiue.*
33 *Spoliatus quamplurima habet iuris remedia.*
34 *Iudex de facto poſſeſſionem vnius transferens in aliũ, poteſt ipſam reuocare, non vocando poſſeſſorem. ſed de conſuetudine hoc non ſeruatur. nu. 35.*
36 *Nemo ſpoliari poteſt abſque cauſæ cognitione.*
37 *Poſſeſſio vbi non eſt vera, ibi non eſt vera ſpoliatio; ſed vbi eſt quaſi poſſeſſio, ibi eſt quaſi ſpoliatio.*
38 *Spoliatus ad obtinendum duo probare debet, videlicet ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe.*
39 *Querela pacis & treugæ datur ex quaſi delicto.*
40 *Querelari poteſt pro pace propter ſpoliationem factam violenter repellendo creditorem venientem pro habendis penſionibus debitis.*
41 *Querela pacis hodie dari non poteſt, niſi reſiſtatur officiali exequenti. declaratur nu. 42. & 46.*
43 *Iuramentum habet obligationem perſonalem quoad iuris vinculum, quod non tranſit ad ſucceſſorem.*
44 *Debitor iurans ſoluere certa die, & non ſoluens, incurrit periurium, & præſcribere non poteſt, quia eſt in mala fide: & idem eſt in hærede, ſi vtatur acceſſione defuncti.*
45 *Querelari poteſt pro pace & treuga violator homagij. & nu. 63.*
47 *Querela pacis & treugæ dari poteſt pro modico. declaratur ibidem.*
48 Prius *verbum ordinem dicit.*
49 *Informatio ſummaria requiritur antequam prouideri poſſit querela pacis & treugæ, & non ſufficit indicium vel fama; & partis citatio an requiratur pro facienda iſta ſummaria informatione. nu. 50.*
51 *Citatio partis requiritur regulariter, etiam in ſummarijs.*
52 *Teſtes recepti in ſummario iudicio an probẽtur in plenario.*
53 *Probatio plena quandoque requiritur in ſummarijs.*
54 *Ad ius ſuum peruenire cum fraude nemini licet.*

Illi-

55 *Illicitum non eſt faciendum prætextu liciti.*
56 *Quaſi ſpoliatio dici poteſt vera ſpoliatio.*
57 *Expenſarum materia remiſſiue.*
58 *Index facit litem ſuam procedens contra conſtitutiones, & poteſt ſyndicari.*
59 *Permiſſum ad tempus denegatur.*
60 *Querela pacis non admittitur pro debito ciuili.*
61 *Querela pacis an detur pro commanda pecuniæ reſtituta.*
62 *Querela pacis datur contra campſorem fallitum.*

COrdi nobis eſt à vexationibus ſubditos relenari, &c. Iſta conſtitutio fuit temporalis, & hodie non tenet, licet ſalubriter fuerit inducta in odium violentorum ſpoliatorum: & hoc breuiter habebat: licet † pro debito ciuili non poſsit querela pacis offerri: tamē poſſeſſor cenſualiſta in caſu ſpoliationis, & ſubſtractæ penſionis debite poterat querelam pacis offerre, informatione ſummaria præcedente. Hoc dicit. Et diuiditur in partes duas: quoniā in prima ponit regulam generalem, quod pro debito ciuili non admittatur querela pacis & treugę. In ſecunda, ibi, *Si autem per venditores*, ponitur caſus ſpecialis exceptus à regula, ſcilicet in caſu ſpoliationis cenſualium & violariorum, quia tunc poteſt offerri querela huiuſmodi: hæc tamen ſpecialitas fuit temporalis, & tantummodo duratura vſque ad primas curias finitas, quæ fuerunt finitæ infra collatione proxima. Et licet temporalis fuerit abrogata, habeatur quoad ſecundam partem, tamē quia in ea multa ſunt notabilia, & loco prouiſionis huiuſmodi hodie emanauit generalis cōſtitutio, quæ eſt infra *colla.* 12. *cap.* 1. *Rub. de executione*, alias, *ex actione cenſualium & violariorum.* Ideo aliquantulum apoſtillando pro declaratione litterę ſubijciam. ¶ Super textu in prin. Concordiæ, *extra. de appellat. cap.* 1. *lib.* 6. vbi dicit Papa, *Cordi nobis eſt lites minuere, & à laboribus releuare ſubiectos.* Ad idem ſupra *collat.* 6. *in Proœmio.* & *collat.* 7. *in Proœmio.* & vide quæ in eis dixi. Concordat etiam in *Proœmio ſexti libri. Decre.* & *de offi. leg. c.* 2. & *de officio ordin. c. vt litigantes. lib.* 6. facit infra *eadem, cap. volentes.* ¶ Sequitur in textu, *quod nullus pro debito ciuili querelam offerat per viam conſtitutionum pacium & trengarū*, ſubaudi: quia hoc iam erat ſtatutum per conſtitut. pacium & treugarum; ſed non ita clare, quia violatio † pacis crimen eſt: & licet cauſa pacis ſit ciuilis, tamen à crimine deſcendit, vt ſupra *cap. querelam.* in prin. & *c. ſicut aduerſus.* §. *caueat antē Vicarius.* Et in hoc caſu adhuc tenet hodie præſens conſtitutio in ſui parte prima, quia pro debito ciuili non poteſt agi per viam querelæ pacium & treugarum violatarum, vt hic eſt caſus clarus & rotundus vſque ad §. *ſi autem per venditores cenſualium.* & in Pragmatica Regis Iacobi ad conſulta nouem quæſtionum Vicarij Roſsilionis, in reſponſione ad quintam: vbi dicitur, quod per formam pacis non poſſunt peti debita, quia non frangunt paces, ſi debita non perſoluunt. Sequitur in textu, *Et ſi oblata fuerit, nullatenus admittatur*, ſubaudi, & ſi forſan de facto fuerit admiſſa, non valebit proceſſus tamquam factus contra prohibitionem legis & conſtitutionis, vt *C. de legibus. l. non dubium.* & dixi ſup. *ead. c. als procuradors fiſcals.* vnde talis querela illico debebit lacerari, & reijci, iuxta notata *extra. de officio Vicary, c. ad audientiam.* Nota ergo, quod dicit, pro debito ciuili. Sed †quid pro debito fiſcali? Reſpondeo idem, ſi non deſcendat ex crimine; & idem ſi ex crimine, niſi in caſibus, in quibus fiſcus admittitur ad dandum querelas pacium & treugarum, de quibus dixi ſupra *ead. c. quia quandoque contingit.* §. *caueant autem ipſi officiales.* Non ergo pro pœna pecuniaria etiam fiſcali admittetur querela pacis & treugæ, nec pro aliqua actione ciuili: ſecus ergo pro criminali à contrario ſenſu: vnde ſi quis mihi obligauerit rem alij obligatam, quæ ambobus non ſuſficiat, quia tenetur crimine ſtellionatus, vt *l. vltima.* §. 1. *ff. de crimine ſtellionatus.* tunc poterit agi forſan de parte violata, quia delinquendo mihi damnum infert. Item ſi finxerit ſe eſſe me, & meo nomine donationem bonorum meorum alteri fecerit, falſum committendo, vt alias viſum fuit, poterit querela contra falſarium offerri pro damnis illatis ratione dicti criminis falſi, vt *l. falſi nominis. ff. ad legem Corn. de falſa.* cum ſimilibus. faciunt notata ſupra *ead. cap. querelam*, ſuper verbo, *cum crimen, delictum, ſeu quaſi.* Sed forte † pro minima offenſa non habebit locum querela pacis & treugæ. ſicut nec diuinorum ceſſatio, vt notat *gl. ſ. extra. de officio ordin. c. Si canonici.* ſuper verbo, *cauſa.* & videtur caſus in cōſtitutione ſacri Concilij Terraconenſis *cap. olim excommunicaſſe.* ibi, *ad res modicas.* & ibi nota. Hoc † tamen non diſtinguitur per conſtitutiones Cathaloniæ, & pro modico violatur pax, vt *in feudis, de pace tenenda.* §. *ſi quis quinque ſolidos.* ¶ Sequitur in textu §. *Si autem per venditores*, vbi eſt ſecunda pars, in qua ponit duos caſus, in quibus propter ſpoliationem poſſeſsionis ſeu quaſi ipſorum cenſualium mortuorum, violariorum, & aliorum cenſuum poterat offerri querela pacis & treugæ, puta, quia claudendo locorum oſtia, vel minas petentibus inferendo, veniebant contra iuramentū promiſſionis de ſoluēdo, & ſatis iuſtum & æquum hoc videbatur, quia iſti doloſe, & delictum committendo damnificabant ex propoſito animi. Vnde miror cur hoc non fuit renouatum infra *collat.* 11. in conſtitutione cenſualium & violariorum, quæ nouiter emanauit, cum & ibi in caſu reſiſtentiæ claudendo oſtia, & alias factę executoriæ etiam ſit locus proceſſui pacis & treugæ, vt ibi dicam Deo duce latius, & ideo hic leuiter pertranſeo. Sed nimirum quia hoc fecit diſcordia Baronum, qui ſunt valde cum iſtis cenſualibus obligati, & ideo multi contradixerunt prouiſioni factæ infra *colla.* 11. *c.* 1. abhorrent etenim executiones rigoroſas poſſe fieri contra eos, & eorum

Digitized by Google

eorum vniuerſitates, villas, loca, & bona. Sequitur in textu, *Mortua vulgo in Cathalonia nominantur*. dic, ideo † dicuntur mortua, quia numquam moriuntur, quia mortuus iam non moritur, vt in Epiſtola Pauli ad Romanos cap. 6. Sed † violaria dicuntur, quæ ad vitam certarum perſonarum conceduntur, vt illis morientibus moriantur: & ſic tantum dicuntur durare & viuere, quã diu illæ perſonæ, de quibus conuenit in inſtrumento venditionis, vixerint, ſed illis mortuis etiam moriuntur ipſa violaria; & iam tunc non ſunt violaria, cum ſint extincta, & annihilata: nã mortuum dicit priuationem vitæ, & quod mortuum eſt, non eſt. Et ideo mirandum eſt, cur dicantur cenſualia mortua, quia dicendo, mortua, videtur dicere nullum & ſopitum: vt *ff. iudi. ſoluti. l. cum lite mortua*. Vnde potius deberent dici immortalia. Et dicitur hic, vulgo † taliter denominari, quia denominatio cenſualis mortui eſt impropria, quia magis proprie deberent dici cẽſualia mortalia, vel immortalia, quia violarium eſt cenſuale mortale, ſeu moriturum; ſed cenſuale mortuum eſt proprie cenſuale immortale, licet fuerit eo inſtrumento gratiæ luitiuũ, vel luibile, & redemptiuum: & ſic notanter dixit, taliter vulgo denominari, quaſi dicat, impropria eſt talis denominatio, ſed ſæpe alluditur vulgari: ſic *extra. de præſcri. cum ſ. c. abuſionibus. in Clem.* cum ſimilibus. & eſt ſimile quod notat *Iacobus de Calicio* de † amortizationionibus. quia potius deberent dici annationes. de quo vide in *Margarita Fiſci, 8. dubio. verſ. 56*. Sed quod dixit, *in Cathalonia*. idcirco dixit, quia † in Cathalonia magis frequentantur, & forte ibi habuerunt initiũ huiuſmodi contractus cenſualium & violariorum: & vtinam talia ſcire non licuiſſet: & forte hæc cenſualia fuerunt maxima occaſio guerrarum, & deſtructionum huius patriæ, quæ enenerut anno 1462. quia multi pro eis ſaltem propter ancipitem & perplexam eorum conſcientiam dãnati fuerunt, & forte damnabũtur propter ſcrupulum conſcientiæ. An ſint contractus, † vſurarij, vel alias reprobi, dicetur in allegata conſtit. infra *collat. 11*. & vide conſilium *Innocentij extra. de vſuris. cap. in ciuitate*. & quę ibi notantur per *Antonium de Butrio*. Interim videtur poſſe dici, quod ſint valde periculoſi. Vnde dic, *in Cathalonia*, ſcilicet, maxime, quia idem in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum: quia neſcio quod alibi vtantur huiuſmodi contractibus cẽſualium mortuorum, & violariorum. ¶ Sequitur in textu, *vel aliorum cenſuum*, ſubaudi, debitorum ex contractu feudali emphiteoticario, vectigali, cenſuali, libellario, vel alio huiuſmodi. Sed forte de feudali ſecus, ſi feudatarius inde præſtitiſſet homagium, quia propter violationem homagij dicetur delinquere, & damnum dari iniuria & crimine ſpoliantis. In his † ergo contractibus cenſualibus, in quibus eſt dare proprietatem & annuam penſionem perpetuam, eſt dare quaſi poſſeſſionem, vt patet hic, & notat *Gui.* & *Bart. in l. ſciendum. ff. qui ſatis cog.* Sed in alijs ſimplicibus nominibus non eſt dare poſſeſſionem; vt *l. 2. ff. pro ſocio*. ideo in † præſcriptione iſtorũ ſimplicium nominum non requiritur poſſeſſio præſcribentis, ſed ſufficit ſola negligentia non pertentis. Secus † eſt in cenſualibus, in quibus cẽſuarius non poſſidet, & per conſequens non præſcribit proprietatem, nec futuras pẽſiones, niſi prius interuerterit poſſeſſionem ſeu quaſi, quia ſine poſſeſſione, vel quaſi, præſcriptio non procedit: vt in *regul. iuris, c. ſine poſſeſſione. lib. 6*. iũctis *gloſ.* & *Doct.* Sed etiam de iure canonico interuertens poſſeſſionem, cum ſit in mala fide, non præſcribit, vt in *reg. iuris. c. poſſeſſor*. alias, *mala fide poſſeſſor. lib. 6*. & *de præſcript. c. quoniam*. ¶ Sequitur in textu, *poſſeſſiones, vel quaſi*. hoc ideo dicit, quia talium † iurium incorporalium non eſt vera, id eſt, propria poſſeſſio, ſed dicitur quaſi poſſeſſio, iuxta notata per *Innocentium extra. de elect. c. querelam*. Vbi etiam nota † quod ſpoliatus huiuſmodi iuribus incorporalibus habet vtile interdictum, non tamen habet directum interdictum *Vnde vi*, ſed vtile, ſed officium iudicis habet. de quo etiam notat idem *Innocentius extra. de cauſa poſſ. & proprie. c. cum olim*. Nota tamẽ, quod † cõſulens ſpoliationem, non tenetur interdicto *Vnde vi*, ſicut mandans tenetur, ſecundum *Bald.* & *Innocentium* in alleg. *cap. querelam*. vbi etiã nota, quãto † tempore negligendo amittatur poſſeſſio recipiendi penſionem per denegationem. Sed pone, † quod pro ſecuritate cenſualis, vel violarij, eſt ſpecialiter obligata domus, caſtrum, vel aliud corporale, & ipſum pignus traditum, ſaltem per corporalem poſſeſſionem, & intra manus miſſionem in caſu ceſſatæ ſolutionis, vt fieri ſolet in talibus contractibus: modo in caſu ceſſatæ ſolutionis ſpoliatur creditor illo corporali pignore ſic tradito, quia eijcitur violenter, vel reuocato precario denegatur traditio corporalis poſſeſſionis: quæro an in iſtis caſibus habebit locum proceſſus pacis & treugæ propter ſpoliationem poſſeſſionis corporalis illius pignoris? Reſpondeo quod ſic indubitanter, quando creditor à poſſeſſione, quam corporaliter, vel alias per ſe, & eius colonum vel inquilinũ poſſidebat, violenter eijcitur, quia ſpolians tũc cõmittit vim, & grauiter delinquendo dat damnũ in corpore, vel in rebus, quia ſaltem damnificatur in poſſeſſione & tenuta pignoris ſubſtracti, vt *ff. ad legem Iuliam. de vi publica. l. hi qui ædes*. & ſi, *ad legem Iuliam. de vi priuata. l. nec intereſt*. & *l. ſi quis aliquem deiecit ex agro*. & *l. creditores*. & *l. ſeq*. & *C. eodem. l. in poſſeſſionem*. & *l. ſi quis ad fundum*. & intereſt noſtra, quia tutius eſt pignori incumbere, † quam in perſonam agere, vt *inſtit. de obli. quæ ex malefitio naſcuntur. §. furti*. Et idem forte credo in reuocatione precarij, ſi poſſeſſionẽ interuertat precario poſſidens, & tradere recuſauerit, & venientem dominum & poſſeſſorẽ per mali-

Digitized by Google

malitiam ejecerit,& non admiſerit, quod tamen non vidi ſeruari. Si tamen cum per actionem ciuilem de precario, vel per interdictum *Vnde vi*, poſsit ciuiliter experiri,& ſic dicatur ciuile debitum ſecus erit per hanc conſtitutionem, & ſimiles, & tunc quo remedio ſuccurratur, dic latius per *Henricum Boich in alleg. cap. querelam. vlti. diſt.* ¶ Sed ſi fuerit pignus mobile traditum, & poſtea precario concellum, niſi reſtituatur reuocato precario, dicetur committere furtum vlterius contractando illum inuito creditore poſsidente, qui precario concellerat,& ſic tunc forſan
22 haberet locum querela pacis & treugæ. ¶ Sed† quid ſi interuenit homagium in huiuſmodi contractibus, vt in aliquibus viſum eſt fore factum, præmaxime in & pro hoſtagijs tenendis? Reſpõdeo, quod tunc propter violationem homagij committitur crimen,& tunc habet locum querela pacis & treugæ: & ideo magnates in magnis cenſualibus conuenerunt in eorum cõtractibus adiungere iuramentum & homagium, quod, & quando liceat, vide ſupra *collat. 4. curiæ 2. Barcinonæ cap. 26. Item ſi debitum debetur.* & adde quæ
23 ibi ſcripſi. Et ſic nota † ex iſto textu, quod in iſtis cenſualibus eſt dare quaſi poſſeſsionẽ, quia emptor poſsidet, ſeu quaſi; quia venditor cenſus vel cenſualis, cõtendo ſe nomine emptoris poſſidere, transfert dominium, & quaſi poſſeſsionẽ: quia per conceſsionem precarij in iſtis iuribus incorporalibus tranſit dominium & poſſeſsio: *ff. pro ſocio. l. 2.* & *ff. de pac. le. ab emptore.* vide in *l. certe. §. 1. ff. de precario.* quia traditio, quæ fit per actum fictum, eſt ficta traditio, ſed poſſeſsio, quæ traditur, eſt vera poſſeſsio: vnde patet, quod emptor cenſualis quaſi poſsidet ipſum cẽſuale, ſcilicet, proprietatem & ius vendendi ipſum cenſum, hoc eſt, annuam penſionem. Vnde venditor qui nomine precario emptoris poſsidet, nunquã præſcribit ipſam proprietatem, nec futuras penſiones, quia non ſibi poſsidet, ſed ille poſsidet, cuius nomine poſsidetur; niſi poſtquam interuerterit poſſeſsionem, malicioſe denegando ſoluere, & ſic ſpoliando emptorem cenſualiſtam: iuxta notata per *gl.* & *Doct. in l. male agitur C. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.* & *Ioan. de Platea in l. iubemus. C. de fundis patrimonialibus.* Sequitur in text. *ſpoliati fuerint per malitioſam denegationem penſionis.* Nota, quia hic videtur caſus pro his quæ alias ſæpius dixi, conferendo cũ ſo-
24 cijs, quia tunc † demum poteſt prætẽdi ſpoliatio & oppreſsio iurium, quando malitioſe denegantur, quia requiritur dolus in ſpoliatione iurium incorporalium, ſicut in ſpoliatione rerum corporalium, ſecundum *Doctores de Rota cõcluſ.* 11. & notat *Innocentius in cap. querelam. de elect. ſu-*
25 *per verſ. ſubtracta*: quoniam † ſi debitor ſponte confitetur ſe debere, & præſto ſoluere, ſi haberet; ſed quia non habet facultatem ſoluendi, ideo non ſoluit, non dicetur ſpoliatio, neque oppreſsio, & hoc caſu non poſſet debitor trahi ad forũ Eccleſiæ, tamquam oppreſſor, vel ſpoliator iurium Eccleſiaſticorum, per *cap. cum ſit generale. extra. de foro compet.* cuius contrarium ſeruatur de conſuetudine in curia Epiſcopi Gerunden. Sed
26 eſſet † cautela, quod debitor in ſuo foro cederet bonis: & tunc non poſſet prætendi ſpoliatio, & talis ceſsio haberet fieri coram iudice cedentis, cum ſit reus voluntarius, ſicut dicimus in iactato per *l. diffamati. C. de ingenuis manumiſſis.* hocque verum, ſi præueniat cedens: ſed quando prævenitur in foro Eccleſiæ, tunc quia ceſsio habet vim exceptionis dilatoriæ ſolutionis, haberet opponi coram iudice præueniente, ratione oppreſsionis, niſi velles dicere, quod veniret reus, & diceret: Ego non ſpoliaui, nec intendo ſpoliare: ſed quia non poſſum ſoluere, volo corã meo iudice facere ceſsionem bonorum creditoribus meis, & ex his opponat fori declinatoriam iudicis Eccleſiaſtici, quæ ex ſola expoliatione, ſiue oppreſsione cauſatur, quæ tamen oppreſsio ceſſat hic, quia non eſt ſpoliatio, niſi vbi eſt malitioſa denegatio, & non poteſt dici malitioſa, cũ quis vult, & non poteſt ſoluere, & ſpoliatio dolum requirit, vt eſt dictum; & non eſt dolus vbi excuſatur animus ex impotentia ſoluendi, iuxta notata in *c. Odoardus. de ſolutionibus.* & dixi in materia ceſsionis bonorum, & tales cedens nullam vim facit: vt *ff. de reg. iuris. l. factum. §. non vi-*
27 *detur.* Item nota, quod † qui dicit ſe ſpoliatũ penſione præterita, habet docere de iure ſuo, antequam ſibi penſio præterita adiudicetur: quia in iſto caſu tale poſſeſſorium à petitorio ſeparari non poteſt. vide in concluſ. Rotæ 11. vide notata in *c. tranſmiſſa. extra. de reſtit. ſpoliat.* Sequitur in textu, *ſecundum iuris communis doctrinas*, ſubaudi, de quibus vide per *Innocent.* & *Ant. de Butrio in alleg. c. querelam. extra. de elect.* & nota hic reprobari opinionem *Cini*, qui contra *c. querelã.* de hoc conquerebatur *C. & l. ab emptore. ff. de pact.* &
28 ibi *Bart.* Et nota, quod ſola † obliuione vel tẽpore non perditur poſſeſsio, ſed tempore iuncta obliuione. vide *gl. ſ. in l. ſi homo. ff. de vſuca.* Si quis
29 nomine † alterius confiteatur ſe poſsidere, nullam retinet poſſeſsionem, ſecundum *Bart. in l. in-*
30 *terdum. ff. de adqui. poſſeſ.* Et † precaria poſſeſsio non eſt vitioſa, donec durat voluntas, alias ſic. *gl. ſ.* & *Bart. in l. Pomponius. §. ſi is qui precario. ff. eo-*
31 *dem tit.* An per contractum conſtituti transferatur quaſi poſſeſsio iurium incorporalium, vide *Bar.*
32 *in l. quod meo. ff. de adqui. poſſ.* Et quando † dicatur quis poſſeſsionem interuertere, vide in *l. ſi qui rẽ quam.* & *l. qui bona. §. fin. ff. eod. tit.* Quod dicitur, poſſeſsionem animo perdi, eſt verum, quãdo ad eius retentionem animus exigitur, ff. *de adquir. poſſ. l. clauſula. §. fin.* Ideo ſolo animo perditur naturalis, quia in illa retinenda requiritur animus. Sola ciuilis poſſeſsio eſt, quæ parat præſcriptionẽ. *gloſ. in 3. §. ex contrario. eod. tit.* Sequitur in textu, *vera ſpoliatio poſſit dici*, ſubaudi, & ideo poterit agi criminaliter & ciuiliter per querelam pacis
& treu-

d by Google

& treugæ. Sed hoc fuit temporale, habet etenim ſpoliatus multa remedia iuris, per iudicia reſtitutoria, ſcilicet interdicti *Vnde vi.* & *c.ſi pe.ext.de reſti.ſpoliat.* & *c.reintegranda.3.q.1.* cum ſimilibus. Quandoque poſſeſsio, id eſt proprietas. *C. ſi pignus pignori datum ſit.l.1.* quandoque, id eſt, res poſſeſſa. *C.de rei ven.l.quotiens.* & *C. de proba. l.2.* Et non eſt dare poſſeſsionem obligationis quantitatis, quia eſt obligatio generis, & poſſeſsio ſemper determinatur ad aliquam ſpeciem: *gloſ.de cõdi.inde.§.ſi nummos.* Item precario poſsidens non dicitur poſſeſſor cogitatione dominij, iuſtus tamen poſſeſſor. text. *ff. de noxa.l.ſi ſeruus. §.is qui.*

34 Et nota, † quod ſi iudex, iuris ordine non ſeruato, & de facto poſſeſsionem meam transfert in aliũ, poteſt ipſam reuocare, etiam poſſeſſore non vocato: vt *extra.de reſti.ſpol.c.conquerente.* & notat *Innoc.& Bald.* ſuper dicto *c.querelam.ext. de elect.* & dixi ſupra *colla.6 curiæ Monteſſoni c.quia in ſententiis.verſ.vlterius nota.* & idẽ notat, & latius *Io. Fab.inſti.de pœna temere litigantium.§.vlt.* ſuper *glo. vel quaſi*, ibi cum alleg. *§.in eum*, & c. in *verſ.Item vtrum is textus obtineat generaliter*, &c. Dicit tamẽ

35 quod † conſuetudinarij hoc non ſeruant; immo vocant partem, ſiue iuſte, ſiue iniuſte mandatum fuerit, ad requeſtam partis. De hoc per *Bartho.de Salic.C.de pactis.l.ſi pacto quo pœnam.* & per *Old. in quæſtionibus ſuis.* Pro quo eſt caſus. quia nullus po-

36 teſt † ſine cauſæ cognitione ſpoliari, vt ſupra *collat.2.curiæ 2.Barcinone c.26. Item quod nos, vel officiales noſtri non ſpoliemus.* vide & adde quæ ſcripſi ibi. Item nota litteram iſtam, quia dicit, *vera ſpoliatio poſsit dici*, non enim dicit, quod ſit vera ſpoliatio, ſed quia poteſt dici ſic improprie, eſt enim quædam quaſi ſpoliatio, ſicut dicitur quaſi poſſeſsio iurium incorporaliũ, vt *l.2.* & ibi nota

37 *ff.pro ſocio.* & vbi non † eſt vera poſſeſsio, ibi nõ eſt vera ſpoliatio: ſed vbi eſt quaſi poſſeſsio, ibi poteſt eſſe quaſi ſpoliatio; & ſic notãter dicitur in littera, *poteſt dici*, quia improprietatem quan-

38 dam notat; qui † enim conqueritur de ſpoliatione, dicit ſe poſſediſſe; & ita habet duo probare, ſcilicet, ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe. *ext.de reſti.ſpol. c.olim cum cauſam.* & *ff. quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.* & notat *Innoc. ext.de offi.*

39 *dele.c.conſultationibus.* Et † ideo videtur hic quod querela pacis & treugæ non datur, niſi ex cauſa veri criminis ſeu delicti, & non quaſi delicto: q tamen ſecus eſt, vt ſupra *ead.c.querelam.* & ibi dixi de hoc, quia licet hic ſit quaſi ſpoliatio, non tamen eſt quaſi delictũ, ſaltem punibile, ex quo poſsit agi criminaliter: quod requiritur in proceſſu pacis & treugæ, licet in ea agatur ciuiliter tantum, & cauſa ciuilis dicatur de iure Cathaloniæ: vt ſupra *collat.2.curiæ 2.Barcin.c. 44. Itẽ cum in conſtitutione.* & eſt ciuilis, quia apud ciuilẽ iudicem tractari poteſt, etiam contra clericũ coniugatum. Sed hoc eſt per Concordiam Cardinalis Conuenarum, alias contra. *extra. de clericis cõiugatis.c.1.lib.6.* ¶ Sequitur in textu, *vel per repul-*

ſionem aditus ad debitores. Hic eſt ſecundus caſus,

40 in quo † poterat querelari propter ſpoliationẽ factam, violenter repellendo creditorem veniẽtem pro habendo penſiones debitas, ſic qui eſt dominus & poſſeſſor veniens ad ſuam poſſeſsionem, ſi non admittitur, dicitur ſpoliatus: vt *ff.de adqui.poſſ. l.clauſula poſsidere. §.qui ad nundinas.* adde notata per *gloſ.& Doctor. in l.male agitur. C.de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum.* Et dicitur violenta huiuſmodi ſpoliatio, ſiue repulſio, eo ipſo quia oſtia clauduntur, vel quia minæ inferuntur, vt ſtatim ſequitur, ibi, *puta, claudendo ſuarum villarum, vel locorum oſtia*, &c. Nota ergo,

41 quod † olim per hanc conſtitutionem poterat dari querela pacis & treugæ, ex quo creditori oſtia claudebantur, & minæ inferebantur. Hodie vero non, niſi talis violentia inferatur, reſiſtendo officiali exequenti huiuſmodi cenſualia: vt *colla. 7.in conſtitut.cenſualium.c.1.§. Ella o un al oficial*

42 *executant fos reſiſtit*, &c. vide ibi. Et † nota, quod dicit, *claudendo oſtia repellitur aditus*, quia ſecus, ſi clauderentur oſtia poſt ingreſſum, quia tunc eſſet crimen captionis, ſiue incluſionis, & eſt crimen priuati carceris, vt *C. de priuato carcere. l.1.* & ita eſſet tunc crimen detentionis illicitæ, ob quam adhuc hodie poſſet dari querela pacis & treugæ, propter damna & iniuriam huiuſmodi illicitæ captionis ſeu incluſionis. Item quod dicit, *minas petentibus inferendo*, forte debet intelligi, quando minæ nõ erant atroces; alioquin quia minæ de ſe ſint delictum, non dubito, quin ad dãna, ſaltem quæ darentur prætextu minarum, poſſet dari querela pacis & treugæ. pro quo vide notata ſupra *ead.c.com molts entenens*, vbi dixi ſatis late de minis. Sed tamen hic textus loquebatur ſimpliciter de minis, non diſtinguendo inter atroces, vel minimas, igitur, &c. arg. *l.de pretio. ff. de Publicia.* vide & adde quę leguntur & notãtur infra *ead.c.vlt.* ibi eſt caſus, in quo propter minas habet locũ querela pacis & treugæ. Sequitur in textu, *Si iuramentum*, &c, ibi infringere creditores ſeu obligari non dubitauerint. Hic videtur, quod ſolum habeat locum hæc conſtituto cõtra

43 debitores obligatos perſonaliter, quia † iuramẽtum habet obligationem perſonalem quoad vinculum iuris, quod non tranſit in ſucceſſorem quoad pœnam violatæ religionis, vt *extr.de iure iur. c.veritatis.* & hoc probat littera, quæ ſequitur, *contra promiſsionem & religionem præſtitam veniendo.* quia hæredes & alij ſucceſſores non adſtringuntur pœna periurij per religionem iuramenti per debitores præſtiti, licet illud ſeruare teneantur: *extra.de foro compe. c. cum laicus. lib.6.*

44 Et nota, quod debitor, † qui iurauit ſoluere certa die, & non ſoluit, incurrit periurium, & ſic nõ poteſt præſcribere, cum ſit in mala fide. De hoc notatur per *Innoc.* & *Henri.c.ſi diligenter.extra. de præſcript.* Secus in hęrede: ſed forte idem, ſi velit

45 vti acceſsione defuncti. Sed † quid ſi cum homagio iurauit tenere hoſtagia, & requiſitus violauerit

uerit homagium,numquid propter hanc violationem poterit offerri querela pacis? Reſpõdeo quod ſic,& ita vidi ſeruari, & aliquando ſeruaui,quoniam iſta violatio homagij eſt delictum, & ideo poteſt querelari. vt ſupra *ead.c. querelam de pace violata.* vide in vſat. *Iudicia curiæ.* Et ſequitur, *In hoc caſu concurrente aliquo prædictorũ*, &c. quaſi dicat,ſecus in alio caſu, quia licet eſſet facta repulſio aditus per clauſuram oſtiorum, vel minas,ſi tamen ſoluendo,vel alias conueniendo eum creditore ſeruaretur iuramenti religio, non haberet locum hatus *cap.* diſpoſitio, nec oblatio querelæ pacis & treugæ,quia iam ceſſarent dãna,propter quæ habet dari querela. ¶ Sequitur in text. *poſſit in his caſibus, & quolibet ipſorum.* dic
46 quod erant tres † caſus. Vnus propter malitioſam denegationem ſoluendi. Secũdus per repulſionem aditus, oſtia claudendo. Tertius propter minas: ita tamen quod in duobus vltimis requirebatur violatio iuramenti. Sed ſi in primo caſu ſufficiebat malitioſa denegatio, quæ tamẽ in ſe habet violationem iuramenti in debitore qui iurauit. Vnde dic pro maiori declaratione iſtorum,quod aut petebantur penſiones à debitore cum iuramento obligato, aut ab eius ſucceſſore, vel alio bouaticum tenente. Primo caſu poterat dari querela contra debitorem in tribus caſibus prædictis,ſcilicet,propter ſolam malitioſam denegationem, propter repulſionem aditus, claudendo oſtia locorum,factam, & propter minas. Secũdo caſu poterat dari querela pacis & treugæ contra hæredes & ſucceſſores ſolum in primo caſu, ſcilicet, denegatæ ſolutionis. propter malitiam ſpoliãdo,quia erat in poſſeſſione, vel quaſi,quia dicuntur ſpoliatores violẽti,licet nõ dicantur violatores religionis iuramenti, quod ipſi non præſtiterũt. Sed in caſu claudẽdi oſtia, vel minarum, dummodo ſolutionem non denegauerint, non habebit locum querela pro ſolutionibus cenſualis: ſed forſan habere poſſet locũ pro alijs damnis principaliter illatis ex clauſura oſtiorum,vel propter minas. vt dixi in caſu incluſionis: ſed tunc non agitur pro cẽſuali, nec pro ſpoliatione; ſed pro damnis alias illatis ex illa incluſione,vel ex illis minis. Sed quæro hic
47 an † pro modico, puta pro vno denario, vel vno ouo detur reſtitutio,& querela pacis & treugæ? Et videtur quod ſic, quia hæ conſtitutiones ſimpliciter loquuntur, & non diſtinguunt de quantitate,nec de valore,& pro quinque ſolidis pax dicitur rumpi,vt *in feud.de pace ten.§. ſi quis quinque.* facit 3.*q.*2.*c.cum eccleſia*,ibi,*omnium*,quia qui omne dicit,nihil excludit. *Hugo* ibi dixit,quod forte in paupere res tam modica eſt attendenda, ſecus in diuite, vel forte in talibus res tam modica non eſt attendenda. Pro primo dicto facit *ead.q.c.electis.* & *c.ſi Epiſcopus.* & 2.*q.*2.*c.* 1.& per totum,ſecundum *Gui.* in alleg.*c. cum eccleſia.* vide quæ dixi ſupra *cõſil.6.curiæ Montiſſoni c.ſi ratione.* ¶ Sequitur in tex. *præcedente tamen prius in his caſibus informatione ſummaria de caſu qui aſſertus fuerit in querela.* Nota pro his quæ ſcripſi ſupra *ead.*
48 *c.querelam.* circa prin. Et nota verbũ *prius*, quia dicit ordinem,ſicut dixi ſuper verbo *tunc*,in alleg.*c.querelam.ſup.ead.* Sed quia hic dicit, *in his caſibus*,notat aliquam ſingularitatem, quæ eſt in
49 hoc,vt requiratur informatio ſummaria probãs & non ſufficiat iudicium, vel fama, ſicut eſt in dicto *c.querelam*,ibi,*vel ſaltem*,&c. Item forte in
50 hoc caſu † requirebatur partis vocatio, ſuper ipſa informatione,arg.infra *c.*proxi.ſed non vidi practicam,quia parum durauit hæc conſtitutio,& tempore domini Ferdinandi nondum fueram aduocatus, nec adhuc bonus baccalaureus.
51 Et † regulariter etiam in ſummarijs requiritur partis vocatio,vt dixi ſupra *ead.c.com moits.* No-
52 ta † tamen,quod teſtes recepti in hac ſummaria informatione non proderunt poſtea in plenario iudicio,quoad diffinitiuam, niſi repetãtur lite conteſtata,vel habita pro conteſtata: vt *ext. de teſtibus.c.veniens.* & *c.cum in tua.* vide quę in eis notat *Antonius de Butrio.* ¶ Sequitur in tex. *Caueant autem ipſi officiales.* Hic eſt verſiculus declarans præmiſſa,& puniens officiales contrafaciẽtes. Dicitur enim hic,quod in caſu quo deberet admitti querela pacis & treugæ pro huiuſmodi cenſualibus mortuis, violarijs, & alijs cenſibus annuis,erat neceſſe conſtare prius de vera ſpoliatione prædicta,alias tenebatur officialis parti querelatę & monitæ ad damna & expenſas. Et ex hoc videtur probari quod dixi hic eſſe ſpeciale, vt ex illa informatione conſtaret plene,
53 quia † in ſummarijs requiritur quandoque plena probatio,licet modus probãdi ſit ſummarius, quia non ſufficeret in hoc caſu probatio famæ tantum,ſed requiritur probatio ſpoliationis veræ & non fictæ. Et dic,*caueant*, id eſt, cauti exiſtant,alias dicitur,cauetur, id eſt ad cautelã prouidetur,& ſtatuitur,ſecundum *Hug.* & *Gui.in Roſario.in §.his igitur.* ſuper verbo *cauet.* 23. *diſt.* adde quæ notantur de cautione ſupra *ead.c.los ſalaris.* circa fin. ¶ Sequitur in text. *officiales, ad quos ſpectat de talibus cognoſcere*, ſupple. vt ſunt regulariter Vicarij Regij,& quidã Baiuli. de quibus ſup. *ead.c.querelam.* & *c.ſic aduerſus.* & *c.ſupra proxi.* In tex. *ne ſub ſpoliationis velamine.* forte hoc fuit expreſſum ad vitandã fraudẽ. quæ alias facta fuit. Quia quidã doloſe finxit violentiã ſibi eſſe illaram,& dedit querelã contra multos ex obligatis,vt cõparentes caperentur etiam propter ſcripturã tertij cenſualis, cũ alias haberi non poſſent,cũ eſſent de Comitatu Impuriarum.

Sed illa cautela mala eſt, quia † non licet cum
54 fraude & dolo ad ius ſuum deuenire. de quo notat *Gui.in Roſ.*23.*q. c.añs noſter.* ſuper verbo, *alias*
55 *pleſſenda petenda.* non † enim prætextu liciti eſt iudicium faciendum, quia ille taliter cum fictione conquerens incurrit periurium. Et ideo prohibetur hic velamẽ ſpoliationis ſimulatæ,& vltra dictũ iuramẽtũ requiritur probatio informationis,

Digitized by Google

tionis,per quam prius conſtet ineſſe verã ſpoliationem:& dic,veram,ideſt, non fictam,nec ſimulatam,quia ſufficit † quaſi ſpoliatio, de qua dictum eſt quæ ſecundum doctrinas iuris & Doctorum poteſt vera dici ſpoliatio. Vnde dic,vera,ideſt,non falſa,licet ſit impropria,vt dixi.vide tamen & adde quæ leguntur & notãtur per *gloſ.*& *Gui.in alleg.c. Dominus noſter.* 23.*q.*2. ¶ Sequitur in tex.*ſi expenſas*,&c. De † expenſis & dãnis vide quæ dixi ſupra *ead.c. quia quandoque.* in fine.& ſupra *collat.*8. *c. Item per tolre vexacions.*circa finem.Sequitur in tex.*Cupiunt euitare*,hoc eſt, quia male, † & contra conſtitutionem huiuſmodi procedendo faceret litem ſuam:ſic ſupra *ead.c.quia quandoque.*& in prælleg. *c. Itẽ per tolre vexacions.* & ſic poſſet in tabula ſyndicari, iuxta notata ſupra *collat.*6.*curia Montiſſimi c. Iudices.*cũ concord.ſuis. Sequitur in textu,*Hoc autem noſtrũ ſtatutum.*ſubaudi:,vltimum contentum in §.*ſi autem per venditores huiuſque.* Nota † quod permiſſum ad tempus denegatur:*ff.de vulga.& pupil. inſtit.l.ſi ita quis.*vide ibi *Kay.* nõ enim loquitur de prima parte,quæ adhuc tenet hodie quia † pro debito ciuili non admittitur querela pacis & treugę, & ita cõmuniter tenetur & ſeruatur de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres: *ff.de legibus.l ſi de interpretatione.* & *extra.de conſtit. c.cum dilectus.* Sed ſuper huiuſmodi cenſualibus & violarijs eſt hodie ſalubriter prouiſum infra *collat.proxi.cap.* 1.*& ſeq.*& ibi vide. Sed vidi dubitari, vtrum † pro commanda pecuniæ, quæ non reſtituitur, poſſet dari querela per viam pacis & treugæ? *Antonius de Meſa*, qui ordinauit talem querelam pro eius ſocero, contra quendam *de Villano* per inſtrumentum commandæ pecunię numeratæ, non ſigillatæ, tenebat quod ſic; quaſi ille eſſet fur:allegabat pro ſe §.*fures & latrones conſtitutionum diuinarum*, & ſibi ſimiles: tamen in collatione obtinui contra eum per hanc conſtitutionem, & per *l.ſi ſacculum.ff. depoſiti.* & quæ ibi notantur.& in *l.ſponſaliorum.eod.tit.*& in *l.*3.*C.eod.tit.* vide *Gui.Prapoſiti in ſuo Tractat.pacis & treugæ,c.*34.Et ibi † etiam quærit, an contra campſorem abatur poſſit dari querela pacis & treugæ;& tenet quod ſic.Et ita ego practicaui,& fuit obtentum in curia Vicarij Barcin. Sequitur in tex.*vſque ad primas curias finitas.*Ex hoc patet quod hodie non tenet huiuſmodi ſtatutũ,ſcilicet,ſecundę partis,à §.*ſi autem per venditores*, citra,quia per curiam inf.collat proxi exp:rauit. Sed vt dixi)hodie eſt aliter prouiſum inf.*collat.* 11.in conſtit cenſualiũ & violariorũ. Item etiam pro violatione homagij hoſtagiorum poteſt hodie offerri querela pacis, quia ipſa violatio homagij eſt delictum punibile, vt plene ſcripſi in Summa de Homagio. vide ibi.

De proceſſu contra fautores eiectorum à pace & treuga. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Practica proceſſus contra fautores eiectorum à pace*
2 *Fautor antequam puniri poſſit pro crimine; debet conſtare quod principalis eiectus commiſerit illud crimen pro quo conqueritur.*
3 *Audacia reprobatur.declaratur nu.*4.
5 *Pœna & ſupplicium in quibus differant.*
6 *Pœna mortis eſt pœna duriſſima.*
7 *Fautor an teneatur eadem pœna cum eiecto, ſub diſtinctione traditur.*
8 *Pœna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem incluſiue.*
9 *Sententia excommunicationis eſt maxima pœnarũ quæ ſunt in Eccleſia Dei.*
10 *Acrimonia eſt quaſi acris monitio,& deſignat auſteritatem.*
11 *Fautores & conſiliatores qui.remiſſiue.*
12 *Pœna criminis fautoria arbitraria eſt de iure Cathalonia.*
13 *Practica contra fautores traditur.*
14 *Citatio requiritur in notorijs.*
15 *Participes non excommunicantur niſi monitione præmiſſa.*
16 *Conſtitutiones generales non tollunt ſtatutum locale.*
17 *Citatio certa non requiritur,ſed ſufficit per præconiũ, vbi certum non eſt qui ledendi ſint ex illo actu.declaratur nu.*18.*&* 19.
20 *Iudex verbo poteſt citare illũ quem habet in cõſpectu.*
21 *Probatio plena ſit per duos teſtes.*
22 *Probatio eſt res dubia in iudicio per legitimos modos declaratio.& iſti modi traduntur nu.*23.
24 *Contra fautores hodie non proceditur ex officio,vel ad inſtantiam partis,niſi præcedentibus monitione & informatione.*
25 *Lex vel conſtitutio finita vel abrogata iam non eſt cõſtitutio nec lex.*

Licet præbere fauorem & auxilium à pace & treuga eiectis,&c.Longa eſt,& non poteſt cõgrue ſub breuibus ſummari: eſtque hodie renouata in ſuo effectu ſub verbis vulgaribus,infra *colla.proxima,c.la rigor.*quia hæc fuit temporalis:ſed illa eſt perpetua & ibi dixi quid eſt rigor.Et tractatur in his duobus capitulis practica proceſſuum contra fautores eiectorum à pace & treuga. De 1 qua † vide in *Directorio Pacis Iacobi de Caſſicio, in* 23.*dubio principali.* & ibi hanc materiã proſequitur latiſſime: vnde nõ oportet in his multum inſiſtere. Sed pro declaratione litterę procedam, ſeruando morem.Et primo diuiditur hoc *cap.* in partes quatuor;quia in prima parte per modum exordij intendit rigorem procedendi contra huiuſmodi fautores temperate, vſque ad §.*ſtatuimus itaque & ordinamus.* ibi eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, qualiter contra fautores ad partis priuatæ inſtantiam procedatur,ſeruata forma & practica conſueta conſtitutionum pacium & treugarum, vſque ad §. *Si vero procedere velimus.* ibi eſt tertia pars,in qua dicitur, quod non procedatur contra fautores eiectorum ex officio,vel ad fiſci inſtantiam, niſi, præcedente monitione vt deſiſtant, fauorem eiectis poſtea impendere præſumpſerint: de qua fautoria habeat

conſtare per informationem vocata parte receptam. Et ſi de ipſa fautoria taliter conſtiterit, potuerint illico pro iectis ipſi fautores publicari,& euitari,& alias pœnis duriſsime caſtigari arbitrio iudicantis. Hoc dicit, vſque ad §. *Et hanc noſtram*, & ibi eſt quarta pars, in qua dicit, hanc conſtitutionem fore temporalem, tantum duraturam vſque ad primas finitas curias, ſicuti
2 dixi ſupra *c.* proxi. in fine. ¶ Illud tamen † pro aliquali euidentia nota, quod antequam fautor puniatur pro crimine, habet conſtare quod prin cipalis iectus illud crimen, pro quo conqueritur, commiſerit, prout notat *Iac. de Calicio in Directorio. 23. dubio principali. §. Sed pone, contra aliquẽ offertur.* vide ibi latius. Super textu, ibi, *refranetur audacia.* Nota hic † reprobari audaciam: ſic
3 *extra. de appel. c. qua fronte.* & *C. vnde vi. l. ſi quis in tantam.* arg. contra *ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. nũc in lege.* in fine. & *C. de nouo Codice compo. l. vnica.* in
4 prin. Circa iſta † ſecundum *Henricum* diſtingue, quia aut quæris de audacia, quæ verſatur circa illa, & talis damnatur & reprobatur, vt hic, & in concordantijs: & hęc vocatur temeritas, vt *C. de ſacroſan. Eccleſ. l. iubemus nulli poſthac. §. Sane. 86. diſt. c. tanta nequitia.* Aut quæris de audacia, quæ verſatur circa licita, & talis laudatur vt in con trarijs. de hoc notatur per *Gui. in Roſario 8. q. 1. c. audacter.* Sequitur in textu, *pœnis duriſsimis.* Nota
5 quia † habemus pœnam & ſupplicium, ſed diſte runt. Ná pœna ſine ſanguine eſſe poteſt, ſed ſupplicium dicitur proprie, cum quis ita damnatur vt bona eius confiſcentur, & in publicum redigantur, ſecundum *Gui.* qui hoc ita notat in *c. nemo peritorum*, 11. *q.* 3. Et quod hęc littera dicit, *duriſsimis*, ſubaudi, *arbitrio iudicantis*, vt infra *eod. in verſ. vel alijs pœnis duriſsime*, &c. arg. ad hoc *ff. de iure delib. l. 1.* & *extra. de offi. dele. c. de cauſis.* Quan-
6 doque pœna duriſsima, eſt pœna mortis, quæ vl timum ſupplicium dicitur, vt *ff. de pœnis. l. vltimum.* adde quę ſcripſi ſupra *eod. c. Sicut aduerſus*, ſuper verbo, *ſeueritas.* & verius etiam nota ſup. *eod. c. quia quandoque contingit*, ſuper verbo, *acriter caſtigari.* Sed videtur quod debeant puniri pœna inimici & hoſtis publici, tranſfugæ, & proditoris, quia iuuat hoſtem Regis, & totius Reipublicæ, iuxta notata ſupra *collat. 6. curia Perpiniani cap. vt occaſioni*, vbi dixi de pœna proditoris: & hoc videtur ſonare littera, dum dicit, *pœnis duriſsimis.* & facit verbum quod ſtatim ſequitur,
7 *propter grauitatem ipſius*, &c. quia † fautor tenetur eadem pœna cum principali iecto, ac ſi eſſet fideiuſſor eius. Quid dicendum? Breuiter, ſalua determinatione melius ſentientis, videtur dicendum, quod aut quæris de fautore, qui participauit iecto in crimine criminoſo, & talis tenetur eadem pœna cum principali: quia agentes & cõſentientes pari pœna puniuntur: vt *ext. de ſenten. excom. c. ſi concubinæ.* & notatur in *cap. 1. de offi. deleg.* Aut quæris de alio fautore, qui ſolum participauit ſuſtinendo iectum poſt publicationem iectionis: & tunc aut quæris de pœna criminali propter fautoriam, & tunc arbitrarie punietur, vt infra *eod c.* ibi, *& iuxta modum & qualitatẽ.* & infra *eod. cap.* ibi, *vel alijs pœnis*, &c. Aut quæris de contentis in querela, & tunc tamquam fideiuſſor iecti tenebitur ad omnia deducta in querela, prout principalis tenebatur. De quo tamẽ vide latius per *Iacobum de Calicio in ſuo Directorio, 23. dubio. §. circa ſecundam partem.* & in quæſtio nibus ibi ſequentibus, quas breuitatis gratia nõ
8 curo hic referre. Vlterius † nota, quod vbi pro aliquo delicto imponitur pœna arbitraria, poteſt imponi pœna vſque ad mortẽ incluſiue, vt notat *gloſ. inſti. de iniurijs. §. in ſumma.* ſi tamen iudex arbitratur, quod imponatur maior quã fuerit ſolita imponi, vbi de conſuetudine appareat videtur grauare, & male facere, niſi hoc faciat ex cauſa *l. hodie. ff. de pœnis.* & notatur in *l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infa.* & *l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudic.* ſecundum *Matthæum in 49. notabili.* & vide *Bal. in feud. de pace iura. fir. §. iniuria.* & adde quæ ſcripſi ſupra *eod. c. quia quã doque contingit*, ſuper verbo, *mereantur acriter caſtigari.* adde etiam quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcin. cap. 9. Ité quod ſi Iudæus. §. circa quod*
9 *dic*, &c. Item nota, † quod acrimonia dicitur ſen tentia excommunicationis, quæ eſt maior pœna quę ſit in Eccleſia Dei: 23. *q.* 4. *c. corripiantur.* Facit quod notatur in *cap. cum non ab homine. extra.*
10 *de iudi.* & dicitur acrimonia, † quaſi acris monitio, & deſignat auſteritatem in vultu. vide *Doctores extra. de ſtatu mon. c. vno. lib. 6.* ¶ Sequitur in textu, *Vt tollatur vexationis occaſio.* Concordat *c. vt tollatur.* ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni.* & ſupra *collat. 7. cap. Item per tolre vexations.* ad idem ſupra *eadem, cap. cordi.* cum ſimilibus. Sequitur in
11 textu, *adiutores, fautores*, &c. Qui dicantur † adiutores, & qui fautores, & qui conſiliatores, videas *gloſ.* & *Doct. extra. de homicidio. cap. pro humani.* & *de pœnis. cap. felicis. lib. 6.* & in *Clemen. ſi quis ſuadente. eod tit. de pœnis.* alias *de ſent. excom. gloſ.* ſuper verbo, *defenſauerit.* & vide ibi *Io. de Imola.* ¶ Sequitur in tex. *iuxta modum & qualitatẽ adintorij.* &c. hic ergo habes clarum, quod pœna criminis fauto-
12 riæ † de iure huius patriæ eſt arbitraria, quando non participauit in crimine criminoſo principalis: & ita videtur hic eſſe reprobatam opinionem *Iac. de Calicio* poſitam in *ſuo Directorio, 23. dubio. in diſt.* quam tacit *in §. circa ſecundam partẽ. in verſ. ant quæritur, an tales incidant in pœnas, ad quas tenetur violator iectus ratione delicti*, &c. De hoc tamen dicetur infra *collat. proxima. c. la rigor.* Sequitur in tex. *conſuetam practicam.* Quæro, quę
13 ſit † iſta practica cõſueta? Reſp. *Iacobus de Mote Iudaico* ita dicit: Crederem, quod licet generaliter fautores ſint iecti; tamen ij, qui nominatim tales dicuntur, ſunt citandi, & de eorum iure & defenſione ſummatim cognoſcendum, & ſententialiter declarandum, & ex tunc voce præconia publicandum, vt *l. iudices. C. de iudi.* Sed dominus

Benedi-

Digitized by Google

Benedictus de Burdillis ita dixit: Credo, quod si dicatur talem esse fautorem, quod debeat recipi in formatio, & probatio plena, & ad ipsam recipiẽdam sit citandus, arg. *c. 1. extra. de offi. dele. & de causa po. & proprie. cap. 1.* & pro hoc constitutio, *Notum sit cunctis. §. si quis præscriptam pacem.* ibi, *manifestis fautoribus.* pro hoc quod notatur per *Innocentium in c. statutum. de officio delegati*, ibi, *nec cõ-*
14 *tra hos malefactores. lib. 6.* Nã & † in notorijs citatio requiritur, vt notat *Innocentius* vbi supra, & latius in *c. tua. extra. de coha. cleri. & mulie* cætera dic secundum *Iac. de Calicio in suo Directorio Pacis*
23 *dubio principali.* vbi latissime prosequitur hãc materiam. Et dic, *practicam consuetam*, quia in hoc casu, quando proceditur ad partis instantiã, nil est immutatum per hanc constitutionem, & per *c. la rigor.* Secus est, quando habet procedi ex officio, vel ad fisci instantiam, quia tunc requiritur monitio, & hoc sequitur hic, *Si vero procedere velimus*, &c. ¶ Sequitur in textu, *Sed præce-*
15 *dente monitione*, &c. Sic † etiam de iure communi non proceditur ad excommunicandum participes, nisi monitione præmissa, vt *extra. de sent. excõ munic. c. statuimus. libro 6.* Sed hęc prouisio nõ fuit bona, quia ex hoc sequitur, quod hodie passim à pessimis fauetur eiectis, & curia est negligens facere hanc monitionem, & pars querelans fatigata laboribus & expensis non potest multotiẽs instare procedi contra fautores. Vnde esset necessaria alia prouisio, qua saltem officiales compellerentur facere hanc monitionem: vel ꝙ pars querelans non haberet soluere expensas processuum, donec esset cõdemnata; vel alia melior fieret prouisio: quia iste processus hodie valde periclitatur ex hoc, & prouisio vsatici, *Si quis de magnatibus*, per hoc fere est annihilata. Sed forte per hanc constitutionem & per *cap. la rigor*, nõ est præiudicatum conuenientiæ factæ cũ Episcopo Gerundensi, quæ est inserta supra *eod. cap. Si-*
16 *cut aduersus contumaces.* quia † istæ cõstitutiones generales non tollunt statutum locale diœcesis Gerundensis, iuxta *c. licet Romanus. extra. de consti. lib. 6.* præsertim in processu censuræ Ecclesiæ: quia cum fautores eiectorum in diœcesi Gerũdensi sint ipso facto excommunicati, non credo quod sit necessaria hæc monitio, de qua loquitur hic. Sed forsan erit necessaria monitio, de qua habetur in præallegato *cap. Statuimus.* Sed
17 nota, † quod vbi iudicis officium imploramus contra incertam personam: si tamen non est certum qui debent lædi ex isto actu, illos oportet nominatim citari, non autem per edicta, secundũ *Innocent. in c. in nostra. de procura.* & ibi *Bald.* & vide *Bar. in extra. quoniam nuper.* Et quando iudicis
18 officium † imploratur, debet fieri proclama: sed vbi actio proponitur contra certam personam, tunc ille citandus est, contra quem actio dirigitur, secundum *Innoc.* & *Bald.* latius *extra. de maio.*
19 *& obed. c. humilis.* Et vbi petitur ius in aliqua re, vocandi sunt omns quos tangit, iuxta *Innoc.* &

Bal. in c. inter quatuor. eod. tit. vide ibi latius. & de hac materia citationis dixi *supra collat. 6. curiæ*
20 *Perpiniani cap. Laudantes.* Notandum † vero vlterius est, quod iudex potest verbo, & per se citare illum, quem habet in conspectu, nisi sit illustris, vel de illis qui habent citari in scriptis, secundum *Angelum in l. & post edictum. ff. de indicijs.* ¶ Sequitur in textu, *Litteratorie.* ergo non sufficeret aliter fieri verbotenus, ex quo forma est data hic. ¶ Sequitur in textu, *Arbitrio.* nota hic pro practica Gerundæ, quia quandoque dantur octo, vel decem dies, & non vidi dari quindecim dies, licet quidam dicant fore ad minus dandos quindecim dies, sicut in principali processũ pacis & treugæ. Sed secus est, quia hoc est arbitarium in processũ contra fautores, vt hic vides. Sequitur in text. *vt desistant.* videtur ergo præsupponi, quod ante huiusmodi monitionem possit impendi fauor impune illi eiecto, nisi quando agitur ad partis instantiam. Sed Gerundæ cum omnis eiectus sit excommunicatus maiori, non licet tali communicari sine peccato, vt *extra. de sent. excom. c. cũ voluntate.* & *c. si concubinæ.* Sequitur, *Et si per debitam informationem vocatis illis receptã.* Nota hic approbatam practicam *Iacobi de Mõte Iudaico*, & *Benedicti de Burdillis* positã supra *eod.* in verbo *consuetam practicam*: quia vocandi sunt ij, contra quos agitur: quod regulariter obtinet, iuxta notata in *c. humilis. extra. de maio. & obe.* & dixi supra *c. proxi.* & *c. querelam*. Sequitur
21 in text. *probatum fuerit.* nota † quia dicit, *probatum*, subaudi, plene ad minus per duos testes, per *l. vbi numerus. ff. de testib.* quæ est in Decret. 4. q. 3. *vers. vbi numerus.* & in regula, *Pluralis locutio. libro 6.* non enim sufficeret hoc casu probari per adminiculum, nec per indicium, nisi forent talia, vel tot, & tanta, quæ sufficerent ad condemnationem, iuxta notata per *Thomam de Piperatis in suo Tract. de quæst. & tormentis, Rubri. Quæ dicuntur indicia. §. est videre aliud exemplum.* & per *Alber. de Cremona in suo Tract. maleficiorum, Rubri. de præsumptionibus & indicijs indubitatis, quibus condemnationes sequi possunt. §. ponitur etiam nonum exemplũ*; vide ibi, & adde quæ dixi supra *eod. cap. volentes*,
22 super verbo, *probatum.* & in *glossa sequenti.* Et † est probatio, rei dubiæ in iudicio declaratio, secun-
23 dum *Nic. de Sicilia. extra. de probat. super Rub.* Et † sunt legitimi modi, testes, instrumenta, præsumtiones, indicia, & argumenta, quæ vrgeant mentem iudicis ad fixe credendum rem sic esse. De quo per ipsum *Nicol. in cap. tertio loco. eod. tit.* & *in c. forus. de verb. sig.* Sequitur in tex. *ex tunc nos, aut nostri officiales.* nota verbum, *ex tunc.* quasi dicat, non ante, etiamsi de fautoria constiterit alias, vt sup. *eod. §. si vero procedere velimus*, &c. Et ita ho-
24 die † per *c. la rigor*, est præclusa via procedendi contra fautores ex officio, vel ad instantiam fisci, nisi præcedente dicta monitione probatũ fuerit: ex informatione, vocatis illis recepta, & etiã tunc non tenentur procedere cõtra ipsos fauto-

res, si expedire visum non fuerit. ¶ Sequitur §. *Et hanc nostram constitutionem*, &c. dic, scilicet inquantum dicitur, ꝙ ex officio, vel ad fisci instãtiam non procedatur nisi monitione præmissa: nã quandoque ad instantiã partis priuatæ seruatur antiqua & cõsueta practica. Sed hodie quod hic dicebatur, videtur renouari in allegato *c. la rigor.*

25 *infra collat. proxima.* vide ibi, & nota, † quod lex vel constitutio finita, vel abrogata, iam non est lex nec constitutio, vt *l.* 1. circa princip. ibi, *satis absurdũ est. C. delat. liber. tol. C. de vet. iure enuc.* cum simil. Sed tamen hodie allegatur *c. la rigor.* Adde notata in *c. nouit. de iudicijs.*

Vt assessores pro querelis pacis & treugę, sicut pro alijs tabulam teneant. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Assessores in causis pacium & treugarum tenentur tenere tabulam, sicut pro alijs.*
2 *Industria personæ iudicis tunc electa censetur, quando acta facta sine illo non valent.*
3 *Consilium qui tenentur requirere, an teneantur sequi.*
4 *Executores testamenti si aliquid debent facere ex dispositione testatoris de consilio Fratris Minoris, non tenetur requirere consilium, nisi de vrbanitate.*
5 *Fratres Minores Sancti Francisci non possunt esse testamentorum executores.*
6 *Causa si per statutum debet decidi secundum consilium Sapientis, iudex debet sequi illud consilium.*
7 *Lex debet esse perpetua, & in viridi obseruantia.*
8 *Assessor Gubernatoris Cathaloniæ non est localis.*
9 *Ad Principem solum spectat conferre beneficia.*
10 *Vicarius in causis pacium & treugarum an possit sibi assumere assessorem, vbi assessor ordinarius est mortuus, vel absens. & an talis electus tenebit tabulam. nn. 11. & 12.*
13 *Assessor an facere possit locumtenentem propter suspicionem, vel absentiam.*
14 *Suspicionis causa est causa necessitatis.*
15 *Vicarius ex quo in causa pacis sequi debet consilium assessoris, an recusari possit propter suspicionem assessoris.*
16 *Iudicium firmum est quod plurimorum iudicijs confirmatur.*
17 *Conscientiæ bonæ definitio.*
18 *Conscientia quæ.*
19 *Conscientia quandoque accipitur pro veritate.*
20 *Conscientia magis attendi debet in iudice, quã scientia; licet totum sit necessarium.*
21 *Officiales debent mutari quolibet triennio.*
22 *Regis solius est eligere officiales.*
23 *Consilium alterius vbi est requirendum ex dispositione legis, debet illud sequi.*
24 *Informationis receptio non est soli notario committenda.*
25 *Iudex an teneatur dare pignora manuleuta in processibus pacis & treugæ.*
26 *Vicarius tenetur ex facto assessoris, quem sibi elegit.*
27 *Vicarius non potest captum dare ad manuleutam sine consilio iudicis, vel assessoris.*
28 *Consilium an & quando sequendum. remissiue.*
29 *Vicarius tenetur præcise dare captum manuleutæ, si id assessor sibi consuluerit.*
30 *Vicarius ex consilio assessoris excusatur à tabula, & ab omni culpa.*
31 *Res de facili reuertitur ad suam naturam.*
32 *Reductio in pacem & treugam an per Vicarium fieri debeat cum consilio assessoris. & distingue nn. 33.*
34 *In connexis idem est iudicium.*
35 *In dubio tutior est via eligenda.*
36 *Vicarius in iudicio pacis omnia debet facere cum consilio assessoris. & quid si assessor fuerit absens vel impeditus. nn. 37.*
38 *Forma mandati est diligenter seruanda.*
39 *Vicarius etiam in absentia iudicis vel assessoris neminem dat ad manulentam.*
40 *Mora modici temporis non est magni præiudicij.*

VT autem hæc statuta salubria, &c. Casus. Assessores † in causis pacium & treugarum, sicut pro alijs habent tenere tabulam. Hoc dicit. Vel sic. In locis vbi consueuit esse assessor vel iudex ordinarius, ipse est assessor in causis pacũ & treugarum, pro quibus, si ut pro alijs tabulam tenere astringuntur. In alijs vero locis, vbi non est certus iudex vel assessor, debent vnus, duo, tres, vel quatuor iurisperiti deputari. Hoc dicit. ¶ Et diuiditur in partes quatuor. In prima parte statuitur, quod iudex vel assessor ordinarius loci, vbi certus esse consueuit, habeat assidere in causis pacium & treugarũ, de quibus, sicut de alijs habebit tenere tabulam. In secunda parte, ibi, *in illis autem locis*, dicit, ꝙ in locis vbi non est certus iudex vel assessor, debẽt deputari vnus, duo, tres, aut quatuor iurisperiti bonæ famæ & conscientiæ, secũdum quod in locis erit copia peritorũ. In tertia parte, ibi, *in quo ex dispositione*, ponit formam eligẽdi ipsos assessores in locis vbi certus ordinarius nõ reperitur. In quarta & vltima, ibi, *de cuius, vel quorum consilio*, dicitur, ꝙ Vicarij, & alij officiales habent querelas admittere, moderari seu taxare, & informaciones recipere, pignora seu captos manuleutæ dare, vbi iustum fuerit, teneantur, & alias totum processum facere cũ consilio illorum. & nõ sine illo. Et ex
2 hoc dico, ꝙ ita videtur electa industria personæ iudicis vel assessoris iurisperiti, ꝙ acta per Vicariũ sine illo nõ valeãt. ad hoc *ext. de offi. dele. cap. vlt.* facit *Proœm. Instit.* in fi. ibi, *sic eruditos oportẽdite.* ad idem *ext. de consue. c. cũ consuetudinis.* Sed an
3 illi, qui habent requirere consiliũ alterius, teneãtur id sequi? Dic ꝙ si sit talis, qui non habet plenũ intellectũ, is sequi tenetur: & etiã ille, cui ob suspicionẽ datus est coadiutor. Itẽ si particeps est officij, vt in casu huius cõstit. tũc habet sequi officiũ, alias bene teneretur requirere consilium sed non sequi. de quo vide latius per *Io. de Platea insti. de suspect. tut. §. impuberes.* vbi etiã dicit, ꝙ si in
4 testamẽto quis dixerit, † ꝙ executores aliquid faciant de cõsilio Fratris Minoris, illud sequi nõ teneantur, nisi de vrbanitate, secundũ *Bartol. in l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de administra. tuto.*

quia

Digitized by Google

5 quia † Minores non poſſunt eſſe executores teſtamentorum, per *Clem. eximi de paradiſo.* adde notata per *Henr. Boich extra. de conſtitu. c. ex parte. in 2. diſt.* & latius per *Bal. in c. cum in veteri. de elec.* &
6 per *Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito.* Nota † quod ſi per ſtatutum cauſa debet decidi ſecundū conſilium Sapientis, tunc iudex diffinitor cauſæ habet neceſſe illud conſilium ſequi. nota & adde *Bar. in l. ſi conuenerit. de re iudi.* & tene mēti ſecundum *Bal. inſti. de iure naturali,* ſuper verbo *reſponſa prudentum.* ¶ Super text. *in perpetua obſeruantia,* hoc intellige de capitulis, & conſtitutionibus perpetuis; ſecus de temporalibus: vt ſupra *c. proximo.* in fin. & *capitulo, cordi nobis.* in fin. Et † nota
7 quod lex debet eſſe perpetua, & in viridi obſeruantia: vt *C. de hereticis. l. Arrianos.* & *C. de legibus. l. leges vt generales.* & *l. ſi.* ¶ Sequitur in text. *quod in locis.* nota verbum, quia non comprehendit aſſeſſorem Gubernatoris Cathaloniæ, quia localis
8 non † eſt; nec etiam aſſeſſorem Gubernatoris Roſilionis, quia non eſt triennalis: de quibus triennalibus loquitur præſens conſtitutio, vt ibi, dum dicit, *per nos qualibet triennio deputatur.* Et
9 nota quia dicit, *per nos,* quia † ad Principē ſolum ſpectat conferre officia. Facit *in feudis, quæ ſint regalia.* vide & adde quæ notantur ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ c. 3. Item quod omnis Vicarius. §. & quod iuriſperitus.* vidi quod in anno à Natiuitate Domini 1461. Iudices tabulæ in ciuitate Barcinonæ remouerunt ab officij Vicariæ ipſius ciuitatis honorab. G. Paſtor militem, & loco eius poſuerunt alium Vicarium, ſcilicet moſſen Guimera; & audiui quod alias ita fuit ſeruatum in villa Perpiniani. ¶ Sequitur in text. *officialis, coram quo pacis querimonia offertur,* ſcilicet Vicarius vel Baiulus, vt dixi ſupra *ead. c. querelam.* & *cap. quia ad noſtrum.* cum ſimilibus. ¶ Sequitur in tex. *de conſilio illius talis iudicis.* dic, & non ſine eo, alias proceſſus eſſet nullus: vt infra *ead. in verſ. de cuius vel quorum conſilio,* &c. ibi, *& non ſine illo,* ſuper quo vide notata per *Henricum Boich extra. de conſti. c. ex parte. in vlt. diſt. verſ. ſi tertio modo,* ſcilicet quando debet fieri de conſilio. & per *Ioan. And.* & moderniores in *c. 1. ne. ſe. va. lib. 6.* ¶ Sequitur in tex. *de quo proceſſu & agendis in illo tabulam,* &c. concordat ſupra *ead. c. quia ad noſtrum.* vide & adde quæ ibi dixi: ergo videtur hic, quod iudicis ſeu aſſeſſoris huius perſonæ induſtria videatur electa, & ipſe ſolus, & non Vicarius tabulam tenere habeat, vt hic. ſed & Vicarius, vel alius ordinarius, ſi quid ipſe fecerit, teneatur inde tenere tabulam: vt ſupra *ead. c. quia ad noſtrum.* præal-
10 leg. ¶ Sed † pone caſum, qui ſæpe contingit. Aliquis iudex, vel aſſeſſor ordinarius moritur, vel eſt abſens; nunquid Vicarius in cauſis paciū & treugarum poterit ſibi alium aſſumere? Non credo, quod poſsit ſibi aſſumere generalem, quia hoc ad ſolum Principem ſpectat, vt dixi. Sed forte ſingularem in vna vel alia cauſa aſſumere poterit aſſeſſorem, ſicut olim poterat, quia eſt ca-
11 ſus omiſſus. Sed † an tunc iſte talis ſingularis aſſeſſor pro illa cauſa, in qua aſſumptus fuerit, tenebit tabulam? Videtur quod non, cum ſit caſus omiſſus, & ſic iuri antiquo videatur relictus: vt *ff. ſolut. matri. l. ſi cum dotem. 1. rub.* & *ff. de liber. & poſthu. l. commodiſſime. §. ſi alterius caſus.* In contrarium facit iſta conſtitutio, & *c. quia ad noſtrum.* ſupra *ead.* & infra *collat. proxi. c. contra conſtitutiones.*
12 Credo † fore tutius, vt talis aſſeſſor prius aſſecuraret tabulam, alias forte non valerent acta, per iſtam conſtitutionem. adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla. 4. in 3. curia Barcinonæ c. 16. Itē*
13 *ordinamus ſuper capitulis.* ¶ Item † quæro, an iudex, vel aſſeſſor ordinarius, de quo præſens *cap.* loquitur, poterit propter ſuſpicionem, abſentiā, vel occupationem aliquam facere locumtenentem, vel dare delegatum in aliqua cauſa? Reſpōdeo, non credo quod poſsit dare locumtenentē generalem, niſi forſan vbi alias eſt de conſuetudine vſitatum, quia etiam locumtenens habet aſſecurare tabulam, vt ſupra *colla. 4. in 3. curia Barcinonæ c. 16. Item ordinamus ſuper capitulis.* Sed ſingularem delegatū ex cauſa ſuſpitionis dare po-
14 terit, & ita vtitur: quia † eſt cauſa neceſsitatis, propter quam poſſet cauſam meri imperij delegare, vt *ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. 1.* & nota per *Angelum in l. prator. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Sed tutius foret aſſumere adiunctum in caſu ſuſpicionis, ne forte obijciatur de nullitate, propter hanc conſtitutionem, quæ exigit procedi de conſilio aſſeſſoris, qui aſſecurauerit tenere tabulam. Eſſet tamen bona cautela, vt daretur delegatus aſſeſſori de conſenſu partium, ne valeret recuſari; nec alias de nullitate allegari. Cogita amplius ſuper iſtis, quia feſſus ſum, & vellem cito hanc collationem ſiue curiā perficere, vt poſſem aliquantulum quieſcere propter intēſos calores vigentes hoc Iulio, anno 1444. Et quia die tertia eiuſdem menſis migrauit filius meus decimus, qui mihi ſolus ſupererat & vocabatur Narciſſus Franciſcus, & tunc fui abſque filio & filia, Deo gratias: quia animus meus, vix quietatur
15 adhuc. Sed quæro hic, an † Vicarius, ex quo habet ſequi conſilium ſui aſſeſſoris in cauſa pacis & treugæ, poterit propter ſuſpicionem aſſeſſoris recuſari? *Anto. de Butrio,* videtur tenere quod ſic. vide per eum latius *extra. de iudicijs c. 1. in 2. op.* Sed (vt dixi) practicatur, quod Vicarius nō recuſatur, ſed eius aſſeſſor: quandoque tamen ex cauſa ſuſpicionis Vicarij vidi adiunctum aſſociari; ita vt procederet ne & cum conſilio aſſeſſoris & adiuncti: quod videtur tutius ſecundum conſtitutiones & iura patriæ. ¶ Sequitur §. *in illis autem locis, vbi iudex vel aſſeſſor certus non conſueuit deputari.* ſubaudi, ſicut eſt Barcinonæ: vt ſupra *colla. 6. curia Monteſſoni c. licet Vicarius & Baiulus Barcinonæ.* vide quæ ibi ſcripſi. Tamē Barcinonæ hæc conſtitutio non ſeruatur; ſed ſolus Vicarius vel Baiulus dat ſeu aſſumit ſibi aſſeſſorem, vel aſſeſſores ad libitum ſuum, ſicut faciebat ante

iſtam

iſtam conſtitutionem: quia non fuit ibi iſta conſtitutio moribus approbata. 4.*diſt.* §. *leges.* ¶ Sequitur in text.*vnus, duo, tres, vel quatuor iuriſperiti,* ſubaudi, non intelligas, quod iſti omnes in vna cauſa habeant aſsidere. Sed ſufficiet quod vnus iſtorum aſsideat; quod probat littera, quæ infra ſequitur, *de cuius, vel quorum conſilio,* &c. Sed fuit hæc optima prouiſio plurium. quia ſi vnus ſit ſuſpectus, habeatur alter, vel omnes ſi arduitas cau
16 ſæ forſitan id expoſcat; quia † ſicmum eſt iudicium quod plurimorum ſententijs confirmatur, vt *extra. de offi. dele. c. prudentiam.* ¶ Sequitur in text.*probata fama & conſcientia.* ſic ſupra *coll. proxi. c. Item ſenyor, com ſegons.* vide quæ ibi dixi, & adde quæ notantur de fama ſupra *cad. c. quia quãdoque,* ſuper verbo *famæ propriæ prodigi.* Et dicit
17 Bernardus in Meditationibus ſuis: *Illa eſt † bona conſcientia, quæ habet in corde puritatem, in ore veritatem, & in actione rectitudinem: pro his namque meretur Trinitatis viſionem: o beata viſio.* adde infra *coll. proxi. c. primeramẽt,* ibi, *Doctor. o Iuriſte.* & *c. per repos,* ibi, *ſolemnes Iuriſtes,* &c. Quid autem ſit con-
18 ſcientia, † dic quod eſt diſcretio faciendi vel nõ faciendi aliquid ſecundum iudicium rationis; eſt enim conſcientia habitus naturalis, non ſolum cognitius, ſed etiam motiuus inclinat enim animam ad proſecutionem boni, & fugam mali, & de hac conſcientia, & ſyndereſi, ac libero arbitrio, dic latius *in Summa,* quæ incipit, *veritatis Theologicæ ſublimitas. lib. 2. tit. de ſyndereſi.* cum ſeq. & vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 3. curia Barcinonæ c. 7. Item ordinamus de conſilio.* §. *& inrent,* ſuper verbo *bonam conſcientiam,* quandoque
19 conſcientia † exponitur pro veritate, ſecundũ
20 *Bal. in l. etſi inutiliter. C. de fideicommiſſis.* Et † nota, quod magis debet attendi in iudice & aſſeſſore, fama & conſcientia, quam ſcientia; licet totum ſit neceſſarium: quia iuſtitia cum ſcelerato homine non poteſt habere commercium. *extr. de verb. ſign. c. forus.* nec poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo exciſit infidelis: 2. 3. 7. *c. non poteſt.* ¶ Sequitur in text.*in principio cuiuslibet trienny, quo ex diſpoſitione conſtitutionum Cathaloniæ officiales mutari*
21 *habent,* &c. Nota † ergo officiales debere mutari quolibet triẽnio, in principio carniſpriuij Quadrageſimæ, iuxta conſtitutionem, quæ eſt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcinonæ c. 7. Item ordinamus de conſilio.* §. *Et ſi curiæ generales prorogabantur,* &c. vide ibi. ¶ Sequitur in tex. *ex quibus,* ſcilicet nominatis iuriſperitis per Vicarium. ¶ Sequitur in text.*aliquis, vel aliqui,* ſcilicet iuriſperiti, *probata fama & conſcientia.* Facit inf. a *colla. 8. c. Item ſenyor quels Cancellers,* cum ſequent. ¶ Sequitur in text.
22 *inſtituantur per nos,* ergo † ſolius Regis eſt eligere ſeu creare, & inſtituere officiales, iudices, & aſſeſſores huiuſmodi, vt dixi ſupra *cad.* in verbo *per nos,* alias, ſuper verbo, *quod in locis.* ¶ Sequitur in text.*de cuius, vel de quorum conſilio,* dic, *cuius, vel quorum,* ſcilicet per Regem inſtitutorum conſilio Vicarius, & alius iudex clamj habet querelam admittere, ſubaudi, ſeruatis quæ notantur ſupra *cad. c. querelam.* & *c. cordi.* cum ſimilibus. Et nota,
23 quod † quando aliquis habet facere aliquid de cõſilio alterius ex diſpoſitione legis, debet illud requirere, & ſequi: vt *ff. de ſuſpect. tut. l. impuberibus.* in prin. & *inſti. eod.* §. *impuberibus.* de quo per *Bar. in l. 1.* §. *ſi plures. ff. de exercitoria.* vide *Bal. ff. de adqui. hareditate. l. fuit quæſtionis.* §. *ſi coram.* ¶ Sequitur in tex. *moderari, ſeu taxare,* vt ſupra *coll. 6. curia Cernaria c. deinde ſancimus.* ¶ Sequitur in textu, *& informationes præfatas recipere,* dic informationes præfatas, ſcilicet, de quibus dictum eſt ſupra *cad. c. querelam.* & *c. cordi.* & *c. licet præbere.* Et nota, quia dixit *informationes* in plurali: quia differunt inter ſe, vt dixi ſuper eiſdem capitulis, & nota quia dicit *recipere,* quia ex hoc dico,
24 quod † receptio huiuſmodi informationis ſiue informationum non poterit ſoli notario committi, quia de conſilio huius aſſeſſoris taliter approbati & electi habet recipi, quaſi videatur induſtria perſonæ electa, argum. *extra. de offi. dele. c. vlt.* ¶ Sequitur in text.*pignora recipere,* non ergo poterit hoc committi, quod eſt verum, quoad examinationem, ſcilicet, an ſint valentia, &c. ſed tenuta & cuſtodia bene poterit committi, & ita ſeruatur de ſtylo curiarum. ¶ Sequitur in text.
25 *pignorã, ſeu captos manulentis dare.* Sed † an teneatur iudex dare pignora manuleutę in proceſsibus pacis & treugæ? Reſpondeo, *Iacob. de Calicto* tenet quod non, niſi vbi ſit de ſtylo vel conſuetudine curiæ. de quo vide in *Directorio in* 14. *dubio.* §. *quæro, nunquid Vicarius falſa,* &c. & in 16. *dubio. in verſ. Quibus pignoribus taliter formatis.* Sed iſte text. facit, quod hoc ſit arbitrarium, quia littera dicit, *vbi iuſtum viſum fuerit,* quod credo verius: quid enim ſi ex informatione prædicta, aut alias de notorio conſtet de malefficio, & ſatis liqueat, vel de facili liquere poterit de cauſa, nonne tutius & iuſtius erit pignora retinere: quia data ad manuleutam difficulter poterunt recuperari, & tutius eſt pignori incumbere quam in perſonam agere: vt *inſti. de ob. qua ex quaſi maleſi. naſcuntur.* §. *farti.* de hoc etiam vide infra *colla. 10. curiæ Reginæ Mariæ c. occurrẽs.* Item quia forte fideiuſſores non reperiuntur idonei. & hanc approbo, licet quidam contra, quorum opinio propter pecuniam magis frequentatur, & male, vt credo; & ſic iuſtitia perit, quia videmus maiora litigia ſequi ſuper executione fideiuſſorum, quam ſuper cõdemnatione principalis; & ſic ex lite lites plures oriuntur contra principalem intentionem conſtitutionum pacium & treugarum, quæ voluerunt cauſam iſtam tractari pignoribus tenentibus: vt ſupra *colla. 4. in 2. curia Barcinonæ c. 21. Item quod omnis forma,* &c. ad finem vt cauſa deciſa illico fiat executio prompta in pignoribus, quia (vt dixi) tutius eſt pignori incumbere, &c. & non ſine cauſa voluerunt conſtitutiones, & practica, pignora debere eſſe tenentia, & valentia, & mobilia: quia totum hoc eſt, vt facilior habeatur

beatur executio condemnatione ſequuta: & videmus modo difficiliorem executionem haberi contra perſonam & perſonas obligatorum, quæ fugiunt, & quandoque moriuntur, & pignora iã tunc non poſſunt reperiri, cum ſint alienata & conſumpta. Item videmus, quod querelator cum vicerit, habet neceſſe habere tot & tantas pecunias pro expendendo in ſalarijs pro exequendo tot fideiuſſores, qui forte procul morantur, quod ob penuriam pecuniarum habet deſiſtere, & vix poterit quandoque ea quæ biſtraxerit in ſalarijs recuperare; in tãtum quod vtilius fuiſſet (quoad marſupium) querelam nullatenus dediſſe, & totus mundus hoc videt, & nõ eſt qui prouideat. Imo per obliquas practicas totus proceſſus pacis & treugæ, & eius rigor annihilatur; imo (vt totum dicam) iuſtitia perijt, prohdolor; & *væ bis qui condunt leges iniquas, & qui dicunt bonum malũ, & malum bonum. Iſaiæ 5.c.* & 11. *q.3.c.væ quæ dicitis.* Sed cum Vicarius de conſilio aſſeſſoris, ſine conſenſu querelatoris, imo eo contradicente, pignora dederit ad manuleutam; & modo querelator, qui ſententiam obtinuit, petit executionẽ fieri in pignoribus, certe oneri aſſeſſoris incumbit habere pignora, quæ dedit ad manuleutam, licet de facto habeat querelans biſtrahere in exe cutione. Sed conſulerem quod in tabula daretur petitio contra aſſeſſorem, vt ipſe & ſui fideiuſſo
26 res tenerentur caſu quo pignora non poſſent recuperari à manuleutoribus. Sed † Vicarius tenetur de facto aſſeſſoris, quem ibi elegerit, & hic vaticinauit *Thom.* huius patriæ deſtructionem, quæ fuit ſecuta anno 1462. pro quo facit vſat. *Quoniam per iniquum*, & in *Eccleſiaſtico* c. 10. Vide *G. de Valleſica* ſuper vſat. *Quoniam per iniquum.*
27 ¶ Item † nota hic, quod Vicarius non poteſt captum dare ad manuleutam ſine conſilio iudicis ſeu aſſeſſoris, ſic ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinona c.27. Item quod aliquis non condemnetur.* vide quæ ibi ſcripſi ſuper verbo *quam in dando ad manuleu-*
28 *tam.* An † & quando conſilium ſit ſequendum, item an reducatur ad arbitrium boni viri, dic late per *Bal.* ſuper *Innoc. extra. de elec. c. cum in veteri.* vide *l. Titium & Menium.* & *l. quidam decedens.* in prin. *ff. de admi. tu.* adde quæ dixi ſupra *ead.* in
29 verbo, *de cuius, vel de quorum conſilio.* ¶ Vlterius † nota hic, quod Vicarius tenetur dare captum ad manuleutam, ex quo iudex vel aſſeſſor hoc ſibi conſuluerit, quod probat littera quæ ſtatim ſequitur, *omnimode teneatur*; nec debet facere reſponſionem, quam aliqui faciunt, vt inde pecunias valeant extorquere, dicentes, quod ipſi deliberabunt, an debeant facere ſecundum conſiliũ, & facient quod ſibi iuſtum videbitur, quia ex quo aſſeſſori hoc iuſtum viſum fuerit, non habet
30 aliud inquirere Vicarius, qui ex conſilio † excuſatur à tabula, & ab omni culpa: quia iurauit ſeruare conſtitutiones, & ſtare conſilio iudicis & aſſeſſoris; & ita totus proceſſus pacis & treugæ habet regulari de & cum conſilio aſſeſſoris; & ſecus acta non vãlent: & hoc ſubijcit in littera, dum dicit, *& etiam totum proceſſum*, &c. Et licet iuxta deciſionem *Iacobi de Cals.* prædictam, pignora in cauſa pacis dentur ad manuleutam, non tamen dicit in omni caſu. Sed ſtylus & conſuetudo curiarum reduxit conſtitutiones pacium & treugarum ad ius commune, vt ſit in iudicis arbitrio,
31 vt hic dicitur; quia res † de facili reuertitur ad ſuam naturam: 35. *diſt. c. ab exordio.* arbitrabitur ergo bonus iudex, an debeant dari ad manuleutam, vt dixi: & hoc probat littera iſta, dum dixit, *vbi iuſtum viſum fuerit*, dic latius vt ſcripſi infra *colla. proxi. c. occurrens.* Sed quæro hic, quid
32 de † reductione in pacem & treugam? Reſpondeo, videtur hic quod etiam debeat fieri de & cũ conſilio aſſeſſoris, & non ſine illo: quia littera dicit *totum.* Sed in contrarium videtur, quia reductio non eſt de proceſſu, imo de regreſſu; & littera dicit, *totum proceſſum*: ergo ſecus in his quę non ſunt de proceſſu â contrario ſenſu. Super his vidi ſæpius dubitari: & vidi ſemel litteram Regiam emanari, per quam mandabatur Vicario Gerundæ, vt reduceret quemdam eiectum ad requiſitionem Vicarij Barcinonę, non ſpectato cõ ſilio aſſeſſoris: quia Vicarius Gerundæ ſe excuſabat propter abſentiam aſſeſſoris. Quid dicen-
33 dum? Saluo † meliori conſilio, videtur mihi ſuper his poſſe diſtingui: quia aut habet fieri reductio alicuius eiecti ad requiſitionem alterius Vicarij patroni proceſſus, & tunc non teneatur ſpectare conſilium, cum in hoc caſu ſit merus executor & inferior; & ita loquebatur littera Regia prædicta, aut petitur fieri reductio de aliquo per eundem Vicarium ex ſuo proprio proceſſu, & de conſilio ſui aſſeſſoris eiecto; & tunc tutius eſt reductionem fieri cum conſilio eiuſdem aſſeſſoris, quia totum videtur de eodem proceſſu, vel de pertinentijs ſiue dependentibus & connexis, de
34 quibus idem iudicium: quia quod de vno † connexorum dicitur, neceſſe eſt vt de altero intelligatur: *extr. de conſti. c. tranſlato.* Item par eſt ius ligandi, & ſoluendi: vt *de pæ. di. 1. c. verbum Dei.* ad hoc *c. omnis res. extra. de regulis iur.* & *eod. tit. l. nihil tã naturale.* licet poſſit in hoc caſu ſubdiſtinguit quia aut petitur fieri reductio de voluntate partium, & facta ſatisfactione tam de ſimplo, quam de duplo, & pœnis, & alijs, ad quæ eiectus tenebatur: & tunc forte poterit fieri reductio, non ſpectato iudicis vel aſſeſſoris conſilio. Aut petitur reductio fieri parte inuita, vel aliquo contradicente, vel nondum facta plenaria ſatisfactione: & tunc non credo quod poſſit fieri reductio ſine conſilio aſſeſſoris. Sed quia vix eſt quin aliqua habeat haberi cognitio, etiam vbi fit de conſenſu partis: quia forte non conſtat ſufficienter de poteſtate partis renunciantis; vel quia eſt tutor vel curator, vel mulier, vel pupillus. Item qũia forte debebit pro crimine retineri, iuxta notata ſupra *ead. c. Sicut aduerſus.* in fin. & ſupra *ead. c. cõ molts. §. vlt.* ideo in omni caſu conſulo, vt nulla-

tenus

tenus reducatur ſine conſilio aſſeſſoris : quia in
35 dubijs † tutior via eſt eligenda.argum.*extra. de ſpon. c.inuenis*, & hoc præmaxime,quia vertitur intereſſe aſſeſſoris forte propter ſalarium.Saluo quod dixi de eo qui reducitur ad requiſitionem alterius Vicarij patroni proceſſus:quia tunc iſte proprie non reducitur, ſed reductum fore publice nunciatur, & quia inferior habet neceſſe parere,&c. ¶ Sequitur in tex.in fin.ibi, *facere habeat,& non villatenus ſine illo.* hic ergo habes clarũ,
36 quod † Vicarius in proceſſu pacis & treugę habet omnia facere cum conſilio iudicis & aſſeſſoris,& nil poteſt facere ſine illo : ergo acta per Vicarium abſque conſilio aſſeſſoris ſunt ipſo iure nulla, tanquam facta contra prohibitionem huius conſtitutionis, & quaſi facta per eum qui ſolus non habet exercitium iuriſdictionis in hoc caſu:eſt enim factum contra formam iuris, quia de forma & ſubſtantia eſt, quod Vicarius procedat in omnibus actibus proceſſus pacis & treugæ cum conſilio iudicis & aſſeſſoris,& non abſque illo ; quoniam ipſe iudex habet inde tenere tabulam,vt in hac conſtitutione dicitur expreſſe, & ſatis dictum eſt ſupra: plus enim operatur dictio *de*,quam dictio *cum*;& plus eſt quando dicitur quod non fiat ſine illius conſilio,vt *extra.de offi.dele.c.venerabilis.* & *ff.de exerci.ac.l.1. §.ſi plures.ff.de actio. l.2. §. ſi pupillus*. ¶ Sequitur ſuper text.in verbo,*& non villatenus*, dic, ideſt nullatenus,quod idem eſt, quod nullo modo, vel nulla ratione,ſecundum *Papiam*:ita notat *Gui.in Roſa-*
37 *rio.de conſ.diſt.1. c.ſolent plures.*Et † ita etiam aſſeſſore abſente, vel impedito nullatenus poterit iudex procedere in hoc proceſſu pacis & treugæ:quia aſſeſſor per hanc conſtitutionem eſt ſibi datus pro forma & lege,vt habes in proœmio harum conſtitutionum,ſupra *ead.colla. c. nos Ferdinandus*,ibi,dum dicit,*& noſtris officialibus lege & forma impoſitis ſuper his dictis abuſibus*, &c. Et for-
38 ma † mandati eſt diligenter ſeruanda, cuius omiſsio reddit actum nullum,præſertim ex lege
39 iſta pactionata.Et ſic nota,† quod Vicarius etiã in abſentia iudicis vel aſſeſſoris non dabit aliquem ad manuleutam,nec requiret datum ad manuleutam, vt habes in pragmatica Regis Petri, quam inſerui ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ c.27.*vide ibi.Et ſic etiam patet,&fortius in cauſa pacis & treugæ,in qua nil poteſt agere ſine aſſeſſore,vt hic,& ſupra *colla.3.c.3.*quia hic eſt intereſſe partis querelantis, & vertitur magnum periculum,vt patet ad ſenſum.Nec eſt veriſimile quod iudicis abſentia poſsit durare & in mo-
40 ra † modici temporis non eſt magnum periculum ; præſertim quia forſan non cogetur dare ad manuleutam, iuxta ea quæ ſcripſi intra *collat. proxi. c.occurrents.* ſuper verbo, *E faſſa altres actes*, &c.in *q.* quæ incipit, *vlterius quæro de vno.* Item ſufficit,quod ita eſt ſcriptum:vt *l.proſpexit.ff.qui, & quibus. & 6. q. 3. c.ſcriptum eſt in lege.* & vide *Bal.in l.1.§.ſi plures.ff.de exercitoria. verſ. Quarto,* & *Bal.* & *Ioan.de Imola in l.1.ff.de liber.& poſthum.* adde quæ ſcripſi,in *c.les cauſes dels pubills.*

De cauſis miſerabilium & perhorreſcentijs impetrandis. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium auferri non poteſt miſerabilibus, quibus iuſſu Dei Princeps tenetur.*
2 *Cauſa diuitis vel pauperis quando prænaleat, remiſſiue.*
3 *Pauper vt quis dicatur in arbitrio iudicis eſt.*
4 *Paupertas qualiter probetur.remiſſiue.*
5 *Proceſſus factus ex cauſa paupertatis vel perhorreſcẽtiæ non valet,niſi probetur paupertas vel perhorreſcentia,forma tradita in tex.*
6 *Paupertatis multa ſunt priuilegia, & referuntur. & num.12.*
7 *Paupertatis priuilegium ceſſat auctis facultatibus. declaratur nu.8.*
9 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum poteſt ex officio procedere.*
10 *Princeps eo ipſo quod aduocat cauſam;inhibet ordinario inferiori vt cognoſcat de ea.*
11 *Cauſa ſemel euocata ad Principem redire non debet ad ordinarium.& nu.18.declaratur nu.19.*
13 *Epiſcopi gloria eſt pauperum opibus prouidere.*
14 *Sacrilegum eſt accipere,quod pauperibus erogatur.*
15 *Statutum diſponens generaliter ſuper deciſionibus cauſarum non comprehendit cauſas pauperum, viduarum & aliarum miſerabilium perſonarum.& n.17.*
16 *Euocatio cauſæ propter paupertatem legitime probatæ valet,licet poſtea ſupernenerint diuitiæ.*
17 *Paupertas doloſe procurata non prodeſt.idem nu.92.*
20 *Paupertas multa habet incommoda,& referuntur.*
21 *Paupertatis obtentu non debet quis vitam turpem agere.*
22 *Diuitiarum priuilegia.remiſsiue.*
23 *Pauperi in mala cauſa iudex debet eſſe miſericors.*
24 *Paupertas non eſt computanda in malorum numero.*
25 *Perfectius eſt omnia relinquere propter Chriſtum,quã pauperibus diſtribuenda ſeruare.*
26 *Religioſos vouens paupertatem, non frangit votum, ſi fiat Epiſcopus: eo quia ſit diſpẽſator rerum Eccleſiæ, non vſurpator.*
27 *Pauperibus non valentibus laborare eſt præcipue ſubueniendum.& diuitibus depauperatis, ac nobilibus, qui erubeſcunt mendicare.nu.28.*
29 *In pauperibus magis eſt attendenda religio,quam paupertas.*
30 *Pauperibus ſunt eroganda male acquiſita; quando non inueniatur,quibus reſtituenda ſint.*
31 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali conceditur actori pauperi.*
32 *Eccleſiaſticus Iudex cognoſcit de cauſis miſerabilium.*
33 *Perſonæ miſerabiles quæ.remiſsiue.*
34 *Pauper & inops differunt.*
35 *Pauper eſt,qui licet alijs elargiri non poſsit, tamen vix ſibi ſufficit.*
36 *Pupilli,viduæ,peregrini,& aduenæ,licet diuites, gaudent priuilegio* l.vnicæ.C. quan. imp. inter pup.l.& viduam.

Clandi

37 *Claudi, manchi, & caci ſunt miſerabiles perſonæ.*
38 *Nauigantes & mercatores itinerantes ac naufragium patientes ſunt miſerabiles perſonæ.*
39 *Pauper dicitur, qui non poteſt viuere ſine ſuo labore.*
40 *Superior adiri poteſt, vbi inferior propter potentiam litigatoris non poteſt fecere iuſtitiam.*
41 *Papa vel Imperator qualiter cognoſcat de oppreſſione. remiſſiue.*
42 *Paupertatis probatio multum reſidet in arbitrio iudicis. & declaratur ibidem.*
43 *Pauper quilibet naturaliter naſcitur.*
44 *Ciuitas non eſſet perfecta ſine pauperibus.*
45 *Mercatores quamdiu ſunt in mercimonijs extra patriam, ſunt aduenæ, peregrini, & miſerabiles perſonæ.*
46 *Neophiti cenſentur miſerabiles perſonæ.*
47 *Cauſa eſt nomen generale, & comprehendit cauſas criminales.*
48 *Principis regalia eſt trahere ad ſuum conſiſtorium cauſas miſerabilium. diſtingue nu. 49.*
50 *Vidua eſt, quæ etiam maritum non habuit.*
51 *Vxor banniti viri gaudet priuilegio viduarum.*
52 *Index Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa ob negligentiã iudicis ſecularis.*
53 *Vidua quæ dicatur, & qui pupillus. remiſſiue.*
54 *Pupillus qui proprie, & qui improprie.*
55 *Ruſticus connumeratur inter miſerabiles perſonas. & num. 91.*
56 *Oppreſſus dicitur iniuſtè damnatus, vel tractatus male.*
57 *Potentior indebite ſpoliat pauperem.*
58 *Potentia probata eſt præſumptio oppreſſionis pauperis.*
59 *Cauſa prætextu oppreſſionis euocari debet per ſuperiorem.*
60 *Præſes opprimens ſubiectos debet puniri vltimo ſupplicio.*
61 *Oppreſſiones facientes peccant mortaliter, & tenentur reſarcire oppreſſis.*
62 *Superior eſt adeundus ex cauſa oppreſſionis.*
63 *Rex in Cathalonia non permittit, quod ratione miſerabilitatis vel oppreſſionis cauſa trahatur ad iudicium Eccleſiæ.*
64 *Princeps non poteſt etiam prætextu paupertatis euocare ad ſe cauſam iam pendentem in curia Eccleſiæ, & quæ poterat ſpectare ad curiam Eccleſiæ, vel ſæcularem. & refertur* littera Regia.
65 *Imperator concedere non poteſt priuilegium ſuper cauſis, quæ mouentur coram iudice Eccleſiaſtico.*
66 *Perſona miſerabilis conſequitur multa commoda, & referuntur quamplurima ex eis.*
67 *Principis curia non curat niſi de veritate.*
68 *Malignandi occaſio auferri debet.*
69 *Subiecti ſunt releuandi à laboribus & expenſis.*
70 Priuſquam *verbum denotat ordinem.*
71 *Cauſæ euocatio debet fieri ad inſtantiam partis. aliquando tamen bene poteſt fieri ex officio per Principem. nu. 73.*
72 *Cauſa miſerabilis perſonæ ad inſtantiam ſui aduerſarij non eſt euocanda.*
74 *Rex non poteſt à ſe abdicare regaliam euocandi cauſas prætextu miſerabilitatis.*
75 *Citatio eſt fundamentum iudicij.*
76 *Rex reſtringere poteſt regaliam recurrendi ad ipſum: ſed non poteſt in totum ſibi auferre.*
78 *Cauſa euocatio prius eſt facienda, quam citetur pars.*
79 *Euocationis cauſarum ad Principem materia. remiſſiue.*
80 *Miſerabilitatis probatio quoad euocationem cauſæ requiritur, & non ſufficit fama, ſeu opinio vulgi.*
81 *Probanda eſt miſerabilitas quoad euocationem cauſæ teſtibus fide dignis.*
82 *Paupertas regulariter probatur ex mendicitate, item ex opinione vulgi. nu. 83.*
84 *Paupertatis probationis iam eſt data forma per conſtitutionem.*
85 *Pars de conſuetudine non vocatur ad examinationem teſtium, qui dantur pro euocationibus cauſarum prætextu paupertatis, quamuis poſtea debeat audiri, ſi velit agere contra dictam probationem. nu. 86.*
87 *Paupertas an probetur ex inſtrumentis quoad euocationem cauſæ.*
88 *Teſtium nomine quandoque veniunt inſtrumenta.*
89 *Examinatio teſtium datorum pro euocationibus cauſarum debet fieri in præſentia iudicis cauſæ. licet aliquando talis examinatio poſſit committi iudici ordinario, ſi teſtes ſint in partibus. nu. 90.*
93 *Scriptura requiritur in examinatione teſtium datorũ pro euocationibus cauſarum.*
94 *Scriptura in quibus requiratur caſibus. remiſſiue.*
95 *Index pro informatione data ſuper paupertate nihil recipere poteſt.*
96 *Sportulæ non dantur in cauſis ſummarijs, & pauperum ac miſerabilium perſonarum.*
97 *Sportulæ quare dictæ. remiſſiue.*
98 *Pupillaritatis & viduitatis informatio non recipitur de conſuetudine in euocationibus cauſarum. quamuis de iure aliter poſſet dici. nu. 99.*
100 *Dies & annus an ſint ponendi in examinationibus teſtium datorum pro cauſarum euocationibus.*
101 *Cauſa deciſa per ſententiam euocari non poteſt prætextu paupertatis, pupillaritatis, & viduitatis.*
102 *Cauſa deciſa non eſt ſimpliciter cauſa.*
103 *Ex miſerabilitate quacumque licet fieri poſſet euocatio; tamen de conſuetudine ſolum fit ex cauſa paupertatis.*
104 *Miſerabiles dicuntur qui habent curatores.*
105 *Loca miſerabilia euocationem inſtare poſſunt. & declaratur ibidem.*
106 *Cauſæ vniuerſitatis & magnatum ſunt conſiſtoriales.*
107 *Cauſa vt euocetur paupertatis prætextu ſeptem requiruntur.*
108 *Cauſa ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis, poteſt euocari prætextu paupertatis.*
109 *Vidua, pupilli, & miſerabiles perſonæ non coguntur litigare niſi apud Principem.*
110 *Locus remotus quis dicatur. remiſſiue.*
111 *Cauſæ Iudæorum & Sarracenorum ſunt conſiſtoriales.*
112 *Potentium natura eſt opprimere pauperes.*
113 *Oppreſſio vbi timetur, poteſt allegari perhorreſcentia*

tia loci, vel iudicij.

114 *Causa pacis & treugæ possunt euocari pretextu pauperatis, ac perhorrescentiæ.*

115 *Exceptio de loco non tuto debet proponi coram iudice citante.*

116 *Princeps non potest concedere vniuersitati, quod nullam causam euocabit extra locum & prouinciã pretextu perhorrescentiæ vel oppressionis.*

117 *Princeps non potest denegare iustitiam, nec dare iudices suspectos.*

118 *Causa potest euocari pretextu perhorrescentiæ aliter probata, quam per iuramentum. & non potest trahi extra Vicariam, nisi vltra vnam dietam nu. 119.*

120 *Iniuria est quem trahi ad causam extra proprium tribunal in casu à iure non permisso.*

121 *Iniuriæ non debent nasci, vnde nascuntur iura.*

122 *Perhorrescentia verificatur in multis, quæ ibidem referuntur.*

123 *Causa Vicariæ intra Vicariam, & causæ Bailiæ intra Bailiam sunt tractandæ; nisi in casibus specialibus. declaratur ibidem.*

124 *Princeps potest trahere subditos suos in quacumque parte Regni. & nu. 178.*

125 *Qualitas iurisdictionis debet prius probari, quam fiat causæ euocatio. & quid in causa oppressionis. nu. 126.*

127 *Consistorium, audientia, tribunal, sine iudicium idem sunt.*

128 *Principis regalia est recurrere ad eum.*

129 *Gubernator potest concedere litteras perhorrescentiæ. & traditur pro eo Regia littera.*

130 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

131 *Perhorrescentia allegari non potest in curia Principis.*

132 *Suspectus recusari potest Vicecancellario, vel alias Præsidens pro Rege in consilio.*

133 *Princeps ex speciali prærogatiua cognoscit de causis appellationum & de multis alijs relatis ibidem.*

134 *Gubernator de consuetudine committit causas appellationum emissarum ad Regem absente ipso Rege. & quid si appellatio fuerit interposita à sententia lata per ipsum gubernatorem. nu. 135. & quid si pars appellata, & non appellans, petat iudicem. nu. 136.*

137 *Appellantis est eligere auditorium, & non appellati.*

138 *Gubernator quamuis ex consuetudine committat causas perhorrescentiæ, illas tamen non potest retinere.*

139 *Gubernator hodie cognoscit de omnibus causis euocatis pretextu miserabilitatis ad Regiam Audientiã, exeunte Principe extra principatum.*

140 *Iurisdictio deuoluta Principi censetur, & interdicta inferiori statim facta appellatione in causis maioribus, quæ de iure pertinent ad Principem.*

141 *Rex vbi ex causa perhorrescentiæ euocat ad se causam, sufficit quod sit in vicina Vicaria, licet alia sit vicinior.*

142 *Confinia & vicinia differunt.*

143 *Euocatio ex causa perhorrescentiæ non fit ad Principem.*

144 *Querelatus non debet impetrare locum querelanti suspectum.*

145 *Appellari potest ab assignatione loci non tuti.*

146 *Appellans qui secure non potest adire iudicem, non tenetur petere vt locus tutus assignetur, sed ipsemet iudex tenetur offerre locum tutum parti, si vult.*

147 *Timens insidias non tenetur comparere, si citatus, personaliter; sed bene debet comparere per procuratorem.*

148 *Vis vbi timetur inferri persona, tunc debet mitti procurator, secus si consensui.*

149 *Rex potest committere causas iurisperito. limitatur in causis pacium & treugarum.*

150 *Maioribus pares esse non possumus.*

151 *Vultus terribilis inducit iustum metum.*

152 *Bailiæ omnes an sint de Vicaria, traditur.*

153 *Vicinior locus est, qui minus distat.*

154 *Locus vicinior quis dicatur, in arbitrio iudicis est.*

155 *Episcopi præficiuntur in ciuitatibus.*

156 *Suspecti an dari possint omnes sapientes vel iurisperiti de ciuitate.*

157 *Suspectos vbi quis se dicit habere aliquos, an ex eo videatur confidere de alijs. remissiue.*

158 *Suspectus dicitur propalans votum suum consulendo.*

159 *Index recusatus statim desinit esse index, si suspicio est notoria.*

160 *Dieta qualiter sit computanda.*

161 *Passus quomodo computetur. remissiue.*

162 Habeamus *verbum importat necessitatem.*

163 *Causa commissa Vicariæ viciniori ob perhorrescentiam, si perhorrescens intrat postea Vicariam, quam perhorrescit, dicta commissio periclitatur de nullitate. traditur pro eo Regia pragmatica ad litteram.*

164 *Commissa causa querela ex causa perhorrescentiæ, non censetur commissa causa criminalis.*

165 *Facta plus debemus attendere quam verba.*

166 *Contraria allegans non est audiendus.*

167 *Citatio partis an necessaria sit pro receptione informationis super perhorrescentia. traditur.*

168 *Præcedentia determinant sequentia, & è conuerso.*

169 *Probationes in criminibus debent esse luce clariores.*

170 *Ad imponendam pœnam falsi non proceditur contra absentem ex informatione summaria, & nõ datis defensionibus.*

171 Constiterit *verbum regulariter requirit partis vocationem.*

172 *Sententia ferri non debet nisi contra confitentem vel confessum. declaratur nu. 173.*

174 *Causa pacis & treugæ est ciuilis.*

175 *Repetitiones cessant, vbi ex repetitione sequeretur absurdum, vel iurium correctio.*

176 *Vt perhorrescentiæ causa euocari possit, quæ sit practica, traditur.*

177 *Probatio notorij difficilis est.*

179 *Rex non potest sibi auferre regaliam recurrendi ad eum, nisi renunciaret sedi Regiæ.*

180 *Rex pronuncians non præiudicat sibi.*

181 *Successor in Regno potest reuocare concessionem iurisdictionis factam ciuitati.*

Ne ex

NE *ex beneficio cõcesſo perſonis miſerabilibus*, &c. ſcilicet, à Deo, vt in Pſal. *Deus iudicium tuũ*
1 *Regida.* & 2 3. *q.* 5. *c. Regum.* Ergo tale † priuilegiũ non poteſt auferri ipſis miſerabilibus, quibus
2 Princeps tenetur iuſſu Dei. An & † quando præualeat cauſa diuitis vel pauperis, hoc eſt, quando attendatur fauor diuitiarum vel paupertatis; diſtingue ſecundùm *Iacob. de Butriga ff. mandati. l. ſi*
3 *procuratorem.* §. *ſi ignorantes*. Pauper † dicitur ſecundum quod iudici videbitur. *gl.* eſt in *authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* Et † qualiter probetur paupertas, vide *Iacob. de Aren. in l. paupertas. ff. de excu. tu.* & *Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* & *l. circa.* §. *inopt. ff. de mu. & hono.* & *gloſ. in l. vbi. C. de iureiurando.* & in *auth. de exhi. reis.* §. *ſi. colla.* 5.
5 Caſus. Non † valet proceſſus ex cauſa paupertatis vel perhorreſcentiæ habitus, niſi probata fuerit paupertas vel perhorreſcentia forma hic expreſſa, aliter quam per iuramentum. Hoc dicit. Quia non poteſt aliter congrue ſummari. Et eſt multum notabilis, & valde practicabilis, & menti tenenda præſens conſtitutio. Et diuiditur in duas partes principales, quia in prima parte ponitur forma probandi paupertatem, prohibẽdo aliter euocationem ex cauſa huiuſmodi paupertatis fieri. In ſecunda parte, ibi, *Et ne inde naſcantur iniuriæ*, ponitur forma probandi perhorreſcentiam, prohibendo aliter euocationem fieri ex cauſa perhorreſcentiæ. Et hæc ſecunda pars ſubdiuiditur in duas partes quia in prima dicit, vbi iudex aſſignetur, quando vnus locus Vicariæ dicitur perhorreſcentiæ. In ſecunda dicit, quod quando totam Vicariam perhorreſcit, tunc aſſignatur iudex in alia Vicaria viciniori. Secunda ſecũdæ eſt ibi, *Sed ſi totam Vicariã.* ¶ Colligge notabilia ſuper littera, eam ſeriatim exponendo. ¶ In tex. *ex beneficio*, nota †
6 paupertatem habere beneficiũ. Imo & multa ſunt priuilegia paupertatis. Vnum eſt hic, quia trahit aduerſarium ſuum ad iudicium Principis, etiam extra proprium domicilium, ſicut ſiſtellet pupillus, vel vidua, vt *C. quando Imperator inter pupillum & viduam. l. vnica.* Item propter paupertatem non cogitur reſtituere illud quod non poteſt. *extra. de reſti. ſpo. c. olim. in 3.* Item propter paupertatem excuſatur teſtis à teſtimonio, qui alias non excuſaretur. *extra. de teſti. c. ſi qui teſtium.* Item propter penuriam excuſatur quis à reſtitutione vſurarum. *extra. de vſuris. c. cũ tu.* §. *penulti.* Item excommunicatus propter paupertatem non cogitur ire ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione. *extra. de ſent. excom. c. quod de his.* Item excuſatur quis propter eam ab appellando, & à proſequutione appellationis. *ext. de procura. c. penul. ff. man. l. ſi procurator eſt.* §. *ſi ignorantes.* adde *Mat. aſalanum in* 118. *notabili.* Item propter eam dãtur alimenta, quæ alias non præſtarentur. *ff. de inoffic. teſt. l. ſi inſtituta.* §. *de inofficioſo*. Item datio tutoris propter inopiam permittitur iudici, cui alias non permitteretur. *inſti. de Attilia. tu.* §. *penul.* Itẽ propter eam excuſatur aliquis à tutela, qui alias nõ excuſaretur. *ff. ad Tertull. l.* 1. §. *mater.* Item propter eam compellitur quis emere operas à patrono, qui alias non compelleretur: *C. de oper. liber. l.* 1. Item remittitur pœna collationis alicui propter paupertatem, cui alias nõ remitteretur: vt *ff. de colla. l.* 1. §. *cum duobus.* Item remittitur pœna alicui pauperi. *ff. de offi. præſi. l. illicitas.* §. *penult.* Itẽ propter eam remittitur ſatisdatio. *ff. ſi cui plus quã.* per *l. fi. l. ſi no facile.* Item propter eam remittuntur expenſę, quæ alias non remitterẽtur. *ff. de rei vend. ſi fundo.* Item ſolutio dotis & exactio fit propter eam in caſu, quæ alias non fieret. *ff. ſolut. matri. l. ſi conſtante.* & *l. quamuis. de iure dot. l. minus.* §. *ſi manente.* Item facit valere legatũ, quod alias non valeret. *C. de Epiſc. & cleri. l. quod pauperibus.* Item benigni interpretatione datur pauperiori loco vel Ecclęſiaſtico, de quo non fuit cogitatum. *C. de Epiſc. & cleri. l. ſi quis ad declarandam.* Multa etiã ſunt de cibarijs & alimẽtis in fauorem pauperũ introducta, de quibus legitur *ff. de alim. præſtan. l.* 1. & quaſi per totum. *ff. de ven. in pe. mi. l.* 1. & quaſi per totũ. *extra. de præben. cum ſecundum Apoſtolũ.* Itẽ ſucceſſio libertini remittitur propter paupertatem. *inſti. de ſucce. li.* in princ. Item propter eam differtur ſolutio, & præſtatur abſolutio. *extra. de ſolu. cap. Odoardus.* Item propter eam conceduntur expenſę ad proſequutionem, quæ alias non darentur. *extra. de accu. cap. ex parte.* & *cap. olim.* Item nota, quod tenemur fideliter defendere pauperes, ne offendantur in iudicio etiam ſine ſalario, vide *Bal. in authen. generaliter. C. de Epiſcopis & cleri.* Et propter hoc poſſumus addiſcere ſententiam iuris, vt defendamus pauperes, ne opprimantur, iuxta notata per *Innocent. extra. de Summa Trinit. & fide Catho. firmiter credimus.* in verſic. *Item ex cauſa poſſint.* vlterius † nota, quod
7 priuilegium paupertatis ceſſat auctis facultatibus, ſecundum *Bar. & Doct. in l. non tantum magiſtratus.* §. *eos qui. ff. de excu. tu.* Et dico. † quod ceſſat
8 in futuris cauſis, ſecus in euocatis tempore paupertatis, quia tempus euocationis inſpicitur, vt
9 hic. Et nota † quod iudex poteſt ex officio procedere in cauſis miſerabiliũ perſonarũ; vt *l. mulieres.* & ibi per *Cyn.* & *Bal. C. ſi mancipi. ita fue. alie. ne proſit.* & vide *Inno.* & *Dec. extra. de iureiur. c. ad noſtram.* & adde quæ dixi ſupra *in curia Perpiniani. c.*
10 *volumus.* Et eo † ipſo quod Princeps appoſuit manũ in cauſa per euocationẽ, vel alias, eſt alijs inhibitum, vt notat *Inno. c.* & *l. oct. extra. de conſti. c. cum M.* vide quæ dixi infra *collat.* 11. *c. les cauſes*
11 *dels pubill.* Et per hoc dico † q̃ cauſa ſemel euocata ad Audientiam Regiam nõ debet redire ad ordinarium, niſi ex cõmiſſione. Facit *conſtit. Cerua. ie, præterea quæ per reſeruationes.* à contrario quia ſolum loquitur de gubernatore, tamen hodie dic vt infra *collat. proxi. c. tollens lo abus.* §. *E anyadint.* vbi de hoc. Item abſoluitur quis à vo-
12 to † implendo propter paupertatem, quod alias non fieret. *extra. de voto. & vo. redempt. c. quod ſuper*

bis. & c. ex multa. Item datur actio propter eam, quæ alias non daretur: *ff. de dolo. l. idemque.* & *l. ſe. & de inſtito. l.* 1. *§. fin.* & *ff. de procura. l. actoris.* Item propter eam fuit ceſsionis beneficium introductum: *C. de ceſsio. bo. l.* 1. *ff. qui. bo. ce. po.* quaſi per totum. Item propter eam confiſcanda, pauperibus erogantur, quæ alijs non erogarentur. Item bona clericorum pauperum ſunt, dic, ideſt, eſſe de-
13 bent: *C. de Epiſco. & cleri. l.* 2. Vnde † gloria Epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere, & ſacri-
14 legium † eſt accipere quod pauperibus eroga-
15 tur: 12. *q.* 2. *c. gloria Epiſcopi.* Nota † quod ſtatutum diſponens generaliter ſuper deciſionibus cauſarum non cõprehendit ſpeciales cauſas pauperum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, vt *l. tit. de pœ. iudi.* & *l. ſi procuratorem. §. ſi ignorans. ff. mand.* ſecundũ *Anton. de Butrio in ſuo*
16 *conſilio* 46. Item † nota, quod vbi cauſa fuerit euocata prætextu paupertatis, tempore euocationis legitime probatę, iuxta hãc cõſtit. ſufficit & valet euocatio, licet poſtea ſuperuenerint diuitiæ: quia inſpicitur tempus ipſius euocationis, iuxta hanc conſtitutionem, arg. *ff. de negot. geſt. l. litis conteſtatæ.* vide ibi *Angelum.* Item nota, quod
17 paupertas † dolosè procurata non prodeſt. vt *C. de cenſitis & cenſitoribus. l. quiſquis. lib.* 11. vide ibi *Ioan. de Platea.* Et per hoc poſſunt limitari omnia iura, quæ dant priuilegia vel prærogatiuas propter paupertatem; quę debent intelligi de paupertate non procurata, quod eſt valde notã-
18 dum. ¶ Vlterius † nota, quod cauſa ſemel per Principem euocata non redit ad ordinarium ſine ſpeciali commiſsione, quia vbi cœptum eſt iudicium, ibi debet accipere finem, & per euocationem eſt inhibitus ordinarius, ergo, &c. Secus eſt de gubernatore, vt dicitur in *conſtitutione Ceruaria. c. præterea quia per reſeruationes.* Dic tamen hodie idem de Rege, vt infra *collat. proxim. curiæ Regina Maria. c. tollens lo abus. §. & anyadint.* vide
19 qui ibi dixi, & dic vt ibi. vnde dic, † aut cauſa eſt euocata ſine qualitate, ſed quia eſt Princeps præſens in loco; & tunc eo recedente redit cauſa ad ordinarium, aut eſt euocata prætextu paupertatis, aut alterius qualitatis, & prærogatiuę; & tunc talis non redit, vt dicitur in *c. tollens lo abus. §. è anyadint.* infra *collat. proxi.* & adde infra
20 *collat.* 11. *c. les cauſes dels pubills.* ¶ Licet † autem magna & multa ſint priuilegia paupertatis, habet tamen multa incommoda paupertas: facit enim quandoque debitorem ſuſpectum: *ff. de priuilegijs credi. l. creditores.* Facit etiam teſtem minus habilem: *ff. de teſti. l.* 3. Facit venire perſonaliter, quod alias non fieret: *ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. ſi id quod. §.* 2. *ff. de pœ. l.* 1. in fin. & *l. in ſeruorum. §. vltimo.* Item propter eam cogitur quis ſatisfdare, quod alias non fieret. *C. de Epiſcopali audi. l. de creationibus.* & *ff. qui ſatis cog. l. ſciendũ.* Item facit ſequeſtrari fructus, quod alias non fieret: *ff. qui ſatis cog. l. ſi fideiuſſor. §. penult.* Item nocet in adoptionibus faciendis: *ff. de adopt. l. nec ei permittitur. §.* 1. Item nocet in tranſactionibus alimentorum: *ff. de trãſact. l. cum ij §. ſed & perſonarum.* Itẽ nocet in actione de dolo proponenda: *ff. de dolo. l. non debet.* Item nocet in accuſationibus: *ff. de ac-*
21 *cu. l. alij.* & *l. nonnulli.* & *l. ſe.* Obtentu † tamẽ paupertatis non debet quis turpem vitam agere. *extra. de ſimo. c. quoniam ſimoniaca. ff. de ritu nup. l. palã. §. quæſitum.* Item pauper dum non habet quid offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatis iuſtitiam opprimitur: 11. *q.* 3. *c. pauper.* vbi hoc notatur per *Gui. in Roſario.* De
22 priuilegijs † diuitiarum notat idem *Gui.* 30. *diſt. c. hæc autem.* ibi plene videre poteris. Tamen ne-
23 mo † pauperi in mala cauſa debet eſſe miſeri-
24 cors: 3. *q.* 6. *c. Si res.* Item † paupertas rerum non eſt mala reputanda, nec in numero malorum cõputanda: 15. *q.* 1. *c. illa.* Immo

Pauperies ſi lata venit, diuiſsima res eſt.

Et nihil paupertate ſecurius, dummodo ſint pauperes ſpiritu, & vera ſit ipſa paupertas: quia ideo Deus pauper eſſe voluit, vt ſuſtinentes per patientiam coronentur, & diuites in ipſis me-
25 reantur: 42. *diſt. c. ij.* Et † perfectius eſt omnia propter Chriſtum relinquere, quam pauperibus deſtribuenda ſeruare: 12. *q.* 1. *c. expedit.* quia onuſtus pondere auri Chriſtum pauperem non poteſt ſequi: 12. *q.* 2. *c. Socrates.* Et imo Epiſcop⁹ debet eſſe pauper victu, diues meritis: 41. *diſt. c. Epiſcopus.* Item prædicatores debent pauperes eſſe, & tenentur eis neceſſaria adminiſtrare: 1. *q.* 2. *cap. Sacerdos.* & 10. *q. vltim. c. cauendum.* Et religioſus,
26 qui † paupertatem voluit, ſi fiat Epiſcopus, nõ frangit votum, quia fit rerum Eccleſiæ diſpenſator, non vſurpator: 12. *q.* 1. *c. expedit.* Et præcipue
27 pauperibus, † qui laborare non poſſunt, eſt ſub-
28 ueniendum. Item † nobilibus, & diuitibus depauperatis, qui mendicare erubeſcunt: 86. *diſtin.*
29 *c. conſiderandum.* Et † in pauperibus magis eſt attendenda religio, quam paupertas: 16. *q.* 1. *c. fin.* Item nota, quod non minus crudele eſt, qui à pauperе vſuras exigit, quam qui diuiti rapit: 14. *q.* 4. *c. quid.* & qui ea quæ pauperibus debentur acci-
30 piunt, grauiter delinquunt. Et † male adquiſita, ſunt pauperibus eroganda; quando quibus reſtituenda ſunt, non inuenitur. *extra. de vſur. c. cũ tu.*
31 Si † propter paupertatẽ actor agere non potuit, datur reſtitutio ex clauſula generali, vt notat *glo. ff. de iudi. l. Sed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies.* Et eſt magnum in hoc priuilegium paupertatis. Facit quod notat *Innoc. extra. de app. c. ex ratione.*
32 Nota, † q̃ de iure ad Eccleſiaſticũ iudicẽ pertinet cognoſcere de cauſis miſerabilium, licet de gratia deferatur ſæcularibus iudicibus, vt ipſi cognoſcant, ſecundum *Innocent. in cap. licet. de foro cõpe.* & eſt *gloſ.* in *c. ex tenore. eod. tit.* adde *de offic. dele. c. ſignificantibus. in nouella.* & in *l.* 1. *C. quãdo imperator inter pu. & vidnã.* ¶ Sequitur in tex. *perſonis miſerabilibus.* Niſi fiat mentio de miſeria, nõ valet reſcriptũ, vt notat *Gui. in Roſario* 87. *diſt. c. licet.* vide *Cinum in l. vnica. C. quando Imperator inter*

Digitized by Google

33 *ter.pu.& vi.in vlt.q.* Et † quæ perſonæ ſint miſerabiles,dic per *G.durandi in 2.parte Spe. tit. de inſtru,edi.*alias eſt *de execut.teſta. §. nunc vero aliqua. verſ. Et ſcias quod inter relicta.*vide ibi quæ dicantur pia loca, vel pia cauſa: vbi inter miſerabiles perſonas connumerat pupillos,viduas, peregrinos,pauperes auxilio proprio deſtitutos,vel ratione morbi,vel ætatis,vt quia eſt adultus egẽs, vel habẽs curatorem, vel quia eſt ſenex vel decrepitus;quia iam præmiſit de pupillis,expoſitos, libertos,& ſimiles:87. *diſt.c.*1.& per totum. hæ enim perſonæ in iudicijs, & extra quadam prærogatiua lætantur:vt *C.quando Imperator inter pu.& vi.l.vna.C.de Epſc.& cleri.l.orphanotrophos.*& *l.ſi quis.*& in *auth.de ec.tit.§.ſi.extr.ne cleri. vel mo. c.*1.& *de verb.ſig.c.ſuper quibuſdam.*in fi.& per totum.87.*diſt.c.non ſatis.*23.*q.*5.*c.Regum.*24.*q.*3.*c.ſi quis de potentibus.* & *c.ſe.extra. de foro compe. c. ex parte.*quod verum intelligit *Gui.*de viduis.& pupillis,& peregrinis, aduenis, miſeris, pauperibus, & inopibus; non de diuitibus & potentibus.*extra.de offi.dele.c.ſignificantibus. extra. de foro*
34 *compe.c.ex tenore.* Nota † tamen differentiam inter pauperem & inopem:quia inops eſt,qui nihil habet,nec ſibi poteſt ſufficere,nec alijs elargiri:
35 ſed † pauper eſt,qui l cet alijs elargiri nõ poſſit,tamen ſibi vix ſufficit. Vnde copulationem recipiunt:*Pauperi, & inopi tu eris adiutor*. Et hic
36 ſufficit quod ſit pauper. Sed dic,quod † pupilli, & viduæ, & peregrini aduenæ,etiam ſi fuerint diuites,gaudent priuilegio dictæ *l. vnica.C. quando Imperator inter pu. & vi.* quia ibi lex non diſtinguit, & ita ſeruatur de ſtylo curiæ Regis noſtri Aragonum & Sicilię; & ſic minime ſunt mutanda,&c.*ff.de legibus.l.minime.* vnde hoc *cap.* non intelligitur de pupillis, & viduis, ſed de pauperibus,expoſitis, cæcis, & huiuſmodi miſerabilibus, quorum miſerabilitas exiſtit in penuria diuitiarum ſiue facultatum, & ſanitatis, membrorum; nam miſerabiles dicuntur perſonæ, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt: vt *extra. de poſtulando.cap.* 1. in fin.& habet probari miſeria & paupertas iuxta formam traditam in præſenti *cap.* quo ad hoc vt prætextu paupertatis, ſeu miſerabilitatis huiuſmodi fiat cauſæ ipſius pauperis, ſeu miſerabilis euocatio.
37 Item † claudi,manchi, cæci, & huiuſmodi perſonæ debiles dicuntur miſerabiles perſonæ: vt notat *glo.in c.ea.noſcitur.de ſent.excom.*& ibi *Innoc.* vide *extr.de cenſibus.l.licet.*& quia huiuſmodi miſerabiles perſonæ de facili opprimuntur. Ideo Princeps euocat cauſas talium,vt in *cap. Regum.* 23.*q.*5.& in vſat. *Alium namque.* & adde notata per *Innocent.extra.de offic.dele.c.ſignificantibus.* Sed conſulo, præſertim ſi cauſa eſt ardua, quod de quacumque miſerabilitate facias iuxta text.hi-
38 ius *cap.*recipi informationem.Item† nota quod nauigantes, & mercatores itinerantes, ac naufragium patientes ſunt miſerabiles perſonæ, & ſub protectione Eccleſiæ,vt notat *Io.de Anania in c.excommunicationi.extra.de rapto.*Sed quoad alios fines, ſi haberet probari paupertas ſiue inopia, dicit *gloſ.in l. vbi. C. de iur. do.* quod probabitur per vulgi opinionem,illud tenet *Dinus* & *Cinus.* Plus dicit *Iacobus de Aren.*indiſtincte eſſe verum in quolibet caſu,vt ipſe notat *ff. de accuſa. tu. l. paupertas:*contra hoc videtur quod pauper dicatur qui non habet in bonis quinquaginta aureos: vt *ff.de accuſa.l.nonnulli.*Aliter videtur quod pauper dicatur qui non habet in bonis centum aureos:vt *inſti.de ſucce.libertorum.§. ſed noſtra*, & in hoc reſidet *gloſ.in authen.de exhi.& intro.reis.§.fin. in gloſ. quis dicatur pauper. collat.* 5. *Bal.* in dicta *l.*
39 *paupertas* dicit, quod † ille dicitur pauper, qui non poteſt viuere, niſi de ſuo quotidiano labore. Et credo quod ita debet accipi hic, quia litigans habet circa litem vacare,& tunc non bene poteſt victum lucrari,adde *gloſ. in l.iudices. C.*
40 *de Epiſcopali Audientia*. Nota † quod vbi inferior iudex propter potentiam litigatoris non poteſt facere iuſtitiam,poteſt adiri ſuperior, vt notat *Iac.de Bellnis in feu.tit.de milite. verſ.qui.vũ-*
41 *tu.eſt.*ſuper verbo,*maiorem.* Et † qualiter cognoſcet Papa vel Imperator de oppreſſione? Dic per *Inno.extra.de foro compe. c, cum ſit generale.*& adde *Anton.de Butrio in c. ſi clericus laicum.eod.tit.*& dic late prout ſcripſi *in Summa de afflictionibus; & op-*
42 *preſſionibus.*Super his dicit *Bar.* quod † quandoque in aliquibus caſibus lex limitat, qualiter debet intelligi pauper, & tunc ſtandum eſt diſpoſitioni legis, vt dicta *l. nonnulli*, & dicto §. *ſed noſtra.* Quandoque lex hoc non limitat, & tunc in caſibus in quibus paratur ex paupertate paruum præiudiciũ: & tunc dicit ſtari gloſſæ dictæ legis vbi, vt ſufficiat probari per vulgi opinionem per iam dicta;in caſibus vero in quibus paratur magnum præiudicium,tunc dicit relinquẽdum arbitrio iudicis: & hoc tenet *gloſ. C. vnde vir & vxor.auth.præterea.*Arbitrabitur autem hoc iudex diuerſimode, ſecundum diuerſitatem perſonarum. Et hoc fatetur;nam vnus miles vel nobilis homo habens mille in bonis eſt pauper; & vnus ruſticus habens minus,eſt diues, argum. *ff. de verb.ſign.l.nepos Proculo.* & quod notatur *ff. de regul.iur.l. in condemnatione.ff. de iudicijs. l. ſed & ſi ſuſceperit.* §.1. vide ibi *Angelum*. Item ex qualitate factorum, cõſideratur enim onus iniunctum, vtrum illi ſit ſufficiens vel non, vt ſecundum hoc dicatur diues vel pauper,vt dicta *l.paupertas.* & ꝙ notatur in dicta *l. ſi propter paupertatem.* Circunſtantijs ergo probatis remanet arbitrio iudicis, quoniam diues vel pauper dicitur ille ſecundum quod iudici videbitur.*gloſ.*eſt in *auth. de hæredi. & fal.* §. *ſi vero abſint.* vide *Bar. in l. ſi conſtante.ff.ſolut.matri.*circa prin.& iſta ſcire profunt ad multa;vbi expedit ſcire de paupertate, & de diuitijs,vt *in teſti.* & alijs. vide latius per *Bar. in*
43 *l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* ¶ Vnde † nota, quod naturaliter quilibet naſcitur pauper,vnde Iob:*Nudus egreſſus ſum de vtero matris.* & ſic ſem-

Digitized by Google

per eiunt pauperes, vt dicitur in *Euangelio: Pau-*
44 *peres semper habebitis vobiscum.* & sine † pauperibus non esset ciuitas perfecta, vt *l. 1. ff. de nundines.* & notat *Ioan. de Platea in l. quotiens. C. nemini liceat in sabbatorum emptione se excusare. lib. 10.* Item
45 nota, quod † mercatores quamdiu sunt in mercimonijs extra patriam sunt aduenæ, peregrini, & miserabiles personæ, secundum *Anto. de Butr. Hostien. de Iudæis. ex vltimi. in 6. notab.* Item etiam
46 neophiti censentur miserabiles personæ, secundum *Ala. extra. de verb. sign. c. super quibusdam.* & notat *Anton. de Butrio in c. Iudæi. extra. de Iudæis.* ¶ Sequitur in text. *causas*, intellige, siue criminales, siue ciuiles: quia † causa est nomen generale,
47 & comprehendit etiam criminales: vt *l. 2. & 3. C. ut intra certum tempus ex. quæstio finiatur.* & est *glo. in l. causas. C. de transact.* & ita vidi seruari, licet quidam contra. ¶ Sequitur in tex. *ad nostrum cō-*
48 *sistorium.* Nota, † quia Principis est priuilegium & regalia, vt ad eius consistorium trahat causas miserabilium. Sed contra videtur quod hoc ad Ecclesiam spectet, vt *extra. de foro compet. ex tenore.* vbi *Henr. Boich.* sic † distinguit. Si quæris vtrū
49 causæ seu status pupillorum, viduarum, seu debilium personarum pertineant ad Ecclesiam, distingue: aut quantum ad protectionem, seu defensionem, & tuitionem, & ne opprimantur à potentioribus, & tunc dic quod sic, 81. *dist. c. 1. & 23. q. 5. c. administratores.* & 24. *q. 3. c. si quis de potentioribus.* & *ibi.* adde 86. *dist. cap. 1. & 3.* & *c. non satis. §. Item corripiamur.* & melius: 87. *dist. cap. de sclar.* & *c. 1.* vbi *glo.* dicit, quod vidua est, quæ
50 etiam maritum non habuit: & quod pupillus est, qui infra pubertatem desinit esse in patris
51 potestate. Et nota, † quod vxor viro bannito, vel à pace & treuga electo, gaudet priuilegio viduarum, vt *C. ad l. fa. de plagia. in glo. super l. vltima.* dum dicit, *idem in marito.* vide ibi *Bal.* Aduerte tamen, & sis cautus, vt de omni miseria, quæ possit verti in dubium, facias recipi informationem, iuxta formam huius *cap.* & etiam de omnibus, si causa fuerit ardua, & est optima cautela, quia hoc *cap.* de miserabilibus loquitur generaliter, licet consuetudo huius informationis tantum in pauperibus obseruetur. Sed *dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet*, vt dicitur in *Psal. 145.* Aut quæris quantum ad causarum suarum cognitionem, & decisionem: & tunc aut agitur de violentia, seu iniuria eis illata, & de hoc etiam potest cognoscere: vt 24. *q. 3. cap. si quis de potentioribus.* & *extra. de foro competen. cap. ex parte.* Aut agitur de alijs rebus seu iuribus ipsorum, & tunc aut agitur de possessorio: & tunc spectat cognitio ad Ecclesiam: vt in alleg. *cap. ex parte*, secundum *Innocen.* & *Hostien.* ibi, & secundum *Bar.* & *Innocen. extr. de offic. dele. c. significantibus:* & *Hostien. in Summa eod. tit. §. 2. vers. Ex præmissis.* Aut agitur petitorio, & tunc spectat principaliter & primarie ad iudicem secularem, vt in dicto *cap. ex tenore.* & *c. significantibus. 23. q. 5. c. Regum.* & *C. quando Imperator. inter pu. & vi. l. vnica.* Et in defectu seu negli-
52 gentia † iudicis secularis spectat, & deuoluitur iurisdictio ad Ecclesiam: sicut & in causis aliorum: vt *extra. de foro competen. c. ex parte.* secundum *Hostien.* in dicto *vers. Ex præmissis.* Et satis concordat quod notat ipse *Hostien. extra. de verb. signi. c. super quibusdam. §. vlti. glos. penult. & vlt.* licet *Inno.* ibi dicat, viduas, pupillos, & orphanos, & reliquas miserabiles personas, posse quemlibet conuenire coram iudice Ecclesiastico, quod nimis generale dictum videtur. Dicit tamen idē *Innoc. extra. de foro compe. c. ex tenore*, quod causæ viduarum pertinent ad Papam: sed ipse de gratia defert iudicibus secularibus, vt non cognoscat, nisi propter negligentiam iudicis secula-
53 ris. Quæ † dicatur vidua, & quis sit pupillus, vide *glos. in l. vnica. C. quando Imperator.* Et quod proprie est pupillus, qui patri caret. Vnde versus:

54 *Pupillus † patre caret, orphanus est sine matre.*
Sed magis proprie orphanus caret vtroque.

Secundum leges pupillus proprie est impubes carens patre, vel alias emancipatus. Improprie vero est quilibet impubes, vt de *verbor. signi. l. pupillus est.* & *ff. de verb. oblig. l. fin. §. pupillus.* & *C. de iur. deli. l. infanti. §. penult.* & in eis notatur per *glos.* Et idem potest dici de peregrinis, aduenis, & mercatoribus, & de officialibus ru-
55 sticis. Et sic nota, † quod rusticus connumeratur inter miserabiles personas; & vide infra *eod.* super verbo *personaliter.* in fin. idem dic in libertis seu familiaribus, & de expositis, de cœcis, mutilatis membris, & leprosis, & de captiuis, idem de incarceratis: vt *l. iudices. C. de epi. audi.* & ibi *glos.* & per *Anton. de Butrio in alleg. c. ex parte.* & latius in *c. ex tenore. de foro competen.* idem de debilibus, & diuturno morbo fatigatis, & furiosis, & alijs personis miserabilibus, de quibus vide plene per *Innocent.* in sæpe dicto *cap. si-*
56 *gnificantibus.* Et nota, quod † oppressus dicitur iniuste damnatus vel male tractatus, secundum *Gui. 2. quæst. 6. c. omnis oppressus.* & habetur in *§. cum ergo. ead. quæst.* & 11. *quæst. 3. c. quando ergo vir*
57 *Ecclesiasticus.* Item † quando potentior indebite spoliat pauperem, vt in alleg. *cap. si quis de potentioribus.* vbi *glos.* notat, quod de talibus possit cognoscere Ecclesia, & est præsumptio, quod potens opprimat pauperem, quia ait Salomon: *Pascua leonis onager, sic pascui diuitum pauperes.*
58 Et sic † eo ipso quod est probata potentia, est præsumptio oppressionis pauperis, & ad *c. pauper. 11. quæst. 3. 23. quæst. 5. cap. Regum.* & *C. quando Imperator. l. 1. & ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. ne potentiores.* & *C. de censibus & censitoribus. l. omnium tabularum. lib. 11.* & ibi notatur per *Ioan. de Platea.* in fin. Et videtur de hoc text. *in Decretis 6. di. §. vltimo.* & in *Genesi 7. cap.* ibi, *cœpit Membrot esse robustus & venator.* i. dest, hominum oppressor; cœpit enim imbecilles opprimere, & sue di-

ctioni

ctioni ſubijcere, & hoc (prohdolor) videmus nimium hodiernis temporibus per experientiam.

59 Ita † quod infimus imbecillis allegans ſe oppreſſum a potente, & ex hoc ſupplicans eius causam euocari, debet audiri, & interim inhibitio fieri per vſat. *Alium namq.* & demum citata parte de cauſa oppreſsionis cognoſcetur, & de hoc vidi quandam prouiſionem Regis Petri III. Itē

60 nota, † quod ſi Prælas opprimat ſuos ſubiectos, debet vltimo ſupplicio puniri, eo quia oppreſſerit quos tenebatur ab oppreſsione releuare, vt habetur in *authen. vt differentes iudices. §. Si tamen*

61 *contigerit. collat. 9.* Et ſic nota, † quod oppreſsores peccant mortaliter, & tenentur oppreſsis damna reſarcire, & quia non faciunt, neſcio quomodo pœnitere poſſunt: & ita perit mundus, præſertim in hac Cathalonia, oppreſſorū & opprimentium imbuta. Deus miſereatur noſtri, & dirigat bonum Regem noſtrum Petrum Quartū, quem de Portugallia miſit nepotem domni Iacobi Comitis Vrgelli, ille deceſsit. Cui ſucceſsit Renatus. Sed die 17. Octobris Rex Ioannes filius Ferdinandi recuperauit Barcinonam, & facit iuſtitiam cum ſuo Vicario Ioannes Pages.

62 Item nota, † quod ex cauſa oppreſsionis poteſt adiri ſuperior, vt notat *Bar. in extrauag. ad reprimendam. colla. 11.* & habetur de hoc in vſat. *Barcinona, c. alium namq.* & in *c. ſi ſenyor.* Verumtamen

63 in † Cathalonia dominus Rex non permittit quod ratione miſerabilitatis vel oppreſsionis habeatur recurſus ad iudicium Eccleſiæ. Sed vbi

64 ratione † iuramenti, vel pro vltimis voluntatibus, aut ex cauſa dotis, vel pro iuribus Eccleſiaſticis, aut alias de conſuetudine, vel de iure fuerit cauſa prætēta in foro Eccleſiæ, dominus Rex non permittit euocari ad ſuum conſiſtorium cauſam illam prętextu miſerabilitatis & ſuper hoc dudum emanauit littera ſequens.

¶ Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barcinonæ, Dux Athenarum & Neopatrię, ac etiam Comes Roſsilionis & Ceritanię. Dilecto noſtro officiali venerabilis Epiſcopi Gerund. n. Salutē & dilectionē. Recolimus pridem ad noſtram Sacram Audientiam, ad ſupplicationem Ioannis Natalis pauperis & miſerabilis perſonæ ratione paupertatis & miſerabilitatis ad ſuppl. cationem ipſius Ioānis euocaſſe cauſam, ſeu quæſtionem, quæ in curia veſtra ducebatur inter dictum Ioannem ex vna parte, & Bernardum Textoris mercatorem ciuitatis Gerundæ ex altera, cauſis & rationibus in dicto proceſſu contentis. Nunc autem viſo dicto proceſſu, auditiſque partium prædictarum aduocatis, deliberauimus dictum proceſſum fore vobis ſeu ad curiam veſtram remittendum. Quapropter ad humilis ſupplicationis inſtantiam per dictum Bernardum Textoris propterea nobis factam, dictum proceſſum, & cauſam ſimul cum partibus ſupradictis vobis huius ſerie ducimus remittendum, requirentes, & exhortantes vos, quod in dicta cauſa, quæ longo tempore durauit, faciatis breue, & expeditum iuſtitiæ complementum. Datū Barcinonæ 14. die Octobris anno â Natiuitate Domini 1424. De Funes Vic.

¶ Et nota, quod hæc littera fuit de iuſtitia, quod probatur, quia fuit factum hoc cum deliberatione partibus auditis: & ideo dixit remittendum, quia ſi miſerabilis fuerit, & talis cauſa, quæ poteſt pertinere ad iudicem Eccleſiaſticum, & ad ſæcularem, locus eſt præuentioni, nec Princeps poterit talem cauſam euocare ad ſe, ſi prius fuerit apud iudicē Eccleſiaſticū præuenta.

65 *extra. de foro competen. cap. vltim.* Et † Imperator non poteſt concedere priuilegium ſuper cauſis quæ coram Eccleſiaſtico iudice mouentur, vt notat *Innocen. extra. de teſti. cap. ſuper.* pro hoc faciunt notata in *cap. ex tenore extra. de foro competen.* vide & adde quæ ibi notātur per *Anton. de Butrio.* & *Henric.* ¶ Sequitur in textu, *ducere & tractare p. ſ-*

66 *fint*, ſubaudi, & ex hoc perſona † miſerabilis conſequitur plura commoda. Primum, quia ibi non oporteret timere, nec perhorreſcere potentiam aduerſarij, vt dicam infra *eod. cap.* ſuper verbo *noſtrum conſiſtorium*. Secundum, quia ibi cauſa citius expeditur, quia tractatur ſine figu-

67 ra iudicij, ſola facti veritate attenta, quia † curia Principis non curat niſi de veritate: *extra. de decim. cap. ad petitionem.* & notat *Anton. de Butrio in cap. cum olim. extra. de priuilegijs.* vide tamen quæ dixi ſupra *collat. 8. in cap. Item ſenyor quels Cancellers*. Tertium eſt, quia non habet ſoluere ſalaria iudicum, aduocatorum, & ſcripturarum, dummodo præſtet cautionem iuratoriam, quod ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, &c. *extra. de ſolut. cap. Odoardus.* Quartum, quia ſemper in Audientia habetur copia peritorum, quorum voto deliberatur ſententia, & ſic firmum eſt iudicium quod plurimorum ſententia confirmatur: *extra. de offic. dele. cap. prudentiam.* ad quod infra *collat. proxim. cap. occurrens.* & *cap. per vepos.* Quintum, quia ſententia Regia habet promptam executionem, etiam ſi fuerit ſupplicatum: vt *extrauag. de reſti. in integrum. cap. ex litteris.* & *cap. ſuſcitata.* adde infra *colla. 11. cap. les cauſes dels pubills.*

¶ Sequitur in textu, *ſurgat calumniandi occaſio.* & ſubaudi, ne inde naſcantur iniuriæ, & cæ in-

68 fra *eod. §. proxim.* & omnis † occaſio malignandi debet auferri, vt ſupra *collat. 6. curia Aſtonſi ſoni cap. vt tollatur.* & infra *eod. cap. proxi.* in prin.

¶ Sequitur in text. *& grauandi aliquam laboribus & expenſis.* ſubaudi, quod faciendum non eſt. imo

69 cordi † nobis eſt releuare ſubiectos laboribus, & expenſis, vt ſupra *eod. cap. cordi.* cum ſuis concordantijs. ¶ Sequitur in text. *priuſquam mota,*

70 quia dicit † ordinem: vnde ſi ſecus fiat, non valet quod agitur, & hoc dicit infra *eod. §. vlt.* in fi. ad idē q notatur ſupra *eod. c. querelā.* ſuper verbo *tunc.* & ſupra *eod. cap. cordi.* & *c. licet præbere. §. Sed præcedente.* cum ſimilibus. ¶ Sequitur in text. *ad*

71 *inſtantiam.* ergo talis† euocátio habet fieri ad inſtantiam miſerabilis, non ergo fiet ex officio, niſi forte pro vtilitate pupilli, in caſibus in quibus alias poteſt procedi ex officio, vel per inquiſitionem, pura ad remotionem ſuſpecti tutoris, & huiuſmodi. de quo vide quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. curiæ Perpiniani c. volumus & concedimus, quod non*
72 *obſtat*, nec fiet etiam euocatio † cauſæ miſerabili, ad inſtantiam eius aduerſarij: vt *C. quando Imperator. l. 1.* & arg. *l. quod fauore. ff. de legibus.* & *C. de*
73 *procura. l. non eo minus.* Et nota † quia bene dicit, *ad inſtantiam*: quia ex officio bene poteſt, quia Princeps etiam non ſupplicatus non debet ſinere opprimi miſerabiles, imo tenetur ſuccurrere, iuxta vſat. *Alium namque.* & 23. q. 5. c. *Regum.* & ibi notatur per *Gui. in Roſario.* & 12. q. 2. c. *cum de-*
74 *notiſſimam.* Et hanc † regaliam non poteſt Rex à ſe abdicare: vt *extra. de cenſi. c. cum venerabilis.* & ibi *glo. Inno.* & *Ioan. Andr.* & per *Henr. de dona. cap. paſtoralis.* ¶ Sequitur in text. *contra ipſius aduerſarium mandetur citatio.* nota, non dicit *contra miſerabilem*: quod facit pro his quæ ſtatim dixi, &
75 dic *citatio*, † ſubaudi, quæ eſt cauſæ ſiue iudicij initium & fundamentum, ſine quo corruit ædificium: *inſti. de pæ. te. luis. §. vlti.* & in *q. 1. c. cum Paulus*, & adde quæ notãtur de citatione ſupra *ead. c. querelam.* & *c. cordi.* & melius ſupra *colla. 6. curiæ*
76 *Perpiniani c. laudantes.* ¶ Nota † quod hic dominus Rex reſtringit ſuam regaliam recurrendi ad ipſum. Sed nunquid poſſet in totum illam ſibi auferre, vt miſerabiles vel oppreſsi non poſſent recurrere ad ipſum? Reſpondeo, *Innocen. extra. de cenſi. c. cum venerab.* tenet quod non, niſi renunciaret Sedi Regiæ, quia Regum eſt proprium liberare oppreſſos: vt 23. *q. 5. c. Regum*, vbi dicitur: *Si feceritis hæc, o Reges, tenebitis priſtinam poteſtatem.* Et
77 nota, † quod ſtatutum diſponens generaliter ſuper deciſionibus cauſarum non comprehendit cauſas ſpeciales pauperum, viduarum, & miſerabilium: *C. de pæ. iudi. qui male iudi. l. 2.* & *l. ſi procuratorem.* & *l. ſi procur. §. ignorantes. ff. mandati.* ſecũdum *Ant. de Butr. conſilio 46.* ¶ Sequitur in text. *aut cauſa euocatio.* hic eſt figura, quæ dicitur *iſteron proteron*, quæ eſt debiti & recti ordinis per-
78 uerſio: quia † prius habet fieri cauſæ euocatio, & poſt ſequitur partis citatio, ex ordine iuris & naturæ, quo prætermiſſo non valet quod agitur, vt dixi ſupra *ead. c. querelam.* cum concor. & de multis figuris locutionis notatur per *glo. in*
79 *c. forus. extra. de verb. ſign.* & de † materia euocationis ſiue reuocationis cauſarum, & negotiorũ ad Principem legitur & notatur *extra. de app. c. vt noſtrum.* ¶ Sequitur in text. *probare oporteat,*
80 nota quia † non videtur ſufficere fama ſeu vulgi opinio; imo requiritur plena probatio miſerabilitatis, propter verbum *oporteat.* quod dicit
81 neceſsitatem † iuris; & quia dicit text. *probare*, ergo non ſufficit adminiculare: & hoc probat littera, quæ ſequitur, *teſtibus fidedignis*: quia loquitur in plurali, quia *in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. extra. de iudi. c. nouit.* & *de teſti. c. in nomine Domini.* & in vſat. *Si quando cuiuſcumque appellatio.* & *regula, pluralis. lib. 6.* ¶ Regulariter
82 enim † de iure probatur paupertas, vt quia vadit mendicando, prout conſueuerunt pauperes, & male vadit indutus, & in domo ſua nihil ha-
83 bet, veſparum. Item † probatur ex vulgi opinione. *ff. ae ſtu. l. 1.* ſecundum *Arg. in l. 2. ff. de proba.* vbi dicit, quod licet quis naſcatur nudus, & pauper, vt in Iob, *Nudus egreſſus ſum de vtero matris ſuæ*, tamen quilibet præſumitur induſtrioſus & laborioſus, vt ſic ditetur, vt *C. an ſeruus ex ſuo fac. l. pe-*
84 *& arbi. in. l. ſi defunctus.* Hodie † data eſt forma probandi paupertatem per *c. 14. legis Ferdin. ll. in curia fratrum minorum Bar. Item per tolre abuſos.*
85 Et nota, † quia dicit, *fidedignis*, quia videtur quod ſint omni exceptione maiores, & ſic videtur quod ſit pars vocanda ad examinationem horum teſtium, arg. *extra. de teſti. c. in nomine Domini.* & ſupra *ead. c. licet præbere.* & quod ibi notatur: & adde notata per *Mataſalanum in 188. notabili.* Secus tamen ſeruatur de conſuetudine & ſtylo curiæ, & ſic minime ſunt mutanda, & c. *ff. de legibus. l. minime.* quia imo recipiunt ſummarie, & ſine partis
86 vocatione, ſicut ſupra *ead. c. querelam.* Sed † poſtea auditur pars citata, volens probare, contra miſerabilitatem allegatam, quod ſit perſona diues, opulens, & non miſerabilis, & quod teſtes nõ fuerint idonei, nec fidedigni, & de huiuſmodi tanquam de præiudiciali habebit prius cognoſci: ad hoc *extra. de ordi. cogni. c. 1. & c. tuam.* cum ſimilibus. & *de iudi. c. exhibita.* & quæ ibi notantur. ¶ Sequitur in text. *teſtibus*, nota verbũ, quia
87 non † credo hic ſufficere probationem inſtrumentorum, licet regulariter contra *C. de fide*
88 *inſtrum. l. in exercendis.* tamen nomine † teſtium quandoque veniunt inſtrumenta, vt *extra. de teſti. co. c. peruenit.* & *de verb. ſign. c. forus.* facit *de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem.* vide *Mataſalanum in 2. notab.* ¶ Sequitur in text. *recipiendis per iudicem perſonaliter.*
89 non † ergo valebit informatio ſi recipiatur per ſolum notarium etiam ex commiſsione iudicis; ſicut quandoque fit, & male. quia induſtria & fidelitas perſonæ iudicis eſt electa in hoc, ad vitãdum occaſionem calumnię; & quia recipitur nõdum vocata parte: quia notarius non poteſt expedire commiſsionem ſibi factam à iudice, de eo quod ipſe iudex habet expedire, ſecundum *gl. ſ.*
90 *in l. 2. §. 1. ff. de iure fiſci.* Et † hoc intellige verum, quando iſta informatio recipitur in curia; ſecus ſi teſtes eſſent in partibus; quia tunc fit commiſſio iud ci loci, vt recipiat talem informationem, quam etiam habebit perſonaliter recipere, alias non valeret per prædicta: & ideo notanter dixit, *per iudicem*, & non dixit, *per iudicem cauſæ*: quaſi dicat, per iudicem, cui receptio ipſius informationis fuerit commiſſa, ſiue in curia, ſiue ad partes: ſuper quo vide notata per *Innoc.* & *Bal. in c. cum Bertoldus, extra. de re iudi.* Vnde pauper, qui vult ire ad curiam pro faciendo euocari cauſas

ſuas,

Digitized by Google

ſuas,poteſt in partibus ſuis adire iudicem loci, vt recipiat informationē paupertatis,prout notatur in ſimili per *Petrum* & *Doctores in l.omnes. C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt.* Sed num-
91 quid † ruſticus contineatur inter miſerabiles perſonas? Dic vt notatur in *l.non patimur. C. de curſu publico.lib.*12. ibi textus facit, quod ruſticus dicatur miſerabilis.Et hoc forte verum, niſi probetur diues,quia habet præſumptionem paupertatis, quia nō debet ruſticus eſſe pecunioſus, & à dominis ſæpe bona ſibi auferuntur,vt in cōſtitutione pacis, *Anno Domini.*§.*ibidem.* Nota, ℣
92 paupertas† procurata in fraudem non prodeſt, vt quia donauit omnia bona ſua alteri,de quo notatur per *Ioan.de Platea in l.cum faculiates. C.de his qui numero liberorum.lib.*10. & in *l.*1. *C.de filijs familias.eod.lib.* & latius per eumdem *Io. de Platea in l.quiſquis.C.de cenſitis & cenſitoribus.libro* 11.
¶Sequitur in textu, *& in ſcriptis.* Nota hic cā-
93 ſum † in quo ſcriptura requiritur, ſic *extra. de probat.c.quoniam contra falſam.* & *extra.de offi.delegati.c.cum in iure.* Vnde ſis cautus, vt habeas copiam authenticam de huiuſmodi informatione, & teneas eam bene cuſtoditam,ſicut & reſcriptū delegationis,quia niſi cōſtaret in ſcriptis de informatione huiuſmodi,poſſet periclitari proceſſus & ſententia,quia in fine huius capituli dicitur,*attenta in contrarium fore nulla ipſo iure.* Caſus
94 autem, † in quibus requiritur ſcriptura, videas per *gloſ.extra.de cenſibus.c.Romana,*ſuper verbo,*in ſcriptis.lib.6.*& in *Spec.tit.de inſtrument. edit.*§. *reſtat.in* 3.*col.*& vide quæ ſcripſi ſupra *eod.cap. Als ſcandols.* ¶Sequitur in textu, *ac ſine ſalario*. No-
95 ta, † quia ſi aliquid reciperet iudex pro huiuſmodi informatione, diceretur venalis, & eſſet nulla,iuxta notata ſupra *colla.6. curia Monteſſoni cap.quia in ſententys.*& ſupra *eod.c.los ſalaris.*Item quia eſſet factum contra formam & prohibitionem huius conſtitutionis,vt dixi ſupra *eod.cap. als procuradors fiſcals.*& *cap.quia ſæpe contingit.* §. *vltimo.*Et facit hæc littera pro his quæ dixi ſuper verbo, *ducere & tractare poſſint.*quia non exigunt ur ſalaria à pauperibus,& nedum à pauperibus,ſed nec ab ijs qui dicunt ſe pauperes, vt §. *i pauperibus enim nihil exigitur.*1.q.2.*cap.placuit.* & notatur *extra.de cenſibus.c.cum Apoſtolus.*videas *Archid.eod.tit.c.Romana.lib.6.*ſuper verbo,*locis.*& per *Bald.in auth.generaliter.C.de Epiſcopis & cleri.*
96 ſuper verbo *ſportulas.* vbi dicit, † quod in cauſis ſuiunmarijs,& pauperum & miſerabilium per
97 ſotiarum non dantur ſportulæ. Et † quare dicātur ſportulæ,vide *Gui.in Roſario* 3.*q.*3.*c.offeratur.* ſuper verbo *ſportulas.*adde in conſtitutione, quæ incipit.*les cauſes dels pubills.* & vide quæ ibi ſcripſi ſuper iſtis ſalarijs,& an aduerſarij teneantur.
98 Et nota ſumme,quod † licet hæc littera in toto iſto capitulo loquatur ſimpliciter de miſerabilibus; tamen de conſuetudine & ſtylo curiæ non ſeruatur præſens diſpoſitio,niſi de pauperibus & debilibus;quia de pupillis & viduis, dū-
modo ſint diuites,exiguntur ſalaria, & ſtatim fit euocatio ad inſtantiam pupillorum, vel viduarum,nulla recepta informatione de pupillaritate,vel viduitate: & forte hoc eſt,quia pupillaritas & viduitas quaſi notoria ſunt.Sed ad
99 huc, † iuxta formam præſentis conſtitutionis deberet prius recipi informatio teſtium de pupillaritate & viduitate, ſicut de alijs miſerabilitatibus: ſed aliter ſeruatur, vt dixi,& cōſuetudo interpretatur legem, & eſt verus intellectus legis,eius practica.*ff. de legibus. l.ſi de interpretatione.*& *l.minime.*& *extra de conſue. c.cum dilectus.* & dicit vulgare,

Non erit illuſus,qui ſeruat quod tenet vſus.

Et nota vnum ſingulare dictū *Bart.* quod licet
100 examinatio † teſtium ſit actus iudiciarius, & ſic videatur prima facie, quod notarius actorū debeat ſcribere diem & locum examinationis teſtium,per *cap.quoniam contra falſam.de proba.* & *l.optimam.C.de contraben. & commut. teſts.* tamen hoc non eſt neceſſarium.Sufficit enim, quod notarius ſcribat ſimpliciter dictum teſtis, & ſufficit conſtare de die & loco, iuramento teſtis, & ita ipſe notat in *l.ſi quando.C.de teſtibus.*& ſic docet practicandum eſſe,ſecundum *Mataſalamm in* 141. *notabili.* & vide per *Angelum in l.* 1. *ff. de feriis.* Tutius eſt tamen ſcribi diem & locū. ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra *collat.6.curiæ*
101 *Perpiniam cap.cum pridem.* Sed † tamen nota, ℣ iſta conſtitutio, aliæ leges, & iura, quæ diſponunt cauſas poſſe euocari ad conſiſtoriū Principis,debent intelligi,niſi illæ cauſæ eſſent iam deciſæ per ſententiam. textus eſt *in l.* 1.*C.ſent. reſcinds non poſſ.*cum *gloſ.* Facit bene textus in *l.* 1.*C.de contractibus inds.* Facit etiam *l.*1.*C.de qui-*
102 *bus rebus ad eumdem iudicem eatur.* quia † cauſa deciſa non eſt ſimpliciter cauſa, vt *extra.de verborum ſig.c.forus.* & ita cauſa executionis nō eſt euocabilis. ¶ Sequitur in textu, *ſe miſerabilē fore.*ecce quod habet probari, non enim dicit ſe pauperem fore,ſed miſerabilem eſſe; & tūc miſerabilitas eſt multiplex,vt ſupra dixi. Verū-
103 tamen † licet ex quacumque miſerabilitate fiat cauſæ euocatio, tamen in nulla, præterquā in cauſa paupertatis, vel debilitatis practicatur huiuſmodi informatio, vt ſtatim dixi. Vnde expone, miſerabilem fore, id eſt pauperem, vel cœcum,aut alias debilem. Item omnes per-
104 ſonæ, †quibus datur curator,dicuntur miſerabiles,ſecundum *Hoſtienſem,*qui hoc notat *extr. de poſtulan.c.vltimo.* Et licet iuxta tenorem huius litteræ eſſet tutum probare quamlibet miſerabilitatem,tamen generalis conſuetudo habet,quod non recipitur probatio, niſi de paupertate;& hæc conſuetudo dat legi intellectū, & debet ſeruari; vt in *Clem.generalem. de ætate, & qualitate.*& ibi notat *Gui.de Monteling.* poſſet tamen in contrarium probari,quem nō eſſe miſerabilē, puta, probando eſſe nuptā, & ſic nō
105 viduam. Et nota hic quod † dicit,*ſi*,quia de-
notat

notat perſonam,& ſupra dixit, *perſonis miſerabilibus*, & non dicit de locis: quare videtur, q̃ locis miſerabilibus,vt ſunt hoſpitalia, nõ concedatur beneficium huius cõſtitutionis ex cauſa miſerabilitatis,quia perſonæ,& non loci attenditur miſerabilitas, & perſona eſt quæ conſtat ex anima & corpore, quaſi per ſe ſonans. Vel dic ſecundum *Ricardum*,quod perſona eſt intellectualis, naturæ incommunicabilis exiſtentia,intelligendo per communicabilem exiſtentiam, ſicut eſt omne quod non communicatur alteri,nec ſicut pars, nec ſicut totum conſtitutum,nec ſicut intellectuale. Vel ſecundũ *Boetium*, perſona eſt naturæ rationalis indiuidua ſubſtantia,volens per indiuidualem ſubſtãtiam intelligere ſuppoſitum ſubſtãtiale, & per rationalem naturam intelligens intellectualem naturam:& ſic patet, quod perſona eſt ſuppoſitum.locus vero vniuerſitas, ſiue communitas, vt eſt ciuitas, caſtrum,collegium,cœnobiũ,hoſpitale,& huiuſmodi non ſunt perſonæ animatæ,quia nec poſſunt excommunicari: vt *ext.de*
106 *ſent.excom.c.Romana.§.caueant.lib.6*, Sed † cauſa vniuerſitatis alias de & ex regalia eſt conſiſtorialis,ſicut & cauſæ magnatum,vt in *authen. qua in prouincia,C.vbi de crimine agi oportet.*& ibi hoc dicit *Gui.*& *Bald.*& ponit *Iacobus de Calcio in Margarita fiſci,8.dubio,verſ.64*. Vnde dic, quod etiam monaſteria, collegia paupertatis, & ad pauperes, & cauſas pias deputata habent hoc priuilegium miſerabilitatis: nec eſt neceſſaria huiuſmodi informatio,quia eſt ſatis notorium eo ipſo quod ſunt talia pia loca, ſeu cõuentus,& corpora collegiata:nec habet locum hæc conſtitutio, quæ ſolum loquitur de perſonis,& de cauſis miſerabilium perſonarum: ergo ſecus de cauſis locorum collegiatorum miſerabilium,in quibus non requiritur huiuſmodi informatio,quia ſufficit notorietas, ſicut dicimus de pupillis & viduis: & hoc verũ quoad priuilegium euocationis, ſecus quoad priuilegium non ſoluendi ſalaria ſcripturarum, ſigilli,& habendi aduocatum & procuratorem pauperum. ¶ Sequitur in text.*alias citari*, &c.
107 Nota ergo,quod ad hoc † vt quis valeat extra propriam Vicariam,vel Baiuliam per dominũ Regem citari ex cauſa paupertatis perſonæ,requiritur quod prius de paupertate allegata cõſtet in ſcriptis per informationem. Item nota, quod ad hoc vt valeat huiuſmodi & euocatio, & citatio in caſu huius conſtitutionis requirũtur ſex.Primo, probatio.Secundo,quod ſit probatio plena.Tertio,quod ſit probatio teſtium. Quarto, quod teſtes ſint fide digni. Quinto, q̃ ſint examinati per iudicem perſonaliter. Sexto quod atteſtationes redigantur in ſcriptis.& ſupple, authenticis,ſcilicet in polle notarij,vel duarum perſonarum,iuxta *cap.contra falſam*. & adde ſeptimum,quod nullum inde ſoluatur ſalarium:quod intelligo tam iudici, quam notario,quia dicit,*per iudicem,& in ſcriptis*. & ſubiũgit,*ac ſine ſalario*: & ſic comprehendit tam iudicem,quam ſcriptorem:licet forte hoc quod de ſalario dicitur,male ſeruetur,quia pauper,dum nil offert,audiri contemnitur,vt ſupra ſatis dictum eſt.Sed iſtud ſeptimum non redderet actũ nullum,ſicut præmiſſa ſex, quia quod dicitur de ſalario,eſt ſolum in fauorem pauperum.Sequitur in tex.*eius aduerſarios*,intellige,ſiue acto
108 res,ſiue reos.Et † intellige hanc conſtitutionem,& ſimiles tam de cauſis criminalibus, quã ciuilibus;quoniam vbi alicui in ciuilibus prouidetur, multo magis intelligitur prouiſum in cauſis criminalibus, in quibus vertitur maius præiudicium,vt *C.de agen.in rebus.l.ex eo.lib.12.* & ibi notat *Io.de Platea.* & *alleg.l. in fauorem.ff. de pœnis.*& vide quæ ſcripſi in *Summa de afflictionibus & oppreſſionibus.*vide & adde quæ legũtur & notantur *3.q.6. §.reuerentia.* & *cap. neminem.* & per *Abbatem antiquum in c.nonnulli.extr.de reſcriptis*, ſuper verbo,*extra diœceſim*. Sunt autem
109 perſonæ, † quę non coguntur niſi apud Principem litigare,vt viduæ,pupilli, & aliæ miſerabiles perſonæ,& hoc illis volentibus.E contra ſi noluerint in ſacrum auditorium venire, non compelluntur,ſcilicet extra domicilium: vt *C.quando Imperator inter pupillum & viduam. l.1.*& vide in *Spec. tit.de reo.verſ. Item quod conuentus eſt pupillus.* ¶ Sequitur in textu, *& extra Vicariam,aut Bainliam trahi*, ſubaudi, quod alias non liceret,iuxta conſtitutionem Cathaloniæ, vt ſupra *collat.2.curiæ 2.Barcinonæ c.14. Itẽ quod cauſæ Vicariæ.* & infra *collat.proxi.cap.volents les conſtitucions de Catalunya.* quæ etiam loquitur de cauſis criminalibus, in quibus etiã pauper gaudet huiuſmodi priuilegio, non obſtante q̃ quædam ciuitates habeant ex priuilegio, q̃ criminoſi non poſſint extrahi à Vicaria;quia generales conſtitutiones & priuilegia locorum per verba generalia loquentes & loquentia nõ cõprehendunt cauſas prærogatiuas, & regalias ſpeciales,de quibus non eſt veriſimile in generali conceſſione venire,quia nec eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*extra. de regn.iuris.c. generali.lib.6.* cum concordantijs.& dixi in dicto *cap.14.*vide ibi. niſi quando in eadem conſtitutione de cauſa regaliæ continetur expreſſe,vt infra *colla.11.c.les cauſes dels pubills.*Sed huiuſmodi euocatio habet fieri ad inſtantiam ipſius pauperis & miſerabilis,vt ſequitur & prædixi,alias euocatio omnino fieri prohibetur,vt
110 per hanc conſtitutionem. ¶ Quis locus † dicatur remotus,nota in *gloſ.extra ac temp. ordin.cap.*
111 *cum nullus*,ſuper verbo,*in remotis*. Item † cauſæ Iudæorum non comprehenduntur ſub conſtit. loquente de cauſis Vicariarum, vel Baiuliarũ extra eas non terminandis.vide *Iac. de Calic. in Margarita fiſci,8.dubio,verſ.172.*& in *verſ.164.* vbi loquitur de Iudæis. Et idẽ ſeruatur de Sarracenis.vide quæ ſcripſi ſup. a *collat.2.curiæ 2.*

Barci-

Barcinone cap. Item de Iudæis & Sarracenis. de quibus extitit petitio nobis data: Iudæi enim fũt res, peculium, & de regalijs Principis. vide quæ scripsi super vsat. *Iudæi.* ¶ Sequitur in textu, *& ne inde nascantur iniuriæ*, &c. Supra dixi de miserabilibus, hic vero dicit de oppressis, qui potẽ tiam aduersarij perhorrescũt. Et sic nota, q̃ de
112 natura † potentum est opprimere pauperes: vt in *cap. Regum* 13. *q.* 5. & dixi supra *eod.* Pauper enim loquitur obsecrationibus, & diues effabitur rigide, vt Prouerbiorum 18. *c.* in fine. quia pauper non solum audiri contemnitur, &c. 11. *q.* 3. *c. pauper.* & Ecclesiastes 4. *c.* ait; Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole gerũtur, & lachrymas innocentium, & consolatorem neminem, nec posse resistere eorum violentiæ cũctorum auxilio destitutos. Et sequitur *eod. libro*, *c.* 5 Si videris calumnias egenorum, & violẽta iudicia, & subuerti iustitiam, non mireris super hoc negotio, quia excelsũ alius excelsior est, & super hoc quoque eminẽtiores sunt alij, & vniuersę terræ Rex imperat seruienti. Adde Isaiæ 10. *c.* Væ qui condunt leges iniquas, scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduę præda eorum, & pupillos diripiant. Adde Ieremiæ 7. *c.* & Malachiæ 3. *c.* & Epistolæ primæ Iacobi 2. *c.* Dic ergo, quod omnes humiliores oppressi sunt personæ miserabiles, & sic gaudent priuilegio *legis vnicæ. C. quando Imperator inter pupillũ*
113 *& viduam.* Et † quando timetur oppressio, potest allegari perhorrescentia loci, vel iudicij, & peti securitas: vt *ff. de offi. præsidis. l. illicitas.* §. *ne potentiores.* & ibi *Gui. de Cugno.* Et hic est secunda pars, in qua tractatur de euocatione causarum, quæ habet fieri ex causa perhorrescentiarũ. Et pro maiori euidentia huius materiæ, & eorum quæ in hac constitutione dicuntur, quia quotidiana sunt, & necessaria valde; ideo præmitto,
114 quod † regulariter causæ pacis & treugę, sicut & alię communes causę, habent & consueuerũt tractari coram Vicarijs & alijs ordinarijs, iuxta notata supra *eod. c. querelam*, super verbo, *is qui cum similibus.* & in eis habent locum constitutiones loquentes de causis extra Vicariã nõ trahendis, de quibus dixi supra *eod.* §. *proxi.* in verbo, *& extra Vicariam, Baiuliam.* & infra *collat.* 10. *c. occurrents.* & *cap. volents.* tamẽ ex causa miserabilitatis possunt & consueuerunt ad Principis consistorium euocari, vt supra *eadem, in prima parte.* Verum quia quandoque contingit quod aliqua pars litigantium non habens priuilegium huius miserabilitatis, merito perhorrescit iudiciũ ordinarij, quia merito timet potentiam aduersarij, vel aliorum inimicorum, & quandoque totius iudicij. Ideo Serenissimus Rex Martinus bonæ memoriæ condendo plures pragmaticas & ordinationes, inter cæteras statuit vt sequitur.

¶ Declarat empero, que si lo dit citat per pau è per treua haura rahon ablement alguns del lloch del juy, on deu comparer, o altres per sospitoses, llauors lo dit veguer, o altre oficial citant, hage, e sia tengut de anar, o dar, o trametre suficient companya al dit citat, qui aquell segurament acompanyat amenen e preserue de tot sinestre Mas si lo dit citat hauie per sospitos tot lo lloch de juy, on deu comparer, axi que a la indẽnitat del dit citat per lo veguer, o altre oficial, nos pogues bonament proueir, sens perill & scandol; llauors lo dit veguer, o altre oficial citant, assigne al dit citat altre lloch dins sa vegaria, o territori, qui sia segur al dit citat, es a saber, a comparer, fermar; e ter totes altres coses, que les dites constitutions de pau e de treue requeren, &c. Dada en Zaragosa a 18. dies de Maig, en lany de la Natiuitat de nostre Senyor 1398. Mateas Vic.

115 ¶ Et † nota, quod hæc exceptio de loco nõ tuto habet proponi & probari coram iudice citante, n si esset notoria, & idem potest de hoc cognoscere & pronuntiare. Et debet primo requiri, vt alium locum tutum assignet: quod si denegauerit, poterit appellari, secundum *Host.* qui ita intellexit *extra. de appellationibus. cap. ex parte.* cuius opinio approbatur, vt notat *Archi. extra. de appellationibus. c. cordi.* & *de sent. excommunic. cap. venerabilibus. libro 6.* vide ibi per *Henricum in alleg. c. ex parte.* Sed numquid Princeps
116 poterit † concedere alicui vniuersitati, quod nullam causam euocet extra locum, Prouinciã vel Regnum, prætextu perhorrescentiæ vel oppressionis; sicut Rex Alfonsus concessit Regno Maioricarum, salua reuerentia quorumlibet melius sentientium, mihi videtur, quod nõ valuerit talis concessio, quoniam hęc regalia oppressorum & perhorrescentiarum, sicut & alię præcipuæ regaliæ sunt ita affixæ ossibus Principis, quod non potest eas Princeps à se separare, nec abdicare, vt 22. *q.* 5. *c. Regum proprium est.* & in vsat. *alium namque.* Tenetur enim Rex etiam ex officio succurrere & occurrere, ne fiant oppressiones, & facere iustitiam miserabilibus & oppressis. Nec potest alium Regẽ facere, nec à se abdicare has regalias recurrendi ad se. pro quo vide *Ioannem Andream cap. cum venerabilis.* & *de donat. cap. pastoralis.* Non enim po-
117 test † Princeps alicui denegare iustitiam, & dare iudices suspectos, vt notatur *extra. de except. c. cum inter.* ¶ Sed quæro, quod si in tantum perhorrescit, quod nec procurator audeat venire? Dic vt notat *Henricus in dicto c. ex parte.* Et nota, quod si timetur vis inferri personæ, debet mitti procurator, secus si consensui. Ita notat *Bald.* super *Innocent. extra. de elect. c. bona me. magum.* in *glos.* & vide *Innocentium extra. de no. oper. nunt. c.* 2. in *magna glos. vers. secus si propter.* Verũ quia occasione dictæ Pragmaticæ Regis Martini dolose & fictitie allegabatur suspicio & perhorrescen-

horreſcentia totius Vicariæ,& ſuper hoc fraudes quamplurimæ fiebant:ideo emanauit præſens conſtitutio, per quam fuit prouiſum. Hic eſt caſus ſummarius huius §. *Et ne inde naſcãtur iniuriæ*:quod nullus prætextu perhorreſcentiæ per eius aduerſarium allegandæ trahatur ex-
118 tra † Vicariam,aut Baiuliam, niſi prius fuerit probata ipſa perhorreſcentia aliter quam per
119 iuramentum. Et tunc † ipſa perhorreſcentia probata non poterit trahi vltra vnam dietam â ſine Vicariæ,aut Baiuliæ computãdam.Et nota quod inter hunc caſum & præcedentem,vbi fit euocatio ex cauſa miſerabilitatis, notantur duæ differentiæ principaliter, quia hic poteſt fieri probatio etiam aliter quam per teſtes,nec in ipſa probatione requiruntur illa ſex vel ſeptem quę dixi ſupra *eod.cap.*in verbo,*alias citari*.Secunda differentia eſt, quia hic non poterit cauſa trahi vltra dietam;ſcilicet in cauſa miſerabilitatis,olim per totum Regnum Aragonũ, & Valentiæ;nam olim Rex prætextu miſerabilitatis euocabat & trahebat cauſas vbicumq; eſſet de Regnis Aragoniæ,Valentiæ, & Maiori carũ,& hoc Principatu Cathaloniæ. Rex Alfonſus Quartus ita diuiſit, quod non trahantur hodie extra Regnum alterum,vel Principatũ: & ita nimis reſtrinxit ſuam regaliam: vnde ſequentur valde oppreſsiones miſerabilium:hodie vero ſolum per totum Principatum:vt in allegato *cap.les pubills*.¶ Redeo ad litteræ huiuſmodi §.expoſitionem: *Et ne inde naſcantur in*
120 *iuria*. Nota † iniuriam eſſe,quem trahi ad cauſam extra proprium tribunal in caſu à iure nõ permiſſo,vt hic innuitur:ſic *ff.de iniurys. l.iniuriarum.§.ſi quis per iniuriam ad tribunal*,&c.Item tenetur ad damna & intereſſe, & crimine ſtellionatus,vbi alia non reperitur pœna, de quo nota per *Ioannem de Platea.C.de colonis Illyricia-*
121 *nis.lib.* 11. Item † nota,quod non debent naſci iniuriæ vnde iura naſcuntur:ſic *extra.de accuſat.c.qualiter & quando. in* 1. & *C.vnde vi.l.meminerint*.Sequitur in textu,*nulli in prætextu perhor-*
122 *reſcentiæ*,puta, † quia aliquis habet locum iudici ſuſpectum,& merito timet &perhorreſcit potentiam aduerſarij,vel aliorum inimicorum, quorum metu non audet intrare locum iudicij, vt quia citatur quis ab Epiſcopo,vel vniuerſitate loci tribunalis, vel ab alia perſona de potentioribus ipſius loci,vel quia habet aliam iuſtam cauſam timoris & metus: quod relinquitur arbitrio iudicantis,argum. ſupra *eod. c. com moditz*.& quæ ibi notantur.& *extra.de reſcriptis.c. ſtatutum.§.cum vero.lib.6.*& *extra.de appella.cap. ex parte.*& *Clem.paſtoralis. in verſ.Piſana quoq; ciuitas.de re iudicata*. Vel forte Vicarius,vel alius iudex eſt eidem inimicus, vel alias merito ſuſpectus : & ideo iudex eſſe non debet. 3. *q.5. c. quia ſuſpetti*.cum ſimilibus.Quandoque etiã locus mutatur, quia iudex in loco aſsignato non poteſt ſecure & commode iniunctum negotiũ expedire:vt *extra.de offi.delegati.c.ſtatuimus,vt is per quem.lib.6.* ¶ Sequitur in textu, *per eius aduerſarium alleganda*. nota ad id quæ dixi ſupra *eod.*in verbo, *ad inſtantiam*.¶ Sequitur in textu, *extra ſuam propriam Vicariam & Baiuliam ad noſtrum conſiſtorium trahi*. Nota ergo, quod regula
123 eſt, † quod cauſæ Vicariæ intra Vicariam, & cauſæ Baiuliæ intra Baiuliam ſunt tractandæ, iuxta conſtitutiones ſuperius allegatas, tamen in caſibus ſpecialibus poſſunt trahi extra.puta ex cauſa miſerabilitatis,vt ſupra *eod.* 1. *Rub. cũ concord.alleg.*& ex cauſa perhorreſcentiæ, vti hic;& ex cauſis regaliarum vſaticorum, *Simili modo, Auctoritate & regatu, Camini*, & ſimilium: quia cauſæ regaliarum(vt dixi) ab his generalibus conſtitutionibus intelliguntur exceptæ,& nullatenus comprehenſæ,niſi quatenus caueatur expreſſe. ſuper quo vide *Iacobum de Calicio in Margarita Fiſci in §.dubio,verſ.*48. & *dubio* 8. *verſ.* 172. & melius *in Tractatu de Prærogatiua militari. in verſ.corroborantur prædicta etiam,quia*, &c.ibi,*non venit quod diſponantur in præiudicium, & eneruationem regaliarum, & præeminentiarũ Re-*
124 *giarum*,&c.Princeps † enim, poteſt eſſe iudex in cauſa propria,vt notat *Baldus in l.paterfamilias.ff.de hæredi.inſti*. Item pro cauſa concernente ſuum intereſſe,poteſt trahere ſubditos ſuos in quamcumque Regni partem.vide in *l.proxime. ff.de his quæ in teſtamento delentur.* & adde quæ dicam infra *collat.proxima, curia Reginæ Mariæ c. volentes*.& infra *collã.* 11.*cap.les cauſes dels pubills*.
Vlterius nota,in hac conſtitutione induci no-
125 uum & ſpeciale,quod † qualitas iuriſdictionis habeat prius probari, quam fiat cauſæ euocatio:& hoc eſt propter fraudes, quæ fiebant in allegando paupertatem & perhorreſcentiã: ſecus tamen eſt in alijs,puta,pupillis, viduis, &
126 huiuſmodi.Sed † quid de cauſa oppreſsionis? Quidam dicunt,quod debeat prius probari oppreſsio,quam fiat cauſę euocatio,vel inhibitio, Tu dic contra,vt notatur eleganter per *Innocẽtium extra.de foro competenti.cap. cum ſit generale*. oportet tamen ſemper,quod in petitione fiat mentio de ipſa oppreſsione, vt ibi dicitur : & adde quæ ſcripſi in *Summa afflictionum & oppreſſionum*, quæ incipit, *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis*.Et nota quia dicit textus ibi,*ad noſtrũ*
127 *conſiſtorium*: quia eſt idem † quod audientia,ſiue tribunal,ſiue iudicium.de quo vide notata per *Archid.in c.cum aterni tribunal.extra.de iudi.libro* 6. ¶ Et nota quod dicit,*ad noſtrum*.& infra di-
128 cit,*recurrens ad nos*. quæ verba denotant, † hoc eſſe regaliam & prærogatiuam Principis: vt *l. ſi.C.de erog.milit.anno. lib.* 12. Et ideo olim fuit
129 dubitatum,an † Gubernator poſſet concedere huiuſmodi perhorreſcentias. Vnde vidi emanari ſuper hoc quamdam prouiſionem Regiam tenoris ſequentis:

¶ Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Fideli noſtro Vicario Minoritæ & Bagiarum,

vel

vel eius locumtenenti ſalutem & gratiam. Cũ per regentem gubernationem Cathaloniæ cum eius littera data Dertuſæ 24. præſentis menſis Septembris fuerit vobis commiſſa ſeu remiſſa, iuxta conſtitutiones Cathaloniæ pacîũ & treugarum comparitio fienda per Arnaldum Cãps, Bernardum Boygues, Franciſcum Bernardi, & Ioannem Borrelli Conſules anno præſenti villæ Caſtilionis Impuriarum, Ioannem Michaelis barbitonſorem, Petrum Terramala, Petrum Caſteyllo maiorem diebus, Petrum Caſteyllo eius filium, ſutores, Petrum Reig paratorem, Guilielmum Plana carniſſerium, Thomã Morato, Guilielmum Seguer, & Franciſcum Barbara paratores, omnes habitatores dictæ villæ, & alios etiam dictæ villæ; qui ad inſtantiam nobilis Vicecomitis de Rupebertino fuerũt querelati pro pacibus & treugis violatis coram Vicario Gerundæ ex & p o, quia dicti querelati habent perhorreſcentem Ciuitatem Gerũdę, & Vicariam, & officiales eiuſdem de qua perhorreſcentia intelligę aſſeruit dictus regens Gubernationem cum dicta eius littera ſibi plene conſtare, prout in ipſa littera, de qua nobis extitit facta fides, hæc & alia diffuſius vidimus contineri. Ad humilem ſupplicationem dictorum querelatorum propterea nobis factam, ad omnem dubitationem, ſeu ſcrupulum ſubmouendum, litteram dicti Regentis Gubernationẽ Cathaloniæ ſuperius mentionatam, quam hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſa, ac ſi eius tenor præſentibus eſſet inſertus: & contẽta in ea laudantes & approbantes, dicimus, & mandamus vobis, quatenus dictam comparitionem recipiatis, & alia faciatis, quæ in prædicta littera continentur. Inhibentes nihilominus dicto Vicario Gerundæ, & eius locumtenenti, quatenus de dicta comparitione minime ſe intromittat, ſed partes & proceſſus ad vos remittat. Quoniam nos abdicamus eis poteſtatẽ omnimodam contrarium faciendi: & decernimus irritum & inane, ſi ſecus contigerit attentari. Datum Valentiæ 27. Septembris, anno à Natiuitate Domini 1427. Pelagri.

¶ Nota ibi, *Vicariam*, ſcilicet, totam, alias nõ procederet iuxta hanc conſtitutionem, & pragmatica Regis Martini debuiſſet potius committi Vicario Vici, vel Barcinonæ, & Vallen, quæ ſunt viciniores, quã ſit Vicaria Minoriſæ, per hanc conſtitutionem: ſed forte de hoc non fuit oppoſitum, & ita tranſiuit cum alijs erroribus. Et quia dicitur, *ad ſubmouendum ſcrupulũ*, hoc fuit potius de gratia, vel propter conſue-
130 tudinem, † quæ dat iuriſdictionem, & propter vtilitatem Reipublicæ, qua dominus Gubernator vice Regia in abſentia Principis exiſtentis extra Principatum facit has & ſimiles commiſſiones, etiam de cauſis appellationum ad dominum Regem emiſſarum, & de multis alijs regalijs: quæ conſuetudo approbatur propter vtilitatem Reipublicæ: & ita eſt ampliata poteſtas Gubernatoris de conſuetudine, vltra formam ſuæ commiſſionis, ſiue conceſſionis officij. Ecce quod antequam emanaret littera præinſerta dubitabatur, an Gubernator poſſet litteras perhorreſcentię concedere, cum hoc videatur eſſe vna de præcipuis regalijs & prærogatiuis domini Regis. Sed poſtea vidimus inconcuſſe tales perhorreſcentias concedi à Gubernatore, Rege à Principatu abſente: & hoc ſatis æquum eſt tollerari pro vtilitate Reipublicę: quia querelati, qui habent infra quindecim dies comparere, non poſſent de facili adire Principẽ, quãdo reſidet extra Principatum, vt dixi ſup. *collat. 6. curiæ Montiſſoni c. cauſæ*, ſuper verbo, *vſancia. verſ. ſed de conſuetudine*. Faciunt *extra. de offic. delegati. c. ſi ſuper gratia*. cum duobus cap, ſequẽt. & ibi notatis. licet forte de iure hoc Principi ſoli pertineat, vt *l. fina. C. de erog. milit. anno. libro*
131 12. Et in † curia Principis non poteſt allegari timor vel perhorreſcentia, quia in Principis curia ceſſat præſumptio iuſti timoris, vt *l. 1. C. de his qui per metum iudicis non appellant*. cum ibi notatis per *Bart*. Dicit tamen *Baldus* ibi, quod poſsit probari contrarium. vide ibi per eum. Hoc ita notat *Iacobus de Calicio in ſuo Curiali, 7. dubio, verſ. 71*. Et ideo dominus Rex, & etiam Gubernator non concedunt perhorreſcentias, vbi habent comparere in loco vbi reſidẽt Rex vel Gubernator: quia non præſumitur quod iuſte timeatur locus vbi audientia reſideret, licet Gubernator quandoque de facto conceſſerit, licet in loco citantis reſideret: quod tamen abhorreo, & videtur ei verecundoſum, quia debuit
132 præſtare ducatum, arg. dictæ *l. 1.* Sed † Vicecãcellarius, vel alias præſidens pro Rege in conſilio bene poteſt recuſari vt ſuſpectus. vide *Baldum in l. 1. C. ſi rector Prouincia*. & *Doct. extra. de*
133 *iudicijs. c. 1.* Item † ex ſpeciali prærogatiua cognoſcit Princeps de cauſis appellationum extra Vicariam, ipſo tamen exiſtente in Cathalonia. Item cognoſcit de recuſatione officialiũ. Item euocat cauſas nobilium & potentum, & vniuerſitatum, & cauſas officialium. Item euocat cauſas miſerabilium, inter quas eſt mulier quæ habet virum captum, vel debilem, & de cauſis vi oppreſſorum & afflictorum cognoſcit, iuxta notata latius per *Iacobum de Calicio in dicto Curiali, 7. dubio, verſ.* 72. cum verſ. ſequentib.
134 Et † videmus quod Gubernator de conſuetudine committit cauſas appellationum ad Regẽ emiſſarum, ipſo Principe extra Cathaloniam reſidente, & valet talis conſuetudo, quando ab alijs quam ab ipſo Gubernatore fuerit appellatum: quia talis conſuetudo rationabilis eſt & vtilis litigatoribus, propter expenſas vitãdas.
135 & conſuetudo † poteſt dare poteſtatem delegandi, vt notat *Angelus in l. cum prætor. ff. de iudicijs*. Sed † quid quando à ſententia, vel à grauamine ipſius Gubernatoris appellatur? Tunc etiam

etiam vidi, quod ipsemet Gubernator ad instãtiam appellantis concessit iudicem in tali appellatione. & tali casu etiam potest consuetudo habere locum, ex quo ipse appellans, qui se dixit grauatum, consentit tali commissioni.

136 Sed † quid si non appellans, sed pars appellata petat iudicem per ipsum Gubernatorẽ dari? Quidam dicunt etiam hoc fieri posse; & ꝙ fortius est, etiamsi tali appellationi detulerit. Contrarium credo, quia interposita tali appellatione, siue recepta fuerit, siue non, iudicis officium conquiescere debet, & attentata reuocatur per superiorem, vt *ff. de appella. reci. vel non. l.* 137 *si cuius.* & *l. seq.* Item † quia appellantis est eligere auditorium, & non appellati, secundũ *Innocent.* & *Bald. extra. de appellat. c. si duobus.* & ibi vide latius. Facit *extra. de appellat. c. ad hæc si in vna.* & maxime quando fuit delatum, quia tũc ligauit sibi manus, *extra. de appellat. c. cum appellationibus. §. si vero index* tibi, *totius causa decisio in superioris est potestate transfusa.* ergo alius nõ poterit se intromittere. vide & adde quæ notãtur per *Lapum sup. collat. 6. curiæ Montissoni cap. infra decem dies.* in fine. ¶ Sequitur in textu, *aliter quã per iuramentum probetur.* scilicet, per legitimas probationes, vt *extra. de rest. spoliat. c. cũ ad sedẽ.* secus est in casu supra proximo responso. vide ibi super verbo, *testibus.* Non ergo sufficit solũ iuramentum in hoc casu, licet secus sit de iure communi, vt in allegato *cap. statutum. §. cum vero. extra. de rescriptis. lib. 6.* & sis cautus vt probatio hæc, vel informatio custodiatur, vt dixi supra proximo responso, super verbo, *& in scriptis.* Non tamen requiritur partis vocatio in casu hoc, nec in casu miserabilitatis. de quo dixi supra in verbo, *probare oportet.* ¶ Sequitur in textu, *& ipsi Vicarie aut Baiulie vicini fuerimus.* nota, quod hoc respicit id quod dixit de euocatione, quia non potest causa ad consistoriũ Regium prætextu perhorrescentiæ euocari, vbi distaret vltra dietam; sed tunc posset committi alibi, vt subiecit, ibi, *si vnus tamen*, &c. Item nota verbum *fuerimus*, quia facit quod hoc præcipuum sit domini Regis, quia Gubernator nulla tenus potest ad se euocare causas, præsertim pacium & treugarum, licet eas committat ex causa perhorrescentiæ; hodie tamen per nouam cõstitutionem Gubernator, absente Principe â toto Principatu, cognoscit de causis pupillorũ, viduarum, & pauperum, ac aliarum miserabilium personarum, iuxta *c. les causes des pubills*, infra *collat.* 11. vide quæ ibi dicam, quia videtur secus de causis euocatis ex causa solius per-

138 horrescentiæ: quia † licet Gubernator de cõsuetudine, vel abusu committat causas ex causa perhorrescentiæ, non tamen potest illas sibi retinere, præsertim si fuerit causa pacis & treugæ, de qua ipse Gubernator non cognoscit nisi per appellationem, vt dixi supra *eod. c. quæ etã.* super verbo, *is qui iurisdictioni præst.* videas ibi,

139 Item † hodie per dictum *c. les causes des pupills*, Gubernator cognoscit de omnibus causis prætextu miserabilitatis euocatis ad Regiam audientiam: quia exeunte Principe extra Principatum, tales causæ sic euocatæ, etiamsi fuerint pacis & treugæ, possunt continuari in audientia Gubernatoris. Et nota, quod in causis maio-

139 ribus, quæ † de iure pertinent ad Principẽ, vt sunt causæ miserabilium, & aliæ consistoriales, statim facta appellatione, etiam frustratoria, est deuoluta iurisdictio ad Principẽ, & interdicta inferiori, iuxta nota per *Ioannem de Anania extra. de crimine falsi. c. ex conscientia*, vbi etiam ponit de causis maioribus, mediis, & minoribus. & vide *Host.* & *Doct. in cap. vt debitus. extra. de appel.* & idem est de causis marcharum & retromarcharum. vide 17. *dist. c. deinceps.* & *c. con-*

140 *silia sacerdotum.* Et † nota quia hic dicit *vicini*, quia infra loquitur de viciniori: quia quãdo dominus Rex ex causa perhorrescentiæ euocat ad se causam, sufficit quod sit in vicina Vicaria, licet alia sit vicinior: secus est quando causa committitur, quia tunc habet committi in viciniori. vt infra *eod. §. Sed si totam.* Item nota quod

141 differentia est † inter confinia & vicinia: quia confinia dicuntur prædia rustica, quę ita sibi proxima sunt, vt nullus paries medius sit: & sic cõtigua dicuntur, quorũ extrema se contingũt, secũdum *glos. in c. si Ecclesiã. ext. de consec. eccle. vel alt. lib. 6.* Sed vrbana solẽt distingui parietibus, vt notat *glos. in l. quia magis. ff. finium regundorũ.* quare vicinia dicuntur prædia vrbana, vt *ff. eo. l. sed & loci. §. hoc iudicium.* & ibi etiam nota, vnde hic sumitur vicinitas pro distantia: vt quia non distet vltra dietam; quoniam licet causa vnius Vicariæ per Regem euocaretur ex causa perhorrescentię, dummodo non distaret vltra dietam, non obstaret quod alia Vicaria esset in medio, vt hic innuitur. Secus tamen est quãdo committit, quia tunc habet committi in Vicaria proximiori, vel viciniori, vt dicitur in allegato *§. sed si totam.* & non est dubium, viciniorẽ dici quæ minus distat, & quæ magis contigua est. Faciunt ea quæ leguntur & notantur in di-

143 cto *c. si Ecclesiam.* Item † nota, quod huiusmodi euocatio ad Principem non fit nisi quãdo tota Vicaria pro perhorrescẽte, & hoc probatur ex §. qui sequitur, *Sed si vnum tantum locũ ipsius Vicariæ*, &c. ¶ Sequitur in textu, *in alio loco tuto,*

144 subaudi, vtrique parti: quia non † debet querelatus impetrare locum querelanti suspectũ, vt in *c. quamuis. §. 1. extra. de foro compet. in Clem.* Et in hoc casu, quando committitur in alio loco intra eandem Vicariam, non habetur ratio distantiæ, si forsan sit aliqua Vicaria ita lata, ꝙ haberet locum, qui distaret per dietam & vltra â capite ipsius Vicarię; nec habetur isto casu consideratio an sit locus, in quo possit peritorum copia haberi; & potest esse ratio, quia ex quo est intra eamdem Vicariã, satis est ꝙ in lo-

co

co principalis ſedis ipſius Vicariæ eſt copia peritorum,vel eſſe præſumitur, licet ſint plures Vicariæ,quæ nec in ſede principali, nec in tota ipſa Vicaria habeant copiam peritorũ.vti eſt Vicaria Biſuldun,& Vicaria Campi Rotũ-
145 di. ¶ Et nota,† quod appellari poteſt,ſi locus non tutus partibus aſsignetur,etiamſi cauſa cõ miſſa fuerit appellatione remota. *extra. de appel.c.ex parte.* vbi dicit *Innocentius,* quod iuſta ſit appellatio,licet non petat locum ſecurũ, quaſi iudex debeat offerre locum ſecurũ. de quo dic vt ibi notatur per *Henricum Boich.* & vide etiã per *Innoc.ext.de noui op.nunt.c.penult.* in *gloſ.penul.*
146 *Baldus* in alleg.*c.ex parte,* notat, quod † appellans,qui ſecure non poteſt adire iudicem, nõ tenetur petere vt locus tutus aſsignetur, ſed ipſe iudex tenetur offerre locum tutũ parti , ſi vult vt ab appellatione diſcedat.Sed *Archid. extra. de ſent.excom.c.venerabilibus.lib.6.* tenet,& veri⁹, quod primo debet iudex requiri, vt locum tutum aſsignet:quod ſi denegauerit, tunc demum poterit appellari.vide tamen *Henr.* & moderniores in alleg.*c.ex parte, de appel.* hoc verũ, niſi quãdo alias iudici eſt notorium, locum nõ eſſe tutum:vt in *Clem.de re iudic.c.Paſtoralis. verſ.Piſana quoque ciuitas.* quia tunc tute poſſet requiri iudex,ideo tunc debet aſsignare vltra locũ tu-
147 tum.Item nota, quod timens † inſidias non tenetur comparere, ſi citatur vt perſonaliter cõpareat:ſed bene debet mittere procuratorem, ſi citatur vt per ſe, vel per procuratorem cõpareat,quia procutator non timet inſidias,ſecundum *Innoc.*& *Bald.*qui ita notat in *c.cum dilecti.*
148 *extra.de dolo & contu.* ¶ Vlterius nota, † quod ſi timetur inferri vis perſonæ, tunc debet mitti procurator,ſecus ſi conſenſui, ſecundum *Innoc* & *Bald.extra.de elect.c.bonæ memoriæ Maguntinæ.*. ¶ Sequitur in textu, *Iudicem aſſignemus.* Nota
149 quia dicit,† *iudicem,*& non dicit, *Vicarium:* ex quo videtur quod cauſa poſsit committi alicui iuriſperito,tamquã delegato ſpeciali, quod eſt verum,niſi forſan de cauſa pacis & treugæ, quæ habet tractari per Vicarium cum ſuo Aſſeſſore,qui tabulam teneat: vt ſupra *eod.cap.vt autem hæc ſtatuta.* vide quę ibi ſcripſi. & in *cap. querelam.* ſuper verbo,*is qui iuriſdictioni.*& *c.quia ad noſtram.* Item nota quod dicit,*aſsignemus.* pro iis quæ dixi ſupra *eod.*in verbo *ad noſtrum conſiſtorium.*& ſuper verbo *vicini fuerimus.* eſt enim hæc regalia,quæ de iure ſoli Principi competit:vt *C.de erog.milit.anno.l.fin.lib.* 11. & non poteſt alteri committi,arg.*ff.de ſeparat.l.* 1.*§.de his.* & ſubaudi, *aſsignemus.* ſcilicet , vel ſeruabitur pragmatica Regis Martini prędalleg.quia quod dicit,*aſsignemus,*intellige. ad ſupplicationẽ partis quæ perhorreſcẽtiam allegauerit corã Principe:quia ſi maluerit vti pragmatica, hoc facere poterit,& ita ſeruatur hodie in curijs Gerundæ & Biſulduni. ¶ Sequitur in textu §.*Sed ſi totam Vicariam,*ibi,*merito perhorreſcat.* quando hoc ſit,vide in *c.ſtatutum.§.cum vero.extra.de reſcript. lib.6.* puta,quia pars querelans eſt vniuerſitas, vel ſunt rectores loci vbi eſt facienda comparitio; vel quia aduerſarius querelans eſt vnus magnus miles, vel ciuis magnæ potentiæ, habẽs multas diuitias , & multos amicos in illo loco,
150 vel in vicinia: quia † maioribus pares eſſe nõ pollumus:vt *ff.de alie.mu.iudi.cauſa facta.l.* 3.& ait Salomon.ſiue Eccleſiaſticus,& habetur Eccleſiaſtici 4.*c. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictũ fluminis.* Et rurſus in eodẽ lib.*c.*8.*Ne litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.Non contendas cum viro locuplete,ne forte è contra conſtituat tibi litem,* &c. videas ibi.Hoc tamen credo arbitrariũ, ſaluis his quę leguntur & notantur per *gloſ.*& *Doctos.* moder-
151 niores in alleg.*c.ſtatutum.§.cum vero.*Nota, † q̃ vultus potentis terribilis iuſtum metum inducit,vt notat *Baldus in feud.de pace iuramen.fir. §. iniuria.*& omnis iniqua oppreſsio & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt; quia licet gladio nõ occidat,tamen voluntate interficit, vt *de pœ. diſt. cau.c.omnis iniquitas.* adde notata ſuper vſatico, *Alium namque .* Sequitur in textu *, probata ipſa perhorreſcentia dicto modo,*ſcilicet, aliter quã per iuramentum,& repete quæ dixi ſupra *eodem.*in verbo,*aliter quam per iuramentum probetur.* ¶ Sequitur in tex.*infra aliam Vicariam, vel Baiuliam.*
152 Sed † numquid omnis Baiulia eſt de aliqua Vicaria? Reſpondeo q̃ ſic,in cauſis paciũ & treugarum,& aliarum regaliarum, quæ per Vicarium habent exerceri. Sed ex cauſa perhorreſcentiæ euocantur & committuntur nedũ cauſæ pacis & treugæ,& cæteræ de Vicaria, ſed & cauſæ Baiuliæ,& ideo referuntur ſingula ſingulis.Sequitur in textu,*illi vicinioremi.* Nota verbũ comparatiuum,quia dicit,*vicinioremi.*quia ſi ſint plures Vicariæ vicinæ, & vna ſit vicinior, illi viciniori erit hoc caſu commiſsio facienda,vti dixi ſupra ſuper verbo *vicini fuerimus.*& repete
153 quæ ibi dixi. Et dico † illam vicinioremi, quæ minus diſtat.vide *Bart. in l.* 3. *§.ſi tamen vicinũ. ff.de damno infect.*& vide ad hoc *Clem. quamuis. de foro compe.* & quę ibi notantur. Vnde dic, vicinioremi.id eſt propinquiorẽ,hoc eſt, quæ minus diſtat; quia ex quo conuicinantur, & ſunt confines, neutra proprie dici debet vicinior, Sed poteſt eſſe propinquior cõſiderato loco in quo eſt facienda commiſsio: vt infra *col.proxi. c.les cauſes de pubills.*& ibi dixi de hoc in verbo *en altra pus prop vegaria.* Et quis † locus dicatur vicinus, vel tempus propinquum, iudex arbitrabitur.vide in *Spec.tit. de expenſis.verſ. ex præmiſſis.* Sequitur in tex.*in aliqua ciuitate,* ſubaudi,in qua prętumitur haberi copia peritorum,
154 quia † in ciuitatibus præficiuntur Epiſcopi, qui non debent præfici niſi in locis populoſis, & notabilibus:vt *extra.de priuilegijs.c.Epiſcopalis.*cum ibi notatis.Et tunc forte non eſt curandum an fuerit in illa ciuitate copia peritorum,

vt probat littera quæ ſequitur, ibi, *in quo poſſit*, &c. & non dicit, *in qua*. ¶ Sequitur in textu, *aut loco idoneo, ſi reperiri poterit*. ſcilicet, infra Vicariam viciniorem, non tamen diſtantem vltra vnam dietam, vt ſubijcit. Et ſi reperiri non poterit ciuitas, vel locus idoneus in viciniori, tunc forſan poterit committi in alia vicina, dūmodo nō diſtet vltra dietam, vt ſequitur. Et, quod dicitur de copia peritorū, quomodo intelligatur, vide ea quæ leguntur & notantur in præallegato *cap. ſtatutum. extra. de reſcriptis. lib. 6.* adde quæ ſcripſi in *cap. in ciuitatibus.* ſupra *collat. 6. in curia Monteſſoni*. Et quod dicit, *copia peritorū poſſit haberi*, ſupple, ſcilicet cōmode: vt *l. nepos Proculo. ff. de verb. ſigni.* & adde notata latius in alle
156 gato *cap. ſtatutum.* vbi ſunt ſimilia verba. Sed † quæro, an quis poſſt habere ſuſpectos omnes ſapientes de ciuitate? Vide *Baldum in l. hoc modo. ff. de condi. & demon.* vbi tenet, quod talis præſumitur, quod hoc faciat in fraudem, præſertim ſi quæſtio eſt parua, quæ extra ciuitatem cōmode committi nō poteſt, ſecundum *Ray.* Sed quā-
157 do aliquis † dicit ſe habere ſuſpectos aliquos, videtur confidere de alijs, & è conuerſo: vt *l. ſi ita legatum*, alias *cum ita. in 3. notabili.* per *Bald. ff.*
158 *eod. tit.* Item nota, † quod ille eſt ſuſpectus, qui conſulendo voluntatem ſuam propalauit, ſecundum *Innoc. extra. de offi. ordina. c. irrefragabili.* in *gloſ. magna.* & *Dominum de Sancto Geminiano in c. ſi contra vnum. de offi. delegati. lib. 6.* Et iudex re
159 cuſatus, cuius ſuſpicio eſt detecta, ſtatim nō remanet iudex, nec poteſt delegare in cauſa illa, iuxta notata per *Antonium de Butrio. ext. de foro compe. c. ſi quis contra.* vide etiam *c. index. ext. de officio delegati. lib. 6.* adde quæ dixi ſupra *collat. 4. curiæ Ilerdæ c. 15. Itē ordinamus & ſtatuimus, quod ſi aliquis propoſuerit*, &c. Sequitur in tex. *dum nō*
160 *diſtet vltra dietam.* Sed † quæro hic, qualiter cōputabitur iſta dieta? Et videtur, quod viginti millia paſſuum faciant vnam dietam; vt *ff. ſi quis*
161 *cautionibus. l.* 1. vbi de hoc. Et quid ſit † paſſus, nota 17. q. 4. c. *ſicut antiquitus.* & *ff. de verb. ſignifi. l. 3.* Sed credo arbitrio iudicis relinquendum, vt computet dietam, dummodo non aſſignet minus quam viginti milliaria, quoniam alias grauaret, & poſſet appellari, ſi nimium arctaret: vt *extra. de dila. cap. 1.* & hoc verum vbi non eſt certa dieta, quia non apparet de conſuetudine. Si vero eſſet certa vulgariter, & de cōſuetudine, ſeruetur conſuetudo, quæ eſt optima legum & iurium interpres, vt *extra. de conſuet. cap. cum dilectus*, tamen credo quod ad minus dentur ſeptem leucę huius patriæ, quæ faciunt viginti & vnum milliaria, computando tria milliaria pro leuca. Sed forte de iure communi aliter fieret computatio illa, & paſſus habet quinque pedes, & pes quindecim digitos. quod dic latius per *Ioannem de Platea inſti. de exec. in. §. qui autem.* Sequitur in textu, *à fine Vicariæ, aut Bailiæ*, dic, ſcilicet, à fine Vicariæ, quādo eſt cauſa Vicariæ, & à fine Baiuliæ, quando eſt cauſa Baiuliæ, & hoc ſatis innuit littera, quæ ſequitur, *vbi cauſa debeat*, alias, *debebat*, &c. *per iuſtitiam agitari*, dic, *per iuſtitiam*, ſcilicet, iuxta conſtitutiones Cathaloniæ loquentes de cauſis Vicariarum & Baiuliarum infra eas tractandis: vt ſupra *collatione 2. in 2. curia Barcinone cap. 13. Item quod omnes cauſæ.* & *cap. ſequenti.* & infra *collatione proxima. cap. volents les conſtitucions de Catalunya.* Facit vſaticus, *Alium namque.* ¶ Sequitur in textu, *committere habeamus.* Nota verbum *committere*, pro his quæ dixi ſupra *eadem*, in verbo *iudicem aſſignemus.* quia per hoc habes caſum, in quo fit delegatio Vicario vicinioris Vicariæ; & per hoc limitatur *capit. curia Regis Martini.* ſupra *collatione 8. Item ſenyor, que ſia merce voſtra.* vide quæ ibi ſcripſi. Et quod dicit
162 *habeamus*, † denotat neceſsitatem: vnde ſi fieret commiſsio non viciniori, vel vltra dietam, nō valet: & hoc ſubijcit, *Attentata autem in contrarium ipſo iure.* Super hoc vide notata ſupra *ead. cap. quia quandoque contingit.* & quę ibi dixi ſuper verbo *irritum & inane.* & in concordantijs ibi poſitis. Et ita ſecus acta non valent, etiamſi non opponatur: ſic *extra. de officio delegati, cap. vltimo, libro ſexto.* & ibi notat *gloſ.* ſuper verbo *conſeruator.* & in *gloſ.* ſuper verbo *omnino.* Vnde
163 nota, † quod quando aliquis allegauerit ſe perhorreſcere totam Vicariam; & probata dicto modo perhorreſcētia, impetrauerit cauſam committi in viciniori Vicaria, iuxta præſentē conſtitutionem in §. *Sed ſi totam.* caueat tūc ipſe impetrans, ne pendente cauſa redeat ad priorem Vicariam, quam dixit ſe habere perhorreſcentem, alias poſſet formidare periculum nullitatis & contumaciæ, iuxta quamdam pragmaticam Regiam ſuper his nouiter editā, quæ eſt tenoris ſequentis:

¶ Nos Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barcinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceritaniæ, cunctis præſentes viſuris ſalutem & dilectionem. Saluberrimæ cultus iuſtitiæ portio, quæ arcet iniurias, perſonas, & res, quæ in Cathaloniæ Principatu ſub pacis & treugæ præſidio conſtitutę ſunt, per varias leges à prædeceſſoribus noſtris memoriæ celebris laudabiliter promulgatas tueri conata eſt, quibus procedendi modus aduerſus violatores laudabiliter eſt inductus, vt ſecuritatis effugium ei non pateat, qui beatæ pacis ſecuritatem impugnat. Licet enim citatis, ſeu monitis pro pace & treuga violatis, principalis ſtatio & caput cuiuslibet Vicariæ decreta ſit, quę quanto celebrior, tanto prę ſumenda eſt tutior, ac alias eorum perſonis, qui comparendi aditum reformidant; & etiam illis, qui ſedē principalem citantis Vicarij perhorreſcunt, quāta men nō videtur iuſte perhorreſcere, dū in ea re

ſidet

ſidet curia Principis, ſeu Gubernatoris: quia dicit lex, quod ſacro comitatu non timetur oppreſsio. [vt *l.1.* in fin. *C. de his, qui ob metum iudicis non appellant.* & dixi ſupra. Vnde ſi in contrarium emanaret, præſumitur ſubreptitia, niſi de euidentiſsima cauſa iuſti timoris appareat] per pragmaticam ſanctionem, & ordinationẽ illuſtris Regis Martini claræ memoriæ proauunculi noſtri, datam Caſarauguſtæ 18. die Maij, anno à Natiuitate Domini 1398. idonee eſt prouiſum. Et inquam illis, qui totam Vicariã cauſa probabili metuunt, de alia Vicaria propinqua, vt citra ipſius perſonæ querelantis diſcrimine cõpareat, & iuſtus ei metus abſit, nec excuſatione cõparitionis relinquatur occaſio, quo minus querelæ oblatæ ſatisfiat per conſtitutionem diuæ memoriæ Illuſtriſsimi domini Regis Ferdinandi patris noſtri, ſufficienter eſt cautum. Nihilominus tamen, vt Vicarij Gerundæ inſinuatione percepimus, hoc eum, vt retulit, experientia edocente: natura enim nouas ſemper deproperat edere formas, ne in Proœmio Clemẽt. noua declinandæ cenſuræ huiuſmodi aſtutiæ prauitas inoleuit. Nam totã Vicariam querelę nonnulli querelati perhorreſcere fingunt, vt in altera Vicaria comparẽdi facultatem obtineant, vbi de clamo ciuili, & querelantis intereſſe duntaxat agitur ſuper his à noſtra Maieſtate [præſtat argumentum, ꝙ Gubernator non poſsit hoc facere; ſed ſecus eſt, vt dixi: ſed caſu quo Gubernator concellerit litteras perhorreſcentiæ, etiam tunc habebit locum prouiſio huius pragmaticæ] prouiſiones obtinendo: & ſic querelatorum detentio & criminum punitio ab vtroque Vicario omittuntur, altero, quia non ſuo iudice. [Nota quod cõ
164 miſſa cauſa querelæ ex cauſa perhorreſcentiæ non videtur commiſſa cauſa criminalis, & ſic proceſſus ſoni pro ipſo crimine emiſſi nõ habet fieri propter talem commiſsionem; & ita dixi in ciuitate Vicenſi in cauſa ſoni emiſſi cõtra P. Puig de Aredo, licet Antonius Calic, & cæteri iuriſperiti Vicenſes dicerent contra, & male; & mea opinio obtinuit in curia] & altero quia impedito: & ita querelati ipſi, vtriuſq; timore ſoluti, ad priorem Vicariam querelę, quam prius perhorreſcere dixerant, & alleruerant, reuertuntur, vbi ſaltem in locis Prælatorũ & Baronum ipſius Vicarię qui bannitos ſuſtinere ſoliti ſunt, tutiſsime receptantur, & à nexibus proceſſus pacis & treugæ tales ſeſe querelati ſubducunt, & per campum licentiæ euagando, prioribus peiora committunt. Ob quod falſo curiam intruxiſſe, ac etiam fraudibus cõ-
165 ſtat illuſiſſe. [Nota † ergo hic, quod plus debemus attendere facta, quam verba: ſic in *libris Sententiarum, lib.3. diſt.15. c. verumtamen dicitur.* Ad idem in *Decretis 11. q.3. cap. exiſtimant.* cum ibi notatis. & *ff. de inofficioſo teſtam. l. ſi proponas.* §.1. & *extra. de appellat. c. dilecti. in 3.* Nam facto
166 probant, † cuius verbo contrarium) affirmarũt, & contraria allegans non eſt audiendus: *extr. de appellat. c. ſollicitudinem. in antiquis.* & *de offi. deleg. c. ſi à ſubdelegato.* §. *vlt.* in fine, & ibi nota *lib.6.* Et ſic quod ad ſalutem ſecuritatemque ſtatutum extitit, tendit ad noxam.] Ne igitur aliqua via remaneat, qua doloſum effugium pateat, locũ debitum, vbi fieri debeat comparitio, illudere cupienti, habita ſuper his matura deliberatione conſilij, tenore præſentis ſancimus, prouidemus, ac etiam ordinamus, quod ſi qui querelati pro pacibus & treugis violatis amodo, poſtquã ex cauſa perhorreſcentiæ ad aliam Vicariam remiſsi pro ſatisfaciendo clamo comparuerint, ad priorem Vicariam, quam prius alleruerunt perhorreſcere, redierint, in ibi eorum domicilia, prout prius, fouendo, ſeu de notorio ſaltem per decem dies, ſiue interpolatos, ſiue continuos publice morari conſtiterit. [Videtur hic, quod non debeat pars vocari in hac informatione, ſicut nec vocatur pars in probatione perhorreſcentiæ, vt dixi ſupra. Sed dic vt iterius dixi, recepta per Vicarium, corã quo, ceſſante dicta prætenſa perhorreſcentia fieri debebat cõparitio, informatione ſummaria. Nota ꝙ dicta comparitio, quam ad aliam Vicariam fecerint, etiamſi acceptata fuerit, ipſo facto habetur & cenſetur penitus pro non facta. Et Vicarij, ſeu curia, coram quo, ſeu qua dicta querela fuerit oblata, ad erectionem & publicationem dictorum querelatorum, nec non ad captionem perſonarum eorumdem, velut contumacium, & alias contra eos, & eorum bona procedant, & procedere poſsint & habeant vigore conſtitutionum pacis & treugæ, prout per eaſdem conſtitutiones, pragmaticas ſanctiones, vſus & practicas ſuper proceſsibus pacium & treugarum promulgatas & inductas fuerit procedendum, comparitione iam dicta, tam fictione, quam dolo quæſita, quibus nemini ſuffragandum eſt, minime obſiſtente, ac ſi nullatenus tales querelati comparuiſſent, nec clamo aliquatenus ſatisfeciſſent; & nihilominus tam pro pœna falſi, quã illudendo. vide *l. ſi quis obtreſerit. ff. de falſis.* Nota, in curiſſe conſtiterit, ſcilicet, parte vocata, ſecus eſt in caſu præcedenti. vide in *Clem. præſenti. de cenſibus. in gloſ.* ſuper verbo, *ſi conſtiterit.* & falſo informando curiam ſuper prætenſa perhorreſcentia incurriſſe cõſtiterit, quod pro crimine ex dicta querela, ſeu alias eminenti, mediante iuſtitia dictis querelatis vltra expẽſas, quas refundere habeant parti contra quam allegauerunt perhorreſcentiam, genus pœnarum inferant, quod merentur, ne vllatenus impuniti euadant, & iuſtitiæ illudant.] Mandantes igitur Gubernatori Cathaloniæ, nec non Vicarijs, Subuicarijs, cæteriſque officialibus noſtris Principatus iam dicti, ad quos ſpectet, & locatenentibus eorumdẽ ſub incurſu noſtræ indignationis & iræ, pœnaque duorũ mille florenorũ

auri noſtro applicandorum ærario, quatenus prouiſionem, pragmaticam ſanctionem, & ordinationem huiuſmodi noſtram teneant firmiter, & obſeruent, & non contraueniant, nec contrauenire aliquem permittant quauis cauſa: necnõ pragmaticam ſanctionem, & ordinationem huiuſmodi per loca ſolita iuriſdictionum eis cõmiſſarum faciant publice nuntiari. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſsimus noſtro communi ſigillo munitam. Datum Turolij 4. die Martij, anno â Natiuitate Domini 1428. Pelagri. In pacium & treugarum 4.

¶ Pro aliquali declaratione huius pragma
167 ticæ quæro † an ſit pars vocanda in receptione informationis, de qua præmittitur in §. *enore præſentis*. Et videtur quod ſic, quia in receptione teſtium regulariter eſt pars citanda: *extr. de teſti. c. in nomine Domini.* cum ibi notatis. Item hoc probat verbum *conſtiterit*, ibi poſitum, dum dicit, *morari conſtiterit*, iuxta notata per *gloſ.* & *Doct. in Clem. præſenti.* ſuper verbo *conſtiterit. extra. de cenſibus.* Item quia hic agitur de magno præiudicio, ſcilicet, eiectionis â pace & treuga, arg. ſupra *ead. c. licet præbere.* & quæ ibi notantur ſuper verbo, *Et ſi per debitam informationem vocatis illis receptam*, &c. In contrarium eſt veritas & ita ſeruatur de ſtylo & conſuetudine, quia huiuſmodi informatione procedit Vicarius, parte non vocata: ſicut in probatione allegatæ perhorreſcentiæ pars querelans non vocatur, vt dictum eſt ſuper textu conſtitutionis: ſic modo in contraria probatione ſuper fictione perhorreſcentiæ non proceditur nõ vocata parte querelata. Ad hoc etiam facit notorietas facti morandi publice in loco. Item quia præſumitur valde contra allegantem perhorreſcentiã, maxime quando ſedes Vicarij eſt celebrior, vt in littera pragmaticæ habetur. Hoc etiam inducit immanitas criminis falſi, & quia illuſit curiam & iuſtitiam: voluit enim circumueniendo euitare punitionem criminis in querela contenti: & quia non eſt nouum propter criminis atrocitatem quandoque procedi etiam parte non vocata, vt ſupra *ead. collat. c. com multi tenentes*, &c. vide quæ ibi notantur. Non obſtant contraria prę allegata, quia illud eſt regulare, vt pars ſit vocanda, præſertim vbi numquam fuit vocata: & ſic loquitur *c. licet præbere.* vbi agitur contra fautores. Fallit regula hic, & in præallegato *c. com multis tenentes.* & in caſibus ibi notatis, in quibus eſt ſpeciale; & eſt ratio ſpecialitatis, vel quia agitur de modico præiudicio, vel propter odium delinquentis ex grauitate criminis. Vlterius ſuper §. *Et nihilominus ſuper pœna falſi*, &c. ibi in verbo, *incurriſſe conſtiterit*, &c. quæro, an in hoc caſu erit pars vocanda? Et videtur quod non, per proxime dicta: & quia iſte §. eſt continuatiuus, & videtur repetitiuus, vt repetat
168 præcedentia, quia præcedentia † determinant ſequentia, & è conuerſo; vt *ff. de hæredi. inſti. l. qui non militabat. §. Lucio Titio.* & præcedentia in ſequentibus repetita intelliguntur: vt *ff. de verborum oblig. l. Titia. §. idem reſpondit.* Sed dic contra, quia hic agitur de punitione corporali cri-
169 minaliter: & † in criminibus probationes debent eſſe luce ipſa clariores: vt *C. de probationibus. l. ſciant cuncti*, quæ eſt canonizata in Decretis 2. q. 8. *c. ſciant.* & hoc probat littera dictæ pragmaticæ, quæ ibi ſubditur, *mediante iuſtitia*, &c.
170 quia † ad impoſitionem pœnæ falſi non proceditur contra abſentem ex informatione ſummaria, & non datis defenſionibus: quia hoc eſſet contra ius naturale: *ff. de iuſtitia & iure. l. ut vim.* & in *Clem. Paſtoralis. de re iudi.* eſſet etiã cõtra generales conſtitutiones, quæ prohibent aliquem condemnari ad pœnam, defenſione legitima non concella, vt ſupra *collat. 6. curiæ Cernariæ c. inprimis.* cum ſuis concordantijs. Hoc e-
171 tiam probat verbum † *conſtiterit*, quia regulariter exigit partis vocationem, iuxta notata per *gloſ. Gui.* & *Io. de Imola in Cle. præſenti. de cẽſibus*, ſuper verbo *conſtiterit.* Vnde quod hic dicit, *incurriſſe conſtiterit*, ſubaudi, ſcilicet, legitime per propriam confeſsionem, vel per teſtes parte vocata legitime receptos, vt *extra. de teſtibus.*
172 *c. in nomine Domini.* Sententia † enim ferri non debet niſi contra conuictum vel confeſſum, vt
173 2. q. 1. *c. nos in quemquã.* quod intelligo † de ſententia condemnatoria, quia ſententia abſolutoria quandoque fertur actore non probante, etiã ſi reus nihil præſtiterit. *C. de edendo. l. qui accuſare volunt.* Non obſtant pro contrario allegata,
174 quia ibi loquitur in cauſa † pacis & treugæ, quæ eſt ciuilis: vt ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. 44. Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis fuerit bannitus. §. intelligimus etiam quod dictus criminoſus.*
175 Præterea † repetitiones ceſſant vbi ex repetitione aliquod ſequeretur abſurdum, vel iurium correctio, prout hic, & etiam notat *Bartolus in l. in repetendis. ff. de legatis tertio. in verſiculo, Aduerte, quod vbicumque dico fieri repetitionem*, intellige, ſi repetitio congruat, alias ſecus. vide ibi per eum de hac materia repetitionis.

¶ Sed pro practica huius pragmaticæ, qua quotidie vtimur in ciuitate Gerundæ, & etiam in Vicarijs Biſulduni & Campi rotundi, nota,
176 quod qui † vult procedere vigore præſentis pragmaticæ, neceſſe habet probare, quod hi, qui ad propria domicilia redierint, ibidem faciant domicilia quemadmodum prius faciebant. Vel quod probent, quod de notorio, ſaltem per decem dierum ſpatium ibidem publice, non abſconſe morati fuerint. Verumtamen in primo non eſt neceſſarium fore notorium; in ſecundo vero ſic, quia eſt neceſſe quod de notorio conſtet, quod ſaltem per decem dies publice ibi moram traxerint. Sed in primo non eſt neceſſarium probari notorium, ſed tantũ quod foueant domicilia vt prius: & tunc forte non

requi-

Digitized by Google

requiruntur decem dies sed quod teneant domicilium vt prius: quare attende valde in articulando & interrogãdo testes super illis, quia oportet ex huiusmodi informatione constare, quod post impetratam perhorrescentiam, ad propria domicilia redierint, fouendo ea prout prius: quasi dicat, secus si clam redierint, stando absconse intra domum; vel saltem de notorio constiterit per decem dies publice morari in Vicaria, quam perhorrescere dixerint. Et videtur, quod per ipsam informationem isto casu habeat constare de notorietate huiusmodi, & sic oportet quod sit notorium publice morari, saltem per decem dies. Et ideo est valde attendendum circa huiusmodi informationem, quia debent duo articuli, siue duę interrogationes formari, super quibus testes deponant; quorum alterum sufficiat esse probatum. Vnum est tale. Et primo interroga, si ille talis post talem diem impetrationis perhorrescentiæ fuit in illa Vicaria, vbi solebat habitare, & ibi foueat suum domicilium vt prius. & est tutius addere per decem dies. Secundum est Item interroga si ille post illam diem rediit, & fuit in illa Vicaria vbi prius solebat habitare. & illum de notorio vidit ibi publice morari, saltem per decẽ dies continuos, vel interpolatos. Et erit necesse quod testes super his interrogati dicãt, quod ipsi, & communiter omnes de illo loco viderũt illum ibi publice morari, vel incedentẽ per illos decem dies, siue continuos, siue interpolatos: ita quod hoc fore notoriũ dici possit: puta, fuit visus in platea die fori congregati; vel in Ecclesia, dum diuina ibi celebrabantur, & adé-
177 rat populus congregatus, &c. probatio † enim notorij difficilis est. Cuius materia latissime traditur per *glossam* & *Doctores*, & signanter per *Antonium de Butrio in cap. vestra. & cap. tua. & c. vltimo extra. de cohabitatione clericorum & mulierum. & in ea quidem. C. de accusationibus.* & per *Gui. in Rosario 2. quæst. 1. c. de manifesta.* ¶ Vlte-
178 rius † nota, quod Rex pro causa concernente suum interesse potest trahere subditos in quãcumque partem Regni. vide *Prouid. facit. his qui in testamen. dicuntur.* & *Baldum de pace constantiæ*, in verbo, *& quæ omnia consensu non fam.* Item nota,
179 quod † Rex nõ potest sibi auferre regaliam recurrendi ad eum, nisi renũciaret Sedi Regiæ, secundum *Innocentium extra. de censibus. cap. cũ venerabilis*: quod intellige verum ex rescripto: secus per constitutiones. arg. infra *collat. proxima, cap. ler causes dels pubills. §. E si algun.* vide quæ
180 ibi scripsi. Item nota, † quod Rex pronuntians non præiudicat sibi *extra. de re iudic. cap. fin.* ibi
181 *porta.* Sed † successor in Regno potest reuocare concessionem iurisdictionis factam alicui ciuitati, secundum *Baldũ de feudis Marchiæ.* De quo dic prout in Pragmaticis luitionum patrimonij sicci.

De publicatione inquisitionis. & de modo procedendi in eadem. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio publicari non debet, donec per Aduocatum fiscalem plene fuerit visa & recognita. Cætera vide in littera.*
2 *Calumnijs obuiandum est.*
3 *Iuramentum calumniæ inuentum fuit ad reprimendũ calumniam.*
4 *Iuramentum calumniæ præstatur in causis criminalibus.*
5 *Iuramentum calumniæ præstatur tam per actorẽ, quã reum in causis: & tam in causa principali, quam appellationis. nu. 6.*
7 *Procurator fiscalis domini Regis in curijs secularibus non iurat de calumnia, secus in foro Ecclesiæ.*
8 *Iudæi olim non iurabant de calumnia, sed de consuetudine secus.*
9 *Calumniari, est falsa crimina scienter intendere.*
10 *Calumniæ pœna quæ sit.*
11 *Calumnia punitur ex inditis officio. declaratur ibidem.*
12 *Calumniatur deficiens in probatione accusationis: excusatur tamen ob probabilem errorem.*
13 *Iuramentum de calumnia an præstandum in causa criminali. remissiue.*
14 *Inquisitio facta contra singularem personam differt à facta tam in capite, quam in membris.*
15 *Quæ domi fiunt, per domesticos probari possunt.*
16 *Informatio, inquisitio, captio delati, & confessio differunt.*
17 *Inquisitione commissa non videtur commissa captio.*
18 *Iudex an ex officio procedat inquirendo, vel ad partis priuatæ instantiam multum differt, & differentiæ traduntur ibidem.*
19 *Testibus publicatis iterum interrogari possunt de nouo testes, vbi iudex procedit ex officio.*
20 *Testes de nouo produci possunt etiam post publicationẽ in causa inquisitionis. & quid si reus voluerit producere de nouo. nu. 21.*
22 *Testes possunt repeti ad declarandum dictum suum obscurum.*
23 *Obscurum quid dicatur.*
24 *Ex sola inquisitione an procedi possit ad inquirendum, remissiue.*
25 *Episcopus procedere potest per inquisitionem cõtra tenentes bona quæ debent distribui pauperibus, vel in alias pias causas.*
26 *Fiscus prosequitur accusationem parte priuata desistẽte, vel mortua.*
27 *Instantia denuntiationis perit biennio.*
28 *Examinatio testium in criminalibus delegari non potest. verumtamen in curia Gerundæ obseruatur secus. nu. 29.*
30 *Aduocatus fisci in causis fiscalibus dat suum votum, & sic non appellat.*
31 *Aduocatus quilibet nõ est sapiens: sed ille est sapiens, qui nec fallit, nec fallitur.*
32 *Gubernator an possit facere publicare inquisitionẽ non visam per fisci aduocatum.*

33 *Gubernator Cathaloniæ non potest creare aduocatos fiscales, cum pertineat ad solum Principem creatio officialium.*

34 *Sententia an valeat nulla facta publicatione testiũ. & quid in ciuilibus.nu.35.*

36 *Iuramentum calumniæ tacite omissum non vitiat processum, nec sententiam.*

37 *Causa potest instrui ex confessione partis post conclusum in causa.*

38 *Restitutio in integrum an competat parti, si iudex publicauit testes non obstante contradictione, quod testes non erant publicandi, donec testes infirmi, vel impediti venire possent, qui erant summopere instructi in causa.*

39 *Iurans in animam alterius iurare debet, quod illi, & non quod sibi videtur.*

40 *Aduocati fisci assertioni stabitur, quod inquisitio plene per eum visa fuerit & recognita. sed admittetur probatio in contrarium.nu.41.*

42 *Aduocati fiscalis arbitrium est, dicere an inquisitio sit publicanda, nec ne.declaratur nu.43.*

44 *Iudex punit aduocatos & procuratores, si delinquant in processu & aliis coram illo.*

45 Videtur *verbum importat arbitrium boni viri.*

46 Tunc *adnerby materia.remissiue.*

47 *Probatio plena quibus fiat modis,*

48 *Ex præsumptione clara & indubitata quandoque sequi potest condemnatio in criminalibus.*

49 *Probatio semiplena quæ.*

50 *Vnius testimonium an probet.declaratur nu.51.*

52 *De indicijs, quæ sufficiant ad condemnationem, vel torturam.remissiue.*

53 *Probatio plena suos habet gradus.*

54 *Fuga quando faciat aliquem haberi pro confesso. remissiue.*

55 *Probationis finis est inducere animum iudicis ad credendum.*

56 *Probatio plena vt sit, quæ requirantur.*

57 *Iudicem quæ mouere debeant ad procedendum vlterius in causa criminali.*

58 *Iudex ex suspicione mouetur ad inquirendum.*

59 *Ad torturam proceditur in delictis quæ fiunt secreto, videlicet in nemoribus.*

60 *Indicia quæ sufficientia sint, in iudicis consistit arbitrio.*

61 *Præsumptiones duæ qualiter faciant plenam probationem.remissiue.*

62 *Præsumptio & indicium differunt, & in quibus. remissiue.*

63 *Ad iudicem spectat publicare inquisitionem, & decernere illam fore publicandam.*

64 *Libellus an dari debeat in inquisitione.*

65 *Contra confessum ferri potest sententia, iuris ordine nõ seruato.*

66 l.1.§.diuus.ff.de quæstionibus, *declaratur.*

67 *Iudex non curat nisi de illis quæ apparent ex actis, quoniam est iudex processus, & nequaquam solius conscientiæ.*

68 *Aduocatus fisci an prohibere possit ne iudex vlterius procedat in inquisitione, eo quod viderit illam non adhuc instructam.*

69 *Inquisitio finem accipit, si fiscus tacuerit per biennium.*

70 *Iudicis iussus an & quando excuset.*

71 *Iudicis iussus, a quo est appellatum, non excusat.*

72 *Iussus iudicis non legitime interpositus nequaquã excusat.*

73 *Iudicem in dubio nocentem absoluere, quam innocentẽ damnare melius est.*

74 Euestigio *dictio idem est atque* incontinenti.

75 *Officialis regulariter non dicitur esse in negligentia, seu defectu iustitiæ, antequam ter fuerit admonitus.*

76 *Iudex non debet statim absoluere reum, vbi videt crimen adhuc non plene probari.*

77 *Manuleuta traditus & relaxatus non potest de eodẽ crimine requiri sine nouis indicijs.*

78 *Iudex punitur ex negligentia.*

79 *Iudex non præsumitur negligens nisi probetur.*

80 *Iudicis malitia præsumitur, si nimium præcipitet in causa.*

81 *In pœnis interpretatio benignior est facienda.*

82 *Edictum vbi fuerit publicatum per Vicarium & Baiulum alicuius ciuitatis, ne quis trahat balistas paratas sub certa pœna, & contra prohibitionem edicti quis inuentus fuerit cum balista parata extra ciuitatem, & intra Baiuliam, an pœna huiusmodi edicti acquiratur Vicario, vel Baiulo, an duplex pœna debeatur.*

83 *Statutum quod quis incidat in pœnam si ludat, vel portet arma, non habet locum, nisi talis deprehensus fuerit in ludo, vel cum armis.*

VOlentes nostros subditos à calumnijs, &c. Non potest præsens constitutio congrue summari, tamen hoc breuiter intendit. ¶ Non debet
1 inquisitio † publicari, donec per aduocatum talem fuerit plene visa & cognita, quam habet recognoscere intra terminum sibi à iudice assignandum. Et si visum fuerit constare de crimine, saltem per indicia, quę mouere debeant iudicem ad vlterius procedendum, debet illico publicari. & petitio dari infra sex dies ab ipsa cõstitutione præfixos. Sed si talia non adsint indicia, debent delati, reseruata inquisitione, protinus à carcere, vel manuleuta omnino relaxari, pœna decem librarum aduocato & iudici prædictis, qui culpabiles fuerint in præmissis, etiam imminente. Hoc dicit. ¶ Et diuiditur in partes quinque. In prima parte prohibet inquisitionẽ non recognitam publicari. In secunda parte, ibi, *quam recognitionem*, mandat præfigi tempus aduocato ad recognitionem ipsius inquisitionis faciendam. In tertia parte, ibi, *qua visa*, prouidet, quod vbi de crimine, saltem per vrgentia indicia constiterit, detur petitio, & publicetur inquisitio intra tempus à constitutione præfixum. In quarta parte, ibi, *Quia si ex processu*, prohibetur dari petitio, & vlterius procedi, quando talia non insurgunt indicia. Et etiam mandat in illo casu protinus relaxari delatos. In quinta

parte,

Digitized by Google

parte,ibi,*Quod ſi iudex præfatus*, punit iudicem, & aduocatum in decem libris,ſcilicet,illum qui negligẽs vel remiſſus fuerit in premiſsis: & hoc
2 ſit pro ſufficienti ſumma huius *cap.* Et † nota calumnijs obuiandum,vt hic, & infra *collat. proxi. c.a remotore.* & *extra.de offic.ordi.c.vt litigantes.* vide ibi concor. & propterea inuentum eſt edictũ *ff. de calumniatoribus*, p.r quod agitur contra calumniatores ciuiliter: quandoque etiam punitur criminaliter, vt in *tit. C. de calumniatoribus.*
3 per totum. Item ad reprimendum calumniam fuit inuentum iuramentum calumniæ vt *C. de iureiurand. propter calumniam dando.* & *extra. c. in*
4 *antiquis. & in ſexto.* & tale † iuramentum calumniæ etiam præſtatur in cauſis criminalibus.vt in *c.inhærentes.extra.de iur. ca.* & etiam per aduocatos,vt *C.de iudi.l.rem non nouam*. Item huiuſmodi
5 calumniæ † iuramentum præſtari debet tam per actorem,quam per reum,in cauſis:vt in vſat.*Quoniam ex conqueſtione.* Item † præſtatur tam in cauſa principali,quam in cauſa appellationis, vt in
6 conſtitutione Regis Iacobi II.facta *Barcin.c.nouerint.* & *extra.de iur.ca.c.in appellationis cauſa.lib. 6.*
7 Item nota, † quod procurator fiſcalis domini Regis vel in curijs ſecularibus non iurat de calumnia,ſed reſpondet per ſuam legalitatem, ſecundum *Iacob.de Montesan.* in vſat. *Omnes homines tam milites.*vide ibi.Secus in foro Eccleſiæ,vt in pragmatica Regis Martini conceſſa brachio Eccleſiæ,data Barcinonæ 28.Martij,anno à Na-
8 tiuitate Domini 1409.¶ Item † nota, quod Iudæi olim de calumnia non iurabant,vt in vſat. *Iudæi.*Sed abrogatum eſt conſuetudine,vt notat *glo.* in dicto vſat.*Omnes homines tam milites.*& vide ibi de multiplici iuramento. & adde.quæ leguntur & notantur *extra. de teſti. c. Iudæi.* & in
9 *Cle. 1.de teſt.* ¶ Nota † etiam, quod calumniari eſt falſa crimina ſcienter intendere: vt il. *de calumniatoribus. l.* 1. §.*calumniari.* & 2.*q.*3. §.*notandum quoque. verſic. Calumniari.*vide ibi de hac ma
10 teria. Quæ † autem ſit pœna calumniæ ? Reſpondeo,ſecundum *Azonem in ſumma.C.de calumniatoribus.* §. *vlti.* Calumniæ pœna eſt eadem, vel ſimilis,quæ imponeretur accuſato, ſi conuictus fuiſſet de crimine:& eſt hoc apertum,ſi crimen erat ordinarium.Sed ſi erat extraordinariũ, imponeretur eadem,ideſt quanta pro eo crimine ſolet imponi:vt *C.eod.l.vlti.* & ff. *de prænaricatoribus.l.ab Imperatore.* & ff.*ad Turpill. l.* & *in prima-*
11 *tis.*Item † punitur calumnia ſolo iudicis motu ſeu officio, cum crimen intentatum non eſſe commiſſum ſententia declaratur. Sed poſtea ex interuallo non poteſt, vt *C. de calumniatoribus. l.fin.*quod dic,vt dixi,ſecundum *Bar.* ſupra *eod.*
12 *c.querelam.* §. *quod ſi lite.* Item nota, † quod calumniatur qui in probatione deficit eorum de quibus accuſat, vel excipit; excuſatur autem propter probabilem errorem,vt notat *glo.extra. de elec.c.ſtatuimus. lib.6.*& 2.*q.* 3.*c. calumniator.* & *c.qui non probauerit.*& quaſi per totum. & *extra.de calumniatoribus. c.*1.& 2.& ff.*ad Turpill.l.*1. adde quæ dixi ſupra *collat. 6. curia Montiſſoni c. iudices*
13 *tabulæ*,ſuper verbo *exceptiones.*in fin. Sed † an in cauſa accuſationis,inquiſitionis, vel alia criminali iuretur de calumnia, dic vt notatur per *Anto.de Butrio in c.* 1.*de iur.ca.* ¶ Sequitur in tex.
14 *inquiſitio ſeu appriſia.* Nota quod † differentia eſt inter inquiſitionem, quæ fit contra ſingularem perſonam, & illam,quæ fit tam in capite, quam in membris;quia in prima requiritur ordo,vt *extra. de accu. c. qualiter, & quando.in* 2. In ſecunda proceditur de plano,& ſine figura iudicij:vt *extra.de accu.c.olim.*Sed vbi agitur de ſtatu Eccleſiæ vel collegij, recipiuntur teſtes tales quales ibi
15 inueniuntur,& eſt † ratio,quia ea quæ domi fiũt, per domeſticos probari oportet. vt *C. de repu. l. conſenſu.* & *extra.de teſti.c.veniens.*vbi vero contra ſingularem perſonam,tunc legitimi adhibentur, vt *extra.de re iudi.c.cum I. & A.* de materia vide in *Spe.in* 3.*parte.tit.de inquiſitione.* per totum.adde quæ ſcripſi ſupra *ead.c.als procuradors fiſcals*: Vl-
16 terius † nota,quod aliud eſt appriſia ſiue informatio vel inquiſitio,& aliud eſt captio delati,& aliud confeſsio ipſius:vt in *Cle.multorum.de hæreticis.*& hic,& *extra.de hæretic. c.inquiſitores. lib. 6.*
17 & ideo † commiſſa inquiſitione non videtur mãdata captio.de quo per *Innoc.extra. de app. c. conſtitutis*,facit ſupra *ead. c. Sicut aduerſus.* & melius ſupra *ead.c.als procuradors fiſcals.*& *c.& quia ſæpe.* ¶ Sequitur in text.*ex officio,vel ad procuratoris fi-*
18 *ſcalis inſtantiam.*Nota differentiam † an iudex ex officio ſuo deſcendat ad inquirendum. An aliquo priuato procurante & inſtigante inquiſitionem.Nam in primo caſu inquiſitor faciet iurare illum,contra quem inquirit, vt ſuper eo,de quo inquirit,ad interrogata reſpondeat: vt *extra. de accu.c.cum dilectus.* In ſecundo caſu non faciet illum iurare:ſed promotor inquiſitionis probabit illud,ſuper quo inquiritur:& ſi non probauerit, tunc promotor punietur, vt in alleg. *c. cum dile-*
19 *ctus*. Item † notabis aliam differentiam, quia cum proceditur ex officio, vel ad fiſci inſtantiã, publicatis atteſtationibus,iterum interrogantur teſtes iam producti,& alij etiam de nouo producuntur:2.*q.* 1.*c.notum.* 2.*q.* 5.*c. Mennam.* & *c.habet hoc proprium*. Sed hodie quia fiſcales nimium calumniari conſueuerunt, eſt valde periculoſum de nouo recipi teſtes;& ideo caueant iudices ſuper iſtis.Cum autem aliquo priuato iuuante, vel procurãte,ſeu inſtigante fit inquiſitio,cum vel ſine procuratore fiſci, tunc publicatis atteſtationibus non debent iterum produci teſtes, quia timetur ſubornatio, argum. *extra. de teſti.in cle.* teſtibus rite receptis,licet de praua conſuetudine, verius abuſu,ſupple,& male,quia ex hoc quandoque fiunt oppreſsiones, multa mala ſequantur,& maxime quia iudex permittit teſtes per ſolum ſcriptorem recipi: & quandoque per aduocatum fiſcalem,qui etiam quandoque patrocinatur denunciatori priuato partem facienti in

cauſa

cauſa propter ignorantiam multorum, & ambitionem fiſcalium & ſcriptorum, etiam de facto recipiuntur teſtes in inquiſitione publicata, & procurata, & iuuata per priuatam perſonam partem facientem, & prætendentem proprium intereſſe, & propriam, vel ſuorum iniuriam proſequentem. Cætera de materia huiuſmodi vide in *Summa Confeſſorum. lib. 3. tit. 31. de purgatione q. 6. qualiter ſit in inquiſitione procedendum.* & per *Goff. in Sũma de accu.* & in *Spe. tit. de inquiſitione.* & per *Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter.* & in *l. in ſenatu.*

20 §. *eos. ff. ad Turpill.* Vnde † nota, quod in cauſa inquiſitionis poſſunt produci teſtes etiam poſt aperturam, ſecundum *Innocen. in c. cum clamor. extr. de teſtibus.* & hoc verum, quando iudex producit ex officio, quia in eo nõ timetur ſubornatio, quia præſumptio officij tollit præſumptionem doli, argum. *l. ſi multis de public.* & quia iudici teſtes

21 ſemper ſunt aperti, cũ eos examinet. Reus † vero non poterit de nouo teſtes producere, niſi iudex produxerit, argum. *l. petenda. C. de tempore in inte. reſti. pe.* Et hæc vera etiam, quando inquiſitio habet promotorem fiſcalem, quia ille non dicitur accuſator, nec habere in ius inquiſitione, de quo per *Innocen.* & *Bal. extra. de ſent. excom. c. dilecto.*

22 *lib. 6.* Item teſtes † poſſunt repeti ad declarandũ dictum ſuum obſcurum, niſi quando obſcuritas ſurgit ex dicto partis quæ fecit articulum obſcurum, ſecundum *Innocen. extra. de proba. c. in præ-*

23 *ſentia.* Nota † tamen, quod non dicitur obſcurum quod per apertam naturam verborum, vel loquendi conſuetudinem poteſt intelligi: ſed illud dicitur obſcurum, quod non bene poteſt intelligi: *ff. de res ven. l. idem Pomponius. §. penult.* & adde quæ notantur *ff. de app. l. ab executore.* & quę not. in alleg. *c. cum clamor.* & in *c. per tuas. extra.*

24 *de teſt.* ¶ Sed vtrum † ex ſola ſuſpicione poſſit procedi ad inquirendum; vide *glo.* & *Doct. extra.*

25 *de offi. Ordi. c. ex parte.* Item nota, † quod Epiſcopus poteſt procedere inquirendo contra tenentes bona, quæ debent diſtribui pauperibus; vel in alias pias cauſas: ſed ad vtilitatem priuatorũ non, niſi in caſu *l. 1. §. pœna de ſuſpec. tu* notat *Bar-*

to. in l. ſi vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. Sed bene pro vtilitate publica, etiam in ciuilibus: *ff. de tuſte. reo. l. ſi quis reum.* vide *Innocen. in c. ad noſtram. in 3. extra. de iureiur.* & per *Henr. extr. de offic. ordi. c. 1.* & adde quæ de hoc ſcripſi ſupra *coll. 6. curiæ Pe pinianí c. volumus & concedimus.* ¶ Sequitur in tex. *inchoata, vel recepta,* ſubaudi, ſecus ſi ad partis priuatæ inſtantiam fuerit inchoata, quia tunc in tali publicatione habebit ipſa pars priuata vocari, quia ſua principaliter intereſt, præſertim quia facta publicatione amodo non liceret ſibi am-

26 plius producere teſtes, vt ſupradixi. Sed † ſi pars ipſa priuata decederet vel deſiſteret, tunc fiſcus proſequeretur, iuxta notata per *Gui. in ſpe. tit. de denuntiatione. §. penult.* circa fin. Et nota, quod ho-

27 die † inſtantia accuſationis, & denuntiationis perit biennio: vt infra *collat. proxi. c. à remote.* Vide & adde quæ ibi dicam Deo duce. ¶ Sequitur in tex. *per quem iudicem.* ergo ſiue per Gubernatorem, vel alium iudicem, ſiue ordinarium, ſiue delegatum. Et eſt hic argumentum contra ſcriptores & notarios, qui ſine iudice recipiunt inquiſitiones criminum indifferenter, ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcino-*

28 *næ c. 14. Item quod aliquis iudex noſter.* talis † enim examinatio teſtium in criminali non poteſt delegari. faciunt notata ſupra *ead. c. proxi.* ſuper verbo *recipiendis per iudicem perſonaliter.* Sed in curia

29 Gerundæ eſt prouiſio Regia, quod de criminibus, quæ non ingerunt pœnam mortis vel membri mutilationis, poſsint notarij recipere teſtes ſine iudice. Sed & ipſi etiam ſæpe recipiunt teſtes etiã in inquiſitionibus criminum maiorũ indifferẽter. Sed tales teſtes poſſent annullari, quaſi recepti per non habentem iuriſdictionem & poteſtatem: & ſcit Deus quæ & quanta quotidie ex his inſurgunt pericula, damna, & ſcandala, quibus parum prouidetur: & quando fui iudex volui prouidere, ſed non potui: quia ipſi ſcriptores ſunt domini, & inimici iudicum, præſertim tempore ſyndicatus & rabulæ. Vnde prouiſio incumberet Gubernatori, qui tamen non curat, quia applaudunt ſibi ad extorquendum pecunias per illicitas & prauas inquiſitiones, & delationes, vſque ad alapam aſini. vide tamen & adde notata per *Bal. in auth. apud eloquentiſſimũ. C. de fide inſtrumentorum.* & per *Anton. de Butrio in c. vlti. extra. de fide inſtrumentorum.* ſuper *glo. fin. & de teſti. c. ſi qui teſtium.* ¶ Sequitur in text. *donec per aduoca-*

30 *tum fiſcalem,* ſubaudi; & eſt ratio, quia † aduocatus fiſci in cauſis fiſcalibus habet interuenire, & dare ſuum votum, & ideo non appellat: vt ſupra *collat. proxi. curiæ Regis Martini c. Item per tolre vexacions.* vide quæ ibi dixi; & ſi ſecus factum fuerit, qui contra fecerit, tenebitur ad damna & expenſas parti læſæ, ſic *extra. de offic. ordi. c. ſi canoni-*

31 *ci. 1. reſpon. lib. 6.* Et nota, † quod non quilibet aduocatus eſt ſapiens, ſed ille eſt ſapiens, qui non fallit, neque fallitur, ſecundum *Ioan. de Platea,* quem vide in *l. quicumque deſert. C. de omni agro deſerto. lib. 11.* ¶ Sequitur in text. *ſtatim vbi recepta*

32 *ſit ipſa inquiſitio.* Nota † ſumme iſta verba, quia videtur quod ſi Gubernator euocauerit ad ſe cauſam inquiſitionis receptę per Vicarium, vel aliũ iudicem ordinarium, quod non poſsit ipſe Gubernator illam inquiſitionem publicare, donec fuerit viſa & recognita per aduocatum fiſci curiæ illius Vicarij vel iudicis ordinarij; quod ſi fecerit, non valebit; ſed aliter facta ipſa publicatio erit nulla, tanquam facta contra formam, & feriem, ac mentem præſentis conſtitutionis, de quo vide, vt notatur ſupra *ead. c. als procuradors fiſcals.* Verumtamen contrarium vidi quandoque ſeruari, & forte non bene, quia dominus Gubernator inquiſitionem ad ſe euocatam à curia Regia Gerundæ facit recognoſcere, & patrocinari per aliquos aduocatos, quos ipſe eligit, dimiſsis

aduo-

Digitized by Google

aduocatis fiſcalibus ſtationis curiæ Regiæ Gerundæ. Et forte proceſſus & ſententia poſt talē nulliter & contra formam & prohibitionem huius conſtitutionis factam habiti non tenent, quaſi ſit proceſſum contra formam, ordinem, & prohibitionem iuris præſentis conſtitutionis, &
33 quia † Gubernator Cathaloniæ non poteſt creare aduocatos fiſcales, quia pertinet ad Principē creatio officialium. Verumtamen multa per pa-
34 tientiam tollerantur. ¶ Sed † quæro an valeat ſententia lata, nulla facta publicatione teſtium? Reſpondeo, *Bar. in extrauag. ad reprimendum*, ſuper verbo *figura iudicij*, dicit quod ſit neceſſaria publicatio, quia alias ius defenſionis auferretur, quia ſi non publicarentur teſtes, non poſſent perſonæ, & dicta eorum impugnari, & auferre defenſionem repugnat iuri naturali. Vnde dic, quod ſi petatur fieri publicatio, nō poteſt omitti, alias eſſet grauare & opprimere, & non valeret proceſſus & ſententia, tali ordine prætermiſſo, præſertim in cauſa criminali, vt hic, quia eſſet procedere defenſione debita non conceſſa contra conſtitutionē ſupra *collat. 6. curia Ceruaria c.*
35 *in primis.* cum ſuis concor. Sed † in ciuili cauſa forte valeret ſententia lata, omiſſa publicatione teſtium tacite, quia non fuiſſet petita ipſa publi-
36 catio: ſicut † dicimus de iuramento calumniæ, quod tacite omiſſum non vitiat, ſecus ſi petatur: vt *C. de iuram. calum. l. 2. §. Sed quia veremur.* & ibi nota, & melius. *extra. de iuram. calum. c. 1. §. propter omiſſum quoque. lib. 6.* & ibi notat *glo.* quod nō valet conſuetudo quod poſsit expreſſe remitti, licet tacite omitti poſsit alleg. *c. caterum. extra.*
37 *eod. tit. in antiquis*, & idem tenet ibi *Hoſt.* ¶ Item † nota, quod poſt concluſionem in cauſa & publicatum proceſſum, ex confeſſione partium poteſt cauſa inſtrui, ſecundum *Bal.* ad hoc *extra. de fide inſtrumento. c. cum Ioannes.* & *30. q. vlt. c. iudi-*
38 *cantem.* cum ſimilibus. ¶ Item † nota, quod ſi quis petit vt non publicetur proceſſus, quouſque poſsint haberi tales teſtes qui de cauſa ſunt inſtructi, & ſunt infirmitate vel aliqua cauſa grauari ſi hoc non obſtante iudex publicauit, ſubuenitur parti beneficio reſtitutionis in integrū, vt etiam publicato proceſſu poſsit inducere, ſecundum *Innoc.* qui hoc latius notat in *c. vltra ter-*
39 *tiam. extra. de teſt.* ¶ Vlterius † nota, quod qui iurat in animam alterius, debet iurare id quod illi, & non quod ſibi videtur, ſecundum *Innoc.* & *Bal. in extranag.* ad hoc *extra. de teſti. in glo.* quæ incipit, *ſcilicet totius*. ¶ Sequitur in text. *recognita fuerit,*
40 *ac etiam plene viſa.* ſupple, ſuper † quo ſtabitur aſſertioni ipſius aduocati aſſerentis ſe recognouiſſe, ac etiam plene vidiſſe ipſam inquiſitionē:
41 admitteretur tamen † probatio in contrarium, puta per teſtes, qui audiuerint contrarium ab eodem aduocato, vel à notario, vel alijs, qui tenuerint alibi proceſſum tunc temporis; vel quia proceſſus eſt valde groſſus, & non potuerit plene videri infra diem, biduum, vel triduum, quibus ipſe aduocatus tenuerit proceſſum. Vnde tutum eſt valde, quod in actis ſcribatur qua die proceſſus traditur aduocato fiſcali pro recognoſcendo iuxta iudicis aſsignationem: & quod aduocatus congruo tempore illum tenuerit, & recognouerit ſecundum magnitudinem proceſſus, alias faceret contra eum *c. cum ex litteris.* & quæ ibi notantur *extra. de reſti. in integrum*, & etiam littera quæ ſequitur, *quam recognitionem*, &c. ibi, *iuxta qualitatem negotij, magnitudinemque proceſſus.* ¶ Sequitur §. *qua viſa*, &c. In text. ibi, *aduocato præfato viſum fuerit quod ſi datis*, &c. Nota hic ad-
42 uocatum fiſcalem in cauſa inquiſitionis criminalis habere arbitrium in puncto an fuerit in-
43 quiſitio publicanda vel ne. ¶ Sed † quid ſi ipſe aduocatus perperam arbitretur, quod dicit fore publicandam inquiſitionem vbi publicanda nō eſſet, vel è conuerſo, & iudici videatur oppoſitum; vel reus hoc opponit, & dicit non eſſe probatum plene, nec ſemiplene, nec fore iudicia talia propter quæ ſit danda petitio, nec ad vlteriora procedendum, & fiſcum vlterius non eſſe audiendum: vel è conuerſo petit dari petitionem, & ſe abſolui, & non conſentit reſeruationi inquiſitionis, per quam fama eius ſaltem de facto læſa exiſtit? Reſpondeo, ſalua tamē cuiuslibet melius ſentientis deciſione, & dico delatum fore audiendum: & iudex tenebitur ius dicere ſuper altercatione huiuſmodi, alias vel etiam ſi ius dicendo grauauerit delatum, poterit ipſe delatus appellare; quia iſti caſus ſunt à cōſtitutione omiſsi, & iuri veteri relicti, argum. *l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthu.* & etiam forte iudex ex officio tenebitur prouidere, ſi viderit aduocatū fiſci contra iuſtitiam arbitrari, quia ad iudicem pertinet calumnijs obuiare, vt hic in
44 prin. & punire † aduocatos & procuratores coram eo litigantes ſi delinquant in proceſſu, & actis coram ipſo: vt *C. de teſt. l. nullū.* cum ſimilib.
45 & arg. infra *eod. §. vlti.* quia verba *viſum † fuerit*, important arbitrium boni viri, præſertim quia dicit, *inquiſitione prius recognita.* faciunt notata per *Bar. in extranag. ad reprimendum.* ſuper verbo, *videbitur expedire.* ad idem faciunt notata per *Ioan. Fa. inſti. de emp. & ven. §. pretio. in glo.* etiā inique ibi, dum dicit, *ad boni viri arbitrium.* ¶ Sequitur in text. *in puncto in quo tunc eſt*, ſcilicet, tē-
46 pore publicationis fiendę. & de iſto aduerbio † *tunc* vide per *Bar. in l. 4. ff. de condi. & dem.* & per *Gui. de conſe. di. 4. c. tunc volere.* & adde quæ notatur ſupra *eod. c. querelam.* ſuper verbo *tunc admittat.* ¶ Sequitur in text. *probatum eſſet plene, vel ſe-*
47 *miplene.* dic † quod plena probatio eſt quæ fit per propriam confeſsionem contra ſe in iure factam. *C. de confe. l. 1.* & *ext. de confe. c. 1. & vlt.* vel quæ fit per duos teſtes idoneos: vt *extr. de teſti. c. in omnibus negotio. & de verb. ſigni. c. forus.* & *ff. de teſt. l. vbi numerus.* cum ſimilib. vel per valida inſtrumenta, *extra. de fide inſtrumentorum. c. 1. & 2.* & per totum. & in vſat. *Si quis teſtamentum, vel chartā firmam.*

vel

Digitized by Google

vel per violentas & indubitatas præſumptiones: quod forte locum non haberet in criminali cauſa, in qua requiruntur probationes luce clariores, vt *C. de proba. l. ſciant cuncti.* adde quæ notantur *extra. de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem.* & quæ ſcripſi ſupra *c. proxi.* ſuper verbo *incurriſſe conſtiterit.* Sed
48 certe † præſumptio in tantum poteſt eſſe clara, quod per eam fieret condemnatio etiam in criminali, ſecundum *Anto. de Butr. in eius Spica iuris ciuilis. in verſ. præſumptio.* & notant *Doct.* in alleg. *l. ſciant.* & *Alb. de Cremona in ſuo tractatu maleficiorum rubr. de indicijs indubitatis.* & idem *Thom. de Piperatis.* & adde notata in *glo. ſe.* Dic etiam per *Bar. in l. qui milites. C. de quæſtionibus.* Semiplena ve-
49 ro † probatio eſt, quæ fieret per vnum bonum teſtem: vt *ff. de dote præle. l. Tehopompus.* adde quæ notat *Bar.* in præalleg. *extranag.* ſuper verbo *videbitur expedire. §. Circa modum probandi,* & ibi dicit, quod plena probatio eſt facere iudici plenam fidem: vt *C. de eden. l. procur.* & *de condi. ob tur. cauſam. l. 1.* & notatur *ff. de proba. l. quinquaginta.*
50 Sed forte in hac patria propter vſaticum *Barci.* incipientem, *teſtes priuſquam*, vnius teſtimonium nullatenus probat, quia ibi dicitur, *vnius autem teſtimonium, quantumcumque ſplendida & idonea videatur eſſe perſona, nullatenus admittatur.* Ergo nec quoad ſemiplenam probationem, propter verbum *nullatenus.* Sed dic, *nullatenus admittatur*, ſcilicet, quoad condemnationem: & ita loquitur *extra. de teſti. c. veniens.* in fin. dum dicit, nec vnius teſtimonium ad condemnationem ſufficiat alicuius. vide & adde quæ ibi notantur per *glo.* & *Doc.*
51 valet † tamen cum alijs indicijs ſeu argumentis quæ inueniant veritatem, vt dicitur in *c. forus. de ver. oblig.* ad idē *glo. in l. ſciant. C. de proba.* ſuper verbo *indicijs.* ¶ Sequitur in text. *vel inde inſurgant in*
52 *dicia, præſumptiones, vel argumenta,* &c. de † huiuſmodi indicijs, præſumptionibus, & argumentis, & quæ ſufficiant ad vlterius procedendum, vel ad torquendum, vel ad condemnationem, vide pleniſsime *in tractatu maleficiorum Thomæ de Piperatis, Alberti de Cremona,* & in *tractatu de quæſtionibus, & tormentis,* compoſito per *G. de Cug.* & per *Henr. extra. de regulis iuris c. cum in contemplatione.* & in *ſecunda parte Spe. tit. de præſumptionibus.* & *extra. eod. c. 1.* & *c. quia veriſimile.* & per totum. & per *Bal. in l. non eſt veriſimile. ff. quod me. cauſa.* ¶ Et
53 nō † omittas videre *Bar.* vbi ſupra, quia ibi dicit plenam fidem huiuſmodi habere ſuos gradus. Nam quandoque quis incipit ſuſpicari, hoc eſt leui argumento in vnam partem inclinari, quādoque quis incipit opinari, hoc eſt, inclinare animum ſuum in vnam partem, aliqua ratione ſatis forti, non tamen ita, quod non credatur poſſe eſſe contrarium. Quandoque procedit vltra, & incipit credere ita forti ratione, quod firmiter inhæret vni parti: nec de contrario aliquo modo dubitat, iſta eſt plena probatio, & plena fides: hæc naturales dicunt, & probatur *ff. de quæſtionibus. l. 1.* in prin. ibi, *ad tormenta ſeruorum ita demum peruenire oportet, cum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita probatione admouetur, vt ſola confeſsio ſeruorum deeſſe videatur.* quod enim dicit, *cum ſuſpectus eſt reus*: denotat primum gradū, quo quis incipit peruenire ad fidem, ſcilicet ſaſpicio. Quod vero ſubdit, *& alijs argumentis*, &c. denotat ſecundum gradum, quo incipit opinari. Quod vero ſubditur de confeſsione ſeruorum, denotat vltimum gradum quo habetur plena fides, & dicitur plena probatio: hoc etiam probatur *ff. de teſti. l. 3. §. eiuſdem quoque Principis.* in fi. §. *quid autem credas, aut parum opinaris probatum.* & hoc plenius vide per *Bar. in l. admouendi. ff. de iureiuran.* Et quan-
54 do † fuga faciat quem haberi pro confeſſo, dic per *Ioan. de Platea in l. decorum domini. in 2. notab. C.*
55 *de omni agro deſerto. lib. 11.* Itē † nota finem probationis eſſe implere, alias impellere animum iudicis ad credendum, & firmandum ſic fore vt atteſtatur, ſecundum *Anto. de Butrio extra. de teſti. c. in noſtra. in 2. notab.* Et † vt dicatur perfecta probatio, oportet quod ſit apta ad applicādum animum circumſpecti iudicis ad fixe credendum, vt
56 notat idem *Butrio extra. de teſti. c. præterea. in 5. notab.* vide ibi, *probatio eſt fidem facere iudici.* Nota *Bar. in tractatu ſuo de Tyrannide.* ¶ Sequitur in tex. *quæ mouere debeant iudicem ad vlterius procedendum.*
57 puta † quia eſt in ſecundo gradu probationis, quia eſt ſemiplena probatio, vel ſunt alia indicia ſufficientia ad torturam: vt dicta *l. 1. §. 1. ff. de*
58 *quo.* quia † ex ſuſpicione mouetur iudex ad inquirendum. Sed non debet publicari inquiſitio, niſi adſint argumenta talia, vt ſola confeſsio deeſſe videatur, vt dicta *l. 1.* & ita credo debere intelligi hanc litteram. Quia aut habetur plena probatio, & tunc procederetur vltetius etiam ad condemnationem. Aut habetur ſemiplena probatio, puta, quia adeſt vnicus teſtis de viſu, & de certa ſcientia de crimine illo deponens, & tūc proceditur vlterius: quia ex illo ſolo teſte habetur indicium ſufficiens ad torturam, vt notatur *ff. de quæſtionibus. l. maritus.* & *ff. de dote præle. l. Tenopompus.* & ex tortura, quandoque habetur propria confeſsio, per quam deueniter ad condemnationem: *C. de confe. l. vna.* Aut forte habentur multa indicia, ſiue præſumptiones, & argumenta minuta, quorum quodlibet per ſe non foret ſufficiens ad quæſtionandum; ſed ſimul iuncta vrgent. Ita quod ex illis mouetur animus iudicis ad opinandum, vt quaſi videatur ſola confeſsio deeſſe, & iſto caſu poteſt procedi ad torturam, &c. & quandoque etiam ad condemnationem, ſi ſint talia, quæ mouere debeant animum iudicantis ad fixe credendum rem ſic eſſe, vt cōtrarium credere nequeat: ſic intelligitur *l. fi.* in fin. *C. de proba.* & notat *Anto. de Butrio in c. 1. de proba.* & *Dinus* & *Doct.* in dicta *l. fin.* & *Bal. C. de ſer. fug. l. 1.* & *l. quicumque.* Vbi etiam nota, quod in
59 delictis, † quę fiunt ſecreto modo, puta in nemoribus, ſicut in alijs criminibus ex argumentis veriſimilibus & probabilibus procedituir ad torturam,

turam,vt *l.miles.C.de quæſtio.*& *l.non omnes.§.Barbarius. ff. de re mili.* Ita in iſtis taliter commiſsis proceditur per diffinitiuã,ſcilicet,ad cõdemnationem, & hoc credo maxime verum in eo qui ex priuilegio nequit torqueri,& ita vidi fieri;& hoc eſt quod littera dicit, *monere debeant iudicem ad vlterius procedendum*,&c. alias vbi non forent talia,quæ ſaltem ſufficerẽt ad torturam,ad quid tunc inquiſitio publicaretur?Iam enim tunc ceſſantibus talibus indicijs, poſſet ille reus petere ſententiam abſolutoriam:quaſi auctore non probante,&c. *C. de edendo. l. qui accuſare.*& de mate-
60 ria † indiciorum, & quæ dicantur ſufficientia, eſt arbitrarium, & ideo littera dicit, *Si aduocato viſum fuerit*,&c. Vide notata per *Ante. de Butrio extra. de teſtibus c. veniens.in prime.* in fin.qualiter
61 duæ † præſumptiones faciunt plenam probationem,quia quæ non proſunt ſingula,multa iuuant,& quandoque præſumptionibus iudicatur, vt notat idem *Ant.in c.1.de præſump.* & *Inno.in c. quia veriſimile.*adde notata per *glo.*& *Bar.in l.2.*in prin.*ff.de excu.tu.*ſuper verbo *legitimis*. Vide ibi *Bal.*qui etiam notat differentiam inter præſum-
62 ptionem † & indicium, quia præſumptio directe tangit factum probandi, ſed indicium coniectura tangit indirecte,& pro tanto minus eſt vnũ indiciũ,quã præſumptio, vt notat *glo. ff. de probat.l.cũ probatio.*Item adde notata per *Albertum de Cremona in tractatu maleficiorum rubrica de indicijs indubitatis.* & *de præſump. & indubi. in dicto verſic. Tertia ratione.*Sed *Innocen.* in alleg.*cap.quia*,repro bat illam differentiam,quam pertinacibus relinquit. ¶ Sequitur in text.*tunc faciat*, dic, ideſt pe-
63 tat, ſeu ordinet tore faciendum,quia † ad iudicem ſpectat publicare inquiſitionem, & decernere illam fore publicandam, vel non publicãdam.Sed hodie per hanc conſtitutionem in cauſa criminali fiſcali ſtatur arbitrio aduocati fiſci, niſi pars rea contradixerit, tunc enim iudex interloquendo dicet ius inter partes ſuper altercatione huiuſmodi;& hoc ſine mora,quia littera ſubdit,*eueſtigio publicari*:& dic *eueſtigio*,ideſt, ſine mora,& quandoque non vocata parte, ſi iudici clare videtur fore talia indicia, &c. Sed ſi dubitet, credo fore tutum vocari partes ad audiendum publicationem,vel ad dicendum, cur nõ debeat fieri publicatio petita pro parte fiſci; non enim dicit,quod iudex illico publicet,ſed quod aduocatus hoc eueſtigio petat, & fieri faciat. ¶ Sequitur in text. *formetque petitionem con-*
64 *tra reum criminis.* Nota † quia hic videtur, quod in inquiſitione debeat dari libellus, & ita etiam requiretur litis conteſtatio, & iuris ordo. Sed contra videtur in præall. g.*extranag.ad reprimendum.*Sed dic ibi ſpeciale propter immanitatem criminis læſæ maieſtatis.Et ſuper hoc diſtingue, quia aut proceditur per inquiſitionem ex officio,& contra certam perſonam; & tunc ſeruatur ordo,niſi quando proceditur contra abſentẽ per contumaciam,lite non conteſtata, vt *extra. vt lite non conteſtata.c.quoniam frequenter. §. ſunt & alij.*Aut fit generalis inquiſitio tam in capite quã in membris,& tunc talis ordo non ſeruatur.Aut proceditur contra aliquem ad inſtantiam partis priuatæ, & tunc habet ſeruari iuris ordo, & requiritur litis conteſtatio in inquiſitione, ſicut in accuſatione,vt *extra. de pur.ca. c. penult. §. dictus vero.*quæ proſ quere latius per *Henr.Boich extra. de accuſa. c. qualiter, & quando.in 2.*& *in 2.diſt.*& tetigi ſupra in verbo *inquiſitio ſeu apriſia.* hoc verum per ordinarios inferiores, ſecus in Audientia Regia & curia Gubernatorum,in quibus proceditur ſine figura iudicij. Et quis ordo debeat ſeruari, & quis poſsit prætermitti, vide ipſum *Henr.eod.tit.c.qualiter,& quando.in primo.diſt.1.*dic de hoc etiam per *Ante.de Butrio in c.cum olim. ex-*
65 *tra. de teſti.* ¶ Notandum † tamen, ferri poſſe ſententiam, iuris ordine non ſeruato in confeſſum in iure de crimine quantumcunque atroci & grauiſsimo,ſecundum *Innocen. in c.qualiter,& quando.in 2.*præall.g.& in *c.quærenti.extr. de offic.dele.*& eſt catus *extra.de app.c.Romana.li.6.*
66 Non † obſtat *l.1. §.diuus. ff. de quæſt.* quia lex illa loquitur,quando confeſsio ſit metu tormentorum,quia tunc requiritur perſeuerantia,ſecus ſi ſponte confiteatur, quia tunc non requiritur perſeuerantia.Sed ſtatim poteſt condemnari.vide *glo.in c.ex litteris. extra. de diuor.* ſuper verbo *admonitus.*adde notata in *l.proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquiliã.* & *C.de accu. l. ſi quis ex familiaribus qualiter & quando in confeſſum poſsit ferri ſententia*; & vide *Ioan.de Platea in l.locorum. C. de omni agro deſerto. lib.11.* ¶ Sequitur in text. *infra tempus per conſtitutionem Cathalonie in præſenti curia ſtatutum*, ſubaudi, quod tempus eſt ſex dierum, vt ſupra *eod.c.lo procurador fiſcal.*& ibi eſt conſtitutio, de qua loquitur hic. vide & adde quæ ibi ſcripſi. ¶ Sequitur in tex.*quod ſi ex proceſſu quæ dicta ſunt*,
67 &c. Nota quod † dicit,*ex proceſſu*,quia non curatur niſi de his quæ ex actis apparent,quia eſt iudex proceſſu, & non ſolius conſcientiæ. de quo dic vt dixi ſupra *colla.4. in 2.curia Barcinone c. 7. Item ordinamus de conſilio*, ſuper verbo *ſecundum iuſtitiam,& eorum bonam conſcientiam*. Item quod dicit,*quæ dicta ſunt*,ſubaudi,ſcilicet, quod fuerit probatum plene, vel ſemiplene, vel ſaltem per talia indicia,quæ mouere debeant iudicem, &c. tunc libellum non formet, &c. ¶ Et ſequitur in text. *nec proceſs vlterius patiatur*. Sed quid eſt
68 hoc dictum, nunquid † aduocatus poterit iudicẽ prohibere?Dicas quod poterit aduocatus requirere iudicem vt vlterius nõ procedat,& prohibere procuratori fiſcali vt ab inſtantia ceſſet. Sed vbi reus voluerit procedi vt abſoluatur tãquam innocens:vt *extra.de præſumptionibus.c.nullus dubitat*, tunc iudex tenebitur procedere reo inſtigante,nec hoc poterit fiſcus prohibere,vt in *auth.qui ſemel. C. quo modo, & quando iudex*. Imo
69 forte † ſi fiſcus tacuerit per annum vel bienniũ, erit inquiſitio ſopita,per *c.a remouere.* infra *collat. proxi.*

*proxi.*quod dic vt ibi notatur.Sed ſi reus contentabitur,debebit relaxari à captione inquiſitione reſeruata, vt ſequitur in *verſic. Sed inquiſitione reſeruata*,&c.¶ Sed quid ſi iudex patiatur & iubeat contra iuſtitiam procedi,nunquid excuſa-
70 bitur fiſcus?Super † hoc,an & quando iuſſus iudicis excuſet, dic, aut eſt expreſſe contra iuris diſpoſitionem,& tunc non debet iuſſus obſeruari, nec excuſaret, vt notant *gloſ.* & *Gui. in Decretis.63.diſt.c.Solonitana.* Aut eſt ſecũdum diſpoſitionem legis;vel eſt dubium, & tunc bene excuſat.Et hæc vera ſunt ſi pareatur iudici iubenti vt iudici,ſecus ſi vt priuato.ff.*de reg. iur.l.non videtur data.§.qui iuſſu*,vbi de hoc videas. Nota
71 tamen † quod iuſſus iudicis à quo eſt appellatum non excuſat,*ff.de minо.l.prætor.§.permittitur*, ad idem *extra.de offic.dele. c.cum cauſa*. Præterea
72 iuſſus † iudicis cuiuſcumque non legitime interpoſitus,non excuſat: *C.vnde vi.l.meminerint.C. ſi per vim,vel alio modo.l.vlt. ff.de contra.ta.l.non putauit.§.non quis.* cum ſimilib. & notatur *ff. de adqui.po.l.iuſte.* adde quæ notat *Bar.ff.de ſolut. l. creditor.* & *l.qui Romæ.§.Paulo Callimaco.ff.de verb.oblig.* ¶ Sequitur in text. *is qui iuriſdictioni præeſt.* ſcilicet, iudex & inquiſitor inquiſitionis illius. Sequitur in tex.*eueſtigio liberari.*melius eſt enim,
73 quod † iudex ſic ejiciat delinquentem à captione,quam ſi illum abſoluat, vel condemnet in caſu dubij: & ita notat *Bartho.de Salice. C.de adulteriis.l.ſi qui.*Et in *l.3.ff.ad l.Iul.maieſtatis.*Et hic nota verbum †
74 *eueſtigio*,quaſi dicat, incontinenti, hoc eſt,immediate:ſic exponitur per *Ioan.de Platea in l.contra eos.C.de adm.re.ad ciui. perti. lib.* 11. & ita intellige,*eueſtigio*,ideſt ſine mora, dum tamen ipſius rei depoſitio fuerit recepta,iuxta ea quæ leguntur & notantur ſupra *ead. c.& quia ſæpe contingit*, alioquin ſi iudex fuerit in mora, vel negligentia, incideret in pœnam decem librarũ,
75 hic inferius poſitam:licet † alias regulariter officialis vel prælatus non dicatur eſſe in negligẽtia vel defectu iuſtitiæ,niſi prius tertio fuerit requiſitus,vt *extr.de ſupplen.negli.prela.c.*1.& ibi notant *Hoſtien.* & *Bal.in feu.tit.de milite vaſſallo*, *qui contumax eſt.c.*1.adde quæ dicam in conſtitutione
76 cenſualiũ,infra *colla.*11.*c.encara per major.*¶ Et † nota;quod vbi iudex inquiſitionis videt quod non plene probatur crimen, non ſtatim debet abſoluere;ſed expectare accuſatorẽ,argum. *ff.de offic.præſi.l.diuus.*in prin.& *de liberali.cauſa. l.diui fratres.*& *2.q.3.c.notum.*Et interim debet delatus relaxari à vinculis & manuleutis,vt in hac conſtitutione cauetur, non tamen debet relaxari à carcere ſine licentia iudicis, ſecundum *Bal. in l.*
77 *qui in ius. ff. de in ius vo.* Item nota, † quod poſtquam iſte delatus ſic fuerit relaxatus,non poterit denuo pro eodem crimine repeti & citari ſine nouis indicijs;vt *C.de fal.l.ſicut.* iuxta notata per *Alber.de Cremona.rubr. quando de maleficio cognoſcitur per inquiſitionem. verſic. Hoc tamen dignum facit.l.repeti.*& quæ ibi notantur *ff. de quæſtio.* Sequitur in text.*quod ſi iudex*,&c.ibi,*contra prædicta fecerint,vel negligentes fuerint*,&c.hic habes, quod
78 iudex † punitur ex negligentia:ſic *extra.de proba.c.quoniam. in gloſ.*ſuper verbo *negligens*,&c. vi-
79 de ibi.non † tamen præſumitur iudex negligẽs, niſi probetur per proteſtationem, aut alias: vt *C.de delato.l.monente.lib.*10. vide ibi *Ioan. de Platea.*& ſi † nimis procraſtinauerit, etiam præſumitur iudicis malitia, ſecundum *Anto. de Butrio. extra.de teſti.c.cum clamor.* ¶ Et nota litteram inferius quæ dicit,*pro vice qualibet*:quia niſi hoc dixiſſet,forte non teneretur niſi vnica pœna: quia
81 in † pœnis eſt benignior interpretatio facienda: vt *extra. de reg. iur. c. in pœnis. lib.* 6. facit,quia ſi quis ter dicat,*Eodẽ inſtãti appello*,vna eſt appellatio: *31.q.2.c.Lotharius.* & notat *glo. in c.ab eo. extra.de app.lib.6.*arg.ad hoc *ff.quod vi aut clam.l.pro hibere.§. illud*. Et quia hic dicit *feriatur*, patet quod ſententia eſt neceſſaria, & ideo quaſi de vento ſeruit hæc pœna decem librarum. Sed caueant iudices de pœna peccati mortalis,& quia forte tenebitur;quaſi fecerit litem ſuam,vt notat dicta *glo.in c. quoniam contra falſam.* vide & adde quæ ſcripſi in *c.indices tabulæ. in curia Monteſſoni.* ſupra *collat. 6.* vide & adde quæ dixi ſupra *ead. collat.c.per tal que mal*,ſuper verbo *pena de ſinchcẽts ſous per caſcuna vegada.*Sed cui adquiretur iſta pœna,vide *glo.*& *Bar.in l.3.§.ſi.ff.de ſepul.vio.*& *Doct. inſti.de actio.§.penales.* ¶ Sed pone quæſtionem de
82 qua pridie fuit quæſitum à me. In † ciuitate fuit publicatum edictum per Vicarium & Baiulum Gerundæ, ne quis portaret baliſtas paratas, ſub pœna centum ſolidorum pro qualibet vice, & amiſsione armorum. Ecce quidam exiſtens extra ciuitatem intra Baiuliam parauit baliſtam, & ſic paratam duxit eundo per viam publicam vſque ad locum de Mediniano: & ita intra Baiuliam & Vicariam deliquit. Modo Vicarius petit pœnam,& etiam Baiulus petit pœnam. Dixi quod vnica tantum debebatur pœna,quia fuit vnicum delictum continuatum.*ff.de li.bo.exa. l.3.§.penult.* & notat *Cinus in l. ſi duo. §. ſi & arbi.* vide per eum in *l.quicumque.de ſeruis fu.* & per *gloſ.* & *Bart.o.in l.eum qui.§.in popularibus. ff. de iureiur.* Et quia huiuſmodi delictum fuit intra Baiuliam cœptum,& conſummatum; credo quod ipſa pœna debeatur Baiulo, & non Vicario. Sed quia Vicarius illum prius cepit in ſua Vicaria, debet habere expenſas & aliquid pro remunera-
83 tione laboris. ¶ Sed † ſi ſit ſtatutum, quod quis non ludat, nec portet arma; alias qui inuentus fuerit ludere vel portare arma, puniatur pœna decem librarum:licet luſerit vel portauerit,non tamen punietur dicta pœna, niſi deprehendatur in ludo vel cum armis, ſecundum *Barto.in l.Barſatoram.de fideinſſo.*& *Ioan.de Platea in l.vnica.C.de theſauris.lib.*10.

De inſidiatoribus, & alias impedientibus citatos pro pace & treuga comparere volentes.

Cap. XXXVII.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Insidiantes comparere volentibus, & citatis pro pace & treuga puniuntur* cætera in littera. *declaratur nu.*26.28.31.35.& 43.& *quid de iure communi. num.*29.
2 *Principi iniuria fit, si offensio vel damnum inferatur assecurato per illum.*
3 *Offendens fidatum à Principe incidit in crimen læsæ Maiestatis.*
4 *Vassallus illius, qui non est Princeps, an committat crimen læsæ Maiestatis contra dominum suũ non Principem.*
5 *Crimen læsæ Maiestatis committitur proprie & impropriè. declaratur ibidem.*
6 *Insidiæ sunt delictum punibile.*
7 *Insidiarum timor an sit legitima causa excusationis nõ comparendi in iudicio. remissiue.*
8 *Minæ sunt delictum.*
9 *Securitas pacis peti potest propter insidias vel minas.*
10 *Minatus potest impune se defendere, & statim percutere.*& *n.*33.& *nõ debet expectare, quod primo percutiatur nu.*34.
11 *Assassini, vel xixini qui.*
12 *Receptatores assassinorum dicuntur aggressores.*
13 *Receptatores sunt pessimi eo quia sine illis delinquentes diu latere non possent.*
14 *Impediti iusto metu comparere excusantur à comparitione.*
15 *Terror armorum est iustus metus.*
16 *Congregans arma vim facit.*
17 *Arma portans maleuolum animum habere præsumitur.*
18 *Armorum appellatione non continentur fustes & lapides, nisi post percussionem.*
19 *Armis uti quando licitum. remissiue.*
20 *Metus iustus & sufficiens est, qui continet in se periculum salutis, aut corporis cruciatum.*
21 *Oppressio coram iudice non præsumitur haberi.*
22 *Metus iustus ipso iure vitiat compromissum.*
23 *Emperamentum idem est quòd guidaticum.*
24 *Guidaticum est seruandum fideliter & sine fraude.*
25 *Citatio facta ad locum non tutum an valeat.*
27 *Dispositio facta in vnũ tempus nõ porrigitur ad aliud.*
30 *Bannitus captus à curia an possit occidi per priuatos. remissiue.*
32 *Concomitantes gaudent priuilegio illius, quem associant.*
36 *Mens magis spectari debet, quam verba.*
37 *Constitutio pœnalis est restringenda.*
38 *Fauor vel odium attenditur pro ea parte, qua magis inualescit fauore Reipublicæ.*
39 *Lex Reipublicæ vtilis debet extendi, & non minui.*
40 *Comparens pro pace & treuga cum bonis, qua secum portat, est sub protectione pacium & treugarum. & cum comitantibus eum. nu.*41.
42 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*
44 *Impediti absq. facto & culpa querelantis, si citati fuerint, an excusentur à cõtumacia in non comparendo. & an cessante impedimento teneantur absq. noua citatione comparere nu.*45.
46 Prius *dictio dicit ordinem.*
47 Personaliter *aduerbium importat personalem residentiam.*
48 *In ære qui non habet, luat in corpore.*
49 *Electus & publicatus semel pro pace & treuga, nõ debet reduci in pacem, etiam si pars consentiat, nisi personaliter compareat. limitatur nu.*50.
51 *Nihil dicitur actum, dum aliquid restat ad agendum.*
52 *Constitutio, statutum, ordinatio, & pragmatica sanctio differunt.*
53 *Constitutiones Cathalonię fiunt per dominum Regem cum curijs generalibus.*
64 *Pragmaticam qua ex causa facere possit Rex.*

NOs Ferdinãdus Dei gratia Rex Aragonum, &c. *Regij diadematis honoris congruere noscimus, &c.*

1 Casus. † Parantes insidias per se, vel alios citatis pro pace & treuga comparere volentibus, aut eis, vel eos concomitantibus, euntibus, vel redeuntibus damnum, offensam, vel iniuriam inferentes, aut illos, quo minus compare e libere valeant, impedientes, sunt ipso facto à pace & treuga electi cum bonis suis. Potestque contra tales electos procedi ex officio si, ut contra eos, qui inuadunt extraneum iter agentem. Nec reducentur ad pacem, donec iudicis arbitrio de damnis & iniuria illatis satisfecerint personaliter & integre. Hoc dicit. ¶ Et diuiditur in partes quinque, quoniam in prima parte ponitur notabile proœmium & narratio abusus insidiarum & impedimentorum, quæ fiebant citatis comparere volentibus. In secunda parte, ibi, *supplicantibus pro his*, dominus Rex ponit in securitate tales comparere volentes, & eos allociantes, vt sint securi veniendo, & ad propria remeando. In tertia parte, ibi, *ita quod quicumque*, imponit pœnam electionis contra dictos insidiantes, & malum, iniuriam, vel impedimentum dictis comparentibus facientes, vel procurantes, & contra eos extendit processum, sicut contra inuadentes extraneum iter agentem. In quarta parte, ibi, *ad quas nullatenus*, prohibet illos electos reduci in pacem & treugam, donec satisfecerint. In quinta & vltima præcipit, hanc constitutionem obseruari, ibi, *mandantes*, &c. ¶ Nota valde istud principium & proœmium, ex quo
2 habes, † iniuriam fieri Principi, si assecurato ab eo damnum vel iniuria inferatur, seu offensio,
3 imo dicit *Bartho. de Salicet.* quod † qui offendit fidatum à Principe, incidit in crimen læsæ maiestatis Principis; vt *ff. ad l. Iuliam maiest. l.* 1. in princ. hoc ita notatur in *extranagante, quoniam nuper*, super verbo *rebellando.* & dixi de hoc super vsatic. *Simili modo.* & *cap. moneta.* vide ibi.
3 ¶ Sed quæro † vtrum vassallus eius, qui non est Princeps, committat crimen maiestatis contra ipsum dominum suum non Principem? R. spondeo, *Ian. de Cug.* tenet quod non: vide per eum in *l. patronus. ff. de offic. præf. vr.* tamen atrocem iniuriam committit. de hoc legitur & notatur per *Doct. extra. de re iudi. in cle. pastoral.* & per *Bar. in extranag.*

extrauag. quoniam nuper. præalleg. ſuper verbo *rebellando. in q. quid ſi aliquis homo de terris Eccleſiæ ali quid faciat contra Principem. de his quæ ad rebellionẽ pertinẽt,* &c. vide ibi ſatis late; & adde quæ notat *Ioan. Fa. inſti. de pu. iudi. §. publica.* & *§. Item lex Cornelia.* & vide 2. *q.* 1. *in prin.* circa fi. & quæ notat *Archidia. extra. de pœnis. c. falcidis. lib.* 6. in verbo *magis.* & vide in *l. nemo.* in fi. *C. de Epiſcopali audi.* proprie
5 autem † committitur crimen læſæ Maieſtatis in perſonã Principis, & ad eius latus ſtantium: ſed in perſonas aliorum improprie, ſecundum *Cinum* & *Bartholo. de Salicet. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. in verſ. proditor.* vide & adde quæ de hac materia ſcripſi ſupra *collat.* 5. *curia Montiſalbi c.* 30. *Item ſtatuimus & ordinamus, quod inquiſitiones nequeant fieri per nos,* &c. Et ſigna in text. litteram, ibi, *quoniam ad iniuriam regnantis,* &c. Sequitur in tex *ſæpe inſidias parant.* Nota ex hac littera, & infra *ead.* ibi, *parabũt inſidias,* caſum expreſſum, quod
6 inſidiæ † ſunt delictum punibile: ſic ſupra *ead. c. com multis etenents.* & ſupra *colla.* 3. *c.* 23. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliquis, qui cum aliquo treugas habeat.* & *C. de accu. l. propter inſidias.* & notat *Ioan. Fa. inſti. de pub. iudi. §. Item lex Cornelia.* Facit *ff. de iuſti. & iure. l. vt vim.* ibi, *alter alteri inſidiari*
7 *nefas eſt.* Sed † an & quando timor inſidiarum ſit legitima cauſa excuſationis, vide per *Anton. de Butrio in cap. cum dilecti. extra. de dolo. & contu.* Sequitur in textu, *minas inferunt.* Hic etiam no-
8 ta, quod † minæ ſunt delictum: ſic ſupra *ead. cap.*
9 *com multis etenents.* vide quæ ibi ſcripſi: quia † propter inſidias, & minas poteſt peti ſecuritas pacis, & ſequi punitio, vt ibi notatur. ¶ Item
10 nota, † quod ille, qui tenet enſem in manu, & comminatur percutere, ſtatim poteſt percuti, quia comminando ſtatim videtur ſe properare; & ſic minatus poteſt ſe defendere, ſecundum *Angel.* quem vide in *l. quemadmodum. ff. de inoffic. teſtam.* facit quod notatur in *l. & vnde vi.* vide & adde quæ ſcripſi ſuper *Sacramentali Gerunda capit.* 1. Sequitur in textu, *xixinorum conſortio.* de
11 hoc verbo *xixinorum,* † alias *aſsiſsinorum,* habetur *extra. de homicidio. cap. pro humani. lib.* 6. Et eſt hoc genus aſsiſsinorum peſsimum inter homines: & poſſunt dici ab *abſcindo, dis,* quia abſcindunt animam de corpore, iuxta velle & mandatum domini ſui, ſecundum *Archidi.* in dicto *cap. pro humani.* ſuper verbo *aſsiſsinos*: vel dicuntur iſti aſsiſsini, ſcilicet occulti & proditionales interfectores, ab *aſsidendo*, & *aſſociando* dicti: quia ſub ſpecie boni continue, vel quaſi aſsident illis, quos prodere volunt, & ſæpe aſſociant magnates & alios dominos, de quorum mandato homicidia, & alia crimina committunt: & eſt hoc verbum vulgare Italicorum, ſicut nos Cathalani dicimus vulgariter *ſitius*; ad hæc facit verbum
12 *conſortio,* in littera poſitum. Et dicit † domini receptatores talium xixinorũ tenentur aggreſſores: vt *C. de his qui latro. occul. l.* 1. *&* 2. peſsimi
13 enim † ſunt receptatores, ſine quib⁹ delinquẽtes diu latere non poſſunt: vt *ff. de receptat. l.* 1. Sequitur in text. *cum armis inſurgunt, vt ſic eos terreant.* Nota litteram iſtam, & ſigna eam, quia ex ea, & iuncto tex. infra *ead.* ibi, *vel alias facient quo minus,*
14 &c. habemus in hoc *cap.* quod ex terrore, † & iuſto metu impediti comparere excuſantur à cõparitione: quia ex quo terrores huiuſmodi inferentes ſunt ipſo facto eiecti per hanc cõſtitutionem, & ſic non poteſt ſtare in iudicio, nec facere inſtantiã nec conſtituere citatos in contumacia; quia iuſtũ impedimentum huiuſmodi terroris & metus excuſat citatos à contumacia. ad hoc *ext. de ſent. exc. c. de catero.* & *de dolo & contu. c. cũ dilecti.* vbi de hoc per *Doct.* vide vſat. *Si quis Iudæo.* & quæ ibi dixi ſuper verbo *traxerit.* Et hæc vera, ſi querelans fecerit, vel procurauerit talia impedimẽta, quia non debet de dolo ſuo commodũ reportare. Sed ſi ſine culpa querelatoris per alios fuerint facta impedimẽta citatis, tunc habent citati remedia huius conſtitutionis, & alia cõtra dictos impedientes, vt ſcripſi infra *eod. c.* ſuper verbo, *& ad noſtri & noſtrorũ officialiũ.* in fi. in duabus quæſtionibus, quas ibi feci. Et eſt hic tex. arg. ꝙ
15 terror † armorũ ſit iuſtus metus, & ꝙ poſsim me defendere cõtra terrentem, nec habeã expectare primũ ictum: quia melius eſt ante tẽpus occurrere, &c. vt *C. in quibus cauſis in integrũ reſts. no eſt neceſ. l. vlt.* de hoc dic, vt legitur & notatur *ff. ꝙ metus cauſa. l. metũ antẽ præſentem. §.* 1. adde ſupra in
16 verbo *minas inferũt.* ¶ Itẽ nota, † ꝙ vim facit qui
17 arma congregat: *ff. ad l. Iul. de vi. pu. l.* 1. Et † qui arma portat, maleuolũ animum præſumitur habere, ſecundum *Bal. in feu. de pace tenenda.* in fi ¶ Et
18 quod appellatione armorũ, non contineantur fuſtes & lapides, niſi poſt percuſsionem, & non ante, notat *glo. Ioan. An. de ſtatu mona. c.* 1. ſuper verbo *arma. in cle.* quod videtur tenere *gloſ. hoc eſt intertũ,* &c. vide & adde notata per *Doct.* in vſat. *Chriſtiani.* vbi prohibentur arma deferri Sarracenis. de quo dixi ſupra *collat.* 4. *in* 2. *curia Barcinone cap.* 11. *Item quod capitulum curiæ.* cum ſuis con-
19 cordantijs. Et † quando ſit licitum vti armis, vide *C. de Fabricen. ſuper rubrica. lib.* 11. vide & adde quæ dixi ſupra *ead. cap. com multis etenents.* ſuper verbo *al cultinador.* & ſuper verbo, *o haura*
20 *dada, o feta pahor,* &c. Et nota, † quod vt iuſtus ſit metus & ſufficiens, exigitur quod contineat in ſe ſalutis periculum, aut corporis cruciatum: vt
21 *C. de tranſact. l. interpoſitas.* Sed † in factis coram iudice non præſumitur oppreſsio, vel dolus:
22 vt *l.* 1. *C. de prædys curialium. lib.* 10. Item † iuſtus metus ipſo iure vitiat compromiſſum, ſecundum *Butri. C. de Epiſc. & cleri. l. qui ex conſenſu.* adde notata in *authen. ſacramenta puberum.* Sequitur in textu, *& talibus à nobis, vt conuenit, plena ſecuritas præbeatur.* Nota verbum, dum dicit, *plena ſecuritas,* pro his quæ dixi ſupra in *primo notabili.* Et ex hoc videtur hic caſus ſpecialis, in quo iſti comparentes & comparere volentes & eorũ comites, ſunt ſub ſpeciali ſaluaguardia

Prin-

Digitized by Google

Principis, & ſic forſan haberet locum vſat. *Simili modo.* argum. ſupra *collat. 6. curiæ Perpiniani c. quia per aliquos trepidantes.* vbi declaratur verbum
23 *temperamentum*, eſſe † idem quod guidaticum ſeu
24 protectio. Item quod dicit, *plena*, nota quia † guidaticum debet ſeruari fideliter, & ſine fraude, & *ſens engany*; vt in vſatic. *Quoniam per iniquum.* Et etiam pro euitando huiuſmodi periculo hodie emanauit conſtitutio Reginæ Mariæ infra *collat. proxi. c. occurrens.* vide ibi. Sed † an valeant litteræ impetratæ, vel citatio facta ad locum non tutum, vide *Bar. in l. recuſare. §. ſi quis. ff. ad Trebel.* adde notata per *Doct. in c. ex parte. ext. de app.* & quæ ſcripſi ſupra *ead. coll. c. ne ex beneficio. §. & ne inde vaſcantur iniuriæ.* ¶ Sequitur in tex. *poſt factam eis*
26 *citationem*, &c. Nota † verbum *poſt factam.* Secus ergo ſi ante factam citationem tales inſidiæ vel impedimenta fierent; quia tunc non haberet locum diſpoſitio huius conſtitutionis, quia diſpo-
27 ſitio † tacta in vnum tempus non porrigitur ad aliud tempus: vt notat *Bart. in l. 1. ff. de vulgari & pupillari. in 2. quæſtione.* & in *l. ſi mater.* §. *fin. eod. tit.*
28 Et † etiam nota, quod, eo ipſo quod fuerint citati, eſt data ſecuritas auctoritate huius con-
29 ſtitutionis. Quid † autem ſit de iure communi, notat *glo ſ.* & *Bal. ff. de ſtatu hominum. l. libertas.* Et
30 ipſe ibi notat, an † bannitus captus à curia poſſit per priuatos impune occidi: & tenet quod nó. vide ibi latius. Debet tamen reuocari bannimẽtum, ſi ante ipſam citationem erant banniti. Sequitur in textu, *iuxta formam conſtitutionum*, &c.
31 Hic videtur, † quod ſi citatio peccauerit in forma conſtitutionis, quia forſan emanauerit non præmiſſa informatione, & aliis, de quibus dixi ſupra *ead. cap. querelam.* & ita foret citatio nulla, & non arctaret citatum de iure ad comparendum; quod tunc etiam non haberet locum diſpoſitio huius conſtitutionis. Sed hoc puto, quia ex quo qualiſcumque citatio ad querelam alicuius pro pace & treuga querelantis emanauerit à curia Vicarij quoad hoc vt citati gaudeant huiuſmodi ſecuritate, & prærogatiuis huius conſtitutionis, non curamus de validitate citationis, quia ſaltem ad cautelam vult citatus comparere, vt facta comparitione doceat de nullitate citationis, & aliis exceptionibus, defenſionibus, & iuribus ſuis: quia alias poſſet querelans dolo ſus de ſuo dolo commodum reportare, & ſua iniquitas impune vires ſuas exerceret contra text. *huius cap.* ſupra in fin. *proœmij, & prime partis.* & ideo fac punctum poſt verbum *citationem*, & ante verbum, *iuxta formam conſtitutionum.* & lege verbum *iuxta formam* poſt verbum *comparere voluerint.* quod eſt infra, quaſi dicat, quod voluerint comparere iuxta formam conſtitutionum, poſt factam dictam citationem. Verumtamen requiritur quod citatio illa habeat qualemcumque formam, ita quod præſumatur facta citatio pro pace & treuga, vt moris eſt: & ſic poteſt intelligi de forma ſuperficiali & præ-

ſumptiua, & non de vera & ſubſtantiali efficaci forma; quæ requiritur ad validitatem actus, & ad fundamentum totius proceſſus. Sequitur in
32 textu, *cum omnibus eos concomitantibus, & cuiuſlibet eorum bonis.* Nota, † quod concomitantes gaudent priuilegio eius quem aſſociant, durante tamen ſocietate: nimirum quia ſecundum *vſatic.* ſociantes tenẽtur viriliter iuuare ſocium contra quoſcumque, etiam contra dominum ſuum, & impune, niſi foret antea ab ipſo domino commonitus, vt illum non guidaret, nec cum illo abiret, vt habetur latius in vſatic. *Conſtituerunt igitur, vt ſi quis cum alio ierit*, &c. vide ibi, quia notabilis vſaticus eſt, & maximæ æquitatis, & quidam habent ibi *glo ſ.* ſuper verbo *requiſierit*, quæ exponit, *requiſierit*, ideſt, aggredi voluerit: vt in *Gotis lib. 6. tit. 4. l. non eſt putanda.*
33 cum licitum ſit † percuſſorem ſiue aggreſſorem ad ſe venientem gladio repellere: C. *ad l. Cor. de ſica. l. is qui aggreſſorem.* & *l. ſi quis percuſſo-*
34 *rem*, quia † ſufficit terror armorum, vt dixi ſupra & *ff. de vi, & vi arm. l. idem eſt.* §. *armis.* & ſic nõ debet expectare, vt primo percutiatur; licet quidam contra *ff. ad l. Aquill. l. ſi ex plagis.* §. *tabernarius.* Sequitur in textu, *veniendo, & ad propria remeando ſecuri ſint.* ſubaudi, auctoritate huius conſtitutionis, & dic, *ſecuri*, ideſt, guidati, & poſiti ſub ſpeciali ſecuritate & protectione Principis: & ſic faciunt pro his quæ dixi ſupra *ead.* in verbo *plena ſecuritas præbeatur.* Et dic, *veniendo, & ad propria redeundo, ſiue remeando*, ſubaudi, faciendo rectam viam; iuxta notata in ſimili in vſatic. *Auctoritate & rogatu*, per *Iacob. de Monte Iudaico*, ſuper verbo *venientes.* ¶ Sed hic
35 nil dicit quid † de tempore quo ſtabunt in ciuitate ſeu loco pro tribunali cauſa comparendi, & finiendi de iure; vnde quæro, an tunc etiã gaudeant huiuſmodi ſecuritate, & habeant locum pœnæ & proceſſus huius conſtitutionis. Et videtur quod ſi: argum. dicti vſatic. *Auctoritate & rogatu.* vide ibi in verbo *vel cũ eis ſtantes.* ſic *extra. de elec. cap. cum non deceat*, & quæ ibi notantur per *glo ſ.* ſuper verbo *hac de cauſa.* & ibi videtur caſus de hoc: præterea ſi veniendo gaudent, quia veniunt cauſa faciendi dictam comparitionem; ergo multo fortius debent gaudere quando comparent, & ſunt in loco, cauſa comparendi, & laborant circa ipſam comparitionem fiendam. per regulam *Ariſtotelis:* Propter q̃ vnumquodque tale, & illud magis; vt *extra. de cleri. excom. cap. latores.* & ibi *glo ſ.* Item hoc magis videtur de mente, quia dando ſecuritatem huiuſmodi, veniendo, & redeundo magis videtur data ipſa ſecuritas ſtando, ſaltem quamdiu ſtabunt circa ipſam comparitionem, & neceſſaria ad eandem, tam in quærendo aduocatos & procuratores, quam etiam pignora, & fideiuſſores perquirendo, & huiuſmodi: quæ
36 multa emergunt in iſtis: & mentem † magis ſpectari oportet, quam verba, argumento ſupra

Digitized by Google

ead.c.contra la penſa. vide quæ ibi dixi. facit *extr. ſ. de verb.ſign.c.in his.* ¶ In contrarium videtur,quia cũ iſta conſtitutio ſit pœnalis,& ſic odioſa, quare † venit reſtringenda,& non ampliãda.*l.cũ quidam.ff.de libe.& poſthu.* & *extr.de elec.c.ſtatutũ.* & *de reg.iur.c.odia reſtringi. lib. 6.* præterea videtur caſus omiſſus,&c. Breuiter, primam partem credo veram,nec obſtat quod ſit pœnalis: quia vbi eſt omnimoda eadem ratio,& imo maior eſt hic,etiã ſit extenſio in pœnalibus,arg. *l.nec in ea.§.ius occidendi.ff.de adulteris.* & *l.relegatorum. §.interdicto. ff. de interdictis & relegatis.* & hoc videtur ibi de mente *Bur.* Facit *l.2.C.de patri.qui.fi.diſtra.* & *c.ex reſcripto.extra.de iureiurando.* & *gloſ.in l.non poſſunt. ff.de legibus.* & vide ſupra *ead. c.com fer o contraure matrimonis amagats.* Item facit,quod alias videretur prouiſio huius conſtitutionis diluſoria quodam modo. Faciunt pro hoc notata per *Matthæum de Mataſalanis in ſuo tractatu*, quem compoſuit *de extenſione.* vide ibi latiſsime. Vide ſimile quod notat *gloſ. penult.in cap.ſciant cunſti.extra.de elec.lib.6.in q.* ibi, *Sed numquid huius decreti pœna*, &c. Item hæc conſtitutio non eſt odioſa,imo eſt multum fauorabilis Reipublicæ, & ſecuritati perſonarum & iudiciorum, quæ debent procedere ſine metu, vt ſupra *ead. cap.ne ex beneficio.§.ne inde naſcantur iniuriæ.* & fauor vel odium † attenditur pro ea parte, qua magis inualeſcit fauore Reipublicæ,argum. *l.quæritur. ff. de ſtatu.ho.* & lex quæ † eſt Reipublicæ vtilis,debet extendi,& non minui;& recipit interpretationem extenſiuam;vt *ff. de condi. de. l. hoc modo.* & dixi ſupra *ead. cap. com fer o contraure.* in verbo, *E ſi lo pare.* in fin. ¶ Quod autem hic dicit text.*quod ſint ſecuri*, intellige ab omnibus priuatis,non autem ſunt ſecuri à curia, quin per iuſtitiam capi valeant, tam ratione criminis, quam pro querela,ſuis caſibus, iuxta notata ſupra *ead. cap.& quia ſæpe contingit.* Imo eſt prohibitum tales pro pacibus & treugis violatis citatos. vide *Guill.in alphabeto*,ſuper verbo,*guidaticum guidari.* niſi tantum per duos dies, quando alias erant banniti,iuxta ea quæ habent ſupra *collat.4. curiæ Gerundæ cap.27. Item ſtatuimus & etiam ordinamus, quod ſi aliquis fuerit bannitus.* Et hoc ſonat littera quæ ſequitur,*ita quod quicumque temere ducti*, &c. non ergo ſunt ſimpliciter guidati, nec aſſecurati à curia, ſed ab alijs priuatis quibuſcumque; quia non ſolum ab inimicis querelatoribus, ſed ab omnibus,& hoc eſt quod littera dicit, *quicumque temerę ducti*,&c. ¶ Sequitur in textu, *aut bona quæ ſtent ſecum*, &c. Nota † quia licet iſti comparere volentes & comparentes cum omnibus eorum bonis generaliter ſint ſub protectione cõſtitutionum pacium & treugarum Cathaloniæ generalium:non tamen per hanc conſtitutionem habent beneficium bonorum, niſi dumtaxat in bonis illis,quæ ſecum habebunt,veniendo,ſtando,& redeundo cauſa comparitionis fiendæ huiuſmodi,quia littera dicit,*aut bona, quæ dum ſtent ſecum,inuadentur,vel eis, aut dictis bonis parabunt inſidias*,&c. ¶ Sequitur in textu,*vel alium,aut alios*, &c.dic, †.*vel alium aut alios*,ſcilicet,ſecum euntes, vel de eius, aut eorum iuſſu aut mandato, damnum vel iniuriam dictis comparentibus, & eorum comitatibus ſeu dictis perſonis inferentes:quia † qui per alium facit, etiam per ſe ipſum facere videtur:vt in *regul.iuris.extra.de regul. iuris.cap.qui facit per alium.lib.6.* & *ff. eod. tit. l.qui iuſſu alterius.* Et forte idem,ſi ratum habuerit eius nomine ab alio factum: vt in *cap. mulieres. extra. de ſenten.excom.* quia ambo tenentur, & mandans & mandatarius:vt *C.de accu.l.non ideirco.* & *extra. de homici.cap.his qui.lib. 6.* ¶ Sequitur in text. *vel alias facient, quo minus ipſi citati valent comparere*: nota text.pro his quæ dixi ſupra in verbo *cum armis inſurgunt, vt ſic eos terreant.* Et † ex hac littera videtur, quod ſi ſubſtrahendo aduocatos vel procuratores,vel alias impediendo, neç habeant pignora,nec reperiant fideiuſſores: tunc poſſet habere locum diſpoſitio huius conſtitutionis. Et idem quando auferunt, & occultant litteras citatorias poſitas in ianuis. ¶ Sequitur in textu, *& ad noſtri,aut noſtrorum officialium venire iudicium, libere, & ſecure.* Nota verbum *ad noſtri*, quia ex hoc videtur,quod ſi citati querelati pro pace & treuga,propter impetrandam perhorreſcentiam à Principe, vel alias coram eo comparendum, quia forte ſunt pupilli,vel viduæ, vel miſerabiles perſonæ,quæ volunt cauſam euocari,& propter hoc veniant ad curiam domini Regis, licet per Vicarium citati fuerint,& venientes aut redeuntes inuadantur,quod habeat locum hæc cõſtitutio. Imo & hoc caſu habebit locum vſatic. *Auctoritate & rogatu.* in quo tamen requiruntur dolus & ſcientia,iuxta ibi notata per *Iacob. de Monte Indaico.* ſuper verbo *fecerit.* & ibi *gloſ.* Et ſic erit cautela, quod dies receſſus ex tali cauſa per Vicarium intimetur, vel alias ſcientia probetur,quia alias ignorantia excuſaret à dolo, & nemo ſine dolo delinquit.*ff.ad l. Cor. de ſica. l. in lege.* de hoc etiam nota in vſatic. *Similis modo.* Sed hic ſatis probatur ſcientia, ex quo probetur quod ſciuerint illos tales fore citatos; quia hoc probato, & probatis impedimentis, ſatis præſumitur,quod ibant cauſa comparendi, niſi forſan ex aduerſo contrarium probaretur;quia forte probabunt, quod ipſi citati dixerant ſe nolle comparere, & quod ibant ad Baroniam per deuia,prout ibi ſe receptando, vel ad alium locum, pro verberando aliquem, & ex alijs circunſtantijs. Sed † numquid ſi tales citati fuerunt per alios impediti, forte vulnerari, aut detenti abſque facto, ſcientia, & culpa querelantis, numquid taliter impediti erunt à contumacia excuſati? Reſpondeo, ſi de tali impedimento fuerit facta fides iudici,non procedet iudex tali impedimento iuſto durante; alias ſi proceſſerit iudex ignarus impedimenti contra abſentem citatum,tenebit proceſſus interim;ſed probato ipſo impe-

Digitized by Google

impedimento reſtituetur, iuxta notata per *gloſ.* & *Doct. extra. de procur. querelam.* & *de dolo.* & *con-*
45 *tu. cap. cum dilecti.* & in *l. 2. ff. ſi quis canc.* Sed † numquid ceſſante impedimento, tenentur citati abſque noua citatione comparere? Dic quod ſic, quia non eſt circumductum edictum, ex quo querelans non fuit in culpa; & datur remedium impeditis contra impedientes per hanc conſtitutionem ſiue pragmaticam, & per edictum *ff. de eo per quem factum erit.* de quo dic per *Roſſen. in libellis ſuis iuris ciuilis eod. tit.* ſcilicet, *de eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio ſiſtat. in §. quintum eſt neceſſarium. cum ſequenti.* & ibi diſtinguit, an ſit factum impedimentum à priuata, an à publica perſona. vide ibi. ¶ Sequitur in textu, *eo facto ſentiant ſe eiectos*, ſubaudi, ſine aliqua citatione, quæ non erit neceſſaria, & etiam abſque partis querela, quia poterit hoc caſu procedi ex officio, & ſine partis inſtantia, & ſine monitione ſeu citatione aliqua, tam publicando illos eiectos, & contra eos viriliter inſurgendo, quam etiam inquirendo, cum. vel ſine Epiſcopo; ſicut ſeruatur contra inuadentes extraneum iter agẽtem, & hoc ſequitur hic in littera, ibi, *procedique poſſit contra tales ſic delinquentes, ex officio, prout procedit contra damnum dantes extraneo iter agenti.* de quo dic vt ſcripſi latiſsime ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. c. 46. Item quod Vicarij & Epiſcopi poſſint inquirere, & punire ex officio, ſi alicui extraneo iter agenti aliquæ iniuriæ inferantur: vnde pax & treuga fracta fuiſſe dicatur*, & prout ibi dixi. hic, & ibi eſt caſus ſpecialis, in quo proceditur pro pace & treuga ſine citatione. alium caſum habes ſupra *ead. c. cõ multis.* & ibi numeraui alios. vide & adde quæ ibi ſcripſi. & in præinſerto *c. 45. Item quod Vicarij & Epiſcopi.* ¶ Sequitur *verſ. ax quas nullatenus reducatur, niſi*, &c. & eſt hic quarta pars, in qua prohibetur dictos tales auctoritate huius cõſtitutionis à pace & treuga eiectos, reduci ad eas, ſcilicet, pacem & treugam, niſi prius ſatisfecerint de damnis & iniurijs illatis. & de expenſis factis per dictos comparentes iniuriatos, & taliter impeditos, facta taxatione ſeu moderatione ad arbitrium domini Regis, vel ſuorum officialium, ſcilicet, illius Vicarij, vel alterius officialis citantis, ad cuius tribunal veniebant comparituri, quia in eius territorio dicuntur deliquiſſe, vbicumque taliter deliquerint infra Cathaloniæ principatum, iuxta notata ſupra *ead. cap. ne ex beneficio. §. Et ne inde naſcantur iniuriæ.*
46 ¶ Et nota quod littera dicit, *niſi prius*, &c. quia † dicit ordinem; vnde ſi alias non ſeruata forma iſta reducerentur ante factam dictam ſatisfactionem integram, talis reductio foret ipſo iure nulla; tamquam facta contra prohibitionem & ordinem huius conſtitutionis; ſic ſupra in alleg. *cap. cum multis.* & ibi dixi ſuper verbo *puſque eſſet redniit.* & melius ſupra *ead. cap. querelam. §. quod ſi lite.* in verbo, *& pro tali illico publicetur.* vide quæ ibi dixi, & quæ notat *Ioan. de Imola in cap. cum ex eo. de ſenten. excom. in Clc.* ¶ Sequitur in text. *perſonaliter emendauerit*. Nota verbum *perſonaliter*,
47 quia † videtur requirere perſonalem comparitionem delinquentium, & facientium contra diſpoſitionem huius *cap.* in emendatione facienda, & ſic non ſufficiat mittere procuratorem: & eſt ratio, vt capi valeant, & de facinore puniantur, ſupra *ead. cap. cum multis.* circa finem, ibi, *puniatur empero*, &c. vide ibi: vel hoc quod dicit, *perſonaliter*, habet locum vbi non poterit reus ſatisfacere in pecunia, quia tornat perſonam loco pi-
48 gnoris; & tunc quia non † habet in ære, luet in corpore, faciendo pœnæ commutationem, iuxta notata ſupra *collat. proxi. cap. Item per tolre vexacions*. Sed quod prius dixi, videtur verius & notabilius: ita quod ſi alias non facta dicta perſonaliter comparitione & emendatione ſatisfecerit, nequeat tamen reduci in pacem & treugam, & aliter facta reductio ſit ipſo iure nulla, vt
49 ſtatim dixi. Et † ex hoc nota, quod ſemel eiectus & publicatus pro eiecto à pace & treuga nõ debet reduci in pacem & treugam; etiam ſi pars cõſentiat, niſi perſonaliter compareat: quia intereſt Reipublicæ vt perſonaliter veniat, vt inde de ipſo valeat iuſtitia miniſtrari; & quia ſemel factus eſt hoſtis publicus, non debet habere Regis amorem, nec reconciliari, donec comparendo perſonaliter ſatisfecerit conſtitutionibus pacium & treugarum, quas violauerat per ſuá proteruiam & contumaciam. Sed † forte de conſenſu partis querelãtis, & fiſci, ac eorũ quorum interſit, poterit abſens per Regem reduci in pacem & treugam, ſecus forte per Vicarium vel alium inferiorem. cogita bene, & vide ſcripta ſupra *cap. vt autem.* ¶ Sequitur in text. *integre & complete*, ſubaudi, *vſque ad vltimum quadrantem.* iuxta notata latius ſupra *collat. 6. curiæ Perpiniani cap. hac noſtra.* vide ibi, ſuper verbo *integre:* quia
51 nil † dicitur actũ, dum aliquid reſtat ad agẽdum: *l. fin. C. ad Sill.* ¶ Sequitur in textu, *quatenus ſtatutum, ordinationem; & pragmaticam ſanctionem noſtram huiuſmodi*, &c. Nota † quæ ſit differentia
52 inter conſtitutionem, ſtatutum, & ordinationem, & pragmaticam ſanctionem; quia conſtitutio eſt ius ſcriptum. 1. *diſt. §. cum itaque.* & habet fieri per Principem. Nam Papa cum Cardinalibus facit conſtitutionem, ſic & Imperator cum ſuis proceribus conſtitutionem facere po-
53 teſt, vt *C. de legi. l. humanum.* ¶ Sed † in Cathalonia fiunt conſtitutiones huiuſmodi per dominũ Regem cum curijs generalibus, vt ſupra *coll. 2. in 2. curia Barcinona c. Item ſtatuimus, volumus etiam.* & hoc notatur latius per *Iacob. de Calicio in Exgranatorio curiarum in 7. dubio.* vbi tractat de prærogatiuis Principis in *verſic. 15. quia quod Principi placuit*, &c. vide ibi: & in *Margarita Fiſci 8. dubio verſic. 16.* Sed dic quod præſens *cap.* proprie eſt conſtitutio generalis Cathaloniæ, & non pragmatica ſanctio, quia eſt facta in curijs generalibus, & ad ſupplicationem trium brachio-

rum,& dominus Rex in ea loquitur in prima perſona. Capitulum curiæ eſt,quod fit in curia ad ſupplicationem brachiorũ, vel duorum, aut vnius:tamen ibi dominus Rex loquitur in tertia perſona; quia in curia ſupplicatur per aliquem ſingularem,vel aliquod ex brachijs aut duobus. Et tunc dominus Rex reſpondet per hæc vel ſimilia verba,*plau al ſenyor Rey*, & tales cõſtitutiones,ſtatuta,ordinationes,& capitula in curijs generalibus cum cõſenſu trium brachiorum curiæ factæ,& facta non poſſunt per dominum Regem

54 ſine conſenſu curiæ generalis reuocari. Sed†pragmaticæ ſanctiones ſunt decretales Epiſtolæ, & ſtatuta,ac ordinationes, quas dominus Rex ſine curijs condit;& valent,dummodo non ſint contra vſaticos,& generales conſtitutiones,& capitula curiarum, & ſicut eas edit ſolus, intellige ſine curijs,licet faciat cum conſilio procerum ſui conſilij, & ad placitum, ſic reuocat ſolus,& ad placitum,iuxta notata per *Iaco.*vbi ſupra,& per *Bug.de Montrana in ſuo Alphabeto in proœmio.* circa finem.

SEQVITVR DECIMA COLLATIO, QVÆ CONtinet generalem curiam in ciuitate Barcinonæ celebratam per illuſtriſsimam dominam Reginam Mariam Generalem Locumtenentem ſereniſsimi domini Regis Alphonſi Quarti Aragonum Regis Dei gratia nunc fæliciter regnantis;& continet hæc curia viginti nouem conſtitutiones generales Cathalonię in vulgari idiomate Cathalano ſcriptas,prout inferius continetur.

Proœmium chartæ confirmationis Domini Regis.

Cap. I.

S V M M A R I V M.

1 *Denominatio debet fieri à conditore.*
2 *Compilationes dicuntur eſſe illius,qui eas edidit.*
3 *Ille dicitur facere,cuius nomine fit.*
4 *Omnia noſtra facimus,quibus auctoritatem noſtram impartimur.*
5 *Regina non poteſt indicare.*
6 *Iuriſdictio ordinaria mulieri poteſt concedi per legem,non tamen per conſuetudinem.*
7 *Regina an poſsit intereſſe celebrationi curiarum.*
8 *Mulieres non poſſunt eſſe teſtes.*
9 *Mulieres in multis ſunt deterioris conditionis, & in alijs ſunt melioris nu.*10.
11 *Mulieres arbitrari poſſunt in arbitramento.*
12 *Ambaſsiatores dicuntur nuntij,ſyndici,& procuratores Principis,magnatis vel vniuerſitatis magnæ.*
13 *Miſſus dicitur legatus.*
14 *Doctores debent mitti pro ambaſsiata.*
15 *In ambaſsiatorem electus cogitur recipere ambaſsiatam.*
16 *Nuntiorum & ſyndicorum materia,remiſsiue.*
17 *Nuntius & procurator differunt.*
18 *Nuntius & Epiſtola æquiparantur.*
19 *Nuntius an credatur citationem à ſe eſſe factam.*
20 *Nuntium inimicorum capiens capite punitur.*
21 *Mittens rem per nuntium prohibitum teneatur ne, ſi perdatur talis res.*
22 *Nuntio an & quando credatur.remiſsiue.*
23 *A legatione qui excludantur.remiſsiue.*
24 *Legationem ſumere quis non poteſt cogi niſi ſemel,cauſa neceſsitatis tamen excepta.*
25 *A legatione excuſant tres liberi.*
26 *Defenſionem Reſpublicæ qui deſerit, punitur extra ordinem.*
27 *Ambaſsiatores agentes vltra mandatum puniuntur, etiam ſi bene gerant.*
28 *Syndicus quis ſit,& vnde dicatur.remiſsiue.*
29 *Syndicus iurat in animam propriam.*
30 *Syndicus, qui adminiſtrationem recipit à lege, poteſt petere reſtitutionem in integrum ſine ſpecialis mandato.*
31 *Syndicus ſimpliciter conſtitutus an poſsit agere in caſibus,in quibus requiritur ſpeciale mandatum.*
32 *Poteſtas faciendi leges & celebrandi curias an ſit delegabilis,traditur.& declaratur nu.*33.& 34.
35 *Concilij generalis congregatio eſt de reſeruatis Principi.*
36 *Iuriſdictione generali non tranſit poteſtas concilij faciendi.*
37 *Poteſtas congregandi curias & condendi leges expreſſe delegari poteſt.*
38 *In conuocatione curiarum non requiritur conſenſus brachiorum, bene tamen in celebratione, & concluſione.*
39 *Princeps omnia poteſt,dummodo non ſint prohibita à iure vel conſtitutione.*

NOuerint vniuerſi, quod nos *Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Sicilię, Valentiæ,Maioricarum,Sardiniæ, & Corſicæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſsilionis,& Ceritaniæ. Animaduertentes qualiter*,&c. In hoc *cap.* continetur principiũ chartæ confirmatoriæ inſtrumenti dictæ generalis curię per dictam dominam Reginam Locumtenentem celebratæ. Et quia, vt in hoc *cap.* ſtatim ſubijcitur,dicta domina Regina tanquam Locumtenens, habenſque ad hoc poteſtatẽ plenariam, conſtitutiones prædictas & capitula dictæ

Digitized by Google

ctæ curiæ condidit: ideo ipſam curiam & collationem decimam huiuſmodi ipſi Reginæ condẽti attribui, prout etiã fuit attributa ſeptima collatio Reginæ Eleonoræ, quæ celebrauit curiam
1 Dertuſæ, quia † à cõditore debet fieri denominatio, vt *ff. de origine iuris. l.* 2. Et ibi notat *glo.* quod
2 rationes, † & compilationes dicuntur eſſe eius qui edidit; licet videantur eſſe domini Regis, cuius nomine & vice principaliter ſunt editæ: quia
3 is † dicitur facere, & eius eſſe, cuius nomine fit, & præmaxime attenta confirmatione huiuſmodi facta per dictum dominũ Regem, vt patet circa finem dictæ chartę infra *ead. c. quaſi quidem.* nã
4 omnia † noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur: vt *C. de veteris iure enucleã. l.* 1. §. *& ideo. verſ. omnia enim noſtra,* &c. & clarius patet hoc infra *ead. c. ratificare.* ibi, *condidit atque fecit.* In hoc tamen non eſt magna vis. Sed ad euidentiorẽ intellectum pro allegationibus fiendis vtilius & expedientius mihi viſum fuit taliter deſignare,
5 & intitulare. Et † nota, quod Regina nõ poteſt iudicare: vt notat *gloſſa in c. verior.* 8. *q.* 1. Verũ eſt, niſi ex commiſsione Principis, vel vbi eſt cõſuetudo, vt in *c. Memam.* 2. *q.* 5. & *extra de arbi. c. dilecta.* de hoc in *l. feminæ. ff. de regulis iuris.* Et nota,
6 quod † per legem poteſt dari iuriſdictio ordinaria mulieri, non tamen poteſt per conſuetudinẽ: *c. dilecta in Chriſto filia. extra. de maio. & obe.* ſecundum *Innocentium* & *Baldum.* ¶ Sed hic quæri poſ-
7 ſet, an Reginæ † debeant intereſſe celebrationi curiarum? Et videretur quod non, quia mulieris conſilium fragile eſt, & varium, & mutabile producit: *extra. de verb. ſigni. c. forus. verſ. nam natura.*
8 quia † non poſſunt eſſe teſtes, vide ſuper hoc quæ leguntur & notantur per *glo. Henri.* & alios moderniores *Doct. in c. quoniam aliqua. extra nag. de teſtib.* & *in c. forus. extra. de verb. ſigni.* vide in *c. dilecti. extra. de arbi.* & ibi *glo.* & *Docto. in criminali,* vt ibi dicitur. & 33. *q.* 5. *c. mulierem.* nec poſſunt eſſe iudices, nec arbitri, nec aliquod officium in iudicio habere: vt *ff. de iudi. l. prætor.* §. *penult. & de regulis iuris. l.* 2. & *ff. de procurat. l. neque.* & *C. de ar-*
9 *bitris. l. ſancimus mulieres.* In multis † enim ſunt deterioris conditionis mulieris quam viri: vt *ff. de ſtatu ho. l. in multis.* Facit *l. mulieres. extra. de iudicijs. lib.* 6. Contrarium videtur in vſat. *Cũ domus Ray.* alias incipit, *Vnde domus.* ibi, *Vna cũ prudentiſsima & ſapientiſsima coniuge ſua,* &c. vbi de hoc notatur per *Iacobum de Caliciо.* dic prout ibi per eum. & in eius *Curiali,* ſiue *Exgranatorio Curiarum.* Nota tamen verba vſatici, *prudentiſsima & ſapientiſsima:* quia vbi tales reperiuntur mulieres, ſicut fuit vxor Ioãnis Hircani Regis Iudææ, quæ tamquam diſertiſsima Regno Iudææ præfecta fuit, & liberis: vt habetur in Hiſtoria ſuper Euangelio, *c.* 2. *Poſt hoc Antiochus Ponticus Rex.* in fine capitis; & ſicuti eſt iſta noſtra Regina Maria. vti atteſtatur totus mundus, & rei experientia, dignum eſt, eas vocari in cõſilijs & iudicijs: & ideo conſuetudo hoc tollerat in iſtis illuſtribus & nobilibus mulieribus: vt *extra. de arbitris. cap. dilecti.* & *c. cum dilecta. de confir. vti. & inuti.* & in dicto vſat. & in *auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.* §. *hæc omnia. collat.* 2. quia *qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum.* Prouerbiorum *c.* 1. &, *gratia ſuper gratiã mulier ſancta & pudorata,* vt Eccleſiaſtici 26. *c.* Sed prohdolor raro bonæ mulieres inueniuntur, vt notat *glo. in l. mulier bona. ff. de iure dotium.* quia *mulierem fortem quis inueniet?* Prouer
10 biorum 31. *c.* Sed † tamen in multis eſt melior & fauorabilior conditio mulierum: vt *ff. ad Vellei. l.* 1. & infra *ead. c. a la condicio feminl.* De materia hac notatur per *gloſſam* & *Doctores* in præallegata *l. in multis.* vide ibi. Poſſunt tamen mu-
11 lieres † arbitrari in arbitramento: quod procedit de iure & facto, vt dicit *Cinus in l. fin. C. de arbitris.* præall g. & vbi eſt de conſuetudine, prout ibi *glo.* & notauit *D. Florianus* in dicta *l. in multis.* ſuper *glo.* vide & adde quæ notat *Ioan. de Platea in l. vnica. C. de mulieribus, & in quo loco,* & *c. lib.* 10. ¶ Sequitur in textu, *per ambaſsiatores Cathaloniæ Principatus.* Nota, quod † ambaſsiatores di-
12 cuntur nuntij, ſyndici, & procuratores alicuius Principis, vel magnatis, vel magnæ vniuerſitatis, ſicuti erant iſti miſsi ab vniuerſitate totius
13 Principatus Cathaloniæ. Et † quicumque miſsus dicitur legatus: ff. *de legatis. per totum.* ¶ Item
14 nota, quod † Doctores debent mitti pro ambaſsiata, ſecundum *Bald. extra. de exenſa. aut. 6. § duas.*
15 ſuper verbo *legatos.* ¶ Item nota, quod † electus in ambaſsiatorem cogitur recipere ambaſsiatã. vt *C. lib.* 10. *de decurionibus. l. ſi quis decurio.* vbi vi-
16 de *Ioan. de Platea.* Et † de iſtis nuntijs, qui dicuntur ſyndici notat *Baldus de pace conſtantiæ.* in verbo *mittat.* & ibi dicit, quod vbi ſunt plures, videntur dati in ſolidum, etiam ad ea quæ requirunt ſpeciale mandatum, & valet eorum reuo-
17 catio in abſentia. vide ibi late. Sed † inter nuntium & procuratorem eſt differentia ff. *de procuratoribus. l.* 1. & in *Spec. tit. de procuratoribus.* §. *vt*
18 *autem. verſ. & nota.* Item † nuntius & epiſtola æquiparantur ff. *de contrahenda emp. l.* 1. §. *fina.* & *de edititio edicto. l. mancipium.* ¶ Si nuntius eſt miſ-
19 ſus † ad citandum, an per eum poſsit probari, citationem eſſe factam? Videtur quod ſic: *extr. de capellis monachorum. c. dilecta.* & *extr. de proba. c. quoniam. in* 4. *glo.* Dic per *Henricum in c. cum parati.*
20 *de appellat.* Item nota, quod † capiens nuntium inimicorum, capite punitur ſecundum leges, & ſecundum Canones excommunicatur: 1. *diſt. ius*
21 *gentium. g. f. penult.* ¶ Sed † an mittens rem per nuntium prohibitum, teneatur, ſi res perdatur, vide ff. *commo. l. cum qui.* cum *l.* ſequent. & 95. *diſt.*
22 *c. presbyteri.* & 3. *q.* 7. *c. in granibus.* Et † an & quãdo credatur nuntio, vide *Henricum* & modernos *extra. de appel. c. cum parati.* præalleg. & adde quę ſcripſi ſupra *collat.* 2. *curiæ* 2. *Barcinonæ cap.* 5. *Sta-*
23 *tuimus itaque.* cum ſuis concordantijs. Qui † autẽ â legatione excludantur, vide *Ioannem de Platea ſuper Rubric. C. de legatis. libro decimo.* & ibi nota,

quod

24 quod quis non poteſt cogi aſſumere legationẽ,
25 niſi ſemel,niſi cauſa neceſsitatis. Item † tres li-
26 beri excuſant â legatione:vt *l.Pater.C.eod.* Et †
quod punitur qui deſenſionem Reipublicæ deſe
rit:vt *l.cum vos.C.eod.*& vide ibi latius *Ioannẽ de*
27 *Platea.*Item ‡ nota,quod ambaſsiatores,qui ali-
quid agunt vltra mandatum,etiamſi bene agãt,
puniuntur:argum.*l.4. §.in bello.ff.de re milit.* De
quo vide per *Ioan.de Platea in l.ſeruum. C.de de-*
28 *lato.lib.10.*& *de conſe.diſt.5.c.in omnibus.*Quid †ſit
ſyndicus,& vnde dicatur, vide *extra.de ſyndic. c.*
vno.& melius in *Spec.eod.tit.* & in *l.1.§. quibus.ff.*
29 *quod cuiuſque vniuerſitatis.* Item † iurat ſyndicus
in animam propriam, *extra.de iuramento calum.c.*
*in pertractandis.in vltima gloſ.*vide notata per *Ar-*
30 *chid.extra.de teſtibus.c.præſentium.lib.6.*Item † no-
ta,quod ſyndicus,qui adminiſtrationem recipit
à lege,poteſt petere reſtitutionem in integrum,
ſine ſpeciali mandato,ſecundum *Innocentium ex-*
tra.de reſtitutione in integrum. cap. ſuſcitata. Sed an
31 ſyndicus † ſimpliciter conſtitutus poſsit agere
in caſibus vbi requiritur ſpeciale mandatum,&
argum.quod non *ff.de iureiurando.l.iuſiurandum.§*
defenſor.& vide *Gui.in Roſario 23. diſt.c. tibi domi-*
no.& *5.q.3.c.ſi.* ¶ Sequitur in textu, *habens à no-*
bis plenariam poteſtatem. Nota hic caſum,quod po
32 teſtas † faciendi legem,& celebrandi curias de-
mandari poſsit:ſic infra *eod.cap.hauents a cor.§. E*
perço. Sed contra infra *eod.c.5. ab aqueſta preſent*
*conſtitutio,*ibi, *no ſera venguts perſonalment,* &c. So-
33 lutio. Dic, † quod ſit actus perſonalis, qui nõ
poſsit delegari,cum ſit vna de regalijs affixis of
fibus Principis,& de præcipuis. Verumtamẽ de
conſenſu totius curiæ generalis poteſt & cõſue-
uit delegari.& committi Reginæ vt generali lo-
cumtenenti,& cum expreſsiſsimo mandato. Et
forte idem eſſet in Primogenito. Pro hac ſolu-
tione facit prẽallegatum *cap.hauents acor.§.e per*
34 *eo.* quia † poteſtas condendi legem eſt indele-
gabilis,vt *extra.de ſent.excom.c.graues.* & ibi no-
35 tat *Ant.de Butrio in 3.notabili.* Item nota, † quod
congregatio concilij generalis eſt de reſeruatis
36 Principi:vt *2.q.6.cap.ideo.* Vnde † mandata iu-
riſdictione generali non tranſit poteſtas concili-
ij faciendi:vt *ff.de officio eius cui mandata eſt iu-*
riſdictio.l.2.& notat *Goffred.in Summa. tit.de offi.*
legati.§. Sed numquid legatus concilium facere poteſt.
37 Sed poteſt † ſpecialiter & expreſſe delegari po-
teſtas congregandi curias & concilium genera-
le,& condendi leges. Et per hoc credo,ꝙ domi-
nus Rex exiſtens extra Cathaloniam, puta, in
Regno Neapolis in expeditione armorum poſ-
ſit dare ſuo generali Locumtenenti poteſtatem
tenendi curias generales,licet *Iacobus de Calc. in*
ſuo Curiali,dubio 4. tenuerit contra:non enim in-
tereſt brachiorum,quia ſatis eſt quod habent cõ-
uocari & intereſſe,quia nil poteſt concludi ſine
38 ipſis: quia in conuocatione † curiarum non re-
quiritur cõſenſus brachiorum curiæ, ſeu patriæ,
ſed in celebratione & concluſione requiritur cõ
39 ſenſus curię cõuocatæ: & omnia poteſt † Prin-
ceps quæ â iure vel conſtitutione non ſint pro-
hibita.vide *c.curiæ Regis Petri Tertij,* in quo curia
proteſtatur,quod non fiat ſibi præiudicium,quia
coram Regina tunc Locumtenente fiebat cele-
bratio curiarum, quam curia prætendit ſolum
Principi, & non alteri pertinere: & dominus
Rex reſpondit,quod ſibi placet, & quod ſibi e-
tiam non fiat præiudicium in aliquo: & ita fuit
factum ad cautelam,quę non nocet.Et ideo cau-
tela fuit habuiſſe huiuſmodi confirmationem ab
ipſo Rege,qui ſuppleuit omnem defectum:prout
infra *eod.c.ratificare.*vide ibi : & hanc conſuetu-
dinem rationabilem facit vrgens neceſsitas ab-
ſentiæ Principis,vel alterius ineuitabilis impe-
dimenti,ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinona cap. 5.*
Item quod nos,& ſucceſſores noſtri. §. Et ſi forte nos,
& ſucceſſores noſtri habuerimus impedimentum. vide
& adde quæ ibi dixi:& ſupra *colla.7.cap.1.*ſcilicet
in proœmio. de hoc tamen me refero curiali-
bus:quia ego numquam intraui curiam genera-
lem. Sed vide *Iacob. in Margarita Fiſci 8. dubio.*
*verſic.*178.& quod dixi infra *eod. c. ratificare.*vi-
di tamen quod Papa delegauit ſuis nuntijs, vti
celebrarent concilium generale Senis, in anno
1424. Sequitur tenor inſtrumenti dictarum cõ-
ſtitutionum huius curiæ firmati & iurati per di-
ctam dominam Reginam Mariam, & inſerti per
extenſum in dicta charta confirmatoria dicti ſe-
reniſsimi Regis Alfonſi,prout ecce.

Proœmium dominæ Reginæ. Capit.II.

S V M M A R I V M.

1 *Dei nomen eſt innocandum.*
2 *Mulier poteſt ſuccedere in Regno Caſtella, ſecus tamẽ*
in Regno Aragonum.nu.3.
4 *Rex an poſsit Locumtenentem facere prolibito volun-*
tatis,traditur: & talis Locumtenens debet eſſe ide-
neus,liber videlicet,ingenuus, maſculus,adultus, &
nobilis. nu.5.
6 *Spurius an poſsit creari Locumtenens generalis.*
7 *Regis filius viuente patre poteſt vocari Rex.*
8 *Reges poſſunt dare priuilegia & libertates.*
9 *Regis gloria eſt in multitudine gentium, in diminutio-*
ne vero plebis,contritio.
10 *Virtus non minor eſt quæſita conſeruare, quã quærere*
de nouo.
11 *Honor quandoque accipitur pro poſſeſſionibus & red-*
ditibus.& nu.15.
12 *Honores gradatim ſunt deferendi.*
13 *Honores an ſint appetendi. remiſsiue.*
14 *Honor eſt exhibitio reuerentiæ in præmium virtutis.*
16 *Honor onus annexum habet.*
17 *Honorem ſernare non debeo illi, qui mihi vituperium*
fecit.
18 *Reatus omnem excludit honorem.*
19 *Honor debet ſcribi cum aſpiratione,& onus non:& de*
ratione ibidem.
20 *Honor vni tantum exhiberi non debet,vt inde alij ſcã-*
dalizentur.
21 *Homo naturaliter appetit honorari.*

Honor

Digitized by Google

22 *Honor mundi anima ſalutaris non eſt.*
23 *Honor Dei & Principis contemni nõ debet, ſed potius conſeruari.*
24 *Curiæ generales ſunt celebrandæ pro bono cõmuni Reipublicæ.*
25 *Parlamentum tractat de negotijs particularibus, curia vero de generalibus.*
26 *Curiæ generales Cathalanis ſunt celebrãdæ intra Cathaloniam.*
27 *Montiſſoni & Fragæ villæ ſunt de Principatu Cathaloniæ.*
28 *Montiſſoni & Fragæ villæ faciunt arma Cathalana, & habent menſuras Cathalanas.*
29 *Feuda non ſunt in Aragonia, niſi in duobus locis. nequi mores feudorum. nu. 30.*
31 *Cathalani vocati ad curias Diraſonæ contradixerunt.*
32 *Parlamentum de capſento mortuo Rege Martino ſuper electione Regis, non fuit verum Parlamentum.*
33 *Gubernator Cathaloniæ non potexat conuocare Parlamentum generale Aragonenſibus, neque Valentinis.*
34 *Curiæ generales licet incipiant in vno loco celebrari, & poſtea mutentur, ſemper denominantur à loco vbi finiuntur. & nu. 35.*
36 *A fine res denominatur.*
37 *Finis eſt ſpectandus.*
38 *Exitus acta probat.*
39 *De vnione ciuitatis Dertuſæ facta Principatuī Cathaloniæ. remiſſiue.*
40 *Curia vnde ortum habuerit, & quot modis ſumatur. remiſſiue.*
41 *Vnio & coniunctio Regnorum Aragonum & Valentiæ cum Comitatu Barcinonæ fuit facta per Regem Martinum.*
42 *Poteſtas celebrandi concilium generale & curias, eſt delegabilis.*
43 *Cathalani prætendunt, quod Rex non poteſt committere poteſtatem celebrandi curiam generalem, ſine expreſſo conſenſu ipſorum.*
44 *Parlamentum, vacante Regno, poteſt per Gubernatorẽ conuocari.*

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti pateat vniuerſis: quia cum nos Maria Dei gratia Regina Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, &c. Primogenita Caſtellæ, Locumtenens generalis, &c. Hic ponitur procœmiũ, exordium, & præfatio ad conſtitutiones huius curiæ infra proximæ ſequentes, & non indiget
1 ſumma. Sed nota † nomen Dei inuocandum: ſic in pluribus alijs conſtitutionibus incipiẽtibus, *In nomine Domini,* &c. &, *In Chriſti nomine,* &c. facit *extra. de teſtibus. cap. In nomine Domini.* cum ſimilibus. Et expone litteram, ibi, *Locumtenẽs generalis*; ſubaudi, in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Comitatibus Barcinonæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ, vt ſupra c. proximo. Non enim eſt generalis Locumtenens in Regnis vltramarinis, nec in Inſulis, nec in Regno Neapolis, nec in alijs, quibus hodie fæliciter præeſt idẽ dominus Rex Alfonſus Quartus: quia aliter intitulatur hodie, ſcilicet, Rex Aragonum & Siciliæ vltra & citra Farum, &c. ¶ Et quod præmiſit in textu, *Primogenita Caſtellæ.* Videtur ex hoc, quod in † Regno
2 Caſtellæ poſsit ſuccedere mulier, quod ſecus eſt
3 in † Regno Aragonum, in quo non ſuccedũt niſi mares, vt ſæpius viſum fuit. vide & adde quæ dixi ſupra *colla. 7. curiæ Dertuſæ c. vlterius ſtatuimus.*
4 ſuper verbo *Primogenito.* Sed quæro, an † dominus Rex poſsit facere Locumtenentem pro ſuæ libito voluntatis? Dubitarunt multi, præſertim laici. Sed certe facere Locumtenentem, non eſt aliud quam facere procuratorem, vel Vicarium generalem. Et ita quilibet, qui alias non prohibetur, poteſt in ſuis negotijs præponere procuratorem ſub quouis nomine, ſiue dicatur Locumtenens, ſiue Viceſgerens, vel Vicarius, aut Vicedominus, aut Vicerex, ſiue Præfectus Prætorio, aut Gubernator, Præpoſitus, aut Magiſter: *extra. de verb. ſign. c. quamuis omnes.* & *C. de officio eius qui*
5 *vicem alterius gerit.* per totum cum ſimil. Sed † oportet, quod ille, qui præponitur, ſit idoneus de iure ad id cui præponitur, iuxta notata in *l. Parabolani. C. de Epiſcopis & clericis.* & ibi *Baldus.* Oportet enim quod ſit homo liber, ingenuus, maſculus, adultus, & nobilis: & ſatis eſt nobilis, eo
6 ipſo quod ſcienter præponitur. Sed † numquid ſpurius ſeu baſtardus poteſt fieri Vicerex? Forte non in hac patria, in qua non ſuccedunt ſpurij ſiue baſtardi. Ad hoc *l. Parabolani.* cum ibi notatis. *C. de Epiſcopis & clericis.* Et hoc, niſi cum baſtardo fuerit diſpenſatum: quod ſatis eſt, ſi præponatur ex certa ſcientia, iuxta *l. Barbarius. ff. de officio Prætoris.* & *extra. de filijs presby. c. ventens.* cũ ſimilibus. & ita fuit in Barcinona in anno 1471.
7 Et nota, † quod filius Regis, viuente patre, poteſt vocari Rex: 23. q. 7. *cap. fin.* & ibi notat *gloſſa.* & 63. *diſt. c. Adrianus.* vide *de priuilegijs c. ne aliquid. lib. 6.* & 2. q. 7. §. *de his.* & 3. q. 1. c. *Moyſes.* vi-
8 de *gloſ.* 7. q. 1. c. *denique.* Item † nota, quod Reges poſſunt dare priuilegia & libertates: *extra. de reſtitutione in integ. c. auditis. in 1. gl. f.* & *de decimis. c.*
9 *dudum.* & ibi *gloſ.* Vlterius nota, † quod in lata gente, gloria Regis; in diminutione plebis, contritio eiuſdem, vt dicitur Prouerbiorum 14. c. & 1. q. 4. *cap. ex his.* ¶ Sequitur in textu, *pro conſeruatione.* Nota quia
10 † *Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri.* vt *C. de naturalibus liberis. l. ſi quis ſeu liber ipſe.* in fine. & ff. *de adop. l. ſi pater.* §. *in arrogationibus.* & ibi *gloſ.* ¶ Sequitur in textu, *honoris regalis.* Honor
11 maxime † ſtat in terris & poſſeſsionibus, prædijs, & dominijs, ac dominationibus, & facultatibus perpetuis & immobilibus: vt in vſat. *Tutores.* §. *Ruſtici.* vide ibi notata per *Iacobum Merquilles* ſuper verbo *honorem.* & vide infra *collat. proxi. c. comemorantes.* in verbo, *non poſſit tenere honores,* &c. Itẽ † nota, quod honores gradatim ſunt
12 deferendi. ff. *de mun. & hon. l. vt gradatim.* & *l. honores. C. de offi. præfecti vrbis. l. primicerius.* & *de officio rectoris Prouin. l. potioris.* & *vbi ordo digni. ſerue. l. 2. lib. 12.* & *de Conſulibus l. 1. lib. 12.* & 76. *diſt. c. fina.*

& ibi

& ibi *Gui.* & 93. *dist. c. legimus.* & ibi notatur per *glos. in l. quæ vtiliter*, super verbo *sumptus. ff. de negot. gestis.* Sed an honores † sint appetendi, vide *C. de Episcopis & clericis l. si quemquam.* & *de cri. sacri. l. 2.* & *ff. de offi. præto. l. Barbarius.* & adde quæ scripsi supra *coll. 6. in curia Perpiniani c. in primis.* Ho-
14 nor † est exhibitio reuerentiæ in præmium virtutis, & exhibetur multifarie: quandoque adorãdo, quandoque assurgendo, capucium eleuando, salutando, inclinando, genuflectendo, præ alijs ordinando, scribendo, nominando, & alias. Ta-
15 men quandoque † honor accipitur pro possessionibus & redditibus. Item honor est cui donatur, vel legatur, &c. & honor est magis in hono-
16 rante, quam in honorato. ¶ Item nota, † quod honor onus habet annexum: *ff. quod metus causa. l. continet.* & *ead. dist. c. rationis* Item nota, † quod
17 non debeo ei honorem exhibere, qui mihi vituperium fecit: *ff. de in ius vocan. l. sed & si lege.* §.
18 *prostituta.* Et † reatus omnem excludit honorẽ: *ff. de ritu nupt. l. Senatoris filia.* & *C. vbi senat. vel cla-*
19 *rissimi. l. 1.* ¶ Et nota, quod honor debet † scribi cum aspiratione, sed onus sine aspiratione, quia honor aspiratur, onus spernitur. De hoc per *Ioã. And. extra. de rebus Eccles. non alien. c. ad aures.* & *de elect. c. si religiosus. libro 6.* super *glos.* posita super
20 verbo *obtenta.* Sed non † debet alicui tantus honor exhiberi, vt inde alij scrupuloso corde moueantur, vt notatur in *Spec. tit. de legato.* §. 2. *vers.*
21 *patet ergo.* Homo enim † naturaliter appetit honorari: vt in *Spec. tit. de citatione.* §. 5. *vers. delega-*
22 *tus quoque.* Sed † honor mundanus non est animæ sanus, quia qui vult esse de saluatione securus, oportet contemnere mundum, contemnere nullum, contemnere seipsum, & contemnere se
23 contemni, siue sperni. Sed honor † Dei, & honor Principis contemni non debet, sed potius conseruari, vt hic, & supra *collat. 9. curiæ domini Ferdinandi. c. 1.* in princ. *Enuers la honor*, &c. vide quæ ibi scripsi, & quæ leguntur & notantur *ext. de maio. & obe. c. solitæ.* & *de censibus. c. omnis anima.*
¶ Sequitur in textu, *ac pro bono statu reipublicæ.* no-
24 ta, † quod curiæ generales habẽt celebrari pro bono communi: (& ita per hoc videtur, quod in curijs istis non possint fieri constitutiones, quæ solum tangunt vnum brachium tantum, nisi cõcernat vtilitatem publicã,) & generali reformatione status Reipublicæ generaliter, & non pro vno vel alio singulari actu, etiam extremæ ne-
25 cessitatis. Sed † tunc posset congregari parlamentũ; quod in hoc differt à generali curia, quæ generaliter tractat de negotijs, sed parlamentum particulariter. vide quæ scripsi super procemio curiæ Dertusensis. & reliqua pete ab Aduocatis generalis Deputationis Cathaloniæ, & alijs curialibus, & officialibus curiæ domini Regis. adde infra *ead. c. hauents acor.* & melius in *c. Item que en lo senyor Rey*, super verbo, *per altres corts, o parlaments.* & vide infra *ead. c. ab aquesta.* cum *c.* seq. Quidam tamen volunt, quod etiam pro vno magno negotio tangente statum Reipublicæ possit curia conuocari: quod mihi non videtur absonum. Sequitur in textu, *in ciuitate Dertusa.* dic quod de iure harum constitutionum curiæ debẽt in tiari vno anno in ciuitate Barcinonæ, alio in ciuitate Illerdæ: vt supra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 5. Item quod nos.* vide ibi. Tamen hic videtur contra, quia ista curia prius videtur initiata Dertusę, & postea fuit mutata Barcinonæ. Dic quod forte hodie hoc *c. 5.* non tenet de cõsuetudine; vel hoc fuit factum ex causa necessaria, vel de consensu curiæ. Vel dic verius, quod hoc est in arbitrio Principis, dummodo mutationem loci certificet antea per duos menses, vtĩ dicitur in prędicto *cap. 5. Item quod nos*, &c.

Additio magnifici Franciſci Franc.

Vide *Iac. de Calt. in Extragraua. Curiarum, in 5. du-*
26 *bio principali.* Curiæ † generales Cathalanis sunt celebrãdæ intra Cathaloniã, vt in *cap. 5. curiæ 2. Barcinonæ, Regis Iacobi II.* & quidquid dicatur in ea curia *c. 5.* per eumdem *Mieres* super verbo, *del Principat de Catalunya*; tamen veritas est, quod Cathalani non exeunt de Cathalonia pro generalibus curijs celebrandis, etiam omnibus Regnis citra marinis conuocatis. Verum est quod Ca-
27 thalani † prætendunt, quod villa Montisſoni, & villa Fragæ sunt de Principatu Cathaloniæ: & propterea quando generales curiæ omnibus Regnis indicuntur, dicti Cathalani accedunt ad dicta loca de Fraga, & de Mõso, & nõ ad alia loca extra Principatum. Quod autem dicta loca sint de Principatu, probatur per constitutiones pacis & treugæ, quæ incipiunt, *Ad honorem.* &, *Notum sit cunctis.* &, *In Christi nomine. la* 1. vbi dicitur, quod constitutiones pacium & treugarũ, quæ fuerunt per Cathalanos celebratæ durent à Cinqua vsque ad Salsas, cũ quo dicta loca sunt citra flumen de Cinqua, prætendant Cathalani
28 quod sunt de Cathalonia, maxime quia † dicta loca faciunt arma Cathalana, & habent mensuras Cathalanas; & in Montesono est feudum; &
29 in tota † Aragonia non sunt feuda, nisi feudũ de Tarista, quod fuit factum tempore Regis Petri Quarti ad consuetudinem Cathaloniæ; & feudũ de Verbagal, quod etiam fuit factum tẽpore Regis Martini, etiam ad consuetudinem Cathaloniæ; & sic dicta feuda facta fuerũt nouiter, & se-
30 cundum mores Cathalanos, cum in † Aragonia non sint mores feudorum; & sicut ad dictũ locum Montisſoni vadunt Cathalani ad curias generales omnium Regnorum, cum sit locus Cathaloniæ & Aragoniæ: sic etiam veniunt ad dictum locum, cum dicunt esse de Regno Aragonum, & reuera possidetur per Aragonenses, & regitur per leges & officiales Aragoniæ. Et Valentini etiam veniunt ad dictum locum cum ipsi à suo Regno consueuerint exire, & nõ Cathalani; & sicut ad dicta loca Fragæ & Montisſoni veniunt Cathalani pro generalibus curijs trium Regnorum, & non alibi. Et ita non iuerunt, sed

contra-

Digitized by Google

31 contradixerunt † Cathalani vocati ad curias de Tarraxona per Regem Ferdinandum Secũdum,
32 anno 1474. Nec obſtat †quod dicitur de parlamento de capſento, mortuo Rege Martino, ſuper electione Regis, quoniam non fuit verũ parlamentum, immo fuit contradictum, & militares de ſe aliud parlamentum celebrabant, vt cõſtat in archiuo Deputationis, & apparet manifeſte;
33 quia † Gubernator Cathaloniæ non poterat cõ uocare parlamentum generale Aragonenſibus, & Valentinis.
34 ¶ Et ex his, quæ hic habes, nota, quod † licet curia generalis incipiat in vno loco celebrari, & poſtea mutetur, ſicut fieri poteſt, vt dixi, &pa
35 ret etiam infra *ead. cap. ab aqueſta.* talis curia †in loco mutato perfecta ſemper denominatur à lo co vbi finitur, quia iſta curia dicitur Barcinonæ & non Dertuſæ celebrata. Facit illud quod di-
36 citur, A fine †res denominatur, vt hic; & eſt per
37 hoc illud generale, finem †ſpectandum. *ff. de furtis. l. pro parte.* & *ff. ad Macedo. l. filius. §. filius. extr. qui ſily ſint legitimi. c. tanta.* & *de re nun. c. litteras.*
38 Exitus enim † acta probat, finis, non pugna coronat. *C. de iudicijs. l. rem non nouam.* in fine. *de pœn. diſt. 2. c. multi. extra. de frigidis. cap. fraternitatis.* &
39 *ff. ad leges Romanas de Iac. l. ſi.* De † vnione ciuitatis Dertuſæ facta Principatui Cathaloniæ no
40 tatur ſupra *collat. 7. cap. poſtremo.* Sed vnde † habuit ortum curia, & quot modis ſumatur, dixi latius ſupra *collatione* 7. ſuper Proœmio. Sed de
41 vnione † Regnorum Aragonum & Valentiæ cũ Comitatibus Barcinonæ, Roſilionis, & Ceritaniæ fuit per Regem Martinũ facta pragmatica ſanctio, data Cæſarauguſtę 15. Ianu. anno 1399.
42 VItimo † nota, quod poteſtas celebrandi cõcilij generalis poteſt delegari à Papa, vt dixi ſup. *eau.* in verbo, *poteſtatem.* & ita vidi fieri de cõcilio Senenſi, & de concilio Baſilienſi: & etiam eſt poteſtas condendi legem: & ita vides in Cõcordia Cardinalis Conuenarum Legati Sedis Apo-
43 ſtolicæ. Verumtamen † Cathalani prætendunt quod Rex non poſſit alteri committere poteſta tem celebrandi curiam generalem ſine expreſſo
44 conſenſu ipſorum, vt dixi ſuperius. Et † vacãte Regno poteſt parlamentum per Gubernatorẽ continuari, iuxta notata per *Iac. de Calicio in ſuo 4. dubio principali.* in fine.

De electione Cancellarij & Vicecancellarij curiæ Regis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarij & Vicecancellarij, officijs vacantibus, Rex debet dicta officia prouidere infra duos menſes à tẽpore vacationis.*
2 *Perſonæ idoneæ quæ, ad obtinenda officia Cancellarij, & Vicecancellarij.*
3 *Vacatio officiorum Cancellarij & Vicecancellarij damnoſa eſt Reipublicæ.*
4 *Mora in prouidendis officijs vacantibus eſt periculoſa.*
5 *Vacationis officij Cancellarij modi referuntur.*
6 *Cancellarij officium eſt prouidendum, ex quo illud obtinens aſſumptus fuerit ad aliud officium incompatibile.*
7 *Cancellarij officium non datur niſi perſonæ Eccleſiaſticæ.*
8 *Cancellarius dicitur eo quod interpretari teneatur litteras Regias.*
9 *Cancellarius eſt quaſi aſſeſſor Principis.*
10 *Cancellarius ſolum ſe immiſcet conſilijs ſecretis.*
11 *Cancellarius & Regens Cancellariam debent iugiter præſidere Audientiæ & Cancellariæ Regis.*
12 *Cancellarius & Vicecancellarius an poſſint facere ſibi cauſam committi.*
13 *Inter delegantem & delegatũ debet eſſe diſtinctio perſonarum.*
14 *Nemo poteſt ſe iudicem dare.*
15 *Cancellarius an debeat eſſe Doctor, vel Licentiatus; an ſufficiat quod ſit Baccalaureus.*
16 *Gradus non multum attenditur, ſed ſcientia.*
17 *Epiſcopus deponitur propter defectum ſcientiæ Theologicæ, & Decretorum.*
18 *Cancellarij duo vel plures an eſſe poſſint in eodẽ loco, & eodem tempore.*
19 *Cancellarius ignorare non debet conſtitutiones, vſaticos, & alia iura patriæ.*
20 *In Vicecancellario & Regente Cancellariam magis requiritur ſcientia iurium patriæ quam in Cancellario, & de ratione. ibidem.*
21 *In bono iudice quatuor requiruntur.*
22 *In iuriſperito requiritur quod ſit examinatus iuxta cõſtitutiones, habeat libros, & per quinquennium ſtuduerit in ſtudio generali.*
23 *Scientia & experientia requiruntur in Vicecancellario & Regente Cancellariam. ampliatur nu. 25.*
24 *Experientia eſt mater & magiſtra rerum.*
26 *Cancellarius & Vicecancellarius vt ſint idonei, quæ requirantur.*
27 *Prouincialis dicitur qui eſt domiciliatus vel oriundus in Prouincia.*
28 *Statuta diſponentia ſuper legitimitate perſonæ, non porriguntur extra iuriſdictionem ſtatuentium.*
29 *Cancellarius vel Regens Cancellariam eſſe poteſt non Cathalanus, ex diſpenſatione Principis, vel iuriſdictione, declaratur ibidem.*
30 *Diſpenſatio vocatur vulnus, quia ius vulnerat.*
31 *Diſpenſari non poteſt contra conſtitutiones iuratas.*
32 *Iuramentum eſt ſeruandum in forma ſpecifica.*
33 *Diſpenſari contra conſtitutiones quot modis poſſit. & referuntur.*
34 *Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Cancellariam oriundi & domiciliati extra Regna Aragonũ, Valentiæ, Maioricarum, & Principatum Cathaloniæ eſſe non poſſunt.*
35 *Forma vbi certa datur à iure, vel ab homine, ſi omiſſa vel obſeruata non fuerit in aliqua parte, totus actus corruit.*
36 *Forma data ab homine nedum eſt ſeruanda, verumetiã & modus.*
37 *Ad actum validandum tria requiruntur, vtpote, forma, poteſtas agentis, & habitus patientis.*
38 *Guidare licet poſſit Vicarius Barcinonæ, tamen non poteſt*

Digitized by Google

poteſt guidare electos à pace & treuga.

39 *Neophiti idonei non ſunt ad officium publicum.*

40 *Cancellarij plures licet poſſint creari, non regent tamen inſimul: ſed tantum ille quem Rex voluerit.*

PRimerament à ſuplicacio, &c. Hoc capitulum non poteſt congrue ſummari. Sed breuiter hoc inteudit. ¶ Vacantibus officijs Cancellarij† & Vicecancellarij curiæ Regis, debet Rex de perſonis idoneis infra duos menſes â tempore vacationis de eiſdem officijs prouidere. ¶ Et declarat, † quæ perſonæ ſint idoneæ ad talia officia obtinenda. Hoc dicit. Adde quę ſcripſi ſup. *collat. 8. curiæ Regis Martini cap. 2. & 3.* & vide in *Summa Azonis de aſſeſſoribus domeſticis & Cancellarijs.* ¶ Nota, quod † vacatio talium officiorum eſt valde damnoſa Reipublicæ, vt patet in *curia Regis Martini c. primerament.* & *cap. ſeq.* ſupra *collat. 8.* Ideo fuit neceſſarium per hanc cõſtitutionem prouideri, ne diutius vacent. Ideo Rex ſe aſtrinxit ad prouidendum infra duos menſes, vt vides: Facit in ratione ſui *extra. de elect. cap. ne pro defectu.* cum ſimil. mora enim in talibus periculoſa eſt *extra. de elect. c. cum inter vniuerſa.* Et † de mora, an & quando poſsit purgari, nota 18. *diſt. c. propter.* vide *Dinum in c. mora. de regulis iuris lib. 6.* & melius in *l. ita ſtipulatus. ff. de verborum oblig.* Item † nota hic modos vacationis, quia per obitum, remotionem, vel renuntiationem, & etiam forte per longam abſentiam: ſed tunc prouidetur de Regente Cancellariam, vt patet ſupra in dicta curia Regis Martini, *cap. Item Senyor. com ſegons.* vide ibi. Quid eſt ergo quod hic littera dicit, *o en altra manera.* dic, forte † quia aſſumptus fuit ad aliud officium incompatibile, arg. *l. nemo. C. de aſſeſſoribus.* ¶ Item † nota, quod officiũ Cãcellarij non datur niſi perſonæ Eccleſiaſticæ: ergo non daretur laico. Quod eſt mirum, & contra dictum Apoſtoli, *Nemo militans Deo,* &c. & *extra. ne clerici & monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant. in rubro & nigro.* per totum. Eſt etiá cõtra in Epiſtola 1. ad Corinth. *6. c.* & habetur 14. *q.* 1. *c. ſecularia negotia ſi habueritis, omnino peccatum eſt in vobis.* Sed in caſu quo non reperiatur prælatus poteſt aſſumi aliquis notabilis Doctor, iuxta librum Ordinationis Domus Regiæ. vide ibi. Et dicitur † Cancellarius qui epiſtolas Principi miſſas tenẽtur exponere & recitare, & dirigendas examinare: & ideo ſe ſubſcribit in illis: & dicitur à *cancello,* quod eſt ala Palatij, eo quod in ea habitet, alias dicitur qui facit cãcellos. Item dicitur feneſtra. Item eſt locus cantorum. Eſt enim hodie Cancellarius † quaſi aſſeſſor Principis, ſicut Vlpianus iuriſconſultus fuit aſſeſſor Imperatoris Alexandri, vt dicitur in Chronica Martiniana. Item Laurentius fuit Aſſeſſor & Cancellarius domini Papæ. Sed ideo prouidetur de Vicecãcellario vel Regente Cancellariã. nã Cancellarius, qui † cõmuniter eſt magnus Prælatus, vel notabilis perſona Eccleſiaſtica, ſolũ ſe immiſcet in conſilijs ſecretis, & in his, in quibus non agitur de iudicijs ſanguinis, & alijs criminalibus: ſed alijs arduis pro vtilitate Regni, in quibus magis requiritur bona conſcientia Cancellarij, quam ſcientia; licet & ſcientia requiratur, vt dicit littera iſta, ibi, *agraduada en dret canonich, o ciuil.* Debet etiam eſſe bene peritus in vſaticis Barcinonæ, conſtitutionibus, & alijs iuribus huius patriæ: & practicus. iuxta *cap. Regis Martini.* Sed † Vicecancellarius & Regens Cãcellariam habent præſidere Audientiæ & Cancellariæ Regis, vbi eſt cõflictus negotiorũ criminalium & ciuilium; quia in conſilio ſecreto communiter tractantur negotia patrimonialia, & alia quæ tangunt regalias, & ſtatũ Regni, & cętera negotia maiora, quæ maiores requirũt iudices: *ext. de appel. c. vt debitus.* in fine. & *de baptiſmo, c. maiores.* cum ſimilib. Sed † numquid Cãcellarius vel Vicecancellarius poterunt ſibi ipſi facere cõmiſsionẽ de cauſa, de qua poſſunt cognoſcere tamquam Cancellarius, vel Vicecancellarius? Dic quod non, quia nemo poteſt gerere vicem duorum in iuriſdictione contentioſa: vt notatur per *gloſ. ext. de proba. c. ex litteris.* Item † inter delegantem & delegatum habet eſſe diſtinctio perſonarum: vt *extra. de inſtitu. c. vlt.* Et nemo † poteſt ſibi imperare, neque iudicem ſe dare: *ff. de offi. præto. l. ſi.* vide quæ ſcripſi infra *eod. c. per donar orde.* vide *gloſ. in c. Epiſcopatum. 8. q. 1.* Sed quæro, † quid eſt quod littera dicit, *agraduada,* numquid requiritur quod ſit Doctor vel Licentiatus; an vero ſufficit q̃ ſit Baccalaureus? Reſp. ſic, vt vidimus de Sperante Indeo Cardona quõdam, qui fuit Vicecancellarius Regis Martini; & de Iacobo de Monello, qui fuit Vicecancellarius Regis Ioannis. Non † enim multum attenditur gradus, ſed ſcientia: quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. vide & adde quæ dixi in *c. in ciuitatibus,* ſupra in *curia Monriſſoni collat. 6.* & ideo littera iſta nõ dixit immerito, *agraduada,* & non expreſsit de certo gradu. vt ſic Baccalaureatus gradus ſufficeret, dummodo alias non pateretur defectum ſcięntię, ſaltem competentis: arg. *extra. de proba. c. cũ olim nobis. §. illius quoque.* & *c. innotuit.* & *de renun. c. cum pridem. §. pro defectu quoque ſcientiæ.* Epiſcopus † enim deponitur propter defectũ ſcientiæ Theologicæ, vel Decretorum: non enim requiritur Legum, vel Phyſicæ ſcientia in Epiſcopo: *extr. de ætate & qualit. c. vlt.* facit *c. cum ſit ars artiũ regimen animarum. eod. tit. & inſti. in Proœmio,* circa fin. ibi, *poſſe etiam noſtram rempublicam gubernari.* Sed numquid in † eodem loco & tempore poterũt eſſe duo vel plures Cancellarij? In hac conſtitut. videtur q̃ non, quia dicit, quod vacante officio prouideatur de perſona litterata, & non dicit, de perſonis. Sed dic quod non negatur de pluribus: vnde ex cauſa poterunt plures conſtitui ſicut vidi fieri: ſunt enim quaſi aſſeſſores. ¶ Sequitur in textu, *canonich, o ciuil.* Nota quia faciunt pro his quæ dixi in allegato *c. in ciuitatibus.* ſuper verbo.

verbo, *canonicum, vel ciuile*. & dic, quod † etiam non debet ignorare constitutiones, vsaticos, & alia iura patriæ: turpe est enim Patritio & nobili viro causas oranti, ius in quo versatur, ignorare, vt *ff. de origine iuris. §. denique. vers. namque dixisse*. arg. infra *eod. c. assats es cosa ridiculosa*. & melius infra *eod. c.* ibi, *Experts en los furts*. Sed ibi ex
20 prelle id dicitur de † Vicario, quia ipse habet iudicare de audientia, ideo magis requiritur iurium patriæ scientia in Vicecancellario, & Regente Cancellariam, quam in Cancellario: qui numquam, vel raro sedet in Audientia, nisi quãdo Rex personaliter in illa sedet, sicut cõsueuit in die Veneris; vt supra *collat. 4. curia 2. Barcino. c. 10. Item quod nos, & successores nostri*. vide quæ ibi dixi. Sed tunc sunt ibi plures insimul assidẽtes, & consulentes; & dicũtur factæ prouisiones per Regẽ, nullatenus facta mentione de Cancellario, Vicecancellario, vel alijs assidentibus. Sequitur in textu, *Doctor, o Iurista*. Nota verbum *Iurista*, nã per hoc patet, quod in Vicecancellario aut Regente non requiritur quod sit persona graduata; sed sufficit quod sit bonus iurisperitus, quasi dicat, Nõ curatur de gradu, sed de scientia iuris: nã dicit, *Iurisperitus*; quia iuris peritia requiritur, cũ habeat iudicare, & ius dicere. Pro eo faciunt
21 iura prælleg. Quatuor † requiruntur in bono iudice, scilicet, ꝙ habeat auctoritatem, legũ peritiã, & causarum experientiam: quia non in sublimitate graduum, &c. *ext. de temp. ordin. c. ad aures*. in fin. & hoc sonat verbum ꝙ sequitur, *sõlẽne*, quasi dicat, quod sit valens, elegans, & eminẽs in scientia: vt in *c. cum inter vniuersas. de electi*. quia talis requiritur, cuius cõpuratione cæteri grex di-
22 cantur. 7. q. 1. *c. scisciatis*. Et per hoc dico, † quod requiritur in tali iurisperito, quod sit examinatus iuxta constitutiones Cathaloniæ, & habeat libros, & per quinquennium studuerit in studio generali, iuxta notata sup. *collat. 6. curiæ Mõtissoni c. in ciuitatibus*. cum suis concord. adde quæ notantur infra *eod. c. per repos*. super verbo, *notables*. & infra *collat. proxi. c. les causes dels pubills*. & sup. *collat. proxi. c. vt autem hæc statuta*. in verb. *probata fama & conscientia*. Sequitur in textu, *experts*.
23 Nota, quod † nedum scientia, sed etiam practica & experientia requiritur in Vicecancellario & Regente Cancellariam, sicut in alijs, qui habent
24 iudicare, quia † experientia est mater & magistra rerum: vt supra in *dicta curia Montissoni. cap. quia vt experientia*. cum notatis ibi, & cõcor. suis.
25 Et hæc † experientia magis requiritur in foribus Aragoniæ & Valentiæ, & constitut. & alijs iuribus Cathaloniæ, iuxta quæ habet præ alijs iuribus cõmunibus iudicari: vt infra *eod. c. assats es cosa ridiculosa*. & ibi vide, & quæ scripsi supra *col. proxi. c. per tal que les leys*. cũ concord. vide etiã notata infra *collat. proxi. confirmants, loants, & aprobants*. Sequitur in textu, *nadius naturals, & domici-*
26 *liats*, &c. Nota, quod † ad idoneitatem Cancellarij & Vicecancellarij requiritur, ꝙ realiter & de facto fuerint & sint naturaliter oriundi & domiciliati in aliquo Regnorũ Aragonũ, Valentię, & Principatus Cathaloniæ, seu Regni Maioricarum, & non aliunde. vide & adde quæ dixi sup. *col. 4. curia 1. Barcin. c. 2. Item ad supplicationẽ*
27 *dictæ curiæ*. Et nota † quod prouincialis dicitur qui est oriundus vel domiciliatus in prouincia: vt *ff. de verb. sig. l. prouinciales*. & *ff. de tu. excu. da. ab*
28 *his. l. 1*. vide ibi *Bart*. qui dicit, † ꝙ statuta, quæ disponunt circa personam legitimandam ad aliquẽ actum, non porriguntur ad eos qui non sunt sub iurisdictionis sed ad eos tantũ qui sunt originarij, vel domiciliati, vt in dicta *l. 1*. Sequitur in
29 tex. *ab veritas, & sens dispensatio*. Nota hic † ergo, ꝙ aliquis, qui ex fictione iuris, vel dispensatione etiã Principis diceretur Cathalanus, vel habere originem, vel domicilium in aliquo dictorũ Regnorũ, vel Principatus, non posset esse Vicecancellarius, vel Regens Cancellariam; nec in hoc valeret aliquatenus dispensari sine consensu totius curię generalis. Super quo vide quę scripsi supra *col. 6. curia Montissoni c. qui verba nefandissima*, super verbo, *sine spe venia*. & sup. *collat. 9. c. per tal que mal*. super verbo *dispensar*. & *c. com fer, o cõtraure*. cũ concord. Et nota, quod dispẽsatio vo-
30 catur † vulnus, quia ius vulnerat. 23. q. 4. *cap. ipsa*
31 *pietas*. Et ex hoc videtur, quod † contra cõstitutas iuratas non valeat dispensari; quia ex dispensatione dicuntur vulnerari, nisi ex ipsa constit.
32 dispensatio fuerit permissa: iuramentum † enim habet seruari in forma specifica; recipit tamẽ interpretationẽ à iure communi: *C. de non nu. pet. l. fin*. & habet conditiones subintellectas; *extra. de iureiuran. c. quemadmodũ*. cum similib. Vnde colli-
33 ge circa istam materiam, quia † aut in constitu. expresse est prohibitum dispensari, vel sublata spes veniç; & tunc nullo modo poterit dispensari vel venia concedi: quia constitutio ad litteram seruanda erit iuxta sui seriem & tenorem, hoc est, ad litteram autem in ipsa constit. nullatenus tollitur facultas dispensandi, nec spes veniæ. Et tunc aut est constitutio præceptiua, aut prohibitiua, aut permissiua. Si permissiua, tunc est licitum dispensari; imo forsan non eget dispensatione nisi ad cautelam. Si vero fuerit prohibitiua, tunc non poterit dispensari vt contra fiat, sed contrafacienti potest fieri remissio pœnæ quoad interesse fisci, vel Reipublicæ; secus quoad interesse priuati; quod non potest de facili remitti sine ipsius priuati consensu; si autem fuerit constitutio præceptiua, scilicet vt aliquid fiat, tũc vni vel alteri poterit fieri indulgẽtia, dũ modo non fuerit contra præceptũ Dei, vel Ecclesiç, vel contra iuramentũ & bonos mores. Sed omnibus generaliter nõ posset fieri indulgetia; quia hoc est tollere legem vel constit. in totũ: ꝙ Rex non potest facere sine consensu curiæ generalis. Sed tutius est † nullatenus dispẽsari cõtra constit. iuratas, vt contraueniatur ante factũ; contrafacienti tamen potest fieri remissio per habẽtẽ

poteſtatem vbi non eſſet inhibitum, ſaluo tamē intereſſe priuati. adde *gloſ.* & *Gui. in Roſario* 50. *diſt. c. vt conſtitueretur.* Sequitur in text. in fine, *E*
34 *non a altre.* Hic ergo habes, qualiter † oriundi, vel domiciliati extra dicta Regna Aragonū, Valentiæ, Maioricarum, & Principatum Cathaloniæ, ſunt per hanc conſtitutionem inhabiles, minus idonei, & incapaces officiorum Vicecancellarij, vel Regentis, & etiam Cancellarij: ita q̄ ſi forſan contrafieret, non valeret, & acta per tales incapaces forent ipſo iure nulla, tāquam ex defectu poteſtatis: & quia iſta ſunt de forma & ſub
35 ſtantia talium officiorum. Quotiēs † enim à iure certa forma datur, vel ab homine præſertim ſubſtantifica, ſicut eſt hic, ea, vel eius parte omiſſa, vel nō obſeruata, actus eſt ipſo iure nullus. 30. *q. 5. c. aliter. de pœn. diſt. 2. c. caritas. de re indic. c. ſin. lib. 6. de elect. quia propter. de uſuris. quamquam. eod.*
36 *lib.* Idem † in forma data ab homine, quæ nō ſolum eſt ſeruanda, immo etiam modus; *extra. de reſcriptis. c. cum dilectus. de reſtit. ſpol. c. Piſanis.* videas ibi *An. de But.* & alios *Doct.* ab homine ſi nō ſeruetur, vitiat; ſecus quando eſt data à iure, quoniā tunc formæ omiſsio non vitiat, nili exprimatur, ſecundum *Hoſtienſ.* ibi, & *Archid. in c. prouida. de elect. lib. 6.* & probatur hic propter expreſsionē verborum, *E no en altra manera.* adde *de prabend.*
37 *cui de non dib. 6.* cum ſuis concord. Et † non tantum forma eſt neceſſaria ad validandum actum, ſed regulariter tria ſunt neceſſaria. Forma, vt dixi. Item poteſtas agentis; 1. *q. 7. c. da Verum. extra. de iure patro. c. quod autem. 9. q. 1. c. ab excommunicatis. de conſecra. Eccle. vel alta. c. aqua.* & *de appel. c. Romana. lib. 6.* & in *Clem. Paſtoralis. de re indic.* cū ſimilib. Item habilitas patientis, quia ſecundum Ariſtotelem, actiones actiuorum ſunt in patiente
38 bene diſpoſito. Et ideo † ſæpius dixi, quod licet Vicarius Barcinonæ poſsit guidare, attamen q̄ non poteſt guidare electos à pace & treuga, vel alios, qui à iure, vel priuilegio prohibentur guidari, & qui non ſunt capaces guidatici; quia licet non deſit poteſtas in agente, deficit tamē habilitas in patiente, qui eſt indiſpoſitus, incapax prohibitus, vt hic, & *extra. de elect. c. innotuit.* & *c. cum inter. Rub. de clericis. extra. 4. c. propoſuit. de cor. vitt. c. expoſuiſti. C. de teſta. l. nec. ff. de haredi. inſtit. l. pater.* cum ſimilibus. Deficiente autem altero, nihil valet quod agitur, vt probant iura allega. & facit 12. *q. 2. c. ſine exceptione. 23. diſt. c. quorumdam. 33. q. 5. c. notificaſti. de conſec. diſt. 4. cap. in ſynodo. de elect. c. cum in veteri. de his quæ ſi. a Præla. c. cum Apoſtolica.* & *ſe. de elect. ſi cui.* & *cap. procura. lib. 6. C. de inſtrument. l. 1. & 2. lib. 10.* & ibi nota. & *ff. de trāſlect. l. cum ij. §. prætor. ff. de contraben. empt. l. in venditionibus.* adde quæ notantur ſupra *colla. proxim. curiæ domini Ferdinandi cap. als procuradors fiſcals.*
39 *§. E ſi lo contrari.* Et nota, † quod neophiti non ſunt idonei ad officia publica, iuxta *cap. conſti-*
40 *tuit. 17. quæſt. 4.* Sed nūquid † dominus Rex poterit ad ſui libitum plures in eodem tempore creare Cancellarios, Vicecancellarios, vel Regentes. Viſum eſt quod ſic: tamē plures inſimul non regent; & ille tantum reget, quem Rex voluerit; quia hoc ei non reperio prohibitum.

De cauſis Vicariarum & Baiuliarum non euocandis extra eaſdem. Capitulum IIII.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſæ tam ciuiles, quam criminales Vicariæ & Baiuliæ reſpectiue ſunt tractandæ intra Vicariam & Baiuliam. & quid in cauſis criminalibus ciuitatis Derteſe. nu. 52.*
2 *Paupertas procurata non prodeſt.*
4 *Cauſa nomen generale eſt, comprehendens omnes cauſas tam ciuiles, quam criminales. & nu. 15.*
5 *Cauſa appellationis eſt diuerſa à cauſa principali, & diuerſa inſtantia.*
6 *Cauſæ non ſunt trahendæ extra Prouinciam.*
7 *Senſus extraneus quis.*
8 *Statutum, priuilegium, aut conſtitutio non debent interpretari ad indebitum ſenſum.*
9 *Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt interpretandæ ad literam ſine gloſſa, ad rectum ſenſum, reiectis abſurditatibus & varijs opinionibus Doctorum. & num. 10 & 11. & non per æquipollens. nu. 14.*
12 *In ſtatutis eſt ſeruandus litteralis intellectus ad vnguem.*
13 *Intellectus duplex, litteralis, & ciuilis.*
16 *Crimina puniri in loco delicti expedit Reipublicæ.*
17 *Extra locum captionis perſonas non extrahi intereſt noſtra.*
18 *Cauſarum nomine ſimpliciter etiam criminales intelliguntur.*
19 *Cauſa executionis non eſt ſimpliciter cauſa.*
20 *Cauſa criminalis & ciuilis differunt in multis.*
21 *Expenſarum condemnatio an fiat in cauſis criminalibus.*
22 *De calumnia an iuretur in cauſis criminalibus.*
23 *Euocatio cauſæ non fit ad fiſci inſtantiam. ſed hoc non ſeruatur nu. 24.*
25 *Regalia ſemper conſentur excepta. & nu. 28.*
26 *In generali mandato contra clericos non comprehenduntur exempti.*
27 *Ab ſtatutorum generalibus verbis excipiuntur omnes illi, qui de iure communi reperiuntur excepti.*
29 *Statutum generaliter diſponens ſuper deciſionibus cauſarum non comprehendit cauſas ſpeciales pauperū, & aliarum miſerabilium perſonarum. & nu. 31.*
30 *Cauſæ miſerabilium perſonarum ex regalia & ſpeciali priuilegio bene euocantur extra Vicariam & Baiuliam.*
32 *Cauſæ contra officiales delinquentes in eorum officio euocari poſſunt extra Vicariā & Baiuliam. & ampliatur nu. 33.*
34 *Cauſæ Baiuliæ quæ.*
35 *Actor ſequitur forum rei.*
36 *Superior adiri poteſt, vbi inferior index non poteſt facere iuſtitiam, propter potentiam litigatoris.*
37 *Cauſæ Vicariæ quæ.*
38 *Rex pro ſua cauſa concernente ſuum intereſſe, poteſt trahere ſubditos ſuos in quācumq̄te partē Regni. &*

talis

Digitized by Google

talis causa proprie est consistorialis. num. 39. quia Princeps est iudex in causa propria. nu.40.

41 *Causa Vicaria extra Vicariam, & causa Baiulie extra Baiuliam licet trahi non possint: hoc tamen fallit multis modis, qui referuntur.*

42 *Causa decimarum sunt prophane in Cathalonia, & de illis cognoscit Rex in sua curia.*

43 *Contra officiales in officio suo delinquentes procedi potest per viam querele pacis & treuge. & quid si tamquam priuati extra territorium suum delinquant. nu.44.*

45 *Causa criminalis an sit euocabilis ad petitionem delati.*

45 *Forum sortitur quis in loco, in quo deliquit, ratione diuti delicti.*

47 *Delinquens si fugiat à loco delicti, & alibi capiatur, abstrahi potest a loco captionis, & remitti ad locum delicti.*

48 *Rex non tenetur, nec consueuit remittere delinquentes, cum ipsos punire possit ratione generalis iurisdictionis.*

49 *Remissio criminosi vt locum habeat; quot & qua requirantur.*

50 *Remissionis materia remissiue.*

51 *Vicarij insequentes sonum emissum possunt intrare quacumque loca Baronum, & capere & secum ducere malefactores.*

53 *Damnosa fisco, necessari contraria impetrari oportet.*

54 *Constitutiones & leges loquentes de causis euocandis sunt intelligende de causis nondum finitis per sententiam.*

55 *Incarcerati dicuntur pauperes.*

1 VOlents les constitutions de Catalunya manants, &c. Casus. Constitutiones † disponentes de causis Vicariarum intra Vicariam, & de causis Baiuliarum intra Baiuliam suas tractandis & terminandis, extenduntur seu declarantur locũ habere in omnibus causis tam ciuilibus, quã criminalibus non obstantibus quibusuis prouisionibus litteris, seu rescriptis contrarijs, quibus non obediri præcipit. Hoc dicit. Intellige hoc

2 capitulum de † paupertate non procurata: vt *l. quisquis. C. de censibus & censitoribus. lib.* 11. & vide infra *collat. proxi. c. les causes dels pubills.* Vel dic. Causæ tam criminales, quam ciuiles, etiã ad fisci vel alterius instãtiam, atque personæ extra suas Vicarias, vel Baiulias euocari non possunt, nec extrahi à locis vbi deliquerint, & captæ fuerint. Et litteris ac prouisionibus in cõtrarium factis impune non obediri præcipit. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Secunda ibi: *E totes & qualsevol letres.* ¶ Vide textum ibi, *les constitutions de Catalunya manants.* dic, quæ sunt supra *collat. 2. curiæ 2. Barcinonæ c. 12. Item quod omnes causæ.* & *cap. seq.* & supra *collat. 4. curiæ 3. Barcinonæ cap. 11. Itẽ ordinamus quod capitula.* vide & adde quæ in eis dixi. Sequitur in textu, *les causes de la vegaria.*

3 ergo etiam † comprehendit causas pacium & treugarũ quæ habent coram Vicarijs tractari, & etiam sunt ciuiles, licet ex crimine descendant; vt supra *collat. 2. curiæ 2. Barcinonæ c. 44. Item cum in constitutione.* & ita videmus seruari, nisi forsitan ex causa perhorrescentiæ: vt supra *collat. proxi. c. ne ex beneficio. §. Et ne inde nascantur iniuria.* Et

4 nota, quod † hoc nomen causæ est generale, & comprehendit omnes causas tam ciuiles, quã criminales, vt notat *glosam l. causas. C. de transact.* & scripsi in *curia Regis Ferdinandi. c. ne ex beneficio.* super verbo, *personis miserabilibus.* ¶ Sequitur in tex. *sien tractades*, subaudi, & etiam terminatæ siue finitæ, quoad primam instantiam: secus est de

5 causa appellationis, quæ est † alia causa, & alia instantia: *extra. de utrum. calum. cap. 2. lib. 6.* Causæ enim † non debent trahi extra Prouinciam; vti

6 *3. q. 6. cap. vnaquæque.* & *cap. seq.* & infra *collat. 3. c. les causes.* Sequitur in textu, *esser observades plenament a la letra.* ideſt, ad vnguem, si in eo potest saluari ratio statuentis; & ita secundum mentem & communem intellectum; vt de *supellect. lega. l. Labeo.* & *ff. de legatis tertio. l. liberorum. §. quod cũ.* dummodo non trahatur ad extraneum sensum;

7 vt in *c. relatum. 37. dist.* & ibi notat *Gui.* quid sit extraneus † sensus. & dicam infra *collat. proxi. c.*

8 *penult.* in fine. Statutum, † priuilegium, aut constitutio non debent intelligi sic quod trahantur ad sensum indebitum, vel quod finis contrarius inducatur eius pro quo statutum est; *l. non omnis. ff. si ser. pet.* & *de legatis 1. l. legata*, secundum *Antonium de Butrio consil. 14.* Et † sic nota: constitutiones Cathaloniæ fore seruãdas plene & ad litteram; *ff. de legatis tertio. l. non aliter. extra. de priui-*

10 *legijs. c. porro.* vide ibi *Henricum Boeth.* Et dic † *a la lletra.* hoc est, Hebraice, & sine glosa Aurchana, sed ad bonum & rectum sensum, secundum verã mentem, reiectis absurditatibus, iuxta notata supra *collat. proxi. c. contra la pensa.* & adde sup. *collat. 8. in curia Regis Martini. Item quels Canceller.*

11 Item dic, † *a la lletra.* scilicet, reiectis varijs opinionibus Doctorum, propter quas sæpe ius confunditur: vt *C. de veteri iure enucle. l. 1. §. nullis iuvisperit.* Habes igitur, quod in statutis debem⁹ seruare litteralem & planum intellectum ad vn

12 guem, † si in eo possit seruari ratio motiua statuti. Sed si non possit saluari ratio, tunc secus. super quo vide latius *Baldum ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. §. nunc aliquid videamus de intellectu*

13 *statutorum.* vbi ponit, † quod duplex est intellectus, scilicet, litteralis. & ciuilis, vide ibi. Et nota, quod ratio est medium, per quod fit extensio. à pari enim ratione iniquitatis non fit extensio, sed à pari ratione æquitatis sic; & q̃ dicit, *plenament.* q̃ idem est quod plene, siue plenarie. Pro his faciunt quæ dixi supra *c. proxi.* super verbo, *ab veritat.* quia ex quo plene habet seruari, ergo non potest dispensari; quia, vt ibi dixi, dispensare est vulnerare; & non est plenum, quod est vulneratum: & ad idẽ facit quod dicit, *a la letra,*

14 quasi dicat, nõ per † æquipollens, sed plane ad litterã, nõ cauillãdo litterã, alias cõmittit in legẽ, qui verba legis amplectẽs cõtra ei⁹ nititur vo

Digitized by Google

luntatem: vt *extra. de reg. iuris. c. certum est.* ad idé infra *ead. c. al abus dels forasters.* in verbo, *a la letra.* & ibi dixi. vide etiam supra in *curia Gerundæ. Rubrica de interpreta. const. 6. Itē statuimus quod capitulum,* &c. *collat. 4.* Sequitur in textu, *Declaram, ordenam, & statuim.* Nota quod dicit, *declaram,* quia ex hoc videtur, quod huiusmodi extensio ad causas criminales iam erat de mente prædictarum constitutionum antiquarum: quia
15 nomine † causarum simpliciter intelligitur tã criminalis, quam ciuilis, vt notat *glos. in l. causas. C. de transact.* & scripsi latius infra *colla. proxi. c. les causes dels pubills.* super verbo *les causes.* Sed quia de facto vertebatur hoc in dubium, quia in dictis constitutionibus antiquis non exprimebatur de criminalibus, de quibus tamen eadem, imo maior inerat ratio: quia magis expedit Reipu-
16 blicæ quod † crimina puniantur in loco delicti: vt *ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos.* & *C. vbi de*
17 *cri. agi oportet.* per totum. & magis † interest nostra personas non extrahi extra locum captionis ibi enim debent inquiri de crimine vbi commissum est: quia ibi melius scitur veritas: *extra. de elec. c. postquam.* & arg. *extra. de præsump. c. quanto.* Sed forte nomine causæ simpliciter non venirẽt criminales. de quo vide per *Doct.* in vsat. *Omnes causa, sive bona, sive mala.* Ideo fuit necesse hoc ita declarari, & statui per hanc constitutionem quæ notabilis est, præsertim quo ad hoc quod hic dicitur de personis delatorum captis. adde quæ notantur *extra. de verb. sign. c. forus.* & quæ latius dixi supra *collat. 6. curiæ Montissoni. c. causa.* Sed
18 † (vt dixi) nomine causarum simpliciter etiam criminales intelliguntur, vt notatur in alleg. *cap. les causes.* scilicet, in materia fauorabili, secus in odiosa. Item dic *causa,* scilicet, per sententiam
19 non decisa, quia † causa executionis non est simpliciter causa: *extra. de verb. signifi. c. forus.* Sequitur in textu, *axi criminals com ciuils,* dic inter
20 quas † tamen est differentia in tempore instantiæ: quia criminales biennio clauduntur, vt *C. vt intra certum tempus cri. quæstio finiatur. l. fin.* ciuiles vero spatio triennij finiuntur, vt *l. properandum. C. de iudicijs.* de quo vide quæ dicam infra *ead. c. á remoure.* Item differunt in pluribus alijs quæ quilibet curiosus per se videre poterit, quia ea recolligere laboriosum esset potius quam subti-
21 le. Sed † quæro, an in causa criminali fiat condemnatio expensarum? Casus videtur quod sic, secũdum *Ioan. de Platea in l. Cricensium. C. de decurio. li.* 10. de quo per *Bar. in l. 1. ff. ad Turpill.* & adde quæ scripsi supra *coll. 6. c. quia quandoque contin-*
22 *git. §. caueant.* super verbo *resarcire.* Et † an iuretur de calumnia, vide *Hen. extr. de iur. calum. c. 1.* & adde notata per *Iaco. de Monte Isdaico* in vsat. *Omnes homines tam milites.* & quæ ibi notãtur per *Iac. Merquilles.* & ibi scripsi. Sequitur in tex. *axi que a instancia del procurador fiscal*: hic ergo habes
23 casum, quod † ad fisci instantiam non fiet causę euocatio, neo delatorum abductio extra propriã Baiuliã, vel Vicariã. ¶ Sed quid si dominus Rex vel Gubernator ex mero officio, & sine fisci vel alterius instãtia, sed tantũ motu proprio velint inquirere de crimine, & alias procedere in casibus, in quibus ex officio procedere possunt, nũquid tunc habebit locũ quod in hac constitutione dicitur, vt causa & persona delati nequeant extra Baiuliã vel Vicariam extrahi? Respõdeo,
24 forte non, quia est casus omissus. Sed † nõ video ꝙ consueuerint in aliquo procedere fisci vel alterius instantia, nisi in processibus regaliarũ, puta vsat. *Simili modo.* & vsat. *Auctoritate & rogatu.*
25 & similiũ, quæ † regaliæ etiã intelliguntur exceptę, quia non cõprehenduntur sub generalibus verbis constitu. nisi in eis caueatur expresse: vt infra *coll. proxi. c. les causes dels pubills,* &c. vide ibi. & quæ notantur per *Iac. de Calic. in tractatu de prerogatiua militari. §. attendentes. vers. nec obstat tex.* facit ꝙ notatur per *Hen. ext. de verb. sig. c. tua nos. §. aut quæris de secundo. vers. in primo casu dicit Gui.*
26 quoniã † in generali mandato cõtra clericos destinato non cõprehenduntur exẽpti: vt *extra. de priuil. c. quoniã.* ad idem nota per *Barthol. de Salic. C. de Episcopali audi. l. tã dementis.* vbi dicit, quod
27 à verbis generalibus † statutorũ intelligũtur excepti omnes illi qui à iure cõmuni reperiuntur excepti; nisi de illis in statuto caueatur expres-
28 se. Nota † ꝙ regaliæ semper intelliguntur exceptæ, nisi de eis caueatur expresse. vide infra *ead. c. per repos.* super verbo *en la audiẽcia del senyor Rey.* & melius per *Bartho. de Salic. C. de Episcopali audiẽ*
29 *tia. l. tam dementis.* Statutũ † enim generaliter disponens super decisionibus causarũ non comprehendit causas speciales pauperũ & aliarũ miserabiliũ personarũ. *C. de pœ. iudi. qui male iudic. l. 1.* & *l. si procuratorẽ. §. ignorantes. ff. man.* secundum *Ant. de Butr. consilio 46.* Imo Princeps non potest à se auferre hanc regaliã ad ipsum recurrẽdi per miserabiles & oppressos, nisi renunciauerit sedi regiæ: nota *Innoc.* & *Doct. extra. de censi. c. cum ven.* Est enim hoc proprium Principum. *in extra c. Regum 23. q. 5.* & quod propriũ est, separari non potest à subiecto, sine corruptione ipsius subiecti. Se quitur in tex. *ne dalgun altra,* subaudi, nisi in hoc fuerit priuilegiatus ex regalia: vt quia est pupil-
30 lus, vidua, vel alia miserabilis persona. quia † causæ taliũ miserabiliũ personarũ ex regalia & priuilegio speciali bene euocantur extra Baiuliã & Vicariã: vt *C. quando Imperator inter pupillũ & viduã.* & sup. *coll. proxi. c. ne ex beneficio.* vide & adde quę ibi scripsi. & infra *ead. c. les causes dels pubills.* vbi hodie est prouisum, ꝙ dictæ causæ miserabiliũ non extrahantur, nec euocentur extra Principatum Cathalonię. Item excipe casum perhorrescentię, vt præalleg. *c. ex beneficio. §. Et ne inde*
31 *nascantur iniuriæ.* Et † ex his nota, quod statutum disponens generaliter super decisionibus causarum non comprehendit causas speciales pauperum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum, vt *C. de pœ. iudi. l. 1.* & *l. si procuratorem.*

torem. §. *ignorantes. ff. mandati.* ſecundum *Antoniũ de Butrio. conſil.* 46. ¶ Sequitur in textu, *aliquas perſonas*, intellige, ſcilicet, priuatorum; ſecus eſt de
32 officialibus † in officio delinquentibus: de quibus Rex poteſt & conſueuit vbique cognoſcere, & perſonas eorum & cauſas criminales huiuſmodi ad ſe euocare, & trahere extra proprias Vicariam & Baiuliam, vt ſupra *collat. 4. curiæ Ilerdæ c. 13. Item ſtatuimus, volumus, & concedimus.* § *ſaluo & retento.* vide quæ dixi ibi, & ſupra *collat. 5. c. 17. Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis officialis noſter.* & prædicta etiam intellige tam de
33 officialibus iuriſdictionis, quã de alijs, vt † ſunt notarij, ſcriptores, fiſcales, & huiuſmodi in eorũ officijs delinquentes; quia cauſæ talium officialium proprie non dicuntur cauſæ Vicariæ, vel Baiuliæ. Vnde pro huiuſmodi declaratione quæ
34 ro, quæ † dicatur cauſa Baiuliæ, & quæ cauſa Vicariæ? Reſpondeo, Cauſa Baiuliæ eſt illa, quę iure ordinario habet tractari in curia Baiuli ciuitatis, villæ, caſtri, vel loci. vt quia reus cõuentus eſt de foro Baiuli, ratione domicilij, vel ratione
35 rei, de qua agitur: quia regulariter † actor ſequitur forum conuenti. *extra. de foro competenti. cap. ſit generale.* & 11. *q. 1. c. experientiæ.* cum ſuis concordantijs. Vel ratione rei, de qua agitur, ſortitur quis forum: vt *extra. de foro compet. c. ſane.* & *C. vbi in rem actio.* & in caſibus notatis *extra. eod. c. fin.* quos vide latius ſupra *collat. 2. in 2. curia Barci. c. 17. Item quod nulli homines dictorum Prælatorum.*
36 Nota, quod † vbi inferior iudex non poteſt facere iuſtitiam, propter potentiam litigatoris poteſt adiri ſuperior, vt notat *Iac. de Belluis in feud. tit. de milite va. qui contu. eſt.* ſuper verbo, *maiorem.*
37 Similiter † cauſa Vicariæ eſt illa, quæ corã Vicario, ſeu iudice curiæ Vicarij iure ordinario habet terminari: ſecus ſi ex delegatione forſan coram Vicario, vel Baiulo cauſa aliqua ducere-
38 tur. Sed nota, † quod Rex pro cauſa concernente ſuum intereſſe poteſt trahere ſubditos ad quã cumque partem Regni. vide *l. proxime. ff. de his quæ in teſtamento delentur.* & *Bald. de pace conſtantiæ.* in *verſ. & quæ omnia conſenſu non ſunt.* vt dixi ſup. in *curia Ferdinandi. cap. ne ex beneficio.* adde quæ ibi ſcripſi. Sed talis cauſa non eſt proprie cauſa Vi-
39 cariæ, ſed eſt † cauſa cõſiſtorialis: quia ipſe Prin-
40 ceps † eſt iudex in cauſa propria, vt notatur infra *collat. 11. ſuper verbo, E lla on ſien condenats.* vide *Baldum in l. ſi paterfamilias. ff. de hæredi. inſti.* Re-
41 gulariter † ergo per has conſtitutiones cauſæ Vicariarum vel Baiuliarum quoad primam inſtantiam non poſſunt euocari extra eaſdem. Fallit in cauſis pupillorum, viduarum, & aliarũ miſerabilium perſonarum, & ex cauſa perhorreſcentiæ per iura ſuperius allegata. Item in criminali, forſan quando Princeps Gubernator procederet ex mero officio, proprio motu, & nemine incitante, vt dixi: & adde quæ ſcripſi ſupra, *collat. proxima. c. volentes noſtros.* ſuper verbo, *ex officio.* Fallit etiam in cauſis appellationum, prout ſupra *collat. 2. curiæ 2. Barcinonæ cap. 2. Item quod cauſæ Vicariæ.* cum ſuis concordantijs, vide ibi. Item fallit, quia ratione publicæ vtilitatis euocat ad ſe Princeps cauſam; & poteſt iſta vtilitas eſſe, quia periculum erat propter potentiã litigantium, ſi ibi tractaretur, ſecundum *Bald. authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimine agi oportet.* Idem tenet *Lapus in ſuis quæſtionibus, q. 68.* Idem ratione ſcandali. Item fallit vbi eſt cauſæ magnitudo, vt notat *Ioan. And. in c. accuſatus. extra. de hæretic. lib. 6.* Hoc idem tenet *Gui. de Cugno* in dicta *auth. qua in Prouincia.* vide *gloſ.* & *Doct. in c. 1. de iuram. calum. in antiquis.* & *cap. maiores baptiſmo.* Itẽ fallit in cauſis officialium, ſed illę propriæ nõ ſunt Baiuliæ, nec Vicariæ, vt dixi. Item etiam fallit in cauſis patrimonialibus: vt infra *collat. proxi. c. les cauſes dels pubills*, &c. vide ibi. Item fallit in cauſis maioribus, vt ſunt cauſæ vniuerſitatum, Baronum, & huiuſmodi; *extra. de appel. c. vt debitus.* & *C. de dign. l. ſi grauius.* cum ſimilibus. & hoc notat *Ant. de Butrio extra. de iudic. c. 1. in 2. op.* in fin. Itẽ fallit in cauſis fiſcalibus. *C. vbi cauſa fiſcales.* per totum. Secus tamen in criminalibus iure iſto Ca-
42 thalonię per hanc conſtitutionem. Item † cognoſcit Princeps in hac Patria de cauſis decimarum in ſua curia, cum ſint profanæ, & patrimonij Regij, nec permittit pro his laicos trahi ad torũ Eccleſiæ; & ita vidi ſeruari ſæpius in Audientia Regia. adde notata in *Man. Iacobi Mar.* in vſatico, *Indicium*, ſuper verbo, *in curia.* vbi etiã ponit de exemptis in ciuilibus. Item fallit vbi agitur de viribus priuilegiorum, quia ad illũ pertinet interpretari priuilegium, qui illud conceſſit: vt *extra. de iudi. c. cum veniſſent.* quod intellige vt ibi notant *Innocentius, Henricus*, & alij Doctores mo-
43 derni. Sed numquid † contra officiales Regios in officio ſuo delinquentes poterit procedi per viam querelæ pacis & treugæ? Reſpondeo quod non; & de hoc eſt facta quædam pragmatica ſanctio Regis Martini data Valentiæ 11. Maij, an-
44 no Domini 1407. Sed † quid ſi tenendo officiũ tamquam priuati extra territoriũ ſui officij delinquant? Certe tunc poterunt querelari pro pace & treuga: & ita iam alias vidi ſeruatũ in Vicaria Barcinonæ: & credo quod bene, quia tunc vt priuatus, vel vt perſona priuata delinquit. Et idem crederem ſi, etiam in loco ſui territorij delinquat tenens officium, ſed extra formam officij & iuriſdictionis; vt puta, quia armatus, & ſine ſigno officij inſultauit, & occidit aliũ, vel de nocte intrauit domum, & deprædatus fuit. ¶ Sed quæro, † an ad petitionem delati poterit eius cauſa criminalis, quam habet cum ſuo fiſco, euocari? Et videtur quod ſic, ne quod fauore eius introductum eſt, &c. *C. de legibus. l. quod fauore.* cum ſimilibus. quia priuilegium non datur inuito; *ff. de regulis iuris. l. inuito.* & hæc ſeruantur de ſtylo curiæ. Contrarium tamen crẽdo de iuris rigore, quod non poſſit extrahi etiam de voluntate capti, niſi forſan ex aliqua cauſa ſpeciali miſera-

Digitized by Google

bilitatis,vel huiuſmodi, de quibus eſt præmiſſum:& hoc probat littera, dum dicit, *ne dalgun altre*,&c.ergo nec ad inſtantiam fiſci, neque delati,vel alterius.Ieẽ hoc quod hac conſtitutione cauetur, non eſt ſpeciale priuilegium alicuius ſingularis tãtum, ſed eſt priuilegiũ pro vtilitate totius Reipublicæ conceſsũ toti curiæ: hoc eſt tribus brachijs curiæ generalis;quia intereſt reipublicæ ibi crimina puniri, vbi commiſſa ſunt: *C.vbi de crimine agi oportet.l.*1.& *ff.de pœnis.l.capitalium.§.famoſos.*cum ſimilibus. Verumtamen curia domini Regis ſeruat contrarium de conſuetudine,quæ eſt optima legũ interpres: & ſic minime ſunt mutanda,&c.*ff. de legibus.l. minime.* & *l.ſi de interpretatione.* cũ ſimilibus. & forte poteſt eſſe ratio, quia de capto trahatur cauſa tamquã de miſerabili:quia nullus miſerabilior, quam is qui in carceribus captus detinetur: *l.ſi quis ad declinandum.l.ſin autem.C.de Epiſcopis & clericis.*vide per *gloſſam in l.iudices.C.de Epiſcopali audientia.* ¶ Sequitur in textu,*dins la qual auran comes lo de-*
46 *licte,e ſeran preſes.*Nota † hic caſum, quod ratione criminis,vel delicti commiſsi delinquens ſortitur forum in loco vbi deliquit: ſic ſupra *colla.* 2.*curia* 2.*Barcinona cap.*17. *Item quod nulli homines.* & *C.vbi de crimine agi oportet.l.*1. & *extra. de foro competenti.cap.vlt.*adde notata per *Ioan. And. in addi.Spec.tit.de compet.iudi.adi.* §.1.*verſ. quid ſi conuenitur.* ¶ Item nota quod littera dicit copulatiue,*e ſeran preſes.* Ex quo videtur, quod,ſi de-
47 linquens † fugit à loco delicti, & alibi capiatur,poſsit abſtrahi à loco captionis, & remitti ad locum delicti. Et ſic videtur, quod iure iſto habeat locum remiſsio criminoſorum in delictis.
48 Super quo dic,quod † dominus Rex non tenetur,nec conſueuit alijs remittere delinquentes, quia ipſe poteſt punire ratione generalis iuriſdictionis,& eſt communalis perſona,& iudex ordinarius omnium; & ideo appellatur ad ipſum omiſsis medijs, ſicut ad Papam æquitate canonica:alij vero inferiores tenentur remittere domino Regi,ſed non conſueuerunt: imo hodie nõ tenentur remittere,ſi capti fuerint in loco vbi deliquerint,vt hic, niſi in caſibus ſpecialibus,vt dixi. De hoc tamen dic etiam vt ſcripſi ſup. *collat.proxima,c.ſicut aduerſus.*§. *caueat autẽ Vicarius.*
49 Sed ad hoc vt † locum habeat remiſsio criminoſi,requiritur,quod ille,qui petit fieri remiſsionem,habeat legitimam poteſtatem hoc petendi, quia ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur,prius oportet conſtare de perſonis:*C.de procuratoribus. l.licet in initio.ff.de iure dotium.l.quidam.de muneribus & honoribus.l.reſcripto.*§.*ſi quis accuſator.*quia ſi legitimus non fuerit,non fatigetur accuſatus;vt *extra.de accuſat.cap.*1. Secundo requiritur, quod appareant litteræ publicę iudicis requirentis vt remittat:vt in *authentic. vt nulli iudicum.* §.*ſi vero quis comprehenſor.* vbi de hoc. Tertio requiritur, quod coram iudice requirente conſtet aliqualiter de crimine, non ſolum per dictum petentis remiſsionem fieri:argum. *ff.de publi. & vectigalib. l.interdum.*2.*Rubrica,*ibi,*& autem vxorem corrupiſſe.* Quarto, quod non fiat remiſsio de maiori ad minus,facit quod captus per ſonum. vel officialem Regium non habet remitti Capitaneis Sacramentalis; ſed ſecus eſt in Sacramentali iuxta formam capitulorum: ſed econtra de minori tribunali ad maius tribunal;in *auth. de appellat.* & *intra quæ tempora.*circa princip.& *ff.quibus ex cauſis in poſſeſſ.eatur.l.cognitionem.* & *ff.de appell.l.ad Principem.* Quinto & vltimo,quod ſit conſuetudo remittendi, ſicut eſt in villa Perpiniani cum illis de Narbona,& alijs locis circumuicinis linguæ Occitauæ,quia in his valet conſuetudo;*inſtit. de ſatis.*§.*vltimo.ff.de legibus. l.de quibus.* Cætera de
50 materia † huiuſmodi remiſsionis vide latius per *gloſ.Ioannem de Imola,*& alios *Doctores* modernos in *Clem.Paſtoralis.de re iudic.* ſuper verbo,*de more ſi quæras,qualiter & quando ſit fienda remiſsio.* vide in *c.Item quod nullus miles.* ſupra *collat.*2. *in* 2.*curia Barcinonæ.* & latius per *Ioan. de Anania in cap.ſuper eo.de raptoribus.* ¶ Item illud nota,quod
51 † Vicarius & alij officiales & homines domini Regis cum ſono emiſſo ſibi vendicant,vt malefactores,vbicumque capti fuerint,ſibi remittantur;immo &ipſi cũ ſono emiſſo & crimine fragrante poſſunt intrare per quæcumque loca quorumcumque Prælatorum,Baronũ, & aliorum de Principatu Cathaloniç, & capere, & ſecum ducere malefactores,iuxta practicam,de qua ſcripſi latiſsime in Summa Regaliæ ſoni emiſsi. videas ibi.Idem eſt etiam contra eiectos à pace & treuga iuxta pragmaticas Regis Martini ſuper his editas;quia Vicarius, iudex, & patronus clami pacis & treugæ poteſt requirere, & habere eiectos per eum ex illo proceſſu clami. De quo vide latiſsime *Iacobum de Calicio in ſuo Directorio*
52 *pacis & treugæ.* Sed † an hæc conſtitutio habeat locum in cauſis criminalibus ciuitatis Dertuſę, non obſtantibus conſuetudinibus ipſius ciuitatis? Dic quod ſic, quoniam hoc eſt regalia, cui nullatenus valent obſtare conſuetudines, neque priuilegia. vide in ſententia Geraldi de Palaciolo. Et hoc credo præſertim,quia ſyndici præ dictæ ciuitatis conſenſerunt huic conſtitutioni, quæ per totam Cathaloniam generaliter habet ſeruari.

¶ Sequitur in textu,*E totes,è qualſeuol lletres.*hic eſt ſecunda pars, in qua expreſſe dicitur, quod litteris, prouiſionibus, atque reſcriptis contra hanc conſtitutionem emanatis non pareatur impune.Et eſt ratio,quia huiuſmodi reſcripta ſunt ipſo iure nulla;prout ſupra *collatione tertia. capitulo octauo. Item ordinamus & ſtatuimus, quod aliqua charta.* & *capitulo decimoſexto eiuſdem collationis. Item ordinamus & ſtatuimus,quod priuilegia,* &c.cũ ſuis concordantijs. vide omnino,& adde quæ in
53 eis dixi.Eſt etiam alia ratio,quia † nec damnoſa fiſco,nec iuri contraria impetrari oportet; vt habetur 25.*quæſt.*2.*cap.nec damnoſa.*& *l.reſcripta,*

quæ

Digitized by Google

quæ habentur pro legibus. C. de precibus Imperatori offerendis. vide quæ in eis notantur per *Bal.* & *Doct.*

54 Nota † quod conſtitutiones & leges loquentes de cauſis euocandis debent intelligi de cauſis nondum ſententiatis: quia cauſa per ſententiam deciſa non dicitur ſimpliciter cauſa: imo proprie non eſt cauſa: vt *extra. de verb. ſigni. cap. forus.* vide *l. 1. C. ſententiam reſcin. non poſſe.* cũ *gloſ.* adde quæ ſcripſi ſuper conſtitutione Regis Ferdinã-

55 di *c. ne ex beneficio.* Vltimo † nota, quod incarcerati dicuntur pauperes & miſerabiles perſonæ: iuxta *l. iudices*, & ibi *gloſ.* ſuper verbo *alimonie. C. de Epiſcopali audientia.* adde quæ ſcripſi latius ſuper conſtitutione Regis Ferdinandi *cap. ne ex beneficio.*

De prorogatione curiæ generalis vel parlamenti. Capitulum V.

SVMMARIVM.

1 *Prorogari non poteſt vltra quadraginta dies curia cõnocata ad diem & locum deſtinatum; intra quos dominus Rex debet perſonaliter adeſſe loco & die aſſignatis: alioquin talis conuocatio eſt ipſo iure circumducta, & abſoluta. Sed quid ſi fuerit iuſte impeditus dominus Rex. num. 2. 15. & 18. & declaratur num. 16.*

3 *Curiam generalem vel parlamentum conuocare non poſſunt, niſi dominus Rex, vel ſui ſucceſſores: quia eſt de pracipuis regalys affixis oſsibus Principis. nu. 4.*

5 *Brachij curiarum contradicere poſſunt, dum fiunt conſtitutiones; ſed poſtquam facta fuerint & approbata communi conſenſu, nequaquam.*

6 *Contradicens conſtitutioni facta in curia generali incidit in pœnam vſatici,* Iudicium in curia datum.

7 *Rex pro libito voluntatis poteſt eligere locum pro celebranda curia generali, vel parlamento.*

8 *Prælati, Barones, homineſque ciuitatum & villarum Cathaloniæ vocati tenentur venire ad curias generales, ad parlamenta non, niſi voluntarie.*

9 *Curia generalis celebratur propter publicam vtilitatem totius Reipublicæ.*

10 *Parlamentum fit per Principem propter neceſsitatem vel vtilitatem domini Regis vel Reipublicæ.*

11 *Curia generalis & parlamentum differunt.*

12 *Conuocatio curiæ generalis vel parlamenti pro Cathalanis debet fieri infra Principatum Cathaloniæ. limitatur nu. 13.*

14 *Rex in curijs generalibus debet ſedere pro tribunali, & facere propoſitionem ſuam cum ſolemni prafatione.*

17 *Rex exiſtens extra locum aſsignatum poteſt prafigere & aſsignare diem & locum conuocationis, & ad eũ citare Prælatos, Barones, milites, & vniuerſitates ciuitatum & villarũ per ſuas litteras, etiam ſolus, & ſine curia.*

19 *Locus, vbi conuocantur curiæ, debet eſſe ducentorũ focorum, & non minus.*

1 AB *aqueſta preſent conſtitutio*, &c. Caſus. Facta conuocatione † curiæ generalis ſeu parlamenti ad diem & locum præfixos, non poteſt fieri prorogatio, ſiue ſemel, ſiue inter plures vices, vltra quadraginta dies, infra quos dominus Rex habet perſonaliter adeſſe loco & die aſsignatis, alioquin talis conuocatio eſt ipſo iure circumducta & abſoluta. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes; ſicut habet duo dicta: ſecunda,

2 ibi: *E ſi dintre aquells.* Sed † quid ſi fuerit iuſtę impeditus? Videtur poſſe prorogari: & ſunt iuſtę cauſæ impedimenti, de quibus notat *glo. in c. peruenit. 18. diſt.* ſuper verbo *neceſsitatibus.* vide etiam ibi *Gui. in Roſario.* Sequitur in text. *lo ſenyor Rey, o ſucceſſors ſeus*, ſubaudi, quia alius non poteſt cu-

3 riam † generalem vel parlamentum conuocare, niſi prout dixi ſupra *eod. c. 1.* ſcilicet, *in proœmio confirmatoria.* ibi ſuper verbo *habens à nobis plenariam poteſtatem*, quia hæc † eſt vna de præcipuis regalijs affixis oſsibus Principis: quia quod

4 Principi placuit, legis habet vigorem: vt *ff. de cõſti. prin. l. 1.* ſcilicet, cauſæ faciendæ legis, vt dicũt *glo.* & *Doct.* ibi, & in §. *ſed & quod Principi placuit. inſti. de iur. na. gen. & ciu.* quod limitatur de iure Cathaloniæ, per *c. Item ſtatuimus, volumus*, &c. *in curia domini Regis Petri Secundi.* quia habet interuenire approbatio & conſenſus brachiorum Eccleſiæ, militum, & vniuerſitatum, ad hoc vt ſit conſtitutio: concor. in *Got. lib. 2. tit. 1. c. de tempore quo debeant leges emendata valere. l. quoniam vetuſtas*, ibi, *atque fauente vniuerſali conſenſu audiẽtium*, &c. de hoc notatur per *Iacob. de Calicio in ſuo curiali. in*

5 *4. dubio prin.* Et † iſti, cum fiunt conſtitutiones in curijs generalibus, poſſunt cõtradicere: ſed poſtquam fuerint communi cõſenſu receptæ & probatæ, non poſſunt amplius contradicere, vel de ipſis iudicare: vt *diſt. 4. c. in iſtis.* & §. *leges.* vide quæ notat *Hu.* & *Gui.* in alleg. *c. in iſtis.* & in *Roſario 4. diſt.* §. *leges.* ſuper verbo *confirmantur.* Imo ſi

6 quis † contradixerit conſtitutioni factę in generali curia, incidit in vſat. *Iudicium in curia datum:* vide quæ ibi ſcripſi. adde notata in *c. cum ſecundum. curiæ Perpiniani colla. 6.* Item vide de iſtis regalijs 224. quas ſatis late enumerat *Iacob. de Calicio in ſua Margarita Fiſci. 8. dubio.* & *in ſuo Curiali 7. dubio vſque ad* §. *hæc ſunt ſingularia.* Sequitur in

7 text. *en alguna ciutat, vila, o lloch*, per hoc † patet, quod dominus Rex pro libito voluntatis poſſit eligere locum celebrationis curiæ generalis vel parlamenti: vt dixi ſupra *eod. cap. in nomine Domini.* ſuper verbo *in ciuitate Dertuſæ.* adde quæ

8 ibi notantur. Et † ſcias quod ſubditi, Prælati, Barones, homines ciuitatum ſeu villarum Cathaloniæ neceſſario tenentur venire vocati ad curias generales, non ad parlamenta, niſi voluntarie. Et † curia generalis tenetur propter ordina-

9 tionem bonam totius Reipublicę, & quod dominus Rex tornat grauamina ad debitum ſtatum.

10 Parlamentum † fit per Principem propter aliquam neceſsitatem vel vtilitatem domini Regis, vel Reipublicæ; & conuocat ſub certis cauſis non expreſsis, quod vult habere parlamentũ cum Prælatis, Baronibus, & hominibus ciuitatũ, & villarum Cathaloniæ, & rogat eos, & monet, & requi-

& requirit quod ad dictum parlamentum veniãt in tali ciuitate seu villa,& ei dent consilium,auxilium,& iuuamen;& quod mittant suos procuratores potestatem habentes ad dictum parla-
11 mentum;& inter † curiam generalem & parlamentum est differentia, quia curia celebratur de negotijs generaliter,sed parlamentum de factis certis singularibus Principi occurrentibus, secundum antiquos sapientes, & idem vides, & hoc habui *de libro de Miss. Balcebra.* vide tamen quæ scripsi supra *ead.c.*2. super verbo *ac pro bono statu Reipu.*& infra *ead.c.Item qua vn.*Sequitur in text. *del principat de Cathalunya*. Nota hic quod
12 conuocatio † curiæ generalis vel parlamenti Cathalanorum habet infra principatum Cathaloniæ fieri:vt hic,& in iuribus alleg.in prædicto *cap.in nomine Domini*, super verbo *in ciuitate Der-*
13 *tusæ*. Fallit † tamen quando conuocantur curiæ general.simæ ad omnia regna cismarina:sicut est facta in Montesono tempore Regis Petri III. vt supra *collat.6.curiæ Montissoni.in proœmio*: quia tunc consueuerunt conuocari in aliquo loco frõteriæ dictorum trium regnorum, & in confinio eorum,sicut est villa Montissoni, & castrum de Casp, vbi vacante Regno per obitum domini Regis Martini fuit factum parlamentum, & celebrata electio de illustrissimo domino Rege Ferdinando tunc infante Castellæ nepote dicti domini Martini: ex eius quadam sorore quondã filia dicti Regis Petri. Tu qui delectaris in istis genealogijs & chronicis, quære in gestis repositis in archiuis Barcinonæ, & generalis Depu-
14 tationis.Item nota. † quod dominus Rex in curijs debet pro tribunali sedere, & facere propositionem suam cum solemni præfatione, de quo dic latius per *Iacob. de Calicio in Exgranatorio curiarum. 7. dubio. §. venio ad secundam partem*. Sed
15 quid si propter infirmitatem,vel aliam ineuitabilem,vel vrgentem necessitatem interesse non posset personaliter: tunc forte secus,quod talis necessitas legem non habet.& hoc crederem verius de rigore iuris;sed forte curia sentit contrarium,quasi Rex non possit nisi quatenus expresse concessum reperitur. Sed verius, quod casus omissi sunt in dispositione iuris & facultate Principis, qui habet plenitudinem potestatis, nisi quatenus reperiatur â iure vel constitutione prohibitum,vel restrictum, vos tamen cogitabitis,dum casus occurrerint. vide quæ dixi supra
16 *ead.c.*1.circa fin.Sed † an hęc constitutio habeat locũ in prorogatione loci,siue mutatione? Quidam quod sic.Credo contra,& meę opinionis fuerunt plures: quia *tex.* solum loquitur de conuocatione. vide in processu curiæ vota data die quarta Augusti anno 1460. Sequitur in text. *no seran personalment en la ciutat*,&c.Nota ergo,quod
17 dominus † Rex existens extra locum assignatũ potest diem & locum conuocationis præfigere & assignare,& ad eum citare Prælatos,Barones, milites, & vniuersitates ciuitatum & villarum regiarum per suas litteras,etiam solus,& sine curia.quod dic latius per *Iacob.de Calic. in eius Exgranatorio curiarum in 7.dubio in 1. q.* & adde quæ
18 scripsi supra *ead.c.*1. circa fin. Et † potest conuocationem,diem & locum prorogare per quadraginta dies,& non vltra.Sed oportet quod infra ipsos quadraginta dies prorogationis veniat dominus Rex personaliter ad dictum locum assignatum. Alioquin ipso non veniente per lapsum ipsorum quadraginta dierum,ipso facto absoluta est curia vel parlamentum. Ita quod esset
19 opus noua conuocatione & citatione, sed † in omni casu est necesse quod locus vbi conuocantur vel celebrantur curiæ,sit ducentorum fochorum,& non minus,vt sequitur in *cap.*proximo.

Vbi sit curia generalis celebranda. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Curia & parlamentum conuocari non potest nisi in loco,qui fuerit ad minus ducentorũ fochorum. declaratur num.*2.
3 *Aemanda iterum ste res propter diminutionem æstimi olim facti.*
4 *Constitutiones quomodo sint intelligendæ ad litteram, declaratur.*
5 *Constitutiones generales Cathaloniæ ligant Maioricenses & Iuissenses.*
6 *Vnionis materia.remissiue.*

Tatuimus & ordenam,&c. Clara est hæc constitutio,& non eget summa; est enim continuatiua ad supra proxima: quia declarat qualitatem loci,quasi dicat:non † enim in omni loco Cathalonię poterunt curia & parlamentum cõuocari,& celebrari, nisi fuerit adminus ducento-
2 rum fochorum.Sed † dubitatur qualiter intelligentur ducenti fochi:an intelligentur pro numero domorum & habitantium,an pro numero taxato in generali numeratione facta de fochis totius principatus Cathaloniæ: & hoc vltimum credo verius, quia dixit *doscents fochs*, & non dixit *doscents casats*,est etiam ratio,quia de dicto numero taxato iam est certum,& lex debet esse certa 4.*dist.c.erit autem lex*.Sed forte æquius videretur intelligendum de Casatis realiter habitatis, quia causa huius constitutionis fuit,vt citati,qui ad huiusmodi curiam vel parlamentum vocantur,reperiant habitationes & hospitia,& alia victui necessaria:quid enim si locus taxatus ad ducentos fochos sit tempore conuocationis diminutus & de populatus; ita vt vix ibi reperiantur tunc temporis habitare decem.Certe absurdum videretur ibi tot Prælatos,Barones, milites, & alios citatos cum penuria detineri:& hoc magis videtur de mente & ratione & legis & constitutionis huius,quæ potius attendenda videtur iuxta notata per me supra *colla.*8. *curiæ domini Regis Martini c.Item quels Cancel.*super verbo *equitat & bona raho.*& supra *colla.9.curiæ domini Ferdinãdi c.contra la persa.*cum similibus.De rigore litterę plane,& ad litteram intellectæ,procedit prima opinio:argum.supra *ead. c.volents*, ibi,*plana-*

ment

ment a la letra. Sed propter abſurditatem vitandam de æquitate & bona ratione magis procedit ſecunda opinio: pro qua faciunt *c. Item quels Cancell.* & *c. contra la penſa*, & quæ ibi notantur: & hãc vltimam credo ſecurius tenendam, donec aliter fuerit declaratum, quoniam propter diminutio-
3 nem † extimi iam olim diu eſt facti debet reextimatio fieri. vt *C. de cenſibus, & cenſitoribus. l. omne territorium. lib.* 11. Et quod dicitur, conſtitutio-
4 nes † debere intelligi *plenerament a la letra*, ideſt, ad plenum & rectum ſenſum littere plane, & ſano ſenſu rationabiliter intellectæ. Sed an conſti-
5 tutiones † generales Cathaloniæ ligent Maioricenſes & habitatores Inſularum Minoricarum, & Iuſſæ? Dic quod ſic, propter vnionem. de qua habemus ſupra *colla. 3. curia Monteſſoni Regis Alfonſi 11. c. 33. Item ordinamus, quod vllo tempore Regnum & Inſulæ.* facit *c. Item ad ſupplicationem curiæ Regis Iacob. 11. in 1. curia Barcino. colla. 4.* Ita quod etiam nati in Cathalonia regunt & rexerunt aliquando Gubernationem, & eius aſſeſſoriam in dicto Regno & Inſulis propter vnionem, & quia originem traxerunt à Cathalonia, & etiam eadẽ
6 lingua coutuntur cum Cathalanis. & de † natura vnionis dixi in *c. poſtremo curia Derruſe.* vide *glo. in c. 1. ne ſede vacante.* & *l. 2. C. communia de lega.* & *l. vnica. C. de rei vxoriæ actione.* & *16. q. 1. c. & tẽporis qualitas.* & ibi *glo.*

De audientia poſt receſſum per decem dies celebranda. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Audiẽtia Principis per decem dies poſt receſſum poteſt celebrari. declaratur nu. 2. 4. 7. 9. & 10.*
3 *Audientia Regia materia. remiſſiue.*
5 *Delegati exeuntis extra prouinciam iuriſdictio non expirat, ſi ex cauſa exeat de proximo reuerſurus.*
6 *Legatio per egreſſum finitur.*
8 *Cancellarius, Vicecãcellarius, & Regens Cancellariam poſſunt celebrare audientiam nomine, & in perſonã domini Regis, non in perſonam propriam.*
11 *Cauſa criminales non poſſunt in ciuitate Barcinona expediri per Vicecancellarium ſine præſentia Regis ex priuilegio conceſſo dicta ciuitati. limitatur n. 12.*
13 *Audientia per vicesgerentem gubernatoris celebrari non poteſt; quamdiu Rex ſeu eius primogenitus fuerint in eodem loco.*
14 *Maior vbi præſidet ceſſat minor. limitatur nu. 15.*
16 *Princeps apponendo manum ad cauſam, videtur aliis prohibere.*
17 *De audientia forma. remiſſiue.*

1 ORdenam & inſtitutum, &c. Per hanc conſtitutionem hodie clarum habemus, quod † primogenti audientia poſt receſſum habet decem dies, quia alias non reperiebatur ſcriptum. Et
2 nota, † quod dicit expreſſe de Primogenito, & non dicit de alio generali Gubernatore, vt videretur ſecus cauſa accedendi ad alium locum extra Vicariam exeunte per decem dies tantum poſt exitum poteſt eius audientia remanere pro expediendo negotia prius incepta: ſed non poterunt eo tunc aliquã de nouo inchoari, niſi dominus Rex, ſeu Primogenitus interim rediret ad Vicariam, vnde exierat. Hoc primo. Secundo, ibi, *ajuſtant*, dicitur quod in nulla ciuitate, vel loco poſsit audientia celebrari, donec dominus Rex ſeu Primogenitus intrauerit terminos illius ciuitatis vel loci: quodque cauſæ infra decem dies egreſſus inceptæ, non poſsint ibi eo recedente continuari. Tertio, ibi, *prouehint & inhibint*, prouidetur, quod vbi celebrabitur Audiẽtia Regię, non teneatur per Primogenitum, Gubernatorem, vel eius vicesgerentem ibidem Audiẽtia.
3 Hoc dicit in longo. De † materia Audientiæ Regia vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 8. cap. Item quels Cancell. & ſe.* & infra *ead. c. tollẽts lo abus.* & melius infra *ead. c. per donar orde.* vide ibi, & quod dixit de Primogenito, idem dic de quocumq. alio Generali Locumtenente ipſius domini Regis, vt vidi de hac domina Regina Locumtenente, & poſt eam de domino Galcerando de Requeſens milite, qui fuit Locumtenens domini Regis poſtquã domina Regina iuit in Caſtellam. vide quæ dixi ſupra in curia Dertuſæ *cap. vlterius*. Sequitur in
4 tex. ibi, *per anar a altre ciutat*. Nota † quia ſecus, ſi cauſa venandi vel delectandi de proximo re-
5 uerſurus, ſicut dicimus in † legato exeunte extra Prouinciam ſibi decretam: quia non expirat iuriſdictio ſi extra exeat de proximo reuerſurus: vt *ff. de dinor. l. dinortiũ.* hęc lex canonizata in Decretis. *de pœ. diſt. 1. c. dinortium.* & notat *Goff. in Sũma tit. de offic. le.* §. *Item* † *finitur legatio per egreſſum.* vide ibi, & per *Doct. extra. de offic. le. c. nonit.* & *c. vlt.* & *in Spe. tit. de le.* §. *ſupereſt. verſ. Sed quid ſi ſecundus egreditur*, loquitur ergo præſens conſtitutio quando vadit ad alium locum cauſa trãſferendi curiam, & hoc ſequitur, ibi, *è fer aqui reſidencia ab ſa Cort*, Barcinonæ tamen prætendunt, quod ſi Rex ſine cauſa venandi aut alia quacumque receſſerit à ciuitate quod Audientia non teneatur niſi per decem dies. Sed hæc conſtitutio
7 eſt in contrarium. Nam † ſi Rex cauſa ſolatij exit à Vicaria, credens etiam poſt triduum redire, certe in Audientia fient nouę cauſarum euocationes, quod non fieret, ſi cauſa transferendi ſecum curia ad aliam ciuitatem vel Vicariam accederet; & hanc teneas de iure, & ratione, quidquid ſeruetur de facto in Barcinona: forte habent ex priuilegio q̃ ſeruetur iuxta ſui ſeriem & tenorẽ. Sequitur in text. *ſe puſque celebrar Audientia per*
8 *ſon Cancell.* & c. Nota † hic expreſſum, quod Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Cancellariam poſſunt celebrare Audientiam nomine, & in perſonam domini Regis. Nota in perſonam domini Regis, quia Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens nil poſſunt facere in perſonam propriam: ſed omnia quęcumque faciunt concipiuntur in perſonam domini Regis etiam per decem dies computandos, à die qua ipſe dominus Rex animo ſo, & curiam alibi transferendi exierit, & egreſſus fuerit terminum Vicariæ, vbi

prius

Digitized by Google

prius cum curia residebat,& hoc ita obseruabatur de consuetudine curiæ: imo erat *c. curia Regis Fitri.* quod incipit: *Item cum post recessum domini Regis,*& vidi executoriam ipsius Regis datam Barcinonæ 13. Martij anno à Natiuitate Domini 1369. regnique sui 23. Sed quia quandoq. abutebatur: imo necessarium fuit ita statui,& addi. & de officio;& iuramento, ac electione Cancellarij, Vicecancellarij,& Regentis Cancellariam, vide supra *colla.8.c. Item semper quels Cancel.* & *c. sequen.*& supra ista *colla.c. primerament*. Sequitur
9 in textu, *c no pus auant*. Nota † ergo quod vltra dictos decem dies non poterit in loco recessus teneri audientia; quod si fieret, non valeret, per ea, quæ dixi supra *cad.c. primerament.* super verbo *è no a altre*, hoc idem fuit olim ordinatum per Regem Petrum Tertium. Sequitur in text. *per con-*
10 *tinuar*,&c. hic † habes expressam causam quare etiam per decem dies post recessum domini Regis, seu eius Primogeniti remanet audientia in loco recessus, scilicet, pro continuando & expediendo, iam prius cœpta negotia; sed non debēt ibidem aliqua de nouo initiari. hoc additur per
11 hanc constitutionem. Sed † Barcinonæ debent habere priuilegium Regis Petri Tertij, quod causæ criminales non possint per Vicarium expediri sine præsentia Regis, licet aliquando post hanc constitutionem in contrarium fuerit vsitatum: tamen Rex Petrus de mēse Maij pro obseruantia dicti priuilegij redijt Barcinonam, & fecit concremari Ioannem de Libera, & fratrem Bartholomęum Polo Eremitam, tamquam sodomitas, die 28. dicti mensis Maij anno à Natiuitate domini 1465.

Additio Magnifici Francisci Franc.

Priuilegium autem Barcinonæ continet, quod cum in ciuitate Barcinonæ processus iudicentur in criminalibus, & quandoque fuit per dominū Regem derogatum dictæ ciuitati, quoniam existente personaliter domino Rege in ciuitate Barcinonæ, quandoque derogauerit dictæ ciuitati, mandat, quod existente personaliter domino Rege, vel Primogenito in ciuitate Barcinonæ, per eos iudicentur criminosi; & non fiat commissio alicui, vel ipsis domino Rege & Primogenito impeditis, per Cancellarium aut Vicecancellarium, & fuit datum Barcinonæ 21. Maij 1380. per Regem Petrum Tertium; & sic prætendit dicta ciuitas, quod cum in ipsa ciuitate iudicent proceres in criminalibus, & huic priuilegio non fuit derogatum nisi personaliter, existente domino Rege, vel Primogenito in Barcinona, quod abeunte domino Rege à Barcinona, solum pro-
12 ceres iudicare possunt.] Nisi † infra eosdem decem dies dominus Rex; vel Primogenitus forsan mutato proposito. aut pro libito voluntatis redierit. Sed licet in tali regressu possint ibi aliqua de nouo initiari, non tamen ipsa nouiter incœpta ibi poterunt continuari: vt hic in textu dicitur, quod est verum, nisi quando mutato proposito fuerint reuersi animo ibidē per amplius cum tota curia residendi; quia tunc nec diuertisse videtur. *de pœ. dist. 1. c. diuortium.* quidam dicūt, quod etiam post reuersionem habebit audientia alios decem dies: quod non credo de iure, quidquid de facto seruetur. Sequitur in tex. *prouehint*
13 *& inhibint*,&c. Hic est tertia pars, in qua † prohibetur audientiam per vicegerentem Gubernatoris celebrari, quamdiu dominus Rex, seu Primogenitus fuerit in eodem loco: imo & etiam prohibetur per Primogenitum ibi audientia teneri, vbi,& quamdiu Rex affuerit in eodem loco: & ita prohibetur simul,& semel in eodem loco plures audientias celebrari: quod nota. Et ita Principe veniente cessat magistratus, præsertim in insigniali & reuerentia; secus contentiosa iurisdictione. de quo per *glos.*& *Doct. in c. antiqua. de priuil.*& *C. de dona. l. hac sacratissima.* & hoc nisi vbi alias per constitutionem est prouisum: vt in
14 *curia Cerdaniæ c. præterea.* Item nota. † quod vbi præsidet maior, cessat minor: quia aduenientē præside cessat magistratus: vt hic,& supra in *curia Dertusæ, cap. vlterius statuimus.* vide & adde quæ ibi dixi. ad idem *extra. de priuil. cap. antiqua.*
15 vbi etiam nota. Fallit † in ordinarijs: quia Vicarij, Baiuli,& alij ordinarij nō cessant, nisi quatenus fuerit eis inhibitum, vel causę fuerint euo-
16 catæ; quia † Princeps opponendo manum ad causam videtur alijs prohibere, secundum *Innocentium extra. de consti. c. cum M.*& *Bal. in fen. de pace iuramento firm. §. ad hoc.* in fi. & in *c. vt nostrum.*
17 *extra. de app.* Et † de forma audientiæ, vide infra *ead. c. per donar orde.*

Qualiter firmetur extra curiam pro pace & treuga.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Citati extra Vicariam ad audientiam Principis. pro pace & treuga possunt more solito comparere in Vicaria, in qua dicetur crimen fuisse commissum,* cætera vide in littera. *ratio traditur num. 2. limitatur num. 15.*
3 *Proœmium est loco causæ fiscalis.*
4 *Lex cessat cessante eius causa.*
5 *Difficultatibus est occurrendum.*
6 *Difficultas est necessitas excusans à periurio, sed non à pœna conuentionali.*
7 *Difficultas dandi, soluendi, aut faciendi an excuset quē ab obligatione, traditur sub distinctione.*
8 *Difficultas ad incommodum spectat promissoris regulariter.*
9 *Difficultatis ratione admittitur, quod alias prohibetur.*
10 *Cum difficultate quæ fiunt, non videntur fieri posse.*
11 *Difficile quandoque capitur pro impossibili, & è conuerso, quandoque pro non, nunquam, & vix.*
12 *Firma iuris dicitur firma directi.*
13 *Firma iuris fit cum pignoribus tenentibus.*
14 *Melius est in tempore occurrere, quam post vulneratā causam remedium adhibere.*
16 *Processus querelæ pacium & treugarum fieri potest instante*

Digitized by Google

inſtante procuratore fiſcali.

17 *Fiſcus poteſt conqueri pro pacibus violatis in caſibus ſibi permiſſis. etiam in Audientia Regia. declaratur nu.18.*

19 *Fiſcus ſemper eſt ſoluendo.*

20 *Fiſcus regulariter non poteſt dare querelam pacis & trenge, niſi in caſibus ſpecialibus.*

21 *Vicarius Barcinone ſi citat querelatum pro crimine commiſſo in Vallenſi, talis citatus debet comparere in ciuitate Barcinone, & non in curia Subuicarij Vallenſis.*

22 *Cauſe ex regalia & prærogatiua ſpeciali euocari poſſunt ad Audientiam Regiam.*

23 *Pauperes non ſoluunt ſalaria iudicibus, notarijs, aduocatis, & procuratoribus.*

24 *Gubernator de conſuetudine ſe intromittit de cauſis officialium & oppreſſorum.*

25 *Regalias Regias alius non exercet, niſi Locumtenens Generalis cum ſpecialj mandato.*

26 *Querela pacis offerri poteſt in Regia Audientia ex cauſa perhorreſcentiæ, dummodo non diſtet vltra dietam. declaratur nu.29. & 30.*

27 *Mens legis eſt potius attendenda.*

28 *Periculi vitatio querelatori conceſſa non debet inferre præiudicium querelato.*

31 Puxa *verbum facultatis & non neceſſitatis eſt.*

32 *Pignora tenentia quare dicantur, remiſſiue.*

33 *Proceſſus pacis & trenge regulariter fit per Vicarios Regios.*

34 *Territorium & iuriſdictio pro eodem ſumuntur, ſed ſecus in ciuitate Barcinone nu.35.*

36 *Querela pacis regulariter non datur niſi pro damnis deſcendentibus ex delicto vel quaſi. Nec datur pro debito ciuili. num.37. & quid ſi fuerit delictum, pro quo detur actio legis Aquiliæ, nu.39.*

38 *Malefacta omnia per trengam ſunt damni.*

40 *Damnum patitur, qui amittit commodum, quod habebat.*

41 *Damnorum nomine aliquando comprehenduntur, quæ fiunt cum violentia.*

42 *Lucra non capere, & damna ſentire, non eſt par ratio.*

43 *Damnum non patitur qui excluditur à lucro ſecundũ vulgarem modum dicendi.*

44 *Damna qualiter probentur.*

45 *Res in tantum valet, in quantum vendi conſueuit.*

46 *Reditus æſtimãtur in quantum conſueuerunt locari, itẽ ex quantitate fructuum.*

47 *Probatio indirecta, quæ fit per coniecturas, per tot teſtes debet fieri, per quot debet fieri directa probatio.*

48 *Dolus vel caſus fortuitus eſt probandus.*

49 *Condemnatio non ſequitur regulariter ex præſumptionibus, niſi in re obſcura.*

50 *Incendium raro fit ſine culpa.*

51 *Vicarius recipiens comparitionem querelati non debet curare, an comparitio bene ſit facta nec ne; ſed ſolum debet recipere comparitionem cum firmis & pignoribus & alijs actibus inde neceſſarijs. declaratur num.52. & 53. & an poterit comparentem querelatum capere, num. 54. & quid ſi querelatus fuerit contumax, an purgatio talis contumacia recipi poſſit per Vicarium. num.55.*

56 *Purgatio contumaciæ eſt actus neceſſarius ad comparitionem rei admittendam vel non.*

57 *Iure non ſubueniunt illi, qui nimium ſe arctauit.*

58 *Pignora an ſint danda ad manulentam per officialem in cauſa pacis. & an fideiuſſores dati ad manulentã ſuo in caſu ſint exequendi ſumptibus officialis, num. 61. & an fideiuſſores iſti obligari poſſint in perſona, num.62. & talis obligatio an valeat, num.64. & an officialis teneatur de ſuo, ſi admiſit fideiuſſores non idoneos, num.67.*

59 *Fideiuſſor vt ſit idoneus, quæ requirantur.*

60 *Componens ſe de crimine pro confeſſo habetur.*

63 *Querelatus in cauſa pacis ſi non habet in ære, luit in corpore.*

65 *Stylus curiæ per conſtitutiones Cathaloniæ ſeruari debet.*

66 *Cauſa pacis poſt comparitionem querelati eſt ciuilis. & num.70.*

68 *Acta comparitionis reportanda ſunt per querelatum in cauſa pacis ſuis expenſis. & terminum pro dictis actis reportandis aſſignabit Vicarius. nu.69.*

71 Secure *aduerbij ſignificatio.*

72 *Comparentis in facultate eſt remanere captus, vel firmare de iure cum pignoribus. limitatur num.77. & 78.*

73 *Iudicibus imputatur, ſi ſufficientem non recipiunt cautionem. & refertur ad litteram pragmaticæ Regiæ.*

74 *A carcere qui ſemel fugit non debet dari ad manulentam.*

75 *Manulenta finitur biennio.*

76 *Oppreſsio eſt indebite detinere captum in carcere.*

79 *Scelus graue quid.*

80 *Vicarius ſine conſilio iudicis an poſſit quem dare manulentæ, & datum requirere.*

81 *Miſerabiles perſonæ querelati electionem habent, an velint comparere in Audientia vel coram Vicario. & quid ſi querelatus non fuerit miſerabilis perſona. nu.82. declaratur nu.83.*

84 *Intimare eſt nuntiare, narrare & manifeſtare.*

85 *Intimatio plenius fit in ſcriptis. & ſcripta iſta cuius curiæ erunt. nu.86.*

87 *Curiæ nomine per antonomaſiam intelligitur curia Principis.*

88 *Non refert, quid ex æquipollentibus fiat.*

89 *Citatio an debeat eſſe perſonalis, vel ſufficiat ad domum.*

90 *Inſtantia finitur biennio.*

91 *Captus in cauſa pacis regulariter non detinetur vltra biduum. fallit vt hic. declaratur nu.92.*

93 *Comparentes in cauſa pacis dari poſſunt ad cautionem ſufficientem.*

94 *Cautionis materia, remiſſiue.*

95 *Querelatus ſi poteſt certificari abſque ſcriptis, littera non eſt neceſſaria.*

96 *Denuntiatio vbi ſit ad quid prohibendum vel inuingendum, debet fieri ei, qui certus eſt; ſecus ſi fieret tantum ad certificandum.*

97 *Proteſtationis ſeu denuntiationis pro enictione ſeruanda materia, remiſſiue.*

Conſti-

Digitized by Google

98 *Conſtitutiones pacis & treuga quæ.*

99 *Practica eſt verus intellectus legis & conſtitutionis. declaratur nu.* 100.

101 *Practica, ſtylus, & conſuetudo, requiritur quod ſit rationabilis.*

102 *Stylus curiarum ad unguem ſeruandus eſt, quamuis lex ſit in contrarium.*

OCcurrents a la difficultat de fermar, & perill, &c Iſta conſtitutio eſt peroptima, & notabilis, & vna de illis quæ non poſſunt commode ſub breui ſermone ſummari. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam ſequẽtem. vt citati extra
1 Vicariã ad audientiã Principis pro pace & treuga poſsint more ſolito comparere in Vicaria, in qua dicetur crimẽ fuiſſe cõmiſſum. Hoc dicit. Et diuiditur in partes quatuor. In prima facit, ꝙ in rubrica dicitur. In ſecunda parte, ibi, *E apres tal proces*, dicitur, ꝙ proceſſus & acta cõparitionis coram Vicario factæ remittantur & tranſmittantur audientiæ Principis citantis: in qua audiẽtia poterit querelatus per ſe, vel procuratorẽ defendere cauſam ſuã. In tertia parte, ibi, *A la audiencia*, dicitur, ꝙ ſi querelatus voluerit ire perſonaliter ad audientiã pro defendendo ſe, & cauſam ſuam, tunc Vicarius teneatur ſecure remittere & trãſmittere perſonã ipſius querelati ad ipſam audiẽtiã. In tertia parte, ibi, *Aço prouehit*, prouidetur in caſu quo querelatus fuerit pauper, vel miſerabilis perſona, & voluerit potius in audiẽtia cõparere: quia tũc debet id per litteras curiæ intimari querelatori, quatenus infra quindecim dies poſt intimationẽ proxime ſequentes cõpareat in audiẽtia proſecuturus cauſam ipſam: interim tamen querelatus in perſona detinebitur in carcere, vel arreſto, iuxta qualitatẽ criminis in querela deducti. Et ex inde cauſa ipſa ſuo Marte procedet iuxta conſtitutionẽ pacũ & treugarũ, & practicas earundẽ. Et hoc ſit etiã pro caſu in ſumma, & in longo huius conſtitutionis. Sequitur expoſitio litteræ, *Occurrents a la dificultat*. Nota
2 cauſam † huius conſtitutionis, quę eſt difficultas, &c. & per hoc dico, ꝙ ſi ceſſet difficultas huiuſmodi, nõ habebit locũ huiuſmodi conſtitutio, puta, quia data querela pacis coram Vicario Barcin. & Vallen. & dñs Rex, ſeu eius audiẽtia eſt in ciuitate vel Vicaria; & ſic euocatio, vel eſt data coram dño Rege pro crimine cõmiſſo in ciuitate vel Vicaria; & ſic ceſſat difficultas cõparendi, tunc non haberet locũ hæc cõſtitutio, quia hoc proœmiũ † eſt loco cauſæ finalis; vt *l.* 1. in verbo, *nefas eſſe nulla facta præfatione. ff. de orl. iuris.* vide *Bar. in*
4 *l.* 1. *ff. ad Macedo.* & ita † ceſſante cauſa legis ceſſat & lex. adde quæ ſcripſi infra *ead. c. a remoure.* circa prin. Itẽ † nota difficultatibus fore occurrendũ: vt *hic* & ſupra *curiæ Perpiniani c. ad obuiandum difficultati.* vide ibi concor. Itẽ nota, ꝙ difficultas
6 & † neceſsitas excuſant à periurio, ſed nõ à pœna cõuentionali. *extra. de iureiur. c. breui. in 1. glo.*
7 ¶ Sed † vtrũ difficultas dandi, vel ſoluẽdi, aut faciẽdi excuſat quẽ ab obligatione? Dic quia aut cõcernit ipſam rem, aut perſonã præſtãtis. Si cõcernat ipſam rẽ non liberat ab obligatione, vt ſi promiſi ſtycũ, & non poſsim habere: vt *l. ſi vehẽdo. §. idẽ iur. ff. ad leges Rom. de lac. & de verb. ob. l. cõtinuus. §. cũ illud.* & *§. ſi quis.* Aut difficultas magis perſonã concernit, & tunc aut impeditur per caſum, & tunc excuſetur: vt ſi promiſi ire Romã, & fui impeditus propter tẽpeſtatẽ, vt dicta *l. continuus. §. cũ ita.* & ſic poteſt intelligi dict⁹ *§. idẽ iur.* Si vero fui impeditus per factũ tertij, & tũc ſubdiſtingue: quia aut impedimentũ fit per perſonã publicã, aut priuatã. Si per publicã, dic, aut non interuenit culpa mea, & tunc excuſor; vt ſi promiſi portare merces ad aliquẽ locũ, & fui per curiã detentus. vt probatur in dicto *§. idẽ iur.* & ſupra *coll. proxi. curia dni Ferdin. c. ſicut aduerſus.* vide quæ ibi notãtur. Si autẽ propter culpã meam fui detentus, & tunc aut iſta culpa præceſsit obligationẽ, & tunc excuſor, ſi ex delicto præcedẽti, vt *ff. de caſto. re. l.* 2. *§. qui exhibẽdi.* & in prælleg. *c. Sicut aduerſus.* Si autẽ mea culpa interuenit poſt obligationẽ, tunc nõ excuſor, nec ſum liberatus: vt *ff. ſi quis cancel. l.* 2. *§. fi. verſ. nam ſi ipſe.* & dicto *c. ſicut aduerſus.* pro hoc *C. de nau. fœno. l.* 2. Si autẽ fuit impeditus facto priuatæ perſonæ, tunc aut contra illũ priuatũ impedientẽ potui habere recurſum, & non excuſor: vt *§. fin.* in fi. dictæ *l.* 2. *ſi quis cancel.* ſed ſi non potui habere recurſum, tunc excuſor, vt *ff. de eo per quẽ factũ erit. l. ſi. §.* 1. ¶ Vl-
8 terius † nota, quod difficultas ad incommodum ſpectat promiſſoris regulariter, & ſic non impedit, nec vitiat obligationem, nec excuſat à mora. *ff. de arbi. l. Celſus. ff. ſi cert. pet. l. quod te.* & *de reg.*
9 *iur. c. peccatũ. lib.* 6. 4. *q.* 5. *c. quiſquis.* Sed † difficultatis ratione admittitur, quod alias prohibetur, vt hic, & notatur *extra. de ec. adi. c. ad audientiam.* & ibi concor. & *de iur. patro. c. ſi vero.* & *de conſue. di.* 1. *c. ſi quis.* & *c. tribus.* adde notata *extra. de præ-*
10 *ben. c. ſi beneficia. lib.* 6. ¶ Item nota, † quod quę cũ difficultate fiunt, non videntur fieri poſſe: *ff. de tranſact. l. cum ij. §. in cauſa.* & *de reg. ven. l. Item Pomponius.* arg. contra *ff. ſi quis cancel. l. ſi quis.* in prin.
11 ¶ Vlterius nota, † quod difficile aliquando capitur pro impoſsibili. *ff. de pet. her. l. ſed & ſi lege. §. ſi quis me. ff. de pig. ac. l.* 1. & *pro ſocio. l. pro ille.* & 48. *diſt. cap. quicumque.* 1. *q.* 1. *c. principatus.* Aliquãdo è conuerſo impoſsibile, ideſt, difficile; *ff. locati. l. cum in plures. §. veſtimenta. C. de edil. ac. l.* 1. Item difficile aliquando ponitur pro non; aliquando pro nunquam; aliquando pro vix: quod dic, vt notatur in dicto *cap. principatus.* & per *Ioan. Andr. extra. de fide inſtrum. cap. accepimus.* Se-
12 quitur in text. *de fermar*, hic loquitur † de firma iuris, quæ in vſat. dicitur firma directi, & continẽtur in ea ſtipulationes de iudicio ſiſti, & iudi-
13 catum ſolui. Et ſit † huiuſmodi iuris firma cum pignoribus tenentibus, vt dixi ſupra *collat. proxi. curia domini Ferdinandi. cap. cum molts entenents*, ſuper verbo, *o fermauli de dret*, & eſt hoc caſu ſpeciale, quando firmatur pro pace & treuga, & in caſu

Digitized by Google

caſu vſatic. *Batallia*, alias regulariter contra, vt ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. 21. Item quod omnis firma.* vide ibi & adde notata per *Iac. in Directorio pacis, 17. dubio.* Et nota, quod huiuſmodi difficultas eſt in habēdo pignora mobilia & fideiuſſores, vt videmus quotidie per experiē tiā, quia ſi non habet pignora, habet tornare perſonam; in qua tornanda non eſt illa difficultas. de quo vide pragmaticā, quam inſerui in Apparatu ſuper dicto *cap. com multis*, in verbo, *o fermantls de dret.* Sequitur in text. *è perill de les perſones*, ſcilicet, propter inſidias inimicorum, contra quas eſt etiam prouiſum notabiliter per conſtitutionem domini Ferdinandi *c. vlti.* incipit, *Nos Ferdinandus*, &c. *Regij diadematis*, &c. quia ſunt impedientes, & inſidiantes ipſo facto à pace & treuga eiecti, vt ibi dicitur. Occurrendum eſt ergo pericu-
14 lis perſonarū; quia † melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt cauſam vulneratā remedium quærere. vt *C. in quibus cauſis in inte. reſti. non eſt neceſſ. ſi.* in fi. Sequitur in text. *a inſtancia del procura-*
15 *dor fiſcal*, &c. Nota † ergo quod remedium huius conſtitutionis nō habet locum in caſibus, in quibus quis eſt eiectus ipſo facto, & in quibus procedetur ſine citatione, vt ſupra dicto *c. cō multis*, & in dicto *c. Regij diadematis*, & in caſu de inuadēte ex tranco iter agente, & alijs numeratis in dictis *c. cō*
16 *multis*, & *Regij diadematis*. Item † nota, hic ad inſtātiā procuratoris fiſcalis poſſe procedi per viam proceſſus querelæ pacīū & treugarū violatarum, quod eſt verū in caſibus ſpecialibus à cōſtitutione permiſsis. de quibus vide ſupra *coll. proxi. curia dñi Regis Ferdi. c. quia quā log. contingit. §. caueāt*
17 *autē officiales.* vide ibi latius. Item † etiā nota hic caſum, quod fiſcus poteſt cōqueri pro pace violata in dictis caſibus ſibi permiſsis, etiā corā audientia, poſito quod crimen fuerit cōmiſſum vltra dietā à loco audientiæ & reſidentiæ domini
18 Regis. Sed † quæro an hoc fiat per euocationem, ſicut de cauſis pupillorum & miſerabilium? Reſpondeo quod non. Imo fit, quia cauſæ regaliarum non dicuntur proprie cauſæ Vicariæ. Sed recta via poteſt pro eis agi coram Principe, etiā extra Vicariā delicti reſidente, iuxta ea quæ dixi ſupra *ead. c. volens les conſtitucions.* Non enim fi-
19 ſcus † eſt miſerabilis perſona, quia ſemper eſt ſoluendo: ideo nō ſatisfat, nec cauet: vt *l. niſi. §. Item. ff. ſi cui plusquam per l. falci. & ff. vt l. no. caue. l. 1. §. ſi ad fiſcum.* vide ibi *glo.* & *Bar.* & de pluribus prærogatiuis fiſci vide in *Margarita Fiſci in 3. dubio prin.* Sequitur in text. *encars per conſtitucions permes*: quaſi dicat, caſus ſunt ſpeciales, quia
20 regulariter † fiſcus non poteſt dare querelam pacis & treugæ, vt dixi in alleg. *§. caueant autem officiales.* cum ſuis concord. ad idem infra *ead. cap. proximo.* Item dic *encars*, &c. quaſi dicat, ſecus ſi iure ordinario dominus Rex pro pace & treuga citaret aliquem de Vicaria Barcinonæ: quia tūc talis citatus non poterit comparere coram Vicario, quia ſtatur iuri antiquo ex quo iure ordinario dominus Rex cognoſcit. Item quia ceſſat ratio difficultatis, de qua hic præmittitur. Et per
21 hoc credo, † quod ſi Vicarius Barcinonæ more ſolito citet querelatum pro crimine commiſſo in Vallen. quod ipſe citatus teneatur comparere coram ipſo Vicario in Barcinona, & non in curia Vallen. quia ceſſat ratio prædicta, & hæc conſtitutio non loquitur, niſi quando Rex ex regalia euocat cauſam: cogita, quia caſus eſt in facto. Sequitur in text. *de vidues, pubills, e miſerables perſonas*, ſubaudi, quarum cauſæ ex regalia,
22 & † prærogatiua ſpeciali poſſunt ad Audientiam Regiam euocari, vt dixi ſupra *ead. cap. volents.* & ſupra *colla. proxi. cap. ne ex beneficio.* & infra *colla. proxim. cap. les cauſes dels pubills*, &c. Et nota, quod hæc conſtitutio non ſolum loquitur de pauperibus, ſed de quibuſcumque miſerabi-
23 libus: pauperes † enim non ſoluunt ſalaria iudicis, notarij, aduocati, vel procuratoris: vt legitur & notatur *extra. de reſcriptis. cap. ſtatutum. §. inſuper. lib. 6.* Sequitur in text. *en la audientia del ſenyor Key*, bene dicit, *del ſenyor Rey*: quia alius, etiā Primogenitus non habet hanc prærogatiuā euocandi cauſas etiam miſerabiliū extra propriam Vicariam, vel Baiuliam. vt *C. quādo Imperator inter pu. & viduam.* & dixi in alleg. *c. ne ex beneficio.* & notat *Iac. in Margarita Fiſci 8. dub. verſ. 67.* & idē eſt de cauſis potentum & vniuerſitatum: vt *eod. dub. 8. verſ. 64.* & *verſ. 65.* idem etiam de cauſis officialium & vi oppreſſorum, vt in *verſ. 66.*
24 & 66. Sed † de conſuetudine etiam Gubernator ſe intromittit de cauſis officialium & oppreſſorum: quod eſt vtile; ſaltem quando Princeps abeſt à toto Principatu Cathaloniæ. vide & adde
25 quæ dixi *in curia Dertuſen. c. vlterius*, ergo † regalias Principis non exerçet alius, niſi fuerit generalis Locumtenēs cū ſpeciali mādato Principis in armis impediti, vel in remotis agētis. vide quę dixi ſupra *ead. c. 1. ſuper verbo habens à nobis.* Se-
26 quitur in tex. *o de viduitat*, quæro quid ſi ex † cauſa perhorreſcētiæ, quia forſan querelator merito perhorreſcit locū, & poteſtatē ſiue potentiā inimicorū, vbi, & per quos dānificatus fuit; quia ex cauſa talis perhorreſcētiæ poterit querela in audientia offerri, dummodo nō diſtet vltra dietā: vt in alleg. *c. ne ex beneficio. §. Et ne inde naſcantur iniuriæ.* & ibi notatur. An iſto caſu poterit querelatus firmare de iure coram Vicario iuxta formam ac mentē huius conſtitutionis? Videtur q̄ non, cū ſit caſus omiſſus. Contrariū credo, cum ſit omnimode eadē ratio, ſcilicet, occurrendi difficultati firmandi de iure, & periculo perſonarū,
27 quia † mens & ratio legis potius attendēda eſt: vt ſupra *coll. proxi. c. cōtra la pēſa.* vide quę ibi ſcripſi,
28 cū cōcor. Nā † vitatio periculi ex perhorreſcentia cōceſſa querelatori nō debet generare neque parare periculū querelato: de hoc caſu tamē
29 nondū vidi practicam. ¶ Vlterius † quæro pone, eodē retento themate, q̄ curia diſtat vltra dietā à fine Vicariæ, cōputandam à loco d. licti in

querela deducti. Ita quod iuxta dictam conſtitutionē domini Ferdinandi *c.ne ex beneficio. §. Et ne indè naſcantur iniuriæ*, non poteſt cauſa querelæ ad conſiſtoriū Regium euocari, ſed committitur alteri Vicariæ viciniori, vt in *eod. §.* dicitur. An hoc caſu querelatus auctoritate dictæ perhorreſcentiæ citatus ad viciniorē Vicariā poterit iuxta præſentē conſtitutionem coram Vicario loci delicti firmare de iure cū pignoribus, & alia facere quæ incūbunt, iuxta formā iſtius conſtitutionis? Iſta quæſtio adhuc videtur magis dubia. Sed crederē idem ꝙ in proxima, per eandē rationem identitatis, ſcilicet, vt occurratur difficultati firmādi & periculis perſonarū. Sed nec de iſta vidi practicā; quia licet quotidie concedātur perhorreſcentiæ querelatis; nondū tamen vidi per querelatores perhorreſcentiā allegari, quia poſſunt querelatores agere per procuratores. Sed querelati habent cōparere perſonaliter, & ideo facilius perhorreſcūt. Sed nihilominus poſſet ex iuſta cauſa per actorē perhorreſcentia allegari, & impetrari: vt *extr. de reſcriptis. c. ſtatutū. §. cū vero. lib. 6.* vide ibi *Dominū de ſancto Geminiano.* Sed † quid ſi aliquis Comes, vel alius magnas, ſeu magnus Baro querelatur pro pace & treuga coram Principe, quia cauſæ taliū ſunt conſiſtoriales; vel pro cauſa regaliæ citatur, vt quia dicatur male tractaſſe ruſticū, cauſam luitionis caſtri proſequē tem, numquid talis querelatus, & citatus poterit vti beneficio huius capituli? Videtur ꝙ non quia eſt caſus omiſſus: quia querelatur per ruſticū, & non per fiſcū, neq. prætextu paupertatis, vel pupillaritatis, vel viduitatis: & quod non mutatur, iuri veteri relinquitur: *C. de app. l. præcipimus.* cum ſimilib. In contrariū facit identitas rationis, ſcilicet, difficultas, &c. quid dicendū? Cogita quia nondū vidi caſum de hoc in facto; vnde eſſet bonū ꝙ fieret de his aliqua declaratio: quia à iure veteri non receditur per iura noua, niſi inquantū inuenitur expreſſum, vt notatur in *Cle. 1. §. duro. de hæretic. in glo. Sed nunquid.* per *Ioan. And.* & *C. de teſta. l. ſancimus.* Sequitur in tex. *ſia querelat en la audientia.* ſubaudi, vel alibi ex cauſa perhorreſcētiæ, vt dixi ſtatim in *q. Vlterius, quia.* quare ſupple, maxime. Sequitur in tex. *puxa comparer.* Nota verbum *puxa*, quia † eſt verbum facultatis, & non neceſsitatis; vt *l. non quidquid. ff. de iudi.* quare ſi maluerit comparere in audientia vbi querela data fuerit, hoc poteſt: & hoc facilius propter pignora, quia in audientia de ſtylo fit comparitio cum annulo, vel ſimili re, loco pignorum, & cum fideiuſſoribus. Sed ſecus eſt de periculo perſonarum, & diſtantia viarum, & multiplicatione laborum, & dic, *comparer*, ſcilicet perſonaliter; quia talis comparitio non poteſt fieri per procuratorem, iuxta dictas conſtitutiones pacium & treugarum, & practicam earum. Sequitur in textu, *tornar penyores.* ſcilicet, bonorum mobilium & tenentium, vt dixi, & habetur latius in *Directorio 17. dubio.* Et quare dicantur pignora † tenentia, vide *Gui. Prepoſiti in ſuo Directorio, 8. dubio*: vbi tractat, quando ſint dandi ad manuleutam. Sequitur in textu, *denant lo veguer*, ſcilicet, intus domos curiæ, & loco protribunalis, iuxta pragmaticam Regis Martini, & practicam notoriam, quæ habent omnino, & ad vnguem ſeruari, niſi ex cauſa perhorreſcentiæ: alias non valeret quod agitur, vt in pragmatica domini Regis Ferdinandi, quæ eſt ſupra *collat. 9. cap. quoniam legum fractus.* Sequitur in textu, *o altre official, al qual es legut*, ſubaudi, ex priuilegio, vel conſuetudine, quia regulariter † proceſſus pacis & treugæ eſt Vicariorum Regiorum, vt dixi ſupra *collat. proxim. cap. querelam de pace violata*, ſuper verbo *is qui iuriſdictionis præeſt.* vide ibi cum ſuis concordantijs. vide & adde quæ ſcripſi infra *collat. proxima. cap. les cauſes dels pubills.* Sequitur in textu, *dins lo territori, o iuriſdictio del qual lo mal, o dany*, &c. Nota † hic territorium, o *iuriſdictio*, pro eodem ſumi. Sed in † Barcinona territorium ciuitatis, & territorium ſeu iuriſdictio Vicarij non ſunt idem, quia aliud eſt territorium ciuitatis, quod eſt vſque ad furcas lapideas & terminos ciuitatis, & aliud eſt territorium Vicariæ Barcinonæ. Sed Vicarius habet iuriſdictionem vtrobique. Sed tamen Conſiliarij ipſius ciuitatis non habent iuriſdictionem, nec poſſunt ordinare vltra territoriū ciuitatis, vt dicit *Gui. Prepoſiti in ſuo Directorio pacis & treugæ, in 17. dubio*, quod hodie per hanc conſtitutionem eſt determinatum, quod per conſtitutionem pacium & treugarum ſolum poteſt procedi coram Vicario, intra cuius Vicariam fuit maleficium commiſſum, cuius contrarium tenuit *Iac. de Calc. in ſuo Directorio pac. & treug. in 9. dubio*, vbi dicit, quod etiam coram Vicario domicilij rei: & credo quod bene dicit *Calc.* & ita vidi practicari, ideſt, damnum doloſe & iniurioſe crimen committendo, datum, quia † querela pacis & treugæ regulariter non datur niſi pro damnis datis ex crimine, delicto, vel quaſi, vt in alleg. *cap. querelam*, & ibi dixi, ſuper verbo *vel quaſi*, adde notata in *Directorio pacis, in 10. dubio prin.* nec datur pro debito ciuili, licet olim daretur pro ſpoliatione cenſualium & violariorum, & aliorum cenſuum: vt ſupra *collat. proxim. curia Regis Ferdinandi. cap. cordi.* Et † nota, quod omnia malefacta, per treugam domini ſunt iuxta vſatic. in duplo emendanda. de quo dic latius per *Doct.* in vſat. Barcino. *cap. omnia malefacta.* & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 3. curiæ Montiſſoni cap. 15. Item ordinamus & ſtatuimus quod maleficia inuenta.* & ſupra *collat. 4. curiæ 1. Barcinonæ cap. 32. Item quod omne maleficium, quod fit factum.* Sed † quid ſit damnum, & pro quo damno locum habeat actio legis Aquiliæ, vide *inſti. ad l. Aquiliam. 1. rubr.* & ibi nota. & damnum † patitur qui commodum quod habebat amittit: vt *ff. ne quid in loco pu. l. 1. §. damnū.* Et hoc verbo † omnia dāna cōprehendūtur; inte. dū ea ſola, quæ violētia permixta

ſunt,

42 ſunt, vt hic, & *ff. vi. bo. rap. l.* 2. Sed † non eſt par ratio, lucra non capere, & damna ſentire: vt *C. de pac. l. ſeruus.* & *de Codi. l. fi.* vnde conſueuit dici,
43 quod † non patitur damnum, qui excluditur â lucro: *ff. pro ſocio. l. nemo. de aqua plu. ar. l.* 1. §. *ſicut.* & *de fur. l. ſi is qui.* §. *ſi.* adde quæ notantur *extra. de iniur. c. in noſtra.* & in *Spe. eod. tit.* & quæ notat *Ioan. Andr. extra. de elec. c. quia ſepe.* ſuper verbo *iacturam. lib.* 6. vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. curia Montiſſoni c. vt melius omnes conſtitutio-*
44 *nes.* in fi. Sed † quæro, qualiter æſtimentur & probentur damna? Reſpondeo, quãdo damna fuerint illata doloſe, & cum violentia, tunc probato delicto contra doloſum & delinquentẽ defertur iuramentũ damna paſſo ſuper rebus abreptis, & dãnis illatis, quæ forte per teſtes de facili probari non poſſent. & ſic probabuntur per iuramentum damna paſſi, facta prius taxatione per iudicem: iuxta ea quæ leguntur & notantur *C. vnde vi. l. ſi quando.* & *extr. quod metus cauſa. c. ſuper eo.* alias ſi culpabiliter, & ſine dolo damnum illatũ fuerit; tũc oportebit probare ipſa damna per teſtes, vel alias legitimas probationes, quia iudex non habebit ex officio inueſtigare æſtimationẽ, ſi pars non probauerit: quia iudex non habet ſupplere in his, iuxta notata per *Bal. in l. ſi quid ex Pamphila. ff. de legatis ſecundo.* licet *Bar.* aliter dixerit. Et
45 ad æſtimationem rerũ nota, † quod tantũ valet res, quantum conſueuit comparari: vt *l. ſi filiusfa.* §. *quid ſi alicui. ff. de legatis primo.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *comparatur.* Sic etiam reddit⁹ æſti-
46 mantur † tantum quantum conſueuerunt arrẽdari. Item ex fructuum quantitate: vt *l. ſi fundũ.* & ibi notat *Bal.* ſuper verbo *notat: ff. de legatis pri-*
47 *mo.* & in *l. & ſi à quo. ff. de legatis primo.* Et † ſcias quod per tot teſtes debet fieri indirecta probatio, quæ fit per coniecturas, per quot habet fieri directa probatio: vt *l. cum proponebatur. ff. de legatis tertio,* & ibi notat *Bal.* in fi. arg. contra *ff. de legatis primo. l. cũ ſeruus.* §. *ſi numerus.* Itẽ quis habet pro-
48 bare † dolum vel caſum fortuitum. vide *Bal. in l. cum ita legatum.* §. *ſpecies. de legatis ſecundo.* Regu-
49 lariter † enim non proceditur ad condemnationem ex præſumptione, niſi in re obſcura. de quo dic latius per *Bal. in l. licet Imperator. ff. de legatis primo.* ſuper quo vide quę ſcripſi ſup. *coll. 9. c. volẽtes.* & adde quę notãtur per *Tho. de Piperatis in ſuo tractatu de quæſtionibus & tormentis. rubr. quæ dicantur indicia indubitata.* §. *Eſt videre aliud exemplum.* Item adde notata per *Alber. de Cremo. in ſuo tractatu maleficiorum. rubr. de præſumptionibus, & indicijs indubitatis, quibus condemnationes ſequi poſſunt.* §. *ponitur etiam nouum exemplum: Inculpatur Seius, quod Titium fecit occidi.* & per *Ant. de Butrio in cap. 1. de præſump.* & per *Innocen. eod. tit. cap. quia veriſimile.* & per *Bal. ff. quod metus cauſa. l. nõ eſt veriſimile.* & per *Butri. in l. ſciant. C. de proba.* & per *Anton. de Butrio in Spica ſua iur. ciui. l.* in verbo *præſump.* ¶ Illud etiam nota, quod † incendium raro fit ſine culpa, vt notat *Bal. in l. domus heredis, ff. de legatis primo.* facit *ff. de offic. præfect. vr. l.* 3. §. 1. & *proſocio. l. cum duobus.* §. *damna.* Sequitur in textu, *lo qual official prenga la comparicio,* &c. No-
51 ta † verbum. quia dicit *prenga,* & non dicit; *admittat,* quia Vicarius vel officialis recipiens talẽ comparitionem in aliquo caſuum in hac conſtitutione comprehenſorum, non habet decernere, nec curare, an bene comparuerit. vel ne; ſed ſolum debet recipere comparitionem cum firmis, & pignoribus, & alijs actibus inde neceſſarijs: quæ omnia poſtea remittat, vt infra ſequitur in §. *E apres tal preſes & actes,* &c. Sequitur in textu, *E faſſa altres actes neceſſaris a la dita compa-*
52 *ruso.* ¶ Sed † quæ erant iſta alia acta neceſſaria comparitioni vltra firmam iuris, & tornationem pignorum? Reſpondeo, quia æſtimabuntur pignora, eligentur pe çquatores vel preſonetæ ad æſtimandum ipſa pignora. Et deputabitur depoſitarius, vel alius, qui ipſa pignora cuſtodiat; & videbit an ſit ibi conſenſus eorum, quorum pignora fore dicentur, quæ circa huiuſmodi comparitionem, firmam iuris, & pignorum tornationem fieri contingunt atque ſolent, & ſunt neceſſaria, ad hoc vt dicatur bene & ſufficienter comparuiſſe, de iure & ſecundum conſtitutiones pacium & treugarum, & practicam ea-
53 rum. ¶ Sed † nunquid cognoſcet talis officialis, & decernet bene vel male comparuiſſe? Videtur quod ſic, per hæc verba & clauſulam, *E faſſa altres actes,* &c. Sed dic contra, vt dixi; non enim eſt de eſſentia comparitionis declarare bene vel male comparuiſſe: quia hoc decernere & recognoſcere ſpectat ad dominum Regem, vel
54 alium iudicem citantem. Sed † an poterit comparentem querelatum capere, & captum retinere? Reſpondeo, capere poterit, & de perſona facere quod in hac conſtitutione continetur: nam & hoc eſt de eſſentia comparitionis, vt perſona querelati comparentis detineatur capta, ſaltem donec declaratum fuerit bene per tornationem pignorum comparuiſſe: vt legitur & notatur ſupra *colla. proxi. curia domini Ferdinandi c. quia ſæpe contingit.* §. *& niſi criminis qualitas.* &c. & eſt ratio, quia ſi forte conſtiterit & declaratum fuerit minus bene comparuiſſe, & ſic eſt contumax, & à pace & treuga cenſetur eiectus: ergo debuit detineri, donec ſatisfecerit vel purgauerit contu-
55 maciam. ¶ Sed † pone. quod talis querelatus, & ex cauſa euocationis ad audientiam citatus, eſt contumax; & modo vult comparere. & cõtumaciam purgare. nunquid talis purgatio & comparitio poterunt fieri & recipi per Vicarium, vel officialem loci, iuxta formam in hac conſtitutione traditam? Et videtur quod nõ, quia in hac conſtitutione nil dicitur de purgatione contumaciæ: & ſic eſt caſus omiſſus. Credo contra, cum ſit eadem ratio, ſcilicet, difficultas comparitionis & periculũ perſonarum. & hoc cõprehendit iſta clauſula in littera poſita, ſcilicet, *è al-*
56 *tres actes neceſſaris*: quia † purgatio contumaciæ

eſt actus neceſſarius ad comparitionem recipiẽdam, vel admittendam; nam iſta conſtitutio non ſine myſterio tacuit de tempore, hoc eſt, an poſsit comparere infra quindecim dies monitionis, vel poſt: & hoc credo verum ſaltẽ antequã fuerit per dominũ Regem vel iudicẽ citantem pro iecto à pace & treuga publicatus; quia forſan poſt publicationẽ ſine ſpeciali mandato non licebit Vicario impendere fauorẽ comparendi & purgandi contumaciã; quo modo enim cognoſceret an bene & ſufficienter purgauerit, & ſoluerit expẽſas contumaciæ? Sed dic, quod admittere huiuſmodi comparitionẽ, & purgationem, dummodo interim perſona capta teneatur, donec per dñm Regẽ, vel iudicem, ad quem ſpectet, fuerit cognitum & declaratũ, an bene purgauerit & comparuerit; non dicitur fauor impendi, ſed iuſtitia, & aditus iudicij indulgeri, qui nuſquam clauditur volenti purgare contumaciam, & facere directũ, prout volunt & iura & dictæ conſtitutiones. vide quæ leguntur & notantur *extra. de conſti. c. ex litteris.* Sed quia nondum vidi practicam prædictorum, non mireris ſi ita dubitatiue, & pede ſicco pertranſeo: quia periculoſum eſt ſuper intellectu iſtarum conſtitutionum gloſſare, cum earum interpretatio ſit certo modo fienda: vt ſupra *collat. 4. curiæ Gerundæ cap. 10. Item ſtatuimus, quod c. factum per nos in dicta ſecunda curia*, &c. poſtea vidi in audientia Regia declarari hanc conſtitutionem non habere locum niſi quando citati cõparent infra quindecim dies citationis, quia eſt caſus omiſſus, & fauor huius conſtitutionis non poteſt competere eiectis & contumacibus: & ita tene primam partem: & eſt ratio, quia iura
57 non † ſubueniunt ei qui nimium ſe arctauit: vt
58 *ff. ſi quis can. l. 2. §. vim fluminis.* Vlterius † quæro de vno, quod quotidie occurrit, & eſt contingibile, præſertim Gerundæ, vbi conſueuit firmari per pignora tenẽtia, &c. numquid Vicarius, vel officialis loci delicti recipiẽs firmam querelati, auctoritate huius conſtitutionis poterit ipſa pignora pro ipſa firma per comparentem tornata dare idoneæ manuleutæ fideiuſſorum? Videtur quod non; quia per conſtitutiones Cathaloniæ non eſt neceſſe dare pignora ad manuleutã. Imo pro pace & treuga, & pro batallia litigatur pignoribus tenentibus de iure patriæ: vt ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcinonæ c. Item quod omnis firma.* & dixi ſupra *cad.* in verbo *de firmar.* ergo nõ includitur iſte actus manuleutæ ſub illa clauſula, *altres actes neceſſaris a la dita comparicio*. Præterea videtur, quod pignora non debeant dari ad manuleutam, donec conſtet querelatum bene comparuiſſe. In contrarium facit ratio huius conſtitutionis, ſcilicet, *vt occurratur difficultatibus firmandi*, &c. de facto ita fuit aliquando obſeruatũ. & ſic minime ſunt mutanda: *ff. de legibus. l. minime.* Super hoc tamen videtur mihi de iure, & ratione, ac bona æquitate fore dicendũ, quod licet forſan de mero rigore conſtitutionũ paciũ & treugarũ actus dandi vel non dandi ad manuleutã hoc caſu pertineret ſoli domino Regi, vel alij iudici citanti, & de cauſa querelæ cognoſcenti, quia actus iſte non eſt de neceſsitate firmę & cõparitionis, attamen eſt de connexis, & eſt actus valde neceſſarius comparenti, & ne nimiũ aliquando grauetur, & ſua comparitio per indirectũ difficultetur contra mentem huius conſtitutionis. Et ideo dico, quod ſi non ſit de ſtylo curiæ Vicarij vel officialis loci vbi fit talis comparitio, quod pignora conſueuerint dari ad manuleutam, quod tunc ſecundum rigorem ipſarũ cõſtitutionum talia pignora nullatenus poſsint, nec debeant dari ad manuleutam: vt dixit *Iaco. de Calicio in ſuo Directorio pacis 17. dubio prin. q. 19.* & melius in *14. dubio.* vide ibi. Sed vbi ſit ſtylus dandi ad manuleutam, tunc debeant dari ad manuleutam, ſecundum *Iacob.* vbi ſupra. Sed ego dico aliter; quia cum ſtylus dandi ad manuleutam non indiſtincte operetur neceſsitatem dandi pignora ad manuleutam, ſed ſolum operatur, quod facultas ſeu poteſtas dandi ad manuleutã redit ad facultatem iuris communis, & tollit rigorem conſtitutionum, quæ non permittebant aliquatenus dari ad manuleutam, tunc ergo vbi ſit dictus ſtylus, ſi Vicario vel alij officiali curiæ coram quo facta erit comparitio, videbitur quod cauſa requirat altiorem indaginem; & tunc dabuntur pignora ad manuleutam idoneam fideiuſſorum locupletorum, & qui ſint faciles ad conueniendum. Et caueat Vicarius & officialis, quod ipſa manuleuta ſit idonea: alias tenebitur ipſe, iuxta notata per *Bal. in authen. generaliter. C. de Epiſcopis & cleri.* conſulo tamen quod vocetur querelans, & approbet fideiuſſores, vel ſit facta ſibi aſsignatio ad dicendum ſi quid dicere voluerit, cur ipſi fideiuſſores non ſint admittendi,
59 & ſufficientes ad ipſam manuleutam. Et † quæ requirantur ad idoneitatem fideiuſſorum, vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. primo quod omnis.* in fin. & ſupra *collat. 5. cap. 18. Item ſtatuimus & ordinamus, quod Subbainli.* cum ſuis concordantijs, & per *Doct. ff. qui ſatis cog. & ſi quis canc.* per totum. & adde quæ ſcripſi *in curia Illerdæ cap. 17. Item ſtatuimus, volumus & concedimus.* & ſupra *collat. 6. curiæ Montiſſoni cap. indices.* Si vero conſtiterit de crimine per confeſsionem querelati, tunc non debent pignora dari ad manuleutam: argum. *l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. & exhi. reorum.* & quia tutius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere: *inſti. de obli. quæ ex quaſi maleſi. naſcuntur. §. furti.* & intereſt noſtra potius retinere pignora, &c. argum. *ff. de*
60 *compen. ſatis. l. 3.* Et † idem ſi appareat de compoſitione criminis: quia habebitur pro confeſſo. vt dixi ſupra *collat. 3. in prima curia Barcinonæ cap. 9. Item quod nos, vel officiales noſtri.* in pragmatica ibi inſerta. & idem forte ſi ex teſtibus in informatione receptis iuxta *cap. querelam de pace violata.* ſupra *collatione proxima.* conſtet de crimine:

mine: quia per eosdem postea iterum produ-
ctos in prosecutione iudicij de facili poterit
liquere de meritis causæ, iuxta notata in si-
mili per *Bar. in l. vsucapio. ff. de vsuca.* & hoc
præsertim, si querelans fuerit pauper, qui non
potiet habere tot pecunias, quæ essent neces-
sariæ ad exequendum fideiussores datos: quia
(vt vidimus sæpius) plures fiunt sumptus in re-
cuperatione pignorum, & executione fideiusso-
rum, quam in prosecutione processus vsque ad
sententiam inclusiue. Vnde circa hoc quæro de
alia quæstione, quæ mihi occurrit in mẽte mea,
& quotidie euenit, sed nondũ fuit debite proui-
61 sum. Ecce † Vicarius inuito querelante dedit
pignora per querelatum tornata, ad manuleu-
tam fideiussorum: modo lata sententia, quæ tran-
siuit in rem iudicatam, petit querelans fieri exe-
cutionem pro iudicatis per Vicarium, qui re-
quisiuit fideiussores manuleutę, vt soluant vel re
stituant pignora iuxta obligationẽ ipsius manu-
leutæ: illi contemnunt soluere, & reddere pig-
nora, & pro executione fienda in personis fide-
iussorũ, vel bonis eorum sunt necessarij sumptus
fiendi: sed querelans dicit Vicario; Vos domine
Vicarie, me inuito pro vestrę libito voluntatis
admisistis tales fideiussores; exequamini illos si
vultis vestris sumptibus quia ego non bistraherẽ obolũ: vos iam habebatis pignora sufficiẽtia,
quæ debebant seruari, & custodiri pro executio-
ne huiusmodi. ideo imputetur vobis. Numquid
ego querelans, & in causa vincens bene dico? Su
per hoc credo ita fore dicendum; quia aut Vica-
rius fuit in culpa dando pignora ad manuleutã
in casu in quo non erat de more vel stylo, & tũc
imputetur sibi: quia querelans bene dicit: fecit
enim Vicarius litem suam, & poterit inde syn-
dicari, iuxta notata in *c. iudices tabulæ. in curia Mo
tissoni.* supra *colla. 6.* Et idem in casu quo per con-
fessionem querelati, veram vel fictam constabat,
aut de facili liquere poterat de causa, etiã in ca-
su quo erat stylus curiæ seu mos dandi ad manu-
leutam. Aut causa quęrebat altiorem indaginem,
quando iuxta stylum dederit ad manuleutam fi-
deiussorẽ; & tunc non tenebitur Vicarius, quia
hoc fecit iure permittente, & bona fide; & quia
tenebatur seruare stylum, & ita non tenebitur
propijs stipendijs militare, ne suum officium sit
sibi damnosum: *extra. de elec. c. cum non deceat. lib. 6.*
cum concor. Et hoc verum, nisi mala electio fi-
deiussorum fuerit in culpa, vel alias dolus pos-
sit sibi imputari, vt quia non vocato, vel alias inui-
to querelante contradicente admisit pauperes
& inopes litigiosos, magnates & homines in lõ
ginquo domiciliatos; & erant forte plures nu-
mero, & nullus eorum saltem in solidum erat
soluendo, nec facilis conueniendo; licet inter
omnes simul, si vellent soluere, possent; sed con-
temnunt, & fugiunt, & malignantur per oppo
sitiones; & sunt tot & tanti, quod non sufficerent
facultates querelantis ad exequendum; vel quia
admisit tonsuratos clericos, vel alios priuilegia-
tos, vel qui fecerant donationes, alienationes
omnium bonorum, vel maioris partis, vel habe-
bant amplas dotes mulierum: aut alios credito-
res, vel alias fecerant intricationes, & barateriας
bonorum suorum, sicut in his videmus multo-
tiens Vicarios & assessores dolose versari, & ma-
le pro animabus ipsorum; quamuis si isti dedu-
cerentur in tabula, deberent per iustitiam syndi-
cari in omnibus damnis, interesse, & expensis, ha
bita distinctione. an dolo vel ex imperitia, &c.
iuxta notata in alleg. *c. iudices tabulæ.* & supra *col-
la. proxi. c. confirmants la constitutio.* super verbo, *E
per aço com lo dit official tendra taula.* vide ibi, & in
iuribus ibidem allegatis. Et ad prædictas meas
opiniones optime facit littera, quæ statim hic
subijcitur, scilicet, *en tal manera que lo querelant pu-
xa obtener injsticia del querelat, è ecomtra.* Cauent
ergo iudices & assessores vt prouideant quod in
talibus manuleutis habeant bonos, & idoneos
fideiussores, locupletes, non litigiosos, sed faciles
ad conueniendum; & præcipue quod habeant
bona immobilia, alias possent syndicari in istis,
quæ communiter sunt magnæ quantitatis. Quæ-
62 ro† etiam an isti fideiussores in talibus manuleu
tis se habebunt obligare etiam quoad captionem
personarum? Respondeo, de stylo curiarum ser-
uatur, quod obligant se & sua, hoc est, personas
& bona. Iurisperiti Perpiniani dicunt in cu-ia
ipsius villæ seruari, quod non obligentur perso-
næ in hoc casu; & idẽ dicunt aliqui de curia Re-
gia. Sed credo quod sit persona obligata saltẽ in
subsidium, quia manuleuta pignorum est quædã
commãda, & in subsidiũ tenebitur magistratus,
qui dedit ad manuleutam, & non elegit idoneam
63 cautionem. Item † querelatus si non haberet in
ære, lueret in corpore; nec releuaretur per ces-
sionem bonorum; ergo patet quod est in persona
obligatus ex maleficio vel quasi; & sic etiam fi-
deiussores debent in personis pariter obligari,
& ita seruatur in ciuitate & diœcesi Gerundæ;
secus vero Barcinonæ, vbi dicunt iurisperiti,
quod causa post comparitionem est ciuilis. Sed
non est mere ciuilis. Item contractus manuleu-
tarum huiusmodi est prætorius, & non conuen-
tionalis, quia comparens & eius fideiussores fa-
ciunt contractum cum prætore, licet pro inte-
resse querelantis; & ideo caueat prætor, quia in-
subsidium teneretur: ideo magis approbo pra-
64 cticam Gerundæ. Sed † an valeat huiusmodi
obligatio quoad personas fideiussorum? Et vi-
detur quod non, quia iuxta constitutiones Ca-
thaloniæ pro ciuili debito non habet locum
personæ captio, nisi pro commanda, vel scriptu-
ra tertij, & consuetudine scripta; vt supra *colla.
2. in 2. curia Barcinona cap. 28. Item quod nullus
miles, vel alius liber homo.* & supra *collat. 3. cap. 25.
Item statuimus & ordinamus, quod aliqui homines non
possint.* vide quæ in eis dixi, cum suis concord. & *
infra eod. c. ala cõdicio feminil.* In cõtrariũ videtur,

quia debitum ex querela pacis & treugæ non eſt mere ciuile, quia ex maleficio, ſeu quaſi deſcendit: vt ſupra *collat. proxi. cap. querelam de pace violata.* & ibi ſcripſi, licet dicatur cauſa ciuilis, vt ſupra *colla. 2. in 2. curia Barci. c. 44. Item cum in cõſtitutione.* Quid dicendũ? Breuiter, dico quod ſaltem de ſtylo & conſuetudine curiarũ in hoc caſu conſueuerunt etiam fideiuſſores pro tornãdis pignoribus manuleuatis in cauſa pacis & treugæ, in perſonis & bonis obligari, & perſonæ ipſorum fideiuſſorum obligatorum capi; & ita ſaltem de conſuetudine habeat locum perſonæ captio: vt ſupra *coll. 4. in 1. curia Barci. c. 34. ité quod aliquis homo non capiatur.* in *verſ. Saluis priuilegio, & conſuetudine ſcripta*, &c. tamen hanc conſuetudinem non reperio ſcriptam, ſed ex frequentibus actibus diuturnis in actis & ſcripturis publicis curiarum ipſa conſuetudo approbatur; & eſt no-
65 toria, & conſuetudines, † & boni vſus, ac ſtyli curiarum de iure, & per conſtitutiones, & iura patriæ valent, & ſeruari iubentur, vt ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. c. 2. Idcirco nos Rex.* cum concor. quas ibi poſui: & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. minime.* Nec forte eſt verum quod
66 hoc ſit † debitum ciuile, quia ex maleficio vel quaſi eſt, vt dixi, licet cauſa poſt comparitionem dicatur ciuilis, quia ciuiliter agitur, & fideiuſſores firmę ſunt de comparitione, & nota, poſt igitur, &c. Item eſt hæc commanda curiæ, in qua licet interueniant fideiuſſores, & ita non ſit pura commanda, tamen eſt debitum fiſcale, ſaltẽ quo ad obligationem manuleutæ: pro quo poteſt, & conſueuit in perſonis fieri executio: vt notatur in dictis capitulis. & vide quæ ſcripſi in alleg. *c. a la condicio feminil*, quia, vt vides, curia, hoc eſt, Vicarius facit ipſam commandam pignorum, & curiæ obligantur querelati, & fideiuſſores pro ipſa manuleuta: licet commodum vel intereſſe principalis cauſæ ſit querelantis, qui tamen ab ipſo officiali petit reddi pignora pro executione rei iudicatæ: & tunc oneri officialis eſt habere ipſa pignora à manuleuatoribus vel fideiuſſoribus; & ſi haberi non poſsint ab ipſis, tenebitur
67 officialis † reſarcire de ſuo, niſi manuleutam fecerit de conſenſu querelatoris; vel forſan ſe habuerit ita iuſte & diſcrete, quod nil culpæ ſibi valeat imputari, & ideo ſit cautus, vt dixi. Et tene menti iſta, quia ſunt valde notanda, & poterunt tibi facere honorẽ, & magnum commodum ſuo caſu: quia in his multũ vidi errari. Sequitur §. *E apres tal proces & actes*, &c. ibi, *a deſpeſes del*
68 *comparent.* Nota hic quod † miſsio actorum comparitionis fienda ad audientiam per Vicariũ, vel officialẽ, coram quo eſt facta cõparitio, habet fieri expenſis ſolius cõparentis. Non tamen dicit, quod acta cõparitionis ſoluãtur per cõparentẽ; ſed de miſsione tantũ dicit; & eſt ratio, quia cũ fauore ipſius querelati tantum hæc conſtitutio emanauit, vt habeat facultatẽ corã Vicario cõparendi, ipſe ſolus querelatus habeat onus expenſarum portandi cõparitionis acta ad curiam Audiẽtiæ Regiæ. Acta vero cõparitionis huiuſmodi quoad ſcripturas, cũ ſit partiũ communis, ſicut & reliqua acta totius proceſſus ſoluẽtur notario communiter per partes, vt erat iam ſolitũ, quia quod hic non mutatur, iuri veteri relinquitur: *l. præcipimus. C. de app.* cũ ſimil. Dic verius, & ſeruari de conſuetudine, quod comparens ſoluit de ſuo omnes expenſas comparitionis, donec eſt facta de ipſa productio coram iudice clami. Et deinde vtraq. pars ſoluit ſuam partem actorũ ipſius proceſſus principalis querelæ. Sed ſi querelans in actu comparitionis coram Vicario faceret contradictiones, tunc acta fierent cõmunia, & haberent ſolui cõmuniter, excepta miſsione,
69 de qua loquitur hic. Sed † quia hic nõ ſtatuitur terminus, infra quẽ habeat fieri huiuſmodi proceſſus, & actorũ comparitionis tranſmiſsio, quid erit ſi comparens ipſe facta comparitione nolit, ſeu non curet ſoluere huiuſmodi expenſas? Reſpondeo, Vicarius aſsignet ſibi terminum congruum ad miniſtrandũ huiuſmodi expenſas, quo elapſo fiat executio in bonis ipſius comparentis pro ipſis expenſis, vel biſtrahat aduerſarius querelans, ſi forte cupiat in cauſa procedi vlterius. Interim vero comparens detinebitur in captione vel arreſto, iuxta formam in hac conſtitutione traditam: quia Vicarius nõ habet ſoluere, nec tenetur biſtrahere de ſuo, & hoc cauetur hic, ne alias officium ſibi ſit damnoſum, contra *c. cũ non deceat. extra. de elec. lib. 6.* cum ſimili b. Sequitur in tex. *en la qual*, dic, ſcilicet, Audientia Regia, in qua valeat querelatus cauſam defendere, ſcilicet per ſe, vel per ſuum legitimum procuratorem: & hoc totum ſequitur hic in littera; & eſt ratio, vt per procuratorem ſe defendere valeat, quia facta
70 comparitione † cauſa pacis & treugæ eſt ciuilis, vt dixi ſtatim ſuperius. Item quia interim detinetur captus, & ſic neceſſario habet admitti procurator, vt legitur & notatur *extra. de ſen. excom. c. ſi iudex laicus. §. vlt. lib. 6.* poterit etiam perſonaliter defendere, vt littera dicit: quia ſi voluerit perſonaliter ire ad audientiam, tenetur Vicarius ipſum illuc remittere, & tranſmittere ſecure ad ipſam: quia in littera dicitur, *ſegurament*, quod eſt dicere, *ſecure*, pro cuius declaratione
71 quæro, quid ſonat hic hoc † verbum *ſecure*, quod eſt aduerbium? Determinat verbum *admittere*, cui adiungitur; ergo iſte querelatus, qui comparuit, & vult ire ad audientiam pro cauſa ſua defendenda, præſtabit ſecuritatem de ſe ponẽdo in poſſe domini Regis captum in audientia, vel admittetur ſine ſecuritate tali, & quod verbũ *ſecure* ſolum determinet ſecuritatem perſonæ comparentis, ſi forſan timeat in perſona damnificari in via? Reſpondeo, verbum *ſecure* hic poſitum, totũ poterit determinare, & de vtraque ſecuritate poterit intelligi: quia mittetur iſte præſtita per eũ ſecuritate de ſe repræſentando, & mittendo captum in poſſe audientiæ; & hoc probatur ex in-

fra

fra ſequentibus in littera.& iam dictis ſuperius; quia donec conſtiterit,& fuerit declaratum bene comparuiſſe, non debet eius perſona relaxari,quin ſaltem ſub ſecuritate detineatur;quia intereſt valde querelatoris, & etiam Reipublicæ, propter criminis punitionem,ne euadere poſsit cauſa pendẽte huiuſmodi: pro hoc maxime fuit hic appoſitum iſtud verbũ *ſecure*; licet etiam, ſi timeatur damnificari perſona, & petatur ſecuritas,dabitur,prout eſt de iure,& dixi ſup. *coll. proxi.c.vlt. Nos Ferdinandus*, &c.*Regij diadematis*, &c.vbi dicitur,quod tales damnificantes & inſidiantes ipſis comparentibus, eundo, & redeũdo.ſunt ipſo facto à pace & treuga eiecti. Et ita iſti comparentes, qui capti cum actis comparitionis mittuntur ad Audientiam, ſunt ſecuri, & ſub ſecuritate dicti capituli: & etiam quia vadunt ad Principem, gaudent beneficio vſatici, *Auctoritate & rogatu*. Et nihilominus, ſi neceſſe fuerit,præſtabitur ſecuritas ab aduerſarijs,& dabuntur ſocij & comites itineris, ſi res expoposcerit,iuxta notata ſupra *collat.proxi.c. com molti intenents a fer mal.*& proxime dicto *cap. vlt. Nos Ferdinãdus*,&c. vide quæ in eis ſcripſi.Sed de iſta ſecuritate indemnitatis perſonæ proprie nõ loquebatur hic, ſed in dicto capitulo vltimo. De vtraque tamen intelligi poteſt, vt dixi.Sequi-
72 tur in textu,*ſi anarbi vetra*.Nota † quia eſt in facultate comparentis ire,vel remanere captus.Si vero ire noluerit, ſed maluerit remanere, tunc detinebitur captus in carcere: quia non debet à carcere liberari, donec fuerit declaratum bene cum pignoribus comparuiſſe, vt hic, & melius ſupra *collat.proxi.c. & quia ſæpe contingit*. in fine. & ibi dixi.quoniam vbi loco pignorum perſona mtornauerit, cauſa pendente captus detinebitur,nec dabitur ad manuleutam:& ita vidi cõſuli per peritos antiquos,& ſeruari,& contrafacientes ſyndicari. Sed in curia Principis etiam vidi pluries aliter ſeruari: & credo quod ſit ar-
73 bitrarium ſaltem in Principe.Sed † caueant iudices, quod ſufficientem recipiant cautionem, alias ſibi erit imputandum,vel dabitur ad arreſtum,iuxta criminis & perſonæ qualitatẽ, prout eſt iuris & ſtyli, iuxta pragmaticam Regis Petri,datam idus Decẽbris,anno Domini 1340. quæ eſt tenoris ſequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum,Valẽtiæ, Sardiniæ,& Corſicæ,Comeſque Barcinonæ,Dilectis & fidelibus Vicarijs,Baiulis, curijs,cæteriſque officialibus infra Cathaloniam conſtitutis,ad quos præſentes peruenerint, ſalutem & dilectionem. Querula inſinuatione nobis facta in generali curia, quam nunc celebramus Cathalanis in ciuitate Barcinonę,ad aures noſtras nouiter eſt deductum, quod licet de iure quilibet captus debeat tradi manuleutæ,qui captus non ſit pro tali crimine, de quo pœna mortis naturalis, aut membri mutilatio ſequi debeat. Attamen vos, ſeu aliqui veſtrum plerumque nõ vultis manuleutę tradere captos aliquos, quamuis ipſi non ſint tali crimine irretiti, quod pœnas debeant incurrere prælibatas: ipſoſque calũniari facitis,detinendo eos captos,& alias, pro habendo extorſiones ab eiſdem. Cum autem prædicta ſint valde pernicioſa exemplo,nec debeãt per nos aliquatenus tollerari, propterea ad ſupplicationem humilem inde nobis exhibitã, vobis dicimus &mãdamus expreſſe,quatenus quoſcumque captos,qui non ſint dictis pœnis puniẽdi, tradatis de cætero idoneæ manuleutæ: cauẽdo ſollicite,ne dictas oppreſsiones facere ſeu attentare aliquatenus præſumatis,alias vos inde rigide puniemus.Non omittentes correctionem, quam facere intendimus de illis,qui iam oppreſſiones fecerint antedictas.Dat. idus vt ſupra.

74 Qui ſemel † fugit à carcere,non detur ad manuleutam:vt *l.nemo. C. de Epiſcopali audientia.* &
75 dixi in vſat.*Captus à curia*.in fine. Et hęc † manuleuta iuxta aliam pragmaticam erit nulla,niſi infra biennium requiratur. adde notata infra
76 *cap.proximo*.Nota † quod eſt oppreſsio,indebite detinere captum in carcere: & quotiens quis contra iuſtitiam, & citra ordinem iuris affligitur,dicitur opprimi.vide in vſat. *Similiter & ſi ſenior*.de hoc dic latius, & adde quæ ſcripſi in *Tractatu*,quem cõpoſui *De afflictionibus & oppreſſionibus*,qui incipit. *Afflictus ſum,& humiliatus ſum*
77 *nimis*.Sed † quid ſi noluerint,vel non potuerint ſe idonee manuleuare,numquid poterunt in vinculis detineri?Dic quod non, niſi fuerint de tali crimine confeſsi, propter quod veniant corporaliter puniendi:tunc enim non ſolum in carcere,ſed in vinculis,cathenis, cipis, compedibus, ac ſtaca poterunt detineri. ſic loquitur *l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reo.* ſecundum *Bart.* qui ita notat
78 latius in *l.1.ff.eod*.Et † idem quando ſunt delati
79 de graui crimine, vt eadem *l.1*. Et † intellige graue ſcelus id, propter quod veniret infligẽda pœna mortis naturalis, vel membri mutilationis, vt in præinſerta pragmatica dicitur. Alias autem poterunt delati poni & detineri in carcere non quod vinculentur; vel poterunt committi cuſtodibus, vel fideiuſſoribus de tenendo arreſtũ in certo loco. Et ita poteſt intelligi iſta pragmatica, quæ præcipit dari manuleutæ, ſubaudi,ſcilicet de ſtando in certo loco, & non recedẽdo ab eo: ſecus forſan in manuleutis de ſe repræſentando poſt requiſitionem certorũ dierum,iuxta notata per *Bartolum vbi ſupra*. Poterit tamẽ talis iudex arbitrari etiam vt detur ad manuleutam repræſentationis, prout eſt moris. vide & adde quæ ſcripſi de hac materia ſupra *collat.4.curia 2.Barcinone cap.27. Item quod aliquis homo non condemnetur*,&c.& in eadem *collat.& curia Barcin.cap.21. Item quod omnis iuris firma*. vide ibi,& in pragmaticis alijs dicti Regis Petri in eiſdem capitulis inſertis, & quæ ſcripſi de hac
80 materia ſuper eis. Sed † an Vicarius ſine conſilio iudicis,ſaltem illo abſente, poterit dare ad manu-

manuleutam? Dic quod non, vt in pragmatica Regis Petri inserta supra *collat.4.curiæ 2.Barcin. c.27.*& scripsi latius supra *collat.proxi.c.vt autem hæc statuta.*in fin. vide ibi. Fuit Regis Petri,data Castilion. Campiburrianæ 13. kalend. Aprilis, anno Domini 1336. Sequitur in tex. *aço pronehit que si lo querelat fera miserable,*subaudi, & constiterit,iuxta ea quæ leguntur & notantur supra *colla.proxi.c.ne ex beneficio.*& ibi vide quæ sint miserabiles personæ, & qualiter causæ earũ euocẽtur,vt ibi,& supra *eod.c.volens.*Sequitur in tex.

81 *E volra comparer en la dita Audientia.*Nota †quia miserabiles personæ habent optionem,an velint comparere in Audientia, vel coram Vicario,vt hic, & in *l.vnica.C.quando Imperator inter pupillũ & vidnam.*ergo videtur secus de non miserabilibus;& sic quod non miserabiles habeant de necessitate firmare coram Vicario,cuius contrariũ dixi supra *eod.c.*in verbo. *puxa comparer.* quid ergo est hic speciale in miserabilibus? Respõdeo, quia tenetur hoc facere intimari querelanti, vt infra quindecim dies veniat ad prosequendum causam in Audiẽtia. Et forte ideo fuit facta ista specialis prouisio in miserabilibus,quia isti magis affectant in Audientia comparere, propter priuilegia miserabilitatis, de quibus dixi in dicto *c.ne ex beneficio.*vide & adde infra *colla.proxi. c.les causes dels pubills.*§.*sino era.*vbi seruatur miserabilibus similis optio, an velint causam ducere coram Gubernatore,vel coram ordinario:&hoc iam concedebatur per *l.vnicam.C.quando Impera.*

82 *inter pupil.& vid.* Numquid † ergo si querelatus fuerit non miserabilis persona, & maluerit comparere in Audientia, tenebitur facere intimari querelanti, sicuti hic dicitur de miserabilibus? Respondeo quod sic. Vnde supple hic,maxime.

83 Sed † quid si non facta huiusmodi intimatione comparuerit querelatus in Audiẽtia,eritne processus propter hoc inualidus? Respondeo, forte non, sed non poterit contumacia imputari querelatori, si non adfuerit in Audientia tempore illius comparitionis,dummodo comparuerit coram Vicario,ne propter querelatoris contumaciam circumducatur citationis edictum, iuxta *Iacobum de Calicio in Directorio pacis & treugæ 13. dubio princip.q.7.*Sequitur in textu,*Hage intimar.*

84 Intimare † est,nuntiare,narrare,manifestare.vnde intimata sunt nuntiata,narrata,manifestata,& cognita. Debet ergo fieri intimatio taliter, vt cognoscatur, & cui intimatur, plene intelligat, seu intelligere possit, & ideo dicitur hic, *ab lletra.*

85 quia †plenius in scriptis fit intimatio & notificatio rei.Sequitur in text. *ab lletra de la Cort.*

86 Sed † quæro, cuius curiæ erit ista littera? Resp. quia littera ista,siue textus huius constitutionis

87 hoc non aperit,intelligam de † curia Principis per antonomasiam, sicut Vrbs dicitur de Roma, iuxta notata *extra.de verb.sig.c.forus.* & ibi *glossa.* quæ tractat de pluribus figuris locutionis. Vel forte sufficiet littera cuiusuis curiç, siue domini Regis,siue Vicarij,quia parui refert, dummodo

88 intimetur,& certioretur; quia non refert †quid ex æquipollentibus fiat:vt *C.de insti. & substit.l. si mater.* facit *C.de testamentis.l.quoniam.* Sequitur in text. *que dins spay de quinze jorns apres la inti-*

89 *macio.*Nota, *apres la intimacio,* quia † videtur, ꝙ sit necesse,quod intimatio ista fiat personaliter, vt veniat in notitiam querelantis. Sed credo sufficere si fiat ad domum, facta prius indagatione personæ,vt est iuris:iuxta *cap.fin.extra. de dolo & contumacia.* & melius in *c.si aduersarius.extr.de eo, qui m.s.in po.causa fernan.* quia ista intimatio fit causa prosequẽdi causam,ergo non currit de momento ad momentum.Immo habebit locum *l.& si post tres. ff. si quis cancell.* vide in vsat. *Placitum mandetur.* & in vsat. *Stabilierunt etiam supradicti Principes.* vbi de hoc late per *Doctores.* Sequitur in textu,*per procehir en la causa,*subaudi,&

90 si querelans † ex tunc per annum tacuerit, vel infra biennium causam ipsam finaliter prosecutus non fuerit,instantia ipso iure peremptа erit: vt infra *eod.cap.proximo.* Sequitur in textu, *e que durant los dits quinze dies lo querelat sia detẽgut,*&c. Nota pro his quæ dixi supra,scilicet, quod donec constiterit bene comparuisse, detinebitur persona querelati, quia ad hoc spectatur querelans per quindecim dies, vt habeat facultatẽ impugnandi comparitionem,alias non detineretur vltra biduum pro eius depositione recipienda, vt supra *collat.proxi.c. Et quia sæpe contingit.* §. *& nisi criminis qualitas.* vide & adde quæ ibi dixi,

91 & illã limita per istam,quia †regulariter nõ detinebitur vltra biduum. vt ibi.Fallit in casu huius constitutionis, quando causa est ad Audientiam euocata.Item fallit quando loco pignoris personam tornauit,& misit captam in posse curiæ,vt dicto *cap. & quia sæpe.*§. *in hoc autem.*& in

92 pragmatica ibi inserta.Sed † numquid ille, qui loco pignoris tornauit personam,quocumq; tẽpore veniat,etiam facta clami adiudicatione,poterit dari ad manuleutam?Respondeo,quidquid alij dixerint, quod aut fideiussores se obligãt ad tornandum personam,vel soluere iudicatum; & tunc non est dubium,quia sic cautum est parti:& sicut pignora darentur manuleutę, sic & persona.Aut fideiussores non se obligant soluere iudicatum, sed de tenendo personam captam,& illã tornando tamquam commentarienses, & tũc est idem, quia tales, capti & incarcerati videntur, iuxta notata in *c.1.de hæreticis.in Clem.* Aut fideiussores solum se obligant de tornando personã tantum sub certa pœna, quæ non esset sufficiens parti querelatrici; & tunc ipsa pars vult sumi vindictam de persona; & tunc non credo quod debeat dari ad simplicem manuleutã de tornando. Aut pars contentatur de cessione bonorũ, & tunc poterit relaxari sine manuleuta,quia satisfactum videtur parti,sed ratione criminis pro fisco tantum poterit retineri. Credo tamẽ,quod facta cessione bonorum per effectum,statim sit in

pacem

reducendus in pacem & treugam; & ita tenuere practici Gerundæ. vide de libro Gui. Domenge.

93 Et hæc conſtitutio facit, quod † poſſint dari cũ parentes in omni caſu ad cautionem ſufficientẽ; & hoc crederem verius, ſaltem de æquitate, & maxime in Principe, & ita vidi ſeruari. Cogita tamen plenius. Sequitur in textu, *an perſona, o donat a ſufficient cautio.* Nota verbum *ſufficient*, quia requiritur quod promittant tornare perſonam, aut ſtari iudicatis; & quod dentur fideiuſſores idonei, & pignora ſufficientia. Et ſi apponatur pœna, quod ſit talis, quę ſatisfiat iudicatis, pro quibus talis pœna in dubio apponi videtur. De

94 materia † cautionis, & quæ dicatur ſufficiens, vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. proxim. cap. los ſalaris. §. axi empero.* & in *curia Illerdæ, cap. 17. Item ſtatuimus, volumus, & concedimus. §. tamen qua libet parium.* cum iuribus & concordantijs in eis allegatis. Sequitur in textu, *ſegons la qualitat d. l ciam*, dic conſiderata qualitate criminis perſonarum, & quantitatis querelatæ. Facit præinſerta pragmatica, & quæ dixi ſupra, & notant *Doct.* in *l. 1.* & *l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reorũ.* Si vero captus fuerit poſt contumaciam, vel eiectionem, aut publicationem, tunc ſemper in carcere detinebitur, donec purgauerit contumaciam cum omni effectu, vel alias ſatisfecerit querelanti, & fiſco domini Regis pro pœnis contumaciæ, & alijs aſſueris, iuxta ſtylum curiæ. Sequitur in textu, *E apres ſia procehit en la cauſa.* dic, *apres*, ideſt, poſt lapſos quindecim dies proxime dictos. Sed pone,

95 quod abſque † littera querelatus eſt certus, vel certificatus, numquid adhuc erit littera neceſſaria? Videtur quod non per regulam iuris, Eum, qui certus eſt, certiorari vltertius non oportet; *ff. de act. empt. & vend. l. 1.* & *extra. de regulis iuris. cap. eum qui.* alias incipit, *cum quis. lib. 6.* Pro cuius regulæ intellectu vide *Bart. in l. denuntiaſſe. §. quid*

96 *ergo. ff. de adulterijs.* quoniam † quando denũciatio fit ad aliquid prohibendum, vel iniungendum, tunc fieri debet ei qui certus eſt. Secus ſi fieret tantum ad certificandum: & ita intelligitur regula, & dicta *l. 1. in fine. ff. de actione, emptione.* vide & adde notata per *Bart. de noui operis nunt. l. nõ*

97 *ſolum.* vbi late ponit † materiam proteſtationis & denuntiationis pro eiectione cõſeruanda. Itẽ vide & adde quæ notat *Ioannes in Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 5. q. 134.* Sequitur in textu, *ſegons les cõ-*

98 *ſtitucions de pau & de treua.* ſubaudi, quæ † ſunt quindecim chartæ pacium & treugarum, ſecundum *Iac. de Calicio in fine Repertory ſui Directory.* & ſubaudi etiam, ſecũdum vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones, & capitula curiarum generaliũ, conſuetudines, & priuilegia, & alia iura patriæ, & in ſubſidium ſecundum ius commune, æquitatem, & bonam rationem, vt ſupra *collat. 8. curiæ Regis Martini cap. Item ſenyor quels Cancellers.* vide quæ ibi dixi, cum ſuis concord. Sequitur in tex.

99 *to las praticas de aquellas.* Hic habes, quod † practica eſt verus intellectus legis & conſtitutionis, vt *extra. de conſuet. cap. cum dilectus.* & *ff. de legib. l.*

100 *ſi de interpretatione.* & *l. minime.* Et hoc † intellige de bona practica, & communi obſeruantia, & diutius practicata, & quæ ſit rationabilis, & non ſit contra veram & claram mẽtem, & prohibitionem ipſarum conſtitutionum & iurium patriæ; quia talis eſſet mala practica, & potius diceretur abuſus; vt ſupra *collat. proxim. c. confirmantis la conſtitucio.* ibi, *E tollents lo abus.* vide & adde quæ ibi dixi, & in *cap. contra la penſa.* cum

101 ſuis concord. & ita † in practica, ſtylo & conſuetudine requiritur quod fuerit rationabilis, ſicut in lege ſcripta. 4. *diſt. cap. erit autem lex.* Sed

102 tamen † ſtylus curiarũ ſeruandus eſt ad vnguẽ, dato quod lex ſit in contrarium, vt *l. finali. C. de aquæduct.* ibi, dum dicit, *more ſolito edendis.* Sed melius facit textus *l. 1. §. ſed & ſi quæ leges. C. de veter. iure enucle.* quod tene menti. vide etiã infra *eadem, cap. la rigor.* in fine. Nota pro practica & ſtylo: & adde notata per *Henricum Boich extra. de eo, qui miſ. in po. cauſa rei ſeruan. cap. cum veniſſent.* Et hic videntur approbari pragmaticæ, quæ dant formam & practicam proceſſui pacium & treugarum.

Vt intra certum tempus querelæ & cauſæ criminales finiantur. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ex prefatione ſumitur ratio legis, & dicitur cauſa finalis.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu legis vel ſtatuti valet, niſi eſſet contra ius.*

3 *Accuſator, denuntiator, vel querelans in cauſa pacis, ſi per annum tacuerit, nullatenus ad proſequutionem admittitur, & inſtantia perimitur ſi finita non fuerit intra biennium, actione remanente ſalua, & querelatis vel accuſatis refuſis expenſis. declaratur nu. 4. & 46. & 50. & limitatur nu. 35. & an iudex peremptis dictis inſtantijs poſſit tranſire ad viam inquiſitionis de eiſdem criminibus. nu. 41. & quid erit in proceſſu inquiſitionis. nu. 61.*

5 *Prefationes & proœmia probant cauſam finalem.*

6 *Statuentis mens attendenda eſt.*

7 *Lex verbis & ratione conſtat, ſicut homo ex anima & corpore.*

8 *Leges ſunt benignius intelligenda, vt mens earum conſeruetur.*

9 *Per accuſationis viã procedi poteſt in Principatu Catalonia.*

10 *Inſcriptio pro pœna talionis licet regulariter requiratur, hic tamen fallit.*

11 *Accuſationis diffinitio.*

12 *In accuſationis libello qua contineantur. remiſſiue.*

13 *Accuſatio regulariter durat viginti annis. fallit tamen, vt hic.*

14 *Præſcriptio triginta annorum in criminalibus etiam procedit de iure Gotico.*

15 *Præſcriptio decem vel viginti annorum non procedit in ciuilibus de iure Catalonia.*

AEqualitas inter accuſatorem & accuſatum an debeat eſſe. remiſſiue.

Accu-

17 *Accusatus ex delicto, si postea bannitus fuerit, & capitur, illico non est condemnandus, nisi crimen cõfessus fuerit.*
18 *Accusare, & facere accusari, ac manus inferre, sunt paria.*
19 *Exceptio,* Licite potuit occidi, *impedit accusationem.*
20 *De delicto prius debet constare, quam procedatur ad torturam. & practica probandi delictum traditur num.21.*
22 *Mortuus accusari non potest nisi tribus in casibus, qui referuntur.*
23 *Accusator repellitur propter multa.*
24 *Accusatus de crimine an possit iterum de eodem accusari.*
25 *Plures an possint accusari de eodem crimine.*
26 *Vniuersitas an accusari possit, & qualiter eo tunc citanda sit.nu.27.*
28 *Monachus effectus post delictum an eximatur à iurisdictione iudicis ipsius delicti.*
29 *Curia an possit remittere, non obstante partis instantia.*
30 *Accusatus potest alienare bona nondum confiscata, nec similiter fiscus reuocat alienationem, nisi lata sententia.*
31 *Denuntiatio quæ remissiue.*
32 *Denuntiare potest qui non accusare.*
33 *Denuntians auditur sine inscriptione.*
34 *Inquiritur, cum ad denuntiationem alicuius, processus non dicitur inquisitionis, sed denuntiationis.*
36 *Libellus non est necessarius in denuntiatione, in qua proceditur de plano.*
37 *Denuntiatio est multiplex.*
38 *Citatio an requiratur in denuntiatione.*
39 *Testes recipi possunt lite non contestata in causa denũtiationis contra contumacem, & ferri contra eũ sententia.*
40 *Fiscus regulariter non potest dare querelas pacis, nisi in certis casibus.*
42 *Accusare vltionis causa, vel alio malo zelo, non est laudabile.*
43 *Instantia in processu inquisitionis ex officio non perit.*
44 *Inquisitio ex officio facta non præsumitur calũniosa.*
45 *Citatio an requiratur in denuntiatione.*
47 *Contra contumaces & fugitiuos semper præsumitur.*
48 *Sententia lata contra absentem non transit in rem iudicatam.*
49 *Præscriptio annalis non currit contra actorem impeditum dolo & facto conuenti.*
51 *Protestatio sufficit ad interrumpendam annalẽ præscriptionem.*
52 *Termini constitutionum an possint prorogari, vel minui de consensu partium.*
53 *Interruptio quot modis fiat. remissiue.*
54 *Instantia in causis criminalibus incipit à citatione, licet regulariter incipiat à litis contestatione. nu.55. & in causa pacis incipit à die comparitionis querelati.nu.56.*
57 *Instantia eo dicitur, quia cum assiduitate & frequenter statur in iudicio.*
58 *Instantia inquisitionis an possit renouari.*
59 *Inquisitio falsi durat triginta annis.*
60 *Iniuriatus potest assistere in inquisitione.*
62 *Instantia an perimatur, si protrahatur vltra biennium, propter incidentem quæstionem, seu altercatum. declaratur nu.79. & 80. & 85. & quid si accusator decesserit, & succedat fiscus. nu. 63. & quid si per Regem vel Gubernatorem impediatur cursus instãtiæ. nu.70.*
64 *Instantia criminalis aliquando debet finiri infra annum, aliquando infra tres menses.*
65 *Instantia causæ ciuilis an excludat ab honoribus. remissiue.*
66 *Quæstio omnium, vel maioris partis bonorum equiparatur quæstioni status, quæ quæstio status morti æquiparatur.*
67 *Perire nequit quod non est.*
68 *Minor semper restituitur, nisi contrarium reperiatur in iure expressum.*
69 *Minori an competat beneficium restitutionis in integrum aduersus peremptionem instantiæ, traditur remissiue.*
71 *Instantia an perimatur ipso iure, vel ope exceptionis, distinguendo traditur.*
72 *Protelatio aduersarij facit prorogare terminũ instantiæ, secus protelatio tertij.*
73 *Instantia in præiudicium actoris non currit, propter cauillationes aduersarij.*
74 *Instantia peremptæ non perennt acta litis ordinatoria & decisoria declaratur ibidem.*
74 *Iudicis factum impedit cursum instantiæ.*
76 *Protestatio non sufficit vt instantia non labatur, cum opus sit aliami factis, instando semper.*
77 *Voluntas non sufficit, vbi facto opus est.*
78 *Iudex debet statuere breues dilationes, iuxta breuitatem instantiæ.*
81 *Vt instantia non labatur, tutum est protestari pluries, & petere sententiam.*
82 *Iudex punitur, si causa criminalis sua culpa infra biẽnium finita non sit. declaratur nu. 115. & quãdo dicatur stare per iudicem. nu. 116.*
83 *Contumacia delictum est.*
84 *Absens regulariter diffinitiue non potest condẽnari.*
86 *Iudex vbi videt perire instãtiam causæ fiscalis, potest procedere ex officio.*
87 *Sententia dicitur finis instantiæ, sine causæ.*
88 *Instantia non dicitur finaliter prosecuta, donec restat aliquid ad prosequendum.*
89 *Iudicium sine sententia non est perfectum.*
90 *Sententiam latam esse, & conclusum esse in causa, paria sunt.*
91 *In causa vbi est conclusum, dicitur causa quasi finita.*
92 *Iudex ex officio declarare potest instantiam & appellationem desertam.*
93 *Causam criminalem infra biennium non prosequens, punitur.*
94 *Iudex an possit iudicare post lapsum biennij instantiæ, traditur.*
95 *Manutenta finiuntur, nisi requirantur intra annum Barcinonæ ex priuilegio particulari.*

Instantia

Digitized by Google

96 *Inſtantia perempta, an pereant acta iudicialia.*
97 *Nullum quod eſt, ratificari non poteſt per conſenſum partium. declaratur nu. 98.*
99 *Inſtantia tempus non perit coram Principe. Fallit tamen nu. 100.*
101 *Iudicis mora non nocet parti, nec inducit deſertionẽ appellationis.*
102 *Temporis lapſus non imputatur diligenti.*
103 *De diligentia vt conſtet, debet proteſtari.*
104 *Iudex vbi videt inſtantiam labi, debet ex officio ſententiam ferre.*
105 *Inſtantia an renuntiari poſsit ex pacto, vel cum iuramento. remiſsiue.*
106 Actio *verbum ſumitur proprie, & improprie.*
107 *Verba ſemper ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*
108 *Inſtantia perempta licet pereant acta iudicialia, remanet tamen effectus interruptionis, præſcriptionis, & perpetratæ actionis.*
109 *Inſtantia perempta etſi pereant acta iudicialia præparatoria iudicij, non autem quæ conferunt ad deciſionem cauſæ. declaratur nu. 112.*
110 *Litigioſi vitium etiam perempta inſtantia durat cõtra conuentum, & habentem ius ab eo.*
111 *Sententia an valeat, ſi feratur perempta inſtantia.*
113 *Inſtantia ſi labitur dolo aduerſarij, datur aduerſus eam reſtitutio in integrum.*
114 *Inſtantia cauſæ appellationis an labatur, diſtinguendo traditur.*
117 *Præſcriptio an currat, ſi labatur tempus facto aduerſarij. remiſsiue.*
118 *Teſtium atteſtationes perempta inſtantia non valent, niſi in ſubſidium.*
119 *In ſubſidium quædam valent, quæ aliter nequaquã valerent.*
120 *Citatio actore non comparente, an inducat interruptionem.*
121 *Iniuriarum actio an iterum ſit intentanda contra hæredem defuncti mortuo iniuriante, & perempta inſtantia cœpta contra eum.*
122 *Iniuriarum actio non datur contra hæredem, niſi litè conteſtata cum defuncto. & declaratur nu. 123.*
124 *Interruptio fit per ſupplicationem Principi oblatam & reo intimatam.*
125 *Præſcriptio nulla minor currit in Cathalonia, quam triginta annorum. & declaratur nu. 131.*
126 *Reſtitutio in integrum an peti poſsit in Cathalonia vltra quadriennium vſque ad triginta annos.*
127 *Finis nullus eſt faciendi plures libros.*
128 *De iure communi non eſt habenda ratio, niſi deficientibus iuribus Cathaloniæ.*
129 *Ridiculum eſt ignorare iura patriæ, & dimittere regimen illius, ac curare de alienis.*
130 *Lecturat nouas Doctorum extraneorum bonũ eſſet prohibere.*
132 *Lex vbi dat remedium, videtur dare tam agendo, quam defendendo.*
133 *Victus victori condemnatur in expenſis. Fallit tamẽ, vt hic.*
134 *Inſtantia licet ſit perempta, ex eo tamen non debet actor ſemper condemnari in expenſis.*
125 *Contumaces vbi fuerint actor vel reus, non audiũtur vlterius, niſi refectis expenſis.*
136 *In expenſis fit cõdemnatio ratione deſertionis, vel retardati proceſſus.*
137 *Inſtantia perempta durat etiam officium iudicis.*
138 *Inſtantia perempta, an, ſi velit actor, iterum accuſationem proponere poſsit, non refectis prius expenſis. declaratur nu. 140. & 141.*
139 *Accuſatio, denuntiatio, & inquiſitio quid.*
142 *Iudex reſeruare ſibi debet taxationem expenſarum, ſi liquida non fuerint.*
143 *Sportulæ iudicij ab vtraque parte ſunt ſoluendæ.*
144 *Expenſarum condemnatio fieri poteſt ante diffinitiuam, maxime ratione contumaciæ. nu. 145.*
146 *Expenſarum materia, remiſsiue. & nu. 149.*
147 *Expenſæ factæ in lite petuntur officio iudicis.*
148 *Expenſarum condemnatio an fiat in cauſis criminalibus. remiſsiue. & nu. 154.*
150 *Expenſarum condemnatio an fieri poſsit in iudicio miſsionis in poſſeſsionem, cauſa rei ſeruandæ.*
151 *Expenſæ probantur per iuramentum.*
152 *Sententia lata ſuper expenſis habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*
153 *Appellari an poſsit à condemnatione expenſarũ tantum. & inm. 155.*
156 *Expenſæ in cauſa appellationis an conſiderari debeant, quæ fiunt eundo, morando, vel redeundo.*
157 *Accuſator ſi crimen probauerit, calumnioſè egiſſe nõ videtur.*

A *Remoure accuſacions calumnioſas, &c. A remoure.* Nota, † quod ex prætationẽ ſumitur ratio legis, & dicitur cauſa finalis, qua ceſſante, ceſſat & lex, ſecundum *Bart. in extra. ad reprimendum. in gloſ.* ſuper verbo, *ne ex eorum abſentia.* 1

circa finem ipſius. Item valet †argumentum à contrario ſenſu legis vel ſtatuti, & etiam inter contrahentes, niſi eſſet contra ius, ſecundum *Gui. de Suza. in l. ſi ea conditione. C. de conditionibus inſertis.* 2

Caſus. Si †accuſans querelator pacis & treugæ, & denuntiator, etiamſi fictus fuerit, per annum tacuerit, vlterius non admittitur ad proſecutionem accuſationis querelæ, vel denuntiationis factarum: ſi vero per annum non tacuerit, ſed infra biennium à die datæ accuſationis, ſeu factæ denuntiationis, vel à die comparitionis in querela pacis & treugæ numerandum, inſtantiæ earumdem non fuerint finaliter proſecutæ, pereũt inſtantiæ cum firmis & conditionibus ſuis ipſo iure, actione tamen ſalua remanente, ſi eam de nouo voluerit intentare, ſaluo tamen iure damnorum & expenſarum conuentis. Et extenditur præſens conſtitutio ad cauſas & negotia tempore publicationis, ſeu datæ ipſius pendentia. Hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes. In prima dicit, accuſatorem, denuntiatorem, ac querelantem pro pace & treuga, nullatenus ad proſecutionem admitti, ſi per annum tacuerit. In ſecunda, ibi. *Ita on no callarã*, dicit inſtãtiam accuſationis, denuntiationis, & querelæ pacis ipſo iure 3

perimi,

Digitized by Google

perimi,ſi non fuerit infra biennium à die libelli accuſationis,vel denuntiationis,vel factæ cõparitionis in cauſa pacis finaliter proſequuta,attamen actione remanente ſalua. In tertia parte, ibi, *ſalnat emparo*,ſaluatur ius reis & querelatis ſuper expenſis atque damnis illatis, ratione inſtantiæ ſopitæ. In quarta & vltima ibi, *E volem*, extenditur conſtitutio ad negotia pendentia. Ex principio,ibi,*calumnioſas*, nota calumnijs obuiandũ. ſic ſup.*colla.proxi.c. volentes ſubditos noſtros.* & ibi
4 dedi concordantias. Et nota bene † iſtud proœmium pro his quæ inferius dicam,quia videtur â contrario, quod vbi euidenter conſtat de veritate accuſationis vel querelæ. ꝙ ceſſante cauſa
5 ceſſet effectus; quia † præfationes & proœmia probant cauſam finalem, per quam probatur ratio & mens ſtatuti: vt *ff. de heredi. inſti. l. pacto Mœuius.* & ibi notat *Bald.* Vnde videtur,quod vbi euidenter conſtet querelam fore veram & iuſtã, quod non habeat locum præſens conſtitutio,nã alias operaretur contrarium effectum. Pro quo faciunt notata per *Bald. in l. legata inutiliter. ff. de legatis primo.* circa princ. Et ita nota ſumme verbum *calumnioſas*, hic in textu poſitũ in hoc pro-
6 œmio, quia † mens ſtatuentis attendenda eſt, vt *1. diſt. c. conſuetudo.* & *14. q. 3. c. plerique.* & *1. q. 1. c. Marcion.* & *extra. de verb. ſig. c. intelligentia.* quia
7 ſicut † homo conſtat ex anima & corpore, ita lex verbis & ratione; & hoc eſt ſcire leges; *ff. de legibus. l. ſcire.* quia ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. vide *l. ſcire oportet. in §. oportet. verſ. & ſi*
8 *maxime. ff. de excu. tut.* Et † ita leges ſunt benignius intelligendæ,vt mens earum conſeruetur,vt *l. benignius. ff. de legibus.* cum ibi notatis. & ita vidi pluries pronuntiari. Sequitur in textu, *Accuſa-*
9 *tions*. Nota hic, fore † permiſſum in Cathalonia procedi per viam directæ accuſationis, in qua tamen de iure communi requiritur inſcriptio ad pœnam talionis: ſic etiam de iure Gotico, vt *lib. 6. tit. 2. l. ſi modus diſcretionis. verſ. ſed ſi non potuerit probare.* Super quo vide & adde quę ſcripſi ſup. *colla. proxim. c. querelam. §. & ſi lite.* ſupee verbo, *& hoc fuerit per iudicem declaratum.* Et li-
10 cet † de ſtricto iure ſcripto teneatur accuſans ſe inſcribere ad pœnam talionis; tamen fallit in caſibus notatis in *c. ſuper his. extra. de accuſat.* & *2. q. 8. in ſumma.* Sed de plenitudine hodie nõ fit ſcriptio,ſecundum *Thomam de Piperatis*,& *Albert. de Cremona in tit. qualiter fiat accuſatio. §. & nec immerito.* Quidam tamen dicunt,quod licet nõ fiat inſcriptio,tamen habet locum talio,& videtur tacite facta inſcriptio, ſecundum *gloſ. in l. 2. C. qui*
11 *accuſa. non poſſunt.* Quæro hic,quid † ſit accuſatioẽ Reſp. Accuſatio eſt, alterius rei criminis per libellum ad vindictam facta delatio cum ſolemnitate inſcriptionis, vt *C. qui accuſa. non poſſunt. l. non ignorat.* & *ff. de accuſa. l. libertorum.* & *2. q. 7. c. plerumq; c.* & *ff. de priua. delict. l. 1.* Vel dic ſecundũ *Bal.* ꝙ accuſatio nihil aliud eſt, niſi officium iudicis interpretatum ad punitionis effectũ. de quo vide per *Bal. in l. 1. C. de delictis defunct.* Et quid
12 contineri † debeat in libello accuſationis, notat
13 *c. in tua. extra. de procura.* Item nota. † quod accuſatio regulariter durat viginti annis. Fallit in caſibus notatis in *l. querelã. C. de falſis.* Sed iure Go-
14 tico † in omnibus etiã criminalibus eſt vniformis præſcriptio trigenaria, vt in vſat. *Omnes cauſe, ſiue bona, ſiue male.* quæ eſt in Gotis *lib. 10. tit. 2. Rub. vt omnes cauſe triennio concludantur.* Sed ibi non negat quin aliquæ cauſæ minori tẽpore concludantur: & ſic forte adhuc in hac patria ſeruа-
15 bitur iſta lex *querelam.* Sed tamen † in ciuilibus non habet locum præſcriptio decem vel viginti annorum de quo vide infra *eod. c. hauents acor.*
16 *in 2. parte. verſ. Item quod omnis actio.* Sed an † debeat eſſe æqualitas inter accuſatorem & accuſatum, vide *2. q. 1. §. in hoc. 4. q. 4. c. præſcriptio.* & *C. qui accu. non poſ. l. qui crimen.* & ibi *Cinus.* Item no-
17 ta valde,quod † accuſatus ex delicto, ſi poſtea bãnitus fuerit & capitur,non eſt illico damnandus, ſed iudex debet facere vt confiteatur crimen per ſe commiſſum: *ff. de cuſtod. reor. l. diuus.* &
18 non eſt alibi ſecundum *Bal.* Nota etiam † quod accuſare,& facere accuſari,& manus inferre, paria ſunt. vt *l. ſi inimicitie. ff. de his quibus vt indign.*
19 & notat *Bart. in l. 1. ff. de iure patro.* Item nota, † ꝙ hęc exceptio, *licite potuit occidi*, impedit recipi accuſationem, quia opponitur ad proceſſum, & impedit eum, ſecundum *Bart. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccle. confu. per ipſam l.* & impediret citationem & proceſſum pacis & treugę, dummodo daretur prompta probatio. ſuper quo vide notata per *Calic. in Directorio, 16. dubio.* & quæ ſcripſi intra *eod. c. Item per tolre vexacions.* ſuper verbo,
20 *ſens reprehenſio alguna.* Item nota, quod † prius habet conſtare de maleficio, quam procedatur ad quæſtiones per tormenta: vt *ff. ad Sillen. l. §.*
21 *illud.* alias eſt *Sillud ſciendum.* vbi *Bartol.* † ponit practicam, quod per notarium ſcribatur in actis, qualiter vidit mortuum & vulneratum, &c. vide etiam notata per *Alber. de Cremona vbi ſupr. §.*
22 *vlt.* Item nota. quod † accuſari non poteſt mortuus, niſi in tribus, ideſt, de hæreſi, de mat. propter bona & de crimine læſæ Maieſtatis: *extr. qui filij ſunt leg.* ad idem facit *de præſcript. c. vlt. lib. 6.* de hoc nota *24. q. 2. in ſumma.* & adde quę ſcripſi ſup. *colla. 5. c. 30. Item ordinamus & ſtatuimus, quod*
23 *inquiſitiones.* Item † accuſator repellitur propter multa, ſcilicet, propter turpem quæſtum, vel ſi intra ſtatutum tempus nõ accuſauerit. *qui ma. ac-*
24 *cu. poſ. c. ſignificante. in gl. ſ. 2. & 3.* Sed † an & quãdo abſolutus de crimine poſſit de eodem iterum accuſari, vide *Henri. in c. de his. extra. de accuſa.* Itẽ
25 an † plures poſſint accuſari de eodem crimine,
26 nota *gl. ſ. in c. quotiens de pur. ca.* Et an † vniuerſitas poſſit accuſari, vel inquiri, aut agi contra eã. vide *gl. ſ. ext. de ſy. c. dilectus. in 2.* Et qualiter tunc
27 † debet citari, notat *Bart. in extra. ad reprimendũ.*
28 ſuper verbo *citatum.* Sed quæro, † accuſatione pendente aliquis eſt incarceratus propter maleficium,

Digitized by Google

ficium,efficitur mõnachus, vel clericus, nũquid erit exemptus quoad diſtrictionem perſonalem â iuriſdictione laici? Dic quod nõn, quia erit in fraudem iuſtitiæ, impediente tamen etiam,quia ordo & profeſsio non inuenit iſtum liberum.& hic eſt non ſolum præuentà cauſa,ſed etiam perſona:vt in *c.ſane.de celebrat.miſſarum.* vide *Inno.*& *Doct.extra.de obli.ad ratio.c.uno.* adde quæ ſcripſi
29 ſupra *collat.proxi.c.quia plerique.* Sed † vtrũ curia poſsit remiſsionem facere de crimine, de quo fa cit pars inſtantiam,vide *Ioan.Fab.inſti. de publicis iudi.*§. 1.alias in princ. ſuper *gloſ.ſed qualiter.* vide *Hoſtienſ.in Summa tit.de inquiſit.*§.*fin.verſ.ſi.* & in *Spec.eod.tit.*§.*nunc circa. verſ. quod ſi inquiſitor.* vide etiam in 1.*parte Spec. tit. de diſpenſat.*§. *nunc de Epiſcoporum.verſ.ſed pone,clericus.*& *verſ.q.* & *de abolitione & purgatione.* §.1. *verſ.ſed cum ſupra.* vide etiam per *Ioan.in Summa Confeſ. lib.2.tit.* 5.
30 *q.*145. Vlterius † nota quod accuſatus poteſt alienare bona nondum adnotata,nec fiſcus reuocat niſi lata ſententia.vide in *Spec. tit. de accuſat.* §.*ſequitur.verſ.quid ſi poſt. de pur. ca.* vide *Doctores in l.poſt contractum.ff.de donat.*& *l.*1. *C. de iure fiſci. lib.*10. Sequitur in tex.*querelas de pau & de treua,* ſubaudi,de quibus vide ſupra *cap.proxi.*& ſupra *collat.proxi.c.querelam.* cum ſimilib. Sequitur in
31 text.*e denunciacions.* Quid ſit † denuntiare, vide
32 in *Spec.tit. de denũt.* §.1. Et poteſt † denuntiare, qui non poteſt accuſare:*extra.de iureiuran.c.quemadmodum.*Sed an ante contentionem reo denuntiare debeat actor, vide in *Spec.tit.de denuntiat* §. *quis denuntiare poſsit. verſ. quod autem admonitio.*
33 Item denuntians ſine inſcriptione auditur,v. de
34 in *Spec.tit.be noto.crimine.verſ.Pe.de Sap.*Cum † ad denuntiationem alicuius inquiritur, iſte non eſt proceſſus inquiſitionis,ſed denuntiationis. vnde ſi non valet denuntiatio, nec inquiſitio, quæ eſt eius acceſſoria ; nec enim poſſunt cumulari duæ ſpecies procedendi,ſecundum *Bald. in Spec. tit.de inquiſitione.*§. 1.*verſ.ſed numquid.* adde quæ ſcripſi infra *eod.c.* ſuper verbo, *inſtãtia.in* 1.*q.* adde etiam,& latius notata per *Bald. in l.edita.C.de*
35 *eden.*§.*an libellus procedat ſine concl.* Et † nota,q̃ hic non ſolum loquitur de inquiſitione, quæ fit ex officio,vel ad fiſci inſtantiam: & ſic eſt caſus omiſſus,& de iure tali non perit inſtantia,vt notatur per *Doct.in l.properanaum.C.de iudi.*& ratio eſt,quia in curia fit litis conteſtatio, & fiſcus nõ habet tempus limitatum,niſi in querelis ſpacium
36 & treugarum,vt in hac conſtit. dicitur. Et † in denuntiatione, in qua de plano proceditur, non eſt neceſſarius libellus,vt in *Spec.tit.de denunt.* §.
37 *nunc ascendum.verſ.formam.*Et † nota quod multiplex eſt denuntiatio, vt plen. notatur 2.*q.*8.*in ſumma.*& *extra. de iudi.c.nouit.* cum ſuis concor.
38 & *Archid.*22.*q.*5.*c.hoc videtur.* Sed an † in denũtiatione citatio ſit fienda?argu. quod ſic *extra. de hæret.c.cum ſecundum.*& quod notat *Ioan. And. de cenſibus.in Clem.præſenti.*argum.contra *extra.de appel.c.paſtoralis.*& quod notat *Io. And.de coha.cleri.*

& mul.c.veſtra. Pro prima parte facit præſens cõ-
39 ſtit.ibi,*ara ſia,o no fos feta comparicio.* Item † nota quod in cauſa denuntiationis contra contumacẽ lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, & ferri ſententia diffinitiua, ſecundum *Io. And.extra. de dolo & contu.c.veritatis.*Item notat *Io.Fab.inſtit. de publi.iudi.* circa prin.quod de iure ciuili al quis non admittitur ad denuntiandum,niſi ſoli officiales.vide ibi. Sequitur in text. *encara que foſſen per lo procurador fiſcal donades,o procurades,* ſubaudi hoc,ſcilicet,dictæ querelæ pacis & treugæ.nã verbum *etiam* hic ſolum determinat verbũ *querela pacis & treugæ;*quia de accuſationibus & denũtiationibus nemini eſt dubium, quia officiũ ipſius procuratoris fiſcalis eſt de criminibus &delictis reos proſequi, ſiue per viam accuſationis, vel denuntiationis,& promotionis inquiſitionũ.
40 Sed † querelas pacis & treugæ regulariter dare, & proſequi non poteſt, niſi in caſibus â conſtit. Cathaloniæ permiſsis,de quibus dixi ſupra *coll. proxi.c. quia quandoque contingit.* §. *caueant autem. verſ.nec procuratores fiſcales.*vide ibi,& in cõcord. & quod dixi ſupra *c.proxi.* Et hoc eſt quod hic littera dicit,*encara permes per conſtitucions de Catalunya fetes,donades,* &c. Sed forte nõ eſſet iniquũ intelligere de omnibus accuſationibus & denũtiationibus etiã per fiſcũ tactis quia etiã de iure Romano cauſæ criminales biẽnio claudũtur.Secus tamẽ credo in inquiſitione quę fieret ex offi-
41 cio,nullo alio promouente.Sed an † peremptis huiuſmodi inſtantijs in caſibus huius conſtit.poterit iudex ex officio & motu proprio tranſire ad viam inquiſitionis de eiſdem criminibus? Videtur quod ſic,iuxta notata per *Ant.de But.c.licet eli.de ſimo.* quod credo verum ſaltem in grauioribus,ne crimina remaneãt impunita. Cogita me
42 lius. Et † nota,quod illaudabile eſt accuſare vltionis cauſa,vel alio malo zelo:vt *ff.de iure fiſci. l.*2.§. 1. Secus quando ſit accuſatio bono zelo,& vt mal facta puniantur: vt in *auth. de non alie.aut permutan.*§.*vlt.* & ibi *gloſ.* ſuper verbo *laudabili. collat.*2. quia expedit peccata nocentiũ nota fieri: *ff.de iniur.l eum qui.* Vlterius etiã nota, quod
43 in † proceſſu inquiſitionis ex officio non perit inſtantia.vide *Gui.de Cogno in l. properandum. C. de iudi.*& probatur in hac conſtit.â cõtrario ſenſu.& video q̃ ſeruatur,& bene,quia vbi ex mero officio inquiritur.non eſt inſtãtia partis:ergo nõ perit inſtantia,ſed forte officio iudicis præſcribetur ſpatio triginta annorũ. Item inquiſitio fa-
44 cta † ex officio nõ præſumitur calumnioſa. quia iudex,qui iurauit facere iuſtitiã, præſumitur zelo iuſtitiæ moueri. Et vbi iudex ex officio procedit ſine promotore inquirendo,talis proceſſus eſt ordinarius,& tũc nõ perit inſtantia;ſecus dũ inquiritur ad denuntiationẽ vel inſtantiã alicuius promotoris:ita dicit *Bal.*ſuper *Inno.in c.dilecto.de ſent.ex.*adde quæ notat ipſe *Bal.ff.de rei ven. l.poſt actiones.*9.*per hanc.* vide late & adde quę habentur in *Summa Conf.lib.*3.*tit.*31.*de purga.* & *in-*

querela deducti. Ita quod iuxta dictam conſtitutionē domini Ferdinandi *c.ne ex beneficio. §. Et no indè naſcantur iniuriæ*, non poteſt cauſa querelæ ad conſiſtoriū Regium euocari, ſed committitur alteri Vicariæ viciniori, vt in *eod. §.* dicitur. An hoc caſu querelatus auctoritate dictæ perhorreſcentiæ citatus ad viciniorē Vicariā poterit iuxta præſentē conſtitutionem coram Vicario loci delicti firmare de iure cū pignoribus, & alia facere quæ incūbunt, iuxta formā iſtius conſtitutionis? Iſta quæſtio adhuc videtur magis dubia. Sed crederē idem q̄ in proxima, per eandē rationem identitatis, ſcilicet, vt occurratur difficultati fiēdi & periculis perſonarū. Sed nec de iſta vidi practicā; quia licet quotidie concedātur perhorreſcentiæ querelatis; nondū tamen vidi per querelatores perhorreſcentiā allegari, quia poſſunt querelatores agere per procuratores. Sed querelati habent cōparere perſonaliter, & ideo facilius perhorreſcūt. Sed nihilominus poſſet ex iuſta cauſa per actorē perhorreſcentia allegari, & impetrari. vt *extr. de reſcriptis. c. ſtatutū. §. cū vero. lib. 6.* vide ibi *Dominū de ſancto Geminiano.* Sed † quid ſi aliquis Comes, vel alius magnas, ſeu magnus Baro querelatur pro pace & treuga coram Principe, quia cauſæ taliū ſunt conſiſtoriales; vel pro cauſa regaliæ citatur, vt quia dicatur male tractaſſe ruſticū, cauſam luitionis caſtri proſequē tem, numquid talis querelatus, & citatus poterit vti beneficio huius capituli? Videtur q̄ non quia eſt caſus omiſſus: quia querelatur per ruſticū, & non per fiſcū, neq. prætextu paupertatis, vel pupillaritatis, vel viduitatis: & quod non mutatur, iuri veteri relinquitur: *C. de app. l. præcipimus.* cum ſimilib. In contrariū facit identitas rationis, ſcilicet, difficultas, &c. quid dicendū? Cogita quia nondū vidi caſum de hoc in facto; vnde eſſet bonū q̄ fieret de his aliqua declaratio: quia à iure veteri non receditur per iura noua, niſi inquantū inuenitur expreſſum, vt notatur in *Cle. 1. §. dure. de hæretic. in glo. Sed nunquid.* per *Ioan. And.* & *C. de teſta. l. ſancimus.* Sequitur in tex. *ſia querelat en la audientia.* ſubaudi, vel alibi ex cauſa perhorreſcētiæ, vt dixi ſtatim in *q. Vlterius, quia.* quare ſupple, maxime. Sequitur in tex. *puxa comparer.* Nota verbum *puxa*, quia † eſt verbum facultatis, & non neceſſitatis; vt *l. non quidquid. ff. de iudi.* quare ſi maluerit comparere in audientia vbi querela data fuerit, hoc poteſt: & hoc facilius propter pignota, quia in audientia de ſtylo fit comparitio cum annulo, vel ſimili re, loco pignorum, & cum fideiuſſoribus. Sed ſecus eſt de periculo perſonarum, & diſtantia viarum, & multiplicatione laborum, & dic, *comparer*, ſcilicet perſonaliter; quia talis comparitio non poteſt fieri per procuratorem, iuxta dictas conſtitutiones pacium & treugarum, & practicam earum. Sequitur in textu, *tornar penyores.* ſcilicet, bonorum mobilium & tenentium, vt dixi, & habetur latius in *Directorio 17. dubio.* Et quare dicantur pignora † tenentia, vide *Gui. Prepoſiti in ſuo Directorio, 8. dubio*: vbi tractat, quando ſint dandi ad manuleutam. Sequitur in textu, *denant lo veguer*, ſcilicet, intus domos curiæ, & loco protribunalis, iuxta pragmaticam Regis Martini, & practicam notoriam, quæ habent omnino, & ad vnguem ſeruari, niſi ex cauſa perhorreſcentiæ: alias non valeret quod agitur, vt in pragmatica domini Regis Ferdinandi, quæ eſt ſupra *collat. 9. cap. quoniam legum fractus.* Sequitur in textu, *o altre official, al qual es legut*, ſubaudi, ex priuilegio, vel conſuetudine, quia regulariter † proceſſus pacis & treugæ eſt Vicariorum Regiorum, vt dixi ſupra *collat. proxim. cap. querelam de pace violata*, ſuper verbo *is qui iuriſdictioni præeſt.* vide ibi cum ſuis concordantijs. vide & adde quæ ſcripſi infra *collat. proxima. cap. les cauſes dels pubills.* Sequitur in textu, *dins lo territori, o iuriſdictio del qual lo mal, o dany*, &c. Nota † hic territorium, *o iuriſdictio*, pro eodem ſumi. Sed in † Barcinona territorium ciuitatis, & territorium ſeu iuriſdictio Vicarij non ſunt idem, quia aliud eſt territorium ciuitatis, quod eſt vſque ad furcas lapideas & terminos ciuitatis, & aliud eſt territorium Vicariæ Barcinonæ. Sed Vicarius habet iuriſdictionem vtrobique. Sed tamen Conſiliarij ipſius ciuitatis non habent iuriſdictionem, nec poſſunt ordinare vltra territoriū ciuitatis, vt dicit *Gui. Prapoſiti in ſuo Directorio pacis & treugæ, in 17. dubio*, quod hodie per hanc conſtitutionem eſt determinatum, quod per conſtitutionem pacium & treugarum ſolum poteſt procedi coram Vicario, intra cuius Vicariam fuit maleficium commiſſum, cuius contrarium tenuit *Iac. de Cal. in ſuo Directorio pac. & treug. in 9. dubio*, vbi dicit, quod etiam coram Vicario domicilij rei: & credo quod bene dicit *Calic.* & ita vidi practicari, ideſt, damnum doloſe & iniurioſe crimen committendo, datum, quia † querela pacis & treugæ regulariter non datur niſi pro damnis datis ex crimine, delicto, vel quaſi, vt in alleg. *cap. querelam*, & ibi dixi, ſuper verbo *vel quaſi*, adde notata in *Directorio pacis, in 10. dubio prin.* nec datur pro debito ciuili, licet olim daretur pro ſpoliatione cenſualium & violariorum, & aliorum cenſuum: vt ſupra *collat. proxim. curia Regis Ferdinandi. cap. cordi.* Et † nota, quod omnia malefacta, per treugam domini ſunt iuxta vſatic. in duplo emendanda. de quo dic latius per *Doct.* in vſat. Barcino. *cap. omnia malefacta.* & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 3. curia Monteſſoni cap. 15. Item ordinamus & ſtatuimus quod maleficia inuenta.* & ſupra *collat. 4. curia 1. Barcinona cap. 32. Item quod omne maleficium, quod ſit factum.* Sed † quid ſit damnum, & pro quo damno locum habeat actio legis Aquiliæ, vide *inſti. ad l. Aquiliam. 1. rubr.* & ibi nota. & damnum † patitur qui commodum quod habebat amittit: vt *ff. ne quid in loco pu. l. 1. §. damnū.* Et hoc verbo † omnia dāna cōprehendūtur; inte. dūcta ſola, quæ violētia permixta ſunt,

42 sunt.vt hic,& *ff.vi.bo. rap.l.*2. Sed † non est par ratio,lucra non capere,& damna sentire:vt *C.de pac.l. seruus.* & *de Codi.l. fi.*vnde consueuit dici,
43 quod † non patitur damnum, qui excluditur â lucro: *ff.pro socio.l.nemo.de aqua plu.ar.l.*1.§. *sient.* & *de fur.l.fi is qui.*§.*fi.* adde quæ notantur *extra. de iniur.c. in nostra.* & in *Spe. eod. tit.*& quæ notat *Loan. Andr. extra.de elec. c. quia sæpe.* super verbo *iacturam.lib.*6. vide & adde quæ scripsi supra *collat.6.curia Montissoni c. vt melius omnes constitutio-*
44 *nes.*in fi.Sed † quæro,qualiter æstimentur & probentur damna?Respondeo.quãdo damna fuerint illata dolose,& cum violentia,tunc probato delicto contra dolosum & delinquentẽ defertur iuramentũ damna passo super rebus abreptis,& dãnis illatis,quæ forte per testes de facili probari non possent.& sic probabuntur per iuramentum damna passi,facta prius taxatione per iudicem: iuxta ea quæ leguntur & notantur *C.vnde vi. l.si quando.*& *extr. quod metus causa.c. super eo.* alias si culpabiliter, & sine dolo damnum illatũ fuerit; tũc oportebit probare ipsa damna per testes,vel alias legitimas probationes, quia iudex non habebit ex officio inuestigare æstimationẽ, si pars non probauerit:quia iudex non habet supplere in his,iuxta notata per *Bal.in l. si quid ex Pamphila.ff.de legatis secundo.*licet *Bar.* aliter dixerit. Et
45 ad æstimationem rerũ nota, † quod tantũ valet res,quantum consueuit comparari:vt *l. si filiusfa.* §.*quid si alicui.ff.de legatis primo.* & ibi notat *Bal.* super verbo *comparatur.* Sic etiam redditus æsti-
46 mantur † tantum quantum consueuerunt arrẽdari.Item ex fructuum quantitate: vt *l. si fundũ.* & ibi notat *Bal.*super verbo *notat: ff.de legatis primo.* & in *l.& si à quo.ff.de legatis primo.* Et † scias
47 quod per tot testes debet fieri indirecta probatio,quæ fit per coniecturas, per quot habet fieri directa probatio.vt *l.cum proponebatur.ff.de legatis tertio,*& ibi notat *Bal.*in fi.arg. contra *ff. de legatis primo.l.cũ seruus.*§.*si numerus.*Itẽ quis habet pro-
48 bare † dolum vel casum fortuitum.vide *Bal. in l.cum ita legatum.*§.*species. de legatis secundo.*Regu-
49 lariter † enim non proceditur ad condemnationem ex præsumptione, nisi in re obscura. de quo dic latius per *Bal.in l.licet Imperator. ff.de legatis primo.*super quo vide quę scripsi sup.*coll.*9. *c.volẽtes.* & adde quę notãtur per *Tho.de Piperatis in suo tractatu de quæstionibus & tormentis.rubr. qua dicantur indicia indubitata.*§. *Est videre aliud exemplum.*Item adde notata per *Alber.de Cremo. in suo tractatu maleficiorum. rubri. de præsumptionibus, & indicijs indubitatis, quibus condemnationes sequi possunt.*§.*ponitur etiam nouum exemplum:Inculpatur Seius,quod Titium fecit occidi.*& per *Ant. de Butrio in cap. 1. de præsump.* & per *Innocen. eod. tit. cap. quia verisimile.* & per *Bal.ff. quod metus causa.l.nõ est verisimile.*& per *Butr.in l. sciant. C. de proba.* & per *Anton.de Butrio in Spica sua iur.ciui.l.* in verbo *præsump.* ¶ Illud etiam nota, quod † incendium ratio fit sine culpa, vt notat *Bal. in l.domus hæredis,*

*ff.de legatis primo.*facit *ff.de offic.præfect. vr.l.* 3. §. 1. & *prosocio. l. cum duobus.*§.*damna.* Sequitur in textu,*lo qual official prenga la comparicio,* &c. No-
51 ta † verbum.quia dicit *prenga,*& non dicit; *admittat,*quia Vicarius vel officialis recipiens talẽ comparitionem in aliquo casuum in hac constitutione comprehensorum, non habet decernere,nec curare,an bene comparuerit.vel ne;sed solum debet recipere comparitionem cum firmis,& pignoribus, & alijs actibus inde necessarijs:quæ omnia postea remittat, vt infra sequitur in §. *E apres tal preues & actes*, &c. Sequitur in textu, *E fassa altres actes necessaris a la dita compa-*
52 *ritio.* ¶ Sed † quæ erant ista alia acta necessaria comparitioni vltra firmam iuris,& tornationem pignorum ? Respondeo,quia æstimabuntur pignora, eligentur pe çquatores vel preionetæ ad æstimandum ipsa pignora. Et deputabitur depositarius,vel alius, qui ipsa pignora custodiat; & videbit an fit ibi consensus eorum, quorum pignora fore dicentur, quæ circa huiusmodi comparitionem, firmam iuris, & pignorum tornationem fieri contingunt atque solent, & sunt necessaria, ad hoc vt dicatur bene & sufficienter comparuisse, de iure & secundum constitutiones pacium & treugarum, & practicam ea-
53 rum. ¶ Sed † nunquid cognoscet talis officialis, & decernet bene vel male comparuisse? Videtur quod sic, per hæc verba & clausulam, *E fassa altres actes*,&c.Sed dic contra,vt dixi; non enim est de essentia comparitionis declarare bene vel male comparuisse: quia hoc decernere & recognoscere spectat ad dominum Regem, vel
54 alium iudicem citantem. Sed † an poterit comparentem querelatum capere,& captum retinere?Respondeo,capere poterit, & de persona facere quod in hac constitutione continetur: nam & hoc est de essentia comparitionis, vt persona querelati comparentis detineatur capta,saltem donec declaratum fuerit bene per tornationem pignorum comparuisse:vt legitur & notatur supra *colla.proxi. curia domini Ferdinandi c.quia sæpe contingit.*§.*& nisi criminis qualitas.* &c.& est ratio, quia si forte constiterit & declaratum fuerit minus bene comparuisse,& sic est contumax, & à pace & treuga censetur electus: ergo debuit detineri, donec satisfecerit vel purgauerit contu-
55 maciam. ¶ Sed † pone.quod talis querelatus, & ex causa euocationis ad audientiam citatus, est contumax;& modo vult comparere. & cõtumaciam purgare,nunquid talis purgatio & comparitio poterunt fieri & recipi per Vicarium, vel officialem loci, iuxta formam in hac constitutione traditam?Et videtur quod nõ, quia in hac constitutione nil dicitur de purgatione contumaciæ: & sic est casus omissus. Credo contra, cum sit eadem ratio,scilicet,difficultas comparitionis & periculũ personarum.& hoc cõprehendit ista clausula in littera posita, scilicet, *e al-*
56 *tres actes necessaris*: quia † purgatio contumaciæ

Digitized by Google

eſt actus neceſſarius ad comparitionem recipiẽdam, vel admittendam: nam iſta conſtitutio non ſine myſterio tacuit de tempore, hoc eſt, an poſsit comparere infra quindecim dies monitionis, vel poſt: & hoc credo verum ſaltẽ antequã fuerit per dominũ Regem vel iudicẽ citantem pro ciecto à pace & treuga publicatus; quia forſan poſt publicationẽ ſine ſpeciali mandato non licebit Vicario impendere fauorẽ comparendi & purgandi contumaciã; quo modo enim cognoſceret an bene & ſufficienter purgauerit, & ſoluerit expẽſas contumaciæ? Sed dic, quod admittere huiuſmodi comparitionẽ, & purgationem, dummodo interim perſona capta teneatur, donec per dñm Regẽ, vel iudicem, ad quem ſpectet, fuerit cognitum & declaratũ, an bene purgauerit & comparuerit; non dicitur fauor impendi, ſed iuſtitia, & aditus iudicij indulgeri, qui nuſquam clauditur volenti purgare contumaciam, & facere directũ, prout volunt & iura & dictæ conſtitutiones. vide quæ leguntur & notantur *extra. de conſti. c. ex litteris.* Sed quia nondum vidi practicam prædictorum, non mireris ſi ita dubitatiue, & pede ſicco pertranſeo: quia periculoſum eſt ſuper intellectu iſtarum conſtitutionum gloſſare, cum earum interpretatio ſit certo modo fienda: vt ſupra *collat. 4. curiæ Gerundæ cap.* 10. *Item ſtatuimus, quod c. factum per nos in dicta ſecunda curia*, &c. poſtea vidi in audientia Regia declarari hanc conſtitutionem non habere locum niſi quando citati cõparent intra quindecim dies citationis, quia eſt caſus omiſſus, & fauor huius conſtitutionis non poteſt competere ciectis & contumacibus: & ita tene primam partem: & eſt ratio, quia iura
57 non † ſubueniunt ei qui nimium ſe arctauit: vt
58 *ff. ſi quis cau. l. 2. §. vim ſtuminis.* Vlterius † quæro de vno, quod quotidie occurrit, & eſt contingibile, præſertim Gerundæ, vbi conſueuit firmari per pignora tenẽtia, &c. numquid Vicarius, vel officialis loci delicti recipiẽs firmam querelati, auctoritate huius conſtitutionis poterit ipſa pignora pro ipſa firma per comparentem tornata dare idoneæ manuleutæ fideiuſſorum? Videtur quod non; quia per conſtitutiones Cathaloniæ non eſt neceſſe dare pignora ad manuleutã. Imo pro pace & treuga, & pro batallia litigatur pignoribus tenentibus de iure patriæ: vt ſupra *collat. 2. in 2. curiæ Barcinonæ c. Item quod omnis firma.* & dixi ſupra *eod.* in verbo *de fermar*. ergo nõ includitur iſte actus manuleutæ ſub illa clauſula, *altres actes neceſſaris à la dita comparicio*. Præterea videtur, quod pignora non debeant dari ad manuleutam, donec conſtet querelatum bene comparuiſſe. In contrarium facit ratio huius conſtitutionis, ſcilicet, *vt occurratur difficultatibus firmandi*, &c. de facto ita fuit aliquando obſeruatũ. & ſic minime ſunt mutanda: *ff. de legibus. l. minime.* Super hoc tamen videtur mihi de iure, & ratione, ac bona æquitate fore dicendũ, quod licet forſan de mero rigore conſtitutionũ paciũ & treugarũ actus dandi vel non dandi ad manuleutã hoc caſu pertineret ſoli domino Regi, vel alij iudici citanti, & de cauſa querelæ cognoſcenti, quia actus iſte non eſt de neceſsitate firmę & cõparitionis, attamen eſt de connexis, & eſt actus valde neceſſarius comparenti, & ne nimiũ aliquando grauetur, & ſua comparitio per indirectũ difficultetur contra mentem huius conſtitutionis. Et ideo dico, quod ſi non fit de ſtylo curiæ Vicarij vel officialis loci vbi fit talis comparitio, quod pignora conſueuerint dari ad manuleutam, quod tunc ſecundum rigorem ipſarũ cõſtitutionum talia pignora nullatenus poſsint, nec debeant dari ad manuleutam: vt dixit *Iaco. de Calicio in ſuo Directorio pacis* 17. *dubio prin. q.* 19. & melius in 14. *dubio*. vide ibi. Sed vbi ſit ſtylus dandi ad manuleutam, tunc debeant dari ad manuleutam, ſecundum *Iacob.* vbi ſupra. Sed ego dico aliter; quia cum ſtylus dandi ad manuleutam non indiſtincte operetur neceſsitatem dandi pignora ad manuleutam, ſed ſolum operatur, quod facultas ſeu poteſtas dandi ad manuleutã redit ad facultatem iuris communis, & tollit rigorem conſtitutionum, quæ non permittebant aliquatenus dari ad manuleutam, tunc ergo vbi ſit dictus ſtylus, ſi Vicario vel alij officiali curiæ coram quo facta erit comparitio, videbitur quod cauſa requirat altiorem indaginem; & tunc dabuntur pignora ad manuleutam idoneam fideiuſſorum locupletorum, & qui ſint faciles ad conueniendum. Et caueat Vicarius & officialis, quod ipſa manuleuta ſit idonea: alias tenebitur ipſe, iuxta notata per *Bal. in authen. generaliter. C. de Epiſcopis & cleri.* conſulo tamen quod vocetur querelans, & approbet fideiuſſores, vel ſit facta ſibi aſsignatio ad dicendum ſi quid dicere voluerit, cur ipſi fideiuſſores non ſint admittendi,
59 & ſufficientes ad ipſam manuleutam. Et † quæ requirantur ad idoneitatem fideiuſſorum, vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. primo quod omnis.* in fin. & ſupra *collat. 5. cap.* 18. *Item ſtatuimus & ordinamus, quod Subbaiuli.* cum ſuis concordantijs, & per *Doct. ff. qui ſatis cog. & ſi quis cauc.* per totum. & adde quæ ſcripſi *in curia Illerdæ cap.* 17. *Item ſtatuimus, volumus & concedimus*. & ſupra *collat. 6. curiæ Montiſſoni cap. iudices.* Si vero conſtiterit de crimine per confeſsionem querelati, tunc non debent pignora dari ad manuleutam: argum. *l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. & exhi. reorum.* & quia tutius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere: *inſti. de obli. quæ ex quaſi maleſi. naſcuntur. §. furti.* & intereſt noſtra potius retinere pignora, &c. argum. *ff. de*
60 *compen. ſatis. l. 3.* Et † idem ſi appareat de compoſitione criminis: quia habebitur pro confeſſo. vt dixi ſupra *collat. 3. in prima curia Barcinonæ cap. 9. Item quod nos, vel officiales noſtri.* in pragmatica ibi inſerta. & idem forte ſi ex teſtibus in informatione receptis iuxta *cap. querelam de pace violata.* ſupra *collatione proxima.* conſtet de crimine:

Digitized by Google

mine: quia per eosdem postea iterum produ-
ctos in prosecutione iudicij de facili poterit
liquere de meritis causæ, iuxta notata in si-
mili per *Bar. in l. vsucapio. ff. de vsuca.* & hoc
præsertim, si querelans fuerit pauper, qui non
posset habere tot pecunias, quæ essent neces-
sariæ ad exequendum fideiussores datos: quia
(vt vidimus sæpius) plures fiunt sumptus in re-
cuperatione pignorum, & executione fideiusso-
rum, quam in prosecutione processus vsque ad
sententiam inclusiue. Vnde circa hoc quæro de
alia quæstione, quæ mihi occurrit in mẽte mea,
& quotidie euenit, sed nondũ fuit debite proui-
61 sum. Ecce † Vicarius inuito querelante dedit
pignora per querelatum tornata, ad manuleu-
tam fideiussorum: modo lata sententia, quæ tran-
siuit in rem iudicatam, petit querelans fieri exe-
cutionem pro iudicatis per Vicarium, qui re-
quisiuit fideiussores manuleutę, vt soluant vel re
stituant pignora iuxta obligationẽ ipsius manu-
leutæ: illi contemnunt soluere, & reddere pig-
nora, & pro executione fienda in personis fide-
iussorũ, vel bonis eorum sunt necessarij sumptus
fiendi: sed querelans dicit Vicario; Vos domine
Vicarie, me inuito pro vestrę libito voluntatis
admisistis tales fideiussores; exequamini illos si
vultis vestris sumptibus quia ego non bistrahe-
rẽ obolũ: vos iam habebatis pignora sufficiẽtia,
quæ debebant seruari, & custodiri pro executio-
ne huiusmodi. ideo imputetur vobis. Numquid
ego querelans, & in causa vincens bene dico? Su
per hoc credo ita fore dicendum; quia aut Vica-
rius fuit in culpa dando pignora ad manuleutã
in casu in quo non erat de more vel stylo, & tũc
imputetur sibi: quia querelans bene dicit: fecit
enim Vicarius litem suam, & poterit inde syn-
dicari, iuxta notata in *c. indices tabulæ. in curia Mo*
tissoni. supra *colla. 6.* Et idem in casu quo per con-
fessionem querelati, veram vel fictam constabat,
aut de facili liquere poterat de causa, etiã in ca-
su quo erat stylus curiæ seu mos dandi ad manu-
leutam. Aut causa quęrebat altiorem indaginem,
quando iuxta stylum dederit ad manuleutam fi-
deiussorẽ; & tunc non tenebitur Vicarius, quia
hoc fecit iure permittente, & bona fide; & quia
tenebatur seruare stylum, & ita non tenebitur
propijs stipendijs militare, ne suum officium sit
sibi damnosum: *extra. de elec. c. cum non deceat. lib. 6.*
cum concor. Et hoc verum, nisi mala electio fi-
deiussorum fuerit in culpa, vel alias dolus pos-
sit sibi imputari, vt quia non vocato, vel alias in-
uito querelante contradicente admisit pauperes
& inopes litigiosos, magnates & homines in lõ
ginquo domiciliatos; & erant forte plures nu-
mero, & nullus eorum saltem in solidum erat
soluendo, nec facilis conueniendo; licet inter
omnes simul, si vellent soluere, possent; sed con-
temnunt, & fugiunt, & malignantur per oppo
sitiones; & sunt tot & tanti, quod non sufficerent
facultates querelantis ad exequendum; vel quia
admisit tonsuratos clericos, vel alios priuilegia-
tos, vel qui fecerant donationes, alienationes
omnium bonorum, vel maioris partis, vel habe-
bant amplas dotes mulierum: aut alios credito-
res, vel alias fecerant intricationes, & barateriας
bonorum suorum, sicut in his vidimus multo-
tiens Vicarios & alleuiatores dolose versari, & ma-
le pro animabus ipsorum; quamuis si isti dedu-
cerentur in tabula, deberent per iustitiam syndi-
cari in omnibus damnis, interesse, & expensis, ha
bita distinctione, an dolo vel ex imperitia, &c.
iuxta notata in alleg. *c. indices tabulæ.* & supra *col-*
la. proxi. c. confirmans la constitutio. super verbo, *E*
per aço com lo dit official tendra taula. vide ibi, & in
iuribus ibidem allegatis. Et ad prædictas meas
opiniones optime facit littera, quæ statim hic
subijcitur, scilicet, *en tal manera que lo querelant pu-*
xa obtener iusticia del querelat, è ecomtra. Cauent
ergo iudices & alleuiatores vt prouideant quod in
talibus manuleutis habeant bonos, & idoneos
fideiussores, locupletes, non litigiosos, sed faciles
ad conueniendum; & præcipue quod habeant
bona immobilia, alias possent syndicari in istis,
quæ communiter sunt magnæ quantitatis. Quæ-
62 ro† etiam an isti fideiussores in talibus manuleu
tis se habebunt obligare etiam quoad captionem
personarum? Respondeo, de stylo curiarum ser-
uatur, quod obligant se & sua, hoc est, personas
& bona. Iurisperiti Perpiniani dicunt in cu-ia
ipsius villæ seruari, quod non obligentur perso-
næ in hoc casu; & idẽ dicunt aliqui de curia Re-
gia. Sed credo quod sit persona obligata saltẽ in
subsidium, quia manuleuta pignorum est quædã
commãda, & in subsidiũ tenebitur magistratus,
qui dedit ad manuleutam, & non elegit idoneam
63 cautionem. Item † querelatus si non haberet in
ære, lueret in corpore; nec releuaretur per ces-
sionem bonorum: ergo patet quod est in persona
obligatus ex maleficio vel quasi; & sic etiam fi-
deiussores debent in personis pariter obligari,
& ita seruatur in ciuitate & diœcesi Gerundæ;
secus vero Barcinonæ, vbi dicunt iurisperiti,
quod causa post comparitionem est ciuilis. Sed
non est mere ciuilis. Item contractus manuleu-
tarum huiusmodi est prætorius, & non conuen-
tionalis, quia comparens & eius fideiussores fa-
ciunt contractum cum prætore, licet pro inte-
resse querelantis; & ideo caueat prætor, quia in-
subsidium teneretur: ideo magis approbo pra-
64 cticam Gerundæ. Sed † an valeat huiusmodi
obligatio quoad personas fideiussorum? Et vi-
detur quod non, quia iuxta constitutiones Ca-
thaloniæ pro ciuili debito non habet locum
personæ captio, nisi pro commanda, vel scriptu-
ra tertij, & consuetudine scripta; vt supra *col-*
lat. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. 28. Item quod nullus
miles, vel alius liber homo. & supra *collat. 3. cap. 25.*
Item statuimus & ordinamus, quod aliqui homines non
possint. vide quæ in eis dixi, cum suis concord. & in-
fra *eod. c. ala cõdicio feminil.* In cõtrariũ videtur,

quia debitum ex querela pacis & treugæ non eſt mere ciuile, quia ex maleficio, ſeu quaſi deſcendit: vt ſupra *collat. proxi. cap. querelam de pace violata.* & ibi ſcripſi, licet dicatur cauſa ciuilis, vt ſupra *colla. 2. in 2. curia Barci. c. 44. Item cum in cõſtitutione.* Quid dicendũ? Breuiter, dico quod ſaltem de ſtylo & conſuetudine curiarũ in hoc caſu conſueuerunt etiam fideiuſſores pro tornãdis pignoribus manuleuatis in cauſa pacis & treugæ, in perſonis & bonis obligari, & perſonæ ipſorum fideiuſſorum obligatorum capi; & ita ſaltem de conſuetudine habeat locum perſonæ captio: vt ſupra *coll. 4. in 1. curia Barci. c. 34. Itẽ quod aliquis homo non capiatur.* in *verſ. Saluis priuilegio, & conſuetudine ſcripta,* &c. tamen hanc conſuetudinem non reperio ſcriptam, ſed ex frequentibus actibus diuturnis in actis & ſcripturis publicis curiarum ipſa conſuetudo approbatur; & eſt no-
65 toria, & conſuetudines, † & boni vſus, ac ſtyli curiarum de iure, & per conſtitutiones, & iura patriæ valent, & ſeruari iubentur, vt ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. c. 2. Idcirco nos Rex.* cum concor. quas ibi poſui: & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. minime.* Nec forte eſt verum quod
66 hoc ſit † debitum ciuile, quia ex maleficio vel quaſi eſt, vt dixi, licet cauſa poſt comparitionem dicatur ciuilis, quia ciuiliter agitur, & fideiuſſores firmę ſunt de comparitione, & nota, poſt igitur, &c. Item eſt hæc commanda curiæ, in qua licet interueniant fideiuſſores, & ita non ſit pura commanda, tamen eſt debitum fiſcale, ſaltẽ quo ad obligationem manuleutæ: pro quo poteſt, & conſueuit in perſonis fieri executio: vt notatur in dictis capitulis. & vide quæ ſcripſi in alleg. *c. a la condicio feminul*, quia, vt vides, curia, hoc eſt, Vicarius facit ipſam commandam pignorum, & curiæ obligantur querelati, & fideiuſſores pro ipſa manuleuta: licet commodum vel intereſſe principalis cauſæ ſit querelantis, qui tamen ab ipſo officiali petit reddi pignora pro executione rei iudicatæ: & tunc oneri officialis eſt habere ipſa pignora à manuleuatoribus vel fideiuſſoribus; & ſi haberi non poſſint ab ipſis, tenebitur
67 officialis † reſarcire de ſuo, niſi manuleutam fecerit de conſenſu querelatoris; vel forſan ſe habuerit ita iuſte & diſcrete, quod nil culpæ ſibi valeat imputari, & ideo ſit cautus, vt dixi. Et tene menti iſta, quia ſunt valde notanda, & poterunt tibi facere honorẽ, & magnum commodum ſuo caſu: quia in his multũ vidi errari. Sequitur §. *E apres tal proces & actes*, &c. ibi, *a deſpeſes del*
68 *comparent.* Nota hic quod † miſsio actorum comparitionis fienda ad audientiam per Vicariũ, vel officialẽ, coram quo eſt facta cõparitio, habet fieri expenſis ſolius cõparentis. Non tamen dicit, quod acta cõparitionis ſoluãtur per cõparentẽ; ſed de miſsione tantũ dicit; & eſt ratio, quia cũ fauore ipſius querelati tantum hæc conſtitutio emanauit, vt habeat facultatẽ corã Vicario cõparendi, ipſe ſolus querelatus habeat onus expenſarum portandi cõparitionis acta ad curiam Audiẽtiæ Regiæ. Acta vero cõparitionis huiuſmodi quoad ſcripturas, cũ ſit partiũ communis, ſicut & reliqua acta totius proceſſus ſoluẽtur notario communiter per partes, vt erat iam ſolitũ, quia quod hic non mutatur, iuri veteri relinquitur: *l. præcipimus. C. de app.* cũſimil. Dic verius, & ſeruari de conſuetudine, quod comparens ſoluit de ſuo omnes expenſas comparitionis, donec eſt facta de ipſa productio coram iudice clami. Et deinde vtraq. pars ſoluit ſuam partem actorũ ipſius proceſſus principalis querelæ. Sed ſi querelans in actu comparitionis coram Vicario faceret contradictiones, tunc acta fierent cõmunia, & haberent ſolui cõmuniter, excepta miſsione,
69 de qua loquitur hic. Sed † quia hic nõ ſtatuitur terminus, infra quẽ habeat fieri huiuſmodi proceſſus, & actorũ comparitionis tranſmiſsio, quid erit ſi comparens ipſe facta comparitione nolit, ſeu non curet ſoluere huiuſmodi expenſas? Reſpondeo, Vicarius aſsignet ſibi terminum congruum ad miniſtrandũ huiuſmodi expenſas, quo elapſo fiat executio in bonis ipſius comparentis pro ipſis expenſis, vel biſtrahat aduerſarius querelans, ſi forte cupiat in cauſa procedi vlterius. Interim vero comparens detinebitur in captione vel arreſto, iuxta formam in hac conſtitutione traditam: quia Vicarius nõ habet ſoluere, nec tenetur biſtrahere de ſuo, & hoc cauetur hic, ne alias officium ſibi ſit damnoſum, contra *c. cũ non deceat. extra. de elec. lib. 6.* cum ſimilib. Sequitur in tex. *en la qual*, dic, ſcilicet, Audientia Regia, in qua valeat querelatus cauſam defendere, ſcilicet per ſe, vel per ſuum legitimum procuratorem: & hoc totum ſequitur hic in littera; & eſt ratio, vt per procuratorem ſe defendere valeat, quia facta
70 comparitione † cauſa pacis & treugæ eſt ciuilis, vt dixi ſtatim ſuperius. Item quia interim detinetur captus, & ſic neceſſario habet admitti procurator, vt legitur & notatur *extra. de ſen. ex-com. c. ſi iudex laicus. §. vlt. lib. 6.* poterit etiam perſonaliter defendere, vt littera dicit: quia ſi voluerit perſonaliter ire ad audientiam, tenetur Vicarius ipſum illuc remittere, & tranſmittere ſecure ad ipſam: quia in littera dicitur, *ſegurament*, quod eſt dicere, *ſecure*, pro cuius declaratione
71 quæro, quid ſonat hic hoc † verbum *ſecure*, quod eſt aduerbium? Determinat verbum *admittere*, cui adiungitur; ergo iſte querelatus, qui comparuit, & vult ire ad audientiam pro cauſa ſua defendenda, præſtabit ſecuritatem de ſe ponẽdo in poſſe domini Regis captum in audientia, vel admittetur ſine ſecuritate tali, & quod verbũ *ſecure* ſolum determinet ſecuritatem perſonæ comparentis, ſi forſan timeat in perſona damnificari in via? Reſpondeo, verbum *ſecure* hic poſitum, totũ poterit determinare, & de vtraque ſecuritate poterit intelligi: quia mittetur iſte præſtita per eũ ſecuritate de ſe repræſentando, & mittendo captum in poſſe audientiæ; & hoc probatur ex in-

tra

ſra ſequentibus in littera,& iam dictis ſuperius; quia donec conſtiterit,& fuerit declaratum bene comparuiſſe, non debet eius perſona relaxari,quin ſaltem ſub ſecuritate detineatur;quia intereſt valde querelatoris, & etiam Reipublicæ, propter criminis punitionem,ne euadere poſsit cauſa pendẽte huiuſmodi: pro hoc maxime fuit hic appoſitum iſtud verbũ *ſecure*; licet etiam, ſi timeatur damnificari perſona. & petatur ſecuritas,dabitur,prout eſt de iure,& dixi ſup. *coll. proxi.c.vlt. Nos Ferdinandus*, &c. *Regy diadematis*, &c.vbi dicitur,quod tales damnificantes & inſidiantes ipſis comparentibus, eundo, & redeũdo.ſunt ipſo facto à pace & treuga eiecti. Et ita iſti comparentes, qui capti cum actis comparitionis mittuntur ad Audientiam, ſunt ſecuri, & ſub ſecuritate dicti capituli: & etiam quia vadunt ad Principem, gaudent beneficio vſatici, *Auctoritate & rogatu*. Et nihilominus. ſi neceſſe fuerit.præſtabitur ſecuritas ab aduerſarijs,& dabuntur ſocij & comites itineris, ſi res expoposcerit,iuxta notata ſupra *collat.proxi.c. com molts entenents a fer mal.*& proxime dicto *cap. vlt. Nos Ferdinãdus*,&c.vide quæ in eis ſcripſi.Sed de iſta ſecuritate indemnitatis perſonæ proprie nõ loquebatur hic, ſed in dicto capitulo vltimo. De vtraque tamen intelligi poteſt, vt dixi.Sequi-
72 tur in textu,*ſi anarbi voſtra*.Nota † quia eſt in facultate comparentis ire,vel remanere captus.Si vero ire noluerit, ſed maluerit remanere, tunc detinebitur captus in carcere: quia non debet à carcere liberari, donec fuerit declaratum bene cum pignoribus comparuiſſe, vt hic, & melius ſupra *collat.proxi.c. & quia ſæpe contingit*. in fine. & ibi dixi.quoniam vbi loco pignorum perſonam tornauerit, cauſa pendente captus detinebitur,nec dabitur ad manuleutam:& ita vidi cõſuli per peritos antiquos,& ſeruari,& contrafacientes ſyndicari. Sed in curia Principis etiam vidi pluries aliter ſeruari: & credo quod ſit ar-
73 bitrarium ſaltem in Principe.Sed † caueant iudices, quod ſufficientem recipiant cautionem, alias ſibi erit imputandum,vel dabitur ad arreſtum,iuxta criminis & perſonæ qualitatẽ, prout eſt iuris & ſtyli, iuxta pragmaticam Regis Petri,datam idus Decẽbris,anno Domini 1340. quæ eſt tenoris ſequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum,Valẽtiæ, Sardiniæ,& Corſicæ,Comeſque Barcinonæ,Dilectis & fidelibus Vicarijs,Baiulis, curijs,cæteriſque officialibus infra Cathaloniam conſtitutis,ad quos præſentes peruenerint, ſalutem & dilectionem. Querula inſinuatione nobis facta in generali curia, quam nunc celebramus Cathalanis in ciuitate Barcinonę,ad aures noſtras nouiter eſt deductum, quod licet de iure quilibet captus debeat tradi manuleutæ,qui captus non ſit pro tali crimine, de quo pœna mortis naturalis, aut membri mutilatio ſequi debeat. Attamen vos, ſeu aliqui veſtrum plerumque nõ vultis manuleutę tradere captos aliquos, quamuis ipſi non ſint tali crimine irretiti, quod pœnas debeant incurrere prælibatas: ipſoſque calũniari facitis,detinendo eos captos,& alias, pro habendo extorſiones ab eiſdem. Cum autem prædicta ſint valde pernicioſa exemplo,nec debeãt per nos aliquatenus tollerari, propterea ad ſupplicationem humilem inde nobis exhibitã, vobis dicimus &mãdamus expreſſe,quatenus quoſcumque captos,qui non ſint dictis pœnis puniẽdi, tradatis de cætero idoneæ manuleutæ: cauẽdo ſollicite,ne dictas oppreſsiones facere ſeu attentare aliquatenus præſumatis,alias vos inde rigide puniemus.Non omittentes correctionem, quam facere intendimus de illis,qui iam oppreſsiones fecerint antedictas.Dat. idus vt ſupra.

74 Qui ſemel † fugit à carcere,non detur ad manuleutam:vt *l.nemo. C. de Epiſcopali audientia.* &
75 dixi in vſat.*Captus à curia*.in fine. Et hęc † manuleuta iuxta aliam pragmaticam erit nulla,niſi infra biennium requiratur. adde notata infra
76 *cap.proximo*.Nota † quod eſt oppreſsio,indebite detinere captum in carcere: & quotiens quis contra iuſtitiam, & citra ordinem iuris affligitur,dicitur opprimi.vide in vſat. *Similiter & ſi ſenior*.de hoc dic latius, & adde quæ ſcripſi in *Tractatu*,quem cõpoſui *De afflictionibus & oppreſſionibus*,qui incipit. *Afflictus ſum,& humiliatus ſum*
77 *nimis*.Sed † quid ſi noluerint,vel non potuerint ſe idonee manuleuare,numquid poterunt in vinculis detineri?Dic quod non, niſi fuerint de tali crimine confeſsi, propter quod veniant corporaliter puniendi:tunc enim non ſolum in carcere,ſed in vinculis,cathenis, cipis, compedibus, ac ſtaca poterunt detineri. ſic loquitur *l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reo.* ſecundum *Bart.* qui ita notat
78 latius in *l.1.ff.eod*.Et † idem quando ſunt delati
79 de graui crimine, vt eadem *l.1*. Et † intellige graue ſcelus id, propter quod veniret infligẽda pœna mortis naturalis, vel membri mutilationis, vt in præinſerta pragmatica dicitur. Alias autem poterunt delati poni & detineri in carcere non quod vinculentur; vel poterunt committi cuſtodibus, vel fideiuſſoribus de tenendo arreſtũ in certo loco. Et ita poteſt intelligi iſta pragmatica, quæ præcipit dari manuleutæ, ſubaudi,ſcilicet de ſtando in certo loco, & non recedẽdo ab eo: ſecus forſan in manuleutis de ſe repræſentando poſt requiſitionem certorũ dierum,iuxta notata per *Bartolum vbi ſupra*. Poterit tamẽ talis iudex arbitrari etiam vt detur ad manuleutam repræſentationis, prout eſt moris. vide & adde quæ ſcripſi de hac materia ſupra *collat.4.curiæ 2.Barcinonæ cap.27. Item quod aliquis homo non condemnetur*,&c.& in eadem *collat.& curia Barcin.cap.21. Item quod omnis iuris firma*. vide ibi,& in pragmaticis alijs dicti Regis Petri in eiſdem capitulis inſertis. & quæ ſcripſi de hac
80 materia ſuper eis. Sed † an Vicarius ſine conſilio iudicis,ſaltem illo abſente, poterit dare ad manu-

manuleutam? Dic quod non, vt in pragmatica Regis Petri inserta supra *collat.4.curiæ 2.Barcin. c.27.*& scripsi latius supra *collat.proxi.c.vt autem hac statuta.*in fin. vide ibi. Fuit Regis Petri,data Castilion. Campiburrianæ 13. kalend. Aprilis, anno Domini 1336. Sequitur in tex. *aço pronehit qne si lo querelat fera miserable,*subaudi, & constiterit,iuxta ea quæ leguntur & notantur supra *colla.proxi.c.ne ex beneficio.*& ibi vide quæ sint miserabiles personæ, & qualiter causæ earũ euocẽtur,vt ibi,& supra *eod.c.volents.*Sequitur in tex.

81 *E volra comparer en la dita Audientia.*Nota †quia miserabiles personæ habent optionem,an velint comparere in Audientia, vel coram Vicario,vt hic, & in *l.vnica.C.quando Imperator inter pupillũ & vidnam.*ergo videtur secus de non miserabilibus;& sic quod non miserabiles habeant de necessitate firmare coram Vicario,cuius contrariũ dixi supra *eod.c.*in verbo, *puxa comparer.* quid ergo est hic speciale in miserabilibus? Respõdeo, quia tenetur hoc facere intimari querelanti, vt infra quindecim dies veniat ad prosequendum causam in Audiẽtia. Et forte ideo fuit facta ista specialis prouisio in miserabilibus,quia isti magis affectant in Audientia comparere, propter priuilegia miserabilitatis, de quibus dixi in dicto *c.ne ex beneficio.*vide & adde infra *colla.proxi. c.les causes dels pubills.*§.*fino era.*vbi seruatur miserabilibus similis optio, an velint causam ducere coram Gubernatore,vel coram ordinario:&hoc iam concedebatur per *l.vnicam.C.quando Impera.*

82 *inter pupil.& vid.* Numquid † ergo si querelatus fuerit non miserabilis persona, & maluerit comparere in Audientia, tenebitur facere intimari querelanti, sicuti hic dicitur de miserabilibus? Respondeo quod sic. Vnde supple hic,maxime.

83 Sed † quid si non facta huiusmodi intimatione comparuerit querelatus in Audiẽtia,eritne processus propter hoc inualidus? Respondeo, forte non, sed non poterit contumacia imputari querelatori, si non adfuerit in Audientia tempore illius comparitionis,dummodo comparuerit coram Vicario,ne propter querelatoris contumaciam circumducatur citationis edictum, iuxta *Iacobum de Calicio in Directorio pacis & treugæ 13. dubio princip.g.*7.Sequitur in textu,*Hage intimar.*

84 Intimare † est,nuntiare,narrare,manifestare.vnde intimata sunt nuntiata,narrata,manifestata,& cognita. Debet ergo fieri intimatio taliter, vt cognoscatur, & cui intimatur, plene intelligat, seu intelligere possit, & ideo dicitur hic, *ab lletra.*

85 quia †plenius in scriptis fit intimatio & notificatio rei.Sequitur in text. *ab lletra de la Cort.*

86 Sed † quæro, cuius curiæ erit ista littera? Resp. quia littera ista,siue textus huius constitutionis

87 hoc non aperit,intelligam de † curia Principis per antonomasiam, sicut Vrbs dicitur de Roma, iuxta notata *extra.de verb.sig.c.forus.* & ibi *glossa,* quæ tractat de pluribus figuris locutionis. Vel forte sufficiet littera cuiuslibet curiæ, siue domini Regis,siue Vicarij,quia parui refert, dummodo

88 intimetur,& certioretur; quia non refert †quid ex æquipollentibus fiat:vt *C.de insti. & substit.l. si mater.* facit *C.de testamentis.l.quoniam.* Sequitur in text. *qne dins spay de quinze jorns apres la inti-*

89 *macio.*Nota, *apres la intimacio,* quia † videtur, ꝙ sit necesse,quod intimatio ista fiat personaliter, vt veniat in notitiam querelantis. Sed credo sufficere si fiat ad domum, facta prius indagatione personæ,vt est iuris:iuxta *cap.fin.extra. de dolo & contumacia.* & melius in *c.si aduersarius.extr.de eo, qui m.s.in po.causa seruan.* quia ista intimatio fit causa prosequẽdi causam,ergo non currit de momento ad momentum.Immo habebit locum *l.& si post tres. ff. si quis cancell.* vide in vsat. *Placitum mandetur.* & in vsat. *Stabilierunt etiam supradicti Principes.* vbi de hoc late per *Doctores.* Sequitur in textu,*per procehir en la causa,*subaudi,&

90 si querelans † ex tunc per annum tacuerit, vel infra biennium causam ipsam finaliter prosecutus non fuerit,instantia ipso iure peremptа erit: vt infra *eod.cap.proximo.* Sequitur in textu, *e que durant los dits quinze dies lo querelat sia detẽgut,*&c. Nota pro his quæ dixi supra,scilicet, quod donec constiterit bene comparuisse, detinebitur persona querelati, quia ad hoc spectatur querelans per quindecim dies, vt habeat facultatẽ impugnandi comparitionem,alias non detineretur vltra biduum pro eius depositione recipienda, vt supra *collat.proxi.c. Et quia sæpe contingit.* §. *& nisi crimins qualitas.* vide & adde quæ ibi dixi,

91 & illã limita per istam,quia †regulariter nõ detinebitur vltra biduum.vt ibi.Fallit in casu huius constitutionis, quando causa est ad Audientiam euocata.Item fallit quando loco pignoris personam tornauit,& misit captam in posse curiæ,vt dicto *cap. & quia sæpe.*§. *in hoc autem.*& in

92 pragmatica ibi inserta.Sed † numquid ille, qui loco pignoris tornauit personam,quocumq; tẽpore veniat,etiam facta clami adiudicatione,poterit dari ad manuleutam?Respondeo,quidquid alij dixerint, quod aut fideiussores se obligãt ad tornandum personam,vel soluere iudicatum: & tunc non est dubium,quia sic cautum est parti:& sicut pignora darentur manuleutę, sic & persona.Aut fideiussores non se obligant soluere iudicatum, sed de tenendo personam captam,& illã tornando tamquam commentarienses, & tũc est idem, quia tales, capti & incarcerati videntur, iuxta notata in *c.1.de hæreticis.in Clem.* Aut fideiussores solum se obligant de tornando personã tantum sub certa pœna, quæ non esset sufficiens parti querelatrici; & tunc ipsa pars vult sumi vindictam de persona; & tunc non credo quod debeat dari ad simplicem manuleutã de tornando. Aut pars contentatur de cessione bonorũ, & tunc poterit relaxari sine manuleuta,quia satisfactum videtur parti,sed ratione criminis profisco tantum poterit retineri. Credo tamẽ,quod facta cessione bonorum per erectum,statim sit in

paceni

reducendus in pacem & treugam; & ita tenuere practici Gerundæ. vide de libro Gui. Domenge.
93 Et hæc conſtitutio facit, quod † poſsint dari cõparentes in omni caſu ad cautionem ſufficientẽ; & hoc crederem verius, ſaltem de æquitate, & maxime in Principe, & ita vidi ſeruari. Cogita tamen plenius. Sequitur in textu, *an perſona, ſi donet a ſufficient cautio.* Nota verbum *ſufficient*, quia requiritur quod promittant tornare perſonam, aut ſtari iudicatis; & quod dentur fideiuſſores idonei, & pignora ſufficientia. Et ſi apponatur pœna, quod ſit talis, quę ſatisfiat iudicatis, pro quibus talis pœna in dubio apponi videtur. De
94 materia † cautionis, & quæ dicatur ſufficiens, vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. proxim. cap. los ſalaris. §. axi empero.* & in *curia Illerdæ, cap. 17. Item ſtatuimus, volumus, & concedimus. §. tamen qua libet partium.* cum iuribus & concordantijs in eis allegatis. Sequitur in textu, *ſegons la qualitat d l tiam*, dic conſiderata qualitate criminis perſonarum. & quantitatis querelatæ. Facit præinſerta pragmatica, & quæ dixi ſupra, & notant *Doct.* in *l. 1.* & *l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reorũ.* Si vero captus fuerit poſt contumaciam, vel eiectionem, aut publicationem, tunc ſemper in carcere detinebitur, donec purgauerit contumaciam cum omni effectu, vel alias ſatisfecerit querelanti. & ſi co domini Regis pro pœnis contumacię, & alijs aſſueris, iuxta ſtylum curiæ. Sequitur in textu, *E apres ſia procehit en la cauſa.* dic, *apres*, ideſt, poſt lapſos quindecim dies proxime dictos. Sed pone,
95 quod abſque † littera querelatus eſt certus, vel certificatus, numquid adhuc erit littera neceſſaria? Videtur quod non per regulam iuris, Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet. *ff. de act. empt. & vend. l. 1.* & *extra. de regulis iuris. cap. cum qui.* alias incipit, *cum quis. lib. 6.* Pro cuius regulæ intellectu vide *Bart. in l. denuntiaſſe. §. quid*
96 *ergo. ff. de adulterijs.* quoniam † quando denũtiatio fit ad aliquid prohibendum, vel iniungendum, tunc fieri debet ei qui certus eſt. Secus ſi fieret tantum ad certificandum; & ita intelligitur regula, & dicta *l. 1. in fine. ff. de actione, emptione.* vide & adde notata per *Bart. de noui operis nunt. l. nõ*
97 *ſolum.* vbi late ponit † materiam proteſtationis & denuntiationis pro euictione cõſeruanda. Itẽ vide & adde quæ notat *Ioannes in Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 5. q. 134.* Sequitur in textu, *ſegons les cõ-*
98 *conſtitucions de pau & de treua.* ſubaudi, quæ † ſunt quindecim chartæ pacium & treugarum, ſecundum *Iac. de Calicio in fine Reportorij ſui Directorij.* & ſubaudi etiam ſecũdum vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones, & capitula curiarum generaliũ, conſuetudines, & priuilegia, & alia iura patriæ, & in ſubſidium ſecundum ius commune, æquitatem, & bonam rationem, vt ſupra *collat. 8. curia Regis Martini cap. Item ſenyor quels Cancellers.* vide quæ ibi dixi, cum ſuis concord. Sequitur in tex.
99 *to las praticas de aquellas.* Hic habes, quod † practica eſt verus intellectus legis & conſtitutionis, vt *extra. de conſuet. cap. cum dilectus.* & *ff. de legib. l.*
100 *ſi de interpretatione.* & *l. minime.* Et hoc † intellige de bona practica, & communi obſeruantia, & diutius practicata, & quæ ſit rationabilis, & non ſit contra veram & claram mẽtem, & prohibitionem ipſarum conſtitutionum & iurium patriæ; quia talis eſſet mala practica, & potius diceretur abuſus; vt ſupra *collat. proxim. c. confirmants la conſtitucio.* ibi, *E tollents lo abus.* vide & adde quæ ibi dixi, & in *cap. contra la penſa.* cum
101 ſuis concord. & ita † in practica, ſtylo & conſuetudine requiritur quod fuerit rationabilis, ſicut in lege ſcripta. 4. *diſt. cap. erit autem lex.* Sed
102 tamen † ſtylus curiarũ ſeruandus eſt ad vnguẽ, dato quod lex ſit in contrarium, vt *l. final. C. de aquæductu.* ibi, dum dicit, *more ſolito edendis.* Sed melius facit textus *l. 1. §. ſed & ſi quæ leges. C. de veteri iure enucle.* quod tene menti. vide etiã infra *eadem, cap. la rigor.* in fine. Nota pro practica & ſtylo. & adde notata per *Henricum Boich extra. de eo, qui miſ. in po. cauſa reiſerunt. cap. cum veniſſent.* Et hic videntur approbari pragmaticæ, quæ dant formam & practicam proceſſui pacium & treugarum.

Vt intra certum tempus querelæ & cauſæ criminales finiantur. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ex præfatione ſumitur ratio legis, & dicitur cauſa finalis.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu legis vel ſtatuti valet, niſi eſſet contra ius.*
3 *Accuſator, denuntiator, vel querelans in cauſa pœnali, ſi per annum tacuerit, nullatenus ad proſequutionem admittitur, & inſtantia perimitur ſi finita non fuerit intra biennium, actione remanente ſalua, & querelatis vel accuſatis refuſis expenſis. declaratur nu. 4. & 46. & 50. & limitatur nu. 35. & an index peremptis dictis inſtantijs poſsit tranſire ad viam inquiſitionis de eiſdem criminibus. nu. 41. & quid erit in proceſſu inquiſitionis. nu. 61.*
5 *Præfationes & proœmia probant cauſam finalem.*
6 *Statuentis mens attendenda eſt.*
7 *Lex verbis & ratione conſtat, ſicut homo ex anima & corpore.*
8 *Leges ſunt benignius intelligendæ, vt mens earum conſeruetur.*
9 *Per accuſationis viã procedi poteſt in Principatu Cathalonia.*
10 *Inſcriptio pro pœna talionis licet regulariter requiratur, hic tamen fallit.*
11 *Accuſationis diffinitio.*
12 *In accuſationis libello qua continentur. remiſsiue.*
13 *Accuſatio regulariter durat viginti annis. fallit tamen, vt hic.*
14 *Præſcriptio triginta annorum in criminalibus etiam procedit de iure Gotico.*
15 *Præſcriptio decem vel viginti annorum non procedit in ciuilibus de iure Cathalonia.*
AEqualitas inter accuſatorem & accuſatum an debeat eſſe. remiſsiue.

Accu-

17 *Accusatus ex delicto, si postea bannitus fuerit, & capitur, illico non est condemnandus, nisi crimen cõfessus fuerit.*
18 *Accusare, & facere accusari, ac manus inferre, sunt paria.*
19 *Exceptio,* Licite potuit occidi, *impedit accusationem.*
20 *De delicto prius debet constare, quam procedatur ad torturam. & practica probandi delictum traditur num.21.*
22 *Mortuus accusari non potest nisi tribus in casibus, qui referuntur.*
23 *Accusator repellitur propter multa.*
24 *Accusatus de crimine an possit iterum de eodem accusari.*
25 *Plures an possint accusari de eodem crimine.*
26 *Vniuersitas an accusari possit, & qualiter eo tunc citanda sit.nu.27.*
28 *Monachus effectus post delictum an eximatur à iurisdictione iudicis ipsius delicti.*
29 *Curia an possit remittere, non obstante partis instantia.*
30 *Accusatus potest alienare bona nondum confiscata, nec similiter fiscus reuocat alienationem, nisi lata sententia.*
31 *Denuntiatio qua remittitur.*
32 *Denuntiare potest qui non accusare.*
33 *Denuntians auditur sine inscriptione.*
34 *Inquiritur, cum ad denuntiationem alicuius, processus non dicitur inquisitionis, sed denuntiationis.*
36 *Libellus non est necessarius in denuntiatione, in qua proceditur de plano.*
37 *Denuntiatio est multiplex.*
38 *Citatio an requiratur in denuntiatione.*
39 *Testes recipi possunt lite non contestata in causa denũtiationis contra contumacem, & ferri contra eũ sententia.*
40 *Fiscus regulariter non potest dare querelas pacis, nisi in certis casibus.*
42 *Accusare vltionis causa, vel alio malo zelo, non est laudabile.*
43 *Instantia in processu inquisitionis ex officio non perit.*
44 *Inquisitio ex officio facta non præsumitur calũniosa.*
45 *Citatio an requiratur in denuntiatione.*
47 *Contra contumaces & fugitiuos semper præsumitur.*
48 *Sententia lata contra absentem non transit in rem iudicatam.*
49 *Præscriptio annalis non currit contra actorem impeditum dolo & facto conuenti.*
51 *Protestatio sufficit ad interrumpendam annalẽ præscriptionem.*
52 *Termini constitutionum an possint prorogari, vel minui de consensu partium.*
53 *Interruptio quot modis fiat.remittitur.*
54 *Instantia in causis criminalibus incipit à citatione, licet regulariter incipiat à litis contestatione.nu.55. & in causa pacis incipit à die comparitionis querelati.nu.56.*
57 *Instantia eo dicitur, quia cum assiduitate & frequenter statur in iudicio.*
58 *Instantia inquisitionis an possit renuntiari.*
59 *Inquisitio falsi durat triginta annis.*
60 *Iniuriatus potest assistere in inquisitione.*
62 *Instantia an perimatur, si protrahatur vltra biennium, propter incidentem quæstionem, seu altercatum. declaratur nu.79. & 80. & 85. & quid si accusator decesserit, & succedat fiscus.nu.63. & quid si per Regem vel Gubernatorem impediatur cursus instãtiæ.nu.70.*
64 *Instantia criminalis aliquando debet finiri infra annum, aliquando infra tres menses.*
65 *Instantia causæ ciuilis an excludat ab honoribus, remissiue.*
66 *Quæstio omnium, vel maioris partis bonorum æquiparatur quæstioni status, quæ quæstio status morti æquiparatur.*
67 *Perire nequit quod non est.*
68 *Minor semper restituitur, nisi contrarium reperiatur in iure expressum.*
69 *Minori an competat beneficium restitutionis in integrum aduersus peremptionem instantiæ, traditur remissiue.*
71 *Instantia an perimatur ipso iure, vel ope exceptionis, distinguendo traditur.*
72 *Protelatio aduersarij facit prorogare terminũ instantiæ, secus protelatio tertij.*
73 *Instantia in præiudicium actoris non currit, propter cauillationes aduersarij.*
74 *Instantia perempta non pereunt acta litis ordinatoria & decisoria declaratur ibidem.*
74 *Iudicis factum impedit cursum instantiæ.*
76 *Protestatio non sufficit vt instantia non labatur, cum opus sit actum factis, instando semper.*
77 *Voluntas non sufficit, vbi facto opus est.*
78 *Iudex debet statuere breues dilationes, iuxta breuitatem instantiæ.*
81 *Vt instantia non labatur, tutum est protestari pluries, & petere sententiam.*
82 *Iudex punitur, si causa criminalis sua culpa infra biẽnium finita non sit. declaratur nu.115. & quãdo dicatur fieri per iudicem.nu.116.*
83 *Contumacia delictum est.*
84 *Absens regulariter diffinitiue non potest condẽnari.*
86 *Iudex vbi videt perire instãtiam causæ fiscalis, potest procedere ex officio.*
87 *Sententia dicitur finis instantiæ, sine causæ.*
88 *Instantia non dicitur finaliter prosecuta, donec restat aliquid ad prosequendum.*
89 *Iudicium sine sententia non est perfectum.*
90 *Sententiam latam esse, & conclusum esse in causa, paria sunt.*
91 *In causa vbi est conclusum, dicitur causa quasi finita.*
92 *Iudex ex officio declarare potest instantiam & appellationem desertam.*
93 *Causam criminalem infra biennium non prosequens, punitur.*
94 *Iudex an possit iudicare post lapsum biennij instantiæ, traditur.*
95 *Manulenta finiuntur, nisi requirantur intra annum Barcinonæ ex priuilegio particulari.*

Instantia

Digitized by Google

96 *Inſtantia perempta, an pereant acta indicialia.*
97 *Nullum quod eſt, ratificari non poteſt per conſenſum partium. declaratur nu. 98.*
99 *Inſtantia tempus non perit coram Principe. Fallit tamen nu. 100.*
101 *Iudicis mora non nocet parti, nec inducit deſertionẽ appellationis.*
102 *Temporis lapſus non imputatur diligenti.*
103 *De diligentia vt conſtet, debet proteſtari.*
104 *Iudex vbi videt inſtantiam labi, debet ex officio ſententiam ferre.*
105 *Inſtantia an renuntiari poſſit ex pacto, vel cum iuramento, remiſſiue.*
106 Actio *verbum ſumitur proprie, & improprie.*
107 *Verba ſemper ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*
108 *Inſtantia perempta licet pereant acta indicialia, remanet tamen effectus interruptionis, præſcriptionis, & perpetratæ actionis.*
109 *Inſtantia perempta etſi pereant acta indicialia præparatoria iudicij, non autem quæ conferunt ad deciſionem cauſæ. declaratur nu. 112.*
110 *Liti gioſi victum etiam perempta inſtantia durat cõtra conuentum, & habentem ius ab eo.*
111 *Sententia an valeat, ſi feratur perempta inſtantia.*
113 *Inſtantia ſi labitur dolo aduerſarij, datur aduerſus eam reſtitutio in integrum.*
114 *Inſtantia cauſæ appellationis an labatur, diſtinguendo traditur.*
117 *Præſcriptio an currat, ſi labatur tempus facto aduerſary, remiſſiue.*
118 *Teſtium atteſtationes perempta inſtantia non valent, niſi in ſubſidium.*
119 *In ſubſidium quædam valent, quæ aliter nequaquã valerent.*
120 *Citatio actore non comparente, an inducat interruptionem.*
121 *Iniuriarum actio an iterum ſit intentanda contra haredem defuncti mortuo iniuriante, & perempta inſtantia cœpta contra eum.*
122 *Iniuriarum actio non datur contra haredem, niſi lite conteſtata cum defuncto. & declaratur nu. 123.*
124 *Interruptio fit per ſupplicationem Principi oblatam & reo intimatam.*
125 *Præſcriptio nulla minor currit in Cathalonia, quam triginta annorum. & declaratur nu. 131.*
126 *Reſtitutio in integrum an peti poſſit in Cathalonia vltra quadriennium vſque ad trigimta annos.*
127 *Primi nullus eſt faciendi plures libros.*
128 *De iure communi non eſt habenda ratio, niſi deficientibus iuribus Cathaloniæ.*
129 *Ridiculum eſt ignorare iura patriæ, & dimittere regimen illius, ac curare de alienis.*
130 *Legerat nouas Doctorum extraneorum bonũ eſſet prohibere.*
132 *Lex vbi dat remedium, videtur dare tam agendo, quam defendendo.*
133 *Victus victori condemnatur in expenſis. Fallit tamẽ, vt hic.*
134 *Inſtantia licet ſit perempta, ex eo tamen non debet actor ſemper condemnari in expenſis.*
125 *Contumaces vbi fuerint actor vel reus, non audiũtur vlterius, niſi refectis expenſis.*
136 *In expenſis fit cõdemnatio ratione deſertionis, vel retardati proceſſus.*
137 *Inſtantia perempta durat etiam officium iudicis.*
138 *Inſtantia perempta, an, ſi velit actor, iterum accuſationem proponere poſſit, non refectis prius expenſis. declaratur nu. 140. & 141.*
139 *Accuſatio, denuntiatio, & inquiſitio quid.*
142 *Iudex reſeruare ſibi debet taxationem expenſarum, ſi liquidæ non fuerint.*
143 *Sportulæ iudicij ab vtraque parte ſunt ſoluendæ.*
144 *Expenſarum condemnatio fieri poteſt ante diffinitiuam, maxime ratione contumaciæ. nu. 145.*
146 *Expenſarum materia, remiſſiue. & nu. 149.*
147 *Expenſæ factæ in lite petuntur officio iudicis.*
148 *Expenſarum condemnatio an fiat in cauſis criminalibus, remiſſiue. & nu. 154.*
150 *Expenſarum condemnatio an fieri poſſit in iudicio miſſionis in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ.*
151 *Expenſæ probantur per iuramentum.*
152 *Sententia lata ſuper expenſis habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*
153 *Appellari an poſſit à condemnatione expenſarũ tantum. & num. 155.*
156 *Expenſæ in cauſa appellationis an conſiderari debeant, quæ fiunt eundo, morando, vel redeundo.*
157 *Accuſator ſi crimen probauerit, calumnioſe egiſſe nõ videtur.*

A *Remoure accuſacions calumnioſas, &c. A remoure.* Nota, † quod ex prætationis ſumitur ratio legis, & dicitur cauſa finalis, qua ceſſante, ceſſat & lex, ſecundum *Bart. in extra. ad reprimendum. in gloſ.* ſuper verbo, *ne ex eorum abſentia,* circa finem ipſius. Item valet † argumentum à contrario ſenſu legis vel ſtatuti, & etiam inter contrahentes, niſi eſſet contra ius, ſecundum *Gui. de Suda. in l. ſi ea conditione. C. de conditionibus inſertis.* Caſus. Si † accuſans querelator pacis & treugæ, & denuntiator, etiamſi fictus fuerit, per annum tacuerit, vlterius non admittitur ad proſecutionem accuſationis querelæ, vel deuntiationis factarum: ſi vero per annum non tacuerit, ſed infra biennium à die datæ accuſationis, ſeu factæ denuntiationis, vel à die comparitionis in querela pacis & treugæ numerandum, inſtantiæ earumdem non fuerint finaliter proſecutæ, pereũt inſtantiæ cum firmis & conditionibus ſuis ipſo iure, actione tamen ſalua remanente, ſi eam de nouo voluerit intentare, ſaluo tamen iure damnorum & expenſarum conuentis. Et extenditur præſens conſtitutio ad cauſas & negotia tempore publicationis, ſeu datæ ipſius pendentia. Hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes. In prima dicit, accuſatorem, denuntiatorem, ac querelantem pro pace & treuga, nullatenus ad proſecutionem admitti, ſi per annum tacuerit. In ſecunda, ibi, *lla on no callarã,* dicit inſtãtiam accuſationis, denuntiationis, & querelæ pacis ipſo iure perimi,

ficium,efficitur monachus, vel clericus, nũquid erit exemptus quoad diſtrictionem perſonalem â iuriſdictione laici? Dic quod nõn, quia erit in fraudem iuſtitiæ, impediente tamen etiam,quia ordo & profeſsio non inuenit iſtum liberum.& hic eſt non ſolum prærueta cauſa,ſed etiam perſona:vt in *c.ſane.de celebrat.miſſarum.* vide *Innoc.* & *Doct.extra.de obſt.ad ratio.c.vno.* adde quæ ſcripſi
29 ſupra *collat.proxi.c.quia plerique.* Sed † vt ũ curia poſsit remiſsionem facere de crimine, de quo facit pars inſtantiam,vide *Ioan.Fab.inſti. de publicis iudi.*§. 1.alias in princ. ſuper *gloſ.ſed qualiter.* vide *Hoſtienſ.in Summa tit.de inquiſit.*§.*fin.verſ.ſi.* & in *Spec.eod.tit.*§.*nunc circa. verſ. quod ſi inquiſitor.* vide etiam in 1.*parte Spec. tit. de diſpenſat.*§. *nunc de Epiſcoporum.verſ.ſed pone,clericus.*& *verſ.ſ.q.* & *de abolitione & purgatione.* §.1. *verſ.ſed cum ſupra.* vide etiam per *Ioan.in Summa Confeſ. lib.2.tit.* 5.
30 *q.*145. Vlterius † nota,quod accuſatus poteſt alienare bona nondum adnotata,nec fiſcus reuocat niſi lata ſententia.vide in *Spec. tit. de accuſat.*§.*ſequitur.verſ.quid ſi poſt. de pur. ca.* vide *Doctores in l.poſt contractum.ff.de donat.*& *l.*1. *C. de iure fiſci. lib.*10. Sequitur in tex.*querelas de pau & de treua,* ſubaudi,de quibus vide ſupra *cap.proxi.*& ſupra *collat.proxi.c.querelam.* cum ſimilib. Sequitur in
31 text.*e denunciacions.* Quid ſit † denuntiare, vide
32 in *Spec.tit. de denũt.* §.1. Et poteſt † denuntiare, qui non poteſt accuſare:*extra.de iureiuran.c.quemadmodum.* Sed an ante contentionem reo denuntiare debeat actor, vide in *Spec.tit.de denuntiat.* §. *quis denuntiare poſsit. verſ. quod autem admonitio.*
33 Item denuntians ſine inſcriptione audirur,v. de
34 in *Spec.tit.de noto.crimine.verſ.1°e.de Sap.* Cum † ad denuntiationem alicuius inquiritur, iſte non eſt proceſſus inquiſitionis,ſed denuntiationis. vnde ſi non valet denuntiatio, nec inquiſitio, quæ eſt eius acceſſoria ; nec enim pollunt cumulari duæ ſpecies procedendi,ſecundum *Bald. in Spec. tit.de inquiſitione.*§. 1.*verſ.ſed numquid.* adde quæ ſcripſi infra *eod,c.* ſuper verbo, *inſtãtia.in* 1.*q.* adde etiam,& latius notata per *Bald. in l.edita.C.de*
35 *eden.*§.*an libellus procedat ſine conclu.* Et † nota,q̃ hic non ſolum loquitur de inquiſitione, quæ fit ex officio,vel ad fiſci inſtantiam: & ſic eſt caſus omiſſus,& de iure tali non perit inſtantia,vt notatur per *Doct.in l.properanaum.C.de iudi.*& ratio eſt,quia in curia fit litis conteſtatio, & fiſcus nõ habet tempus limitatum,niſi in querelis pacium
36 & treugarum,vt in hac conſtit. dicitur. Et † in denuntiatione, in qua de plano proceditur, non eſt neceſſarius libellus,vt in *Spec.tit.de denunt.* §.
37 *nunc aſcendum.verſ.formam.* Et † nota quod multiplex eſt denuntiatio, vt plen. notatur 2.*q.*8.*in ſumma.*& *extra. de iudi.c.nouit.* cum ſuis concor.
38 & *Archid.*22.*q.*5.*c.hoc videtur.* Sed an † in denũtiatione citatio ſit fienda?argu. quod ſic *extra. de hæret.c.cum ſecundum.*& quod notat *Ioan. And. de cenſibus.in Clem.præſenti.*argum.contra *extra.de appel.c.paſtoralis.*& quod notat *Io. And.de coha.cleri. & mul.c.veſtra.* Pro prima parte facit præſens cõ-
39 ſtit.ibi,*ara ſia,o no fos feta comparicio.* Item † nota quod in cauſa denuntiationis contra contumacẽ lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, & ferri ſententia diffinitiua, ſecundum *Io. And.extra. de dolo & contu.c.veritatis.* Item notat *Io.Fab.inſtit. de publi.iudi.* circa prin.quod de iure ciuili al quis non admittitur ad denuntiandum,niſi ſoli officiales. vide ibi. Sequitur in text. *encara que foſſen per lo procurador fiſcal donades,o procurades,* ſubaudi hoc,ſcilicet,dictæ querelæ pacis & treugæ.nã verbum *etiam* hic ſolum determinat verbũ *querela pacis & treugæ;* quia de accuſationibus & denũtiationibus nemini eſt dubium, quia officiũ ipſius procuratoris fiſcalis eſt de criminibus &delictis reos proſequi, ſiue per viam accuſationis, vel denuntiationis,& promotionis inquiſitionũ.
40 Sed † querelas pacis & treugæ regulariter dare, & proſequi non poteſt, niſi in caſibus â conſtit. Cathaloniæ permiſsis,de quibus dixi ſupra *coll. proxi.c. quia quandoque contingit.* §. *caueant autem. verſ.nec procuratores fiſcales.* vide ibi,& in cõcord. & quod dixi ſupra *c.proxi.* Et hoc eſt quod hic littera dicit,*encara permes per conſtitucions de Catalunya fetes,donades,* &c. Sed forte nõ eſſet iniquũ intelligere de omnibus accuſationibus & denũtiationibus etiã per fiſcũ tactis quia etiã de iure Romano cauſæ criminales biẽnio claudũtur.Secus tamẽ credo in inquiſitione quę fieret ex offi-
41 cio,nullo alio promouente.Sed an † peremptis huiuſmodi inſtantijs in caſibus huius conſtit.poterit iudex ex officio & motu proprio tranſire ad viam inquiſitionis de eiſdem criminibus? Videtur quod ſic,iuxta notata per *Ant.de But.c.licet eis.de ſimo.* quod credo verum ſaltem in grauioribus,ne crimina remaneãt impunita. Cogita me
42 lius. Et † nota,quod illaudabile eſt accuſare vltionis cauſa,vel alio malo zelo:vt *ff.de iure fiſci. l.*2.§. 1.Secus quando ſit accuſatio bono zelo,& vt mal facta puniantur: vt in *auth. de non alie.aut permutan.*§.*vlt.* & ibi *gloſ.* ſuper verbo *laudabili. collat.*2. quia expedit peccata nocentiũ nota fieri: *ff.de iniur.l eum qui.* Vlterius etiã nota, quod
43 in † proceſſu inquiſitionis ex officio non perit inſtantia.vide *Gui.de Cogno in l. properandum. C. de iudi.*& probatur in hac conſtit.â cõtrario ſenſu.& video q̃ ſeruatur,& bene,quia vbi ex mero officio inquiritur,non eſt inſtãtia partis:ergo nõ perit inſtantia,ſed forte officio iudicis præſcribetur ſpatio triginta annorũ. Item inquiſitio fa-
44 cta † ex officio nõ præſumitur calumniosa, quia iudex,qui iuravit facere iuſtitiã, præſumitur zelo iuſtitiæ mouerí. Et vbi iudex ex officio procedit ſine promotore inquirendo,talis proceſſus eſt ordinarius,& tũc nõ perit inſtantia;ſecus dũ inquiritur ad denuntiationẽ vel inſtantiã alicuius promotoris:ita dicit *Bal.*ſuper *Innoc.in c.dilecto.de ſent.ex.*adde quæ notat ipſe *Bal.ff.de rei ven. l.poſt actiones.*§.*per hanc.* vide late & adde quę habentur in *Summa Conf.lib.*3.*tit.*31.*de purgat.* & *in-*

Digitized by Google

quiſitione, præſertim in *q.* 5. & ſeq. ¶ Sequitur in tex. *ara ſia, o fos feta comparitio per los acuſats*, &c.

45 Hic habes, quod † etiam in denuntiatione requiritur citatio, vt dixi ſupra *ead.* in verbo, *de-*
46 *nuntiations*. Et nota hic, † quod ad deſertionem cauſæ per annalem præſcriptionem non requiritur quod ſit facta vel non facta comparitio: requiritur tamen citatio, alias non eſſet iudiciũ: quod habet incipere à citatione: vt *inſti. de pœna temere liti.* in fine. Facta igitur citatione, ſi per annum accuſans, querelans, vel denuntians tacuerit, inſtãtia cauſæ peremptа erit, vt hic in prima parte, ſiue primo reſponſo huius conſtitutionis. Quod verum, niſi querelatus pro pace & treuga fuiſſet propter eius contumaciã publicatus pro iecto. Et idem forte ſi in cauſa accuſationis, vel denuntiationis reus foret bãnitus, & pro tali publicatus: quia iectis & bannitis non debet dari fauor, nec eis debet pandi aditus iudiciorum, donec comparuerint perſonaliter, & purgando cõtumaciam ſatisfecerint de expenſis ratione contumaciæ factis: *C. de iudi. l. Seius*. Vnde notanter dixit, *ara ſia feta comparicio, o no*. Et non dixit, an fuerint publicati pro iectis vel bannitis, aut ne. Non enim credo hanc conſtitutionem fore factã in fauorem iectorum & bannitorum publicatorum, quia cum tales ſint inimici domini Regis & Reipublicæ, non habent amorem Principis, & non debent gaudere beneficio quo ſunt priuati, tamquam indigni: & quia de iure præſumitur contra contumaces & fugitiuos: *ext. de præſump. c. nullus dubitat.* & propter talem contumaciã impeditur finalis proſecutio cauſæ, quia cauſa con-
47 tra abſentem † non poteſt diffinitiue ſentẽtiari, nec finiri finaliter: hoc eſt, vt tranſeat in rẽ iudicatam, vt innuit velle præſens conſtitutio. De quo vide per *Iac. de Calicio in* 23. *dubioſus Directorij pacis & trenga*. ergo contra † actorem impeditum dolo & facto conuenti non currit huiuſmodi præſcriptio annalis, quia nullatenus conſtat de calumnia actoris, propter quam vitandã eſt facta conſtitutio præſens vt in eius proœmio patet. Et ita pro hac parte fuit pronuntiatũ & obtentum in Audientia Regia, habita contradictione partium in cauſa querelæ pacis & treugæ per Abbatem Baln. contra honorabilem Bernardum R. de Pontonibus militem oblatæ: & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus l. minime.* facit *c. in cauſis.* & quæ ibi notantur *extra. de re iudi.* Nec enim credendum eſt, quod curia per hãc conſtitutionem tacitis verbis, ſeu verbo vnico voluerit tot iura de iectis & bannitis proſequẽdis inducta tollere: argum. *C. de inoffic. teſta. l. ſi quando.* & *extra. de elect. c. Eccleſia veſtra.* vnde quod littera dicit, *ara ſia, o no fos feta comparitio, o no*, ſubaudi, dummodo non fuerit proceſſum ad publicationem iectionis vel bannimenti ex contumacia reorum ſiue conuentorum. Sed quid † ſi pro parte citati pro pace & treuga infra tẽpus quindecim dierum proponãtur exceptiones & cauillationes aduerſus citationem, & propterea aut quia curia recedit à loco, & ſunt epidemiæ, & alia impedimẽta, propter quæ labitur annus; quod non eſt proceſſum ad publicandum iectũ; an poſsit procedi vlterius? Cogitã, quia littera iſta facit quod non. Sequitur in tex. *volem è declaram per aqueſta*, &c. ibi, *callaran per vn any*. Nota
51 verbum *callaran*, quia ad † interruptionem huius annalis præſcriptionis ſufficit proteſtari vel inſtare aliquid in cauſa. Et ſufficit ſemel proteſtari, vt *ff. de leg. 2. l. Titia.* §. *vſuras.* & ibi *Bar. Bal.* & *Io. de Imola.* qui ibi conſulit, quod ſæpius proteſtetur, & ſic facta huiuſmodi proteſtatione quaſi ex ſola taciturnitate actoris præſumitur de eius calumnia, vt peremptio inſtantiæ inducatur per hanc conſtitutionem, quæ præſumptio tollitur per publicationem iecti vel banniti, & verius propter præſumptum dolum querelari iecti, banniti & publicati. Ita quod ſi poſtquam publicatio iectionis vel banni facta fuerit, ipſe iectus vel bannitus comparere & ſuam contumaciam purgare ceſſauerit, tũc ceſſat præſumptio calumniæ actoris, & ita non currit hæc præſcriptio, nec habet locũ peremptio ceſſante cauſa peremptionis vt ſtatim dixi: quia ceſſante cauſa conſtitutionis, finalis ceſſat eius diſpoſitio; vt notatur in *curia Perpiniani c. ad excludendum fraudes.* faciunt notata per *Bal. in l. pacto Manius. ff. de heredi. inſti.* & dixi ſupra *in primo notab.* Sed an de
52 conſenſu † partium termini huius conſtitutionis & ſimiles poſsint ſuperſederi, & elongari, vel prorogari, vide notata per *Ant. de Butr. in c. ratione. extra. de app.* §. *quinto quæro. verſ. An commu-*
53 *ni conſenſu*. De hac † interruptione, & quot modis fiat interruptio, legitur & notatur per *glo.* & *Doc. C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorũ. l. ſæpe.* & *extra. de præſcrip. c. illud.* Sequitur in tex. *la inſtancia de les dites accuſacions, querelas, & denuncias dites*, ſcilicet, calumnioſas, de quibus loquitur proœmium & præfatio huius conſtitutionis, quia ſecus de iuſtis, veris, & non calumnioſis. à contrario ſenſu vide *Bar. in l. 1. ff. ad Macedo.* No-
54 ta hic iunctis prædictis † inſtantiam incipere à citatione, quia ſupra dixit, *fos feta cõparicio, o no*,
55 alibi & regulariter † incipit à litis cõteſtatione: vt *l. criminales. C. vt intra certum tempus cri. quæſtio finiatur.* & *C. de iudi. l. properandum.* cum ſimilibus, ſcilicet in *ead.* in §. *E lla on no callaran*, incipit inſtantia accuſationis vel denunciationis à die li-
56 belli ſeu clami oblati. Sed in † querela pacis & treugæ quoad præſcriptionem biennalem incipit à die comparitionis factæ per querelatum vi de ſupra à quo tempore incipiat inſtantia; & di-
57 citur † inſtantia quia cum aſsiduitate, & frequentia in iudicio ſtatur, vnde inſtare, ideſt, valde aſsidue & frequenter ſtare, & petere. fa-
58 cit *Cle. quamuis rigor. de app.* Sed † an inſtantiæ inquiſitionis poſsit renunciari? Reſpondeo, quod non. vide *Bal.* & *Angelum. ff. de pactis. l. pactorum.* §. *ſi paciſcar*. Et ſic habes ex prædictis

Digitized by Google

dictis inſtantiã diuerſimode cõſiderari. Et per hoc patet, diſpoſitionem dictæ *l. criminales*, & dictæ *l. properandum*, non habere locum per omnia in hac conſtitutione. Pro quo faciunt notata per *Innoc.* & *Doct. extra. de iudicijs. c. ſignificarunt.* & *cap.*
59 *venerabilis.* Vlterius nota, † quod inquiſitio falſi durat triginta annis, licet eius accuſatio non duret niſi viginti annis, vbi interuenit ordinarius accuſator, vt eſt *gloſ.* ſingularis in *l. querela. C.*
60 *de fal.* ſecundum *Baldum.* Item † nota, quod perſona iniuriata poteſt aſsiſtere inquiſitioni; tamen capitula non formabuntur in ſui perſona, ſed iudicis : ꝙ dicitur latius per *Bald. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inofficioſo teſtam.* adde notata per *Ioan. de Plat. inſtit. de pub. iud.* in princip. & per *Doct. C. vt intra*
61 *cert. temp. crimin. quæſtio finiatur.* Sed † quia hic nõ loquitur de inquiſitione, quæro, an diſpoſitio huius conſtitutionis habeat locum in proceſſu inquiſitionis, quam facit curia ex officio? Reſp. ꝙ non, quia eſt caſus omiſſus. Et nota in ſimili per *Gui. de Cug.* in dicta *l. properandum*, in princ. *C. de iudicijs.* vide ibi. Pro quo etiam faciunt quæ ſcripſi ſupra *collat. proxi. c. volentes noſtros.* circa princ. vbi dixi de inquiſitione. & hoc intellige verum de mera inquiſitione, quæ fit ex officio nullo denuntiatore interueniente, quia tunc eſt magis proceſſus denuntiationis quam inquiſitionis, ſecundum *Bald.* vt dixi in verbo *denunciationi*. Sed
62 pone, † quod in cauſa accuſationis querelæ pacis, vel denuntiationis mouetur incidẽs quæſtio, an in tali incidẽti quæſtione ſeruabitur ordo huius conſtitutionis? *Gui. vbi ſupra* tenet quod nõ. Et per hoc quæro, quid ſi propter incidentẽ quæſtionem huiuſmodi cauſa principalis protrahatur vltra biennium, numquid erit peremptа inſtantia per hanc conſtitutionem? Quidam quod ſic, per *l. properandum.* & quæ ibi notantur, *C. de iudicijs.* Ego de conſilio peritorum Barcinonæ pronuntiaui contrarium, cum eſſem iudex Gerundæ, & mea ſententia extitit per honorabilẽ Andream Cornell iudicem appellationum, & eius adiunctum, cum conſilio aliorum peritorũ Barcinonæ confirmata. Et eſt ratio, quia hæc cõſtitutio eſt facta propter vitandam calumniam accuſantium, querelantium, & denuntiantium: & quælibet diſpoſitio iuris communis, vel ſtatuti regulatur à ratione, & cauſa finali eius: vt *ff. de pactis. l. quod dictum.* Sed quando propter incidẽtem quęſtionem per querelatum forte cauilloſe propoſitam cauſa differtur, ceſſat actorum calumnia & eius præſumptio, & ita ceſſat conſtitutionis iſtius diſpoſitio, quia ceſſante ratione & cauſa finali legis ceſſat eius diſpoſitio, vt dixi ſupra *gloſ. proxi.* Pro quo facit, immo videtur caſus in *l. ſi cũ ipſe. ff. de excu. tut. & cur.* vide ibi notata per *Iac. de Aren.* & *Bart.* & per *gl. f.* & *Doct. Canoniſtas ext. de renun. c. poſt tranſlationem.* ſuper verbo *ceſſare.* dic melius per *Anton. de But. in c. ex ratione. ext. de appel. in §. quinto quæro. verſ. quandoque impeditur ex facto appellati.* qui multas proponit exceptiones. & in *c. ſuper eo. in 2. eod. tit.* Vlterius po-
63 ne. Titius † accuſator poſt litem cõteſtatam deceſsit, cui ſucceſsit fiſcus, qui modo litem proſequitur, vt *C. de ſen. paſſis. l. ſi debitor.* an cauſa huiuſmodi duret vltra biennium, ſicut inquiſitio fiſcalis? Reſp. non durabit vltra, quia parti eſt ius quæſitum à die dati clami, ſiue libelli; & idcirco non dicetur talis cauſa fiſcalis, iuxta notata per *Gui. de Cugno* in ſimili in dicta *l. properandum*, in
64 princ. in vltima *q.* Vlterius † nota, quod quandoque inſtantia criminalis debet finiri infra annum, vt *l. reus delatus. ff. de mun. & hon.* quandoq. intra tres menſes; vt in *auth. de Epiſc. & cleric. §. ſi quis autem ad ordinationem. collat. 9.* de quo nota per *Ioan. de Platea. C. de reis poſtulatis. lib. 10.* Et ibi
65 vide, an † inſtantia cauſæ etiam ciuilis exclu-
66 dat ab honoribus. Et quod † quæſtio omniũ, vel maioris partis bonorum æquiparatur quæſtioni ſtatus, & quæſtio ſtatus morti. Pro quo *gloſ. in authent. de teſti. §. ſi vero aliter odioſus. colla. 6. & extra. de reſti. ſpol. c. frequens. lib. 6.* Sequitur in tex. *eſſer perida.* Quidã hic ita apoſtillarũt, quia littera dicit, *perida*, quod idem eſt ac peremptа; ergo iam
67 erat nata: quia quod non † eſt, perire non poteſt; & tamen inſtantia oritur & naſcitur à tempore litis conteſtatæ; vt *C. de iudicijs. l. properandum.* & *C. vt intra certum temp. crim. quæſt. finiatur. l. fina.* Et ideo quod infra dicit; *E lla on no callaran*, &c. *apres de la comparicio.* ſubaudiunt, ſcilicet, à tempore litis conteſtatæ: quod habet fieri poſt comparitionem, & ita concordabit iuri communi. Sed certe, vt dixi, inſtantia poteſt diuerſimode inchoari & conſiderari. Et licet regulariter verum ſit, inſtantiam inchoari à lite conteſtata, vbi aliter non eſt ſtatutum, per *l. amplius. ff. in c. ra. ha.* tamen hic eſt ſecus, & vbi alias à lege vel ſtatuto dicitur inſtantiam debere conſiderari, & tempora computari. Quare tene litteram, quæ eſt plane, & ad litteram ſeruanda, vt ſupra *eod. c. volẽs*, ibi, *a la letra.* Notat *Bald. in feud. tit. de feudis ſine culpa*
68 *non amit. c. ſancimus*: quod regula eſt, † quod ſemper minor reſtituitur, niſi vbi contrarium reperitur in iure expreſſum; vt notatur *ff. de mino. l. auxili m.* & in *auth. de hæred. & fal. §. pupillus.* vi-
69 de *Bald.* latius vbi ſupra. Sed † numquid minori contra hanc peremptionem ſubuenietur? Forte ſic, & etiam maiori ex cauſa per beneficiũ reſtitutionis in integrum; vt *ff. de mino. l. & ſine do-*
70 *lo. §. & ſi in hermocidijs.* Sed † quid ſi per Regem vel Gubernatorem cauſa criminalis impediatur ſaltem per duos menſes, iuxta conſtit. infra *eod. c. prouehim, ordenam, & ſtatuim.* vel forte datur guidaticum ratione acordamenti, armatę, vel huiuſmodi, numquid peribit inſtantia non obſtãte tali impedimento? Reſpondeo quod ſic, de rigore, iuxta dictam *l. properandum.* Sed dabitur reſtitutio de æquitate, ſaltem ex illa clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*, &c. *ff. de ex quibus*
71 *cauſis maiores in integrum reſti. l. 1.* in fine. Et † dic, *eſſer perida*, ſubaudi, non ipſo iure, ſed ope excep-

ptionis, quod ſonat littera quæ ſequitur, *axi que daci auant los dits acuſants, querelants, & denũciants no ſien admeſes a proſecucio daquelles.* Sed dic verius, aut omnino eſt culpa & negligentia accuſantis, querelantis, & denuntiantis & tunc per lapſum temporis perimitur inſtantia ipſo iure: ita quod ſi poſt ipſius temporis lapſum procederetur in cauſa, & ferretur ſententia, non valeret, iuxta notata in dicta *l. properãdum.* Et videtur caſus in ſimili de cauſa appellationis, in *Clem. ſicut appellatione. tit. de appel.* Aut agens impeditur facto dolo ſeu culpa conuenti, qui malignatur, & litem protrahit per friuolas appellationes, aut alias ipſo agente ſuam diligentiam faciente, & tunc ſeruatur illæſus, & remanet inſtantia ipſo iure, iuxta *l. ſi cum ipſe.* & quæ ibi notantur per *Doct. ff. de excu. tut. & curat.* Ad idem facit quod notat *Bartholom. de Salicet. in l. ſi docuerit. C. de falſis.* Aut facto vel culpa iudicis, ſeu alterius tertij impeditur, & tunc currit inſtantia, & perit lapſu temporis; ſed tunc daretur reſtitutio, vt dixi: & hoc verum in ſubſidium, ſaltem quando eſſet impeditus dolo tertij, & ille exiſteret non ſoluendo. Et hæc credo ita procedere in hoc caſu, & ſimiliter; ſecus forte in caſu *l. properandum.* in quo antiqui & moderni Doctores aliter dixerunt. De quibus vide ibi per *Bart. Baldum,* & *Salicetum.* Et
72 ſic † nota, quod protelatio aduerſarij facit prorogare tempora, ſecus in protelatione tertij. De quo latius notat *Baldus. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo.* vide & adde quæ notat *Ioan. Andreas in additionibus Spec. in 2. parte. tit. de appella. §. nunc breuiter. verſ. licet autem de materia.* vide etiam in *addition. Spec. 1. parte. tit. de dele. §. reſtat videre. verſ. ſed numquid omnia.*
73 cum ſequenti. Nota † quod inſtantia non currit in præiudicium actoris, quando propter ſubterfuga & cauillationes. Ecce quod impedimentum aduerſarij facit non currere tempus. vide *Bart. in l. ſicut ipſe. ff. de excuſ. tut. & cur. ves.* dilatatur *gl. ſ. ff. de minoris. l. intra viile.* & ibi plene
74 *Cinus. de Sudaria.* Item nota, quod peremptæ † inſtantia non pereunt acta litis ordinatoria quoad effectus iam allecutos, & litis deciſoria: *gloſ. in l. properandum. §. ſi quid.* in verbo *iudicij. C. de iudic.*
75 Vlterius nota, quod † factum & impedimentũ iudicis impedit curſum inſtantiæ: in *auth. vt ſpo. lar. §. hoc quoque.* & *gloſ. in l. ſed ſi per prætorem. ff. ex quibus ca. ma.* vide hic diſtinctionem, quam ponit *Ray. de Forlinio* ſuper *l. ſcire oportet. §. illud. ff. de excuſa. tut.* ſuper *gloſ. in verſ. conſtitutum.* Sequitur
§. *E lla on no callaran, & proſeguiran aquelles.* Nota
76 quod † non ſufficeret proteſtari, quia opus eſt facto, ſcilicet, vt de facto, & quatenus in ipſis agẽtibus fuerit, proſequantur, & inſtantiam debitã
77 faciant, quia † voluntas non ſufficit vbi facto opus eſt, vt hic, & *extra. de eo qui mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruan. cap. 1.* & ibi vide, ac etiam per *Henricum Boich.* an, & quando voluntas pro facto reputetur. Et dic, *no callaran,* ſcilicet, per annum integrum, alias eſſet peremptæ, vt dixi ſup. Et dic, *Et proſeguiran,* ſcilicet, infra annum, ita tamen, quod intra biennium omnino proſequãtur. Et hoc ſequitur hic, *E dins ſpay de dos anys,*
78 &c. Nota tamen, † quod iuxta breuitatem inſtantiæ debent ſtatui per iudicem breues dilationes: arg. *l. 1. ff. de glande legen.* & notat *Ioannes de Platea* ſuper *l. generali. C. de decurionibus. lib. 10.* & per modernos *Doctores in l. properandum. C. de iudicijs.* adde notata per *Ant. de Butrio in c. ſuper eo. in 2. extra. de appella.* alias ſi culpa iudicis inſtantia perierit, punietur iudex tamquam tranſgreſſor conſtitutionis, ſaltem extra ordinem, iuxta notata ſupra *collat. 6. curia Perpiniani c. cum ſecundũ.* Et quod dicit, *no callaran,* intellige, ſcilicet, *per ſpay de vn any.* quia tũc ſufficeret annalis præſcriptio, vt dictum eſt, quia dicit litera ſupra, *ara*
79 *ſia feta comparicio, o no.* Sed † quando non tacent per annum, ſed proſequuntur ſine interuallo anni vnius, tũc adhuc eſt neceſſe cauſam finiri infra biennium: quod incipit currere, & computatur à die apparitionis, vt ſequitur hic in littera.
80 Et † prædicta vera, niſi facto aduerſarij fuerit quis impeditus. vide *Bart. in l. ſi cum ipſe. ff. de excu. tut.* & *Ioannes de Imola in l. Titius,* alias, *Gaius. §. vſuras. ff. de legatis ſecundo.* Et eſt tutũ de hoc proteſtari pluries, & petere ſententiam. Sequitur in text. *apres de la comparicio.* Nota, non dicit, *apres de la comparicio.* ſed dic, *apres.* & per hoc dixerũt aliqui, quod hic ſit ſubaudiendum, ſcilicet à tempore litis conteſtatæ, quaſi tunc incipiat inſtantia, & ante litis conteſtationem non eſt in poteſtate actoris dare teſtes: vt *ext. de lite non conteſtata,* per tot. & in rub. & nigro. Sed dic vt dixi: quia diuerſimode conſideratur inſtantia, & tempus huiuſmodi præfigitur actori potius quã inſtantiæ: quod patet, quia ad remouendum calũnias actorum, &c. & quia dicit, *callaran, o no proſeguiran:* & hoc quod dicit, *de la comparicio,* ſolum loquitur in cauſis querelarum pacium & treugarum, quia in cauſis accuſationis & denuntiationis ſolummodo conſideratur tempus à die clami ſiue libelli, aut factæ denũtiationis. Et hoc quod in cauſis pacium & treugarum currit biẽnium demum facta comparitione. Facit argumẽtum ſumptum à contrario ſenſu pro his quæ dixi ſupra de eiectis publicatis & bannitis, vt in illis non currat inſtantia, nec pereat lapſu temporum, etiamſi per triẽnium & vltra tacuerit pars
81 querelans. Si † culpa iudicis cauſa criminalis non fuerit intra biennium à litis conteſtatione numerandum per ſententiam finita, punitur iudex pœna viginti librarum auri: vt *l. vlt. C. vt intra certũ tẽpus quæſtio crim. terminetur.* Sequitur in textu, *o del clam donat,* &c. repete, *ara ſia, o fos feta comparicio, o no.* quod eſt ſupra. Sed quia hic aliter computatur biennium petitionis inſtantiæ in cauſis accuſationis & denuntiationis, atque omnino aliter in cauſis pacium & treugatum; ſimiliter etiam videtur aliter in eiectis à pace & treuga publicatis, & prorſus aliter in bannitis:

vt

Digitized by Google

vt licet in electis publicatis non currat tempus inſtantiæ, tamen currat in bannitis: quod quidam concedunt, ſed mihi non placet, quia
83 banniti ſunt contumaces, & † contumacia eſt delictum, & nullus de ſuo dolo debet commodum reportare: vt *extra de reſcriptis. c. paſtoralis.*
84 abſens enim † non poteſt diffinitiue condemnari, niſi in caſibus; vt *ff. de pœnis. l. abſentem.* cum ergo culpa banniti abſentis inſtantia ſiue cauſa non poſsit finaliter proſequi, nec diffinitiue ſententiari; non videtur quod debeat perimi inſtantia per lapſum temporis, cum non ſit calumnia actoris, iuxta prędicta. Sequitur in tex. *encara que foſſen feres, o anades per lo procurador fi-*
85 *ſcal, ſegõs dit es.* Hic videtur, quod † nodum querela pacis & treugæ, ſed etiã accuſatio ſeu denuntiatio fiſcalis per lapſum biennij ſopiatur. Secus vero in inquiſitione, quæ fieret ex mero officio, & proprio motu iudicis, vti dictum eſt ſuperius. Sed verbum *ſegons dit es*, videtur referre hoc quod dixi de cauſa fiſcali ad quere-
86 las pacis & treugæ tantum. Nota, quod † quãdo iudex videt perire inſtantiam cauſæ fiſcalis, poteſt procedere etiam nemine inſtãte, etiam vbi actor & reus ſunt abſentes. Sed in cauſis priuatorum tantum poteſt procedere, quando videt inſtantiam perire, ſecundum *Bart.* & nota *Iaco. de Calcio in ſua Margar. fiſci, 3. dub. verſ. 36.* Sequitur in tex. *no ſeran finalment proſeguides*, id eſt, per diffinitiuam ſententiam diffinitæ, quia finis
87 inſtantiæ, † ſiue cauſæ dicitur ſententia: *ext. de verb. ſig. c. forus.* & *C. de iudic. 31. l. properandum.* cũ ſimilib. Vel verius dic, *no ſeran finalment proſeguides*, ideſt, ſi actor nõ fuerit proſecutus cauſam finaliter, ideſt, vſque ad finem & concluſionem cauſæ, faciendo quod in ſe erit, puta, petẽdo ſententiam: ita quod non per actorem, ſed per iudicem ſteterit, quo minus ſententia lata non fue-
88 rit: non † enim dicitur inſtantia finaliter proſecuta, donec aliquid reſtat ad proſequendum: vt *l. fin. C. ad Sillen.* & tamen reſtat inſtare ſentẽtiam, ſaltem vſque ad peremptorium, & die peremptorij comparere, & offerre ſalarium, & petere ſententiam, & proteſtari de diligentia, & de curſu temporis culpa iudicis, vel partis aduerſæ; vt ſic ſibi ſit ſaluum ius proſecutionis in
89 ſtantiæ, iuxta notata ſuperius. Et † ſic nota, ℣ iudicium non eſt perfectum, niſi ſequatur ſentẽtia, ſecundum *Balaum in l. denique. §. Scio etiam. ff. de minori.* Sed notat ipſe *Baldus* in dicta *l. denique.* §. 1. quod paria † ſunt, eſſe latam ſententiam, & eſſe in cauſa concluſum. Et per hoc dicit *Cinus*, quod ex quo in inquiſitione ſunt teſtes publicati, & in cauſa concluſum, dicitur maleficium liquidatum; & ſic non ceſſat inquiſitio propter accuſationem. Quando eſt in cau-
91 ſa † concluſum, dicitur cauſa quaſi terminata, ſecundum *Henricum Boich extra. de conſtit. c. quoniam.* in fine. & vide *c. paſtoralis. extra. de can. p. ſ. & proprie.* & ibi *Bal.* poſt *Innoc.* Sequitur in tex.

pereſcan, ſcilicet, pereunt inſtantiæ, ſaltẽ ope exceptionis, vt dixi ſupra: & adde quæ notat
92 *Bal. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo.* ſuper *gloſ.* Et † nota, quod iudex ex officio poteſt opponere, & pronuntiare inſtantiam, & appellationem de-
93 ſertam: vt *l. 2. §. fin. C. de temp. appel.* Item † punitur qui non proſequitur cauſam criminalẽ infra biennium: vt *C. vt infra certum temp. criminal. quæſt. finiatur. l. quiſquis.* Sed † numquid poſt lapſum biennij poterit iudex infra triennium iudicare? *Gui. in Spec. tit. de delegato. §. reſtat. verſic. quid ſi in ſtatuto ciuitatis*, dicit quod ſic, ſecundũ *Bl. de Fano.* Sequitur in text. *ab totas condicions è fermas*, id eſt, manuleutas & fideiuſsiones: ſic &
95 manuleutæ † annullantur, niſi requirantur infra annum, iuxta priuilegium Barchinonæ, quod videas, & ibi dixi de manuleutis. Hoc eſt, quia
96 pereunt † acta iudicialia inſtantiæ, & querelæ oblatio, moderatio, & citatio, & alia præambula inde neceſſaria, & etiam comparitio, iurisfirma, & cautiones, pignora, manuleutæ, & fideiuſſores, & reliqua; demptis actis probatorijs, & precialibus, iuxta notata per *Doct.* in prædicta *l. properandum.* & in *c. vene, abilis. extra. de inuent.* & in *c. Piſanis. de reſtit. ſpol.* Et ita nota valde, ℣ pignora & fideiuſſores dati pro manuleutis perſonarum & iuris firmis, ſunt nulli ipſo iure, in-
97 ſtantia perempta. Et ſic quod nullum eſt, † etiã per conſenſum partium ratificari non poteſt, præſertim in præiudicium fideiuſſorũ, & aliorum, quorum pignora tuerunt: *extra. de electi. cap. auditis.* Facit *l. Labeo. §. ſi per fideiuſſorem. ff. de ar-*
98 *bit.* Sed dic, † aut actus fuit nullus ipſo iure, & habet locum regula per *c. auditis.* Aut venit annullandus ope exceptionis, & tunc aut exceptio illa eſt inducta pro commodo priuatorum, & eo caſu de conſenſu partium ratificari poteſt, ſed non in præiudicium aliorum, puta, fideiuſſorum: vt *ff. de arbitris. l. diem proferre.* Aut exceptio eſt inducta pro commodo publico, & tunc conſenſus partium non ratificat: vt in *cap. ſi diligenti. extra. de foro compe.* ſecundum *Hoſt. in c. diſpendia. de reſcriptis.* quod eſt hodie *libro 6.*
99 Coram † Principe non perit tempus inſtãtiæ: *C. de temp. appellat. auth. ſed his.* quod tene menti.
100 Fallit, vt credo, † in caſu huius cõſtitutionis, quæ eſt lex pactionata & iurata, & habet vim
101 contractus. Sed † mora iudicis non nocet parti, nec inducit deſertionem appellationis: *C. de tẽpore appel. auth. ſi tamen.* Idem de tempore ſtatuto
102 rum, quia † procedenti & diligenti non impu-
103 tatur lapſus temporis. Et † vt de diligentia appareat, proteſtetur: quod nota bene ſecundum
104 *Bal.* Item † nota, quod quando iudex videt labi inſtantiam, ſecundum *Bart. in l. Seius & Augurius. ff. ad legem falcid.* & ibi dat conſilium, vt dicas & nunties iudici qualiter tempus inſtan-
105 tiæ labitur. vide ibi latius, an † & quando valeat ex pacto, vel cum iuramento ſuper his renuntiare. vide ſupra in verbo, *encara que foſſen.*

Sequitur in textu, *remanent la accio entegra.* Nota, quia dicit, *la accio*, & non dicit, *accusacio*. vnde videtur quod solum remaneat actio ciuilis, sicut est querela pacis & treugæ: vel quia velit agere ciuiliter per actionem in factum ad damna, vel agere iniuriarum ciuili, vel forte prætoria. Sed credo, quod etiam denuo poterit accusare, vel denuntiare criminaliter ad pœnã cor-
106 poralem. Et verbum † *actio* in littera positum sumeretur proprie, & improprie, scilicet, tam pro actione ciuili, quam pro accusatione, seu denuntiatione: quia quandoque verbum semel positum tenetur proprie, & improprie, vt hic, & *ff. de officio Proconsulis. l.* 2. cum seq. & debet in-
107 telligi † secundum subiectam materiam: vt *ext. de iudicijs. c.* 1. & ibi nota. & 28. *dist. c. presbyteri.* Et dic, quod actio, siue accusatio, hoc est ius accusandi, denuntiandi, vel agendi remanet saluũ & integrum actori, seu querelatori. Itaque iterum poterit agere, vel accusare de nouo infra triginta annos, quia lapsis triginta annis omni iuri esset præscriptum per vsat. *Omnes causæ, siue bona, siue malæ*, vt dixi supra *eadem, capit. hauents acor.* Vel forte, & verius erit actio vel ius agendi, accusandi, vel denuntiandi perpetuatum in quadraginta annos, per *l. final. C. de præscriptione*
108 *triginta vel quadraginta annorum.* quia licet † perempta instantia pereant acta iudicialia, remanet tamen effectus interruptionis, præscriptionis, & perpetuatæ actionis. Et hoc sonat littera ista, quæ dicit, *romanent la accio entegra*; quia nec perit iurisdictio delegati: vt *extra. de iudicijs. c. venerabilis.* & ibi nota de hoc. quia etiam licet
109 perempta † instantia etiam pereant acta iudicialia, quæ sunt ad præparationem iudicij, seu causę, non autem quoad decisionem, secundum *Innocentium extra. de officio delegati. cap. consuluit.*
110 Et etiam † perempta instantia durat vitium litigiosi, quoad conuentum, & nitentem ab eo: vt *C. de præscriptione longi temporis. l. post motam.* & in
111 *authentica. Ad hæc fidei.* ibi posita. Sed quid † si lapso anno vel biennio, instantia iuxta hanc constitutionem sit sopita, & feratur sententia, an valeat, dic per *Petrum de Ancarrano in Clem. ab Ecclesia. de restitutione in integrum.* & per *Doctores*
112 *in l. properandum. C. de iudicijs.* Item † cum quis absoluitur ab instantia iudicij, pereunt acta litis: *C. de iudic. l. properandum. §. penultimo.* & per *Innocentium extra. de testibus. cap. cum fama.* licet *glossa* videatur sentire contrariũ *ff. quæ in fraudem creditorum. l.* 3. Et quia quando fit absolutio ab instantia iudicij, pereunt acta iudicij, & sic paratur magnum præiudicium parti, debet facere illam absolutionem cum maiori solemnitate, quam circumductionem edicti; & ideo debet pars citari, vt notat *Innocentius extra. de officio delegati. cap. consuluit.* Et debent præmitti tres citationes triginta dierum, vel vna pro omnibus: *extr. de accusationibus. cap. ad petitionem.* secundum *Ioannem Calderini.* Instantia si fru-
113 stra † currit dolo aduersarij, datur restitutio: *ff. ex quibus causis maior. l. a Prætore. §. fi.* & *l. seq.* Si per extraneum currit, non datur restitutio, sed agitur de dolo contra extraneum: *ff. de dolo.*
114 *l. arbitrio. §. dolo.* ibi *glos.* Sed instantia † causæ appellationis aut stat per iudicem, & non currit tempus: aut stat per partem, & currit; sed datur de dolo non restitutio propter auctoritatẽ rei iudicatæ. vide *glo.* ibi. aut per extraneum, & datur de dolo contra eum, & in subsidium, ipso existente non soluendo, restituitur: vt *ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. Glossa* aliter distinguit in *authen. vt sponsalitia. §. hoc quoque.* & illam sequitur *Bar.* in allegato *§. dolo.* vide ibi. Sed si propter absentiam currit instantia, datur restitutio; vt ff. *de minor. l. & si fine.* Et quod dicitur iudicem pu-
115 niendum, † si non terminet causam infra tempus, intelligitur quando stetit per eum: *C. de tẽpore in integ. restit. pet. l. petenda. Bald. in l. si de meis.*
116 *§. fi. ff. de arbi. Ant. de Butrio in Spica.* Et † dicitur stare per iudicem, quando ex officio, vel alias requisitus, potuit & debuit terminare, & nõ fecit: *l. monente. C. de delatoribus.* cum similib. *Gui. de Sudaria super glos. in Rubri. C. in quibus causis in-*
117 *integ. restit. non est necess.* quærit, quid † si propter aduersarij factum tempus labatur, an currat præscriptio? Et dicit quod non, alleg. ff. *de minor. l. intra vtile.* & ff. *de excus. tut. l. si cum ipse.* & *C. de inoffi. testa. l. contra maiores.* Sequitur in tex. *si alitre instancia vostra comensar*, subaudi, quia poterit denuo infra triginta, vel quadraginta an-
118 nos, vt dixi. Sed † quæro hic, an in perempta instantia testes recepti, & eorum attestationes valebunt in hac noua instantia? *Glossa in l. properandum*, dixit quod sic. Quod non est verũ, nisi forte in subsidium, puta, quia testes essent mortui; & est ratio, ne probatio angustietur: vt *C. de Iudæis. l. quoniam.* & *de rebus creditis. l. generaliter.* &
119 *de naufra. l. quotiens. lib.* 10. Nam † quædã sunt quæ valent in subsidium, quæ alias nõ valerent. ff. *de eo per quem factum erit. l. fi.* & *de legatis* 1. *l. plane. §. si quis rogatus.* ad quod *C. de test. l. fi.* & quæ ibi notantur. vide *Gui.* & *Doctores* in
120 prælegata *l. properandum.* Sed † an per citationem, quę subducitur actore non comparente, inducatur interruptio? Respondeo quod nõ; nec perit instantia super emergentibus lite non contestata; quod dicit latius per *Bald. in l. quod si*
121 *is. ff. de iudicijs.* Sed pone † instantia est perempta, in qua fuerat lis cõtestata, tam super actione iniuriarum, quam alijs in ea deductis, saltem in querelis pacium & treugarum; reus etiam mortuus est post litis contestationem, in instantia perempta: modo quæritur, an pro iniurijs possit agi de nouo contra hæredem defuncti? Et videtur quod non, saltem de iure ciuili:
122 quoniam actio † iniuriarum non datur contra hæredem, nisi lite contestata cum defuncto, vt legitur, & notatur *l. vna. C. si ex delictis defunctorum.* vide latissime *glossam* & *Doct. in c. perrochiano.*

Digitized by Google

123 *chiano.extra.de ſepulturis.* Nam † ex delicto defuncti hæres non punitur. Sed hoc verum in pœna imponenda, ſed in pœna pecuniaria impoſita ſecus, vt *ff. quod quiſque iur. l. 3. §. quod autem.* & ibi *glo.* nam ibi pœna illius edicti tranſit in hæredem, cum iam ſit impoſita viuenti. Item
124 per † ſupplicationem principi oblatã & reo intimatam fit interruptio: vt *C. quando libellus princ. da. litis conteſt. faciat. l. 1.* Sed contra per iſtũ text. quia dicit, *remanent la actio entegra*, & dic *integra*, ideſt perpetuata, quia (vt dixi) licet mortua lite pereant acta iudicialia, quoad inſtãtiam, & proſequutionem eius, tamen remanent effectus interruptionis & litis conteſtationis: vt *l. cum poſt motam. C. de præſump. longi temporis.* Nam & in ſubſidium remanent etiam atteſtationes, vt dixi. Pro hoc facit vſaticus. *Omnes cauſæ, ſine bone, ſine male.* & quæ ibi notãtur per *Doctos.* Ex quo etiam videtur, quod actio iniuriarum, etiam prætoria, & actio redebitoria, & quanto minoris, & ſimiles, quæ de iure Romano tolluntur ſpatijs anni ſex & menſiũ, vel alio tẽpore minori triginta annorum, per dictum vſaticum in hac patria extendantur ad tempus tri-
125 ginta annorum: ita quod † nulla minor præſcriptio currat in Cathalonia in quacumque cauſa ſiue ciuili, ſiue criminali, niſi in caſibus ab vſaticis vel conſtitutionibus, aut alijs iuribus huius patriæ permiſsis & introductis, vt in hac
126 conſtitutione, cum ſimilibus. Quare † videtur, quod etiam cauſa reſtitutionis in integrum non claudatur ſolo quadriennio, & ſic de ſimilibus: licet contrarium viderim ſeruari; imo & de iure: vt *extra. de reſti. in integrũ. c. ab Eccleſia. in Cle.* dic vt ibi de facto; & forte male, & per ignorãtiam dicti vſatici, & quia à multis parum curatur de iſtis iuribus patriæ, non enim curant niſi de legibus Romanis, & dictis Doctorum Italicorum, qui quotidie non ceſſant ſcribere lecturas, & nouos facere libros, vt videantur ab ho-
127 minibus, & poſsint vocari Rabbi, quia † *faciẽdi plures libros nullus eſt finis*, vt *Eccleſiaſtes c. vlti.* in fin. Et tu cur ſcribis, Deus ſcit, vides quia his opus eſt: quia, vt dixi in principio, in euidentiali, non reperij aliquem apparatum ſuper his conſtitutionibus, quæ valde indigẽt, & vt dem occaſionem alijs, vt potius curent de iuribus & conſuetudinibus patriæ, quam de vſibus Italiç,
128 quia de illis † non debemus habere rationem, niſi in adiutorium, vel ſubſidium: vt infra *eod. c. aſſats es coſa ridiculoſa*, & dixi latius infra *collat. proxi. c. confirmants, loants, & approbants.* quod facit pro me: turpe enim eſt patritio & cauſas oranti, &c. vide in dicto *c. aſſats es coſa ridiculoſa*, &
129 quæ ibi ſcripſi: nonne ridiculum † eſt ignorare iura patriæ, & dimittere regimen ſuæ patriç, & curare de alienis? Non tamen improbo quin totum bonum ſit, ſed tamen prius debemus curare de domo propria, quam aliena; quia & practicando, legendo, ſtudendo, & ſcribendo, & alias multum video errari in iudicijs, quia plus & pluries iudicatur per iura communia, quam per iura patriç, quæ licet ſint iurata, & ea habeamus ſub præcepto, vt patet in fine cuiuſlibet curiæ, ibi *mandantes*, &c. attamen quia parui penduntur, quotidie violantur: quia vid. o, multos iam antiquos peritos in practica, & nondum habent, nec curant habere libros iurium iſtius patriæ, neque gloſſas, & apoſtillas antiquorum practicorum, qui ſuper iuribus patriæ hinc inde pauliſper ſcripſerunt. Et niſi *Iacobus de Calicio* tot & tanta notabilia recollexiſſet, & ſub ordinatiſsimis tractatibus ſuis tradidiſſet, fere iura patriæ in obliuionem & mentis exilium abijſſent: quod tamen animaduertentes curiæ generales ſalubriter tam in dicto *c. aſſats es coſa ridiculoſa.* quã in *cap. lo fruyt.* infra *eod.* multum bene conſtituerunt. Sed adhuc non habent debitam exequutionẽ. Imo de facto, quod peius eſt, illi qui de iuribus patriæ multum curant à magnis Legiſtis contemnuntur. Et bene ſcis quod de eo in quo quis magis ſtudet, ſapiẽtior eſt. Sed tamen in mari nautæ plus legis peritis honorantur, quia ibi magis neceſſarij ſunt nautæ & naucleri; ſicut in hac patria magis eſt neceſſe haberi prẽmanibus iura patriæ bene intellecta, quam ſtudere ad legem *Rhodiam de iactu.* Imo quia video ſufficere ad mundum regẽ-
130 dum libros hactenus factos, dico quod † eſſet bonum prohibere nouas lecturas Doctorũ extraneorum. Sed vtinam ſcriberent ſuper iuribus patriæ Doctores cõpatriotæ Cathalani in Cathalonia commorantes, legentes, vel practicantes: quia ſatis eſt materia, & ampla ſegetis, operarij autem pauci. vti in Euangelio Lucæ 10. *cap. Poſt hæc autem deſignauit*, &c. Sed attende ad dictã *l. Goticà, Omnes cauſæ*, quia, vt dixi ſupra *eod.* ſuper verbo *accuſacions*, dicit quod omnes cau-
131 ſæ triennio concluduntur. Sed † nõ negat quin minori tempore poſsint concludi: & ſic non tollit minores præſcriptiones. Sed dic quod ſaltem de conſuetudine ſint ſublatę præſcriptiones decem vel viginti annorum, quæ extendũtur ad triginta, vt ſcripſi infra *eod. c. hauents acor*, & ibi inſerui hanc conſuetudinem. Quare melius videtur tenendum, quod alię minores præſcriptiones ſcilicet, anni & ſex mẽſiũ, & huiuſmodi minores decem vel viginti annorum, & etiam vſuapio triennij durent, & non ſint ſublatæ quia ſolę præſcriptiones decem vel viginti annorum ſunt ſublatæ per dictam conſuetudinem ſcriptam, quæ eſt in locali Barcinonæ, & inter vſantias diœceſis Gerunden. Et ideo ſerua ipſam conſuetudinem prout loquitur ſtrictè, & alias minores præſcriptiones, prout non ſunt contra iura patriæ, & alia communia, quæ ſeruantur prout ſunt rationabilia. in ſubſidium iuxta vſat. *Iudicia curiæ*, qui eſt cõfirmatus ſupra *colla. 9. c. per tal que les leys de la terra.* Sequitur in text. *Saluas empero dret al que-*

relat

relat,accuſat,è denunciat en les deſpeſes & danys.&c. ſcilicet tam ad agendum,quam ad defendẽdum
132 ſeu excipiendum: quia quotiens † lex dat remedium, videtur dare tam agendo,quam etiam defendẽdo,vt notat *Raymũdus de Forlì.in l. cũ pater.* ſuper *glo.cui prælegata.ff.de legatis primo.* Quæro, quid eſt hoc,quod dicit, *ſaluo iure*, nõne clarum eſt,actorem, cuius negligentia perijt inſtãtia,teneri & deberi condemnari reo in expẽſis: vt dicta *l.properãdum.§.ſine autem.*vbi eſt regula,
133 quod † victus victori condemnatur in expenſis. Sed ipſa regula fallit in caſibus,vt quãdo actor eſt abſens: vt *ead. l. §. ſin autem ex geſtis.* de quo vide in dicta *l.& dictis.§.* per *glo.*& *Doct.*& *Ioan. Fabri.inſti.de in.*per *Doct.Canoniſtas*,maxime per *Anto.de Butr.in c.calumniam.extra.de pœnis.*& ibi *Ioan.de Anania.*& *de accu.c.accedens.*vnde non ſine cauſa dixit hic textus, *ſaluo iure.* & non di-
134 xit,*ſolutis expenſis*,&c. quia † licet inſtantia ſit peremptа; non tamen ex eo ſemper ſequitur ideo debere condemnari actorem in expenſis. Vnde quia dicit, *ſaluo de dret al querelat*, ſubaudi,ſi quid ſibi de iure competat, ſcilicet contra querelantem,accuſantem,& denunciantem:
135 & hoc ſubijcitur ſtatim.Et nota,† quod quando actor & etiam reus fuerint contumaces,non audiũtur vlterius,niſi refectis expenſis cõcumaciæ: vt *C.de iudi. l.Seius.* & ibi nota per *Gui. de Cug.*adde notata per *Ioan. An.extra. de procura.*
136 *c.querelam.*Et dico, † quod ratione deſertionis & retardati proceſſus debet condemnari in expenſis,niſi iuſta cauſa eum excuſet: vt *ff.de iudi. l.deſtituſſe.*& ibi notatur per *Bal.*& *Angelũ.* No-
137 ta tamen † quod etiam inſtantia peremptа durat officium iudicis, vt poſſit in expenſis condemnare,& inſtantiam fore lapſam, peremptã, & ſopitam declarare:ita notat *glo.in l.properandum.§.proculdubio.*vide *Cinum* in dicta *l. §.fin. in vlt.q.*Sed dicit *Butrio*, quod mouetur *Cinus* falſa
138 ratione.Sed quæro,† ecce poſt peremptam inſtantiam vult querelans, accuſans, vel denuncians,iterum de nouo dare querelam,accuſationem,vel denuntiationem contra eundem reum excipit reus actorem non debere admitti, ſaltẽ niſi refectis expenſis & damnis primæ inſtantię iam peremptæ: numquid ſuperſedetur in proſecutione, donec ſatisfecerit de ipſis expenſis & damnis?Reſpondeo,ſi de ipſis liqueat,vel de facili liquere poſsit, & ipſe querelans fuerit in expenſis & damnis condemnatus per iudicem, qui cauſam peremptam fore declarauit: credo quod tunc bene excipiat reus; argum. eorum quæ leguntur & notantur *C. de edendo. l. edita actio.*& eſt ratio;quia fruſtra petit qui quod debet non impendit: argum.*l. Iul.§.offerri. ff.de ac. empti.l.ſi quis maior.C.de tranſact.*Secus ſi non liqueat,& res requirit altiorem indaginem, quia tunc habebitur ratio in diffinitiua,iuxta notata ſupra *c.proxi.*ſuper verbo, *E faſſa altres actes*, & ibi in *verſic. Sed ego dico aliter.* vide & adde quæ notantur *extra.de dolo & contu.c.cum dilecti.* in fin. vbi habes de iſtis expenſis factis in cauſa
139 criminali. Dicit *Bal.* quod † accuſatio nihil aliud eſt niſi officium iudicis intentatum ad punitionis effectum; denuntiatio nihil aliud eſt quam intimatio criminis ſine concluſione; inquiſitio nihil aliud eſt quam imperium,& ei inhærens officium,tendens ad punitionem crimi nũ. Quod omnia iſta iudicis officio exped:antur,dicunt *Doct.in l.Imperium.*vide *Bal.in l.1.C.*
140 *ſi ex delict.defunct.*vlterius † quæro hic,de quibus expenſis loquitur hic?Reſpondeo, de ſolitis,vt in d cta *l.properandum.§.ſine autẽ.* Sed quæ dicuntur ſolitæ expenſæ?Reſpondeo, ſecundũ *Gui. de Cug.* ibidem, expenſæ ſolitæ dicuntur conſiderata perſonæ conditione, vt quia erat miles, ciuis, vel burgenſis qui conſueuit ire eques, iuxta notata per *glo. in idemque. §. idem Labeo.ff.man.* Item conſiderantur expenſæ factæ in cibarijs.*ff.de iudi.l.eum quem temere.*in prin.& ibi *Bar.*de iudicijs clarum eſt, quia taxabuntur iuxta conſtitutiones Cathaloniæ ſupra *collat. proxi.c.los ſalaris.* & ſequen. cum ſimilibus. Sed
141 iuxta † hoc quæro, an poſsit petere expenſas, quas domi eſſet expenſurus?Reſpondeo,ſecundum *Gui.*aut talis erat,qui ſi eſſet in domo,viueret ex operibus, & lucraretur victum; & tunc poſſet petere, licet in domo eſſet expenſurus: alias ſecus;ſed illud plus quod expenderit,deducto eo quod domi expendiſſet, bene petere poſſet,ſicut habes in ſeruo petito exhiberi alibi quam vbi eſt.*ff.ad exhiben.l.Sed ſi hæreditas.* §. 1.& *de le.commiſſo.l.ſi poſt.* adde quæ leguntur & notantur per *glo.*& *Doct. in c.vt præterita.extra.*
142 *de elect.*Sed † notandum,quod quando expenſę factæ non ſunt liquidæ iudici, poteſt iudex generaliter ſuper expenſis reſeruare ſibi taxationem: vt *extra. de procur.c.auditis.* Sed expenſæ, quæ ſunt faciendę taxari non poſſunt. *extra. de*
143 *eo qui mit.in po.c.cum veniſſent.*Item † nota,quod ſportulę iudicij ſoluuntur ab vtraque parte:*extra.de reſcript.c. ſtatutum.§.inſuper. lib.6. in auth. de iudicijs.§.ne autem labor.coll.6. 12.q.2.c.caritatem.*& ſupra *colla.proxi.c.los ſalaris.*Item expen-
144 ſarum † condemnatio poteſt præcedere, & ſequi ſententiam diffinitiuam.*extra.de priuil. c.cũ*
145 *olim 2.*Et † expenſæ contumacię poſſunt peti ante ſententiam, & in prolatione ſententiæ. de quo nota *extra.de dolo & contu.c. finem.* vbi vide
146 plene *Anton.de Butrio.*de † hac materia expen-
147 ſarum. Quo † iure petuntur expenſæ factæ in litem?Reſpondeo,ſecundum *G.in l. ſancimus.C. de iudicijs.*quod petũtur iudicis officio: & idem nota in *Spec.tit.de offi.iudi.in 1.parte.§.iuxta.*adde quæ dixi ſupra *in curia Illerdæ c.* 17. vbi agitur
148 de expenſis in cauſis tabularum. An † in criminalibus habeat locum condemnatio expenſarum. vide *glo. in proœmio inſtit.* ſuper verbo *calũniatium.*& ibi *Bal.*& vide *Ioan.Calderini,*& *Ioan. de Limano,* & alios *Canoniſtas* in *c.cum dilecti. de dolo*

Digitized by Google

149 *dolo & cõtu.* De† expensis denuntiantis, vel inquisitionem prosequentis, dic per *Gui. Duran. in Spe. tit. de expensis. §. 1. vers. Quid si index superior.*

350 ¶ Item † nota, quod expensarum condemnatio potest fieri per iudices, quando quis prastat cautionem. *extr. de eo qui mi. in po. c. cum venissent.*

151 *in glo.* Item † nota, quod expensæ probantur per iuramentum: *de prasul. cum olim.* in *gl. f.* & *de*

152 *for. compe. c. dilecti. glo. fin.* ¶ Et † sententia super expensis lata habet vim diffinitiuæ, & ideo reuocari non potest: *ff. de re iu. l. quod iussit*, & quod ibi notat *Dinus.* vnde debet ferri in scri-

153 ptis: *C. de priuilegijs schola. l. fi. lib.* 12. Sed † an possit appellari à condemnatione expensarum tãtum? Et videtur quod non, quia talis condẽnatio est executio primæ sententiæ. de quo vide latius in *Spe. tit. de expensis. §. si autem ante li-*

154 *tem. vers. Quid si tres.* Sed † quæro, an in causa criminali habeat locum condemnatio expensarũ contra agentem? Respondeo, *glo. extra. de dolo. & contu. c. cum dilecti.* dicit quod sic, siue agatur via denuntiationis, accusationis, & inquisitionis. Hæc vera, nisi in causa inquisitionis, quando iudex procedit ex officio, propter infamiã præcedentem, secundum *Anto. de Butrio.* ad hoc *extra. de offi. delega. c. ab arbitris.* & quod ibi notatur in *vlti. glo.* Sed si procederet sine infamia & calumniose agat, locus esset condemnationi expensarum, quia venit vt in ceteris, non obstat quia procedit ex officio, nisi probabilis causa eum excuset. *de sent. excom. c. quicumque. lib.* 6. vide *Cinum in l. sancimus. §. de iudi. in* 15. *q.* & adde quæ scripsi supra *colla.* 8. *cap. Item per tolre vexacions*, super verbo. & vide *Iacob. Butri. in l. qui. crimen. C. qui accu. non possint.* vbi tenet quod veniũt expensæ contumaciæ. Sed non ratione victoriæ.

155 ¶ Quid † si actor appellauit pro eo tantũ, quia non fuerunt sibi adiudicatæ expensæ? vide *tit. de app. §. in quibus. vers.* 34. & vide *Ioan. An. de app. c. significante.* super *glo.* 2. ¶ Et qualiter in cau-

156 sa † appellationis debeant considerari expẽsæ quæ fiunt eundo, morando, & redeundo, vide *glo. in cap. magna. extra. de voto & vo. re. in glo. hac tria tempora.* & adde notata per *glo.* & *Gui. in c. in primis.* 2. *q.* 1. & quæ scripsi supra *colla. proxi. cap. confirmants la constitutio.* & in *curia Regis Martini c. Item per tolre vexacions.* & supra *colla.* 5. *curia. c. Item pro abbreuiandis.* & supra *colla.* 4. *curia Illerda. c.* 15. *Item ordinamus & statuimus, quod si aliquis proposuerit*, super verbo *in expensis.* vide ibi. & in *c.* 17. vbi agitur de expensis tabularum. Vlti-

157 mo † nota, quod qui probat crimen, non præsumitur calumniose accusasse, & sic cessat causa pœnæ meritæ, & ideo puniri non debet, secundum *Ioan. de Platea. in l. seruum. C. de delato. lib.* 10. & sic faciunt pro his quæ dixi supra circa principium, scilicet, quod quando constat querelam non esse calumniosam, tunc non habet locum dispositio huius constitutionis, quæ solum vult remouere calumniosas accusationes, &c. & sic cessante causa cessat effectus, *extr. de iureiuran. c. & si Christus.* cum similibus. Sequitur in textu, *E volem que en la present constitucio sien compreses les causas & negocis are pendents.* adde simile infra *ead. c. prouehim & ordenam & statuhim.* in fin. vbi de hoc. & melius vide quæ dixi supra *collat.* 6. *curiæ Cernariæ c. Item ne super laudimio.* super verbo *ad preterita & præsentia.* vide & adde infra *ead. c. quas siquidem*, super verbo *constitutiones. vers. Sed quando incipiant ligare.* & *vers. Sed nota quod constitutio.* & infra *ead. c. benẽts acor.* & vide *Ioan. de Platea in l. diua memoria. C. de decurio. lib.* 10. ibi, *Nota ex fine legis*, &c. Et quia dicit hic de pendentibus, videtur secus de præteritis, & finitis: argum. *l. cum lex.* & quæ ibi notantur *ff. de legibus.*

De Alguziriis. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Alguzirij de cætero nisi duo curiæ domini Regis, & vnus Primogeniti, vti possunt officijs suis. & an debeãt esse Cathalani, vel de corona Aragonum, traditur nu.* 2. 10. *&* 12. *& declaratur nu.* 8.

3 *Superfluitas vitanda est.*

4 *Officialium pluralitas prohibetur.*

5 *Alguziriorum materia, remissiue.*

6 *Pluralitas officialium in eodem loco inducit vexationes subditorum.*

7 *Libertas populi magna est posse non plures officiales.*

9 *Origo & non domicilium quandoque consideratur.*

11 *Cathalanus dicitur, qui est natus in Cathalonia; item ille qui habitat in Cathalonia.*

13 *Romanus dicitur omnis Romano Imperio subiectus.*

14 *Iudices curiæ & alguzirij an possint facere quidquã sine speciali commissione, seu mandato Regio. declaratur ibidem.*

15 *Iudices curiæ per constitutionem prohibentur recipere salaria.*

16 *Delinquentes quilibet capere potest insequendo sonum emissum.*

17 *Debitor an & quando liceat capi. & an debeat præcedere informatio de fuga debitoris, antequam curia illum capiat nu.* 18.

19 *Fuga an faciat quem haberi pro confesso.*

20 *Tenens quem in carcere priuato captũ in casu non permisso incurrit pœnam capitalem.*

21 *Familiaris quot modis dicatur.*

22 *Familiares nostri dicuntur, qui vt continui commensales nobis seruiunt domi nostris expensis.*

23 *Familiares & domestici Regis sunt exempti à foro & iurisdictione ordinariorum.*

24 *Clericum fugientem vel in crimine repertum capere licitum est, ita vt intra viginti horas remittatur suo iudici Ecclesiastico.*

25 *De familiaribus & domesticis dñi Regis tam in ciuilibus, quam criminalibus cognoscere possunt iudices curiæ, si fuerint in loco, in quo resideat Regia Audientia.*

26 *Statutum puniens inuentum ludere vel arma portare requirit apprehensionem; & non habet locum.*

quis viſus ſit ludere vel arma portaſſe.

27 *Actus geſtus per illum, cui eſt interdicta poteſtas à lege, non valet.*

28 *Acta facta contra conſtitutiones non valent.*

29 *Rex an tempore guerra poſsit tenere alguzirium pro factis guerræ.*

30 *Priuilegia locorum non tolluntur lege noua.*

A ſuperfluitat dels Alguzirs, &c. Caſus in ſumma breui non poteſt hic commode poni. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam ſequentem de alguzirijs, & ne vltra duos vtantur, &
1 vnus etiam Primogeniti in eodem loco poſsit vti. Et poteſt diuidi præſens conſtitutio in partes quinque. Quoniam in prima parte, prohibendo ſuperfluitatem alguzirijorum, prouidet quod de cætero non niſi duo alguzirij curiæ domini Regis, & vnus curiæ Primogeniti vti poſsint in locis vbi dictæ curiæ fuerint reſidentes; qui tamẽ alguzirij habent eſſe Cathalani, vel de lo-
2 cis coronę Regiæ. Sed † hodie in Aragonia & Valentia non poſſunt vti Cathalani, ergo nec Aragonenſes nec Valentini debent vti in Catha lonia. Secus de Siculis & Sardis, & forte hodie de Nauarris. Sed ſecus eſt, niſi de Cathalanis, vt expreſſe diſponunt conſtitutiones Cathaloniæ. Verius credo, quod ſufficit quod ſint de terris ſubiectis domino Regi, niſi vbi expreſſe ſit dictũ quod habeant eſſe vere Cathalani, dummodo Cathalani non ſint prohibiti in illis terris, ſicut eſt in Aragonia & Valentia; quod fuit male factum per Regem Alfonſum IIII. quia eſt cõtra vnionem iſtorum triũ Regnorum, ꝙ Cathalani dicto officio vti poſſunt, vſque ad §. *prouehints*. Ibi eſt ſecunda pars, in qua prohibetur ipſis alguzirijs tenere curiam ſine ſpeciali mandato ſuper aliquo particulari negotio facto, vſque ad §. *Exceptada capcio*, ibi eſt tertia pars, in qua excipit captionem perſonarum fragante crimine: & etiam excipit perſonas familiarium & domeſticorum domini Regis & ſui Primogeniti, vſque ibi, *E tots altes*, ibi eſt quarta pars, in qua ſecus acta decernuntur fore nulla, vſque ad §. *ſaluats empero*, ibi eſt quinta pars, in qua ſaluat locorum priuilegia de minori numero alguzirijorum vtendo indulta: & hoc ſit pro caſu & ſumma huius capi-
3 tuli. Ex quo † nota ſuperfluitatem fore vitandã, vt hic in prin. & dixi infra *eod. c. ab feria de la preſent*, ſuper verbo *ſien priuats*. & eſt regula Ariſtotelis: *Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora*. Et eſt argum. contra † pluritatem officialiũ,
4 5 ſicut infra *eod. c. contra conſtitucions*. Et de † officio iſtorum Alguzirijorum, & ſalarijs ipſorum vide & adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla. 6. curiæ Cernariæ. cap. ordinamus etiam & ſtatuimus, quod alguzirius noſter*, &c. quod etiam confirmatur. & ei pœna additur ſupra *colla. proxi. c. tollent.* vide quæ in eis ſcripſi ſatis late, & infra *eod. cap. mes auant*. Sequitur in text. *per vexacions à tolre*.

6 Nota hic pluritatem † officialiũ in eodem loco ſatis inducere vexationes ſubditorum, vt hic & infra *eod. c. contra conſtitucions*, & melius infra *eod. c. Item per tolre vexacio als ſubdits*, vbi prohibentur commiſſarij. vide ibi, & ſupra *colla. proxi. c. volentes noſtros*. cum ſimilibus. Patet † ergo, quod non poſſe poni plures officiales in loco, ſit magna li-
7 bertas populi, quia per hoc præſeruatur à vexationibus; & ſic facit pro his dictum in dicto *e. cõtra conſtitucions*. Sequitur in textu, *que daciauant*, ſic infra *eod. c. ab feria de la preſent*, & dic vt ibi notatur. Sequitur in tex. *no puxen vſar*. Nota hic fore abdicatam poteſtatem vtendi in contrarium; & ita ſi aliquis vltra hic taxatum numerum attentaret vti tanquam alguzirius, acta per eum non valerent, tam ex defectu poteſtatis, quam quia eſſet actum contra conſtitutionem iſtam: imo forſan impune poſſet ſibi reſiſti, per dictum *c. Item per tolre vexacions*. Sequitur in textu, *ſino dos alguzirs del ſenyor Rey, & de ſon Primogenit en*
8 *la ciutat*, &c. Nota quod † videtur hic quod etiã ſi ſimul, & ſemel dominus Rex cum Primogenito ſuo in eadem ciuitate vel loco reſiderent, alguzirij amborum vti poſſent, non tamen poſſet Primogenitus ibidem audientiam celebrare: vt ſupra *eod. c. ordenam & ſtatuim*. & vide & adde quæ ibi dixi. Sequitur in text. *los quals alguzirs*
9 *hagen eſſer nadius & naturals*, &c. Nota. † hic ſolũ conſiderari originem, & non domicilium. Sic etia eſt de Cãcellario, Vicecancellario, & Regẽte Cancellariam ſupra *eod. c. primerament*. vide ibi, ſecus tamen eſt de ſcriptoribus, ſecretarijs, & locumtenentibus, protonotarijs, infra *eod. cap.*
10 *aquells mateix ſeruans*. Vnde † nota quod quandoque in conſtitutionibus Cathaloniæ ſimpliciter prohibentur non Cathalani, vel ſimpliciter dicitur, ſint vel habeant eſſe Cathalani, vt ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcinonæ c. Item ad ſupplicationem*. & *c. Item quod nobilis Infans Petrus*. & *collat. 5. c. Item ad ſupplicationem omnium*. & *collat. 6. curia Cernaria cap. vlterius confirmantes*. & *collat. 9. Regis Ferdinandi cap. confirmants les conſtitucions*. Et tunc ſufficit quod ſint domiciliati in Cathalonia, quia
11 dicitur † Cathalanus qui eſt in Cathalonia natus. Item ille qui eſt habitans in Cathalonia. Sicut Ieſus dicitur Nazarenus, quia fuit nutritus in Nazareth. Sed quando in conſtitutione exprimitur de originarijs, ſiue *nadius & naturals*, vt hic, tunc ſecus; quia verba iſta *nadius, o naturals*, habẽt aliquid operari, quia non ſufficeret quod eſſent domiciliati, vt hic, & infra *eod. c. aquells*. & ſupra *eod. c. primerament*. prælleg. Et ita poſſunt concordari, & intelligi omnes iſtæ conſtitutiones ſimiles ſuper quibus vidi pluries dubitari. Sed
12 cõſuetudo † approbauit, quod domiciliati tãtũ, qui non erant in Cathalonia nati, fuerunt facti iudices, aſſeſſores, & officiales, ex quo expreſſe de originarijs non cauetur: & credo, quod bene de vi verbi *Cathalani*, quod verificatur tam in originarijs, quam in domiciliatis: vt dixi de Ieſu Nazareno, qui tamẽ origine fuit de Bethleem paleſtinæ, & tamen dicitur Nazarenus, quaſi ſtans

in

in Nazareth. Itẽ dicitur Bethlemitanus, quia natus in Bethleem. Item dicitur Paleſtinus, quia Bethleem eſt de Paleſtina. vide *l. prouinciales. ff. de verb. ſignific.* & *Bart. in l. 1. ff. de tu. & cu. da. ab ys.*

13 Item † nota, quod Romanus eſt omnis Romano Imperio ſubiectus, nota *glo. in l. nam ciuium. ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt.* Sequitur in tex. *prouebints quels dits alguzirs.* Hic eſt tertia pars, in qua

14 notabiliter eſt prouiſum quod † alguzirij & iudices curiæ domini Regis, qui vulgariter dicebantur auditores ſiue iudices curiæ, quique ſunt quaſi aſſeſſores iſtorum alguziriorum, non poſſunt hodi tenere curiam, neque facere iudicium, nec aliqua acta ſine expreſſa & ſpeciali commiſſione ſeu mandato domini Regis, ſeu eius Primogeniti, aut Cancellarij, Vicecancellarij, aut Regentis Cancellariam, facta ſiue facto ſuper aliquo negotio particulari, ſubaudi; ergo non poterit eis committi vniuerſitas vel pluralitas cauſarum vel negotiorum, & ideo quaſi fruſtra ſunt hodie iudices curiæ, ſunt enim ſuper particulari negotio ſibi commiſſo delegati vel relatores. Sũt ergo quaſi legati proconſulis, quia legatus nihil habet proprium niſi mandetur ei à proconſule,

15 vt *ff. de offi. proconſul. & le. l. legati.* Et † iſti iudices curiæ ſunt per conſtitutiones prohibiti recipere ſalaria, vt ſupra *colla. 2. curiæ 2. Barcinonæ cap. 20. ordinamus etiam quod iudices de curia*, tamen ipſi exigunt auerias, quod eſt peius, & ſæpe etiam peenunias indebitas. Sequitur in text. *Exceptada captio de perſonas en bregas, o crim fragant.* Hic eſt quarta pars, in qua excipitur captio perſonarũ repertarum in bricis & crimine fragrante; & eſt ſimile ſupra *colla. proxi. c. als procuradors fiſcals.* vide & adde quæ ſcripſi ſuper verbo *mas fragrant lo malefici*. Et nil mirum ſi caſus iſte excipitur;

16 quia † in tali caſu, præſertim ſono emiſſo, quilibet poteſt capere delinquentes, vt dixi in dicto *c. als procuradors fiſcals*, vbi etiam cauetur de illis, de quorum fuga timetur. vide quæ ibi ſcripſi, & adde ſupra *colla. 9. curiæ Monriſſoni c. ordinary.* in verbo *ſeu delinquendo.* & in *Summa regalia*

17 *ſoni q. 21.* Sed † an & quando liceat capere debitorem. vide per *Bar. ff. quæ in fraud. credi. l. quia*

18 *debitor. §. ſi debitorem*. Et † an debeat præcedere informatio de fuga antequam curia capiat, vide *Bal. in l. quod euitandum. C. de condi. ob. tur. cauſam.* & per *Archi.* & *Ioan. An. extra. de ſent. excom. c. clericos. lib. 6.* & adde quæ notantur per *Angelum in l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ff. qui ſatis cog.* Item adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. c. als procurallors fiſcals.* circa

19 finem. Quando † autem fuga faciat haberi pro confeſſo, vide *Ioan. de Platea in l. locorum domini. C. de omni agro deſerto. lib. 11.* & infra *colla. proxi. cap.*

20 *Item commemorants.* Item † nota, quod tenens aliquem captum in carcere priuato in caſu nõ permiſſo incurrit pœnam capitalem: vt *C. de car. priua. l. 1.* & *C. de coarta. l. omnes.* & ibi notat *Ioan. de Platea.* Sequitur in tex. *e exceptades encara les perſonars, familiars, & domeſtichs*, &c. Quot modis ſu-

21 matur familiaris, notat *Bal. in l. 1. C. de Epiſc. &*

22 *cleri.* & ibi vide de effectu familiaritatis. Et † dicuntur familiares noſtri, qui nobis expenſis noſtris ſeruiunt in domo continui cõmenſales. de quo *extra. de verb. ſigni. c. ſicut. lib. 6.* & ibi vide per

23 *Canoniſtas.* Et † nota, quod iſti familiares & domeſtici domini Regis ſunt omnino exempti à foro & iuriſdictione ordinariorum, niſi in caſibus contentis in præalleg. *c. ordinarij.* Item nota, quod quidam dicunt, quod hic ſit exceptio exceptionis, quaſi dicat, licet aliæ perſonæ non debeant per alguzirios & iudices curiæ capi ſine mandato, niſi fragrante crimine, tamen excipiuntur familiares & domeſtici, vt ibi capi poſsint, etiã non fragrante crimine & ſine mandato; ſed tunc videretur deterior conditio familiarium & domeſticorum, contra *c. ordinary.* præalleg. & corrigetur in his *c. als procuradors fiſcals*, quod loquitur indiſtincte. Tu dic, quod hic eſt exceptio â *§. prouebints q̃ los dits*, quaſi dicat, licet alguzirij & iudices curiæ non poſsint iudicare, nec tenere iudicium nec curiam, ſine expreſſo mandato, hoc tamen fallit de perſonis familiarium, & domeſticorum domus domini Regis, quia alguzirij & iudices curiæ ſunt ordinarij familiarium & domeſticorum, de quibus dixi in præalleg. *c. ordinary*, & ideo notãter dicit littera, *e exceptades*, quaſi dicat, quod ſicut excipiuntur perſonæ omnium fragrante crimine quoad captionem delinquentium, non ſpectato alio mandato; ſic excipiuntur etiam perſonę familiarium & domeſticorum, vt ſine mandato per ipſos alguzirios capi & iudicari poſsint â iudicibus curiæ: non tamen intelligas, vt capi poſsint aliter quam alij; quia non debent capi, niſi iuxta formam *c. als procuradors fiſcals*, ſcilicet præhabita requiſitione cum ſcriptura aduocati fiſcalis, vel crimine fragrante; aut vbi de fuga timetur: in nullo tamen caſu requiritur aliud mandatum; quia ordinarij ſunt eorũ,

24 vt dixi. Item † nota, quod licitum eſt capere clericum debitorem fugientem, vel in crimine repertum; ita vt infra viginti horas remittatur iudici Eccleſiaſtico: quod dic vt latius notatur per *Ioan. de Platea in l. vnica. C. nullis licere in franis*, &c. *lib. 11.* Sed quid eſt hoc quod dixit, *les perſones dels familiars*, &c. quia videtur ſecus ergo de

25 bonis. Dic † contra, quia & in ciuili & criminali poſſunt alguzirij & iudices curiæ cognoſcere de cauſis familiarium & domeſticorum domini Regis, quando ſunt in loco vbi reſidet audiencia, & idem eſt de curialibus Primogeniti, vt hic vides. adde tamen quæ leguntur & notantur in

26 ſæpe dicto *c. ordinarij.* Sed † pone, ſtatutum punit inuentum ludere, vel arma portare, dicit *Ioan. de Platea in l. vnica. C. de theſauris. lib. 10.* quod illud habet locum, ſi aliquis eſt viſus ludere, vel arma portaſſe, ſed requiritur apprehenſio, per *l. ſi Barſatorum de fideiuſſ.* & ibi *Bar.* Sequitur in text. *E tots altres fets*, &c. Nota hic caſum pro his

27 quę dixi ſupra *ead.* in verbo *no puxen*: quia † actus geſtus

gestus per eum cui est interdicta potestas à lege, non valet: quia omnes res gestas faciũt duo, velle, & potestas, si coniungantur; diuersa nil operantur: *extra. de offic. dele. c. cum super Abbatia*. Ita
28 nota, † quod acta contra constitutiones non valent, vt hic. & *C. de legi. l. non dubium*. cum simil. & dixi supra *ead. c. primeram*. super verbo, *è no a altres. colla. proxi. c. confirmants la constitutio*. super verbo, *E tollents lo abus*. & in alleg. *c. als procuradors fiscals*. super verbo, *E si lo contrari*. cum simil.
29 Sed † nunquid dominus Rex tempore guerrę poterit tenere alium algutziriũ pro factis guerræ? Vidi in consilio Regio apud Barcinonam concludi, quod sic, quia hæc constitutio vel priuilegium sub verbis generalibus non comprehẽdit regalias guerræ, vel alias. Dicebatur tamen, quod nominaretur algutzirius guerræ, & non simpliciter algutzirius; nec secum duceret sagiones. Sequitur in text. *saluats empero los priuilegis*. Nota quia hoc est ad cautelam, quia lege
30 noua † non tolluntur priuilegia locorum vel singularium: vt *extra. de const. c. 1. lib. 6*. & dixi supra *colla. 6. curiæ Montissoni c. pro instrumentis sponsalitiorum*. in fin. super verbo, *vel est minus recipi cõsuetum*. Et quod hic subijcitur, *de menor nombre*, etiam fuit adiectum ad superabundantem cautelam, quia cum hæc constitutio venerit ad tollendum superfluitatem, & moderandum, ac diminuendum numerum algutziriorum: vnde non debet operari augmentum, nec contrarium effectũ: vt supra *colla. 6. curiæ Montissoni c. pro testamentis*. in fin. & *extra. de verb. signifi. c. transmissæ*. vide & adde quæ ibi dixi, cum suis concordan. Vltimo nota ex *cap. ordinarij*. supra allegato, quod officiales, consiliarij, & domestici domini Regis, & sui Primogeniti sunt exempti, nisi in casibus cõtentis in dicto *c. ordinarij*. vide quæ ibi dixi. vide supra pragmaticam Primogeniti Ioannis Ducis Calabriæ, & Locumtenentis domini Regis Renati.

De modo soluendi quitationes super iure sigilli. Capitulum XI.

SVMMARIVM.

1 *Regens Cancellariam non habet quitationem ordinariam.*
2 *Officium Regentis Cancellariam non est ordinarium.*
3 *Quitationes debent solui pro rata salariorum protonotario, eius locumtenenti, scribis mandati, & alijs officialibus domus Regiæ. & quid si alijs soluantur, an possint repeti. num. 8. & declaratur num. 33. 35. & 36.*
4 *Abusibus est obuiandum.*
5 *Quis domum suam prius corrigere & emendare debet.*
6 *Ius sigilli fuit introductum pro soluendo salaria scriptorum curiæ domini Regis.*
7 *Ratio restringit dictum.*
9 *Soluens illi, qui est in possessione, licet non sit dominus vel procurator, liberatur.*
10 *Soluere vbi aliquis debet, non sufficit offerre.*
11 *Soluens in dubio an præsumatur soluisse in duriorem causam. remissiue.*
12 *Solutum quando intelligatur. remissiue.*
13 *Soluendo quis dicatur. remissiue.*
14 *Soluere dicitur delegans.*
15 *Soluere & satisfacere sunt paria.*
16 *Soluens quis creditori creditoris an liberetur. remissiue. & nu. 17. distinguendo traditur.*
18 *Soluens mandato iudicis liberatur.*
19 *Soluens electo non confirmato non liberatur.*
20 *Solutioni locus attenditur.*
21 *Soluendo quilibet præsumitur.*
22 *Non soluendo hodie antea non soluendo præsumitur.*
23 *Dominium non probatur per solutionem census.*
24 *Successio an habeat vim solutionis.*
25 *Moneta mutata an solutio debeat fieri secundum antiquam vel nouam.*
26 *Soluere promittens cum iuramento, si non possit soluere, an incurrat periurium.*
27 *Tallians si non soluit vnus de populo, an accrescat onus solutionis cæteris.*
28 *Soluens ante diem an liberetur.*
29 *Hæretico vel excommunicato an sit soluendum; quod eis debetur certa die cum pœna vel iuramento.*
30 *Obligatio soluitur solutione eius, quod debetur.*
31 *Debita paterna, vel eius, cui quis successit; quibus ex causis, & in quantum sint soluenda.*
32 *Protonotarij officium in quibus consistat.*
34 *Quitationes debent solui inter tripartitas anni solutiones.*
37 *Protonotarius non habet iurisdictionem nec districtum in familiares domini Regis; licet de facto possit eos priuare exercitio officij & quitatione.*
38 *Protonotarius & scriptores domini Regis debent præstare iuramentum, antequam vtantur officio. declaratur nu. 39.*
40 *Constitutiones iuratæ sunt seruandæ in forma specifica.*
41 *Iussus iniustus superioris non excusat.*
42 *Superioris auctoritas in omni iuramento censetur excepta.*
43 *Dispensari vt non possit, aliqui referuntur casus.*
44 *Scriptores domini Regis debent esse Cathalani, & naturales.*

AL abus dels scriuans de la Cort del senyor Rey, &c. Hæc constitutio non potest sub breuibus summari. Sed loco summarij posui hic rubricam sequentem, *De modo soluendi quitationes super iure sigilli curiæ domini Regis assignatas*. Et diuiditur in partes quinq. In prima parte ponitur forma soluẽdi quitationes ex iure dicti sigilli: quia primo debẽt solui Cancellario, Vicecancellario, & & Protonotario, decima & tres mille solidi dicto Vicecancellario assignati super dicto iure.
1 Nota hic quod † Regens Cancellariam, non habet quitationem ordinariam: quod est verum, nisi quando regit absente Vicecancellario, quia
2 officium † Regentis Cancellariam, non est officium ordinarium, nisi in subsidium, iuxta *c. Regis Martini*. supra *collat. 7. c. Item com senyor segons la*
3 *ordinacio*. vide quæ ibi scripsi. Secundo † debent quitari,

Digitized by Google

quitari & ſolui computando pro rata ſalariorũ aſſignatorũ ipſis ſcriptoribus, locumtenentibus, protonotarijs, & tenenti claues archiui, ſcriptorũ, ſigillatoribus, virgarijs audientiæ, curſorib⁹ ſiue *correus* ſcribaniæ, donec ſatisfactũ fuerit omnibus ſuperius nominatis in eorũ quitationibus, veſtitu & gratia, ſecundũ gradus iplorũ. In ſecũda parte, ibi, *Empero q̃ lo dit protonotari*, ponitur ordo in ſoluẽdo gratiis, ſcilicet, vt primo ſoluãtur quitationes ordinarię omnib⁹, antequã alicui gratia ſoluatur. In tertia parte, ibi, *Aysitãt que lo ſcrina*, punitur ſcriptor, qui vltra debitũ receperit, quia taliter indebite receptũ cũ dupla reſtituere tenetur, & priuatur exceptione ſui officij, & quitatione per vnã ſeptimanã. In quarta parte, ibi, *Los quals protonotaris*, &c. aſtringit protonotariũ, eius locũtenentẽ, ſiue Regentẽ & ſecretarios ad præſtandũ iuramentũ, & homagiũ de ſeruando ad litteram conſtitutionem præſentẽ. In quinta parte & vltima, ibi, *Axi que per elis*, &c. prouidetur, nec etiam per interpoſitam perſonam poſſit inde attentari contrarium, etiam ſi dominus Rex id mandaret, & hoc ſit pro caſu,
4 & ſummario huius conſtitutionis. ¶ Ex † principio nota, abuſibus debere obuiari, vt hic & infra *ead. cap. tollents los abus.* & ſupra *collat. proxi. cap. confirmants la conſtitutio.* §. *é tollents los abus.* vide & adde quę ibi dixi. & quę notãt *Doc.* in vſat.
5 *Vnaquæq.* §. *Mos*, ¶ Itẽ † nota. q̃ quis primo debet corrigere, & reformare domũ ipã, quia littera dicit, *de la Cort del ſenyor Rey*, pro hoc ſupra *ead. c. proxi.* & infra *ead. c. als poſaders.* & *c. ab feria.* & *cap. mes auant.* cũ ſimilib. Sequitur in tex. *principalmẽt per quitar los dits ſcrinans impoſat.* Nota hic cauſam
6 quare † fuit introductũ ius ſigilli curiæ dñi Regis: quia pro ſoluẽdo quitationes, ideſt, ſalaria ſcriptorũ curiæ dñi Regis, & ratio fuit bona, ſed audio quod non bene ſeruatur, & ideo ſcriptores ipſi non verentur extorquere contra formam huius conſtit. & ſupra *colla. proxi. c. Als ſcrinans de la noſtra Cort*, vide quæ ibi dixi. Regulariter tamen pro iure ſigilli, niſi pro cera ſaltẽ non deberet aliquid ſolui: arg. *extra. de ſimo. c.* 1. quia malũ exemplũ eſt q̃ in curia Principis pecunia extorqueatur pro iuſtitia exhibenda; niſi ſolũ pro iuſtis laboribus miniſtrorũ, & moderate: vt dixi ſupra *colla. proxi. c. é los aduocats*, ſuper verbo, *per llur ſa-*
7 *lari é treball.* Nota † vlterius, q̃ ratio reſtringit dictum. Sed tamẽ vbi verba ſtatuti ſunt clara & ſpecifica; tunc attẽditur magis diſpoſitio quã ratio. Sed vbi ſunt dubia vel indefinita, ſeu generalia, ſecus: quod dic latius per *Ioan. de Imola. in Clem. cũ tationi non cognat. tit. de electione.* Sequitur in text. *agen & ſien tenguts primerament conuertir lo dit dret en pagar*, &c. Nota hic duo: primo ordinem ſoluẽdi, ſecundo neceſsitatẽ ſoluendi hic nominata, iuxta ordinem in hac conſtitutione contentum.
8 ¶ Sed † quid ſi aliter vel alijs ſoluerit, quã hic fuerit ſtatutũ? Reſpondeo, poterit repeti tanquam indebite ſolutum, etiam ſi ſcienter ſoluerit, quia non dant de ſuo, ſed de alieno; quia recipientes indebitum huiuſmodi ſolutum tenebuntur reſtituere. Et etiam ſi fuerit ſcriptor indebitum recipiens punitur in reſtitutione dupli, & priuatione exercitij officij, & quitationis vnius ſeptimanę: vt infra *ead. §. ajuſtant.* Imo etiam non releuabitur ſoluens taliter indebitum, quinimo de ſuo tenebitur iterum ſoluere cui debuit: vt *ff. de condi. inde. l. ſi virbumus.* & *extra. de iureiurand. c.*
9 *ea te.* vide ibi in *gloſ.* ¶ Et nota, † quod ſoluens illi qui eſt in poſſeſsione, licet non ſit dominus, vel procurator; liberatur *extra. de elec. c. querelam.* in *gloſ.* vide & adde notata per *Innoc. in c. in litte-*
10 *ris. extra. de reſti. ſpolia.* Et † cum aliquis habet ſoluere, non ſufficit offerre, vide *Ioan. An. de reſti. in integrum. cap. conſtitutus.* Et qui ſoluit non vero Prælato, non liberatur: ſed ſi ipſe ſoluit, liberat Eccleſiam: *ff. de ſolu. l. ſoluere.* v. de *Ioan. An. ac elec. qualiter.* in fi. Sed an ille qui eſt obligatus ex plu-
11 ribus cauſis, ſi ſoluit certam partem debiti, præſumatur ſoluiſſe in duriorem cauſam, nota *Ioan. An. extra. de teſta. c. in officijs*, ſuper verbo *primo loco.* dic per *Bar. ff. de ſolut. l. cum ex pluribus.* Quãdo au-
12 tẽ † intelligitur ſolutum, vide *ff. de pig. ac. l. ſolutum.* in prin. & *inſti. de obliga. qua ex quaſi delic.* §.
13 *fullonum.* ibi vide † quis dicatur ſoluendo, & quis dicatur ſoluere ſolidũ: *ff. ac fideiuſſ. l. inter eos.* § *ere-*
14 *ditori.* Item † ſoluere dicitur, qui debitorem delegat: *ff. ad Vell. l. quamuis.* §. *interdum.* Et ſoluere, &
15 ſatisfacere † ſunt paria: *C. de ſolut. l. ſatisfactio.* &
16 *de verb. ſignif. l. ſolutionem.* Sed † an ſoluens debitor creditori creditoris liberetur: *ff. de pig. ac. l. ſolutum.* & *de dol. exceptione. l. tempus.* Cum quæritur
17 an † ſi ego debitor ſoluam creditori creditoris mei, ſim liberatus, ſic diſtingue. Aut ſoluo creditori creditoris mei, eo volente, & tunc liberor: vt *ff. de ſolut. l. ſolutam.* & *de pig. ac. l. ſolutam.* §. *ſolutam*. Si autem ſoluo creditore meo inuito, tunc non liberor ipſo iure, ſed ope exceptionis: vt *C. de ſolu. l. inuito.* & *ff. de legatis 1. l. ſi ſeruus legatus.* §. 1. Si autem eo ignorante, & tunc non liberor ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſic intelligitur *ff. de except. dol. l. ſi opera.* in fin. & quod ibi notatur & *ff. de negot. geſt. l. ſi liber.* in fin. ſecun-
18 dum *Old.* Sed † quid ſi ſoluo mandato iudicis, tunc liberor, cui habeam parere neceſſe: quia iuſſus iudicis excuſat. de quo dic vt notat *Bal. in l. fi. ſi ſus. C. de fur.* & *Dynus in l. Paulo.* §. *fin. ff. de legatis tertio.* & *Bar. in l. creditor. ff. de ſolut.*
19 ¶ Item nota, † quod ſoluens electo non confirmato non liberatur, ſecus ſi Eccleſiæ. *de elect. cap.*
20 *cum inter. in gloſ.* ¶ Et locus † ſolutionis attenditur: *ff. de ac.* & *ob. l. contra eſſe.* & *ff. de eo quod*
21 *certo loco. l.* 2. ¶ Quilibet † præſumitur ſoluendo, & qui dicit contra, probet: *ff. qui ſatis cog. l.* 1. §. 1. & *de priuil. credi. l. ſi creditores.* in fin. & *C.*
22 *de proba. l. actor.* Et qui † nunc non eſt ſoluendo præſumitur ante non fuiſſe: *ff. de proba. l. non eſt neceſſe.* & *de magiſtratibus. l.* 1. §. *probatio.* *C. de pro-*
23 *ba. l. ex perſona.* ¶ Item † nota, quod per ſolutio-

nem cenſus non probatur dominus ille,cui ſolu-
24 tus eſt:*extr.de reſti.ſpo.c.olim*. An † ſucceſsio habeat vim ſolutionis:*ff.de fideiuſſ.l.ſi debitori*. Immo ſoluit quis ſibi ipſi:*ff.de neg.geſt.l.debitor*. & *de admi.ta.l.quotiens.§.ſicut*. ¶ Quid ſi mutetur moneta,
25 vtrum † debeat fieri ſolutio ſecundum antiquã, vel ſecundum nouam:vide in *l.creditor.ff.de ſolut.*
26 & plene per *Pan.in Cle.1.de decimis*. ¶ Sed † quæro,quis promiſit ſoluere cum iuramento, &,modo nõ poteſt ſoluere,an incurrat periurium? De hoc dic per *Innoc.de accu.c.ſuper his*.& *de pig.c.ſignificante*,& *de ſolut.c.Odoardus*.& *de ſent.excom.c.ea noſcitur*. adde quæ ſcripſi in materia ceſsionis bonorum ſupra *coll.4.in 3.curia Barcin.c.21.Item*
27 *ordinamus quod omnis homo*. ¶ Sed † quid ſi vnus de populo non ſoluit talliam,an accreſcat onus ſolutionis cæteris?Reſpondeo, aut eſt onus perſonale iniunctũ ſimpliciter,puta quod tres mittãtur de communi ad exercitũ,tunc alijs accreſcit: *ff.de mu.& ho.l.honor.§.ſi*.Si autem ſingulis imponitur onus perſonale,tunc vnius impoſsibilitas non accreſcit alijs;vt *C.de decurio. l. vacuatis. lib.* 12.& in *Specu.tit.de cenſibus.§.nunc videndum.verſ. Quid ſit vniuerſitas*.Si vero onus eſt mixtum,& imponitur vniuerſitati,tunc alijs accreſcit: vt *l. ab*
28 *omnibus.ff.de legatis primo*. ¶ Et an † liberetur qui ante diem ſoluit,vide *glo.*& *Gui.in c.ſolent de coſ.*
29 *diſt.* 1. Item † an debeat ſolui hæretico vel excommunicato,quod ſibi debetur ſub pœna vel iuramento certa die,vide 15.*q.6.c.nos ſanctorum*. &
30 *de hæreti.c.vlti*. ¶ Vlterius† nota,quod ſolutione eius quod debetur ſoluitur omnis obligatio:
31 *inſtr.qui.mo.toll.ob.*in prin.Et qui,& † ex quibus cauſis,& in quantum teneatur ſoluere debita patris,vel eius cui ſucceſsit, vide *extra.de ſolu.c.* 1. & 2.per *Doct*.Sequitur in text.*la decima a Canceller & Vicecanceller*.de officijs iſtorum, vide quæ dixi ſupra *ead.c.primerament*.& in remiſsionibus, quas ibi dedi. Sequitur in text. *è quitarſe mateix*,
32 ſcilicet,protonotarius, cuius † eſt officium, & onus regendi ſcribaniam,tenendi ſigillum, recipiendi,tenendi, & diſtribuendi pecunias prouenientes ex iure dicti ſigilli. Et ſic habes hic caſum,in quo quis ſoluit ſibi ipſi:ſic *ff.de nego.geſt.l. debitor*,vt dixi ſupra.Sequitur in tex. *la quitacio, veſtit, & gratia*, quæ quantitas detur vnicuique
33 prædictorum † pro quitatione,& pro veſtitu,& quantum pro gratia,recurre ad ſcribam rationis, & curę domus Regiæ,qui tenet computũ,& habet ordinationem totius Regiæ domus:quia mihi modo non occurrit,nec multum expedit, niſi ipſis qui habent quitationes recipere.vel ſoluere.Sequitur in tex. *ſegons lur gran*,quaſi dicat,nõ omnes eandem recipiunt quantitatem,quia vt dicit *Auguſtinus* in regula:*Diuiditur inter omnes, ſed non æqualiter omnibus. quia non æqualiter valetis omnes:& is gradus cæteros antecellat*,&c. vt *C. de offic. magiſtri officiorum.l.nemo*.& 63.*diſt. c. miramur*. Et ex hoc iuncto quod ſtatim ſubijcitur ibi.*comperſint a caſcun ſegons mes & menys*, &c. habes quod ſolutio iſta debet fieri pro ſolido & libra, computando pro rata quantitatis quitationis taxa-
34 tæ cuilibet. Et nota, quod † quitationes huiuſmodi ſoluuntur inter tripertitas anni ſolutiones;quia de quatuor in quatuor menſes ſoluitur vna tertia pars totius quitationis annalis cuilibet:vt infra ſequitur,ibi,*en caſcuna terça a ſon & a lliura, ſegons la quitacio*. Sequitur in text. *empero que lo dit Protonotari*, &c. Nota hic iuſtũ & æquũ, vt primo integre ſoluantur cuilibet quitationes ordinariæ quã gratia poſsit ſolui protonotario, vel alteri:quia gratia non eſt alicui danda cũ iactura vlterius,vt in *c.locupletari.extra.de regu.iur. lib.6*.Sequitur in tex. *Ajuſtat quel ſcrina qui demanara,o pendra*,dic *o* pro *et*,& verius pro *ideſt*, quia alias pœna reſtitutionis cum dupla,quæ hic imponitur,non poſſet habere locum, ad hoc ſupra *coll.proxi.c.penſants*, ſuper verbo *ſots pena de la dobla*.Sequitur in tex.*alguna coſa*,ſubaudi prætextu ſeu occaſione quitationis veſtitus,vel gratiæ:vel forte intelligitur de quacumque re,quam recipere ratione officij ſui,puta quia recipit quod nõ eſt ſibi taxatum per conſtitutiones:& hoc ſubijcitur,ibi,*qui no li ſia deguda per conſtitucions*,&c.nã (vt dixi) pro iuſtitia miniſtranda non debet aliquid exigi quod non ſit à iure expreſſe conceſſum. Vnde quidquid recipiũt iſti ſcribæ & quicumq. iudices vel alij officiales & miniſtri iuſtitiæ pro miniſtrando eorũ officio,eſt illicitũ, niſi probetur â iure,vel alias ſit legitime cõceſſum,taxatum, vel permiſſum. de hoc dixi latius ſupra *coll.proxi.c.los ſalaris*.ſuper verbo,*de dret*.& ſuper verbo *conſuetut*.Sequitur in tex. *per caſcuna vegada que faralo contrari*, ſuper hoc vide quæ ſcripſi ſupra *coll.proxi.c.volentes noſtros*.in fi. ſuper verbo *vice qualibet*.Sequitur in tex.*per lo dit Protonotari, Llochtinent*,&c. *ſia priuat per vna ſemmana*, &c. die
35 quod † in hoc non requiritur ſententia priuationis,ſed mera executio,quæ eſt commiſſa Protonotario, & eius Locũtenenti ſeu Regenti auctoritate huius cõſtitutionis: nec credo q̃ de his debeat ſuſtineri lis aliqua: debet tamẽ de plano audiri defenſio eius qui dixerit ſe nõ cõtrafeciſſe, vel alias iure feciſſe,niſi de cõtrario cõſtet eui dẽter:ita q̃ nulla poſsit tergiuerſatione celari vel negari.Sequitur in tex.*è ſia tẽgut reſtituyr lo q̃ pres aura ab la dobla*. ad hoc tamẽ non cõpelletur per Protonotarium,ſed forte per algutzirium,vt ſupra *c.proxi*.& ibi nota.Sequitur in text. *E ſia tengut reſtituyr*,
36 &c.Sed † quæro, per quem ad hoc compelletur? Reſpondeo quod non per Protonotariũ,quia ipſe eſt in hoc pars,quia habet recipere illud reſtituendũ cum dupla:& nemo eſt iudex in cauſa propria vel quaſi propria: vt *C.ne*
37 *quis in ſua cauſa*,&c. Item † quia Protonotarius non habet iuriſdictionẽ neque diſtrictum in familiares, licet de facto poſsit eos priuare exercitio officij & quitatione,vt dictum eſt, quia illa priuatio eſt potius quædam executio facti, quæ exiſtit in denegatione quitationis. Sed in reſti-

Digitized by Google

restitutione plus debito recepti cum dupla, est necessaria executio & coertio per captionē bonorū,& forte etiā personę,cū sit ex delicto:iuxta notata supra *coll.6. curiæ Cernariæ c. ad reprimendū.§. & nihilominus.*Sequitur in tex.§.*los quals Protonotari, Llochtinent, Regent,è Secretaris, sien tenguts prestar sagrament & homenatge are de present, è apres cascun en lo principi de sun offici.*Nota hic,quod præ
38 statio huius iuramenti debet fieri antequam vtā tur officio:vnde si, non præstitis ipsis iuramento & homagio,vti præsumpserint officio,debēt puniri tanquam priuati tali officio vti præsumentes:vt supra *collat. 3. curiæ 3. Barcinonæ c. 16. Item ordinamus super capitulis curiarum.*vide ibi.Et etiā gesta per tales erunt ipso iure nulla,vt supra *cap. proxi.*& ibi dixi, & dedi consor. & remissiones. Sequitur in text. *de seruar la present constitutio a la lletra*. Hic ergo habes formam iuramenti & homagij præstandorum: quia virtute iuramenti & homagij promittent se seruare præsentem consti
39 tutionem ad litterā. Et † credo, quod vltra hoc iurabunt se bene,fideliter & legaliter habituros in eorum officijs, sicuti communiter iurant omnes officiales in principio regiminis,vt *extra. de iureiuran.c.venientes.*& in *authe.de iudici.§.quia vero.collat.6.*& *C.de iudi.l.rem non nouam.* & *3.q.7.c. iudicet.*& in prælleg. *c.Item ordinamus super capitulis curiarum.*& supra *collat.3.c.3. Item statuimus & ordinamus, quod officialis quando intrabit officium, quisq. iuret,*&c.vide ibi.Et ad id quod dicit, *a la lletra,*vide & adde quæ dixi supra *eod. c. volentes.* super verbo *plenament a la lletra.*quasi dicat,quod seruentur promissa & contenta in constitutione, prout littera dicit,*non obstantibus quibusuis.*& hoc sequitur hic in littera,dum dicit,*axi que per ells,o per interposades personas no puxa esser fet lo contrari, encara que per lo senyor Rey lis fos manat en alguna manera.*adde supra *colla.proxi.c.per tal q̄ les leys.*vide ibi in verbo *segons llur serie è tenor.* Et nota quod ista verba *axi que,*&c.sunt vera *glos.*illorum verborum,*a la lletra,*quoniam istæ constitutiones iu
40 ratę,† sicut omne iuramentum habent seruari in forma specifica ad rectam mentem, & non debēt cauillari; nec fraudes fieri etiam per interpositā personam.Nec excusaret præceptum Principis, quod non valeret contra constitutiones,quas ip-
41 se Rex etiam iurauit,& iussum† superioris iniustum non excusat:vt dixi supra *colla.proxi. c. volentes.*super verbo, *nec proceds*. Vlterius *patiatur.* adde quæ leguntur & notantur supra *collat. 8. c. Item senyor quels Canceliers. §. E que en tal spetxa-*
42 *ment.*& quod dicitur quod† auctoritas superioris in omni iuramēto intelligitur excepta, vt in prælleg.*c.venientes,* non habet locū quando ipse superior in illo non potest dispensare,sed tenetur ipse superior illud idem cum simili iuramēto tenere & obseruare.Et faciunt hæc ad ea quę dixi de dispensatione supra *eod. c. primerament* super verbo *ab veritat & sens dispensatio.* & supra *colla.proxi.c.per tal que mal.* super verbo *per algun.*

& super verbo *dispensat.*vide & adde quæ ibi dixi,& in remissionibus ibi datis. Et ita nota hic
43 vnū † casum,in quo non potest dispensari.alios vide supra *coll.6.curiæ Motissoni c.qui verba nefandissima,*super verbo *sine spe veniæ.* cum suis cōcor.
44 Et dicti † scriptores habent esse naturales huius patriæ ac domiciliati, vt infra *c. proxi.* vide ibi.& in *c.tollents lo abus.*quæ cap. sunt satis continuatiua huic, quia in omnibus his tribus capitulis prouidetur ad tollendos abusus scriptorū curiarum domini Regis, & sui Primogeniti ac Gubernatorum Cathaloniæ.

Quod in causis Cathalanorum scriptores sint Cathalani. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores in causis Cathalanorum debent esse Cathalani.& limitatur ibidem & num.17.ratio traditur num.2.amplia tam in causis ciuilibus quam criminalibus num. 4. & tam agendo, quam defendendo num.5. & quid si litigetur de re sita in Regno Aragoniæ vel Valentiæ nu.6.& quid si vnus Cathalanus litigat cum Aragonēse nu.7.& quid si aduersarius Catalani habeat simile priuilegium ex foro sui Regni num.8.*

3 *Curia Primogeniti & curia Principis pro vna reputantur.*

9 *Vicecancellarius tenet iudicium in personam domini Regis.*

10 *De Rege quod dicitur, dictū etiā censetur de Regina.*

11 *Cathalanus dicitur quasi natus in Cathalonia.*

13 *Scriptores esse Cathalanos in causis Cathalanorum est de forma & substantia legis.*

13 *Factum contra legem non valet, quamuis lex imponat pœnam.declaratur nu. 14.*

15 L.doli clausula.ff.de verb.oblig.*declaratur.*

16 Tex.in l.sanctio legum.ff.de pœnis,*expenditur.*

18 *Salarium non debetur solui scriptoribus pro litteris,mādatis & expeditionibus sententiarum;nisi tantum sua sigilli.*

Qvells meteix scriuans, secretaris, &c. Casus.

1 A Non possunt † coram domino Rege, Primogenito,eorumque audiētijs acta conficere,nec litigiorū processus actitare aliquatenus inter Cathalanos & causas Cathalanorū tāgentes, nisi fuerint Scriptores,Secretarij,Locūtenentes, & Regentes officiū Protonotarij oriundi.& populati in Principatu Cathaloniæ. Secus acta sunt ipso iure nulla tā in ciuili, quā in criminali,mādatis, litteris,chartis,prouisionib⁹,&sentētijs dūtaxat exceptis, quas & quæ possunt alij scriptores de alijs Regnis & terris dñi Regis actitare seu cōficere.licet nō fuerint Cathalani. Hoc dicit. Et diuiditur in tres partes.Quoniā in prima declāratur,& prouidetur circa notarios & scriptores causarū & inquisitionū quæ in curijs dominorū Regis & Primogeniti ducūtur & actitabūtur,tā gē⁹ Cathalanos,debere esse originarios & domiciliatos Principat⁹ Cathaloniæ. In secūda parte sec⁹ acta decernūtur esse nulla.In tertia parte ponitur exceptio de mādatis,litteris,chartis,prouisionibus,

Sequitur in textu, *remanent ia actio entegra.* Nota quia dicit, *ia accio*, & non dicit, *accusacio.* vnde videtur quod solum remaneat actio ciuilis, sicut est querela pacis & treugæ: vel quia velit agere ciuiliter per actionem in factum ad damna, vel agere iniuriarum ciuili, vel forte prætoria. Sed credo, quod etiam denuo poterit accusare, vel denuntiare criminaliter ad pœnã cor-
106 poralem. Et verbum † *actio* in littera positum sumeretur proprie, & improprie, scilicet, tam pro actione ciuili, quam pro accusatione, seu denuntiatione: quia quandoque verbum semel positum tenetur proprie, & improprie, vt hic, & *ff. de officio Proconsulis. l.* 2. cum seq. & debet in-
107 telligi † secundum subiectam materiam: vt *ext. de iudicijs. c.* 1. & ibi nota. & 28. *dist. c. presbyteri.* Et dic, quod actio, siue accusatio, hoc est, ius accusandi, denuntiandi, vel agendi remanet saluũ & integrum actori, seu querelatori. Itaque iterum poterit agere, vel accusare de nouo infra triginta annos, quia lapsis triginta annis omni iuri esset præscriptum per vsat. *Omnes causæ, siue bona, siue malæ*, vt dixi supra *eadem, capit. hauents acor.* Vel forte, & verius erit actio vel ius agendi, accusandi, vel denuntiandi perpetuatum in quadraginta annos, per *l. final. C. de præscriptione*
108 *triginta vel quadraginta annorum.* quia licet † perempta instantia pereant acta iudicialia, remanet tamen effectus interruptionis, præscriptionis, & perpetuatæ actionis. Et hoc sonat littera ista, quæ dicit, *romanent ia accio entegra*, quia nec perit iurisdictio delegati: vt *extra. de iudicijs. c. venerabilis.* & ibi nota de hoc. quia etiam licet
109 perempta † instantia etiam pereant acta iudicialia, quæ sunt ad præparationem iudicij, seu causę, non autem quoad decisionem, secundum *Innocentium extra. de officio delegati. cap. consuluit.*
110 Et etiam † perempta instantia durat vitium litigiosi, quoad conuentum, & nitentem ab eo: vt *C. de præscriptione longi temporis. l. post motam.* & in
111 *authentica. Mala fides.* ibi posita. Sed quid † si lapso anno vel biennio, instantia iuxta hanc constitutionem sit sopita, & feratur sententia, an valeat, dic per *Petrum de Ancarrano in Clem. ab Ecclesia. de restitutione in integrum.* & per *Doctores*
112 *in l. properandum. C. de iudicijs.* Item † cum quis absoluitur ab instantia iudicij, pereunt acta litis: *C. de iudic. l. properandum. §. penultimo.* & per *Innocentium extra. de testibus. cap. causamque.* licet *glossa* videatur sentire contrariũ *ff. quæ in fraudem creditorum. l.* 3. Et quia quando fit absolutio ab instantia iudicij, pereunt acta iudicij, & sic paratur magnum præiudicium parti, debet facere illam absolutionem cum maiori solemnitate, quam circumductionem edicti; & ideo debet pars citari, vt notat *Innocentius extra. de officio delegati. cap. consuluit.* Et debent præmitti tres citationes triginta dierum, vel vna pro omnibus: *extr. de accusationibus. cap. ad petitionem.* secundum *Ioannem Calderini.* Instantia si fru-
113 stra † currit dolo aduersarij, datur restitutio: *ff. ex quibus causis maior. l. a Prætore. §. si.* & *l. seq.* Si per extraneum currit, non datur restitutio, sed agitur de dolo contra extraneum: *ff. de dolo.*
114 *l. arbitrio. §. dolo.* ibi *glos.* Sed instantia † causæ appellationis aut stat per iudicem, & non currit tempus; aut stat per partem, & currit; sed datur de dolo non restitutio propter auctoritatẽ rei iudicatæ: vide *glo.* ibi. aut per extraneum, & datur de dolo contra eum, & in subsidium, ipso existente non soluendo, restituitur: vt *ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. Glossa* aliter distinguit in *authen. vt sponsalitia. §. hoc quoque.* & illam sequitur *Bar.* in allegato §. *dolo.* vide ibi. Sed si propter absentiam currit instantia, datur restitutio; vt ff. *de minor. l. & si sine.* Et quod dicitur iudicem pu-
115 niendum, † si non terminet causam infra tempus, intelligitur quando stetit per eum: *C. de tẽpore in integ. restit. per. l. petenda. Bald. in l. si de meis.*
116 §. *fi. ff. de arbit. Ant. de Butrio in Spica.* Et † dicitur stare per iudicem, quando ex officio, vel alias requisitus, potuit & debuit terminare, & nõ fecit: *l. moneme. C. de delatoribus.* cum similib. *Gui. de Sudaria super glos. in Rubr. C. in quibus causis in*
117 *integ. restit. non est necess.* quærit, quid † si propter aduersarij factum tempus labatur, an currat præscriptio? Et dicit quod non, alleg. ff. *de minor. l. intra vtile.* & ff. *de excus. tut. l. si cum ipse.* & *C. de inoffi. testa. l. contra maiores.* Sequitur in tex. *si alitre instancia vestra comensar*, subaudi, quia poterit denuo infra triginta, vel quadraginta an-
118 nos, vt dixi. Sed † quæro hic, an in perempta instantia testes recepti, & eorum attestationes valebunt in hac noua instantia? *Glossa in l. properandum*, dixit quod sic. Quod non est verũ, nisi forte in subsidium, puta, quia testes essent mortui; & est ratio, ne probatio angustietur: vt *C. de Iudæis. l. quoniam.* & *de rebus creditis. l. generaliter.* & *de naufra. l. quotiens. lib.* 10. Nam † quædã
119 sunt quæ valent in subsidium, quæ alias nõ valerent. ff. *de eo per quem factum erit. l. fi.* & *de legatis* 1. *l. plane. §. si quis rogatus.* ad quod *C. de test. l. fi.* & quæ ibi notantur. vide *Gui.* & *Doctores* in
120 præallegata *l. properandum.* Sed † an per citationem, quę subducitur actore non comparente, inducatur interruptio? Respondeo quod nõ: nec perit instantia super emergentibus lite non contestata; quod dicit latius per *Bald. in l. quod si*
121 *is. ff. de iudicijs.* Sed pone † instantia est perempta, in qua fuerat lis cõtestata, tam super actione iniuriarum, quam alijs in ea deductis, saltem in querelis pacium & treugarum; reus etiam mortuus est post litis contestationem, in instantia perempta: modo quæritur, an pro iniurijs possit agi de nouo contra hæredem defuncti? Et videtur quod non, saltem de iure ciuili:
122 quoniam actio † iniuriarum non datur contra hæredem, nisi lite contestata cum defuncto, vt legitur, & notatur *l. vna. C. si ex delictis defunctorum.* vide latissime *glossam* & *Dod. in c. perrochiano.*

123 *chiano.extra.de ſepulturis.* Nam † ex delicto defuncti hæres non punitur. Sed hoc verum in pœna imponenda, ſed in pœna pecuniaria impoſita ſecus, vt *ff. quod quiſque iur. l. 3. §. quod autem.* & ibi *glo.* nam ibi pœna illius edicti tranſit in hæredem, cum iam ſit impoſita viuenti. Item
124 per † ſupplicationem principi oblatã & reo intimatam fit interruptio: vt *C. quando libellus princi. da. litis conteſt. faciat. l.* 1. Sed contra per iſtũ text. quia dicit, *remanent la actio entegra*, & dic *integra*, ideſt perpetuata, quia (vt dixi) licet mortua lite pereant acta iudicialia, quoad inſtãtiam, & proſequutionem eius, tamen remanent effectus interruptionis & litis conteſtationis: vt *l. cum poſt mortem. C. de præſump. longi temporis.* Nam & in ſubſidium remanent etiam atteſtationes, vt dixi. Pro hoc facit vſaticus. *Omnes cauſæ, ſine bonæ, ſine malæ,* & quæ ibi notãtur per *Docto.* Ex quo etiam videtur, quod actio iniuriarum, etiam prætoria, & actio redebitoria, & quanto minoris, & ſimiles, quæ de iure Romano tolluntur ſpatijs anni ſex & menſiũ, vel alio tẽpore minori triginta annorum, per dictum vſaticum in hac patria extendantur ad tempus tri-
125 ginta annorum: ita quod † nulla minor præſcriptio currat in Cathalonia in quacumque cauſa ſiue ciuili, ſiue criminali, niſi in caſibus ab vſaticis vel conſtitutionibus, aut alijs iuribus huius patriæ permiſſis & introductis, vt in hac
126 conſtitutione, cum ſimilibus. Quare † videtur, quod etiam cauſa reſtitutionis in integrum non claudatur ſolo quadriennio, & ſic de ſimilibus: licet contrarium viderim ſeruari; imo & de iure: vt *extra. de reſti. in integrũ. c. ab Eccleſia. in Cle.* dic vt ibi de facto; & forte male, & per ignorãtiam dicti vſatici, & quia à multis parum curatur de iſtis iuribus patriæ, non enim curant niſi de legibus Romanis, & dictis Doctorum Italicorum, qui quotidie non ceſſant ſcribere lecturas, & nouos facere libros, vt videantur ab ho-
127 minibus, & poſſint vocari Rabbi, quia † *faciẽdi plures libros nullus eſt finis,* vt *Eccleſiaſtes c. vlti.* in fin. Et tu cur ſcribis, Deus ſcit, vides quia his opus eſt: quia, vt dixi in principio, in euidentiali, non reperij aliquem apparatum ſuper his conſtitutionibus, quæ valde indigẽt, & vt dem occaſionem alijs, vt potius curent de iuribus & conſuetudinibus patriæ, quam de vſibus Italiç,
128 quia de illis † non debemus habere rationem, niſi in adiutorium, vel ſubſidium: vt infra *eod. c. aſſats es coſa ridiculoſa,* & dixi latius infra *collat. proxi. c. confirmants, loants, & approbants.* quod facit pro me: turpe enim eſt patritio & cauſas oranti, &c. vide in dicto *c. aſſats es coſa ridiculoſa*, &
129 quæ ibi ſcripſi: nonne ridiculum † eſt ignorare iura patriæ, & dimittere regimen ſuæ patriç, & curare de alienis? Non tamen improbo quin totum bonum ſit, ſed tamen prius debemus curare de domo propria, quam aliena; quia & practicando, legendo, ſtudendo, & ſcribendo, & alias multum video errari in iudicijs, quia plus & pluries iudicatur per iura communia, quam per iura patriç, quæ licet ſint iurata; & ea habeamus ſub præcepto, vt patet in fine cuiuſlibet curiæ, ibi *mandantes*, &c. attamen quia parui penduntur, quotidie violantur: quia vid. o, multos iam antiquos peritos in practica, & nondum habent, nec curant habere libros iurium iſtius patriæ, neque gloſſas, & apoſtillas antiquorum practicorum, qui ſuper iuribus patriæ hinc inde pauliſper ſcripſerunt. Et niſi *Iacobus de Calicio* tot & tanta notabilia recollexiſſet, & ſub ordinatiſſimis tractatibus ſuis tradidiſſet, fere iura patriæ in obliuionem & mentis exilium abijſſent: quod tamen animaduertentes curiæ generales ſalubriter tam in dicto *c. aſſats es coſa ridiculoſa.* quã in *cap. lo fruyt.* infra *eod.* multum bene conſtituerunt. Sed adhuc non habent debitam exequutionẽ. Imo de facto, quod peius eſt, illi qui de iuribus patriæ multum curant à magnis Legiſtis contemnuntur. Et bene ſcis quod de eo in quo quis magis ſtudet, ſapiẽtior eſt. Sed tamen in mari nautæ plus legis peritis honorantur, quia ibi magis neceſſarij ſunt nautæ & naucleri; ſicut in hac patria magis eſt neceſſe haberi premanibus iura patriæ bene intellecta, quam ſtudere ad legem *Rhodiam de iactu.* Imo quia video ſufficere ad mundum regẽ-
130 dum libros hactenus factos, dico quod † eſſet bonum prohibere nouas lectu: as Doctorũ extraneorum. Sed vtinam ſcriberent ſuper iuribus patriæ Doctores cõpatriotæ Cathalani in Cathalonia commorantes, legentes, vel practicantes: quia ſatis eſt materia, & ampla ſeges, operarij autem pauci. vti n Euangelio Lucæ 10. *cap. Poſt hæc autem deſignauit,* &c. Sed attende ad dictã *l. Goticã, Omnes cauſæ,* quia, vt dixi ſupra *eod.* ſuper verbo *accuſacions.* dicit quod omnes cau-
131 ſæ triennio concluduntur. Sed † nõ negat quin minori tempore poſſint concludi: & ſic non tollit minores præſcriptiones. Sed dic quod ſaltem de conſuetudine ſint ſublatę præſcriptiones decem vel viginti annorum, quæ extendũtur ad triginta, vt ſcripſi infra *eod. c. hauents acor,* & ibi inſerui hanc conſuetudinem. Quare melius videtur tenendum, quod aliç minores præſcriptiones ſcilicet, anni & ſex mẽſiũ, & huiuſmodi minores decem vel viginti annorum, & etiam vſuapio triennij durent, & non ſint ſublatæ, quia ſolę præſcriptiones decem vel viginti annorum ſunt ſublatæ per dictam conſuetudinem ſcriptam, quæ eſt in localibus Barcinonæ, & inter vſantias diœceſis Gerunden. Et ideo ſerua ipſam conſuetudinem prout loquitur ſtricte, & alias minores præſcriptiones, prout non ſunt contra iura patriæ, & alia communia, quæ ſeruantur prout ſunt rationabilia in ſubſidium iuxta vſat. *Iudicia curiæ,* qui eſt cõfirmatus ſupra *colla. 9. c. per tal que les leys de la terra.* Sequitur in text. *Salnat empero dret al que-*

relat

relat,accusat,è denunciat en les despeses & danys.&c. scilicet tam ad agendum,quam ad defendẽdum
132 seu excipiendum: quia quotiens † lex dat remedium, videtur dare tam agendo,quam etiam defendẽdo,vt notat *Raymũdus de Forti.in l. cũ pater.*super *glo.cui prælegata.ff.de legatis primo.* Quæro, quid est hoc,quod dicit, *saluo iure,* nõne clarum est,actorem, cuius negligentia periit instãtia,teneri & deberi condemnari reo in expẽsis: vt dicta *l.properãdum.§.sine autem.*vbi est regula,
133 quod † victus victori condemnatur in expensis. Sed ipsa regula fallit in casibus,vt quãdo actor est absens: vt *ead. l. §. sin autem ex gestis.* de quo vide in dicta *l.& dictis.§.* per *glo.*& *Doct.*& *Ioan. Fabri.instit.de in.*per *Doct.Canonistas*,maxime per *Anto.de Butr.in c.calumniam.extra.de pœnis.*& ibi *Ioan.de Anania.*& *de accu.c.accedens.*vnde non sine causa dixit hic textus, *saluo iure.* & non di-
134 xit,*solutis expensis*,&c. quia † licet instantia sit peremptа ; non tamen ex eo semper sequitur ideo debere condemnari actorem in expensis. Vnde quia dicit, *saluas de dret al querelat*, subaudi,si quid sibi de iure competat, scilicet contra querelantem,accusantem,& denunciantem;
135 & hoc subijcitur statim.Et nota,† quod quando actor & etiam reus fuerint contumaces,non audiũtur vlterius,nisi refectis expensis cõtumaciæ : vt *C.de iudi. l.Sems.* & ibi nota per *Gui. de Cug.*adde notata per *Ioan.An.extra. de procura.*
136 *c.querelam.*Et dico, † quod ratione desertionis & retardati processus debet condemnari in expensis,nisi iusta causa eum excuset: vt *ff.de iudi. l.desistisse.*& ibi notatur per *Bal.*& *Angelũ.* No-
137 ta tamen † quod etiam instantia peremptа durat officium iudicis , vt possit in expensis condemnare,& instantiam fore lapsam, peremptã, & sopitam declarare:ita notat *glo.in l.properandum.§.proculdubio.*vide *Cinum* in dicta *l. §. fin. in vlt.q.*Sed dicit *Butrio,* quod mouetur *Cinus* falsa
138 ratione.Sed quæro,† ecce post peremptam instantiam vult querelans , accusans , vel denuncians,iterum de nouo dare querelam,accusationem,vel denuntiationem contra eundem reum excipit reus actorem non debere admitti , saltẽ nisi refectis expensis & damnis primæ instantię iam peremptæ: numquid supersedetur in prosecutione, donec satisfecerit de ipsis expensis & damnis?Respondeo,si de ipsis liqueat,vel de facili liquere possit, & ipse querelans fuerit in expensis & damnis condemnatus per iudicem, qui causam peremptam fore declarauit : credo quod tunc bene excipiat reus ; argum. eorum quæ leguntur & notantur *C. de edendo. l. edita actio.*& est ratio;quia frustra petit qui quod debet non impendit: argum.*l. Iul.§.offerri. ff.de ac. empti.l.si quis maior.C.de transact.*Secus si non liqueat,& res requirit altiorem indaginem, quia tunc habebitur ratio in diffinitiua,iuxta notata supra *c.proxi.*super verbo , *E fassa altres actes,* & ibi in *versic. Sed ego dico alster.* vide & adde quæ notantur *extra.de dolo & contu.c.cum dilecti.* in fin. vbi habes de istis expensis factis in causa
139 criminali . Dicit *Bal.* quod † accusatio nihil aliud est nisi officium iudicis intentatum ad punitionis effectum ; denuntiatio nihil aliud est quam intimatio criminis sine conclusione ; inquisitio nihil aliud est quam imperium,& ei inhærens officium,tendens ad punitionem crimi nũ. Quod omnia ista iudicis officio exped antur,dicunt *Doct.in l.Imperium.*vide *Bal.in l. 1. C.*
140 *si ex delict.defunct.* vlterius † quæro hic,de quibus expensis loquitur hic?Respondeo, de solitis,vt in d cta *l.properandum.§.sine autẽ.* Sed quæ dicuntur solitæ expensæ?Respondeo , secundũ *Gui. de Cug.* ibidem , expensæ solitæ dicuntur considerata personæ condit one , vt quia erat miles , ciuis , vel burgensis qui consueuit ire eques, iuxta notata per *glo. in idemque. §. idem Labeo.ff.man.* Item considerantur expensæ factæ in cibarijs.*ff.de iudi.l.cum quem temere.*in prin.& ibi *Bar.*de iudicijs clarum est, quia taxabuntur iuxta constitutiones Cathaloniæ supra *collat. proxi.c.los salaris.* & sequen. cum similibus. Sed
141 iuxta † hoc quæro, an possit petere expensas, quas domi esset expensurus? Respondeo,secundum *Gui.*aut talis erat,qui si esset in domo,viueret ex operibus, & lucraretur victum ; & tunc posset petere, licet in domo esset expensurus: alias secus;sed illud plus quod expenderit,deducto eo quod domi expendisset , bene petere posset,sicut habes in seruo petito exhiberi alibi quam vbi est.*ff.ad exhiben.l.Sed si hæreditas. §. 1.*& *de le.commisso.l.si post.* adde quæ leguntur & notantur per *glos.*& *Doct. in c.vt præterita.extra.*
142 *de elect.*Sed † notandum,quod quando expensę factæ non sunt liquidæ iudici, potest iudex generaliter super expensis reseruare sibi taxationem : vt *extra. de procur.c.auditis.* Sed expensæ, quæ sunt faciendę taxari non possunt. *extra. de*
143 *eo qui mi.in po.c.cum venissent.*Item † nota,quod sportulę iudicij soluuntur ab vtraque parte:*extra.de rescript.c. statutum.§.insuper. lib. 6. ut auth. de iudicijs.§.ne autem labor.coll.6. 12.q.2.c.caritatem.*& supra *colla.proxi.c.los salaris.*Item expen-
144 sarum † condemnatio potest præcedere, & sequi sententiam diffinitiuam.*extra.de priuil. c.cũ*
145 *olim 2.*Et † expensæ contumacię possunt peti ante sententiam , & in prolatione sententiæ. de quo nota *extra.de dolo & contu.c. finem.* vbi vide
146 plene *Anton.de Butrio.*de † hac materia expen-
147 sarum. Quo † iure petuntur expensæ factæ in litem?Respondeo,secundum *G.in l. sancimus.C. de iudicijs.*quod petũtur iudicis officio: & idem nota in *Spe.tit.de offi.iudi.in 1.parte.§.iuxta.*adde quæ dixi supra *in curia Illerdæ c.* 17. vbi agitur
148 de expensis in causis tabularum.An † in criminalibus habeat locum condemnatio expensarum.vide *glo. in proœmio instit.* super verbo *calũmãtium.*& ibi *Bal.*& vide *Ioan.Calderini,*& *Ioan. de Limano,* & alios *Canonistas* in *c.cum dilecti. de*

dolo

Digitized by Google

149 *dolo & cõtu.* De† expenſis denuntiantis, vel inquiſitionem proſequentis, dic per *Gui. Duran. in Spe. tit. de expenſis. §. 1. verſ. Quid ſi index ſuperior.*

350 ¶ Item † nota, quod expenſarum condemnatio poteſt fieri per iudices, quando quis praſtat cautionem. *extr. de eo qui mi. in po. c. cum veniſſent.*

151 *in glo.* Item † nota, quod expenſæ probantur per iuramentum: *de priuil. cum olim.* in *gl. f. &* de

152 *for. compe. c. dilecti. glo. fin.* ¶ Et † ſententia ſuper expenſis lata habet vim diffinitiuæ, & ideo reuocari non poteſt: *ff. de re iu. l. quod ſuſſit*, & quod ibi notat *Dinus.* vnde debet ferri in ſcri-

153 ptis: *C. de priuilegijs ſcholaſ. l. fi. lib.* 12. Sed † an poſsit appellari à condemnatione expenſarum tãtum? Et videtur quod non, quia talis condẽnatio eſt executio primæ ſententiæ. de quo vide latius in *Spe. tit. de expenſis. §. ſi autem ante li-*

154 *tem. verſ. Quid ſi tres.* Sed † quæro, an in cauſa criminali habeat locum condemnatio expenſarũ contra agentem? Reſpondeo, *glo. extra. de dolo. & contu. c. cum dilecti.* dicit quod ſic, ſiue agatur via denuntiationis, accuſationis, & inquiſitionis. Hæc vera, niſi in cauſa inquiſitionis, quando iudex procedit ex officio, propter infamiã præcedentem, ſecundum *Anto. de Butrio.* ad hoc *extra. de offi. delega. c. ab arbitris.* & quod ibi notatur in *vlti. glo.* Sed ſi procederet ſine infamia & calumnioſe agat, locus eſſet condemnationi expenſarum, quia venit vt in reelle, non obſtat quia procedit ex officio, niſi probabilis cauſa eum excuſet. *de ſent. excom. c. quicumque. lib.* 6. vide *Cinum in l. ſancimus. §. de iudi. in* 15. *q.* & adde quæ ſcripſi ſupra *colla.* 8. *cap. Item per tolre vexacions*, ſuper verbo. & vide *Iacob. Butri. in l. qui. crimen. C. qui accu. non poſſunt.* vbi tenet quod veniũt expenſæ contumaciæ. Sed non ratione victoriç.

155 ¶ Quid † ſi actor appellauit pro eo tantũ, quia non fuerunt ſibi adiudicatæ expenſæ? vide *tit. de app. §. in quibus. verſic.* 34. & vide *Ioan. An. de app. c. ſignificante.* ſuper *glo.* 2. ¶ Et qualiter in cau-

156 ſa † appellationis debeant conſiderari expẽſæ quæ fiunt eundo, morando, & redeundo, vide *glo. in cap. magne. extra. de vita & ho. re. in glo. hac tria tempora.* & adde notata per *glo.* & *Gui. in c. in primis.* 2. *q.* 1. & quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. cap. confirmants la conſtitutio.* & in *curia Regis Martini c. Item per tolre vexacions.* & ſupra *colla.* 5. *curia. c. Item pro abbreuiandis.* & ſupra *colla.* 4. *curia Ilerd. c.* 15. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod ſi aliquis propoſuerit*, ſuper verbo *in expenſis.* vide ibi. & in *c.* 17. vbi agitur de expenſis tabularum. Vlti-

157 mo † nota, quod qui probat crimen, non præſumitur calumnioſe accuſaſſe, & ſic ceſſat cauſa pœnæ meritæ, & ideo puniri non debet, ſecundum *Ioan. de Platea. in l. ſeruum. C. de delato. lib.* 10. & ſic faciunt pro his quæ dixi ſupra circa principium, ſcilicet, quod quando conſtat querelam non eſſe calumnioſam, tunc non habet locum diſpoſitio huius conſtitutionis, quæ ſolum vult remouere calumnioſas acculatio-

nes, &c. & ſic ceſſante cauſa ceſſat effectus, *extr. de iureiuran. c. & ſi Chriſtus.* cum ſimilibus. Sequitur in textu, *E volem que en la preſent conſtitucio ſien compreſes les cauſas & negocis are pendents.* adde ſimile infra *ead. c. prozehim & ordenam & ſtatuhim.* in fin. vbi de hoc. & melius vide quæ dixi ſupra *collat. 6. curiæ Cernarii c. Item ne ſuper laudimio.* ſuper verbo *ad præterita & præſentia.* vide & adde infra *ead. c. quas ſiquidem*, ſuper verbo *conſtitutiones. verſic. Sed quando incidant ligare.* & *verſic. Sed nota quod conſtitutio.* & infra *ead. c. hanẽts acor.* & vide *Ioan. de Platea in l. dina memoriæ. C. de decurio. lib.* 10. ibi, *Nota ex fine legis*, &c. Et quia dicit hic de pendentibus, videtur ſecus de præteritis, & finitis: argum. *l. cum lex.* & quæ ibi notantur *ff. de legibus.*

De Algutzirijs. Cap. X.

S V M M A R I V M.

1 *Algutziriy de catero niſi duo curiæ domini Regis, & vnus Primogeniti, vti poſſunt officijs ſuis. & an debeãt eſſe Cathalani, vel de corona Aragonum, traditur nu.* 2. 10. *&* 12. *& declaratur nu.* 8.

3 *Superfluitas vitanda eſt.*

4 *Officialium pluralitas prohibetur.*

5 *Algutziriorum materia. remiſſiue.*

6 *Pluralitas officialium in eodem loco induxit vexationes ſubditorum.*

7 *Libertas populi magna eſt poni non poſſe plures officiales.*

9 *Origo & non domicilium quandoque conſideratur.*

11 *Cathalanus dicitur, qui eſt natus in Cathalonia; item ille qui habitat in Cathalonia.*

13 *Romanus dicitur omnis Romano Imperio ſubiectus.*

14 *Iudices curiæ & algutziry an poſſint facere quidquã ſine ſpecialis commiſſione, ſeu mandato Regis. declaratur ibidem.*

15 *Iudices curiæ per conſtitutionem prohibentur recipere ſalaria.*

16 *Delinquentes quilibet capere poteſt inſequendo ſonum emiſſum.*

17 *Debitor an & quando liceat capi. & an debeat præcedere informatio de fuga debitoris, antequam curia illum capiat nu.* 18.

19 *Fuga an faciat quem haberi pro confeſſo.*

20 *Tenens quem in carcere priuato captũ in caſu non permiſſo incurrit pœnam capitalem.*

21 *Familiaris quot modis dicatur.*

22 *Familiares noſtri dicuntur, qui vt continui commenſales nobis ſeruiunt domi noſtris expenſis.*

23 *Familiares & domeſtici Regis ſunt exempti à foro & iuriſdictione ordinariorum.*

24 *Clericum fugientem vel in crimine repertum capere licitum eſt, ita vt intra viginti horas remittatur ſuo iudici Eccleſiaſtico.*

25 *De familiaribus & domeſticis dñi Regis tam in ciuilibus, quam criminalibus cognoſcere poſſunt iudices curiæ, ſi fuerint in loco, in quo reſideat Regia Audientia.*

26 *Statutum ponens inuentum ludere vel arma portare, requirit apprehenſionem; & non habet locum, ſi aliquis*

quis vlſus ſit ludere vel arma portaſſe.

27 *Actus geſtus per illum, cui eſt interdicta poteſtas à lege, non valet.*

28 *Acta facta contra conſtitutiones non valent.*

29 *Rex an tempore guerræ poſsit tenere algutzirium pro factis guerræ.*

30 *Priuilegia locorum non tolluntur lege noua.*

LA ſuperfluitat dels Algutzirs, &c. Caſus in ſumma breui non poteſt hic commode poni. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam ſequen-
1 tem de algutzirijs, & ne vltra duos vtantur, & vnus etiam Primogeniti in eodem loco poſsit vti. Et poteſt diuidi præſens conſtitutio in partes quinque. Quoniam in prima parte, prohibendo ſuperfluitatem algutziriorum, prouidet quod de cætero non niſi duo algutzirij curiæ domini Regis, & vnus curiæ Primogeniti vti poſsint in locis vbi dictæ curiæ fuerint reſidentes; qui tamẽ algutzirij habent eſſe Cathalani, vel de lo-
2 cis coronę Regiæ. Sed † hodie in Aragonia & Valentia non poſſunt vti Cathalani, ergo nec Aragonenſes nec Valentini debent vti in Cathalonia. Secus de Siculis & Sardis, & forte hodie de Nauarris. Sed ſecus eſt, niſi de Cathalanis, vt expreſſe diſponunt conſtitutiones Cathaloniæ. Verius credo, quod ſufficit quod ſint de terris ſubiectis domino Regi, niſi vbi expreſſe ſit dictũ quod habeant eſſe vere Cathalani, dummodo Cathalani non ſint prohibiti in illis terris, ſicut eſt in Aragonia & Valentia: quod fuit male factum per Regem Alfonſum IIII. quia eſt cõtra vnionem iſtorum triũ Regnorum, ꝙ Cathalani dicto officio vti poſſunt, vſque ad §. *prouehints*. Ibi eſt ſecunda pars, in qua prohibetur ipſis algutzirijs tenere curiam ſine ſpeciali mandato ſuper aliquo particulari negotio facto, vſque ad §. *Exceptada capcio*, ibi eſt tertia pars, in qua excipit captionem perſonarum fragante crimine: & etiam excipit perſonas familiarium & domeſticorum domini Regis & ſui Primogeniti, vſque ibi, *E tots actes*, ibi eſt quarta pars, in qua ſecus acta decernuntur fore nulla, vſque ad §. *ſaluats empero*, ibi eſt quinta pars, in qua ſaluat locorum priuilegia de minori numero algutziriorum vtendo indulta: & hoc ſit pro caſu & ſumma huius capi-
3 tuli. Ex quo † nota ſuperfluitatem fore vitandã, vt hic in prin. & dixi infra *cad. c. ab feria de la preſent*, ſuper verbo *ſien priuats*. & eſt regula Ariſtotelis: *Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora*. Et eſt argum. contra † pluritatem officialiũ,
4 5 ſicut infra *cad. c. contra conſtitucions*. Et de † officio iſtorum Algutziriorum, & ſalarijs ipſorum vide & adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla. 6. curiæ Cernariæ. cap. ordinamus etiam & ſtatuimus, quod algutzirius noſter*, &c. quod etiam confirmatur, & ei pœna additur ſupra *colla. proxi. c. tollent.* vide quæ in eis ſcripſi ſatis late, & infra *cad. cap. mes auant*. Sequitur in text. *per vexacions à tolre*.

6 Nota hic pluritatem † officialiũ in eodem loco ſatis inducere vexationes ſubditorum, vt hic & infra *cad. c. contra conſtitucions*, & melius infra *cad. c. Item per tolre vexacio als ſubdits*, vbi prohibentur commiſſarij. vide ibi, & ſupra *colla. proxi. c. volentes noſtros*. cum ſimilibus. Patet † ergo, quod non poſſe poni plures officiales in loco, ſit magna li-
7 bertas populi, quia per hoc præſeruatur à vexationibus; & ſic facit pro his dictum in dicto *c. cõtra conſtitucions*. Sequitur in textu, *que dacianant*, ſic infra *cad. c. ab feria de la preſent*, & dic vt ibi notatur. Sequitur in tex. *no puxen vſar*. Nota hic fore abdicatam poteſtatem vtendi in contrarium; & ita ſi aliquis vltra hic taxatum numerum attentaret vti tanquam algutzirius, acta per eum non valerent, tam ex defectu poteſtatis, quam quia eſſet actum contra conſtitutionem iſtam: imo forſan impune poſſet ſibi reſiſti, per dictum *c. Item per tolre vexacions*. Sequitur in textu, *ſino dos algutzirs del ſenyor Rey, & de ſon Primogenit en*
8 *la ciutat*, &c. Nota quod † videtur hic quod etiã ſi ſimul, & ſemel dominus Rex cum Primogenito ſuo in eadem ciuitate vel loco reſiderent, algutzirij amborum vti poſſent, non tamen poſſet Primogenitus ibidem audientiam celebrare: vt ſupra *cad. c. ordenam & ſtatuim*. & vide & adde quæ ibi dixi. Sequitur in text. *los quals algutzirs*
9 *hagen eſſer nadius & naturals*, &c. Nota. † hic ſolũ conſiderari originem, & non domicilium. Sic etia eſt de Cãcellario, Vicecancellario, & Regẽte Cancellariam ſupra *cad. c. primeramẽt*. vide ibi, ſecus tamen eſt de ſcriptoribus, ſecretarijs, & locumtenentibus, protonotarijs, infra *cad. cap.*
10 *aquells mateix ſeruans*. Vnde † nota quod quandoque in conſtitutionibus Cathaloniæ ſimpliciter prohibentur non Cathalani, vel ſimpliciter dicitur, ſint vel habeant eſſe Cathalani, vt ſupra *collat. 4. in 1. curia Barcinonæ c. Item ad ſupplicationem*. & *c. Item quod nobilis Infans Petrus*. & *collat. 5. c. Item ad ſupplicationem omnium*. & *collat. 6. curiæ Cernariæ cap. vlterius confirmantes*. & *collat. 9. Regis Ferdinandi cap. confirmants les conſtitucions*. Et tunc ſufficit quod ſint domiciliati in Cathalonia, quia
11 dicitur † Cathalanus qui eſt in Cathalonia natus. Item ille qui eſt habitans in Cathalonia. Sicut Ieſus dicitur Nazarenus, quia fuit nutritus in Nazareth. Sed quando in conſtitutione exprimitur de originarijs, ſiue *nadius & naturals*, vt hic, tunc ſecus; quia verba iſta *nadius, o naturals*, habẽt aliquid operari, quia non ſufficeret quod eſſent domiciliati, vt hic, & infra *cad. c. aquells*. & ſupra *cad. c. primeramẽt*. præalleg. Et ita poſſunt concordari, & intelligi omnes iſtæ conſtitutiones ſimiles, ſuper quibus vidi pluries dubitari. Sed
12 cõſuetudo † approbauit, quod domiciliati tãtũ, qui non erant in Cathalonia nati, fuerunt facti iudices, aſſeſſores, & officiales, ex quo expreſſe de originarijs non cauetur: & credo, quod bene de vi verbi *Cathalani*, quod verificatur tam in originarijs, quam in domiciliatis: vt dixi de Ieſu Nazareno, qui tamẽ origine fuit de Bethleem paleſtinæ, & tamen dicitur Nazarenus, quaſi ſtans

in

in Nazareth. Itẽ dicitur Bethlemitanus, quia natus in Bethleem. Item dicitur Paleſtinus, quia Bethleem eſt de Paleſtina. vide *l. prouinciales. ff. de verb. ſignific.* & *Bart. in l. 1. ff. de in. & cu. da. ab vs.*

13 Item † nota, quod Romanus eſt omnis Romano Imperio ſubiectus, nota *glo. in l. nam cinium. ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt.* Sequitur in tex. *prouenhints quels dits algutzirs.* Hic eſt tertia pars, in qua

14 notabiliter eſt prouiſum quod † algutzirij & iudices curiæ domini Regis, qui vulgariter dicebantur auditores ſiue iudices curiæ, quique ſunt quaſi aſſeſſores iſtorum algutziriorum, non poſſunt hodi tenere curiam, neque facere iudicium, nec aliqua acta ſine expreſſa & ſpeciali commiſſione ſeu mandato domini Regis, ſeu eius Primogeniti, aut Cancellarij, Vicecancellarij, aut Regentis Cancellariam, facta ſiue facto ſuper aliquo negotio particulari, ſubaudi; ergo non poterit eis committi vniuerſitas vel pluralitas cauſarum vel negotiorum, & ideo quaſi fruſtra ſunt hodie iudices curiæ, ſunt enim ſuper particulari negotio ſibi commiſſo delegati vel relatores. Sũt ergo quaſi legati proconſulis, quia legatus nihil habet proprium niſi mandetur ei à proconſule,

15 vt *ff. de offi. proconſul. & le. l. legati.* Et † iſti iudices curiæ ſunt per conſtitutiones prohibiti recipere ſalaria, vt ſupra *colla. 2. curia 2. Barcinone cap. 20. ordinamus etiam quod iudices de curia*, tamen ipſi exigunt auerias, quod eſt peius, & ſæpe etiam pecunias indebitas. Sequitur in text. *Exceptada capcio de perſonas en bregas, e crim fragant.* Hic eſt quarta pars, in qua excipitur captio perſonarũ repertarum in bricis & crimine fragrante; & eſt ſimile ſupra *colla. proxi. c. als procuradors fiſcals.* vide & adde quæ ſcripſi ſuper verbo *mas fragrant lo maleficx.* Et nil mirum ſi caſus iſte excipitur;

16 quia † in tali caſu, præſertim ſono emiſſo, quilibet poteſt capere delinquentes, vt dixi in dicto *c. als procuradors fiſcals*, vbi etiam cauetur de illis, de quorum fuga timetur. vide quæ ibi ſcripſi, & adde ſupra *colla. 9. curia Monriſſoni c. ordinary.* in verbo *ſeu delinquendo.* & in *Summa regalia*

17 *ſoni q. 21.* Sed † an & quando liceat capere debitorem. vide per *Bar. ff. quæ in frau. credi. l. quia*

18 *debitor. §. ſi debitorem.* Et † an debeat præcedere informatio de fuga antequam curia capiat, vide *Bal. in l. quod euitandum. C. de condi. ob. tur. cauſam.* & per *Archi.* & *Ioan. An. extra. de ſent. excom. c. clericos. lib. 6.* & adde quæ notantur per *Angelum in l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ff. qui ſatis cog.* Item adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. c. als procurallors fiſcals.* circa

19 finem. Quando † autem fuga faciat haberi pro confeſſo, vide *Ioan. de Platea in l. locorum domini. C. de omni agro deſerto. lib. 11.* & infra *colla. proxi. cap.*

20 *Item commemorants.* Item † nota, quod tenens aliquem captum in carcere priuato in caſu nõ permiſſo incurrit pœnam capitalem: vt *C. de car. prina. l. 1.* & *C. de coarta. l. omnes.* & ibi notat *Ioan. de Platea.* Sequitur in tex. *è exceptades encara les perſonars, familiars, & domeſtichs*, &c. Quot modis ſu-

21 matur familiaris, notat *Bal. in l. 1. C. de Epiſc. &*

22 *cleri.* & ibi vide de effectu familiaritatis. Et † dicuntur familiares noſtri, qui nobis expenſis noſtris ſeruiunt in domo continui cõmenſales. de quo *extra. de verb. ſigni. c. ſicut. lib. 6.* & ibi vide per

23 *Canoniſtas.* Et † nota, quod iſti familiares & domeſtici domini Regis ſunt omnino exempti à foro & iuriſdictione ordinariorum, niſi in caſibus contentis in præalleg. *c. ordinarij.* Item nota, quod quidam dicunt, quod hic ſit exceptio exceptionis, quaſi dicat, licet aliæ perſonæ non debeant per algutzirios & iudices curiæ capi ſine mandato, niſi fragrante crimine, tamen excipiuntur familiares & domeſtici, vt ibi capi poſſint, etiã non fragrante crimine & ſine mandato; ſed tunc videretur deterior conditio familiarium & domeſticorum, contra *c. ordinary.* præalleg. & corrigetur in his *c. als procuradors fiſcals*, quod loquitur indiſtincte. Tu dic, quod hic eſt exceptio à *§. prouehints q̃ los dits*, quaſi dicat, licet algutzirij & iudices curiæ non poſſint iudicare, nec tenere iudicium nec curiam, ſine expreſſo mandato, hoc tamen fallit de perſonis familiarium, & domeſticorum domus domini Regis, quia algutzirij & iudices curiæ ſunt ordinarij familiarium & domeſticorum, de quibus dixi in præalleg. *c. ordinary*, & ideo notãter dicit littera, *è exceptades*, quaſi dicat, quod ſicut excipiuntur perſonæ omnium fragrante crimine quoad captionem delinquentium, non ſpectato alio mandato; ſic excipiuntur etiam perſonę familiarium & domeſticorum, vt ſine mandato per ipſos algutzirios capi & iudicari poſſint à iudicibus curiæ: non tamen intelligas, vt capi poſſint aliter quam alij; quia non debent capi, niſi iuxta formam *c. als procuradors fiſcals*, ſcilicet præhabita requiſitione cum ſcriptura aduocati fiſcalis, vel crimine fragrante; aut vbi de fuga timetur: in nullo tamen caſu requiritur aliud mandatum; quia ordinarij ſunt eorũ,

24 vt dixi. Item † nota, quod licitum eſt capere clericum debitorem fugientem, vel in crimine repertum; ita vt infra viginti horas remittatur iudici Eccleſiaſtico: quod dic vt latius notatur per *Ioan. de Platea in l. vnica. C. nullis licere in franis*, &c. *lib. 11.* Sed quid eſt hoc quod dixit, *les perſones dels familiars*, &c. quia videtur ſecus ergo de

25 bonis. Dic † contra, quia & in ciuili & criminali poſſunt algutzirij & iudices curiæ cognoſcere de cauſis familiarium & domeſticorum domini Regis, quando ſunt in loco vbi reſidet audiencia, & idem eſt de curialibus Primogeniti, vt hic vides. adde tamen quæ leguntur & notantur in

26 ſæpe dicto *c. ordinarij.* Sed † pone, ſtatutum punit inuentum ludere, vel arma portare, dicit *Ioan. de Platea in l. vnica. C. de theſauris. lib. 10.* quod illud habet locum, ſi aliquis eſt viſus ludere, vel arma portaſſe, ſed requiritur apprehenſio, per *l. ſi Barſatoram de fideiuſſ.* & ibi *Bar.* Sequitur in text. *E tots actes fets*, &c. Nota hic caſum pro his

27 quę dixi ſupra *cad.* in verbo *no puxen*: quia † actus

geſtus

geſtus per eum cui eſt interdicta poteſtas à lege, non valet: quia omnes res geſtas faciũt duo, velle, & poteſtas, ſi coniungantur; diuerſa nil operantur: *extra. de offic. dele. c. cum ſuper Abbatia*. Ita
28 nota, † quod acta contra conſtitutiones non valent, vt hic. & *C. de legi. l. non dubium.* cum ſimil. & dixi ſupra *ead. c. primerament.* ſuper verbo, *è no a altres. colla. proxi. c. confirmants la conſtitutio.* ſuper verbo, *E tollents lo abus.* & in alleg. *c. als procuradors fiſcals.* ſuper verbo, *E ſi lo contrari.* cum ſimil.
29 Sed † nunquid dominus Rex tempore guerræ poterit tenere alium algutziriũ pro factis guerræ? Vidi in conſilio Regio apud Barcinonam concludi, quod ſic, quia hæc conſtitutio vel priuilegium ſub verbis generalibus non comprehẽdit regalias guerræ, vel alias. Dicebatur tamen, quod nominaretur algutzirius guerræ, & non ſimpliciter algutzirius; nec ſecum duceret ſagiones. Sequitur in text. *ſaluats empero los priuilegis*. Nota quia hoc eſt ad cautelam, quia lege
30 noua † non tolluntur priu. legia locorum vel ſingularium: vt *extra. de conſti. c. 1. lib. 6.* & dixi ſupra *colla. 6. curiæ Monteſſoni c. pro inſtrumentis ſponſa-tiorum.* in fin. ſuper verbo, *vel eſt minus recipi cõſuetum.* Et quod hic ſubijcitur, *de menor nombre*, etiam fuit adiectum ad ſuperabundantem cautelam, quia cum hæc conſtitutio venerit ad tollendum ſuperfluitatem, & moderandum, ac diminuendum numerum algutziriorum: vnde non debet operari augmentum, nec contrarium effectũ: vt ſupra *colla. 6. curiæ Monteſſoni c. pro teſtamentis.* in fin. & *extra. de verb. ſignifi. c. tranſmiſſa.* vide & adde quæ ibi dixi, cum ſuis concordan. Vltimo nota ex *cap. ordinarij.* ſupra allegato, quod officiales, conſiliarij, & domeſtici domini Regis, & ſui Primogeniti ſunt exempti, niſi in caſibus cõtentis in dicto *c. ordinarij.* vide quæ ibi dixi. vide ſupra pragmaticam Primogeniti Ioannis Ducis Calabriæ, & Locumtenentis domini Regis Renati.

De modo ſoluendi quitationes ſuper iure ſigilli. Capitulum XI.

SVMMARIVM.

1 *Regens Cancellariam non habet quitationem ordinariam.*
2 *Officium Regentis Cancellariam non eſt ordinarium.*
3 *Quitationes debent ſolui pro rata ſalariorum protonotario, eius locumtenenti, ſcribis mandati, & alijs officialibus domus Regiæ. & quid ſi alijs ſoluantur, an poſſint repeti. num. 8. & declaratur num. 33. 35. & 36.*
4 *Abuſitus eſt obuiandum.*
5 *Quis domum ſuam prius corrigere & emendare debet.*
6 *Ius ſigilli fuit introductum pro ſoluendo ſalaria ſcriptorum curiæ domini Regis.*
7 *Ratio reſtringit dictum.*
9 *Soluens illi, qui eſt in poſſeſſione, licet non ſit dominus vel procurator, liberatur.*
10 *Soluere vbi aliquis debet, non ſufficit offerre.*
11 *Soluens in dubio an præſumatur ſoluiſſe in duriorem cauſam, remiſſiue.*
12 *Soluitum quando intelligatur remiſſiue.*
13 *Soluendo quis dicatur. remiſsiue.*
14 *Soluere dicitur delegans.*
15 *Soluere & ſatisfacere ſunt paria.*
16 *Soluens quis creditori creditoris an liberetur. remiſſiue. & nn. 17. diſtinguendo traditur.*
18 *Soluens mandato iudicis liberatur.*
19 *Soluens electo non confirmato non liberatur.*
20 *Solutioni locus attenditur.*
21 *Soluendo quilibet præſumitur.*
22 *Non ſoluendo hodie antea non ſoluendo præſumitur.*
23 *Dominium non probatur per ſolutionem cenſus.*
24 *Succeſſio an habeat vim ſolutionis.*
25 *Moneta mutata an ſolutio debeat fieri ſecundum antiquam vel nouam.*
26 *Soluere promittens cum iuramento, ſi non poſſit ſoluere, an incurrat periurium.*
27 *Talliam ſi non ſoluit vnus de populo, an accreſcat onus ſolutionis cæteris.*
28 *Soluens ante diem an liberetur.*
29 *Hæretico vel excommunicato an ſit ſoluendum; quod eis debetur certa die cum pœna vel iramento.*
30 *Obligatio ſoluitur ſolutione eius, quod debetur.*
31 *Debita paterna, vel eius, cui quis ſucceſſit; quibus ex cauſis, & in quantum ſint ſoluenda.*
32 *Protonotarij officium in quibus conſiſtat.*
34 *Quitationes debent ſolui inter tripartitas anni ſolutiones.*
37 *Protonotarius non habet iuriſdictionem nec diſtrictum in familiares domini Regis; licet de facto poſſit eos priuare exercitio officij & quitatione.*
38 *Protonotarius & ſcriptores domini Regis debent præſtare iuramentum, antequam vtantur officio. declaratur nu. 39.*
40 *Conſtitutiones iuratæ ſunt ſeruandæ in forma ſpecifica.*
41 *Inſſus iniuſtus ſuperioris non excuſat.*
42 *Superioris auctoritas in omni iuramento cenſetur excepta.*
43 *Diſpenſari vt non poſſit, aliqui referuntur caſus.*
44 *Scriptores domini Regis debent eſſe Cathalani, & naturales.*

AL abus dels ſcriuans de la Cort del ſenyor Rey, &c. Hæc conſtitutio non poteſt ſub breuibus ſummari. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam ſequentem, *De modo ſoluendi quitationes ſuper iure ſigilli curiæ domini Regis aſſignatas.* Et diuiditur in partes quinq. In prima parte ponitur forma ſoluẽdi quitationes ex iure dicti ſigilli: quia primo debẽt ſolui Cancellario, Vicecancellario, & & Protonotario, decima & tres mille ſolidi dicto Vicecancellario aſsignati ſuper dicto iure.
1 Nota hic quod † Regens Cancellariam, non habet quitationem ordinariam: quod eſt verum, niſi quando regit abſente Vicecancellario, quia
2 officium † Regentis Cancellariam, non eſt officium ordinarium, niſi in ſubſidium, iuxta *c. Regis Martini.* ſupra *collat. 7. c. Item com ſenyor ſegons la ordinacio.* vide quæ ibi ſcripſi. Secundo † debent
3 quitari,

Digitized by Google

quitati & ſolui computando pro rata ſalariorũ aſſignatorũ ipſis ſcriptoribus, locumtenentibus, protonotarijs, & tenenti claues archiui, ſcriptorũ ſigillatoribus, virgarijs audientiæ, curſorib⁹ ſiue *correus* ſcribaniæ, donec ſatisfactũ fuerit omnibus ſuperius nominatis in eorũ quitationibus, veſtitu & gratia, ſecundũ gradus iplorũ. In ſecũda parte, ibi, *Empero q̃ lo dit protonotari*, ponitur ordo in ſoluẽdo gratis, ſcilicet, vt primo ſoluãtur quitationes ordinarię omnib⁹, antequã alicui gratia ſoluatur. In tertia parte, ibi. *Ajuſtãt que lo ſcriua*, punitur ſcriptor, qui vltra debitũ receperit, quia taliter indebite receptũ cũ dupla reſtituere tenetur, & priuatur exceptione ſui officij, & quitatione per vnã ſeptimanã. In quarta parte, ibi, *Los quals protonotaris*, &c. aſtringit protonotariũ, eius locũtenentẽ, ſiue Regentẽ & ſecretarios ad præſtandũ iuramentũ, & homagiũ de ſeruando ad litteram conſtitutionem præſentẽ. In quinta parte & vltima, ibi, *Axs que per ells*, &c. prouidetur, nec etiam per interpoſitam perſonam poſſit inde attentari contrarium, etiam ſi dominus Rex id mandaret, & hoc ſit pro caſu,
4 & ſummario huius conſtitutionis. ¶ Ex † principio nota, abuſibus debere obuiari, vt hic & infra *ead. cap. tollents lo abus.* & ſupra *collat. proxi. cap. confirmants la conſtitutio.* §. *é tollents loabus.* vide & adde quę ibi dixi. & quę notãt *Doc.* in vſat.
5 *Vnaquaq.* §. *Mos*, ¶ Itẽ † nota. q̃ quis primo debet corrigere, & reformare domũ ipã, quia littera dicit, *de la Cort del ſenyor Rey*, pro hoc ſupra *ead. c. proxi.* & infra *ead. c. als poſſaders.* & *c. ab ſeria.* & *cap. mes auant.* cũ ſimilib. Sequitur in tex. *principalmẽt per quitar los dits ſerinans impoſat.* Nota hic cauſam
6 quare † fuit introductũ ius ſigilli curiæ dñi Regis: quia pro ſoluẽdo quitationes, ideſt, ſalaria ſcriptorũ curiæ dñi Regis, & ratio fuit bona, ſed audio quod non bene ſeruatur, & ideo ſcriptores ipſi non verentur extorquere contra formam huius conſtit. & ſupra *collat. proxi. c. Als ſerinans de la noſtra Cort*, vide quæ ibi dixi. Regulariter tamen pro iure ſigilli, niſi pro cera ſaltẽ non deberet aliquid ſoluit: arg. *extra. de ſimo. c.* 1. quia malũ exemplũ eſt, q̃ in curia Principis pecunia extorqueatur pro iuſtitia exhibenda; niſi ſolũ pro iuſtis laboribus miniſtrorũ, & moderate: vt dixi ſupra *collat. proxi. c. è los aduocats*, ſuper verbo, *per llur ſalars e treball.* Nota †
7 vlterius, q̃ ratio reſtringit dictum. Sed tamẽ vbi verba ſtatuti ſunt clara & ſpecifica; tunc attẽditur magis diſpoſitio quã ratio. Sed vbi ſunt dubia vel indefinita, ſeu generalia, ſecus: quod dic latius per *Ioan. de Imola in Clem. cũ rationi non cognat. tit. de electione.* Sequitur in text. *agen & ſien tenguts primerament conuertir lo dit dret en pagar*, &c. Nota hic duo: primo ordinem ſoluẽdi, ſecundo neceſſitatẽ ſoluendi hic nominata, iuxta ordinem in hac conſtitutione contentum.
8 ¶ Sed † quid ſi aliter vel alijs ſoluerit, quã hic fuerit ſtatutũ? Reſpondeo, poterit repeti tanquam indebite ſolutum, etiam ſi ſcienter ſoluerit; quia non dant de ſuo, ſed de alieno; quia recipientes indebitum huiuſmodi ſolutum tenebuntur reſtituere. Et etiam ſi fuerit ſcriptor indebitum recipiens punitur in reſtitutione dupli, & priuatione exercitij officij, & quitationis vnius ſeptimanę: vt infra *ead. §. ajuſtant.* Imo etiam non releuabitur ſoluens taliter indebitum, quinimo de ſuo tenebitur iterum ſoluere cui debuit: vt *ff. de condi. inde. l. ſi verbum.* & *extra. de iureiurand. c.*
9 *ea te*, vide ibi in *gloſ.* ¶ Et nota, † quod ſoluens illi qui eſt in poſſeſſione, licet non ſit dominus, vel procurator; liberatur *extra. de elec. c. querelam.* in *gloſ.* vide & adde notata per *Innoc. in c. in litte-*
10 *ris. extra. de reſti. ſpolia.* Et † cum aliquis habet ſoluere, non ſufficit offerre, vide *Ioan. An. de reſti. in integrum. cap. conſtitutus.* Et qui ſoluit non vero Prælato, non liberatur: ſed ſi ipſe ſoluit, liberat Eccleſiam: *ff. de ſolu. l. ſoluere.* v. de *Ioan. An. de elec. qualiter.* in fi. Sed an ille qui eſt obligatus ex plu-
11 ribus cauſis, ſi ſoluit certam partem debiti, præſumatur ſoluiſſe in duriorem cauſam, nota *Ioan. An. extra. de teſta. c. in officijs*, ſuper verbo *primo loco.* dic per *Bar. ff. de ſolu. l. cum ex pluribus.* Quãdo au-
12 tẽ † intelligitur ſolutum, vide *ff. de pig. act. ſolutum.* in prin. & *inſti. de obliga. qua ex quaſi delic.* §.
13 *fullon.* ibi vide † quis dicatur ſoluendo, & quis dicatur ſoluere ſolidũ: *ff. de fide ſoc. l. inter eos.* § *ere-*
14 *ditor.* Item † ſoluere dicitur, qui debitorem delegat: *ff. ad Vell. l. quamuis.* §. *interdum.* Et ſoluere, &
15 ſatisfacere † ſunt paria: *C. de ſolut. l. ſatisfactio.* &
16 *de verb. ſignif. l. ſolutionem.* Sed † an ſoluens debitor creditori creditoris liberetur: *ff. de pig. act. l. ſolutum.* & *de dolo. exceptione. l. tempus.* Cum quæritur
17 an † ſi ego debitor ſoluam creditori creditoris mei, ſim liberatus, ſic diſtingue. Aut ſoluo creditori creditoris mei, eo volente, & tunc liberor: vt *ff. de ſolut. l. ſolutam.* & *de pig. act. l. ſolutam.* §. *ſolutam*. Si autem ſoluo creditore meo inuito, tunc non liberor ipſo iure, ſed ope exceptionis. vt *C. de ſolu. l. inuito.* & *ff. de legatis 1. l. ſi ſeruus legatus.* §. 1. Si autem eo ignorante, & tunc non liberor ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſic intelligitur *ff. de except. dolo. l. ſi opera.* in fin. & quod ibi notatur & *ff. de negot. geſt. l. ſi liber.* in fin. ſecun-
18 dum *Old.* Sed † quid ſi ſoluo mandato iudicis, tunc liberor, cui habeam parere neceſſe: quia iuſſus iudicis excuſat. de quo dic vt notat *Bal. in l. falſus. C. de fur.* & *Dynus in l. Paulo.* §. *fin. ff. de legatis tertio.* & *Bar. in l. creditor. ff. de ſolut.*
19 ¶ Item nota, † quod ſoluens electo non confirmato non liberatur, ſecus ſi Eccleſiæ. *de elect. cap.*
20 *cum inter. in gloſ.* ¶ Et locus † ſolutionis attenditur: *ff. de ac. & ob. l. contra veſſe.* & *ff. de eo quod*
21 *certo loco. l. 2.* ¶ Quilibet † præſumitur ſoluendo, & qui dicit contra, probet: *ff. qui ſatis cog. l. 1.* §. 1. & *de priuil. credi. l. ſi creditores.* in fin. & *C.*
22 *de probat. l. actor.* Et qui † nunc non eſt ſoluendo præſumitur ante non fuiſſe: *ff. de probat. l. non eſt neceſſe.* & *de magiſtra. conue. l. 1.* §. *probatio. C. de pro-*
23 *bat. l. ex perſona.* ¶ Item † nota, quod per ſolutio-

nem cenſus non probatur dominus ille,cui ſolu-
24 tus eſt:*extr.de reſti.ſpo.c.olim*. An † ſucceſsio habeat vim ſolutionis:*ff.de fideinff.l.ſi debitori*.Immo ſoluit quis ſibi ipſi:*ff.de neg.geſt.l.debitor*. & *de admi.ta.l.quotiens.§.ſicut*. ¶Quid ſi mutetur moneta,
25 vtrum † debeat fieri ſolutio ſecundum antiquã, vel ſecundum nouam:vide in *l.creditor.ff.de ſolut.*
26 & plene per *Pau.in Cle.1.de decimis*. ¶ Sed †quæro,quis promiſit ſoluere cum iuramento, &,modo nõ poteſt ſoluere,an incurrat periurium? De hoc dic per *Innoc.de accu.c.ſuper his*.& *de pig.c.ſignificante*,& *de ſolut.c.Odoardus*.& *de ſent.excom.c. ea noſcitur*. adde quæ ſcripſi in materia ceſsionis bonorum ſupra *coll.4.in 3.curia Barcin.c.21.Item*
27 *ordinamus quod omnis homo*. ¶ Sed † quid ſi vnus de populo non ſoluit talliam,an accreſcat onus ſolutionis cæteris?Reſpondeo, aut eſt onus perſonale iniunctũ ſimpliciter,puta quod tres mittãtur de communi ad exercitũ,tunc alijs accreſcit: *ff.de mu.& ho.l.bonor.§.ſi*.Si autem ſingulis imponitur onus perſonale,tunc vnius impoſsibilitas non accreſcit alijs;vt *C.de decurio. l. vacuatis. lib. 12*.& in *Specu.tit.de cenſibus.§.nunc videndum.verſ. Quid ſit vniuerſitas*.Si vero onus eſt mixtum,& imponitur vniuerſitati,tunc alijs accreſcit: vt *l. ab*
28 *omnibus.ff.de legatis primo*. ¶ Et an † liberetur qui ante diem ſoluit,vide *glo*.& *Gui.in c.ſolent de coſ.*
29 *diſt*. 1. Item † an debeat ſolui hæretico vel excommunicato,quod ſibi debetur ſub pœna vel iuramento certa die,vide *15.q.6.c.nos ſanctorum*. &
30 *de hæreti.c.vlti*. ¶ Vlterius† nota,quod ſolutione eius quod debetur ſoluitur omnis obligatio
31 *inſtr.qui.mo.toll.ob*.in prin.Et qui,& † ex quibus cauſis,& in quantum teneatur ſoluere debita patris,vel eius cui ſucceſsit, vide *extra.de ſolu.c.1*. & 2.per *Doct*.Sequitur in text.*la decima a Canceller & Vicecanceller*.de officijs iſtorum, vide quæ dixi ſupra *ead.c.primerament*,& in remiſsionibus, quas ibi dedi. Sequitur in text. *è quitarſe mateix*,
32 ſcilicet,protonotarius, cuius † eſt officium, & onus regendi ſcribaniam,tenendi ſigillum, recipiendi,tenendi, & diſtribuendi pecunias prouenientes ex iure dicti ſigilli. Et ſic habes hic caſum,in quo quis ſoluit ſibi ipſi:ſic *ff.de nego.geſt.l. debitor*,vt dixi ſupra.Sequitur in tex. *la quitacio, veſtit, & gratia*, quæ quantitas detur vnicuique
33 prædictorum † pro quitatione,& pro veſtitu,& quantum pro gratia,recurre ad ſcribam rationis, & curę domus Regiæ,qui tenet computũ,& habet ordinationem totius Regiæ domus:quia mihi modo non occurrit,nec multum expedit, niſi ipſis qui habent quitationes recipere vel ſoluere.Sequitur in tex. *ſegons lur gran*,quaſi dicat,nõ omnes eandem recipiunt quantitatem,quia vt dixit *Auguſtinus* in regula:*Diuiditur inter omnes, ſed non æqualiter omnibus. quia non æqualiter valetis omnes:& is gradus cæteros antecellat*,&c. vt *C. de offic. magiſtri officiorum.l.nemo*.& *63.diſt. c. miramur*. Et ex hoc iuncto quod ſtatim ſubijcitur ibi,*compertimus a caſcun ſegons mes & menys*, &c. habes quod ſolutio iſta debet fieri pro ſolido & libra, computando pro rata quantitatis quitationis taxa-
34 tæ cuilibet.Et nota, quod † quitationes huiuſmodi ſoluuntur inter tripertitas anni ſolutiones;quia de quatuor in quatuor menſes ſoluitur vna tertia pars totius quitationis annalis cuilibet:vt infra ſequitur,ibi,*en caſcuna terça a ſon & a lliura, ſegons la quitacio*. Sequitur in text. *empero que lo dit Protonotari*, &c. Nota hic iuſtũ & æquũ, vt primo integre ſoluantur cuilibet quitationes ordinariæ quã gratia poſsit ſolui protonotario, vel alteri:quia gratia non eſt alicui danda cũ iactura vlterius,vt in *c.locupletari.extra.de regu.iur. lib.6*.Sequitur in tex. *Ajuſtas quel ſcrina qui demanara,o pendra*,dic *o* pro *et*,& verius pro *ideſt*, quia alias pœna reſtitutionis cum dupla,quæ hic imponitur,non poſſet habere locum, ad hoc ſupra *coll.proxi.c.penſants*, ſuper verbo *ſots pena de la doble*.Sequitur in tex.*alguna coſa*,ſubaudi prætextu ſeu occaſione quitationis veſtitus,vel gratiæ:vel forte intelligitur de quacumque re,quam recipere ratione officij ſui,puta quia recipit quod nõ eſt ſibi taxatum per conſtitutiones:& hoc ſubijcitur,ibi,*qui no li ſia deguda per conſtitucions*,&c.nã (vt dixi) pro iuſtitia miniſtranda non debet aliquid exigi quod non ſit à iure expreſſe conceſſum.Vnde quidquid recipiũt iſti ſcribæ & quicumq. iudices vel alij officiales & miniſtri iuſtitiæ pro miniſtrando eorũ officio,eſt illicitũ, niſi probetur à iure,vel alias ſit legitime cõceſſum,taxatum, vel permiſſum. de hoc dixi latius ſupra *coll.proxi.c.los ſalaris*.ſuper verbo,*de drei*.& ſuper verbo *conſuetut*.Sequitur in tex. *per caſcuna vegada que ſara lo contrari*, ſuper hoc vide quæ ſcripſi ſupra *coll.proxi.c.volentes noſtros*.in fi. ſuper verbo *vice qualibet*.Sequitur in tex.*per lo dit Protonotari, Llochtinent*,&c. *ſia priuat per vna ſemmana*, &c. die
35 quod † in hoc non requiritur ſententia priuationis,ſed mera executio,quæ eſt commiſſa Protonotario, & eius Locũtenenti ſeu Regenti auctoritate huius cõſtitutionis: nec credo ꝙ de his debeat ſuſtineri lis aliqua: debet tamẽ de plano audiri defenſio eius qui dixerit ſe nõ cõtrafeciſſe, vel alias iure feciſſe,niſi de cõtrario cõſtet eui dẽter:ita ꝙ nulla poſsit tergiuerſatione celari vel negari.Sequitur in tex.*è ſia tẽgut reſtituyr lo q̃ pres aura ab la dobla*. ad hoc tamẽ non cõpelletur per Protonotarium,ſed forte per alguzirium,vt ſupra *c.proxi*.& ibi nota.Sequitur in text. *E ſia tenu-*
36 *gut reſtituyr*, &c.Sed † quæro, per quem ad hoc compelletur? Reſpondeo quod non per Protonotariũ,quia ipſe eſt in hoc pars;quia habet recipere illud reſtituendũ cum dupla:& nemo eſt iudex in cauſa propria vel quaſi propria: vt *C.ne*
37 *quis in ſua cauſa*,&c. Item † quia Protonotarius non habet iuriſdictionẽ neque diſtrictum in familiares, licet de facto poſsit eos priuare exercitio officij & quitatione,vt dictum eſt, quia illa priuatio eſt potius quædam executio facti, quæ exiſtit in denegatione quitationis. Sed in

reſti-

Digitized by Google

restitutione plus debito recepti cum dupla, est necessaria executio & coertio per captionē bonorū,& forte etiā persoñ,cū sit ex delicto:iuxta notata supra *coll.6. curiæ Cernariæ c. ad reprimendū.§. & nihilominus.* Sequitur in tex.§. *los quals Protonotari, Llochtinent, Regent,é Secretaris, sien tenguts prestar sagrament & homenatge are de present, è apres cascun en lo principi de son offici.* Nota hic,quod præ
38 statio huius iuramenti debet fieri antequam vtā tur officio:vnde si, non præstitis ipsis iuramento & homagio,vti præsumpserint officio,debēt puniri tanquam priuati tali officio vti præsumentes:vt supra *collat. 3. curiæ 3. Barcinonæ c. 16. Item ordinamus super capitulis curiarum.* vide ibi. Et etiā gesta per tales erunt ipso iure nulla,vt supra *cap. proxi.* & ibi dixi, & dedi concor. & remissiones. Sequitur in text. *de seruar'lu present constitutio a la lletra*. Hic ergo habes formam iuramenti & homagij præstandorum: quia virtute iuramenti & homagij promittent se seruare præsentem consti
39 tutionem ad litterā. Et † credo, quod vltra hoc iurabunt se bene,fideliter & legaliter habituros in eorum officijs, sicuti communiter iurant omnes officiales in principio regiminis,vt *extra. de sureturan.c.venientes.* & in *auth.de iudici.§.quia vero.collat.6.* & *C.de iudi.l.rem non nouam.* & *3.q.7.c. iudicet.* & in prælleg. *c.Item ordinamus super capitulis curiarum.* & supra *collat.3.c.3. Item statuimus & ordinamus, quod officialis quando intrabit officium, quisq. iuret*,&c. vide ibi. Et ad id quod dicit, *a la lletra*, vide & adde quæ dixi supra *eod. c. volentes.* super verbo *plenament a la lletra.* quasi dicat,quod seruentur promissa & contenta in constitutione, prout littera dicit,*non obstantibus quibuscūs.* & hoc sequitur hic in littera,dum dicit,*axi que per ells,o per interposades persones no puxa esser fet lo contrari, encara que per lo senyor Rey los fos manat en alguna manera.* adde supra *colla.proxi.c.per tal q̄ les leys.* vide ibi in verbo *segons llur serie è tenor.* Et nota quod ista verba *axi que*,&c. sunt vera *glos.* illorum verborum.*a la lletra*,quoniam istæ constitutiones iu
40 ratę,† sicut omne iuramentum habent seruari in forma specifica ad rectam mentem, & non debēt cauillari; nec fraudes fieri etiam per interpositā personam.Nec excusaret præceptum Principis, quod non valeret contra constitutiones,quas ip-
41 se Rex etiam iurauit,& iussum† superioris iniustum non excusat:vt dixi supra *colla.proxi. c. volentes.* super verbo, *nec procedi*. Vlterius *patiatur.* adde quæ leguntur & notantur supra *collat. 8. c. Item senyor quels Cancellers.* §. *E que en tal spetxa-*
42 *ment.* & quod dicitur quod† auctoritas superioris in omni iuramēto intelligitur excepta, vt in prælleg.*c.venientes*, non habet locū quando ipse superior in illo non potest dispensare,sed tenetur ipse superior illud idem cum simili iuramēto tenere & obseruare.Et faciunt hæc ad ea quę dixi de dispensatione supra *eod. c. primerament* super verbo *ab veritat & sens dispensāsse.* & supra *colla.proxi.c.per tal que mal.* super verbo *per algun*, & super verbo *dispensat.* vide & adde quæ ibi dixi,& in remissionibus ibi datis. Et ita nota hic
43 vnū † casum,in quo non potest dispensari.alios vide supra *coll.6.curiæ Montissoni c.qui verba nefandissima*, super verbo *sine spe veniæ.* cum suis cōcor.
44 Et dicti † scriptores habent esse naturales huius patriæ ac domiciliati, vt infra *c. proxi.* vide ibi.& in *c.tollentes lo abus.* quæ cap. sunt satis continuatiua huic, quia in omnibus his tribus capitulis prouidetur ad tollendos abusus scriptorū curiarum domini Regis, & sui Primogeniti ac Gubernatorum Cathaloniæ.

Quod in causis Cathalanorum scriptores sint Cathalani. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores in causis Cathalanorum debent esse Cathalani.& limitatur ibidem & num.17.ratio traditur num.2.amplia tam in causis ciuilibus quam criminalibus num. 4. & tam agendo, quam defendendo num.5. & quid si litigetur de re sita in Regno Aragoniæ vel Valentiæ nu.6.& quid si vnus Cathalanus litigat cum Aragonēse nu.7.& quid si aduersarius Cathalani habeat simile priuilegium ex foro sui Regni num.8.*
3 *Curia Primogeniti & curia Principis pro vna reputantur.*
9 *Vicecancellarius tenet iudicium in personam domini Regis.*
10 *De Rege quod dicitur, dictū etiā censetur de Regina.*
11 *Cathalanus dicitur quasi natus in Cathalonia.*
13 *Scriptores esse Cathalanos in causis Cathalanorum est de forma & substantia legis.*
13 *Factum contra legem non valet, quamuis lex imponat pœnam.declaratur nu.14.*
15 L.doli clausula.ff.de verb.oblig.*declaratur.*
16 Tex.in l.sanctio legum.ff.de pœnis.*expenditur.*
18 *Salarium non debetur solui scriptoribus pro litteris,mādatis & expeditionibus sententiarum,nisi tantum sua sigilli.*

Quells mateix scriuans, secretaris, &c. Casus.

1 A Non possunt † coram domino Rege, Primogenito,eorumque audiētijs acta conficere,nec litigiorū processus actitare aliquatenus inter Cathalanos & causas Cathalanorū tāgentes, nisi fuerint Scriptores,Secretarij,Locūtenentes, & Regentes officiū Protonotarij oriundi.& populati in Principatu Cathaloniæ. Secus acta sunt ipso iure nulla tā in ciuili,quā in criminali,mādatis, litteris,chartis,prouisionib⁹,&sentētijs dūtaxat exceptis, quas & quæ possunt alij scriptores de alijs Regnis & terris dñi Regis actitare seu cōficere,licet nō fuerint Cathalani. Hoc dicit. Et diuiditur in tres partes.Quoniā in prima declāratur,& prouidetur circa notarios & scriptores causarū & inquisitionū quæ in curijs dominorū Regis & Primogeniti ducūtur & actitabūtur,tā gē⁹ Cathalanos,debere esse originarios & domiciliatos Principat⁹ Cathaloniæ. In secūda parte sec⁹ acta decernūtur esse nulla. In tertia parte ponitur exceptio de mādatis,litteris,chartis,prouisionibus,

ſionibus & ſententijs. Secunda, ibi, *E ſi lo contrari*. Tertia, ibi, *Exceptats manaments*. ¶ Pro declaratione huiuſmodi euidentiori quæro, quæ † fuit vtilitas & ratio cõſtituendi, quod prędicti ſcriptores ſint Cathalani origine, & domicilio? Reſpõdeo, cauſa vtilitatis, & ratio conſtituendi ſatis patet: quia Cathalani magis ſcire præſumuntur cõſuetudines Cathalanorũ: & ne actorũ & inquiſitionũ originaria extrahãtur â Principatu: vt infra *c. proxi.* & ꝙ. verius eſt: quia hoc idẽ è conuerſo conſtitueruñt Aragonẽſes in Aragonia, & Valentini in Regno Valentiæ per foros eorum: vt hinc inde æqualitas obſeruetur, licet non omniũ quæ conſtituũtur, ratio reddi poteſt: *ff. de legi. l. nõ omniũ*. Sed tamen vtile hoc fuit, ne forſan in curia omnes ſcriptores, & alij curiales poſſent eſſe alienigenæ, & valde intereſt Reipublicæ huius Principatus plures habere curiales & officiarios Cathalanos in curia Principis, & etiã in curia eius Primogeniti; quæ † pro eadẽ quaſi reputatur. Sequitur in tex. ibi, *quant al exercici*, & c. quaſi dicat ſecus quoad alia, vt infra *ead. §. exceptades*. Sequitur in tex. *fer proceſſos, enqueſtes, & tots altres actes iudiciaris*. Nota † quia loquitur tã in criminalib⁹, quã in ciuilibus; ꝙ probat verbũ *enqueſtes*, vt dixi ſupra *ead. c. à remoure*. Sequitur in tex. *tocants en qualſeuol manera Cathalans*. Ergo † ſiue agendo, vel defendendo, aut per modũ oppoſitionis vertatur intereſſe Cathalanorũ, habebit locũ diſpoſitio huius cap. Sed † quid ſi agatur de caſtro, vel alia re ſita in Regno Aragoniæ vel Valentiæ, tamẽ cauſa eſt inter Cathalanos? Reſpondeo idẽ, quia ſolũ attenditur ꝙ tangat intereſſe qualitercumq. Cathalanorũ. ¶ Sed † pone ꝙ vnus Cathalanus litigat cũ Aragonenſi vel Valentino, an tunc habebit locũ hæc conſtitutio? Reſpõdeo quod ſic, per iſta verba, *tocants en qualſeuol manera Cathalans*. Sed quid † ſi aduerſarius propter forum habet ſimile priuilegiũ? Tunc credo quod, niſi inter ſe aliter conueniant partes, cauſa ipſa habebit in poſſe duorũ ſcriptorũ, vnius de qualibet natione actitari; neſcio tamen qualiter ſeruatur in practica, ſerua eã: vel forte tunc attendentur forus rei, & conſuetudo loci vbi ſita eſt res, de qua agitur, & ſtylus curiæ dñi Regis, quí multũ attenditur in his: vide ſupra *ead. c. occurrents*. in fin. Sequitur in tex. *quis mostran, es actitarã denant lo dit senyor, o son Primogenit, o Gouernador General*, ſubaudi, & etiam corã Cancellario, Vicecancellario, aut Regente Cancellariã, quod probat verbũ, *o en nostra Audiẽtia*, quod ſtatim ſequitur, quia iſti † vice & in perſonã dñi Regis iudiciũ tenent. Sequitur in tex. *o denant nos*, ſcilicet, dña Regina Locumtenẽte dñi Regis, & hoc eſt ad maiorẽ expreſsionẽ; quia dicendo † de dño Rege, videtur idẽ de dña Regina Locũtenente. Sequitur in tex. *eſſer nadius populats & domiciliats dints lo principat de Cathalunya*. Nota quia copulatiue dicit, *Nadius poblats*, & c. ſic idẽ eſt de alguzirijs ſupra *ead. c. la ſuperfluitat*, & vide quæ ibi dixi, & ſupra *ead. c. primerament*. facit etiã infra *ead. c. lo ſcrina de la taula*. vide latius ſupra *coll. 5. in 1. curia Montiſalbi c. 20. Itẽ ad ſupplicationẽ omniũ*, & infra *c. proxi.* & ſupra *col. 2. in 1. curia Barcino. c. 2. Itẽ nobilis Infans Petrus*, & c. ſunt in *tit. vt omnes offic. in Cathalonia ſint Cathalani*. adde in *curia Mõtiſalbi Regis Alfonſi III. c. 20. Itẽ ad ſupplicationẽ*, & vide quæ ibi ſcripſi; quia in illis nõ exprimitur de origine, ſed ſimpliciter in illis loquitur de Cathalanis; ꝙ verbũ poteſt intelligi, & de ordinarijs & de domiciliatis, quia † Cathalanus dicitur quaſi in Cathalonia natus; vel quia nutritus vel ſtans in Cathalonia, ſicut Ieſus dicitur Nazarenus, quia fuit in Nazareth nutritus, licet fuerit nat⁹ in Bethleẽ Paleſtinæ, ideo fuit Paleſtin⁹, & Bethlemitan⁹. Sed magis vocatur â domicilio Nazareth, vbi fuit nutritus: quare cogita in iſtis ꝙ vero intellectu & practica iſtarũ cõſtitutionũ. Sequitur in tex. *E ſi lo contrari ſera fet*, & c. vide ꝙ acta per eũ, qui non habet qualitates â iure, vel conſtitutione requiſitas, ſunt nulla, tanquã geſta per perſonã inhabilẽ & incapacẽ, vt hic, & in dicto *c. lo ſcrina dela taula*. vide & adde quę ibi dixi, cũ ſuis cõcor. de quo dic latius ſupra *coll. proxi. c. als procuradors fiſcals. §. E ſi lo cõtrari*. Et hoc melius probatur hic, vt ſequitur, *ꝙ los actes per altres qui no hagen les dites qualitats, ſets, ſien ipſo facto nulles*. Et ſic † nota, ꝙ iſtos ſcriptores habere has qualitates, eſt de ſubſtãtia, forma, & eſsẽtia: quia alias non dicuntur habere poteſtatẽ conſiendi talia acta. Itẽ quia actitãdo abtq. his qualitatibus eſt facere cõtra hanc cõſtitutionẽ iuratã, & formã, ac modũ datos ab ipſa conſtitutione, & ſic nõ valẽt acta in contrariũ ipſo iure, vt hic, & ſupra *ead. c. primeramẽt*. vide & adde quæ ibi dixi ſuper verbo, *E no a altre*. Et nota, † quod vbi lex imponit certam pœnam, nihilominus non valet contrafactum, tanquam factum contra legem, vt *C. de legi. l. non dubium*. & ſupra *c. proxi.* quod dicit *Cinus* verum, † ſi imponitur pœna actui prohibito de iure communi; ſecus ſi prohibito de iure ſpeciali. vide in dicta *l. non dubium*. non † obſtat *l. dolo clauſula. ff. de verb. oblig.* quæ habet ꝙ regula generalis non extenditur ad ea quæ ſpecialiter cauta ſunt: quia lex illa intelligitur quãdo regula ſic regulata eſſet ſuperflua, nec † obſtat *l. ſanctio legũ. ff. de pœnis*, quæ habet ꝙ quotiens lex imponit pœnã generalẽ, & ſpecialẽ, ꝙ generalis non extenditur ad ſpecialẽ, quia loquitur vbi lex imponit pœnã generalẽ & eadẽ lex imponit certã, & ſpecialem pro eodẽ delicto, tunc non refertur pœna impoſita ad illã legẽ generalẽ primo impoſitam. Sed vbi vna lex imponit pœnã generalem, aliæ vero leges pœnã ſpecialem, tunc vtraq. concurrere poteſt, ſecundũ *Cinum* in dicta *l. non dubiũ in q. vlt.* vide ibi *Bal.* & quæ notat *Bar.* in dicta *l. ſanctio legum. ff. de pœnis*. Sequitur in tex. *Exceptats manaments, lletres*, & c. ratio † huius exceptionis & diuerſitatis actorum & proceſſuum, de quibus ſupra, & mandatorũ, litterarũ, prouiſionũ, chartarũ, & sẽtẽtiarũ, de quib⁹ hic ſacis patet, quia ibi multum

tum,hic vero nullum vertitur periculum. Item magis interest Reipublicæ, quod quilibet scriptor,qui affuerit ad latus Principis,vel Cancellarij, Viccancellarij,aut Regentis Cancellariã, possit talia mandata recipere,litteras facere, & sententias recipere;quam si semper haberet secũ ducere scriptorẽ Cathalanum, quia nil refert à quocumq. scriptore ista fiant,quæ in hac exce-
18 ptione continentur: quia † nec pro his consueuit,neq. debet de iure constit. huius patriæ solui salariũ scriptori,nisi solũ sigillum, siue ius sigilli;de quo habẽt quitari omnes,vt supra *c.proxi.* vide & adde quæ ibi dixi. Sed proh dolor videmus quod hodie vltra ius sigilli aliquid extorquetur contra ius,& iustitiã,& prohibitionẽ,*c.supra proxi.*& ideo tenentur ad restitutionẽ.quam nullus facit;& ideo timeo valde de salute ipsorũ: *14.q. vlt.c.si res aliena*, propter q̃ peccatum, est si reddi possit,& non reddatur. Pœnitentia non agitur, sed simulatur;si autẽ veraciter agitur,non remittitur peccatũ,nisi restituatur ablatum. vide per *glo.*& *Doct.in c.peccatũ.extr.de reg.iur.lib.6.*& adde quæ notãtur supra *coll.3.c.3.*cum sim. l. ¶ Et nota ex hac constitutione, quod non ideo vitiatur processus, nec sententia: q̃ diuersæ personæ notariorũ,vel scriptorũ inde actitauerint,dummodo aliud non obstitat:quia vides hic, quod vnus Cathalanus facit processum,& alius non Cathalanus recipit mandata,litteras,prouisiones,charthas,& sententiã.Secus est tamen de notario & scriba tabulæ,vt infra *ead.c.loserina de la taula.*vide & adde quæ ibi scripsi.

Quod processus per recessum scriptoris dimittantur alijs scriptoribus Cathalanis in curia residentibus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptor processus, si recedat;debet illum dimittere alteri scriptori Cathalano.& processus,recedente curia à loco, redeunt curiæ ordinariæ ipsius loci. & talis scriptor tenetur ad hoc etiam sine requisitione,nu.* 8. *& nu.*19.*& declaratur nu.*10.

2 *Officiales omnes,antequam vterentur officio, deberent iuramentum & homaginm præstare de seruandis cõstitutionibus Cathaloniæ.*

3 *Scriptor vbi est impeditus,debet processus per aliũ scriptorem similis qualitatis continuari.*

4 *Infirmitas instum præbet impedimentum.*

5 *Absentia impedimento æquiparatur.*

6 *Recessus modicus non sufficit.*

7 *Iudicis arbitrio relinquitur quando dicatur quis citò reuersurus.*

9 *Non Cathalani vbi simpliciter probibentur,& solũ Cathalani admittuntur tunc sufficit quod sint domiciliati in Cathalonia,licet alibi nati fuerint.*

11 *Monitio an requiratur,vt quis incidat in pœnam legis, traditur late & nu.*12.

13 *Sententia declarationis an requiratur, vt quis incidat in pœnam constitutionis.*

14 Coneixer *verbum comprehendit tantum causas non decisas per sententiam.*

15 *Index inferior absque litteris exequutorijs superioris exequutionem facere non potest.*

16 *Causæ priuilegiorum non possunt cognosci,nisi per Principem.& si dominus Rex committere illas possit interiteritis.nu.*17.

18 Ordinaris *verbum in plurali importat Vicariam latam,prout sub se habet Baiulias.*

20 *Rex an possit causas cœptas in audientia, quæ nõ possunt euocari extra Vicariam,delegare alicui,vt cognoscat post audientiæ recessum.*

21 *Commissarij regulariter reprobantur in Cathalonia.*

22 *In Regestatuta intelligũtur repetita de Primogenito.*

23 *Lex vel cõstitutio vltima reuocat priores contrarias.*

24 *Cautela abundans non nocet.*

TOllens lo abus per los protonotari,lochtinent,&c.

Loco summarij posui hic rubricam tenoris
1 sequentis;Quod † processus qui dicuntur in curia inter Cathalanos notarius seu scriptor Cathalanus post suũ recessum dimittere habeant alteri Cathalano.Sed redeunte curia à loco,ipsi processus redeunt curiæ ordinariæ ipsius loci. Hoc dicit. Et diuiditur in quinq. partes, quoniam in prima dicitur,quod recedente à curia, vel alias impedito notario, seu scriptore domini Regis, vel Primogeniti, habeat alteri notario seu scriptori curiæ Cathalano dimittere processus, qui ducuntur inter,Cathalanos,vsque ibi, *E si algun contrafara*,&c.Ibi est secunda pars, in qua scriptor contrafaciens punitur pœna priuationis officij & quitationis,vestitus,& gratię vnius anni. In tertia,ibi.*E anradint que partint lo dit senyor*,dicitur,quod recedente curia à loco, processus,qui obstantibus iuribus patriæ extra Vicariam euocari nequeunt, remaneant & tradantur ordinarijs,& scriptoribus curiæ ipsius loci. In quarta parte,ibi,*E aço mateix*, statuitur idem debere seruari in curijs Primogeniti & Gubernatoris Generalis & vicesgerentis in Cathalonia. In quinta & vltima, ibi, *les constitucions*, &c. saluantur constitutiones Cathaloniæ de hac materia loquentes. Hoc sit pro casu huius cap. quod salubriter prouidit abusibus, de quibus hic. concor, supra *ead.c.al abus.*vide ibi concor.Et adhuc præsens constitutio non bene seruatur per omnia, quia deficit prouisio præstationis iuramenti & homagij,quæ fuisset necessaria.de qua vidisti supra *ead.c.al abus.§.los quals protonotaris.*vnde foret necessarium introducere per constitutionem aut
2 pragmaticam sanctionem, quod † omnes officium publicum tenentes,antequam officijs fungerentur, haberent præstare iuramentum & homagium, de seruando, & non faciendo contra constitutiones Cathaloniæ, sicut de curia Illerden. fuit statutum supra *collat. 4. curiæ Illerden. cap.*18. vide quæ ibi dixi, & dicam Deo duce infra *ead. c. lofruyt.* Sequitur in text. *sera empatxat per malalthia, o en altra manera.* hic habes casum pro his quæ dixi infra *ead. c. loserina de la taula*,
3 quia † vbi scriptor est impeditus,debet per aliũ similis qualitatis processus continuari, & non

per quoslibet iuratos,vel forte non iuratos ad libitum. Vnde caue vt acta originalis processus semper scribantur, & actitentur manu scriptoris electi,& habentis qualitates sibi necessarias:alias si per alium forent scripta,& actitata,possent annullari,vt dixi supra *c.proxi.* & infra *ead.c.lo scriua de la taula.* ¶ Item † nota, quod infirmitas est 4 iustum impedimentum;& hoc verum de morbo sontico, quod cuique rei agendæ nocet : vt *ff. de verb.signi.l.morbus sonticus.* Sequitur in text.*o se absentara de cort & seruey dessusdits*, &c. hic habes 5 quod absentia † æquiparatur etiam impedimento.hoc est verum de absentia diuturna siue longæua: & hoc sonat verbum *& seruey*, quia non 6 sufficeret † modicus recessus à curia,vbi cito esset reuersurus; quia tunc nec diuertisse videtur: 7 vt *de pœn.dist.* 1.*c.diuortium.* Sed †quando dicatur cito vel breui reuersurus, hoc relinquitur arbitrio iudicis;quia forsan erunt feriæ paschales:& sic poterit per quindecim dies se absentare;alias autem caueat iudex ne ex illius scriptoris absentia partes grauem patiantur læsionem, maxime vbi litigantes non sunt de loco vbi audiētia residet;alias ex negligentia iudex faceret litem suã,iuxta notata in *c.iudices in curia Montissoni.*supra *colla.*6. Sequitur in text. *hage & sie tengut lexar è comanar les scripturas, o actes.* attende quia verba *hage,& sia tengut*,necessitatem † induc- 8 unt.Ex quo videtur,quod etiam sine requisitione partis tenetur ad hoc,alias si contrafecerit,& quotiescunque contrafecerit,incurret hanc pœnam priuationis exercitij officij, & quitationis vestitus.& gratiæ per annum,vt hic subijcitur in §. *E si algun.* Et nihilominus tenebitur parti, quã contrafaciendo læserit,ad resarciendum sibi dãna,expensas,& interesse: quia etiam notarius siue scriptor dicitur facere litem suam, saltem in quantum erit damnum,& interesse moræ, propter expensas,& alia damna quæ passus fuerit litigans propter carentiam actorum: quia expendit in hostali, & propter nuntium, quem misit pro habendo ipsas scripturas: vnde præcaueant sibi isti scriptores,vt in suo recessu sint diligentes seruare hanc constitutionem, & sibi similes. Sequitur in text.*Cathalans*,scilicet,origine simul & domicilio:vt supra *c.proxi.* alias acta non valerēt, vt ibi dicitur.vide & adde quæ notãtur supra *ead. c.proxi.* & *c. primerament.* & latius supra *colla.4.in 1.curia Barcino. c.2. Item ad supplicationē dicta curia.* vnde † nota, quod vbi simpliciter 9 prohibentur non Cathalani,& solum Cathalani admittuntur,tunc sufficit quod sint domiciliati in Cathalonia,licet alibi nati fuerint: sed secus est vbi requiritur quod sint in Cathalonia nati, quia expresse dicatur,vt hic & supra *ead.c.la superfluitat, & aquells mateix seruans.* Sequitur in 10 text.*actualment seguints la dita cort*,subaudi,† qui tamen fuerint eiusdem officij,scilicet,scriptores mandati,ordinarij vel extraordinarij, dummodo sint de illis qui actualiter,continue, & communiter consueuerunt sequi curiam : & hoc ideo,ne propter eorum absentias processus perdantur,& causæ plus debito differantur,cum maximo tædio & dispendio litigantium, & etiam damno iudicum,aduocatorum,& procuratorum, & iure sigilli, qui defraudantur in eorum salarijs;de quibus omnibus tenentur scribæ dolose se absentãtes,nõ dimissis processibus alijs,iuxta formã huius constitutionis,vt dixi supra;& etiã tenētur pœna violatæ constitutionis. de qua dixi in curia Perpiniani *c.cum secundum*. Sequitur §. *E si algun contrafara*, ideſt, hanc constitutionem non seruabit, & sic dolose vel culpabiliter omiserit seruare hanc constitutionem:quia recedet non dimisso processu alijs Cathalanis prædictis,vel alias impeditus cessabit dimittere processum alteri. Et forte quando non recedit, sed residens in curia fuerit propter infirmitatem,vel 11 alias impeditus,requiretur † monitio : antequã incurrat pœnam hic appositam,iuxta notata per *Innocen.*& alios *Doct.extra.de præben.c.ex tirpandæ.* & in *l.magnam.C.de contrahen.& commun sti.* & in *l. si pacto.C.de pac.*& *de concess.præ.c.2.*& *de elec. cap. cum in cunctis.* & *7. q. 1. c. præsentium.* Super hoc 12 dic,† quod pœna adiecta constitutioni affirmatiue non exigit monitionem, secus si negatiue, nisi habeat diem,secundum *Innocen.vbi supra*, vel dic latius,aut constitutio,in qua ponitur pœna, promulgatur per verba affirmatiua, aut negatiua.Si negatiua,distingue, aut statuitur terminus à iure,aut ab homine, & tunc non est necessaria monitio;vt probatur *extr.de elec.c.licet canon.li.6.* Si autem non est statutus terminus,tunc est necessaria admonitio:vt *ff.de verb.oblig.l.licet ex lege* & *l.sequent.*& *extra.de cleri.non resi.c.ex parte.& tribus c. sequent.* Immo & post hoc est aliquantulũ expectandus,quia forte ex iusta causa impediretur: *5.q.5.c.1.ff.de vsur.l.mora.1.rubr.*& *l.sciendũ.* secundum *Innoc.*in dicto *c.extirpandæ.in glo.vlt.in verſ.Immo & post hoc*. Si autem promulgatur per verba affirmatiua, tunc non est necessaria admonitio: *17.q.4.c.si quis suadentem*,secundum *Inno.*& *Hosti.*de quo per *Archi.in Rosario.5.q.1.c.2.*secũdum *Gemi.* & *Bal.* super *Innocen.*Sequitur in tex. *per cascuna vegada sia priuat*. Nota quia dicit. *cascuna vegada*,quia hoc fuit necesse apponi,quia casus est sæpe contingens. Et nisi hoc fuisset adiectum,forte non nisi semel puniretur,vt dixi supra *colla.proxi.c.volentes nostros*,super verbo *pro vice qualibet.* Item nota,quia dicit, *sia priuat*, & non adijcitur, ipso facto vel incontinenti:ergo vide- 13 tur quod † sit necessaria sententia,iuxta notata in cõstitutione, *Hac nostra.*supra *in curia Perpiniani*, super verbo *careat.* vide & adde quæ ibi notantur.Sed forte hic deber intelligi,iuxta *cap.alabus.*supra *ead.*& quæ ibi notantur.quia ista pœna priuatis à quitatione est quædam executio facti fienda per protonotarium, vel eius locumtenentem.Sed vbi fuerit cõtradictio,tutius est sententiam præcedere.Sequitur in tex.*per ſi ay de vn any*,

anv,dic quod hoc fuit arbitrarium, & non poteſt reddi ratio quare non plus vel minus : arg. *l. non omnium.ff.de legi.* Sed(vt dixi) nihilominus tenebitur parti læſæ ad damna,& expenſas. Sequitur in text. §. *E anyadint*,ideſt,addendo vel adijciendo. Sequitur in text. *que partint lo dit ſenyor de la vegaria*, ſcilicet, animo transferendi curiam, & poſt decem dies â receſſu computandos. vt ſupra *ead.c.ordenam è ſtatuim.* vide ibi. Sequitur in text.
14 *no poran conexer.* Nota verbum † *conexer*,quia loquitur de cauſis nondum per ſententiam diffinitiuam deciſis, quia cauſæ ſupplicationum non redeunt,nec cauſæ executionum, niſi ſpecialiter
15 committantur: quia † inferior iudex non poterit ex officio iudicis ipſam executionem facere abſq. litteris executorijs, iuxta notata per *Bar. in l.a diuo Pio.ff.de re iudi.* & *G. in Spe.tit.de libell. concep.* §. *nunc dicendo.verſ.* 25. Sed per actionem iudicati dato libello forſan cognoſcere poterit,vt ibi dicitur,& in *Spe.tit.de execu.ſententia.* §. *breuiter.* & vide *P. Iac. in ſuis libellis. tit. de ac. in factum ex re iudi.* & eſt vltima rubrica,ſubaudi, ſcilicet, extra Vicariam exiſtẽtes, regulariter enim poſſunt cognoſcere niſi vbi obſtant leges patriæ, vt ſequitur. Sequitur in text. *Obſtants les leys de la terra*,ſubaudi, quæ diſponunt de cauſis Baiuliæ infra Baiuliam, & Vicariæ intra Vicariam terminandis:vt ſupra *ead.c.volents.* cum ſuis concor. quę tamen fallunt in caſibus ibi notatis,& alijs,
16 quæ † non poſſunt niſi per Principem cognoſci & terminari, ſicut eſt de cauſis priuilegiorum; quia eius eſt interpretari, cuius eſt condere : vt *extra.de iudicijs.c.cum veniſſent.* quod intellige, vt ibi notatur per *Henr.Boich.* Sequitur in text. *romanguen de fet.* intellige,ideſt, recta via ipſo iure & ipſa conſtitutione, facto ipſo receſſu, abſque aliqua commiſsione,quæ non ſit neceſſaria:ſic ſupra *colla.6.curiæ Cernariæ c. preterea quia reſeruationes.* vide & adde quæ ibi dixi. Sed † numquid
17 dominus Rex de dictis cauſis poterit facere cõmiſsiones iuriſperitis, & inhibere Vicario & alijs officialibus? Videtur quod non, iuxta dictũ *c.preterea quia per reſeruationes.* Sed dic cõtra,quia ibi prohibetur gubernatoribus, quod tamen hic non eſt prohibitum;& imo eſt caſus omiſſus : & ſic quod non mutatur,ſtat,& iuri veteri relinquitur,iuxta *l.Seius.C.de teſt.* & *l.præcipimus.C.de app.* & ita communiter, & inconcuſſe ſeruatur ; quia quotidie fiunt commiſsiones iuriſperitis,& fiunt inhibitiones ordinarijs; quia non eſt prohibitũ. Sed ſi recellerit Princeps,& ſpecialiter commiſsionem non fecerit, de facto redeunt cauſæ poſt decem dies ad ordinarium. Sequitur in text. *als*
18 *ordinaris.de la dita vegaria.* Nota † quia littera iſta dicit,*als ordinaris*,in plurali,*& dela vegaria*,in ſingulari,ex quo dico, quod hic loquitur *de la vegaria*, prout ſumitur in lata Vicaria prout ſubſe, habet Baiulias, & imo dicit, *als ordinaris.* & non dicit *al ordinari*; quaſi dicat,ſi fuerit cauſa Vicariæ, ad Vicarium ; ſi cauſa Baiuliæ, ad Baiulum redeat cauſa ipſo facto per dictum receſſum, & ſine aliqua cõmiſsione,vt ſtatim dixi.Et hæc vera,niſi cauſæ ex ſpeciali prærogatiua ſint euocatæ,aut conſiſtoriales, quæ proprie non ſunt cauſæ Vicariarum,vt dixi ſupra *ead. c.volents.* ¶ Sequitur in textu, *E les proceſſos & actos.* repete hic verbum *romanguen* : quod eſt ſupra hoc eodem cap.Et ſequitur,*als ſerinans de les corts de aquells.*
19 Nota † hoc valde pro ſcribis curiarum,& cõtra alios notarios publicos,qui non ſunt ſcribæ curiarum:quia omnes proceſſus & acta cauſarum, etiam inceptarum, vel euocatarum ad Audientiam Domini,vel ſui Primogeniti,aut Gubernatoris Cathaloniæ poſt eorum receſſum,habẽt reuerti,& tradi ſcribis curiarum ordinariorũ loci, hoc eſt,Vicariæ,vel Baiulię,vt dixi:ergo non ad alios notarios: quod eſt contra notarios Gerundæ prætendentes,proceſſus cauſarum inceptarũ in Audientia poſſe ad eos venire, & præſertim ſi cauſa delegetur alicui iuriſperito, non officiali
20 curiæ ordinariæ. ¶ Super quo dubitari vidi,† an de tali cauſa in Audientia cœpta,quæ nõ poteſt euocari extra Vicariã,ſed habet remanere,poſſit fieri ſpecialis delegatio alicui iuriſperito,vel alteri non officiali,vt de ea cognoſcat poſt Audientiæ receſſum. Et videtur quod ſic, quaſi ſit caſus omiſſus.Sed dico cõtra,propter verba huius conſtitutionis,quæ expreſſe vult quod remaneant de facto ordinarijs curiarum:ergo non poterit fieri alteri commiſsio. Quod credo verum, niſi fieret ex cauſa ſuſpicionis ordinarij iudicis, vel ex cauſa perhorreſcẽtiæ. de quo vide latius quæ ſcripſi ſupra in *curia Cernariæ,capit. quia per*
21 *reſernationes.* & quia † cõmiſſarij ſunt regulariter in hac patria reprobati:vt infra *ead cap. Item per tolre vexacion.* Nec poterit etiam fieri delegatio ipſi ordinario, iuxta *cap.curia Regis Martini, Item Senyor que ſia merce voſtra.* vide quæ ibi dixi.Et quod littera dicit, *de les corts daquells*, in plurali facit pro his quæ dixi in verbo, *als ordinaris.* vide & adde quæ dixi infra *eadem, cap:prouehim*,ſuper verbo,*que tremeta.* ¶ Sequitur in textu §. *E aço mateix volem eſſer obſeruat*, &c. Nota, quia† regulariter ſtatuta in Rege intelligũtur repetita in Primogenito, & generali Gubernatore omnium Regnorum & terrarum domini Regis. Sed & hic etiam extenditur ad viceſgerentem Gubernatoris in Cathalonia. Secus ergo eſt de Gubernatore Roſsilionis & Ceritaniæ. Facit infra *colla.proxima,cap.les cauſes dels pubills.* §. *empero les cauſes.* ¶ Sequitur in textu, *les conſtitucions daci parlants*,ſcilicet,de cauſis Vicariæ & Baiuliæ infra eas tractandis.de quibus dixi ſupra *eadem,cap.volents.* & idem intellige de prædicto *cap. Preterea quia per reſernationes. in curia Cernariæ.* Et quia dicit, *romanents en llur forſa & valor.* intellige,quatenus non contrarientur huic, quæ
23 tamquam † vltima reuocaret priores contrarias, iuxta *c.licet Romanus. extra.de conſti. lib.6.* Et hæc clauſula fuit quaſi ſuperflua, ſed fuit magis ad

cautę-

24 cautelam † superabundantem, quæ non nocet: vt C. de testamentis. l. testamentum.

De ambitu, & ne officia pro pecunijs conferantur. Capitulum XIIII.

SVMMARIVM.

1 Constitutio hæc notabilis est.
2 In mundo omne quod est, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.
3 Officia iurisdictionis pro pecunijs, aut alijs muneribus concedi non possunt. & nu. 11. nec illis, qui ratione bandositatis, originis, vel domicilij, vel ratione tabulæ non purgatæ, aut quia per duo triennia continuari non possunt, sunt prohibiti. nu. 4. & 66. & 69. limitatur nu. 27. & ampliatur nu. 28.
5 Ad Prouincias regendas eligi non possunt nisi homines probatæ vitæ.
6 Iniustitia populos deducit ad paupertatem.
7 Indefinita oratio æquipollet vniuersali. declaratur nu. 8. & 9.
10 Indefinita oratio non semper est tanta potentiæ, sicuti vniuersalis.
12 Donatio, nec commanda pura est, quæ fit pro pecunijs.
13 Dignitates sunt tribuendæ virtute propria & paterna, & non suffragio.
14 Officia publica pretio comparari non debent.
15 Soluens pro alio pro comparandis officijs, nõ repetit ab illo, eo quod turpiter gesserit.
16 Vendens officia pro denarijs peccat mortaliter.
17 Emens officium, vel aliter illud adquirẽs propter promissiones, vel obligationes, est priuatus talis officio, & ad decem annos inhabilis ad obtinendum aliquod iurisdictionis officium in Cathalonia. & quid si alius, eo inscio, soluerit pecunias, an habeat locum pœna ista. nu. 18. & quid si talis promissio erit modica. nu. 23. & quid si adhuc possessionem dicti officij nõ fuerit adeptus. nu. 32.
19 Punitur quandoque qui sponte dat de suo.
20 Corrumpere quis dicitur iudicem, sine eum liberauerit à debito, siue gratis mutuauerit, siue rem sibi minori pretio vendiderit.
21 Iudicem corrumpere licitum non est, & corrumpens eũ cadit à causa.
22 Iudici immunitatem promittere an licitum sit, si malè pronuntiet.
24 De modico curandum non est regulariter.
25 Datum per obtinentem officium in dubio præsumitur causa obtinendi illud, & sic incumbit onus probandi contrarium obtinenti officium. nu. 26.
29 Officia iurisdictionis nec vendi, nec commendari pro denarijs interest totius Reipublicæ.
30 Pecunia est Regina, cui omnia obediunt.
31 Officia Gubernationum Cathaloniæ, & Rossilionis & Ceritaniæ consueuerunt concedi ad imperpetuũ, vel ad vitam.
32 Concessio officij ad vitam, vel ad beneplacitum facta, dicitur facta imperpetuum.
34 Obtinere verbum significat semper rem perfectam.
35 Officium quis obtinere non dicitur, nisi post adeptam per illum possessionem.
36 Obtinens officium per pecunias an sit priuatus ipso iure, vel opus sit sententia priuationis.
37 Habeatur pro infami, clausula denotat incursum in famiæ ipso iure.
38 Coniunctiones coniungunt similes casus, & similes orationes.
39 Gesta per officialem contra formam iuris electum, non valent.
40 Obtinens officium pro pecunia, si eum infamia afficere non possit, eo quod iam aliter erat persona infamis vel vilis, puniri poterit pœna exilij.
41 Vt obtinens officium per pecuniam non incidat in pœnam, an possit dispensari.
42 Dispensari quis possit super infamia, remissiue traditur.
43 Infamia pœna an sit perpetua, vel temporalis.
44 Infames ad officia & dignitates nequaquam promoueri possunt.
45 Pœna priuationis officij imposita contra obtinentem officium per pecuniam licet sint perpetua, dispensatio tamen solum per decennium prohibetur. declaratur nu. 46. 47. & 49.
48 Officia nullo suffragio possunt dari, sed debent gratis conferri.
50 Denarij & pecuniæ numerabiles æstimari non debent.
51 Pecunia non est disposita nisi ad emendum.
52 Simonia non præsumitur pro modico valore, vel seruitio decem solidorum.
53 Vxor non opponit se pro dote in bonis mariti pro debito minori decem solidorum.
54 Officij concessio venalis dicitur, si pecunia numerata detur.
55 Venditionis pretium constituitur in pecunia numerata.
56 Restitutio non datur pro modico.
57 Prohibitus si quis est accipere, prohibetur etiam sponte ei dari.
58 Recipiens rem contra prohibitionem legis, retinere non potest cum bona conscientia.
59 Officium obtinens pro pecunia de iure patrio incidit in pœnam dupli, licet de iure cõmuni esset pœna quadrupli.
60 Pecuniæ solutæ pro officio debẽt restitui, & quibus, traditur hic. & quid si ipse dominus Rex illas receperit. nu. 62.
61 Pro officio obtinendo dans & recipiens pecuniam, de iure communi incurrunt pœnam exilij.
63 Leges raro contingentia contemnunt.
64 Pœna dupli regulariter non habet locum in Principe.
65 Principi nullus dicit, Cur ita facis?
67 Nuntius officialis esse non potest in loco, qui alias fuit officialis: sed bene potest esse locumtenens iudicis ad modicum tempus. nu. 68.
70 Officia continuanda non sunt in eodem loco, non purgata tabula.
71 In officio conformari quis non debet, nisi de priori tẽpore fuerit syndicatus.
72 Formam legis peruertens dolo, tamquam falsarius punitur pœna capitis.
73 Transgressor consuetudinis validæ, sicut transgressor legis punitur.

Clausula

74 *Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia.*

75 *Clauſula in fine poſita an, & quando recipiat tantum proximiora, vel omnia præcedentia, traditur remiſſiue.*

76 *Regentis nomine non ponitur Vicarius qui ſit de eadē Vicaria. Sed hoc male ſeruatur.*

77 *In conſtitutione, vbi aliqui priuantur officijs, & additur verbum executiuū, tales ſunt habiti pro priuatis ipſo iure, & nulla expectatur ſententia declaratoria.*

78 *Rex vel Gubernator debent remouere ab officijs, qui illa obtinuerint pro pecunia.*

79 *De regalijs eſt ponere, vel remouere officiales.*

80 *Iuriſdictio omnis eſt diſtrictus apud Principem.*

81 *Contra Principes, qui malos ponunt iudices vel officiales, refertur ad litteram lex.*

82 *Rex tenetur prouidere de officialibus idoneis, & qui ſint idonei, traditur. & nu. 84.*

83 *In Vicario & Baiulo, vt ſint idonei, requiruntur multa hic tradita.*

COm ſegons cōſtitucions de Cathalunya offici algun no dege eſſer donat; ne comenat per diners, &c.

1 Hæc conſtitutio † eſt valde notabilis, & de melioribus quæ ſint in iure Cathaloniæ: ſed eſt etiā de minus bene ſeruatis, & quæ multos quaſi ad rete ducit quotidie ad infernum, non ex culpa conſtitutionis, quæ ſalubris eſt, ſed ex ambitione quaſi cunctorum appetentium honores, dona-
2 tiones, & diuitias tēporales: quia omne, † quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & cōcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, vt in Epiſtola Canonica Ioannis Apoſtoli, cap. 2. Et non pot eſt iſta conſtitutio cōgrue ſub breuibus ſummari. Sed ponit prohibitionem, † ne officia iu-
3 riſdictionis pro pecunijs, aut alijs muneribus,
4 aut prouiſionibus alicui concedantur: nec † etiā aliqualiter eis, qui ratione bandoſitatis, originis, vel domicilij, vel ratione tabulæ non purgatæ, aut ne per duo triennia continuentur, ſunt per conſtitutiones Cathaloniæ ian prohibiti. Sed an tiquis conſtitutionibus ſuper his emanatis, expreſſe confirmatis, adijciuntur pœnæ grauiores contrafacientibus. Ita vt illis contrafacientibus illico remotis, conferantur ipſa officia perſonis idoneis, & nō prohibitis, prout volunt dictæ cōſtitutiones, quas præcipit obſeruari ſimpliciter & de plano. Et hoc ſit loco ſummarij. Et ſcias quod *l. ſcimus*, quæ eſt *C. ad l. Iuliam repetundarum*, & eſt canonizata *1. q. vlt.* in fine. ſatis bene prouidet in his, quæ debet addi huic. Dicit enim, quod ad
5 prouincias † regendas eligi non debent homines, niſi probatæ vitæ, & qui pretio vel ambitione non adipiſcantur honores: qui cum electi fuerint, iurabunt ſe nihil dediſſe, & quod non dabūt per ſe, vel interpoſitam perſonam pro adminiſtratione ſibi commiſſa; & quod durante adminiſtratione, vel poſt, occaſione officij ſui nil præter ſalarium accipient. Et licet nullus immemor ſuæ ſalutis eſſe credatur, tamen ſi quis contra iuramentum prædictum fecerit, tam dator, quā acceptor de hoc conuictus pœna quadrupli punietur. Item adde *l. quamuis*, & quæ ibi leguntur & notantur, *C. ſicut pe.* Et diuiditur in duas partes principales: quia in prima prouidetur circa abuſus obtinendi officia per pecunias & munera. In ſecunda parte principali prohibētur officia dari perſonis alias conſtitutione prohibitis; & vbi contrafieret, de remedijs prohibetur. Secūda eſt ibi, *Volem mes, & ordenam.* Sed prima pars ſubdiuiditur. quia primo prohibet officia conferri & obtineri per pecunias, prouiſiones, ſeu munera. In ſecunda, ibi, *Et los que prendran tals diners*, &c. punit illicitos receptores dictarum pecuniarum & munerum. Iterum dicta ſecunda pars principalis ſubdiuiditur: quia primo præcipit obſeruari conſtitutiones prohibentes dari officia domiciliatis in Vicarijs. bandolerijs, & nondum à tabula purgatis. In ſecūda dictæ ſecundæ partis, quæ eſt ibi, *E les perſonas*, &c. præcipit remoueri ab officijs perſonas contra mentem dictarū conſtitutionū prouiſas, & ipſa officia alijs idoneis conferri, ſeruando ipſas conſtitutiones ſimpliciter & de plano. ¶ Sequitur expoſitio litteræ ſuper textu, ibi, *ſegons conſtitucions de Cathalunya*, ſubaudi, quæ ſunt ſupra *collat. 2. curiæ 2. Barcinonæ cap. 24. Item quod in venditionibus reddituum*, &c. vbi prohibetur fieri venditio Curiæ Baiulię, & etiam Vicariæ, quia opprimerentur, vt ibi dicitur. & vide & adde concordantias, quas ibi dedi. Iniuſtitia enim † populos ad paupertatē de-
6 ducit. vt in *auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. collat. 2.* ¶ Sequitur in tex. *offici algun.* Nota ver-
7 bum generale *algu*, quia hic † indefinita æquipollet vniuerſali: *ff. de officio Præfecti vrbis. l. 1. §. cum vrbem.* vide *Bal. in auth. de restitut.* in prin. *lib. 6.* & per *Archid. 19. diſt. c. ſi Romanorum.* & *1. q. 1. c. ſunt nonnulli.* & *q. 3. c. Saluator.* & *11. q. 2. c. nec in eis.* & *de cō iu. lepro. c. 2. de priuilegijs. c. cum ca.* & *de elect. vt circa. lib. 6.* per *Bart.* & *Ioan. Andream cod. tit. c. quia propter.* & *de donat. c. Paſtoralis.* Sed dic, quod † indefinita æquipollet vniuerſali, ex verbis, non ex
8 interpretatione: 31 *q. 1. c. quod ſi dormierit.* & *ff. de*
9 *liberis & poſtho. l. Gallus.* in princ. quia † indefinita æquipollet vniuerſali, non ſecundum propriam ſignificationem, ſed ſecūdum largam extenſionem, & ſic impropriam: *ff. de ſeruit. vrbanor.*
10 *prædio. l. ſeruitus. §. 1.* Et non ſemper eſt † tantæ potentiæ indefinita ſicut vniuerſalis: vt *l. nemo. §. 1. ff. de legatis ſecundo.* quia verbum indefinitum moderationem recipit: *ff. de mune. & hono. l. vt gradatim.* & *80. diſt. c. Epiſcopi.* & ibi *Gui.* Patet ergo hic, quod prohibitio emendi & vendendi officia Regia, eſt generalis ad quæcumque officia, ſiue perpetua, ſiue temporalia, & hoc infra ſubijcitur, *ſiue ſint iuriſdictionis, ſiue non.* Sed hoc videtur moderari infra, dum dicit, *per obtenir offics de iuriſdictio.* quaſi dicat, ſecus de alijs officijs non iu-
11 riſdictionalibus. Nota ergo hic, quod † officia iuriſdictionis ſiue ſint perpetua, ſiue temporalia, non poſſunt concedi pro pecunijs, donis, muneribus.

rĩbus,mutuis, promiſsionibus, vel obligationibus, vt hic,& ſupra *collat. 3. curiæ Montiſſioni c.* 1. & ibi etiam ſimpliciter & generaliter, neque in aliquibus alijs officijs,ergo etiam de iuriſdictionalibus. vide & adde quæ ibi dixi: quia pœnæ huiuſmodi conſtitutionum non reſpiciunt niſi officia iuriſdictionis, licet generalis prohibitio aliarum conſtitutionum hic confirmetur.Sequitur in textu,*donat,ne comenat per diners.* Dic ꝙ
12 non eſt vera † donatio, nec eſt commanda pura, quæ fieret pro pecunijs.imo eſt contractus innominatus,do vt des, & diceretur potius vẽditio,â qua tamen officia debent excipi : vt in prælegato *c.* 24. *Item quod venditionibus reddituum.* cum ſuis concordantijs, quæ hic confirmantur.&hoc ſubijcitur hic, *perço confirmants lesdites conſtitucio.*
13 Q ia † virtute propria,vel paterna, & non ſuffragio debent dignitates tribui. & redemptores earum debent ab eis excludi:vt *C. de perfectiſſimatus dignitate.l. vnica.lib.* 12.&ibi notatur per *Ioan.*
14 *de Platea:*quia †non pretio debent tribui officia & dignitates publicæ,vt hic,& ibi dicitur, & in *l.ſi quemquam. C.de Epiſc. & cleri.*Item nota,quod
15 qui † ſoluit pro alio in tali caſu, non repetit ab illo,quia turpiter geſsit:iuxta *l.quæ inutiliter.*&
16 quę ibi notãtur *ff.de negotijs geſtis.* Et nota,†quod qui vendit,ſeu donat, aut commendat huiuſmodi officia,& iuſtitiam pro denarijs, peccat mortaliter. Quod dit latius per *Ioannem de Imola in Summa Confeſſ.lib.*2.*tit.*5.*quæſt.*40. *Quid de illis qui emunt præpoſituras ſæculares,* &c. Sequitur in text. *a les dites conſtitucions ajuſtants,que ſi algun,*&c.nota,quia iſta conſtitutio venit addendo antiquis. & ſequitur,*en lo trienni preſent, o de aqui auant,per ſi,o per altre directament, o indirecta haura promes, o*
17 *prometra,*&c Hic habes expreſſum,quod ſi † aliquis obtinuerit officium aliquod iuriſdictionis Regiæ,propter pecunias, promiſsiones, vel obligationes, directe vel indirecte, datas vel factas cuicumque perſonæ, eſt ipſo facto tali officio priuatus, & indiſpenſabiliter infamis,decennioque inhabilis ad obtinendum aliquod iuriſdictionis officium in Cathalonia. Et qui tales pecunias receperint,tenenter illas reſtituere cum dupla,mediatim domino Regi , & generali Ca-
18 thaloniæ adquirenda.Sed †quæro hic,pone,aliquis me inſcio dedit pecunias,propter quas ego ignorans obtinui beneficium.habebuntne locum in me pœnæ priuationis,infamiæ,& inhabilitatis prædictarum?Reſpondeo quod ſic, ſi ratũ habuero ſcienter:vt notatur infra in *l.Seius.C.ad legem Iuliam repetundarum.* ad idem notata per *Hẽric.extra.derenunt.c.poſt. trãſlationem.* Super textu,
19 ibi,*o dara.* Nota quod † punitur quandoque qui ſponte de ſuo dat:ſic *C. de ſtratoribus.l.vna.lib.* 10. & *de metatis.l.denotum.lib.* 10. cum ſimilibus. Et eſt ratio, quia præſumitur dediſſe animo corrũ-
20 pendi.Et corrumpere dicitur † quis iudicẽ,ſiue eum liberauerit à debito,ſiue gratis ei mutuauerit,ſiue rem ei minori pretio vendiderit: *ff. de ca-*
21 *lumn.l.eam.* Et † non eſt licitum corrumpere iudicem.Immo corrumpens cadit â cauſa,vide *glo. in l.*1.*C.de indi.qui male iudi.*& *Bar.in l.*1.*C.de calumn.*& *l.eius qui delatorem.ff.de inre fiſci.*& *de con-*
22 *di.ob.tur.cauſam.l.*2.vide ibi *Gui.* Sed † an ſit licitum promittere indemnitatem iudici , ſi male pronũtiet,vide *ff.de fur.l.ſi quis vxori.*§.*ſi fugitiuũ.* per *Bar.*& *C. de magiſtra. conue. l.* 1. & adde quæ ſcripſi ſupra *colla.proxi.c.quia quandoque contingit.* Sequitur in text.*diners, argent,o ſeruey algun valẽt mes de den ſous.* Nota verbum, *o ſeruey algun* , quia minus aliquod,ſiue à manu,ſiue à lingua pro hoc exiberi non debetur, quod valeret vltra decem ſolid.quia decem ſolid. vel infra hic pro modico reputantur , quod ſeruitium dicatur eſſe mo-
23 dicum,ſiue paruũ, dic quod regulariter † eſt arbitrarium, niſi vbi aliter reperitur in iure expreſſum.& facĩt pro his quæ dixi ſupra *colla.*3. *cap.*2.ibi, *niſi de cibo , & de eo parum,* intellige valens decem ſolid.vel minus,& non vltra. & hoc poteſt eſſe quod dicitur quod paucis poſsit cõſumi diebus:*extra.de reſcriptis.c.ſi autem.lib.*6.re-
24 gulariter enim † de modico non eſt curandum: vt *ff.de contraben.emp.l.res bona.*& *ff.de reſti.in integrum.l.ſi.*10.*extra.de reſcriptis.c.ſi proponente.* vbi de hoc cum ſuis concordan.Sequitur in text. *o farà promiſſio,o obligacio al ſenyor Rey,*&c.*per obtenir algũ offici de iuriſdictio* . Nota quia videtur ſecus,ſi ex
25 aliqua † alia iuſta cauſa dederit vel promiſerit; tamẽ ſemper præſumitur datum,vel promiſſum cauſa obtinẽdi officium iuriſdictionis, quia nullus præſumitur iactare pecunias:vt *l.cum de indebito.ff.de proba.* vnde † probato,dato,vel promiſſo facto domino Regi,vel alteri pro eo,per eum
26 qui taliter officium obtinuerit , incumbit obtinenti onus probandi datum , vel promiſſum ob iuſtam cauſam; licet alias regulariter ſit permiſſum dare Principi etiam in immenſum : vt *C.de dona. in auth. Item & à priuatis* . Item nota, quod
27 littera dicit *per obtenir.* ergo † ſecus ſi pro obtẽto aliquid donetur ceſſante fraude promiſsionis factæ antequam obtineret. Item , ſecus ſi aliquid ſoluatur pro iure ſigilli , vt ſupra *eod. c. al abus* , & idem ſi pro laboribus latoris qui tulit litteras,& chartas prouiſionis,& collationis ipſius officij: quia veniunt de longinquo,ſicut hodie veniunt de Regno Neapolis . Sequitur in text.*dins lo Principat de Cathalunya.* Nota,quia hęc
28 conſtitutio † bene intellecta comprehendit,nedum officia Regia,vel alijs eius auctoritate , ſed etiam officia quæcumque , etiam iuriſdictionis Prælatorum,Baronum, & aliorum infra Principatum Cathaloniæ,quia etiam alij quam Rex,& omnes de Cathalonia aſtringuntur , ſeruare has conſtitutiones generales,vt dixi ſupra *coll.proxi. c.com fer,o contraure,*in verbo , *ſeran comeſos en ter-*
29 *ra de Baro.*Et quia † totius Reipublicæ intereſt officia præſertim iuriſdictionis non vendi , nec commendari pro denarijs,vel muneribus: vt hic & in concor. & *extra. ne Prælati vices ſuas.* per totum.

Digitized by Google

totum.quia alas iuſtitia perit, & ſubditi opprimuntur:vt præalleg.*c. Item in venditionibus reddituum*. Sed prohdolor totus mundus venalis eſt, quia totum in pecuniam hodie conuertibile eſt.
30 *1.q.1.c.totum.* & Regina † pecunia,cui obed.ũt omnia,& ait Poeta:

Siſis facundus & omni crimine mundus,
Ni ſis facundus faciet tibi cornua mundus.

Sed quid proderit homini ſi vniuerſum mundũ lucretur,animam vero perdat in gehennam? *extra.de ſimo.c.Matthæus.* Sequitur in tex.*ara ſia perpetualment,o temporal.* Super hoc vide & adde ſupra *coll.proxi.c.pronehim*,& quæ ibi dixi.Et quod
31 hic † dicit *perpetualment*, etiam includit officia Gubernationum Cathaloniæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ,quæ conſueuerunt concedi ad imperpetuum,vel ad vitam, quia † conceſsio officij
32 ad vitam, vel ad beneplacitum, dicitur fieri in perpetuum:vt notatur in *Cle.de reb.ec.no alie.c.1.* in *gloſ.* Sequitur in tex. *Si aquell ab la dita manera*
33 *obtindra*. Nota iſta † verba, quia ad hoc,vt habeant locum pœnæ quæ ſequuntur hic, requiritur de facto ipſum officium aliquo de modis præ dictis prohibitis mediantibus donis,vel promiſſionibus obtinuerit, & dic, obtinuerit, ſcilicet, cum omni effectu facti,ſcilicet, ita quod poſſeſſionem exercitij habuerit:quia verbum *obtindra*,
34 rem † perfectam ſignificat,de *pœn.diſt.1.c.hec autem verba*: quia licet dicto modo chartam officij obtinuerit; ſi tamen poſſeſſionem exercitij officij nondum habuerit,poterit euitare pœnas priuationis,& infamiæ,non vtendo eis, quia priuatio præſupponit habitum:vt de *pœn.diſt.1. c.hoc idem.*& *extra.de biga. c.debitum.*& *de reſti. ſpo. c.ex parte.*& *ff.de inſti.& iur. l.manumiſſiones*,& quia huiuſmodi impetrationes officij, & chartæ inde emanatę contra dictas,& huiuſmodi conſtit.non valent,nec tenent:vt ſupra *colla.3.c.8.*& *c.16.* & dixi ſupra *mes auant.* in fin. ergo non habebit locum pœna huius edicti, niſi de facto vſus fuerit officio,ſeu eius poſſeſſionem habuerit:quia alias
35 non † dicetur obtinere officium,niſi quando eſt miſſus in poſſeſſionem,& tunc ipſo facto incurrit pœnas priuationis officij infamiæ, & inhabilitatis per decennium,vt dixi,& ſequitur hic in
36 littera,*ſia priuat dels dits officis*. Sed † videtur,quod ſit priuandus per ſententiam, & non ipſo iure, quia dicit *ſia priuat*,& non dicit, *ipſo iure*,nec eſt verbum præteriti temporis,vel aliqua nota,quæ inducãt priuationem ipſo iure,quia non dicit incontinenti, iuxta notata ſupra *curiæ Perpiniani cap. hac noſtra*, ſuper verbo *careat*. Sed dic contra,vt infra *eod.§.E les perſonas contra la penſa*,&c. quia illa clauſula,quæ eſt in fine poſita, reſpicit totam iſtam conſtitutionem,vt ibi dicam,& hoc etiam probat littera,quæ hic ſequitur; & *ſia haut*
37 *per infame*, quia † verbum *habeatur pro infami*, importat incurſum ipſius infamiæ ipſo iure, vt dixi in alleg.*c.hac noſtra*, in verbo *careat*;& con-
38 iunctiones † hic poſitæ coniungunt ſimiles cauſus, & ſimiles orationes, vt dicunt grammatici. Sed quia iſtæ conſtitutiones fuerunt in vulgari compoſitæ,nil mirum, ſi aliquãdo loquuntur minus proprie, & ideo gloſsis, & declarationibus opus eſt,vt dixi ſupra *collat.proxi. c.per tal que les leys*. Et adde ſupra *colla.6.in curia Montiſſoni. c.addendo.* vbi officialis,qui pro obtinendo officium iuriſdictionis aliquid dederit,mutuauerit, vel obligationẽ aliquam fecerit, eſt inhabilis ad regẽd im ipſum officium, & quidquid egerit,vt officialis,erit irritum,& inane,vide ibi, quia etiam illa conſtitutio confirmatur in iſta. Eſt enim ve-
39 rum de iure,quod † geſta ab officiali contra formam iuris electo non valẽt,ſed ſunt irrita,& pro infectis habentur:vt *C.de apparito. communi ori. l. nullum.*& *l.actuarios.C. de numera. & actua.* & ibi *Ioan.de Platea*.Sequitur in tex.*per infame*, ſubau-
40 di. † & ſi forte fuerit vilis perſona,cui infamia non ſit damnum iniuriæ, nec forte reputaretur ſibi pœna,tunc forſan exilij pœna puniri poterit:argum.*l.nouerint.vt intra certum tempus crimi. quæſtio.fin.*& ſupra *colla.proxi. c.com fer,o contraure.* vide & adde, quæ ibi ſcripſi, ſuper verbo, *o aquell exil no pogues*,&c.Super tex.*ſens alguna diſ-*
41 *penſacio*.Nota,† quia videtur hic,quod ſi non eſſet prohibita huiuſmodi diſpenſatio, quod alias valeret diſpenſari ſuper huiuſmodi pœnis à cõſtitutione impoſitis. Super quo vide latius quæ ſcripſi ſupra *collat. proxi. c. per tal que mal.* ſuper verbis *per algun no puxa eſſer diſpenſat.* ſupra *eod.c. primerament.* ſuper verbo *ab veritat,& ſens diſpen-*
42 *ſatio.*& *c.al abus.* Et quis † poſsit ſuper infamia diſpenſare,vide *Inno.*& alios *Doct.extra.de ſen.& re iudi. c. cum ſit.* Sequitur in tex. *e inhabil per deu*
43 *anys, per obtener offics*, &c. quæro † hic de pœna infamiæ an ſit perpetua,vel temporalis, quia tempus decem annorum hic videtur ſolum adiectum pœnæ inhabilitatis,& non pœnæ infamiæ. Sed credo, quod etiam pœnæ infamiæ videatur adiectum tempus,vt ſic à contrario videatur habilis poſt decem annos, & quia pœnæ ſunt molliendæ.vt *de pœn.diſt.1.c.pœna*,quod credo procedere in infamia iuris, quæ hic lapſu decem annorum abolitur:infamiam facti non poteſt in totum tollere Papa,nec Imperator,ſed ſolus infamatus per actus contrarios poteſt recuperare famam:vt *l.in libello.§.fecit. ff. de capt. & l.d.c. ferrum.* Secus de infamia facti,quæ in totum tolli nõ poteſt:vt *ff.de captiuis.l.in bello.§.fecit.* alias ſi remaneret infamis poſt decennium,fruſtra adiiceretur pœna inhabilitatis decem annorum, quia omnino perpetuo eſſet inhabilis quamdiu duraret infamia, & eius effectus:quia infames ad offi-
44 cia † & dignitates promoueri non poſſunt, niſi ex diſpenſatione.vt *C.de dignitatibus. l.2. lib.12.* & *extra.de reg.iur.c.infamibus.li.6.* Vel forte quod
45 littera † dicit *per den anys*,determinat verba *ſens alguna diſpenſacio*,quaſi dicat pœnæ iſtæ ſunt perpetuæ,ſed diſpenſatio per decennium prohibetur,quaſi dicat,lapſo decennio cum tali ad obtinendum

nendum officium poterit diſpenſari, & iſte intellectus non videtur prauus. Sed verius credo, quod prædixi, vt ſit diſpenſarum ipſo iure lapſu decennij arg. dicti *cap. pœna. & extra. de regu. iur. c. in pœnis. lib. 6.* cum ſuis concord: quod intel-
46 lige † verum quoad alia officia, quia quoad officium pro quo pecuniam dederit, eſt inhabilis ad regendum ipſum: vt in alleg. *c. addendo conſtitutionibus.* ſupra *colla. 6. in curia Montiſſoni.* vide quæ ibi dixi, quia videtur perpetuo inhabilis ad officium emptitium. Sed quo ad alia efficitur inhabilis per decennium tantum. Sequitur in text. *de*
47 *jurisdictio real en Cathalunya.* Nota † hic iuncto eo quod notatur ſupra *ead.* in verbo *dins lo Principat de Cathalunya*, quod licet prohibitio præſentis conſtitutionis, & ſimilium, quæ prohibent officia vendi, & concedi pro pecunijs, & donis, cõprehendat omnia omnia officia Cathaloniæ: tamen contrafaciens ſolum inhabilitatur decennio quoad officia Regia. Et licet dicta prohibitio comprehendat omnia officia, etiam ſi non fuerint iuriſdictionis; attamen dicta pœna inhabilitatis hic ſolum dicit de officijs iuriſdictionis Regiæ in Cathalonia. Et ſic habes hic, in hac
48 conſtitutione caſum clarum, quod † pro nullo ſuffragio debent dari officia, ſed gratis conferri debent. vt in *authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. fiant. colla. 2.* & *extra. ne Prælati vices ſuas.* per totum. Immo nec debent dari ſupplicanti pro ſe: vt ſupra *in curia Perpiniani. c. in primis.* vide ibi, dignitas adquiſita per ſolutionem pecuniæ, ab alio nomine meo, vel me ignorante facta non facit illum cui eſt dignitas adquiſita incidere, in *l. Iuliam ambitus*: vt eſt *gl. f.* in *l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu.* vide *extr. de elec. c. fi.* & quæ ibi notãtur, & per
49 hoc † etiam dico dictam prohibitionem fore generalem totius Principatus Cathaloniæ, etiam quoad officia non Regia, licet pœna inhabilitatis non extendatur: niſi quoad officia Regia. vide de hoc etiam in *authent. Scriptum eſt exemplar edicti Conſtantinopolis habens. collat. 1.* & adde notata per *Ioan. Fa. inſti. de pu. iudi. §. eſt & inter.* ſuper *gloſ. §. ſint præterea.* Sequitur in text. §. *E los qui pendran tals diners, pecunias, argent, o ſeruey, valẽ mes de deu ſous*, quod hic dicitur, *valent mes de deu ſous*, ſolum refertur ad verba, *argent, o ſeruey*, quia
50 denarij, & pecuniæ numerabiles; non habent extimari, cum ſint ad appretiandum, & extiman-
51 dum cæteras res: quia † pecunia non eſt diſpoſita, niſi ad emendum, vt in palea ejiciens: 88. *diſt.*
52 Et poteſt eſſe ratio, quia † pro tam modico argento, vel ſeruitio valoris decem ſolid. non inducitur præſumptio ſimoniæ, vt *extra. de ſimo. c.*
53 *& ſi quæſtiones*: ſic pro † tam modico non recipitur vxoris oppoſitio, vt ſupra *collat. 5. c. 10. Item quod in exceptionibus fiendis. in 2. pragmatica*, ibi in-
54 ſerta. Sed ſi † pecunia numerata detur, ſiue in denarijs, vel alia moneta detur, tunc talis officij
55 conceſsio diceretur venalis, quia † in pecunia numerata conſiſtit, & conſtituitur pretium: vt dicta palea ejiciens, & *ff. de contraben. emp. l. 1. &* 2. *§. ſine pretio.* & *C. eod. tit. l. empti. & inſti. eod. tit. §. Item pretium.* Secus eſſet de vno nummo, vt *ff. loca. l. ſi quis conduxerit nummo vno*, & ibi nota. Sed forte ſi etiam decem ſolidi in pecunia darentur, attenta modicitate, & vilitate pretij per dicta iura, non haberet locum iſte §. *E los qui pendran.*
56 quia † pro tam modico, non datur reſtitutio. vt ff. *de reſti. in integrum. l. ſcio nec daretur actio de dolo.* vt *l. ſi oleũ. §. fin.* ff. *de dolo.* & *l. ſequenti.* habere tamẽ locũ conſtitutio. *Item in venditione reddituum.* ſupra alleg. cum ſuis concor. & etiam prohibitio huiuſmodi cõſtitutionis, & pœnæ appoſitæ quo ad dantes, vel promittentes, ſaltem quoad priuationem officij, & nullitatem chartæ, & conceſſionis eiuſdem, quaſi eſſet factum contra dictas cõſtitutiones antiquas ſuperius confirmatas. Tu vero cogita melius, quia iſta ſunt modicæ vtilitatis: quia vnum forte pro his non lucrabere num-
57 mũ: quare non inſiſto amplius in his. Et † nota, quod cum quis prohibetur accipere, prohibetur etiam ei ſponte dari, vt *l. denoſtum. in fin. C. de metat. & deſtra. l. vnica.* vbi de hoc per *Ioan. de Platea.* & in *l. 1. C. non licere habita metropoli. lib. 10.* Et no-
58 ta. † quod recipiens rem cõtra legis prohibitionem, non poteſt illam retinere cum bona conſcientia, ſecundum *Dominũ de ſancto Gemin. extra. de cleri. non re. cap. conſuetudinem. §. qui vero. lib. 6.* vide & adde quæ de his ſatis latius ſcripſi ſupra *colla. 3. c. 1.* ſuper verbo *imputetur ad furtum.* cum ſuis concord. Sequitur in text. *ſien tenguts reſti-*
59 *tuyr aquells, ab la doble.* Nota, *la doble*, quia † de iure communi erat pœna quadrupli, vt *C. ad l. Iul. repetũ. l. fin.* in fin. vide ſuper hoc notata per *Ant. de Butr. in Spica iur. ciuilis.* ſuper verbo *dignitas.* Sed ſecundum leges Romanas eſt pœna, vt conuictus reddat in quadruplum: vt *l. fin. C. ad l. Iul. repetũ.* quam omnino videas, quia melius fuiſſet illam legem pro conſtit. ſeruari ad vnguem. quia ſancta eſt, ſed male ſeruatur, & ideo totus mundus eſt in errore, vide *Ioan. de Platea inſti. de pu. in*
60 *§. eſt inter publica.* Sed † quibus fiet hæc reſtitutio receptorum vltra decem ſolidos, cum ipſorum dupla; littera hic dicit, quod medietas adquiretur domino Regi, & alia medietas generali Ca-
61 thaloniæ. Sed † de iure cõmuni videretur, quod tam dans, quam recipiens pecuniam pro officio pœnam exilij ſuſtinere deberent, vt *C. ſi certum peta. l. quiſquis iudici.* & in *authen. vt iudices ſine quoquo.* infra *§. cogitatio.* & *§. eos.* & *§. ſi quis autẽ. col. 2.* Tenentur etiam agere pœnitentiam de peccato omnes prædicti, prout notatur in *Sũma C. f. lib. 2.*
62 *tit. 5. q. 40.* Sed quid ſi dominus Rex † illam pecuniam, argẽtum, vel ſeruitium valoris vltra decem ſolidos, receperit, nunquid & ipſe quod receperit cum dupla, vel parte duplę tenebitur reſtituere? Reſpondeo, curia, & conſtitutiones huiuſmodi nuſquã cogitarũt, ſicut nec debuerũt cogitare, quod dominus Rex, qui iurauit, & præ cæteris tenetur ſeruare, & facere obſeruari ipſas conſti-

constitutiones, quod ipse aliquando reciperet aliquid pro collatione officij contra prohibitiones ipsarum constitutionum, & ideo de tali casu
63 non curarunt, quia † quæ de raro contingunt, contemnunt Legislatores: vt *ff. de legibus. l. quod est semel vel bis*. Sed constitutio prima Regis Alfonsi Secundi, supra *collat. 3.* dicit, quod amittãt quod mutuauerint, vel dederint, & perdant officium: ergo patet, quod danti non fit restitutio huiusmodi etiam in simplo. Immo per hanc constitutionem fit diuisio inter dominum Regem, & generale Cathaloniæ, quando alius receperit. Sed si forsan ipsemet Rex reciperet (quo absit) tunc credo, quod ipse tale receptũ, tanquam illicitum non faceret suum, nec fisci sui; nec restitueret parti danti, quia amisit, vt dixi. Sed credo, quod illud saltem in simplum, quod receperit, deberet restituere dicto generali, cui medietas est adquisita per hanc constitutionem, & aliam medietatem habere debeat iure accrescendi: argum. *l. re communi*, cum similibus. *ff. de legatis tertio*. Sed de pœna duplæ, vel
64 alia † non possum opinari, nec credere, quod habeat locum in Principe, qui regulariter debet esse solutus legibus; vt *ff. de legibus. l. Princeps.* & *C. eod. l. digna vox.* & in vsatic. *Cum dominus. versicul. Sola vero potestas Regia.* & nota infra *collatione proxima, capitulo vltimo*. Nam dicit vsaticus ille: *Sola vero potestas Regia erit in omnibus libera, qualemcumque iuxerit in placitis inferere pœnam*, vt in *libro vsaticorum. capit. cum dominus Raymundus*, alias, *vnde dominus Raymundus*, in §. *Sane. versicul. Sola vero potestas.* vide quæ
65 ibi notantur per *Doctor*. Principi † enim nullus dicit, Cur ita facis. Sed meminisse oportet, quod homo est, & Deo subiectus, igitur tenebitur ad agendum pœnitentiam de commissis, sicut alij, & forte maiorem, quia cui plura committuntur, plura exiguntur, vt *C. de Episcopis & clericis. presbyteri citra iniuriam.* in fine. Facit 9. *quæst. 3. cap. aliorum causas*. Sed quia omnes subditi tenentur iuuare Principem ad custodiendum fidem suam, & veram locutionem, vt in vsatic. *Quoniam per iniquum*, & etiam tenentur eum iuuare contra suos inimicos, vt in vsatic. *Princeps namque*, nonne fortius tenentur iuuare ipsum auxilio, consilio, vel fauore, vt debeat seruare suum iuramentũ, de seruando constitutiones huiusmodi solemniter præstitum: tenentur enim vasalli iuuare dominũ, & seruare illa, vtile, tutum, &c. 22. *quæst. 2. cap. de forma*. Quantum igitur peccent vasalli dantes, vel promittentes tales illicitas pecunias pro officijs obtinendis, cogitet sapiens quisque. & nullus est qui curet, nec attendat: omnes vident, & nullus curat. Sed etiam si Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? *ae pœn. dist. 1. §. quod autem omni peccandi. versicul. Item si Sacerdos.* alias est. *cap.* per se. quia cum, vt dixi, teneantur subditi suum dominum iuuare contra inimicos corporales, tenentur etiam iuuare quatenus possint contra inimicos spirituales: & sic non debent ei dare causam, vel occasionem peccandi mortaliter, viuendo contra proprium iuramentum. Sequitur in tex. *volemus è ordenam*, & c. hic est secunda pars principalis huius cap. in qua
66 confirmatis † constitutionibus prohibentibus officialem poni de Vicaria vel bandositate, vel non purgatum à tabula, præcipit illas ad litteram obseruari, & pro earum obseruatione personas contra mentem earum de officijs prouisas, illico remoueri, & de alijs idoneis prouideri. Hoc dicit vsque ad finem cap. & fuit notabilis prouisio. Sequitur in textu, *que les constitucions de Cathalunya prohibins que algun qui sia domiciliat dins la Vegaria.* de hoc habes supra *collat. 5. cap. 13. Item, vt omnis suspicionis*, quæ tamen solum loquitur de Vicario vide, & quæ ibi dixi latius. Et
67 nota, quod nullus potest esse † de iure communi apperitor vel executor officialis in Prouincia originis, vel domicilij, vel in officio, quod alias administrauit: vt *C. de diuersis officijs. l. nullus appe-*
68 *ritor. lib. 12.* Sed † bene potest esse locumtenens iudicis: vt ibi notat *Ioann. de Platea*: quod crederem ad modicum tempus, alias secus, vt dixi supra in alleg. *cap. Item vt omnis suspicionis.* & supra *collat. 4. in 3. curia Barcinonæ cap. 16. Item ordinamus super capitulis curiarum generalium*. Sequitur in textu, *e de bando.* de hoc habes, supra *collat. 5. cap. 14. Item cum iuxta capitulum.* vide ibi, cum suis concordantijs. Sequitur in textu, *e qui*
69 *hage regit offici triennal*, dic † quod factum hic narratur, vnde supple, maxime: quia idem de quocumque alio annali, vel temporali officio, de & pro quo consueuerit tabula teneri: vt supra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 3. Item quod omnis Vicarius*, vbi statuitur de quocumque officiali qui iurisdictione vtatur: & melius infra *eod. cap. contra constitucions.* in fin. & supra *collat. 6. in curia Montissoni. cap. cũ iurisdictionis officia.* vide quæ ibi scripsi, licet forte officia, quæ non sunt triennali 1, nõ prohibeantur continuari tenta tamẽ tabula, vt supra *coll. 5. c. 11. Nẽ volumus & perpetuo ordinamus.* vide & adde quæ scripsi sup. *coll. proxi. c. prohibim.* Sequitur in tex. *en lo trienni prop*
70 *passat*, subaudi, quia † non potest in eodẽ loco gerere vel cõtinuare officiũ etiam purgata tabula: vt in alleg. *c. cũ iurisdictionis officia.* & dicto *c. prohibim.* nisi forsan minus anno rexerit de triennio præterito secũdum, quosdam: quod non est verũ de rigore constitutionũ in triennali officio, quia licet minus anno rexerit, tamen tenetur stare ad tabulã tempore quo ab alijs tenetur, nec potest eã differre? secus tamẽ de annali, quia prohibitũ est prorogari tabulã vltra triennium, vt dixi in dictis *cap. prohibem.* & *cap. cum iurisdictionis officia.* veruntamen ille qui minus anno rexerit de tempore præterito poterit purgata prius tabula cõtinuare idem, vel aliud officium in eodem loco: sic loquitur *c. cum iurisdictionis*, vt ibi notatur; licet alij ipsum cap. aliter intelligãt, sed nõ bene;

quorum tamen ſententia quandoque de facto ſer-
71 uatur,& male: quia † nullus debet confirmari in officio,niſi de priori tempore fuerit ſyndicatus: vt *l.neminem.C.de ſuſcep.& ar.ca.lib.* 10.& ibi notat *Ioan.de Platea.* Sequitur in text. *o no hage porgada la taula.*vt ſupra *colla.*5. *c.*12. *Item volumus, & perpetuo ordinamus*, vbi prohibetur dari ſpes, &c. vide ibi.& ſubaudi,hoc caſu de quocumque officio triennali, vel alias obligato ad tabulam, etiam ſi illud in aliquo alio loco rexerit, & ſiue fuerit de proxime lapſo triennio,ſiue de citeriori tempore. Sequitur in tex. *no puxa obtenir offici triennal*,ſupple,maxime, quia nulla eſt conſtitutio de prædictis,vel alia quæ ſimpliciter loquatur de officio triennali,niſi iſta,& tamen per iſtã nullatenus corrigũtur alię cõſtitutiones,quę hic expreſſe iubentur ſeruari ad litteram, & tamẽ in dicto *c.Item volumus,& perpetuo ordinamus*,dicitur de eo qui nondum eſt à tabula abſolutus, quod ei non cõmittetur aliquod officium iuriſdictionis: & ibi nulla fit mentio de triennali;ſed ſimpliciter loquitur de quocumque officio iuriſdictionis,ergo ſiue fuerit annale,vt eſt officium Conſulũ maris;ſiue de alio tẽporali vel perpetuo; vt ſupra *ead.*& in alleg.*c.prohibim*. Sequitur in tex. *ſien ſimplament ſeruades a la lletra*, hoc intelligę, vt dixi ſupra *ead.c.volents.*ſuper verbo *plenerament a*
72 *la lletra*,quoniam † qui ſub quadam conninẽtia, vel negligentia doloſa colludit,& peruertit formam legis,tanquam falſarius punitur pœna capitis,& bonorum publicatione,vel etiam deportatione, prout conditio perſonarum, & delicti grauitas exigit:vt *C.de fal.l.vbi.* in fi. ſecundum *Ioan.de Platea.* qui hoc notat in *l. hac ſanctione. C. de diuerſis officijs.lib.* 12.& in *l.*1.*C.de theſaur.li.*10. Et adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. in curia Perpi-*
73 *niani c.cum ſecundum.* Et † ſimiliter punitur trãſgreſſor cõſuetudinis validæ, ſicut & legis: 11. *di. c.in his*. Sed tamen hæc conſtitutio de facto non ſeruatur,quia deficit remedium iuramenti,quod officiales in principio ſuæ adminiſtrationis deberent præſtare, iuxta formam, & mentem iuriſiurandi, quod præſtatur ab his qui adminiſtrationem recipiunt.*collat.*2.¶ Sequitur in tex. §.alias.*verſic.E les perſonas contra la penſa de les dites conſtitucions*,&c.dic,ſcilicet,omnes ſuperius in hac conſtitutione deſignatas à principio vſque huc, quaſi dicat, quod perſonæ prouiſę de officijs contra conſtitutiones, prohibentes officia vendi vel donari,aut concedi pro pecunijs, vel promiſsionibus, & obligationibus: vt ſupra in 1.*rubr.* quam contra illas quæ prohibent Vicariam dari illi, qui eſt de Vicaria. & illi qui eſt de bando, & illi qui non eſt à tabula abſolutus,
74 de quibus in §.*volem mes & ordenam.* Vnde † iſte verſiculus, ſiue iſta clauſula poſita hic,*E les perſones*,&c. reſpicit & refertur ad omnia præcedentia in hoc capite contenta: vt dixi ſupra in ver-
75 bo *ſi aquell en la dita manera obtindra.* De † hoc,an & quando clauſula in fine poſita reſpiciat tantum proximiora, vel omnia præcedentia, vide *gl.f.*& *Doctо.in l.qui adoptionem.ff. de adop.* & *ff. de iuriſdict.omnium iudi.l. ſi idem cum eodem.* & *extra. de appel.cap. ſecundo requiris.* & *cap. intimaſti.* & *de dona.cap.cum dilecti.* & in *Spec.tit.de inſtrumẽto.edi.* §.*nunc autem videndum.verſi. Item excipe quod talis clauſula.* Et ad id,quod dicit, *contra la penſa*, vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. proxima. cap. contra la penſa*: & facit ad id, quod dixi ſupra
76 *collat.*5.*cap.*13.quod nomine † Regentis non ponitur Vicarius de eadẽ Vicaria,quia eſſet contra mentem dictarum conſtitutionum,& non valet tanquam factum in fraudem legis,ſeu conſtitutionis huius,licet de facto contrarium ſeruetur hodiernis temporibus per illicitos fauores non ſine culpa,& onere conſcientiarum Iuratorum, & aliorum,ad quos ſpectat talibus fraudibus obuiare. Sequitur in textu, *Encontinent ſien remogudes*, ſcilicet, de facto, & executiue, non ſpectata alia declaratione, & citra iuris ordinem. Et ſic iuncto quod dixi ſupra in verbo *ſia priuat*,hic habes caſum pro his quæ dixi ſupra *ead. c. ab ſerie de la preſent*,in verbo *ſian priuats ipſo facto de lurs*
77 *officis*,ſcilicet, quod vbi † in conſtitutione aliqui priuantur officijs, & adijcitur verbum executiuum, puta, quia dicit, *illico remoueantur*, vt hic,vel dicit,quod non obediatur eis:vt in dicto *cap.ab ſerie.*cum ſimilibus; tunc tales ſunt ita habiti pro priuatis,ſicuti ſi eſſet lata ſententia declaratoria ipſius priuationis,quia non reſtat,niſi executio,dummodo factum ſit notorium, & pro his poterunt conueniri,& puniri ante tempus tabulæ,iuxta notata ſupra *collat. proxima. cap. quia quandoq.contingit*, ſuper verbo,*eo ipſo priuentur*. Et hoc ſatis importat verbum *encontinent*, hic in littera poſitum,iuxta notata in ſimili in vſati. *Auctoritate, & regatu omnium*, & etiam per *Iacob. de Cal.in Directorio pacis,in* 3.*dubio.*ibi de verbo *ſtatim*,& hoc habes clarũ in cõſtitutione pacis,quæ incipit,*notũ ſitcunctis.*§.*Itẽ ſtatuimus,quod ſi quis cõtra tenorẽ pacis ceperit aliquẽ.*vide *Doct.*in vſat.*Caſtellani.*Adde quæ dixi ſup.*coll.*3.*c.*3.ſuper verbo *amittat in continẽti.* Sed quia † hic nõ dicit per quẽ
78 remouebũtur ipſi priuati propter violationem dictarum conſtitutionum, & huiuſmodi; quæro quis iſtos remouebit?Reſpondeo,quod dominus Rex,vel Gubernator; quia alium forte non habent ſuperiorem, vide quæ dixi ſupra *collat.* 4. *in prima curia Barcinonæ cap.*4.*Item quod Vicarij, & Baiuli*, &c. & ibi, *quod nos poſſimus ibi tornare offi-*
79 *ciales, ſicut nobis placuit*,quia † ponere vel remouere officiales eſt de regalijs:quia iuriſdictiones à Principe fluunt,& ad ipſum refluunt per conceſsiones, commiſsiones, &c. ſecundum *Iacob. in Margarita Fiſci* 8.*dubio.verſic.*213. & vide melius in *ſen.quæ ſint regalia cap.*1.*verſic.Poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad inſtitiam expediendam.* in *auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis.* per totum.
80 Nam † omnis iuriſdictio eſt diſtrictus apud Principem,& omnes iudices à Principe adminiſtra-

tionem

tionem accipere debent, & iuramentum præſtare, quale à lege conſtitutum eſt etiam poſt pacẽ conſtantiæ: vt notatur *de pace iuramẽto firm. §. iudices.* in *gloſ.* & ita ſecundum *Bal.* quem vidi late
81 te in dicto *verſic. poteſtas*. Et † contra Principes, qui malos ponunt iudices, vel officiales, eſt quędam lex cognita tenoris ſequentis: *Principes, qui prauos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferũ, ſcilicet, peccant. Nam ſicut populus peccatum eſt, quando Principes mali ſunt; ſic principibus eſt peccatum, quando iudices iniqui exiſtunt. Bonus iudex ſicut nocere ciuibus neſcit, ita prodeſſe omnibus nouit. Alijs enim præſtat cenſuram iuſtitiæ. Alijs bonitatem indicij. Sine perſonarum acceptione ſuſcipit, non infirmat; iuſtitiã per auaritiam non inflammat, nec ſtudet auferre alteri quod cupit ſibi. Boni iudices iuſtitiam ad ſolam obtinendam ſalutem ſuſcipiunt. Nec eam muneribus acceptis diſtribuunt, dum iuſto iudicio tẽporalia lucra nõ appetunt, vt præmio æterno ditentur.* Sequitur alia lex, *omnis*, quæ recte iudicat, ſtateram in manu geſtat, & habetur etiam in *Decretis* 45. *diſtinctione. capit. omnis qui iuſte iudicat*, &c. Sequitur in textu, *è prouidas alios habiles & ſuf-*
82 *ficientes*. Nota hic caſum, quod dominus † Rex tenetur prouidere de officialibus idoneis. Et dicuntur idonei, qui alias à iure vel conſtitutione, non ſint prohibiti, debent enim eſſe idonei, ſcientia, moribus, & ætate; conſideratis circumſtantijs, quas neceſsitas illius officij expoſcit, quia alia idoneitas requiritur in iudice, in quo magis requiritur ſcientia: quatuor enim requiruntur in bono iudice, ſcilicet, quod habeat auctoritatem, legum peritiam, rectam in-
83 tentionem, & cauſarum experientiam. Sed † in Vicario vel Baiulo requiritur, quod ſint ſtrenui, magnanimes, modeſti, ac diuites, ne propter penuriam, & paupertatem ſuam, iniuſte opprimant ſubditos, quos tueri tenentur: & ſic
84 de alijs. Et ita † habes hic, quod dominus Rex ſine periculo conſcientiæ non poterit facere vacare officium ſine perſona, quæ ipſum digne valeat adminiſtrare. Sicuti iam tres menſes, & ſunt elapſi, vacauit, & vacat officium iudicaturæ ordinariæ Gerundæ per obitũ venerab. Bernardi Guelli Licent. in legibus, quondã iudicis ordinarij Gerundæ, & neſcimus quamdiu ſic erit inutiliter vacans. Sed proh dolor nullus eſt, nec iurati, nec alij, qui ſuper hoc inſtantiam faciant, & forte eſt in cauſa timor tabulæ, in qua viderunt me contra iuſtitiam multipliciter fatigatum: vnde opinor, quod non reperient bonum, & probum, qui de cætero velit ipſum officium acceptare; & ita tabula, quæ de te eſt bona, tamen per abuſus iudicum & ſcriptorum effecta eſt mala. Et ad propoſitum infero hic legem Goticam, quæ eſt textui ſequentis: *Neminem ſtultorum, vel improborum oportet eſſe iudicem. Nam ſtultus per ignauiam ignorat iuſtitiam; improbus pro cupiditate corrumpit ipſum quam didicit veritatem. Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quam à cruentiſſimis hoſtibus. Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quam iudex iniquus in ſuos. Latrones in acceſſis faucibus ac latebroſis latenter inſidias ponunt, iſti palam rapacitatis auaritia. Seminant hoſtes in aliorum, ſanguine tantum intendunt iudices quaſi crudeliſſimi carnifices ciuium oppreſsioni; ſua vi ſubiectorum vitam extinguunt. Qui enim deſtruunt multi ſunt; & rari ſunt, qui populos legum moderamine regant.* Iſta lex eſt ſub rubrica de prauis iudicibus.

De ordine Audientie circa relationes, & concluſiones. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Vicecancellarius vel Regens Cancellariã nõ poſſunt ſibi cauſarum commiſsiones facere, nec ſibi eas retinere. & nu. 4.*
2 *Puncti formari debent in cauſa facta relatione, vt ſuper illis Doctores Regiæ Audientiæ votare valeant.*
3 *Vicecancellarius nõ poteſt cognoſcere de iniquitate ſuæ ſententiæ in cauſa ſupplicationis.*
5 *Præſes non poteſt ſe alicui tutorem dare, nec iudicem.*
6 *Officium duarum perſonarum nullus in iudicio exercere poteſt.*
7 *Duarum perſonarum vicem quando quis gerere poſsit, remiſsiue.*
8 *Ordo vbi non eſt, ibi eſt confuſio.*
9 *Ordo conuerſus vitiat actum. & nu. 13.*
10 *Ordinis omiſsio vitiat diſpoſitionem.*
11 *Ordo cauſarum alius, & alius ordo iudicij.*
12 *Ordo non attenditur, vbi ex diſpoſitione legis vel hominis voluntas eſt dubia.*
14 *Seruus ordinari non debet ſine conſenſu domini.*
15 *Dilationibus cauſarum eſt obuiandum.*
16 *Excommunicationis ſententia non fertur niſi pro peccato, mortali vel contumacia.*
17 *Aduocati ſunt audiendi in collatione Regiæ Audientiæ. & quid in iudicibus inferioribus. numero 20.*
18 *Species defenſionis & cauſa inſtructionis eſt collatio, & patroni auditio.*
19 *Aduocati vitam, ſpem & poſteras defendunt.*
21 *Conſtitutio, ſicut & ſententia Principis, facit ius.*
22 *Stylus eſt, quod iudices audiant aduocatos in collatione.*
23 *Per aſsignationem ad ſententiam dicitur in cauſa concluſum.*
24 *Poſt concluſionem in cauſa nulla ſunt partes iudicis, niſi in pronuntiando.*
25 *Aduocati ſunt per iudicem audiendi ad plenum ſuper meritis cauſæ. & quid ſi aduocati contumaces fuerint, nu. 26. & 43.*
26 *Aduocatus licite poteſt aduocare pro excommunicato.*
28 *Aduocati confeſsio, ſicut propria partis, præiudicat, niſi ſtatim reuocetur.*
29 *Aduocatus licet ſciat cauſam poſſeſſoris iniuſti, & petat in ea ſpolium, non exinde dicitur conſcientiam*

habere laſam.

30 *Aduocatus eſt pica & organum legis ſcriptæ, & non debet habere conſcientiam hominis, ſed legis.*

31 *Vicecancellarius committere non poteſt cauſam vni vel pluribus inriſperitis, quod extra audientiam ordinent ſententiam nomine, & in perſonam Regis promulgandam in eius audientia, & quid ſi de conſenſu partium.num.32.*

33 *Collatio ſuper cauſis haberi debet cum peritis, & cum libris vocatis partibus ante prolationem ſententiæ.*

34 *Aduocatus poterit petere totum ſalarium; ſi non ſtat per eum, quo minus præſtet patrocinium. & quid de cauſa, cuius inſtantia ſine culpa dicti aduocati perempta fuerit.nu.35.*

36 *Aduocatus habens conſcientiam remordentem an teneatur iuuare clientulum.remiſſiue.*

37 *Iudex an vt ſuſpectus remouendus ſit propter familiaritatem aduocati.remiſſiue.*

38 *Aduocatus an poſsit varijs modis exponere iura.*

39 *Iudices antequam cauſam decidant, debent eſſe de cauſa plene inſtructi & informati; alias cauſa poſſet ex eo retractari.*

40 *Sententia eſt nulla, ſi eſt lata non viſo nec recognito proceſſu.*

41 *Aſſertione partium iura panduntur.*

42 *Vicecancellarius vel Regens Cancellariam concludere non poſſunt in cauſa abſque exactione votorum, vel contra vota, vel cum minore parte votorum Doctorum Regij Conſilij.*

44 Poſtea *verbum ordinem requirit.*

45 *De iudice male præſumitur, qui requiſitus non vult tenere collationem, & audire partium aduocatos.*

46 *Cauſa viles & modicæ qua, remiſſiue.*

47 *Cauſa magnatum reputantur cauſa magna.*

48 *Cauſa modicæ citius ſunt expediendæ.*

49 *Seruitium modicum quid, remiſſiue.*

50 *Cauſa vbi commiſſa eſt tribus conſiliarijs, duo ex illis conſulunt vnum, & tertius contrarium; iudex vero illi vni adhæret, an ex eo grauet partem, traditur.*

51 *Rex poteſt facere reuideri cauſam licet votatam.*

52 *Rex ex ſua regalia poteſt poſt rem iudicatam reuidere proceſſus.*

53 *Sententia lata nomine Regis non habet promptam executionem. ſi non eſt lata iuxta formam conſtitutionis ex deliberatione conſilij.*

PEr donar orde a la deciſio de les cauſes quis menẽ en la Audientia, &c. Nota quod domina Maria Regina Locumtenens Regis Alfonſi, viri ſui fecit ordinationes; inter quas ordinauit quod Vicecancellarius vel Regens Cancellariã non poſſint ſibi facere commiſsiones cauſarum, nec cauſas ſibi retinere. Item, quod † facta relatione fiãt ſeu formentur puncti, ſuper quibus Doctores Audientiæ Regiæ habeant votare. & ita fuit ſeruatum, niſi poſt receſſum domini Ioannis de Funes Vicecancellarij dicti domini Regis Alfonſi Quarti. Sed dominus Ioannes Primogenitus, & Locumtenens domini Regis Renati reformauit prædicta anno 1467. nec tamen quidquam bonı ſeruatur. Imo totus mundus ponitur in errore.

3 Item † eſſet valde iniquũ, quod in cauſa ſupplicationis ipſe Vicecãcellarius eſſet cognitor ſuæ iniquæ ſententiæ: *ff.de app.l.eos.* §. 1. ſecundũ *Bertran.de Deoceo.in l.* 1. *C.de pretoribus.li.* 12. Sed † nũquid Vicecãcellarius poteſt ſibi ipſi cõmittere cauſam, ſicut modo de facto cõſueuit honor. Gaſpar Vilana Vicecãcellarius Regis Petri? Reſpõ deo, ſæpe & ſemper dixi, quod non; & allegaui caſum in *curia Regis Martini c. Item ſenyor que ſia merce voſtra*, vide ibi. & eſt caſus rotũdus in *l. præſes. ff. de officio præſidis.* vbi † dicitur, quod præſes non poteſt ſe alicui tutorem dare, nec ſe iudicẽ, & idem *ff. de offic. preto. l. ſi.* & *ff. de tu. & cu. da. ab his. l. pretor.* Item † nota, quod nullus poteſt tenere officium duarum perſonarum in iudicio, ſed in alijs bene: vt *ff. de adopt. l. ſi nullus.* & adde *glo. in c. ex litteris de proba.* ſuper verbo *vicem duorum.* & quæ ſcripſi ſupra *ead. c. primeramente.* & vide *glo. in cap. qui Epiſcopatum.* 8. *q.* 1. ſuper verbo *appetitur.*

7 Et an & † quando vnus valeat gerere vicẽ duarum perſonarum, vide *ff. ad Trebell. l. ille à quo.* per *Ray.* & *Ioan. de Imola.* & *extra. de proba. cap. ex litteris.* in *gloſ.* vide in *l. ille à quo.* §. *tempeſtatum.* Et non poteſt congrue ſummari ſub breuibus. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam, De relationibus, & concluſionibus cauſarum in Audientia Regia expediendarum. Et eſt vtilis, & optima prouiſio, pro expeditione iuſtitiæ neſcio quomodo practicatur. Ex quo nota, pro ordine obſeruando, quia † vbi eſt multitudo, & non eſt ordo, ibi eſt confuſio, & ex his quæ in ordinate facta ſunt, non poteſt aliquid ordinabiliter agi, vt *extra. de accuſa. cap. qualiter & quando. in* 1. pro hoc facit. *l. prolatam. C. de ſenten. & interlo. omnium iudi.* quia alias ordo † conuerſus vitiaret actum, vt ibi, & *3. diſtinct. c. ſolicitudo.* & ibi *Gui.* & *7. quæſt.* 1. *cap. nihil.* Immo & omiſſio † ordinis vitiat *2. quæſt.* 1. *cap. viſum. & cap.* 1. & ibi nota, † quod alius eſt ordo cauſarum, & alius ordo iudicij, & *C. de appellat. l.* 1. ¶ Et ſerioſe ſcripta, ſecundum ordinem quo ſcripta ſunt, debent terminari: *extra. de reſcriptis. cap. cum dilecta.* & *de officio deleg. cap. venerabilis.* & *de reſti. ſpo. cap. Piſanis.* ¶ Sed dic, † quod vbi ex diſpoſitione legis vel hominis voluntas eſt dubia, non attenditur ordo: vt *ff. de ſolu. l. ordo.* Sed ſi eſt ordo ſubſtantificus vel certus, tunc attenditur ordo: vt in *cap. cauſam. de reſcriptis.* & *l. nec ordo. ff. de ſolut.* Vel † dic, quod aut ius ponens ordinem mandat illum ſeruari, aut conſulit. Primo caſu non valet, quod agitur illo ordine non ſeruato, vt in *cap. quia propter. extra. de elec. lib.* 6. vide *gl. f. de inſti. cap. vltimo.* & *C. de ſent. & interlo. omnium iudi. prolatam.* Secundo caſu tunc factum contra ordinem valet: 54. *di. cap. nulli.* ibi dicitur quod † ſeruus ordinari non debet ſine conſenſu dñi, ſi tamẽ ordinaretur, valet: *ext. de ſpon. c. ſuper-*

ſum.

ſum. & *extra. de elec. cap. commiſſa. lib. 6.* & *cod. tit. bo ne. in 2.* & adde quæ dixi ſupra *cod. c. primeram ent*, ſuper verbo *è no a altre.* & ſupra *colla. 2. in 2 curia*
15 *Barcinone c. Item quod in terris.* ¶ Secundo † notã dilationibus, vexationibus, & inculcationibus cauſarũ fore obuiandum, & prouidendũ, vt ſupra *colla. proxi. c. volentes.* cum ſuis contor. facit *c. in lo cũ benedictionis. 5. q. 4.* & in *Got. lib. 2. tit. de negotiorũ exordijs c. 2. rubr. vt nulla audientia clamore, aut tumultu turbetur. l. audientia non turbetur tumultu, aut clamore.* Sed illis poſitis in parte qui non habent cauſam illi ſoli ingrediantur in iudicium quos conſtat debere intereſſe. Sed ſi iudex elegerit alios auditores ſecum eſſe præſentes, aut forte voluerit conferre cauſam quæ proponitur cum eis ſit ſuæ poteſtatis? Huic *legi Got.* concordat *Decretum 11. Concily Toletani*, quod fuit factum tẽ pore Gotorum, & habetur ipſum *Decretum 5. q. 4. capitulo, in loco benedictionis confidentes.* vi-
16 de ibi, quia ponitur pœna † excommunicationis, quæ non fertur, niſi pro peccato mortali, vel pro contumacia, quæ eſt peccatum mortale: vt *extra. de maio. & obe. cap. ſi quis non obedierit*, & excommunio non fertur, niſi pro contumacia, vt notat *Goffre. in Summa. de ſenten. excom. ver. ſ. Vnde ſi recte*, vide ibi. Nota verba Exodi 23. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum. Nec in iudicio plurimorum adquieſces ſententiæ, vt à veritate deuies: pauperi quoq; non miſereberis in negotio*, intellige contra veritatẽ & iuſtitiam. Super tex. *E los aduocats plenament oyts.* Nota hic de iure Cathaloniæ, aduoca-
17 tos fore † audiendos in collatione Audientiæ Regiæ, & iuncto proœmio, & ſupra notatis attẽtis, hic dico eſſe de ordine proceſſus, & iudicij: vt facta relatione in audientia aduocati debeant ad plenum auditi, & ſi hoc ordine omiſſo feratur ſententia, ſit ipſo iure nulla, tanquam lata prætermiſſo iſto ordine iuris, & parte non audita.
18 nec defenſa; quia † ſpecies defenſionis, & cauſæ inſtructionis, eſt collatio, & patroni auditio, quia
19 aduocati † vitam, ſpem, & poſteros defendunt, vt *l. aduocati. de aduo. diuerſo. iudi.* An debeant audiri partium aduocati in collatione, vide alberanum, quod poſui in fine iſtius cap. dat. 15. Mar
20 tij anno 1385. Et hoc † etiam dico, quod alij iudices inferiores, hunc ordinem, ſcilicet, audiendi aduocatum in collatione peritorum debeãt obſeruare: argum. *extra. de re iudi. c. in cauſis*, & quia hic punctus non eſt à iure communi deciſus, ideo per hanc conſtitutionem iudicetur per ſimile: argum. *l. non poſſunt. & l. de quibus.* cum ſimilib. *ff. de*
21 *legi.* quia hæc conſtitutio, † ſicut & ſententia Principis, facit ius, vt ex eo inferiores debeant in ſimilibus iudicare, iuxta notata in alleg. *cap. in cauſis.* & ſupra *collat. 4. in curia Perpiniani cap. hac noſtra*, ſuper verbo *conſtitutione.* §. *Sed quando ſententia Principis faciat ius.* vide *Doctor. in l. ingenuum. ff. de ſta. ho.* Et hoc etiam eſt expeditum in cauſis pupillorum, & viduarum, & miſerabiliũ, quæ ducuntur coram Gubernatore, iuxta conſtitutionem infra *collat. proxima. cap. In cauſes dels pubills*, ibi, *ab conſell de notables iuriſtes.* vide ibi. Et idem dico debere ſeruari in alijs cauſis, quia diuerſitatis ratio reddi non poteſt, ideo idem ius
22 eſt cenſendum. Et † de ſtylo eſt, quod indices audiunt aduocatos partium in collatione. No-
23 ta, quod † per aſſignationem ad ſententiam dicitur eſſe in cauſa concluſum, ſecundum *Innocen. & Bal. extra. de appel. cap. ſuper eo.* vide ad hoc *ff. de verbor. oblig. l. qui Romæ. §. Angerius.* idem videtur quando eſt facta relatio in audientia, vel ad relationem aſſignatum, & ſtyli vſus, & conſuetudines ſunt iura patriæ per conſtitutiones approbata, & ideo factum tali ordine omiſſo debet vitiare, vt dixi. Sed non video ex tali omiſſione collationis ſententiam aliquam annullari, nec hoc in cõtradictione venire. Sed hoc forte ita tranſit cum alijs erroribus, quia pauci curant de iſtis iu-
24 ribus patriæ. Poſtquam † eſt in cauſa concluſum, ſcilicet, per iudicem, nullæ ſunt partes iudicis niſi in pronuntiando; & ideo poſtquam eſt concluſum, clauſus eſt proceſſus, vt nulla allegatio deincep. fiat, nec in iure, nec in facto, ſecundum *Innocen.* quod eſt notabile, ſecundum *Bal. in cap. paſtoral. de cauſa po. & proprie.* Et hoc verum quando concluditur in tota cauſa per iudicem.
25 Et † quod aduocati ſint per iudicem audiendi ad plenum ſuper meritis cauſæ, vt in *collat.* eſt *tex. in l. quiſquis. §. apud vrbem. cap. de poſt.* quæ eſt canonizata 3. *quæſt. 7. §. tria.* vide ibi *gloſ.* & 35. *quæſt. 9. cap. grauem*, facit *cap. cum Ioannes. extra. de*
26 *fide inſtrumentorum.* Sed † quid ſi aduocati ſint contumaces, vel dicunt ſe nolle aliquid dicere? Reſpondeo, tunc poteſt fieri deliberatio, & concluſio in audientia de tali facto; quia contumacia facit eos haberi pro præſentibus: vnde eſt cautela, quod aſſignatio ad relationem intimetur aduocatis, & adde quæ ſcripſi ſuper *cap. curia Regis Martini Item per totre*: & aliqui adijciunt commination em, quod procederetur cum, vel ſine aduocato: & credo, quod bene;
27 quia tunc debet venire, vel ſe excuſare. Et † nota, quod aduocatus licite poteſt aduocare pro excõmunicato, & ei communicare in his quę ad cauſam pertinent, dummodo eum, contra iuſtitiã non iuuet, & ſciat cauſam iuſtam, ſecundum *Hoſt.* qui ita notat in *c. oroposſuit. ext. de cleri. excõ.*
28 *mi.* ¶ Item nota, † quod aduocati confeſsio ſicut propria præiudicat, niſi cito reuocetur: & infra quantum tempus debeat reuocari, nota *extra. de cenſi. cap. olim.* & *de app. c. cũ cauſam.* in *gloſ.* cum ſuis remiſsionibus, & habes tex. *Cde erro.*
29 *aduo. l. 3.* Item nota, † quod licet aduocatus foueat cauſam poſſeſſoris iniuſti poſſeſſoris, qui tamen iuſte perit reſtitui, non propter hoc dicitur habere conſcientiam læſam: vt in *cap. paſto-*
30 *ralis. extra. de cauſa po. & proprie*; quia † eſt pica, & organum legis ſcriptæ, & aduocatus non debet habere conſcientiam hominis, ſed legis, & certe lex bona eſt ſi quis ea ratione vtatur

31 ſecundum *Bal.* Sed † nunquid poteſt per Vicecancellariũ committi vni, vel pluribus iuriſperitis quod extra Audientiam, & ſine collatione peritorum ordinent ſententiam nomine, & in perſonam domini Regis in eius audientia promulgandam, ſic de facto videmus ſæpe, maxime in decem diebus poſt receſſum audientiæ. de quibus habes ſupra *c. ordenam è ſtatuim*. Et certe hæc conſtitutio facit, quod non, ibi, *è los aduocats plenament oyts*, & ibi, *& lo conſell plenament informat*. Et † hoc credo verius, niſi forte fieret de conſenſu partiũ, quidquid de facto ſeruetur. Pro hoc facit 20. *diſt. c. de cauſis*. Et collatio ſuper cauſis † debet haberi cum peritis, & cum libris, vocatis partibus ante prolationem ſententiæ, vt notat *Hoſtien. de reſti. in integ. c. tamen ex litteris.* §. 1.

34 ¶ Item † nota, quod aduocatus, ſi non ſtat per eum quo minus præſtet patrocinium, de iure poterit petere totum ſalarium. *de pœn. diſt.* 1. *cap. magna.* in fin. Et eſt argum. quod † de cauſa, cuius inſtantia ſine culpa aduocati eſt perempta, debeat habere integrum ſalarium. de quo vide ſupra *collat. proxi. c. los ſalaris*, cum ſequent. Sed † an aduocatus habens conſcientiam remordentem teneatur iuuare clientulum, vide in *gl. ſ. c. breui. extra. de iureiuran.* An † etiam iudex remoueatur propter familiaritatem aduocati, vide in *c.* 1. *de offic. ord.* dic vt ibi per *Henricum*. ¶ Item an aduocatus † poſsit variis modis exponere iura. vide *in gl. l. di. quod eſt.* & an poſsit ſuam opinionẽ mutare. vide 23. *q.* 5. *c. index*. Sed an ſufficiat aduocato dicere, Hoc dicit quædã lex: 1. *q.* 1. *c. euidẽter*. & 45. *di.* §. *hinc*. adde notata in *Spe. tit. de diſp.* & alleg. *aduo.* §. *porro. ve ſ. in ſumma*. Et adde quæ notãtur ſupra *collat. proxi. c. E los aduocats.* & ſupra *colla.* 6. *curia Montiſſoni. c. in ciuitatibus.* cum ſuis concordan. Et de hac materia latius vide in *Spec. tit. de aduo.* & *tit. de diſpu.* & alleg. *aduo.* Sequitur in tex. *E lo conſell plenament informats*, &c. Nota etiam hic pro his quæ dixi ſupra, quia requiritur, quod iudices † ſint plene de cauſa inſtructi, & informati, alias cauſa poſſet ex hoc ſolo retractari, & annullari, vt *extra. de reſti. in integrũ. c. Tamen ex litteris.* & quæ notantur per *Bar. in l. edita*, alias *l. is apud quem. C. de eden.* quia † ſententia eſt nulla, ſi eſt lata non viſo, nec recognito proceſſu; & tamen conſilium audientiæ, non poterit ad plenum dici informatum, niſi partium aduocatos ad plenum audiuerit conferentes, & diſputantes: quia aſſertione partium iura panduntur: vt *C. ſi per vim, vel alio modo. l. vlt.* & dicto *c. Tamen ex litteris.* & adde quæ ſcripſi ſupra *col.* 5. *c.* 29. *Item pro abbreuiandis litibus*, ſuper verbo *recognitis*. Sed quæro † an Vicecãcellarius, vel Regens Cancellariam poſsint concludere abſque votis exactis, vel etiam contra vota, aut cum minore parte votorum? Reſpondeo & credo, quod non; alias fruſtra eſſet facta hæc conſtitutio, quæ vult cõſilium informari, & vota peritorum exigi dum dicit inferius: *& conclos, cullits los vots del conſell.* & idem infra *colla. proxi. c. les cauſes dels pubills.* ibi dum dicit, *qui aquells ab conſell de lurs aſſeſſors, & dalires notables juriſtes hagen a determinar.* Et iſta habent ſeruari ex ordine huius conſtitut. quæ talem vult ſeruari ordinem, quo omiſſo nõ valet, quod agitur in contrarium, iuxta ea quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. c. querelam.* & in *c. ne ex beneficio.* Nota † ergo, quod ſemper aduocati in audientia ſunt vocandi, & audiendi, niſi fuerint cõtumaces, & etiam vota peritorum ſunt exigenda, & ſecundum ea, ſeu eorum maiorem, & ſaniorem partem eſt concludendum per Vicecancellarium, vel Regentem Cancellariam, & ita ſeruatur de ſtylo curiæ, qui vicem legis obtinet: vt notatur ſupra *ead. c. occurrens.* in fi. & ridiculũ videtur tenere oppoſitum. adde quæ notat *Gui. Durandi in Spec. tit. de requiſitione conſilij*, pro quo facit *c. de quibus.* 20. *diſt.* Sequitur in textu, *E apres dins tres jorns promulgar, è publicar la ſententia*, &c. Nota hic pro ordine obſeruando in prædictis, vt dixi, quia verbum, *E apres*, dicit † ordinem, requirit ergo prius debere conferri, & audire aduocatos, & meritis cauſæ in facto, & in iure intellectis fieri deliberationem, & concluſionem ſententiæ, quæ habet poſtea infra triduum publicari. Et dic, infra triduum, ſcilicet, à die factę cõcluſionis numerãdum. Et ſic prætermiſſo hoc ordine lata ſententia non valeret; præſertim, quia actus contra conſtitutionem habitus non valet, vt ſæpius dixi. Nam inter talem concluſionem, & ſententiam nullum eſt medium; niſi citatio ad ſententiam: vt in *authen. vt cum. de app. cog.* & notat *Bal.* ſuper *Innocen. in c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie.* Sed non negatur quin poſsit ante factam concluſionem amplior haberi collatio; & informatio, ſi caſus ille hoc popoſcerit, & hoc ſequitur in littera, *lla empera*, &c. Et ex his nota, male † præſumi de iudice, qui requiſitus nõ vult tenere collationem, & audire aduocatos partiũ. Sequitur in text. *les cauſas pocas*, quæ dicãtur cauſæ viles, & modicę, dixi ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni c. cauſa*. Sed forte cauſa hic dicetur modica, non tam ex quãtitate rei, vel cauſæ, de qua agitur, quam ex intricatione, & magnitudine proceſſuum, & actorum multitudine, vel quia cauſa in vno, vel duobus punctis ſtat, vel agetur de aliquo intermedio. Item dicitur cauſa vilis, & modica, quæ vix aſcendit ad ſumptus litis: vt in *authen. vt cum. de app. cog.* & nota, † quia cauſa magnatum reputatur valde magna in curia, ſaltẽ de facto, quia in iudicijs non habetur acceptio perſonarum: *de iudi. c. nouit.* Et hoc totum credo hic arbitrarium iudicio Cancellarij, Vicecancellarij, Regentis, & dominorum de conſilio, dummodo eadem die poſsit ſine alia retentione decidi. Et ſic † nota, cauſas modicas citius fore terminandas, & expediendas: ſic in alleg. *cap. cauſa*, ſic etiam de cauſis viatorum: vt in viat. *Quoniam. §. Item inuiolabili.* alias eſt viat. *Per ſe.* Sed quod † ſeruitium dicatur modicum, dixi ſupra

e.proxi. ſuper verbo *dinero, argent*, &c. Pone quod
50 eſt† commiſſa tribus conſiliarijs; duo conſulunt vnum, tertius contrarium; Iudex vero illi vni adhęret, & ita iudicat, an ex hoc ſolo dicatur partem grauare in dubio? Reſpondeo quod ſic, ſi tenetur ſtare, vt notatur in *c. nullus ex cognito. ext. de reg. iur. lib. 6.* per *Ioan. An.* ita dicit *Bal. in l. 1. ff. de*
51 *offic. conſulis. in 6. q.* Sed pone† caſum, qui modo euenit: cauſa eſt vota ta, Vicecancellarius, nondũ concluſit, vel etiam concluſit. Sed ante prolationem ſententiæ dominus Rex vult cauſam iterũ coram ſe referri, diſputari, & reuideri, dubitatur an poſsit. Quidam, quod non, per hoc, quod in hac conſtitutione dicitur, quod infra triduum publicetur ſententia. Sed ego cum quibuſdam non modicę auctoritatis tenui, & ſemper teneré
52 contra: quia † Princeps ex regalia etiam poſt rem iudicatam poteſt reuidere proceſſus, & ita etiam conſueuit, quia res iudicata non concludit Principi, non obſtat hic conſtitutio, quæ nõ intendit præiudicare regalijs. Item ſi hoc poteſt Cancellarius, vel Vicecancellarius, vt hic multo fortius Rex; & ſi hoc poteſt poſt ſententiam, ergo fortius ante; quia cui licet quod eſt plus, vtique licet quod eſt minus, & vtilius ante tempus occurrere, &c.

Lo Rey, Vicecanceller noſtre, intencio ſo, & es, que la pragmatica feta per nos, ſobre les ſuplicacions per nos adinetedores dins deu dies, & en apres proſeguidors, dins vn any hagues lloch, es ſeruas en totes declaracions, & prouiſions, que aparellades, & oydes les parts ab deliberacio de conſell de ſauis, foſſeu feres per nos, o per noſtre Canceller, o per altres Regents, la Cancellaria en nom, o perſona noſtra, en & ſobre totes cauſas è queſtions, & altres feis, axi Eccleſiaſtichs, com qualſeuol altres, que pero deuant noſaltres foſſen tractades. Per queus diem è manam, que ſegons la dita noſtra intencio ſeruets en totes maneras la dita noſtra pragmatica com axi, o vullam. De certa ſciencia dada en Gerona ſots lo ſegell del noſtre anell a 15. dies de Març del any 1385. Item, aqueſt albera fon confirmat per altre dat ibidem a 4. dies de Abril dit any.

Et nota, quod faciunt valde pro his, quæ dixi
53 ſuper conſtitutione, *per donar orde*. Et † quod ſententia regis nomine lata, non habet promptã executionem, ſi non eſt lata iuxta formam conſtitutionum, ex deliberatione conſilij. Imo tunc poterit cauſa ſupplicationis extra audientiã cõmitti, non obſtante alia pragmatica.

De compoſitionibus generalibus, & alijs. Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

1 *Nemo compelli debet ad componendum ſe de crimine.*
2 *Edictum & conſtitutio quid. remiſsiue.*
3 *Vicesgerens gubernatoris, & cæteri officiales compellẽtes quem ad ſe componendum de crimine ſunt priuati in his poteſtate, & acta per eos facta non valent, & nu. 22. etiam ſi fecerint hoc ſub colore. num. 8. declaratur nu. 13.*
4 *Compulſiones illicitas facere non poteſt officialis; licitas vero ſic.*
5 *Officialis ſi dicit ſubditum ſecum gratis compoſuiſſe, ſubditus vero dicit contrarium; quis debeat hoc probare.*
6 *Dominus exigens à ſubditis præſumitur per vim, & per concuſsionem exegiſſe.*
7 *Officiales pœna capitis ſunt puniendi, ſi opprimunt ſubditos, quos ab oppreſsionibus tenentur defendere.*
9 *Ruſticis quotidie compelluntur exquiſitis coloribus ad ſe componendum, vt redimantur a vexationibus.*
10 *Redimere iniuſtam vexationem de iure licitum eſt.*
11 *Exquiſitus color dicitur per ſimilitudinem, quaſi fucus.*
12 *Fictionis materia, remiſsiue.*
14 *Tranſigere de crimine an & quando liceat, remiſsiue.*
15 *Exactum à ſubditis cui ſit reſtituendum, traditur.*
16 *Dolus vel colluſio probari poteſt per coniecturas.*
17 *Officialis pro reſtituenda pecunia exacta per vim à ſubdito conueniri poteſt ante tempus tabulæ.*
18 *Extorquere eſt exigere ab inuito.*
19 *Officialis vexat, quando ſine iuſta cauſa, & ſine conſilio iudicis requirit datum ad manulentam.*
20 *Officialis vexat, ſi quem opprimit contra iuris ordinem.*
21 *Metus præſumitur, quando indebita ſeruitia à domino ſunt extorta.*
23 *Remiſsiones extortæ per vim an validari poſsint per conſenſum remiſsi, traditur.*
24 *Decipiens quem in contractu non poteſt ab eo recedere, niſi deceptus velit.*
25 *Lex vbi facit actum nullum in fauorem alicuius; præſumitur, ſi talis vti velit dicta nullitate.*

AB aqueſt edicte perpetual ſtatuim, &c. In hac conſtitutione loco ſummarij poſueram rubricam ſequentem, Vt † nemo ad componendũ
1 de crimine directe, vel indirecte compellatur, & de pœnis contrafacientium. Sed diuiditur in partes tres: quoniam in prima parte prohibentur Gubernator Cathaloniæ, & cæteri officiales domini Regis compellere quoquo modo vniuerſitates, aut ſingulares ad componendum, vel obtinendum remiſsiones de criminibus, data quãtitate aliqua, vſque ibi, *E ſi lo contrari*, &c. Ibi eſt ſecunda pars, in qua dictos officiales aſtringit ad reſtitutionẽ taliter extortorum, cum dupla. Ita, quod ex quo conſtiterit de concuſsione huiuſmodi, nequeant vti officijs ſuis, donec reſtitutionem fecerint ante dictã, vſque ibi, *è les remiſsions axi fetes*, &c. Ibi eſt tertia pars, in qua annullantur remiſsiones per illicitam extorſionem, ſiue concuſsionem facta; niſi eas obtinentes illis forſitan gaudere maluerint. Et hæc diuiſio ſit loco ca ſus, & ſummarij totius præſentis conſtitutionis, quæ etiam de notabilibus eſt. Sed de minime obſeruatis, quia non habet debitam executionẽ. Et cauda finalis deſtruit totum, quia melius foret illas remiſsiones omnino irritari, vt ſic magiſ cauerent, ne ſic pecuniæ iactarentur. Super text.

aqueſta edicte, dic, ideſt, cum hac conſtitutione
2 perpetua, ideſt, generali; & quid † ſit edictum, & quid conſtitutio: vide quæ notãtur ſupra *colla.4. in curia Perpiniani c.hac noſtra*, ſuper verbo *conſtitutione.* & ſupra *collat.9. c.per tal que les leys.* & in vſat. *Vnaquæque gent.* cũ ſuis §. ibi ſequẽtibus. Sequitur in text. *inhibim*, & infra ſequitur. *no puſquẽ ni preſumeſquen compellir*, &c. videtur ex his, quod
3 vicesgerens † Gubernatoris, & reliqui officiales contrafacientes ſint priuati poteſtate in his, & ſic non valeant acta per eos in contrarium, & hoc videtur velle. in fin. dum dicit, *E les remiſſions axi fetes ſien nulles*, &c. vnde videretur eis, ſi contrafacerent, poſſe reſiſti, quia tunc non fungitur vice Gubernatoris, nec alij officiales iure ordinarię poteſtatis. Sed potius abutuntur tanquam cõmiſſarij prohibiti: vt infra *ead.c. Item per tolre vexacio*, dic vt ibi. ¶ In contrarium facit, quia hic non eſt appoſitum verbum aliquod, quod inducat priuationem officij ipſo iure. Immo videtur velle, quod interim vtantur, ſaltem donec apparuerit de extorſione, vel cõcuſsione huiuſmodi, vt infra *ead.* in verbo *axi que pus aparra*, &c. Et hoc credo verius. Attamen acta contra inhibitionem, tanquam facta contra conſtitutiones huiuſmodi, ſunt nulla in præiudicium ipſorum officialium extorquentium: vt infra *ead.§. vltim.* Sequitur in tex. *compellir*, ſcilicet, illicite, & per
4 modos â iure reprobatos, cauſa † extorquendi pecunias indebitas; quia licitas compulſiones facere non prohibentur prædicti officiales iuxta notata per *G. in l.1. ff. quod metus cauſa.* & per *Angel. de Perugio eod. tit. l. contine.* & ponit *Iacob. in ſuo Curiali, 7. dubio.* circa fin. in illa quæſtione, *quæro, quidã Petrus obtulit querelã.* vide q̃ ibi concludit, quod de hoc non poſsit offerri querela grauaminis in curijs generalibus, nec coram prouiſoribus grauaminum ab ipſis curijs deputatis: quod credo verum, quando licitas fecerit compulſiones, quia tunc non dicentur grauare, nec facere iniuriam, & ita loquuntur *Bal.* & *Ang.* Secus tamen credo, ſi contra prohibitionem huiuſmodi cõſtitutionũ illicite extorſerint: quia ad hoc tenentur curiæ. & tabulæ, ſiue ſyndicatus, vt male geſta per officiales emendentur; & maxime de his quæ fecerint contra conſtitutiones, & iura patriæ, de cuius reformatione, & ſtatu tranquillo, & peroptimo in curijs. vt in *proœmijs cõſtit.* & dixi ſuper *proœmio in curia Dertuſen.* ſupra
5 *colla.7.* Sed pone, † dicit officialis, quod eius ſubditus ſecum gratis cõpoſuit. Vaſallus ſubditus, dicit ſe per metum feciſſe. Quæritur quis habeat probare? Reſpondeo, hic eſt argum. quod præſumatur fieri per metum: ad hoc (*a ſi rector prouincia. l. vltica.* & quæ notantur ſupra *colla.6. in curia Montiſſoni c.leges*, ſuper verbo *potentiorem*, facit *C. de omni agro deſerto. l. qui per potentiorem.* præſertim in ruſticis, *C. vt ruſti. ad nullum obſe. denu. l.2.* & quæ notat *Bal. in de pace conſtan.* ſuper verbo *pactiones.* Et hoc credo verum, niſi alias conſtet de crimine ſeu inquiſitione, & de compoſitione ſit facta ſcriptura publica, per quam tollatur præ-
6 ſumptio doli & metus: vnde nota, quod † quidquid dominus exigit â ſuis ſubditis, præſumitur per vim, & per concuſsionem eſſe exactum, licet fiat mentio, quod volentibus, &c. vide *text.* cum *gloſ. in l. vnica. C. de ſalgamo hoſpitio non præſtando. lib.12.* adde quæ dixi infra *ead.* ſuper verbo *per extorſio*. Item † nota, quod officiales qui tenentur defendere ſubditos ab oppreſsionibus, ſi illos opprimant, debent puniri etiam pœna capitis, iuxta *l.1. auth. vt differentes iudices. §. ſi tamen contigerit. colla.9.* Sequitur in tex. *alguna vniuerſitat, o communitat*, ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra *collat.6. in curia Dertuſen. c. poſtremo*, ſuper verbo *vniuerſitatis.* Sequitur in text. *per alguna exquiſida color, o manera*, repete *exquiſida*. Et dico co-
8 lo em, † vel modum exquiſitum, quandocumque probetur de innocentia, vel quod ſine iuſta cauſa fuerit inquiſitum, vel proceſſum ad captiones perſonarum, vel bonorum, & fortius quã do conijciuntur in vinculis, in caſibus â iure nõ permiſsis, vel quia requiſiti non curant dare petitiones, nec publicare debito tempore inquiſitiones, nec permittuntur habere aduocatum, nec procuratorem; nec quod aliquis ſecum loquatur, niſi quando præſente fiſcali loquentur de compoſitione. Item, quandoque carcerarius, & alij cuſtodes carceris, & procuratoris fiſcalis, & alij curiales incitant, & commouent ipſos delatos, & captos. vt componant cum curia, comminando, quod alias non poſſunt euadere pœnas corporales, & tormenta, & quod diutius detinebitur captus in carcere, quem nolunt dare ad manuleutam; licet id caſus exegerit. de quo vide ſupra *ead.c. la ſuperfluitat dels alguatzirs*, & melius ſupra *ead.c. otcurrents.* vide pragmaticam ibi inſertam, ſuper verbo *ſi anar hi volra.* Et idem ſi (quod peius eſt) nolũt recipere depoſitionem à capto, nec dicere ei cur captus ſit, niſi prius offerat pecuniam fiſco, & hic de alijs infinitis modis concutiendi, & extorquendi pecunias, vt eorum vulgaribus vtamur, *longas dilations, cadenas, & grillons ſan hauer groces compoſicions.* Et dicunt, Melius eſt nobis pecunias habere, quam punitorum corpora in patibulis pendere: quia alias forte emolumenta non ſufficerent ad quitationes, non attendentes, quod beati qui faciunt, & qui ſitiunt, & eſuriunt iuſtitiam. Sed ipſi dicunt, beati qui habent pecuniam; ſed vnuſquiſque onus ſuum portabit: vt *1.q.4. c.quia præſultus*, & fere per totam ipſam quæſtionẽ. Sed & ſanguis ſubditorum requiretur de manibus prælatorum, & rectorum: vt *extra. de offic. ordi. c. irrefragabili.* Sequitur in text. *de accepta, o pendra remiſsions*, dic, quod dicti officiales, dẽptis Gubernatore, & Vicario Barcinonæ, qui (vt audiui) habet de hoc ſpecialẽ prorogatiuam, vel conceſsionem, vide *in recognouerunt proceres.* Vidi, quod conſiliarij Barcinonę habent de hoc conceſsionem duraturam, donec aliter fuerit

fuerit declaratum,non poſſunt tamen facere generales remiſſiones, ſed poſſunt facere ſpeciales ſub certa forma, exceptis tamen criminibus,de quibus pœna mortis, vel membri mutilationis deberetur,vt latius patet in *pragmatica Regis Petri III. data in Montealbo 10. Kalendas Iuly anno Domini* 1341.Sequitur in text.*directament,o indi-*
9 *recta*,dic,† quod raro contingit,quod talis compulſio directe fiat.Sed per obliquum,& exquiſitis modis, & coloribus quotidie compelluntur ruſtici, & alij plebei ad componendum pro redimendis vexationibus.de quibus vidiſti ſupra *ead.*in verbo *per alguna exquisida color,o manera*, &
10 eſt † de iure licitum redimere iniuſtam vexationem,vide *Anto.de Butrio in c.quod latenter.ext. de reg.iur.* ſuper *gloſ.*vt *extr.de ſimo.c.dilectus filius*,
11 ibi,Præpoſitus,& exquiſitus† color dicitur per ſimilitudinem,quaſi ſucus: vt *de conſ.di.5.c.fucare figmentis*,quaſi fictio,& de fictione,† vide quæ
12 ſcripſi ſupra *colla.6.in curia Perpiniani c.ad euitãdum.*ſuper verbo *fingamus*. Sequitur in tex. *prenguen alguna quantitat*,idem † ſi non eſt quantitas,
13 ſed ſpecies certa,& vnica, quaſi dicat,quod receperint aliquid; quia tunc eſt tranſactio quæ fit aliquo dato promiſſo,vel retento:vt *extra. de*
14 *tranſact.c.ſuper eo*,& *C.eod.tit.l.tranſactio.*& † an, quando liceat de crimine tranſigere, vide in *l. tranſigere vel paciſci.C.de tranſact.*& adde quæ notãtur ſupra *colla.6.in curia Perpiniani*. Inſuper ad id quod dicit,*quantitat*, vide quæ dixi ſupra *ead. c.com ſegons.*Sequitur in tex. *ſien tenguts reſtituyr a les dites vniuerſitats,comunitats,è ſingulars; ço es, que*
15 *rècebut, o exigit hauran,ab la dobla.* Sed † videtur, quod non eis qui dederint,ſed curiæ fit fienda reſtitutio:vt ſupra *ead.c.com ſegons.* §.*E los que penguran*, qui eſt contra. Sed dic, quod ibi turpido verſatur ex parte vtriuſque tam dantis, quã recipientis:hic vero nõ eſt turpitudo dantis; quia dat,vt vexationem redimat;ſed eſt ex parte extorquentis, & concutientis turpitudo, quia cõtra formam iuris exquiſitis coloribus,atque modis compellit innocentem ad dandum pecuniã occaſione compoſitionis,vel remiſsionis de crimine,de quo per iuſtitiam datis legitimis defenſionibus veniret merito abſoluendus.adde ſupra *collat.3.c.28.Item ſtatuimus & ordenamus, quod alıguus Vicarius.* Sequitur in text. *axi que pus aparra*, ſcilicet,per confeſsiones,acta,vel teſtes aut cõ-
16 iecturas,quia † dolus,& colluſio,& fraudes huiuſmodi.etiam poſſunt per coniecturas probari: vt dixi ſupra *collat.proxi. c.querelam.* ſuper verbo *conſtiterit.*& vide *Bar.in l.in ſumma.ff.de peculio.* & *Bal.in l. ſi paterna. C. de repudianda hæreditate*. Et dic,*aparra*,ſcilicet,coram Principe,vel in curijs, aut coram prouiſoribus grauaminum, aut alias coram iudicibus tabulæ,vel alio ſuperiore,ſcilicet, vocatis quorum interſit, iuxta notata ſupra *collat.proxi.c.ne ex beneficio.* §.*Et ne inde naſcantur*, ſuper pragmatica ibi inſerta.in verbo *conſtiterit.* & notata per *glo.* & *Io.de Imola in Cle.præſenti.de cenſi*. Et per hanc conſtitutionem iunctis notatis ſupra *colla.proxi.c.volentes.* §. *quod ſi iudex.* dico,
17 quod † de hoc poterunt conueniri ante tempus tabulæ.quia dixit,*pus aparra*,&c.*no puxen vſar de lluis officis.* alias hoc fruſtra fuiſſet hic adiectum, adde quæ notãtur ſupra *colla. proxi. c. confirmants la conſtitucio de Monſo.*Sequitur in tex. *per extor-*
18 *ſio*,dic,quod † extorquere eſt ab inuito exigere. Et videtur exactio indebita, ſiue extorſio, concuſsio.& vexatio,ac oppreſsio,quando officia-
19 lis,ſine iudicis conſilio,& ſine iuſta cauſa requirit datum ad manuleutam contra pragmaticam, quam vide ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinone cap. 27. Item quod aliquis homo non condemnetur*,& idem
20 vbicumque † quis affligitur, ſeu opprimitur contra iuris ordinem,ſuper quo vide quæ dicam infra *collat.proxi.c.vlti.in gloſ.penult.*adde quę notantur per *Doct.* in vſat.*Similiter & ſenior.* & in
21 vſatic. *Alium namque.* Item † nota, quod metus præſumitur quando indebita ſeruitia à dominis ſunt extorta:*extra.de præſumpt.c.1.lib.6.*in nouella.vide *gl.f.*& *Anton.de Butr. extra.de reg.iur.cap. quod latenter in antiquis.* vide ſupra *ead.* in verbo *compellir*. Sequitur in tex. *no puxen vſar de lluis*
22 *officis.*Ex hoc tex. nota, † quod eo ipſo, quod conſtat talem pecuniam in caſu huius cap. per extorſionem fore exactam, ſiue conſtiterit per confeſsionem, vel aliam notorietatem iuris, vel facti euidentis, iſti tales pecuniam illicitam recipientes, ſunt priuati; vel verius ſuſpenſi ipſo iure, donec reſtitutionem fecerint hic contentã; ita quod acta per eos interim erunt nulla,ſaltem quoad præiudicium ipſorum extorquentium,& eorum qui cum eis ſcienter actitauerint: argum. infra *ead.*§.*vltim.*Sequitur in tex. §. *E les remiſſions axi feytas ſien nulles, ſi dons los obtinents aquelles*
23 *no ſen volran alegrar*,ſubaudi,quia † tunc tales remiſsiones valebunt in præiudicium curiæ,& dictorum officialium extorquentium:ſic ſupra *collat.6.in curia Montiſſoni c.quia in ſententijs.* vide quę ibi dixi, ſed forte alię pœnæ reſtitutionis cum dupla propter hoc non tolluntur: quia hoc totum eſt in pœnam, & odium concutientium:
24 quia † ſi tu me dolo deceperis in contractu,non poteris recedere,niſi ego velim,niſi eſſet contractus prohibitus,imo eſt in poteſtate mea: vt notatur per *gloſ* & *Doct.in l. ſurgentium.*§. *ait prætor. in glo.ex parte.*ad hoc *ff.de ritu nupt.l.ad me.glo.* quę ibi notauit,& ideo bene fuit hic adiecta iſta vltima clauſula,*Si dons*,&c.licet(vt dixi)hęc cauda fuerit,& ſit occaſio infringendi ſæpiſsime hanc
25 conſtitutionem, tamen eſt de iure, quod † vbi lex facit actum nullum in fauorem alicuius,intelligitur, deliberauit ſe velle de nullitate vti. vide *ff.de le.commiſſa.l.ſi fundus.*§.*eleganter.*

De poſanderijs. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Manſiones in aduentu Regis, Reginæ, & Primogeniti ſunt deputandæ per poſanderios Regis, & Rectores locorum arbitrio ipſorum Rectorum, idem num.2.*

mercede

mercede hoſpitiorum taxata.nn. 3.

4 *Hoſpitare quis inuitus cogitur, ſed de iure communi ſecus num.5. fallit ibidem.*

6 *Officiales hoſpitari non debent in domibus priuatorum, vbi ſunt hoſpitia publica.*

7 *Hoſpitari gratis ſoli Principi licet; non tamen recipit niſi tertiam partem domus.*

8 *Clerici cogi non poſſunt ad albergas, & hoſpitandum, niſi in caſu neceſſitatis.*

9 *Vendere quis regulariter non cogitur.*

10 *Domum reficere an quis cogatur.remiſſiue.*

ALs poſaders del ſenyor Rey è noſtres, &c. Caſus. Manſiones † & hoſpitia in quolibet loco in aduentu dominorum Regis, Reginæ, Primogeniti, ſeu generalis Gubernatoris, habent deputari, & aſsignari, per poſanderios dictorum dominorum, & Rectores locorum, arbitrio ipſorum

1 Rectorum. Nota, † quod ſoli Rectores arbitrantur manſiones, quia ipſi melius nouerunt conditiones perſonarum. Sed mercedes taxabuntur per ipſos vna cum poſanderijs, vt infra dicitur. Pro quibus manſionibus, ſiue hoſpitijs aſsignandis ipſi poſanderij, tubaudi, & multominus Rectores debent pecunias pro his recipere, alias punirentur extra ordinem: quia non debent aliquem opprimere, nec grauare non poſſunt pecunias recipere. contrafacientes poſanderij priuantur officijs ipſo facto. Per hanc tamen nullatenus præiudicatur dominis locorũ in iuriſdictionibus ſuis, neque priuilegijs locorum, ſi quas vel quæ habe

3 rent. Vltimo † præcipit mercedes hoſpitiorum taxari, & quid ſi iſti non concordent, dic, quod dominus Rex, vel Vicecancellarij, aut ordinarius loci arbitrabitur tanquam bonus vir ſolui arbitrio dictorum poſanderiorum, & Rectorum locorum. Hoc dicit in ſumma, & pro caſu longo. Et diuiditur in quinq; partes, ſecunda ibi, *& q̃ per donar*, tertia ibi, *eſs lo contrari*, quarta ibi, *Estes em-*

4 *pero*, quinta ibi, *volem mes*, &c. ¶ Hic ergo † habes caſum in quo quis inuitus cogitur alium hoſpi-

5 tari. Sed † de iure regulariter nullus cogitur aliquem hoſpitari, quod eſt verum ab initio. Sed poſtquã incæpit hoſpitari, tenetur recipere hoſpites, vt *ff.nau.caupo.ſta.l.* 1. §. 1. & *ff. furti. aduerſus.nau.caupo. & ſta. l.* 1. de quo dixi latius ſupra *colla.proxi.c.penſants que dalgun temps enſa.* & vide *gl. ſ.* ſuper *auth.omnes peregrini.C.communia de ſucce.* Fallit regula in Principe, & alijs, ac curialibus eorum, de quibus dicitur in hac conſtitutione, & *C.de metat.l.* 1.*lib.* 12. ſuper quo vide, & adde quæ ſcripſi ſupra *colla.* 1.*c. Item ſtatuimus quod*

6 *Vicary non albergent.* Et ibi † nota, quod officiales non debent ſubditis eſſe oneroſi, nec debent hoſpitari in hoſpitijs priuatorum, vbi ſunt hoſpi-

7 tia publica. Soli † enim Principi licet gratis hoſpitari; non tamen recipit niſi tertiam partem domus, ſecundum *Bal. in L.obſeruari. de offi.proconſul. & le.* vide *Ioan. de Platea. C.lib.* 12.*de ſalgamo*

8 *hoſpi.non prabendo.* Sed † tamen clerici per dictos poſanderios, & Rectores ſæculares non poſſent cogi ad albergas huiuſmodi; nec forte per ſuos iudices Eccleſiaſticos, niſi in caſu neceſsitatis, puta tempore guerræ. ſuper quo vide ſupra *in forma iuramenti Vicariorum.* §. *quarto iurat.* & in *l. placet. C.de ſacroſanct. Eccleſ.* & in *l.* 1. *&* 2. & in *auth. Item nulla communitas. C. de Epiſc. & cleri.* & ſupra *collat.*2. *in* 2. *curia Barcinona c.* 13. *ſtatuimus inquam, quod nos, aut filij*, &c. & ſupra *colla.* 1.*c.*15. *Item ſtatuimus quod Vicary non albergent*, &c. vide

9 & adde quæ ibi dixi. Sic etiam † nullus regulariter cogitur vendere: vt *C.de iur.deli. l. nec emere.* tallit infra *colla.proxi. c. Item commemorans.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo *ſien tenguts los bens ſe-*

10 *hents.* Sed † an quis cogatur reficere domum, vide *ff.de dam.infecto.l.ad curatoris.*

Ne mulieres pro ciuilibus capiantur. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres pro debito ciuili capi non poſſunt. ratio traditur num.*4. *& quid ſi meretrices fuerint.nn.*16.

2 *Inſtrumenta continentia quod mulier ſe obligat in perſona, quoad dictam obligationem perſona ſunt nulla. & nn.*31. *& ratio adducitur nn.*33.

3 *Notarius non debet recipere obligationem perſonæ mulieris ſub pœna priuationis officij.*

5 *Fœmina licet non poſsit eſſe arbitrix, poteſt tamen eſſe arbitratrix.*

6 *Statutum licet dicat, quod nullus contra illud audiatur, non repellitur mulier allegans Velleianum.*

7 *Maſculum concipere fœmininum traditur.*

8 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*

9 *Iura non adaptantur de raro contingentibus.*

10 *Fœminarum genus auariſsimum eſt.*

11 *Mulier plurimum laborat contra propria commoda.*

12 *Maria Regina fuit mulier honeſtiſsima.*

13 *Vir bonus dicitur, qui innocentia conſilij pollet.*

14 *Conſideratur non ſemper quod licet, ſed quod eſt honeſtum.*

15 *Honeſtas ſemper conſideratur in legibus condendis.*

17 *Mulier quæ geſsit tutelam, & renuntiauit omni beneficio; an capi poſsit, traditur. & nn.*24.

18 *Mulieres regulariter, ſi fieri poſſet, deberent ſtari clauſæ.*

19 *Mulier obligata pro commanda an poſsit capi in perſona.*

20 *Clauſula generalis ſubſequens debet reſtringi ad ea quæ ſunt expreſſa, & non ad maiora nec graniora.*

21 *Mulier pro criminalibus poteſt capi.*

22 *Mulier pro pacibus & treugis fractis poteſt capi in perſona. ratio traditur nn.*23.

25 *Mulieres honeſtæ captæ pro criminalibus cuſtodiri non debent inter viros.*

26 *Captura materia. remiſsiue.*

27 *Mulier renuntiare non poteſt cum iuramento beneficio, vt non capiatur in perſona pro debito ciuili. & ratio traditur ibidem.*

28 *Secularis an quidquam diſponere poſsit ſuper materia iuramenti, late traditur.*

29 *Officiales iurantes ſeruare conſtitutiones, tenentur ex officio illas ſeruare.*

30 *Mulier de iure ciuili non eſt capienda propter inopiam*

fide

fideiussoris.

32 *Vtile per inutile non vitiatur.*

34 *Pacto priuatorum iuri publico derogari non potest.*

35 *Carceratus an possit contrahere.remissiue.*

36 *Pactum quod quis capi possit,ad haeredes non transit.*

37 *Carceratus bene potest contrahere cum alio,quam cum detinente,etiam ad libertatem carceris.*

38 *Capi quis non potest regulariter nisi bonis excussis pro debito ciuili. fallit in.39.*

40 *Soluens & dimittens carceratum à carcere ex misericordia an teneatur.remissiue.*

41 *Exiens à carcere an dicatur effractor carceris.*

42 *Carcer aperiri debet omnibus in paschalibus festis.declaratur ibidem.*

43 *Capi quis potest pro debito post tempus datum ad soluendum,nisi bonis cedat.*

44 *Carcer priuatus haberi potest ad continendos furiosos necessarios.*

45 *Carcer non est institutus ad pœnam, sed custodiam.*

46 *Notarius perdit officium si contra constitutionem ponat in instrumento, quod mulier obligat se in persona pro debito ciuili.*

A La condicio feminil volents deferir,&c. Casus. 1 Mulieres † nõ possunt pro ciuili debito capi,nec ad captionem obligari. Hoc dicit. ¶ Nota sexui fœminino fore deferendũ. ¶ Itẽ nota honestatem fore conseruandam. ¶ Item nota, quod mulieres honestæ non debent pro debitis carcerari, nec alias captæ detineri. ¶ Item nota, 2 quod † instrumenta, & scripturæ, ac obligationes continentes, quod mulier pro debito ciuili personam obligauerit, sunt ipso iure, quoad ipsam obligationem personæ,nullæ. ¶ Item † nota, 3 quod notarius non debet conficere instrumentum,nec recipere iuramentum, vel obligationẽ personæ mulieris:alias amitteret officium notariæ. ¶ In tex.ibi,*a la condicio feminil*, dic:ideſt,sexui fœminino,& est † ratio quæ sequitur, scilicet,honestas, quæ maxime requiritur in vxore, 4 quam in viro. Facit vsat.*Vidua si honeste*,vide quæ ibi notant *Doct.* Vnde hic nota vnum priuilegiũ mulierum, licet regulariter deteriorem sit earum conditio:vt *ff.de fun.do.l.in multis.* & ibi *glos.* Sed 5 licet † fœmina non possit esse arbitrix, vt *l.fi.C. de arbitris*,tamen potest esse arbitratrix, vt ibi notant *Cin.* & *Bar.* in dicta *l.in multis*, adde quæ ibi notat *Bal.* & quę scripsi suprà *eod.cap.nouerint.* 6 *in q.1.* ¶ Item † nota,quod si statutum dicit,quod nullus audiatur contra statutum, & est in materia differenti,nõ repellitur mulier allegans Velleianum,vide *Bar.* in dicta *l.in multis.* Secus si vellet opponere exceptionem, in qua non differat à masculo; tunc non potest, quia masculinum 7 concipit fœmininum in materia pari, & eiusdẽ rationis:*C.de iudi. vidui.tollen. l.fi.* & in *Cle. 1. de elec.* & in *Cle. 1. de regulis.* Sed vbi lex loquitur discretiue,ideſt, de per se de masculo, & de per se de fœmina; masculinum non concipit fœmi- 8 ninum: quia † expressum facit cessare præsumptum:*ff.de libe.& posthum.l.si ita: ff.de haredi.instit.l. clemens patronus.* vide in *Spec. de procuratore. §. 1.* post prin. ¶ Item in differentibus consuetudine masculinum non concipit fœmininum: quia quę differunt consuetudine, natura videntur differre,vt si statutum dicit, quod magnatus non ingrediatur palatium: nam non comprehendit mu- 9 lierem, quia raro hoc accidit, & iura † non adaptantur de raro contingentibus, *l.nam ad ea. ff.de leg.* & *ff.de vsucap.l.iusto.* idem si masculinum & fœmininum differant in causa finali: *C. ad l. Iul.Maiestatis.l.quisquis*, & facit quod notatur in 10 *l.1.C.de rap.virgi.* Item nota, quod † fœminarũ genus est præterquam in causa mouente ad pietatem:quia in illa, vt mollis animi præsumitur larga:*ff.de noxiali.l.si seruus.* est etiam valde volubilis animi, & dicitur motus habere momentaneos:*ff.de inoffi.test.l.filia*,& varium producit: vt 11 in *c.fi.vs.extra.de verb.signi.* & plurimum † laborat mulier contra propria commoda:vt *l.si pater. C.de sponsa.* vnde fœmina cæteris paribus non est tantæ dignitatis,nec virtutis,vt est masculus. *ff. de Sena.l.1.* & sic masculus ei præferendus est. Sequitur in text.*& per conseruar honestat*, &c. Nota valde,& attende,quod ista domina Regina Ma- 12 ria † quæ hanc constitutionem edidit, semper fuit, & est honestissima mulier, & multum virtuosa,præsertim in pace,& iustitia conseruanda: & dicitur persona honesta,quæ est bene morigerata, aliena non tollens,& quantũ in se est alium virtute operans, dicit Seneca, quod nil bonum nisi honestum, vnde bonum honestum præfertur bono vtili,secundum *Bal.in l.alias.ff.si quis ob.can sacr.* & præsertim est in persona casta mente, & corpore,& quę turpia nescit,& abhorret:& hęc sola est quæ valet Deo animas præsentare, in *auth.de leno.* in prin. vide *glos. in l.iustitia. ff. de iu-* 13 *stitia & iur.* Et † vir bonus dicitur qui innocentia consilij pollet: *l. cateri. §. 1.ff. familiæ herciſc.* 14 secundum *Bal.* in dicta *l. iustitia*. Et hic † nota, quod non semper quod licet,sed quod honestum 15 est,consideratur,vt *ff.de ritu nupt.l. semper.* & † in legibus condendis semper honestas ponderanda est,vt in *Decretis 4.di.c.erit autem lex.* Et hæc nota pro honestate morum, & pudicitię castitate seruanda. *C. de anima. l.1.lib.10.* & *C.de curiosis.l. penult.* quia castitas sola est,quæ animas Deo valet præsentare,in *auth. de leno. §. sancimus igitur*, & virginitas replet paradisum,nuptiæ vero terram:*32.quæst.1.c.nuptiæ.* Et dicit Imperator, *Pudice enim nobis per omnia pertinet viuere*, in *authen. quomodo oportet Episcopos. §. hoc ideo. insti. quib.mo. tu.fi.§.nostra autem.* & *C.de curiosis. l.per id tempus*, & notatur de hoc latius per *Ioan. de Platea. C. de anima. t.vnica.* præalleg. & in *l. fi. C. ne fiscus rem quam ven. euincat.* & adde quæ notant *Doctor.* in vsat.*Vidua*,super verbo *casta.* & per *Gui.in Rosario 4.dist.c.erit autem lex*,super verbo *honesta.* adde notata per *Bar. in l. pecuniæ*, in fin. *ff. de ali. & cib. le.* Sequitur in text.*que alguna fembra*, subau- 16 di,scilicet,honesta, secus credo † de meretrice, & alia

& alia muliere inhoneſta, quæ meretur, &c. *C. de adulter. l. qua aduiterium.* Sed forte idem eſt in hoc caſu de meretrice, & qualibet etiam inhoneſta muliere, cum tex. loquatur hic indiſtincte: arg. *l. de pretio. ff. de Publiciana.* quia hic conditione, & ſexui muliebri defertur, & eſt hoc priuilegium ſexus & naturæ muliebris, cui nequit renuntiari, cum ſit publicum auctoritate, & vtilitate, arg. eorum quæ leguntur & notãtur in *c. ſi diligẽti. extra. de foro compet.* & quod dixi de honeſtate, fuit cauſa impulſiua, & non finalis. Sed conditio ſexus & natura muliebris eſt cauſa finalis; & non eſt noſtrum interpretari huiuſmodi conſtitutiones, quæ habent Hebraice intelligi, licet in meretrice publica lupanaris crederem primam, & hanc meam opinionem tenet *Ioan. de Platea*, vt poſtea vidi *C. de exac. tribu. l. nemo carcerem. li. 10. in 6. oppoſitione.* & idem *Salicet.* in *auth.* poſita ſuper *l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* Et *Bal. in l. conſentaneũ. C. quo modo, & quando iudex.* Et idem in muliere,
17 quæ geſsit tutelam, & renuntiauit omni beneficio, ſecundum *Bar. in auth. matri & aui. C. quando mulier tu. offi. fungi poteſt.* Et quotidie dum non volunt ſoluere meretrices mittuntur in carcere, & eſt tutius pro animabus earum, quia quamdiu ſunt in carcere ceſſant à meretritio. Regulari-
18 ter † tamen, ſi fieri poſſet, deberent mulieres ſtare clauſæ, in loco tamen religioſo: vt in *c. periculoſo. de ſtatu regula. lib. 6.* Facit *c. mulieres de iudicijs. eod. lib.* Sed citius includerentur formicæ. Sequitur in tex. *o altre qualſeuol obligacio.* Sed quæro
19 vtrum † mulier obligata pro commanda poſsit capi in perſona? Quidam dixerunt quod mulieres non intelliguntur quoad captionem, licet quoad executionẽ ſint obligatæ, alias eſt pœna. *C. de offic. diuer. in l. 1.* & in *auth.* ibi poſita pro quibus facit hæc conſtitutio. In contrarium videtur, quia qui non reſtituit commendam, ſiue rem cõmãdatam, furtum committit: quod eſt verum in depoſito ſpeciei; ſecus in depoſito generis in quo eſt ſolũ obligatio ciuilis. Vnde hic intellige & ſupple, ſcilicet, ciuilis, ſecus credo de obligatione criminali, quia expedit Reipublicæ ne crimina remaneant impunita. *ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius*, & ſi idem domina Regina de criminalibus voluiſſet, id dixiſſet, & expreſsiſſet: argum. *extr. de decim. c. ad Audientiã*, & quia ſolũmodo de ciuilibus præſumitur, ſcilicet, *de carta de comã*
20 *da, o ſcriptura de terç*: ideo † clauſula generalis ſubſequẽs habet reſtringi ad ea quæ ſunt eiuſdẽ generis, & non ad maiora, nec grauiora, vt notatur *ff. de pac. l. iurisgen.* & in *Cle. non poteſt. de procura.* & idem videtur de iure cõmuni: vt *C. de cuſto. reorum. in auth. nouo iur.* & in corpore vnde ſumitur. in *auth. collã. 9. vt nulli iudicũ. §. neceſſarium.* vi-
21 de ibi. Tamen † vigore huius conſtitutionis ſolum prouidetur in debito ciuili, vnde in criminali, vel mixta ſtatur dictis legibus: idem intelli-
22 gas † quãdo mulieres pro pactibus & treugis violatis perſonaliter cõparentes cũ pignoribus firmant de iure, & pro his obligantur in perſonis
23 & bonis, quia † non eſt cauſa mere ciuilis. Imo deſcendit ex crimine, & obligatur pro pœna dupli & pacis violatæ ex regalia, quæ non cõprehenditur ſub generalitate huius conſtitutionis, licet agatur ciuiliter, & vide *Matthæum de Mateſ. in* 108. *notab.* & in *conſtitutione. Hac noſtra*: quia
24 mulier † tutrix, quæ renuntiauit omni iuris auxilio, poteſt capi, ſecundum *Bar. in auth. nouo iure. de cuſto. re.* & *l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* tamen etiã
25 pro † criminali honeſtæ mulieres non debẽt cuſtodiri inter viros, vt in fi. §. prælleg. Nec debẽt pro debitis fiſcalibus de domo extrahi, nec incarcerari. Sed debent per aliũ in iudicio reſpondere, vt *C. de offi. diuer. iudi. l. 1.* & in *auth. Sed hodie.* ibi poſita. & in alleg. *c. mulieres.* & ad materiã
26 captionis, † vide & adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 29. Item quod nullus miles.* cũ ſuis concor. ad idem quod ſcripſi infra *eod. c. Ité per tolre vexacio.* adde quæ ſcripſi ſuper vſat. *captus à curia.* & ibi *Iac. de Calicio.* & *Iac. Marquilles in ſuo Manna.* ſuper quo etiam aliqua apoſtillaui. Sequitur in tex. *& que aqueſta conſtitucio no puſquẽ en alguna manera encara migenſant ſagrament renun-*
27 *ciar.* Nota † ergo, quod hoc ius publicum eſt auctoritate & vtilitate, & non ſingulis fœminis, ſed voti ſexui muliebri conceſſum eſt; & ideo etiã cũ iuramento huic iuri renuntiari non poteſt, ſic in alleg. *c. ſi diligentis.* circa hoc vide notata per *Bar. in l. ſi quis proco. ff. de fideiuſſ.* & per *Doct. in c. cum contingat. extra. de iureiur.* Sed in quantum hęc cõſtitutio diſponit, quod etiam cum iuramento nõ
28 poſsit huic iuri renuntiari, quæro † an conſtitutio ſæculariũ poſsit aliquid diſponere ſuper iuramento & validitate iuramenti, quod eſt de iure diuino & ſpirituali? Reſpondeo, iuſiurandum eſt de iure diuino & ſuper eius validitate, vel inualiditate nil poteſt ius humanũ ſtatuere, contra ius diuinũ. Sed lex ſæcularis bene poteſt aliquod ius introducere ob vtilitatẽ publicam, cui non poſsit cũ iuramento renuntiari, ſcilicet, per ſingulos, & tale iuramentũ in contrariũ non valet, quia non habet illos tres Comites, de quibus in. *c. & ſi Chriſtus. extra. de iureiuran.* quia licet quilibet poſsit iuri ſuo renuntiare, non tamẽ iuri alterius, & hoc ius non eſt ſingulare fœminarũ, ſed ſexus fœminini, hoc eſt totius naturæ muliebris & cõditionis fœmininæ, ergo licet per contrariã legẽ poſsit hæc conſtitutio tolli: vt *extr. de conſti. c. 1. ſib. 6.* non tamẽ poteſt tolli per quãlibet perſonã priuatã: vnde licet de facto aliqua mulier cũ iuramẽto renuntiauerit huic cõſtitutioni, & forſan promiſerit nõ allegare hoc ius, at tamẽ curia, & officialis, & quiuis alius, pro intereſſe publico, poterit petere, vt ſeruetur iſta conſtitutio, vt non detineatur capta mulier pro debito ciuili. Imo & ipſa mulier, quæ renunciauerit, non tanquã ipſa ſingularis perſona, ſed tanquã vna de ſexu fœmineo nomine publico poterit implorare, ne capta detineatur contra honeſtatẽ publicã

ſexus

ſexus fœminini: arg. eorũ quæ leguntur & notãtur *ext. de cleri. cõiu. C. de diuerſis fallacijs.* & *de re. ec.*
29 *non alie. c. ſi quis presbyt.* & officiales, † qui iurãt ſeruare conſtitutiones, tenentur ex officio ſeruare ipſas conſtitutiones, & ſic liberare, & non capere pro debito ciuili mulieres, etiã ſi cũ iuramẽto renunciauerint huic cõſtitutioni, vt hic vides, facit q̃ notatur ſup. *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 49.*
30 *Itẽ q̃ animalia militum*, &c. Et nota, † q̃ de iure cõmuni mulier propter inopiã fideiuſsionis nõ debet capta detineri: vt *C. de cuſto. re auth. nouo iure.* ſecundũ *Bal.* ſuper *Spe. in materia ſententiarũ.* & eſt dictũ notabile & ſingulare. Sequitur in tex. ibi,
31 *tant cõ toca la preſo*, &c. Nota † quia nõ quidquid in inſtrumẽto cõtinetur, ſed ſolũ in quantum tãgit captionẽ, & obligationẽ perſonæ, hic annul-
32 latur: & ſic † nota, q̃ vtile per inutile non vitiatur: q̃ eſt verũ in ſeparabilibus. vide *Din.* & *Doct. in c. vtile per inutile. lib. 6. de reg. iur.* & ex hoc apparet, q̃ notarius contrafaciens non eſt priuatus ipſo iure, vt dicam infra ſuper verbo *perda loffici*, &c. Sequitur in tex. *eſſer nullas*, &c. per hoc pa-
33 tet, † q̃ tale inſtrumentũ non probat prætenſam captionẽ ſeu obligationẽ captionis, quia q̃ nullũ eſt non probat, quia non entiũ non ſunt cauſæ, & licet per alios teſtes probaretur, attamẽ nõ parit obligationẽ, nec habet efficaciã, quia hæc cõſtitutio deſtruit obligationis ſubſtantiã, & reſiſtit pacto, q̃ non valet, nec poteſt efficere quin
34 hæc lex locũ habeat, quia † pacto priuatorũ iuri publico derogari non poteſt, vt in alleg. *c. ſi diligenti*, cum ſuis concor. Sed quæro hic, an carcera-
35 tus † cõtrahat, vide per *Bar. in l. qui à latrombus. ff. de teſta.* & in *l. metũ. §. ſed licet. ff. q̃ metus cauſa.* & q̃ dixi ſupra in alleg. *c. Itẽ q̃ nullus miles.* & in cõcor. Et ad materiã huius capituli ſiue conſtitutionis, vide omnino *Ioan. de Plat. in l. nemo carcerẽ*
36 *de exac. tri. lib. 10.* Itẽ nota, † q̃ pactum quod quis capi poſsit non tranſit in hæredes, ſecundũ *Bar. in l. ſciendum. ff. qui ſatis cog.* Sed carceratus poteſt
37 cõtrahere † cũ alio quã cum detinente, etiã ad libertatẽ carceris: *ff. q̃ metus cauſa. l. metũ. §. ſed licet.*
38 & regulariter † nõ poteſt quis capi pro debito ciuili, niſi bonis excuſsis: *glo. in l. 3. §. in eũ. ff. de ſuſpec. tu.* dicit *Bal.* illũ ſingularẽ. *Butrio* dat alium in
39 *l. 1. C. qui bonis ce. po.* Fallit † in debito fiſcali, in quo eſt optio fiſci, an velit primo capi perſonã, ſecundũ *Ioan. de Platea* in dicta *l. nemo. in tertio op-*
40 *po.* An † ſoluens carceratũ ex miſericordia tenea-
41 tur, vide *ff. de dolo. l. elegãter. §. Itẽ Labeo.* Item † an exeẽs carcerẽ dicatur effractor carceris, vide *ff. ex qui. ca. ma. l. ſuccurritur*, ſecũdũ *Gui.* adde quę notat
42 *Iaco. de Cal.* in vſat. *Captus.* Itẽ nota, † quod diebus paſchalibus aperiri decet carcer omnibus, præterquam certis delinquentibus, qui enumerantur *C. de Epiſcopali audi. l. nemo.* & inter cæteros cui facta eſt ſemel remiſsio. vide ibi *Cinum*, qui dicit illud verum, vt poſsint extrahi non vt in totum ſint liberi, ſed vt quieſcant illis diebus. Vnde ſi ſtatutũ dicit, quod illis diebus carceratus debet excarcerari, intelligitur de alio
43 non pro tali cauſa carcerato. Item † pro debito poteſt quis capi poſt tempus datum ad ſoluendum, niſi bonis cedat. *ff. de iudi. l. ſi debitori.* Item
44 eſt caſus in quo priuatus habet carcerem ad cõtinendos furioſos neceſſarios: *ff. de offic. præſidis. l. congruit. §. furioſi.* & ibi habes quod carcer non
45 eſt inſtitutus ad pœnam, ſed tutelam. vide text. vbi carcer eſt pœna. *ff. alea. l. 1.* in fin. ad idem in vſatic. *Barcino. cap. mariti.* adde quæ leguntur & notantur *extra. de pœnis. cap. quamuis. lib. 6.* vide & adde quæ dixi ſupra *in curia domini Ferdinandi cap. per tal que mal.* & vide in *glo.* in *l. 1. C. de cuſto. reorum.* & *ff. de pœnis. l. ſolent. §. aut damna.* Sequitur in text. *perda loffici de notaria.* ſubaudi, per ſententiam, non ipſo facto, iuxta notata in *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* & quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. in curia Perpiniani. cap. hac noſtra.* ſuper verbo *ca-*
46 *reat ipſo facto.* Et nota hic caſum † in quo notarius perdit officium, ſic ſupra in dicta *curia Perpiniani cap. ad excludendum.* & ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinona cap. 19. Item quod quilibet notarius.* vide quæ ibi dixi.

Vt iuriſperiti, antequã habeant librũ ſiue codicem & volumen iurium Cathaloniæ, non audeant iudicare nec aduocare. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſperiti nec iudicare nec aduocare poſſunt in Cathalonia, donec habuerint libros vſaticorum & conſtitutionum, ſub pœna hic contenta. declaratur nu. 47.*
2 *Peritos non habere libros ſuæ artis ridiculum eſt.*
3 *In aduocato requiritur ſcientia, & non ſufficit practica exercitij.*
4 *Aduocatus an teneatur, ſi ſua culpa perdat cauſam clientuli, & quid ſi aduocatus aduerſarij propter ſuam malam aduocationẽ facit me perdere cauſam, an teneatur mihi. nu. 5.*
6 *Aduocati tenẽtur ad reſtitutionem omnium, qua amiſerunt illi, contra quos iniuſte patrocinarunt. declaratur nu. 7.*
8 *Aduocatus prohdolor non laudatur hodiernis temporibus, ſi non ſciat cauillare.*
9 *Laudatur magis qui cauillat.*
10 *Iuriſperiti ſapientes dicuntur, quia debent eſſe ſapientes, licet ſapientes non ſint.*
11 *Sapiens dicitur, qui nec fallit, nec fallitur.*
12 *Cavere vbi quis obligatur ad ſenſum ſapientis, an ſapiens poſsit declarare, quod caueat cum fideiuſſore, vel cum pignore.*
13 *Iudex bonus nõ dicitur, niſi habeat quatuor, qua enarrantur. ibidem.*
14 *Conſcientia bona eſt, ſi habet in corde puritatem, in ore veritatem, & in actione rectitudinem.*
15 *Aduocati antiqui primi debent eſſe in allegationibus.*
16 *Aduocatus dicitur amicus illius, pro quo poſtulat, & inimicus illius contra quem poſtulat. nu. 17.*
18 *Aduocatum vbi quis gratis habuit, an poſsit computare id in expenſis. rem. ſine.*
19 *Aduocatus debet eſſe diſertiſsimus.*

habere leſam.

30 *Aduocatus eſt pica & organum legis ſcriptæ, & non debet habere conſcientiam hominis, ſed legis.*

31 *Vicecancellarius committere non poteſt cauſam vni vel pluribus iuriſperitis, quod extra audientiam ordinent ſententiam nomine, & in perſonam Regis promulgandam in eius audientia, & quid ſi de conſenſu partium. num. 32.*

33 *Collatio ſuper cauſis haberi debet cum peritis, & cum libris vocatis partibus ante prolationem ſententiæ.*

34 *Aduocatus poterit petere totum ſalarium; ſi non ſtat per eum, quo minus præſtet patrocinium. & quid de cauſa, cuius inſtantia ſine culpa dicti aduocati peremta fuerit. nu. 35.*

36 *Aduocatus habens conſcientiam remordentem an teneatur iuuare clientulum. remiſſiue.*

37 *Iudex an vt ſuſpectus remouendus ſit propter familiaritatem aduocati. remiſſiue.*

38 *Aduocatus an poſsit variis modis exponere iura.*

39 *Iudices antequam cauſam decidant, debent eſſe de cauſa plene inſtructi & informati; alias cauſa poſſet ex eo retractari.*

40 *Sententia eſt nulla, ſi eſt lata non viſo nec recognito proceſſu.*

41 *Aſſertione partium iura panduntur.*

42 *Vicecancellarius vel Regens Cancellariam concludere non poſſunt in cauſa abſque exactione votorum, vel contra vota, vel cum minore parte votorum Doctorum Regij Conſilij.*

44 Poſtea *verbum ordinem requirit.*

45 *De iudice male præſumitur, qui requiſitus non vult tenere collationem, & audire partium aduocatos.*

46 *Cauſa viles & modica quæ, remiſſiue.*

47 *Cauſæ magnatum reputantur cauſæ magnæ.*

48 *Cauſæ modicæ citius ſunt expediendæ.*

49 *Seruitium modicum quid, remiſſiue.*

50 *Cauſa vbi commiſſa eſt tribus conſiliarijs, duo ex illis conſulunt vnum, & tertius contrarium; iudex vero illi vni adhæret, an ex eo grauet partem, traditur.*

51 *Rex poteſt facere reuideri cauſam licet votatam.*

52 *Rex ex ſua regalia poteſt poſt rem iudicatam reuidere proceſſus.*

53 *Sententia lata nomine Regis non habet promptam executionem. ſi non eſt lata iuxta formam conſtitutionis ex deliberatione conſilij.*

PEr donar orde a la deciſio de les cauſes quis menẽ en la *Audientia*, &c. Nota quod domina Maria Regina Locumtenens Regis Alfonſi, viri ſui fecit ordinationes; inter quas ordinauit, quod Vi-
1 cecancellarius vel Regens Cancellariã non poſſint ſibi facere commiſsiones cauſarum, nec cau-
2 ſas ſibi retinere. Item, quod † facta relatione fiãt ſeu formentur puncti, ſuper quibus Doctores Audientiæ Regiæ habeant votare. & ita fuit ſeruatum, niſi poſt receſſum domini Ioannis de Funes Vicecancellarij dicti domini Regis Alfonſi Quarti. Sed dominus Ioannes Primogenitus, & Locumtenens domini Regis Renati reformauit prædicta anno 1467. nec tamen quidquam boni ſeruatur. Imo totus mundus ponitur in errore.
3 Item † eſſet valde iniquũ, quod in cauſa ſupplicationis ipſe Vicecãcellarius eſſet cognitor ſuæ iniquæ ſententiæ: *ff. de app. l. eos. §. 1.* ſecundũ *Bertran. de Deoceo. in l. 1. C. de pratoribus. li. 12.* Sed †nũquid Vicecãcellarius poteſt ſibi ipſi cõmittere
4 cauſam, ſicut modo de facto cõſueuit honor. Gaſpar Vilana Vicecãcellarius Regis Petri? Reſpõ deo, ſæpe & ſemper dixi, quod non; & allegaui caſum in *curia Regis Martini c. Item ſenyor que ſia merce voſtra*, vide ibi. & eſt caſus rotũdus in *l. præ-*
5 *ſes. ff. de officio præſidis.* vbi † dicitur, quod præſes non poteſt ſe alicui tutorem dare, nec ſe iudicẽ, & idem *ff. de offic. prato. l. ſi.* & *ff. de tu. & cu. da. ab*
6 *his. l. prætor.* Item † nota, quod nullus poteſt tenere officium duarum perſonarum in iudicio, ſed in alijs bene: vt *ff. de adopt. l. ſi nullus.* & adde *glo. in c. ex litteris de proba.* ſuper verbo *vicem duorum.* & quæ ſcripſi ſupra *ead. c. primerament.* & vide *glo. in cap. qui Epiſcopatum. 8. q. 1.* ſuper verbo *appetitur.*
7 Et an & † quando vnus valeat gerere vicẽ duarum perſonarum, vide *ff. ad Trebell. l. ille à quẽ.* per *Ray.* & *Ioan. de Imola.* & *extra. de proba. cap. ex litteris.* in *gloſ.* vide in *l. ille à quẽ. §. tempeſtatum.* Et non poteſt congrue ſummari ſub breuibus. Sed loco ſummarij poſui hic rubricam, De relationibus, & concluſionibus cauſarum in Audientia Regia expediendarum. Et eſt vtilis, & optima prouiſio, pro expeditione iuſtitiæ neſcio quomodo practicatur. Ex quo nota, pro or-
8 dine obſeruando, quia † vbi eſt multitudo, & non eſt ordo, ibi eſt confuſio, & ex his quæ in ordinate facta ſunt, non poteſt aliquid ordinabiliter agi, vt *extra. de accuſa. cap. qualiter & quando. in 1.* pro hoc facit. *l. prolatam. C. de ſenten. &*
9 *interlo. omnium iudi.* quia alias ordo † conuerſus vitiaret actum, vt ibi, & *3. diſtinct. c. ſolicitudo.* & ibi *Gui.* & *7. quæſt. 1. cap. nihil.* Immo & omiſ-
10 ſio † ordinis vitiat *2. quæſt. 1. cap. viſum. & cap. 1.*
11 & ibi nota, † quod alius eſt ordo cauſarum, & alius ordo iudicij, & *C. de appellat. l. 1.* ¶ Et ſerioſe ſcripta, ſecundum ordinem quo ſcripta ſunt, debent terminari: *extra. de reſcriptis. cap. cum dilecta.* & *de officio deleg. cap. venerabilis.* & *de reſti-*
12 *ſpo. cap. Piſanis.* ¶ Sed dic, † quod vbi ex diſpoſitione legis vel hominis voluntas eſt dubia, non attenditur ordo: vt *ff. de ſolu. l. ordo.* Sed ſi eſt ordo ſubſtantificus vel certus, tunc attenditur ordo: vt in *cap. cauſam. de reſcriptis.* & *l. nec or-*
13 *do. ff. de ſolut.* Vel † dic, quod aut ius ponens ordinem mandat illum ſeruari, aut conſulit. Primo caſu non valet, quod agitur illo ordine non ſeruato, vt in *cap. quia propter. extra. de elec. lib. 6.* vide *gloſ. de inſti. cap. vltimo.* & *C. de ſent. & interlo. omnium iudi. l. prolatam.* Secundo caſu tunc factum contra ordinem valet: *54. di. cap. nulli.* ibi dicitur
14 quod † ſeruus ordinari non debet ſine conſenſu dñi, ſi tamẽ ordinaretur, valet: *ext. de ſpon. c. ſuper-*
ſum.

Digitized by Google

ſum. & *extra. de elec. cap. commiſſa. lib. 6.* & *eod. tit. bo ne. in 2.* & adde quæ dixi ſupra *ead. c. primerament*, ſuper verbo *è no a altre.* & ſupra *colla. 2. in 2 curia*
15 *Barcinonæ c. Item quod in terris.* ¶ Secundo † nota dilationibus, vexationibus, & ineulcationibus cauſarũ fore obuiandum, & prouidendũ, vt ſupra *colla. proxi. c. volentes.* cum ſuis concor. facit *c. in loco benedictionis. 5. q. 4.* & in *Got. lib. 2. tit. de negotiorũ exordijs c. 2. rubr. vt nulla audientia clamore, aut tumultu turbetur. l. audientia non turbetur tumultu, aut clamore.* Sed illis poſitis in parte qui non habent cauſam illi ſoli ingrediantur in iudicium quos conſtat debere intereſſe. Sed ſi iudex elegerit alios auditores ſecum eſſe præſentes, aut forte voluerit conferre cauſam quæ proponitur cum eis ſit ſuæ poteſtatis. Huic *legi Got.* concordat *Decretum* 11. *Concily Toletani*, quod fuit factum tẽ pore Gotorum, & habetur ipſum *Decretum* 5. *q. 4. capitulo, in loco benedictionis confidentes.* vi-
16 de ibi, quia ponitur pœna † excommunicationis, quæ non fertur, niſi pro peccato mortali, vel pro contumacia, quæ eſt peccatum mortale: vt *extra. de maio. & obe. cap. ſi quis non obedierit*, & excommunio non fertur, niſi pro contumacia, vt notat *Goffre. in Summa. de ſenten. excom. ver. ſ. Vnde ſi recte*, vide ibi. Nota verba Exodi 23. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum. Nec in iudicio plurimorum adquieſces ſententiæ, vt à veritate deuies; pauperi quoq; non miſereberis in negotio*, intellige contra veritatẽ & iuſtitiam. Super tex. *E los aduocats plenament oyts.* Nota hic de iure Cathaloniæ, aduoca-
17 tos fore † audiendos in collatione Audientiæ Regiæ, & iuncto proœmio, & ſupra notatis attẽtis, hic dico eſſe de ordine proceſſus, & iudicij: vt facta relatione in audientia aduocati debeant ad plenum audiri, & ſi hoc ordine omiſſo feratur ſententia, ſit ipſo iure nulla, tanquam lata prætermiſſo iſto ordine iuris, & parte non audita.
18 nec defenſa; quia † ſpecies defenſionis, & cauſæ inſtructionis, eſt collatio, & patroni auditio, quia
19 aduocati † vitam, ſpem, & poſteros defendunt, vt *l. aduocati. de aduo. diuerſo. iudi.* An debeant audiri partium aduocati in collatione, vide alberanum, quod poſui in fine iſtius cap. dat. 15. Mar
20 tij anno 1385. Et hoc † etiam dico, quod alij iudices inferiores, hunc ordinem, ſcilicet, audiendi aduocatum in collatione peritorum debeãt obſeruare: argum. *extra. de re iudi. c. in cauſis*, & quia hic punctus non eſt â iure communi deciſus, ideo per hanc conſtitutionem iudicetur per ſimile: argum. *l. non poſſum.* & *l. de quibus.* cum ſimilib. *ff. de*
21 *legi.* quia hæc conſtitutio, † ſicut & ſententia Principis, facit ius, vt ex eo inferiores debeant in ſimilibus iudicare, iuxta notata in alleg. *cap. in cauſis.* & ſupra *colla. 4. in curia Perpiniani cap. hac noſtra*, ſuper verbo *conſtitutionẽ. §. Sed quando ſententia Principis faciat ius.* vide *Doctor. in l. ingenuum. ff. de ſta. ho.* Et hoc etiam eſt expeditum in cauſis pupillorum, & viduarum, & miſerabiliũ, quæ ducuntur coram Gubernatore, iuxta conſtitutionem infra *collat. proxim. cap. les cauſes delspubills*, ibi, *ab conſell de notables iuriſten.* vide ibi. Et idem dico debere ſeruari in alijs cauſis, quia diuerſitatis ratio reddi non poteſt, ideo idem ius
22 eſt cenſendum. Et † de ſtylo eſt, quod iudices audiunt aduocatos partium in collatione. No-
23 ta, quod † per aſsignationem ad ſententiam dicitur eſſe in cauſa concluſum, ſecundum *Innocen.* & *Bal. extra. de appel. cap. ſuper eo.* vide ad hoc *ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. Angerius.* idem videtur quando eſt facta relatio in audientia, vel ad relationem aſsignatum, & ſtyli vſus, & conſuetudines ſunt iura patriæ per conſtitutiones approbata, & ideo factum tali ordine omiſſo debet vitiare, vt dixi. Sed non video ex tali omiſſione collationis ſententiam aliquam annullari, nec hoc in cõtradictione venire. Sed hoc forte ita tranſit cum alijs erroribus, quia pauci curant de iſtis iu-
24 ribus patriæ. Poſtquam † eſt in cauſa concluſum, ſcilicet, per iudicem, nullæ ſunt partes iudicis, niſi in pronuntiando; & ideo poſtquam eſt concluſum, clauſus eſt proceſſus, vt nulla allegatio deincep. fiat, nec in iure, nec in facto, ſecundum *Innocen.* quod eſt notabile, ſecundum *Bal. in cap. paſtoral. de cauſa po. & propri.* Et hoc verum quando concluditur in tota cauſa per iudicem.
25 Et † quod aduocati ſint per iudicem audiendi ad plenum ſuper meritis cauſæ, vt in *collat.* eſt *tex. in l. qui ſquis. §. apud vrbem. cap. de poſt.* quæ eſt canonizata 3. *quæſt. 7. §. tria.* vide ibi *gloſ.* & 35. *quæſt. 9. cap. granem*, facit *cap. cum Ioannes. extra. de*
26 *fide inſtrumentorum.* Sed † quid ſi aduocati ſint contumaces, vel dicunt ſe nolle aliquid dicere? Reſpondeo, tunc poteſt fieri deliberatio, & concluſio in audientia de tali facto; quia contumacia facit eos haberi pro præſentibus: vnde eſt cautela, quod aſsignatio ad relationem intimetur aduocatis, & adde quæ ſcripſi ſuper *cap. curia Regis Martini Item per tolre*: & aliqui adijciunt commination em, quod procederetur cum, vel ſine aduocato: & credo, quod bene;
27 quia tunc debet venire, vel ſe excuſare. Et † nota, quod aduocatus licite poteſt aduocare pro ex cõmunicato, & ei communicare in his quę ad cauſam pertinent, dummodo eum, contra iuſtitiã non iuuet, & ſciat cauſam iuſtam, ſecundum *Hoſt.* qui ita notat in *c. oroposſuit. ext. de cleri. excõ-*
28 *mi.* ¶ Item nota, † quod aduocati confeſsio ſicut propria præiudicat, niſi cito reuocetur: & infra quantum tempus debeat reuocari, nota *extra. de cenſi. cap. olim.* & *de app. c. cũ cauſam.* in *gloſ.* cum ſuis remiſsionibus, & habes tex. *C. de erro.*
29 *aduo. l. 3.* Item nota, † quod licet aduocatus foueat cauſam poſſeſſorij iniuſti poſſeſſoris, qui tamen iuſte petit reſtitui, non propter hoc dicitur habere conſcientiam læſam: vt in *cap. paſto-*
30 *ralis. extra. de cauſa po. & propri*; quia † eſt pica, & organum legis ſcriptæ, & aduocatus non debet habere conſcientiam hominis, ſed legis, & certe lex bona eſt ſi quis ea ratione vtatur ſecun-

31 ſecundum *Bal.* Sed † nunquid poteſt per Vicecancellariũ committi vni, vel pluribus iuriſperitis, quod extra Audientiam, & ſine collatione peritorum ordinent ſententiam nomine, & in perſonam domini Regis in eius audientia promulgandam, ſic de facto videmus ſæpe, maxime in decem diebus poſt receſſum audientiæ. de quibus habes ſupra *c. ordenam eſtatum*. Et certe hæc conſtitutio facit, quod non, ibi, *è los aduocats plenament oyts*, & ibi, *& lo conſell plenament infor-*
32 *mat*. Et † hoc credo verius, niſi forte ſi eſſet de conſenſu partiũ, quidquid de facto ſeruetur. Pro hoc facit 20. *diſt. c. de cauſis*. Et collatio ſuper cau-
33 ſis † debet haberi cum peritis, & cum libris, vocatis partibus ante prolationem ſententiæ, vt notat *Hoſtien. de reſti. in integ. c. tamen ex litteris.* §. 1.
34 ¶ Item † nota, quod aduocatus, ſi non ſtat per eum quo minus præſtet patrocinium, de iure poterit petere totum ſalarium. *de pœn. diſt.* 1. *cap. ma-*
35 *gna.* in fin. Et eſt argum. quod † de cauſa, cuius inſtantia ſine culpa aduocati eſt perempta, debeat habere integrum ſalarium. de quo vide ſu-
36 pra *colla. proxi. c. los ſalaris*, cum ſequent. Sed † an aduocatus habens conſcientiam remordentem teneatur iuuare clientulum, vide in *gl. ſ. c. breui. extra. de iureiran.* An † etiam iudex remoueatur
37 propter familiaritatem aduocati, vide in *c. 1. de offic. iudi.* dic vt ibi per *Henricum*. ¶ Item an ad-
38 uocatus † poſsit variis modis exponere iura. vide in *gl. l. diſquod eſt.* & an poſsit ſuam opinionẽ mutare. vide 23. *q.* 5. *c. index*. Sed an ſufficiat aduocato dicere, Hoc dicit quædã lex: 1. *q.* 1. *c. enidẽter.* & 45. *di.* §. *hinc.* adde notata in *Spec. tit. de diſp.* & alleg. *aduo.* §. *porro. ve ſ. in ſumma*. Et adde quæ notãtur ſupra *collat. proxi. c. E los aduocats.* & ſupra *colla. 6. curia Montiſſoni. c. in ciuitatibus.* cum ſuis concordan. Et de hac materia latius vide in *Spec. tit. de aduo.* & *tit. de diſpu.* & alleg. *aduo.* Sequitur in tex. *E lo conſell plenament informats*, &c. Nota etiam hic pro his quæ dixi ſupra, quia requi-
39 ritur, quod iudices † ſint plene de cauſa inſtructi, & informati, alias cauſa poſſet ex hoc ſolo retractari, & annullari; vt *extra. de reſti. in integrũ. c. Tamen ex litteris.* & quæ notantur per *Bar. in l.*
40 *edita.* alias *l. es apud quem. C. de eden.* quia † ſententia eſt nulla, ſi eſt lata non viſo, nec recognito proceſſu; & tamen conſilium audientiæ, non poterit ad plenum dici informatum, niſi partium aduocatos ad plenum audiuerit conferentes, &
41 diſputantes: quia aſſertione partium iura panduntur: vt *C. ſi per vim, vel alio modo. l. vlt.* & dicto *c. Tamen ex litteris.* & adde quæ ſcripſi ſupra *col.* 5. *c.* 19. *Item pro abbreuiandis litibus*, ſuper verbo *re-*
42 *cognitis*. Sed quæro † an Vicecãcellarius, vel Regens Cancellariam poſsint concludere abſque votis exactis, vel etiam contra vota, aut cum minore parte votorum? Reſpondeo & credo, quod non; alias fruſtra eſſet facta hæc conſtitutio, quæ vult cõſilium informari, & vota peritorum exigi dum dicit infrà: *& conclos, cullits los vots del conſell.* & idem infra *colla. proxi. c. les cauſes dels pubills.* ibi dum dicit, *qui aquelles ab conſell de lurs aſſeſſors, & dalires notables juriſtes hagen a determinar.* Et iſta habent ſeruari ex ordine huius conſtitut., quæ talem vult ſeruari ordinem, quo omiſſo nõ valet, quod agitur in contrarium, iuxta ea quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. c. querelam.* & in *c. ne ex be-*
43 *neficio*. Nota † ergo, quod ſemper aduocati in audientia ſunt vocandi, & audiendi, niſi fuerint cõtumaces, & etiam vota peritorum ſunt exigenda, & ſecundum ea, ſeu eorum maiorem, & ſaniorem partem eſt concludendum per Vicecancellarium, vel Regentem Cancellariam, & ita ſeruatur de ſtylo curiæ, qui vicem legis obtinet: vt notatur ſupra *ead. c. occurrens.* in fi. & ridiculũ videtur tenere oppoſitum. adde quæ notat *Gui. Durands in Spec. tit. de requiſitione conſilij*, pro quo facit *c. de quibus.* 20. *diſt.* Sequitur in textu, *E apres dins tres jorns promulgar, è publicar la ſententia*, &c. Nota hic pro ordine obſeruando in prædictis, vt
44 dixi, quia verbum, *E apres*, dicit † ordinem, requirit ergo prius debere conferri, & audire aduocatos, & meritis cauſæ in facto, & in iure intellectis fieri deliberationem, & concluſionem ſententiæ, quæ habet poſtea infra triduum publicari. Et dic, infra triduum, ſcilicet, à die factę cõcluſionis numerãdum. Et ſic prætermiſſo hoc ordine lata ſententia non valeret; præſertim, quia actus contra conſtitutionem habitus non valet, vt ſæpius dixi. Nam inter talem concluſionem, & ſententiam nullum eſt medium; niſi citatio ad ſententiam: vt in *authen. vt cum. de app. cog.* & notat *Bal.* ſuper *Innocen. in c. paſtoralis. de cauſa po. & proprie.* Sed non negatur quin poſsit ante factam concluſionem amplior haberi collatio; & informatio, ſi caſus ille hoc popoſcerit, & hoc ſequitur in littera, *lla empero*, &c. Et ex his nota,
45 male † præſumi de iudice, qui requiſitus nõ vult tenere collationem, & audire aduocatos partiũ. Sequitur in text. *les cauſas pocas*, quæ dicãtur cau-
46 ſæ viles, & modicę, dixi ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni c. cauſæ*. Sed forte cauſa hic dicetur modica, non tam ex quãtitate rei, vel cauſæ, de qua agitur, quam ex intricatione, & magnitudine proceſſuum, & actorum multitudine, vel quia cauſa in vno, vel duobus punctis ſtat, vel agetur de aliquo intermedio. Item dicitur cauſa vilis, & modica, quæ vix aſcendit ad ſumptus litis: vt
47 in *authen. vt cum. de app. cog.* & nota, † quia cauſa magnatum reputatur valde magna in curia, ſaltẽ de facto, quia in iudicijs non habetur acceptio perſonarum: *de iudi. c. nouit.* Et hoc totum credo hic arbitrarium iudicio Cancellarij, Vicecancellarij, Regentis, & dominorum de conſilio, dummodo eadem die poſsit ſine alia retentione
48 decidi. Et ſic † nota, cauſas modicas citius fore terminandas, & expediendas: ſic in alleg. *cap. cauſa*, ſic etiam de cauſis viatorum: vt in vſat. *Quoniam.* §. *Item inuiolabili.* alias eſt vſat. *Per ſe.* Sed
49 quod † ſeruitium dicatur modicum, dixi ſupra

c. proxi.

c.proxi. ſuper verbo *diners, argent*, &c. Pone quod
50 eſt† commiſſa tribus conſiliarijs; duo conſulunt vnum, tertius contrarium; Iudex vero illi vni adhęret, & ita iudicat, an ex hoc ſolo dicatur partem grauare in dubio? Reſpondeo quod ſic, ſi tenetur ſtare, vt notatur in *c. nullus ex conſilio. extr. de reg. iur. lib. 6.* per *Ioan. An.* ita dicit *Bal. in l. 1. ff. de*
51 *offic. conſulsan 6. q.* Sed pone† caſum, qui modo euenit: cauſa eſt votata, Vicecancellarius, nondũ concluſit, vel etiam concluſit, Sed ante prolationem ſententiæ dominus Rex vult cauſam iterũ coram ſe referri, diſputari, & reuideri, dubitatur an poſsit. Quidam, quod non, per hoc, quod in hac conſtitutione dicitur, quod infra triduum publicetur ſententia. Sed ego cum quibuſdam non modicę auctoritatis tenui, & ſemper teneré
52 contra: quia† Princeps ex regalia etiam poſt rem iudicatam poteſt reuidere proceſſus, & ita etiam conſueuit, quia res iudicata non concludit Principi, non obſtat hic conſtitutio, quæ nõ intendit præiudicare regalijs. Item ſi hoc poteſt Cancellarius, vel Vicecancellarius, vt hic multo fortius Rex; & ſi hoc poteſt poſt ſententiam, ergo fortius ante; quia cui licet quod eſt plus, vtique licet quod eſt minus, & vtilius ante tempus occurrere, &c.

Lo Rey, Vicecanceller noſtre, intencio ſo, & es, que la pragmatica feta per nos, ſobre les ſuplicacions per nos adinetedores dins deu dies, & en apres proſeguidors, dins vn any hagues lloch, es ſeruas en totes declaracions, & prouiſions, que aparellades, & oydes les parts ab deliberacio de conſell de ſauis foſſeu fetes per nos, o per noſtre Canceller, o per altres Regents, la Cancellaria en nom, o perſona noſtra, en & ſobre totes cauſas è queſtions, & altres fets, axi Eccleſiaſtichs, com qualſeuol altres, que pero deuant noſaltres foſſen tractades. Per queus diem è manam, que ſegons la dita noſtra intencio ſeruets en totes maneras la dita noſtra pragmatica com axi, o vullam. De certa ſciencia dada en Gerona ſots lo ſegell del noſtre anell a 15. dies de Març del any 1385. Item, aqueſt albera ſon confirmat per altre dat ibidem a 4. dies de Abril dit any.

Et nota, quod faciunt valde pro his, quæ dixi
53 ſuper conſtitutione, *per donar orde*. Et † quod ſententia regis nomine lata, non habet promptã executionem, ſi non eſt lata iuxta formam conſtitutionum, ex deliberatione conſilij. Imo tunc poterit cauſa ſupplicationis extra audientiã cõmitti, non obſtante alia pragmatica.

De compoſitionibus generalibus, & alijs. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Nemo compelli debet ad componendum ſe de crimine.*
2 *Edictum & conſtitutio quid. remiſsiue.*
3 *Vicesgerens gubernatoris, & cæteri officiales compellẽtes quem ad ſe componendum de crimine ſunt priuati in his poteſtate, & acta per eos facta non valent. & nu. 22. etiam ſi fecerint hoc ſub colore. num. 8. declaratur nu. 13.*
4 *Compulſiones illicitas facere non poteſt officialis; licitas vero ſic.*
5 *Officialis ſi dicit ſubditum ſecum gratis compoſuiſſe, ſubditus vero dicit contrarium; quis debeat hoc probare.*
6 *Dominus exigens à ſubditis præſumitur per vim, & per concuſsionem exegiſſe.*
7 *Officiales pœna capitis ſunt puniendi, ſi opprimunt ſubditos, quos ab oppreſsionibus tenentur defendere.*
9 *Ruſtici quotidie compelluntur exquiſitis coloribus ad ſe componendum, vt redimantur à vexationibus.*
10 *Redimere iniuſtam vexationem de iure licitum eſt.*
11 *Exquiſitus color dicitur per ſimilitudinem, quaſi fucus.*
12 *Fictionis materia. remiſsiue.*
14 *Tranſigere de crimine an & quando liceat. remiſsiue.*
15 *Exactum à ſubditis cui ſit reſtituendum, traditur.*
16 *Dolus vel colluſio probari poteſt per coniecturas.*
17 *Officialis pro reſtituenda pecunia exacta per vim à ſubdito conueniri poteſt ante tempus tabulæ.*
18 *Extorquere eſt exigere ab inuito.*
19 *Officialis vexat, quando ſine iuſta cauſa, & ſine conſilio iudicis requirit datum ad manulentam.*
20 *Officialis vexat, ſi quem opprimit contra iuris ordinem.*
21 *Metus præſumitur, quando indebita ſeruitia à domino ſunt extorta.*
23 *Remiſsiones extortæ per vim an validari poſsint per conſenſum remiſsi, traditur.*
24 *Decipiens quem in contractu non poteſt ab eo recedere, niſi deceptus velit.*
25 *Lex vbi facit actum nullum in fauorem alicuius; præſidit, ſi talis vti velit dicta nullitate.*

AB aqueſt edicte perpetual ſtatuim, &c. In hac conſtitutione loco ſummarij poſueram ru-
1 bricam ſequentem, Vt † nemo ad componendũ de crimine directe, vel indirecte compellatur, & de pœnis contrafacientium. Sed diuiditur in partes tres: quoniam in prima parte prohibentur Gubernator Cathaloniæ, & cæteri officiales domini Regis compellere quoquo modo viuentes ſtates, aut ſingulares ad componendum, vel obtinendum remiſsiones de criminibus, data quãtitate aliqua, vſque ibi, *E ſi lo contrari*, &c. Ibi eſt ſecunda pars, in qua dictos officiales aſtringit ad reſtitutionẽ taliter extortorum, cum dupla. Ita, quod ex quo conſtiterit de concuſsione huiuſmodi, nequeant vti officijs ſuis, donec reſtitutionem fecerint ante dictã, vſque ibi, *è les remiſsions axi fetes*, &c. Ibi eſt tertia pars, in qua annullantur remiſsiones per illicitam extorſionem, ſiue concuſsionem factæ; niſi eas obtinentes illis forſitan gaudere maluerint. Et hæc diuiſio ſit loco ca ſus, & ſummarij totius præſentis conſtitutionis, quæ etiam de notabilibus eſt. Sed de minime obſeruatis, quia non habet debitam executionẽ. Et cauda finalis deſtruit totum, quia melius foret illas remiſsiones omnino irritari, vt ſic magis cauerent, ne ſic pecuniæ iactarentur. Super text. *ab*

aqueſta

aqueſta edicte, dic, ideſt, cum hac conſtitutione
2 perpetua, ideſt, generali; & quid † ſit edictum, & quid conſtitutio: vide quæ notãtur ſupra *colla.4. in curia Perpiniani c.hac noſtra*, ſuper verbo *conſtitutione.* & ſupra *collat.9. c.per tal que les leys.* & in vſat. *Vnaquæque gent.* cũ ſuis §. ibi ſequẽtibus. Sequitur in text. *inhibim*, & infra ſequitur. *no puſquẽ ni preſumeſquen compellir*, &c. videtur ex his, quod
3 vicesgerens † Gubernatoris, & reliqui officiales contrafacientes ſint priuati poteſtate in his, & ſic non valeant acta per eos in contrarium, & hoc videtur velle. in fin. dum dicit, *E les remiſſions axi fetes ſien nullas*, &c. vnde videretur eis, ſi contrafacerent, poſſe reſiſti, quia tunc non fungitur vice Gubernatoris, nec alij officiales iure ordinariç poteſtatis. Sed potius abutuntur tanquam cõmiſſarij prohibiti: vt infra *ead. c. Item per tolre vexacio*, dic vt ibi. ¶ In contrarium facit, quia hic non eſt appoſitum verbum aliquod, quod inducat priuationem officij ipſo iure. Immo videtur velle, quod interim vtantur, ſaltem donec apparuerit de extorſione, vel cõcuſsione huiuſmodi, vt infra *ead.* in verbo *axi que pus aparra*, &c. Et hoc credo verius. Attamen acta contra inhibitionem, tanquam facta contra conſtitutiones huiuſmodi, ſunt nulla in præiudicium ipſorum officialium extorquentium: vt infra *ead.* §. *vltim.* Sequitur in tex. *compellir*, ſcilicet, illicite, & per
4 modos â iure reprobatos, cauſa † extorquendi pecunias indebitas; quia licitas compulſiones facere non prohibentur prædicti officiales iuxta notata per *G. in l.1. ff. quod metus cauſa.* & per *Angel. de Perugio eod. tit. l. contine.* & ponit *Iacob. in ſuo Curiali, 7. dubio.* circa fin. in illa quæſtione, *quæro, quidã Petrus obtulit querelã.* vide q ibi concludit, quod de hoc non poſsit offerri querela grauaminis in curijs generalibus, nec coram prouiſoribus grauaminum ab ipſis curijs deputatis: quod credo verum, quando licitas fecerit compulſiones, quia tunc non dicentur grauare, nec facere iniuriam, & ita loquuntur *Bal.* & *Ang.* Secus tamen credo, ſi contra prohibitionem huiuſmodi cõſtitutionũ illicite extorſerint: quia ad hoc tenentur curiæ. & tabulæ, ſiue ſyndicatus, vt male geſta per officiales emendentur; & maxime de his quæ fecerint contra conſtitutiones, & iura patriæ, de cuius reformatione, & ſtatu tranquillo, & peroptimo in curijs, vt in *proœmijs cõſtit.* & dixi ſuper *proœmio in curia Dertuſen.* ſupra
5 *colla.7.* Sed pone, † dicit officialis, quod eius ſubditus ſecum gratis cõpoſuit. Vaſallus ſubditus, dicit ſe per metum feciſſe. Quæritur quis habeat probare? Reſpondeo, hic eſt argum. quod præſumatur fieri per metum: ad hoc *C. ſi rector prouincie. l. vltima.* & quæ notantur ſupra *colla.6. in curia Montiſſoni c. leges*, ſuper verbo *potentiorem*, facit *C. de omni agro deſerto. l. qui per potentiorem.* præſertim in ruſticis, *C. vt ruſti. ad nullum obſe. deuo. l.2.* & quæ notat *Bal. in de pace conſtan.* ſuper verbo *pactiones.* Et hoc credo verum, niſi alias conſtet de crimine ſeu inquiſitione, & de compoſitione ſit facta ſcriptura publica, per quam tollatur præ-
6 ſumptio doli & metus: vnde nota, quod † quidquid dominus exigit â ſuis ſubditis, præſumitur per vim, & per concuſsionem eſſe exactum, licet fiat mentio, quod volentibus, &c. vide *lex.* cum *glo. in l. vnica. C. de ſalgamo hoſpitio non præſtando. lib.12.* adde quæ dixi infra *ead.* ſuper verbo *per*
7 *extorſio.* Item † nota, quod officiales qui tenentur defendere ſubditos ab oppreſsionibus, ſi illos opprimant, debent puniri etiam pœna capitis, iuxta *l.1. auth. vt differentes iudices.* §. *ſi tamen contigerit. colla.9.* Sequitur in tex. *alguna vniuerſitat, o communitat*, ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra *collat.6. in curia Dertuſen. c. poſtremo*, ſuper verbo *vniuerſitatis.* Sequitur in text. *per alguna exquiſida color, o manera*, repete *exquiſida*. Et dico co-
8 lo em, † vel modum exquiſitum, quandocumque probetur de innocentia, vel quod ſine iuſta cauſa fuerit inquiſitum, vel proceſſum ad captiones perſonarum, vel bonorum, & fortius quãdo conijciuntur in vinculis, in caſibus â iure nõ permiſsis, vel quia requiſiti non curant dare petitiones, nec publicare debito tempore inquiſitiones, nec permittuntur habere aduocatum, nec procuratorem; nec quod aliquis ſecum loquatur, niſi quando præſente fiſcali loquentur de compoſitione. Item, quandoque carcerarius, & alij cuſtodes carceris, & procuratoris fiſcalis, & alij curiales incitant, & commouent ipſos delatos, & captos, vt componant cum curia, comminando, quod alias non poſſunt euadere pœnas corporales, & tormenta, & quod diutius detinebitur captus in carcere, quem nolunt dare ad manuleutam; licet id caſus exegerit. de quo vide ſupra *ead. c. la ſuperfluitat dels alguzirs*, & melius ſupra *ead. c. occurrents.* vide pragmaticam ibi inſertam, ſuper verbo *ſi anar hi volra.* Et idem ſi (quod peius eſt) nolũt recipere depoſitionem â capto, nec dicere ei cur captus ſit, niſi prius offerat pecuniam fiſco, & ſic de alijs infinitis modis concutiendi, & extorquendi pecunias, vt eorum vulgaribus vtamur, *longas dilationes, cadenas, & grillons fan hauer groces compoſicions.* Et dicunt, Melius eſt nobis pecunias habere, quam punitorum corpora in patibulis pendere: quia alias forte emolumenta non ſufficerent ad quitationes, non attendentes, quod beati qui faciunt, & qui ſitiunt, & eſuriunt iuſtitiam. Sed ipſi dicunt, beati qui habent pecuniam; ſed vnuſquiſque onus ſuum portabit: vt *1.q.4. c. quia præſultus*, & fere per totam ipſam quæſtionẽ. Sed & ſanguis ſubditorum requireretur de manibus prælatorum, & rectorum: vt *extra. de offic. ordi. c. irrefragabili.* Sequitur in text. *de accepta, o pendra remiſsions*, dic, quod dicti officiales, dẽptis Gubernatore, & Vicario Barcinonæ, qui (vt audiui) habet de hoc ſpecialẽ prorogatiuam, vel conceſsionem, vide *in recognouerunt proceres.* Vidi, quod conſiliarij Barcinonę habent de hoc conceſsionem duraturam, donec alter

fuerit

fuerit declaratum,non poſſunt tamen facere generales remiſsiones, ſed poſſunt facere ſpeciales ſub certa forma, exceptis tamen criminibus,de quibus pœna mortis, vel membri mutilationis deberetur,vt latius patet in *pragmatica Regis Petri III. data in Montealbo 10. Kalendas Iuly anno Domini* 1341.Sequitur in text.*directament,o indi-*
9 *recta*.dic,† quod raro contingit,quod talis compulſio directe fiat.Sed per obliquum,& exquiſitis modis, & coloribus quotidie compelluntur ruſtici, & alij plebei ad componendum pro redimendis vexationibus.de quibus vidiſti ſupra *cad.*in verbo *per alguna exquiſida color,o manera*, &
10 eſt † de iure licitum redimere iniuſtam vexationem,vide *Anto.de Butrio in c.quod latenter.ext. de reg.iur.*ſuper *gloſ.*vt *extr.de ſimo.c.dilectus filius*,
11 ibi,Præpoſitus,& exquiſitus† color dicitur per ſimilitudinem,quaſi fucus: vt *de conſ.di.5.c.fucare figmentis*,quaſi fictio,& de fictione,† vide quæ
12 ſcripſi ſupra *colla.6.in curia Perpiniani c.ad euitandum.*ſuper verbo *fingamus*. Sequitur in tex. *prenguen alguna quantitat*,idem † ſi non eſt quantitas,
13 ſed ſpecies certa,& vnica, quaſi dicat,quod receperint aliquid; quia tunc eſt tranſactio quæ fit aliquo dato promiſſo,vel retento:vt *extra. de*
14 *tranſact.c.ſuper eo*,& *C.eod.tit.l.tranſactio*.& † an, quando liceat de crimine tranſigere, vide in *l. tranſigere vel paciſci.C.de tranſact.*& adde quæ notãtur ſupra *colla.6.in curia Perpiniani*. Inſuper ad id quod dicit,*quantitat*, vide quæ dixi ſupra *cad. c.com ſegons*.Sequitur in tex. *ſien tenguts reſtituyr a les dites vniuerſitats,comunitats,e ſingulars; ço es, que*
15 *rebut, o exigit hauran,ab la dobla*. Sed † videtur, quod non eis qui dederint,ſed curiæ ſit fienda reſtitutio:vt ſupra *cad.c.com ſegons. §. E los que pendran*, qui eſt contra. Sed dic, quod ibi turpido verſatur ex parte vtriuſque tam dantis, quã recipientis:hic vero nõ eſt turpitudo dantis; quia dat,vt vexationem redimat;ſed eſt ex parte extorquentis,& concutientis turpitudo, quia cõtra formam iuris exquiſitis coloribus,atque modis compellit innocentem ad dandum pecuniã occaſione compoſitionis,vel remiſsionis de crimine,de quo per iuſtitiam datis legitimis defenſionibus veniret merito abſoluendus.adde ſupra *collat.3.c.28.Item ſtatuimus & ordenamus, quod aliquis Vicarius*. Sequitur in text. *axi que pus aparra*, ſcilicet,per confeſsiones,acta,vel teſtes aut cõ-
16 iecturas,quia † dolus,& colluſio,& fraudes huiuſmodi.etiam poſſunt per coniecturas probari; vt dixi ſupra *collat.proxi. c.querelam.* ſuper verbo *conſtiterit*.& vide *Bar.in l.in ſumma.ff.de peculio.* & *Bal.in l. ſi paterna. C. de repudianda hereditate*. Et dic,*aparra*,ſcilicet,coram Principe,vel in curijs, aut coram prouiſoribus grauaminum, aut alias coram iudicibus tabulæ,vel alio ſuperiore,ſcilicet, vocatis quorum interſit, iuxta notata ſupra *collat.proxi.c.ne ex beneficio. §.Et ne inde naſcantur*, ſuper pragmatica ibi inſerta.in verbo *conſtiterit*. & notata per *glo.* & *Io.de Imola in Cle.præſenti.de cenſi*. Et per hanc conſtitutionem iunctis notatis ſupra *colla.proxi.c.volentes. §. quod ſi iudex.* dico,
17 quod † de hoc poterunt conueniri ante tempus tabulæ,quia dixit,*pus aparra*,&c.*no puxen vſar de lurs officis*. alias hoc fruſtra fuiſſet hic adiectum, adde quæ notãtur ſupra *colla. proxi. c. confirmantes la conſtitucio de Monſo*.Sequitur in tex. *per extor-*
18 *ſio*,dic,quod † extorquere eſt ab inuito exigere. Et videtur exactio indebita, ſiue extorſio, concuſsio,& vexatio,ac oppreſsio,quando officia-
19 lis,ſine iudicis conſilio,& ſine iuſta cauſa requirit datum ad manuleutam contra pragmaticam, quam vide ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinone cap. 27. Item quod aliquis homo non condemnetur*.& idem
20 vbicumque † quis affligitur, ſeu opprimitur contra iuris ordinem,ſuper quo vide quæ dicam infra *collat.proxi.c.vlti.in gloſ.penult.*adde quę notantur per *Doct.* in vſat.*Similiter & ſenior*. & in
21 vſatic. *Alium namque*. Item † nota, quod metus præſumitur quando indebita ſeruitia à dominis ſunt extorta:*extra.de præſumpt.c.1.lib.6.*in nouella.vide *gl. f.*& *Anton.de Butr. extra.de reg.iur.cap. quod latenter in antiquis*. vide ſupra *cad.* in verbo *compellir*. Sequitur in tex. *no puxen vſar de lurs*
22 *officis*.Ex hoc tex. nota, † quod eo ipſo, quod conſtat talem pecuniam in caſu huius cap. per extorſionem fore exactam, ſiue conſtiterit per confeſsionem, vel aliam notorietatem iuris, vel facti euidentis, iſti tales pecuniam illicitam recipientes, ſunt priuati; vel verius ſuſpenſi ipſo iure, donec reſtitutionem fecerint hic contentã; ita quod acta per eos interim erunt nulla,ſaltem quoad præiudicium ipſorum extorquentium,& eorum qui cum eis ſcienter actitauerint: argum. infra *cad.§.vltim.*Sequitur in tex. §. *E les remiſsions axi feytas ſien nulles, ſi dons los obtinents aquelles*
23 *no ſen volran alegrar*,ſubaudi,quia † tunc tales remiſsiones valebunt in præiudicium curiæ,& dictorum officialium extorquentium:ſic ſupra *collat.6.in curia Monteſſoni c.quia in ſententijs*.vide quę ibi dixi, ſed forte alię pœnæ reſtitutionis cum dupla propter hoc non tolluntur: quia hoc totum eſt in pœnam, & odium concutientium:
24 quia † ſi tu me dolo deceperis in contractu,non poteris recedere,niſi ego velim,niſi eſſet contractus prohibitus,imo eſt in poteſtate mea: vt notatur per *gloſ.*& *Doct.in l. iurgentium.§. ait prætor. in glo.ex parte.*ad hoc *ff.de ritu nupt.l.ad me.glo.*quę ibi notauit,& ideo bene fuit hic adiecta iſta vltima clauſula,*Si dons*,&c.licet(vt dixi)hęc cauda fuerit,& ſit occaſio infringendi ſæpiſsime hanc
25 conſtitutionem, tamen eſt de iure, quod † vbi lex facit actum nullum in fauorem alicuius,intelligitur, deliberauit ſe velle de nullitate vti. vide *ff.de le.commiſſa.l.ſi fundus.§.eleganter.*

De poſanderijs. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Manſiones in aduentu Regis, Reginæ, & Primogeniti ſunt deputandæ per poſanderios Regis, & Rectores locorum arbitrio ipſorum Rectorum, idem num.2.*

mercede

mercede hoſpitiorum taxatis.nu. 3.

4 *Hoſpitare quis inuitus cogitur, ſed de iure communi ſecus num.5. fallit ibidem.*

6 *Officiales hoſpitari non debent in domibus priuatorum, vbi ſunt hoſpitia publica.*

7 *Hoſpitari gratis ſoli Principi licet; non tamen recipit niſi tertiam partem domus.*

8 *Clerici cogi non poſſunt ad albergas, & hoſpitandum, niſi in caſu neceſſitatis.*

9 *Vendere quis regulariter non cogitur.*

10 *Domum reficere an quis cogatur.remiſſiue.*

Als poſaders del ſenyor Rey è noſtres, &c. Caſus.

1 Manſiones † & hoſpitia in quolibet loco in aduentu dominorum Regis, Reginæ, Primogeniti, ſeu generalis Gubernatoris, habent deputari, & aſsignari, per poſanderios dictorum dominorum, & Rectores locorum, arbitrio ipſorum

2 Rectorum. Nota, † quod ſoli Rectores arbitrantur manſiones, quia ipſi melius nouerunt conditiones perſonarum. Sed mercedes taxabuntur per ipſos vna cum poſanderijs, vt infra dicitur. Pro quibus manſionibus, ſiue hoſpitijs aſsignandis ipſi poſanderij, tubaudi, & multominus Rectores debent pecunias pro his recipere, alias punirentur extra ordinem: quia non debent aliquem op primere, nec grauare non poſſunt pecunias recipere, contratacientes poſanderij priuantur officijs ipſo facto. Per hanc tamen nullatenus præiudicatur dominis locorũ in iuriſdictionibus ſuis, neque priuilegijs locorum, ſi quas vel quæ habe

3 rent. Vltimo † præcipit mercedes hoſpitiorum taxari, & quid ſi iſti non concordent, dic, quod dominus Rex, vel Vicecancellarij, aut ordinarius loci arbitrabitur tanquam bonus vir ſolui arbitrio dictorum poſanderiorum, & Rectorum locorum. Hoc dicit in ſumma, & pro caſu longo. Et diuiditur in quinq. partes, ſecunda ibi, *e q per donar*, tertia ibi, *e ſi lo contrari*, quarta ibi, *Bues em-*

4 *pero*, quinta ibi, *volem mes*, &c. ¶ Hic ergo † habes caſum in quo quis inuitus cogitur alium hoſpi-

5 tari Sed † de iure regulariter nullus cogitur aliquem hoſpitari, quod eſt verum ab initio. Sed poſtquã incæpit hoſpitari, tenetur recipere hoſpites, vt *ff.nau.caupo.ſta.l.* 1. §. 1. & *ff. furti. aduerſus.nau.caupo. & ſta. l.* 1. de quo dixi latius ſupra *colla.proxi.c.penſants que dalgun temps enſa.* & vide *gl. ſ.* ſuper *auth.omnes peregrini.C.communia de ſucce.* Fallit regula in Principe, & alijs, ac curialibus eorum, de quibus dicitur in hac conſtitutione, & *C.de metat.l.* 1. *lib.* 12. ſuper quo vide, & adde quæ ſcripſi ſupra *colla.* 1. *c. Item ſtatuimus quod*

6 *Vicary non albergent.* Et ibi † nota, quod officiales non debent ſubditis eſſe oneroſi, nec debent hoſpitari in hoſpitijs priuatorum, vbi ſunt hoſpi-

7 tia publica. Soli † enim Principi licet gratis hoſpitari; non tamen recipit nili tertiam partem domus, ſecundum *Bal. in l. obſeruari. de offi. proconſul. & le.* vide *Ioan. de Platea. C. lib.* 12. *de ſalgamo*

8 *hoſpi. non præbendo.* Sed † tamen clerici per dictos poſanderios, & Rectores ſæculares non poſſent cogi ad albergas huiuſmodi; nec forte per ſuos iudices Eccleſiaſticos, niſi in caſu neceſſitatis, puta tempore guerræ. ſuper quo vide ſupra *in forma iuramenti Vicariorum. §. quarto iurat.* & in *l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & in *l.* 1. & 2. & in *auth. Item nulla communitas. C. de Epiſc. & cleri.* & ſupra *collat.* 2. *in* 2. *curia Barcinona c.* 13. *ſtatuimus inquam, quod nos, aut filij*, &c. & ſupra *colla.* 1. *c.* 15. *Item ſtatuimus quod Vicary non albergent*, &c. vide

9 & adde quæ ibi dixi. Sic etiam † nullus regulariter cogitur vendere: vt *C. de iur. deli. l. nec emere.* tallit infra *colla. proxi. c. Item commemorans.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo *ſien tenguts los bens ſe-*

10 *bents.* Sed † an quis cogatur reficere domum, vide *ff. de dam. infecto. l. ad curatoris.*

Ne mulieres pro ciuilibus capiantur. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres pro debito ciuili capi non poſſunt. ratio traditur num.* 4. *& quid ſi meretrices fuerint. nu.* 16.

2 *Inſtrumenta continentia quod mulier ſe obligat in perſona, quoad dictam obligationem perſona ſunt nulla. & nu.* 31. *& ratio adducitur nu.* 33.

3 *Notarius non debet recipere obligationem perſonæ mulieris ſub pœna priuationis officij.*

5 *Fœmina licet non poſſit eſſe arbitrix, poteſt tamen eſſe arbitratrix.*

6 *Statutum licet dicat, quod nullus contra illud audiatur, non repellitur mulier allegans Velleianum.*

7 *Maſculum concipere fœmininum traditur.*

8 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*

9 *Iura non adaptantur de raro contingentibus.*

10 *Fœminarum genus auariſſimum eſt.*

11 *Mulier plurimum laborat contra propria commoda.*

12 *Maria Regina fuit mulier honeſtiſſima.*

13 *Vir bonus dicitur, qui innocentia conſilij pollet.*

14 *Conſideratur non ſemper quod licet, ſed quod eſt honeſtum.*

15 *Honeſtas ſemper conſideratur in legibus condendis.*

17 *Mulier quæ geſſit tutelam, & renuntiauit omni beneficio; an capi poſſit, traditur. & nu.* 24.

18 *Mulieres regulariter, ſi fieri poſſet, deberent ſtari clauſæ.*

19 *Mulier obligata pro commanda an poſſit capi in perſona.*

20 *Clauſula generalis ſubſequens debet reſtringi ad ea qua ſunt expreſſa, & non ad maiora nec grauiora.*

21 *Mulier pro criminalibus poteſt capi.*

22 *Mulier pro pacibus & treugis fractis poteſt capi in perſona. ratio traditur nu.* 23.

25 *Mulieres honeſtæ captæ pro criminalibus cuſtodiri non debent inter viros.*

26 *Captura materia. remiſſiue.*

27 *Mulier renuntiare non poteſt cum iuramento beneficio, vt non capiatur in perſona pro debito ciuili. & ratio traditur ibidem.*

28 *Sacularis an quidquam diſponere poſſit ſuper materia iuramenti, late traditur.*

29 *Officiales iurantes ſeruare conſtitutiones, tenentur ex officio illas ſeruare.*

30 *Mulier de iure ciuili non eſt capienda propter inopiam*

fide

Digitized by Google

fideiussoris.

32 *Vtile per inutile non vitiatur.*

34 *Pacto priuatorum iuri publico derogari non potest.*

35 *Carceratus an possit contrahere.remissiue.*

36 *Pactum quod quis capi possit,ad hæredes non transit.*

37 *Carceratus bene potest contrahere cum alio,quam cum detinente,etiam ad libertatem carceris.*

38 *Capi quis non potest regulariter nisi bonis excussis pro debito ciuili. fallit nu.39.*

40 *Soluens & dimittens carceratum à carcere ex misericordia an teneatur.remissiue.*

41 *Exiens à carcere an dicatur effractor carceris.*

42 *Carcer aperiri debet omnibus in paschalibus festis.declaratur ibidem.*

43 *Capi quis potest pro debito post tempus datum ad soluendum,nisi bonis cedat.*

44 *Carcer priuatus haberi potest ad continendos furiosos necessarios.*

45 *Carcer non est institutus ad pœnam, sed custodiam.*

46 *Notarius perdit officium si contra constitutionem ponat in instrumento, quod mulier obligat se in persona pro debito ciuili.*

A La condicio feminil volents deferir,&c. Casus. 1 Mulieres † nõ possunt pro ciuili debito capi,nec ad captionem obligari. Hoc dicit. ¶ Nota sexui fœminino fore deferendũ. ¶ Itẽ nota honestatem fore conseruandam. ¶ Item nota, quod mulieres honestæ non debent pro debitis carcerari, nec alias captæ detineri. ¶ Item nota, 2 quod † instrumenta, & scripturæ, ac obligationes continentes, quod mulier pro debito ciuili personam obligauerit, sunt ipso iure, quoad ipsam obligationem personæ,nullæ. ¶ Item † nota, 3 quod notarius non debet conficere instrumentum,nec recipere iuramentum, vel obligationẽ personæ mulieris;alias amitteret officium notariæ. ¶ In tex.ibi,*a La condicio feminil*, dic;ideſt,sexui fœminino,& est † ratio quæ sequitur, scilicet,honestas, quæ maxime requiritur in vxore, 4 quam in viro. Facit vsat.*Vidua si honeste*,vide quæ ibi notant *Doct.* Vnde hic nota vnum priuilegiũ mulierum; licet regulariter deterior sit earum conditio:vt *ff.de fin.iud. l.in multis.* & ibi *glos.* Sed 5 licet † fœmina non possit esse arbitrix,vt *l.fi.C. de arbitris*,tamen potest esse arbitratrix, vt ibi notant *Cin.* & *Bar.* in dicta *l. in multis*, adde quæ ibi notat *Bal.*& quę scripsi supra *end.cap.nouerint in q.* 1. 6 ¶ Item † nota,quod si statutum dicit,quod nullus audiatur contra statutum, & est in materia differenti,nõ repellitur mulier allegans Velleianum,vide *Bar.* in dicta *l.in multis*.Secus si vellet opponere exceptionem, in qua non differat à masculo; tunc non potest, quia masculinum 7 concipit fœmininum in materia pari, & eiusdõ rationis:*C.de iudi. vidu.tollen. l.fi.*& in *Cle.* 1. *de elec.* & in *Cle.* 1. *de regulis*.Sed vbi lex loquitur discretiue,ideſt, de per se de masculo, & de per se de fœmina; masculinum non concipit fœmi- 8 ninum: quia † expressum facit cessare præsumptum:*ff.de libe.& postum.l.si ita: ff.de hæredi.instit.l. clemens patronus.* vide in *Spec. de procuratore.* §. 1. post prin. ¶ Item in differentibus consuetudine masculinum non concipit fœmininum: quia quę differunt consuetudine, natura videntur differre,vt si statutum dicit, quod magnatus non ingrediatur palatium: nam non comprehendit mu- 9 lierem, quia raro hoc accidit, & iura † non adaptantur de raro contingentibus, *l.nam ad ea. ff.de leg.* & *ff.de vsucap.l.iusto.* idem si masculinum & fœmininum differant in causa finali: *C. ad l. Iul.Maiestatis.l.quisquis*, & facit quod notatur in 10 *l.1.C.de rap.virgi.* Item nota, quod † fœminarũ genus est præterquam in causa mouente ad pietatem;quia in illa, vt mollis animi præsumitur larga:*ff.de noxiali.l.si seruus.* est etiam valde volubilis animi, & dicitur motus habere momentaneos:*ff.de inoffi.test.l.filia*,& varium producit: vt 11 in *c.forus.extra.de verb.signi.*& plurimum † laborat mulier contra propria commoda:vt *l.si pater. C.de sponsa.* vnde fœmina cæteris paribus non est tantæ dignitatis,nec virtutis,vt est masculus. *ff. de Sena.l.* 1.& sic masculus ei præferendus est.Sequitur in text.*& per conseruar honestat*, &c. Nota valde,& attende,quod ista domina Regina Ma- 12 ria † quæ hanc constitutionem edidit, semper fuit, & est honestissima mulier, & multum virtuosa,præsertim in pace,& iustitia conseruanda: & dicitur persona honesta,quæ est bene morigerata, aliena non tollens,& quantũ in se est alium virtute operans, dicit Seneca, quod nil bonum nisi honestum, vnde bonum honestum præfertur bono vtili,secundum *Bal.in l.alias.ff.si quis ob.cau sam.* & præsertim est in persona casta mente, & corpore,& quę turpia nescit,& abhorret;& hęc sola est quæ valet Deo animas præsentare, in *auth.de leno.*in prin.vide *glos.in l.iustitia. ff. de iu-* 13 *stitia & iur.* Et † vir bonus dicitur qui innocentia consilij pollet: *l. cæteri.* §. 1.*ff. familiæ herciſ.* 14 secundum *Bal.* in dicta *l. iustitia*. Et hic † nota, quod non semper quod licet,sed quod honestum 15 est,consideratur,vt *ff.de ritu nupt.l. semper.*& † in legibus condendis semper honestas ponderanda est,vt in *Decretis 4.di.c.erit autem lex.* Et hæc nota pro honestate morum, & pudicitię castitate seruanda. *C. de anima. l.*1.*lib.*10.& *C.de curiosis.l. penult.* quia castitas sola est,quæ animas Deo valet præsentare,in *auth. de leno.* §. *sancimus igitur*, & virginitas replet paradisum,nuptiæ vero terram:32.*quæst.*1.*c.nuptiæ.* Et dicit Imperator, *Pudice enim nobis per omnia pertinet viuere*, in *authen. quomodo oportet Episcopos.* §. *hoc ideo. insti. quib.mo. tu.fi.*§.*nostra autem.* & *C.de curiosis. l.per id tempus*, & notatur de hoc latius per *Ioan. de Platea. C. de anima. l.vnica.* præalleg. & in *l. fi. C. ne fiscus rem quam ven. euincat.* & adde quæ notant *Doctor.* in vsat.*Vidua*,super verbo *casta*.& per *Gui.in Resario 4.dist.c.erit autem lex*,super verbo *honesta*.adde notata per *Bar. in l. pecuniæ.* in fin. *ff. de ali. & cib. le.* Sequitur in text.*que alguna fembra*, subau- 16 di,scilicet,honesta, secus credo † de meretrice, & alia

& alia muliere inhonesta, quæ meretur, &c. *C. de adulter. l. qua adulterium.* Sed forte idem est in hoc casu de meretrice, & qualibet etiam inhonesta muliere, cum tex. loquatur hic indistincte: arg. *l. de pretio. ff. de Publiciana.* quia hic conditione, & sexui muliebri defertur, & est hoc priuilegium sexus & naturæ muliebris, cui nequit renuntiari, cum sit publicum auctoritate, & vtilitate, arg. eorum quæ leguntur & notãtur in *c. si diligẽti. extra. de foro compet.* & quod dixi de honestate, fuit causa impulsiua, & non finalis. Sed conditio sexus & natura muliebris est causa finalis; & non est nostrum interpretari huiusmodi constitutiones, quæ habent Hebraice intelligi, licet in meretrice publica lupanaris crederem primam, & hanc meam opinionem tenet *Ioan. de Platea*, vt postea vidi *C. de exac. tribu. l. nemo carcerem. li. 10. in 6. oppositione.* & idem *Salicet.* in *auth.* posita super *l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* Et *Bal. in l. consentaneũ. C. quo modo, & quando iudex.* Et idem in muliere,
17 quæ gessit tutelam, & renuntiauit omni beneficio, secundum *Bar. in auth. matri & aui. C. quando mulier. tu. offi. fungi potest.* Et quotidie dum non volunt soluere meretrices mittuntur in carcere, & est tutius pro animabus earum, quia quamdiu sunt in carcere cessant à meretritio. Regulari-
18 ter † tamen, si fieri posset, deberent mulieres stare clausæ, in loco tamen religioso: vt in *c. periculoso. de statu regula. lib. 6.* Facit *c. mulieres de iudiciis. eod. lib.* Sed citius includerentur formicæ. Sequitur in tex. *o altre qualsenol obligatio.* Sed quæro
19 vtrum † mulier obligata pro commanda possit capi in persona? Quidam dixerunt quod mulieres non intelliguntur quoad captionem, licet quoad executionẽ sint obligatæ, alias esset pœna. *C. de offic. diuer. in l. 1.* & in *auth.* ibi posita pro quibus facit hæc constitutio. In contrarium videtur, quia qui non restituit commendam, siue rem cõmãdatam, furtum committit: quod est verum in depositi specie; secus in depositi generis in quo est solũ obligatio ciuilis. Vnde hic intellige & supple, scilicet, ciuilis, secus credo de obligatione criminali, quia expedit Reipublicæ ne crimina remaneant impunita. *ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius*, & si idem domina Regina de criminalibus voluisset, id dixisset, & expressisset: argum. *extr. de decim. c. ad Audientiã*, & quia solũmodo de ciuilibus præsumitur, scilicet, *de carta de comã*
20 *da, o scriptura de terç*: ideo † clausula generalis subsequẽs habet restringi ad ea quæ sunt ciusdẽ generis, & non ad maiora, nec grauiora, vt notatur *ff. de pac. l. iurisgen.* & in *Cle. non potest. de procura.* & idem videtur de iure cõmuni: vt *C. de custo. reorum. in auth. nouo iur.* & in corpore vnde sumitur. in *auth. collat. 9. vt nulli iudicũ. §. necessarium.* vi-
21 de ibi. Tamen † vigore huius constitutionis solum prouidetur in debito ciuili, vnde in criminali, vel mixta statur dictis legibus: idem intelli-
22 gas † quãdo mulieres pro pactibus & treugis violatis personaliter cõparentes cũ pignoribus fiemant de iure, & pro his obligantur in personis
23 & bonis, quia † non est causa mere ciuilis. Imo descendit ex crimine, & obligatur pro pœna dupli & pacis violatæ ex regalia, quæ non cõprehenditur sub generalitate huius constitutionis, licet agatur ciuiliter, & vide *Matthæum de Mates. in* 108. *notab.* & in *constitutione. Hac nostra*: quia
24 mulier † tutrix, quæ renuntiauit omni iuris auxilio, potest capi, secundum *Bar. in auth. nouo iure. de custo. re.* & *l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* tamen etiã
25 pro † criminali honestæ mulieres non debẽt custodiri inter viros, vt in li. §. prælleg. Nec debẽt pro debitis fiscalibus de domo extrahi, nec incarcerari. Sed debent per aliũ in iudicio respondere, vt *C. de offi. diuer. iudi. l. 1.* & in *auth. Sed hodie.* ibi posita. & in alleg. *c. mulieres.* & ad materiã
26 captionis, † vide & adde quæ scripsi supra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 29. Item quod nullus miles.* cũ suis concor. ad idem quod scripsi infra *ead. c. Ité per tolre vexacio.* adde quæ scripsi super vsat. *captus à curia.* & ibi *Iac. de Calicio.* & *Iac. Marquilles in suo Manna.* super quo etiam aliqua apostillaui. Sequitur in tex. *& que aquesta constitucio no pusqué en alguna manera encara migensant sagrament renun-*
27 *ciar.* Nota † ergo, quod hoc ius publicum est auctoritate & vtilitate, & non singulis fœminis, sed toti sexui muliebri concessum est; & ideo etiã cũ iuramento huic iuri renuntiari non potest, sic in alleg. *c. si diligens.* circa hoc vide notata per *Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ff.* & per *Doct. in c. cum contingat. extra. de iureiur.* Sed in quantum hęc cõstitutio disponit, quod etiam cum iuramento nõ
28 possit huic iuri renuntiari. quæro † an constitutio sæculariũ possit aliquid disponere super iuramento & validitate iuramenti, quod est de iure diuino & spirituali? Respondeo, iusiurandum est de iure diuino & super eius validitate, vel inualiditate nil potest ius humanũ statuere, contra ius diuinũ. Sed lex sæcularis bene potest aliquod ius introducere ob vtilitatẽ publicam, cui non possit cũ iuramento renuntiari, scilicet, per singulos, & tale iuramentũ in contrariũ non valet, quia non habet illos tres Comites, de quibus in *c. & si Christus. extra. de iureiuran.* quia licet quilibet possit iuri suo renuntiare, non tamẽ iuri alterius, & hoc ius non est singulare fœminarũ, sed sexus fœminini, hoc est totius naturæ muliebris & cõditionis fœmininæ, ergo licet per contrariã legẽ possit hæc constitutio tolli: vt *extr. de consti. c. 1. lib. 6.* non tamẽ potest tolli per quãlibet personã priuatã: vnde licet de facto aliqua mulier cũ iuramẽto renuntiauerit huic cõstitutioni, & forsan promiserit nõ allegare hoc ius, at tamẽ curia, & officialis, & quiuis alius, pro interesse publico, poterit petere, vt seruetur ista constitutio, vt non detineatur capta mulier pro debito ciuili. Imo & ipsa mulier, quæ renunciauerit, non tanquã ipsa singularis persona, sed tanquã vna de sexu fœminino nomine publico poterit implorare, ne capta detineatur contra honestatẽ publicã

sexus

ſexus fœminini: arg. eorũ quæ leguntur & notãtur *ext. de cleri. cõiu. C. de diuerſis fallacijs.* & *de re. ec.*
29 *non alie. c. ſi quis presbyt.* & officiales, † qui iurãt ſeruare conſtitutiones, tenentur ex officio ſeruare ipſas conſtitutiones, & ſic liberare, & non capere pro debito ciuili mulieres, etiã ſi cũ iuramẽto renunciauerint huic cõſtitutioni, vt hic vides, facit ꝙ notatur ſup. *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. 49.*
30 *Itẽ ꝙ animalia militum*, &c. Et nota, † ꝙ de iure cõmuni mulier propter inopiã fideiuſsionis nõ debet capta detineri: vt *C. de cuſto. re auth. nouo iure.* ſecundũ *Bal.* ſuper *Spe. in materia ſententiarũ.* & eſt dictũ notabile & ſingulare. Sequitur in tex. ibi,
31 *tant cò toca la preſo*, &c. Nota † quia nõ quidquid in inſtrumẽto cõtinetur, ſed ſolũ in quantum tãgit captionẽ, & obligationẽ perſonæ, hic annul-
32 latur: & ſic † nota, ꝙ vtile per inutile non vitiatur: ꝙ eſt verũ in ſeparabilibus. vide *Din.* & *Doct.* in *c. vtile per inutile. lib. 6. de reg. iur.* & ex hoc apparet, ꝙ notarius contrafaciens non eſt priuatus ipſo iure, vt dicam infra ſuper verbo *perda loffici*, &c. Sequitur in tex. *eſſer nullas*, &c. per hoc pa-
33 tet, † ꝙ tale inſtrumentũ non probat prætenſam captionẽ ſeu obligationẽ captionis, quia ꝙ nullũ eſt non probat, quia non entiũ non ſunt cauſæ, & licet per alios teſtes probaretur, attamẽ nõ parit obligationẽ, nec habet efficaciã, quia hæc cõſtitutio deſtruit obligationis ſubſtantiã, & reſiſtit pacto, ꝙ non valet, nec poteſt efficere quin
34 hæc lex locũ habeat, quia † pacto priuatorũ iuri publico derogari non poteſt, vt in alleg. *c. ſi diligenti*, cum ſuis concor. Sed quæro hic, an carcera-
35 tus † cõtrahat, vide per *Bar. in l. qui à latrombus. ff. de teſta.* & in *l. metũ. §. ſed licet. ff. ꝙ metus cauſa.* & ꝙ dixi ſupra in alleg. *c. Itẽ ꝙ nullus miles.* & in cõcor. Et ad materiã huius capituli ſiue conſtitutionis, vide omnino *Ioan. de Plat. in l. nemo carcerẽ*
36 *de exac. tri. lib.* 10. Itẽ nota, † ꝙ pactum quod quis capi poſsit non tranſit in hæredes, ſecundũ *Bar. in l. ſciendum. ff. qui ſatis cog.* Sed carceratus poteſt
37 cõtrahere † cũ alio quã cum detinente, etiã ad libertatẽ carceris: *ff. ꝙ metus cauſa. l. metũ. §. ſed licet.*
38 & regulariter † nõ poteſt quis capi pro debito ciuili, niſi bonis excuſsis: *glo. in l. 3. §. in eũ. ff. de ſuſpec. tu.* dicit *Bal.* illũ ſingularẽ. *Butrio* dat alium in
39 *l. 1. C. qui bonis ce. po.* Fallit † in debito fiſcali, in quo eſt optio fiſci, an velit primo capi perſonã, ſecundũ *Ioan. de Platea* in dicta *l. nemo. in tertio op-*
40 *po.* An † ſoluens carceratũ ex miſericordia tenea-
41 tur, vide *ff. de dolo. l. elegãter. §. Itẽ Labeo.* Item † an ex eõ carcerẽ dicatur effractor carceris, vide *ff. ex qui. ca. ma. l. ſuccurritur*, ſecũdũ *Gui.* adde quę notat
42 *Iaco. de Cali.* in vſat. *Captus.* Itẽ nota, † quod diebus paſchalibus aperiri decet carcer omnibus, præterquam certis delinquentibus, qui enumerantur *C. de Epiſcopali audi. l. nemo.* & inter cæteros cui facta eſt ſemel remiſsio. vide ibi *Cinum*, qui dicit illud verum, vt poſsint extrahi non vt in totum ſint liberi, ſed vt quieſcant illis diebus. Vnde ſi ſtatutũ dicit, quod illis diebus carceratus debet excarcerari, intelligitur de alio
43 non pro tali cauſa carcerato. Item † pro debito poteſt quis capi poſt tempus datum ad ſoluendum, niſi bonis cedat. *ff. de iudi. l. ſi debitori.* Item
44 eſt caſus in quo priuatus habet carcerem ad cõtinendos furioſos neceſſarios: *ff. de offic. præſidis. l. congruit. §. furioſi.* & ibi habes quod carcer non
45 eſt inſtitutus ad pœnam, ſed tutelam. vide text. vbi carcer eſt pœna. *ff. alea. l. 1.* in fin. ad idem in vſatic. *Barcino. cap. mariti.* adde quæ leguntur & notantur *extra. de pœnis. cap. quamuis. lib. 6.* vide & adde quæ dixi ſupra *in curia domini Ferdinandi cap. per tal que mal.* & vide in *gloſ.* in *l. 1. C. de cuſto. reorum.* & *ff. de pœnis. l. ſolent. §. aut damna.* Sequitur in text. *perda loffici de notaria.* ſubaudi, per ſententiam, non ipſo facto, iuxta notata in *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* & quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. in curia Perpiniani. cap. hac noſtra.* ſuper verbo *ca-*
46 *reat ipſo facto.* Et nota hic caſum † in quo notarius perdit officium, ſic ſupra in dicta *curia Perpiniani cap. ad excludendum.* & ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 19. Item quod quilibet notarius*, vide quæ ibi dixi.

Vt iuriſperiti, antequã habeant librũ ſiue codicem & volumen iurium Cathaloniæ, non audeant iudicare nec aduocare. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſperiti nec iudicare nec aduocare poſſunt in Cathaloniæ, donec habuerint libros vſaticorum & conſtitutionum, ſub pœna hic contenta. declaratur nu. 47.*
2 *Peritos non habere libros ſuæ artis ridiculum eſt.*
3 *In aduocato requiritur ſcientia, & non ſufficit practica exercitij.*
4 *Aduocatus an teneatur, ſi ſuã culpa perdat cauſam clientuli, & quid ſi aduocatus aduerſarij propter ſuam malam aduocationẽ facit me perdere cauſam, an teneatur mihi. nu. 5.*
6 *Aduocati tenẽtur ad reſtitutionem omnium, quæ amiſerunt illi, contra quos iniuſte patrocinarunt. declaratur nu. 7.*
8 *Aduocatus probdolor non laudatur hodiernis temporibus, ſi non ſciat cauillare.*
9 *Laudatur magis qui cauillat.*
10 *Iuriſperiti ſapientes dicuntur; quia debent eſſe ſapientes, licet ſapientes non ſint.*
11 *Sapiens dicitur, qui nec fallit, nec fallitur.*
12 *Cauere vbi quis obligatur ad ſenſum ſapientis, an ſapiens poſsit declarare, quod caueat cum fideiuſſore, vel cum pignore.*
13 *Iudex bonus nõ dicitur, niſi habeat quatuor, quæ enarrantur. ibidem.*
14 *Conſcientia bona eſt, ſi habet in corde puritatem, in ore veritatem, & in actione rectitudinem.*
15 *Aduocati antiqui primi debent eſſe in allegationibus.*
16 *Aduocatus dicitur amicus illius, pro quo poſtulat, & inimicus illius contra quem poſtulat. nu. 17.*
18 *Aduocatum vbi quis gratis habuit, an poſsit computare id in expenſis. remiſſione.*
19 *Aduocatus debet eſſe diſertiſsimus.*

20 *Officiales in officio aduocare non possunt ; nec officiales, aduocati esse.*
21 *Aduocatus deserens causam iniustam an debeat habere salarium pro tota causa.remissiue.*
22 *Aduocati dicuntur clarissimi & Comites,ideo torqueri non debent.*
23 *Aduocatorum filij gaudẽt certis priuilegijs.remissiue.*
24 *Aduocati habẽt duo vitia; eo quia quandoque sint falsarum causarum procuratores, quãdoque litium redemptores.*
25 *Aduocati an possint esse decuriones.remissiue.*
26 *Doctores possunt reprobari,cum expediat habere doctores vtiles,non formosos nec rudes.*
27 *Quod precipitur imperatur,& quod imperatur necesse est fieri.*
28 *Aduocatus cuius etatis debeat esse.remissiue.*
29 *Aduocato quando constituendum est salarium,quæ cõsideranda.remissiue.*
30 *Aduocatus bonus quatuor debet seruare cõtenta ibidẽ.*
31 *Iudicium valet,quamuis habitum fuerit cum aduocato illegitimo.& ratio traditur ibidem.*
32 *Aduocatus pro vno in eadem causa & instantia non potest esse aduocatus contra eum.*
33 *Aduocatus in causa principali non cogitur esse aduocatus in causa appellationis.*
34 *Aduocatus agens imperite non tenetur , nisi fuerit in dolo.*
35 *Iudex quis esse nõ potest causæ,in qua fuit aduocatus.*
36 *Aduocatus cum nimium loquitur, iudex potest ei imponere silentium.*
37 *Aduocatum alteri substrahens præsumitur fouere litem iniustam.*
38 *Substrahens aduersario probationem perdit causam.& num.39.*
40 *Salariatus de publico non debet contra Rempublicam aduocare.*
41 *Aduocati boni dicuntur militare.*
42 *Miles aduocare non potest, sed non seruatur hoc de cõsuetudine.*
43 *Aduocati antequam aduocent debent iurare de iure communi,& potissimum Barcinonæ ex priuilegio & ordinationibus.nu.44.*
45 *Aduocatum vel medicum habere posse an quis præsumatur in dubio.*
46 *Notarij an dicantur habere peculiũ quasi castrense.*
48 Habere *verbum absolute prolatum intelligitur de eo qui habet simpliciter,& non secundum quid.*
49 *Iura patriæ vbi sufficiunt,non curatur de alijs legibus. & nu.50.*
51 *Rex debet iudicare per directum secundum iura patriæ, quibus deficientibus secundum bonum arbitriũ iuxta iura canonica & leges Romanas.*
52 *Aduocatorum materia.remissiue.*
53 *Leges Gotica an sint sublatæ in totum.*
54 *Non exemplis,sed legibus est iudicandum. limitatur ibidem.*
55 *Patrocinium præstans contra decretum Principis surreptitie , pœna confiscationis bonorum & exilij punitur.*
56 *Aduocare contra fiscum nemo potest sine venia.*

A *Sats es cosa ridiculosa*,&c. Casus. Prohibentur iurisperiti †ab officijs iudicandi,& aduocandi in Principatu Cathaloniæ,donec habuerint absq. fraude vsaticos Barcinonæ, constitutiones,& capitula curiarum generaliũ Cathaloniæ,secundũ quæ iura præ ceteris iuribus habet iudicari in Cathalonia: contrafacientes pœnam quinquaginta librarũ incurrunt,fisco, & accusatori mediatim adquirendã.Hoc dicit vsq. ad §. *volents* , vbi disponit de aduocantibus tempore editionis huius curiæ. ¶ Nota principiũ,quia ridiculũ † est peritos non habere libros suæ artis siue scientiæ: quia imperitus mathematicos risui patebit.&c.37.*dist.c.qui de mensa.*Nã turpe est patritio.& nobili viro,& causas oranti, ius, in quo versatur,ignorare:vt *l.2.§.denig.ff.de ori.iur.* Nota,† quod in aduocato requiritur scientia,& non sufficit peritia vel practica exercitij;vt *l.iuste*⁹. *C.de aduo.diuer.iudi.*& nota in *l. 2. C. de postu.*Secus est in iudice:vt *l.certi iur.C.de iudi.*Sed hodie per hanc constitutionem videtur idem in iudice: quia debet habere scientiã. Fatuus est enim imperitus litterarũ.qui accedit ad patrocinandũ in causis, quia culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti:*ff.de reg.iur.l.culpa est.* & *extra. de reg. iur.c.non est sine culpa. lib. 6.* de hoc vide latius in *Spec.tit.de aduocato. §.1. versic. Item quod non habet peritiam litterarum.* Facit *Got. lib. 1. tit.1. l.nullus prorsus ex hominibus.* ad idẽ in *proœmio Gregoriano.* circa fin. Ad idem quod notat *Anto. de Butrio in cap. super specula. extra. de priuilegijs* . Sequitur in textu, *è no poch damnosa*,subaudi,Reipublicæ, vel saltem clientulis,& quod maxime animæ,& cõscientiæ iudicis vertitur periculum periurij : & quia facit litem suam,si male iudicauerit : iurat enim iudicare secundum iura ; vt *C. de iudi. l. rem non nouam.*& in *authent.* ibi posita sumpta ex cor.*authent.iusiurand.quod præstatur ab his,*& incidit in pœnam *C. de pœna iudi. qui male iudicauerit.l.* 1. Sed † an & quando teneatur aduocatus, cuius culpa vel imperititia causa clientuli est amissa, vide per *Henricum Boich extra. de pœnis. cap. calumniam.* & per *Gui.in l. si patronum. C. de aduo. diuer. iudi.* Item † vtrum , & qualiter aduocatus aduersarij, propter cuius malam aduocationem causam perdo , teneatur mihi , vide *Ioann. in Summa Confessor. lib. 2. tit. 5. quæst. 175.* & ibi secundum *Ray.*dicit, † quod aduocatus tenetur ad restitutionem omnium.quæ illi,contra quos præstabat patrocinium,propter ipsius pertinaciam iniuste amiserunt; & *Hostien. in Summa tit.de pœn.& remi.* dicit, † quod si aduocatus per cauillationem suam abstulit bonam causam aduersario , vel ipsum grauauit in aliquo , petendo dilationem superfluam , vel allegando falsè contra conscientiam , vel faciendo positionem duplicẽ,vel cauillosam , vel per instructionem falsi testis,vel quia induxit clientulũ suum ad negandũ veritatẽ tenetur insolidũ , quoad vetũ interesse.Hæc ille.Nota valde,& caueant aduocati.

Digitized by Google

uocati. Et iſta ſunt aduocatis valde timẽda: quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucretur, animæ vero detrimentũ & damnationẽ perpetuã patiatur? *ext. de ſimo. c. Matheus.* & vtinam nullus gereret offi ium aduocati hodiernis tempo
8 ribus. quia † non appretiatur niſi qui bene ſcit
9 negotia intricare, & emburlare: & ille † plus laudatur, qui magis delectatur in cauillationibus, & emburlationibus, cũ garrulationibus & ſociorũ detractionibus & perſequutionibus fictitijs, & ſimulatis, & maxime his abuti conſueuerũt fiſcales, & aduocatelli nouitij, groſſi, pauperrimi, & pompoſi practicantes illum verſum:

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à multis, quamuis idiota ſit ille.

10 Et nota, quod iuriſperiti † dicuntur ſapientes, quia debẽt ſapientes eſſe, licet non omnes ſint ſa
11 pientes. Et † dicitur ſapiens ille, qui nõ fallit, nec fallitur: & ideo dicitur ꝙ ſapiens non eſt omnis, qui nocet: vt 6. q. 1. c. *ſapiens.* Vnde quæro, quid ſi
12 quis † obligat⁹ eſt cauere ad ſenſum ſapiẽtis an ſapiens poſsit declarare ꝙ caueat cũ fideiuſſore, vel cũ p gnore? Reſpondeo ꝙ non, niſi quatenus de iure cõmuni, & ſecundum naturã contractus hoc fieri debet, vt quia imminet euictio in limine cõtractus, vt *l. ſi poſt euictã. C. de euic.* de quo in *gl. in l. ſi mãdato Titij*, in fi. *ff. mã.* & plene per *Bar. in l. illa ſtipulatio. ff. de hæred. inſti.* & *l. ex ea parte. ff. de verb. oblig.* Et de tali ſapiente eſt intelligẽda illa promiſsio: vt *C. de ponderato & aur. illa. l. 1.* quia non ꝙ ſapiens dixit, ſed ꝙ dicere debuit attendẽdũ eſt: *l. & licet. ff. de offi. præſi.* & notat *Ioan. de Plat. in l. quicunq. C. de omni agro deſerto. lib.* 11. & vide
20 *d.* per totum. & adde *extr. de eleo. c. cũ cauſam.*
13 *verſ. quia agitur.* Non † eſt bonus iudex, niſi habeat iſta quatuor, ſcilicet, auctoritatẽ, legũ peritiã, rectam intentionem, & cauſarum experiẽtiã,
14 ſecundũ *Tho. de Aquino.* Bona † eſt conſcientia, ſi habet in corde puritatẽ, in ore veritatẽ, & in actione rectitudinẽ: pro his tribus merebitur Trinitatis viſionẽ. o beata viſio, *Sanctus Bernardus in Meditationibus ſuis.* ¶ Vlterius nota, quod aduo-
15 cati † antiqui debent eſſe primi in allegationibus: arg. *ff. de adop. l. 2. & de alb. ſcriben. §. fin. C. de conſulibus. l.* 1. in fi. Item nota, quod aduocatus
16 dicitur † ãmicus illius pro quo poſtulat: *ff. de poſtulando. l.* 1. §. 1. Item per † contrariũ aduocatus
17 dicitur recipere inimicitias eius contra quẽ aduocat: *ff. de condi. ob cauſam. l. ſi pecuniã. in glo.* Item
18 ſi † quis habuit aduocatũ gratis, an poſsit computare id in expenſis, vide *text.* quod ſic, & ibi *Bar. ff. locati. l. quod ſi domus.* & *ff. de fideiuſſ. l. ſtipu-*
19 *latus.* ſecundum *Ang. de Buſſ.* Et † debet aduocatus eſſe diſertiſsimus. *l.* 1. *C. de no. C. confir.* Item
20 nota, † quod officiales in officio nõ poſſunt aduocare, nec aduocati officiales eſſe: vt *l. nemo. C. de aſſe.* Et eſt conceſsio Regia in libro *Viridis ciuitatis Gerundæ*, ꝙ ſuæ iuriſdictioni, quod tamen
21 quandoq. male ſeruatur. Sed † an aduocatus deſerens cauſam iniuſtã debeat habere ſalariũ pro tota cauſa, vide *Cin. C. de iudi. l. rem non nouã.* Aduo
22 cati † dicuntur clariſsimi & Comites: *C. de aduo. diuer. iudi. l. ſuggeſtione*, ideo non debet torque-
23 ri. Item † aduocatorũ filij etiam gaudent certis priuilegijs: *eod. tit. l. aduocatos.* Caue tamen, & no-
24 ta, quia malí † aduocati habent duo vitia. quia quãdoq. ſunt falſarũ cauſarũ procuratores, quãdoq. litiũ redemptores. Et iſtos tales debent boni præſides ab aduocatione repellere: *ff. de offic.*
25 *Proconſul. l. ne quidquam. §. circa.* Et † an aduocati poſsint eſſe decuriones, vide *Ioan. de Platea in l. in*
26 *filijs. C. de decurio. lib.* 10. Item † nota, ꝙ doctores poſſunt reprobari, quia expedit habere doctores vtiles, nõ formoſos & rudes: vt notat latius idem *Ioan. in l. grammaticos. C. de profeſ. & medi. eod. li.* 10.
Sequitur in tex. *manum q̃ caſcum.* Nota verbũ, *ma-*
27 *num*, quia † ꝙ præcipitur, imperatur: ꝙ imperatur, neceſſe eſt fieri; & ſi non fiat, pœnã habet, & peccatũ mortale incurrit: 14. q. 1. c. *ꝙ præcipitur.* & *ext. de verb. ſig. c. in his.* & de iſto peccato vix cõfitentur, qui huic legi inobediẽtes fuerũt. Vnde caueãt ſibi quia ſcriptũ eſt: *Qui nõ obedierit Principi, morte morietur. ext. de maio. & obe. c. ſi quis venerit*, & ſequitur in littera, *caſcũ iuriſta*, &c. nota, quia dicit de iuriſperito, ſubaudi, ſcilicet, iam approbato, iuxta cõſtitutiones Cathaloniç, de quib⁹ vidiſti ſup. *coll. 6. in curia Montiſſoni c. in ciuitatibus.* cũ ſuis concor. quia illis nullatenus per iſtã derogatur, ſed additur & vna determinatur per alterã: vt *ff. de legib⁹ l. nõ eſt nouũ.* cũ *l. ſequen.* vnde ſi aliquis, qui non ſit iuriſperitus approbatus, præſumpſerit aduocare, incurrit pœnas illius *c. in ciuitatibus.* & nõ iſtã. Sed ſi fuerit approbatus, tunc incurrit
28 hanc pœnã quinquaginta libratũ, niſi habuerit leges patriç, vt hic habetur. Et qualis † ætatis debet eſſe aduocatus. vide *ff. de poſtulãdo. l.* 1. §. *puerilã*, & aduocatos accipere debemus omnes omnino qui cauſis arcẽdis, quoquo ſtudio operãtur; nõ tamẽ qui protractatu nõ affuturi cauſis aliquid accipere ſolẽt, aduocatorũ numero eũr: vt *ff. de muner. & extraor. cog. d. l.* 1. §. *aduocatos.* Et ibi dicit *Bar.* ꝙ illiterati nõ dicũtur aduocati. Et quot ſint cõſi-
29 derãda † quãdo aduocato debet cõſtitui ſalariũ,
30 vide *eod. l.* 1. §. *in honorarijs.* Debet q. † bonus aduocatus ſeruare quatuor iſta, ſcilicet, aduerſariũ patiẽter audire, audita peruigili mẽte diſcutere, & ad diſcuſſa cõgrua reſponſa dare, & obiecta prõ-
31 pte ſua allegãdo cõfutare. Sed tamẽ nota, † ꝙ iudiciũ habitũ cũ aduocato illegitimo tenet, quia ſubſtãtiatur iudicium in parte vel eius legitimo procuratore, nõ in aduocato: vt *eod. d. §. fin.* & ibi
32 *Gl. de Cug.* Itẽ nota, ꝙ † aduocatus prõ vno in eadẽ cauſa, & inſtantia, non poteſt eſſe aduocatus contra eum, niſi eſſet pro pupillo: *eod. tit. li. fin.* vide omnino *Gui.* ibi cõtra *gl. ſ.* ſecundum *Anto. de*
33 *Buſ.* Sed † aduocatus in cauſa principali, non cogitur eſſe aduocatus in cauſa appellationis: *Gui.* ibidem, vide *glo. ff. de poſtulan. l. qui proprio. §. Item qua.* vide *Archi. 6. q. 1. c. vſus.* & in *cap. Roma de teſti. li. 6. extra. de reſtitu. integ. c. tame ex litteris.*

34 Sed † aduocatus qui agit imperite, non tenetur nisi sit in dolo. vide *ff. si messor fal. mo. dist. l.* 1. §. 1. & *Ioan. Fab. inst. qui, ex quibus ca. ma. non possunt.* quia hoc est verum, quando iudex eum cogit aduocare, secus vbi se obtulit; tunc enim de imperitia tenetur: quod dic per *Henr.* in alleg. *cap. ca-*
35 *lumniam.* & per *Ioan. in Summa Conse.* vbi supra. Item † nota, quod quis nõ potest esse iudex causæ cuius fuit aduocatus: *l. prator. ff. de iurisd. omniũ iudi.* vide ibi *Angel.* vide *C. de postulan. l. quisquis,* nec eo de tempore, nec diuerso *glo.* 1. & nota illum tex. contra aduocatos derisores, & iniuriatores, quia legibus, & non opprobrijs est certan-
36 dum. Et cum † aduocatus nimium loquitur, potest ei iudex imponere silentium. *ff. de his quæ in testa. dele. l. proxime.* Et contra iudices verbosos, & elatos vide *Got. lib. vlt. in l. verbosi. in rubr. de verbosis & iracundis iudicibus,* & 11. *q.* 1. *c. ira sæpe.* Item
37 nota, † quod subtrahens alteri aduocatum præsumitur iniustam litem fouere, & contra eum statim pronuntiandum est, vt dicta *l. quisquis.* ad fin.
38 Sic † qui subtrahit aduersario probationẽ, perdit causam. vide *ff. de eo per quem factum erit. l.* 1. §. *Si reus.* & ibi *Ang.* dicit, quod per hunc §. dicit *Inno.* in *c. intimauit. extra. de testi.* quod ille, qui ad-
39 uersario † subtrahit potestatem probandi, perdit causam: alleg. *de testi. co. c. per nostrum.* & 3. *q.* 7. §. *tria.* & vide *ff. quod quisque iur. l.* 11. & vide *glos.* in *Decretis.* 3. *q.* 7. §. *tria. versic. si quis*, & melius in *l. prouidendum. C. de postulando.* Sed salariatus de pu-
40 blico † non debet contra Rẽpublicã aduocare
41 *l.* 2. *C. de aduo. diuer. iudi.* Et † boni aduocati dicũtur militare, vt *l. aduocati. C. eod. tit.* & ex hoc forte sumptũ est quod habeant peculium quasi ca-
42 strense. Sed † tamen aduocatus miles non potest esse aduocatus: *C. de procur. l. militẽ.* contra tamen seruatur, & vidi de *Iac. de Cal.* & *Benedicto de Villa-*
43 *gauano,* & de pluribus alijs in hac patria. Et † aduocati de iure communi debent iurare, vt *l.* 2. *C. de iur. ca.* & *l. item non nouam. de iudi.* sed non seruatur de consuetudine, quæ non valet, secundum
44 *Host. extra. de iur. ca. c. cæterum.* Imo † debet seruari in Barcinona, iuxta priuilegia & nouas ordinationes, quæ dant formã iuramenti. An in dubio
45 præsumatur † quis posse habere aduocatum, vel
46 medicũ, vide *ff. pro socio. l. denique.* per *Bar.* Sed † quæro an notarij dicantur habere peculiũ quasi castrense? Respõdeo quod sic, si sint notarij Principis, qui habent dignitatẽ; secus forte de alijs, quorũ vile est officium, pro quo vide notata per *Ioan. de Platea. C. de decurio. l. vniuersos.* & *C. de fidentiarijs. l.* 1. & per *Bal.* in *l. si. C. de inoffi. testam.* Se-
47 quitur † in tex. *sens fran algun,* quasi dicat, quod veraciter habeat librum vsaticorum, constitutionum, & capitulorum curiarum generalium, suũ proprium & non commodatũ, quia non dicitur habere nisi habeat proprietatẽ: idem tamẽ credo si haberet vsumfructũ de vita vel cõmodatum ad vitam; quia tunc cessaret fraus; quia verbum *ha-*
48 *bere* absolute prolatũ intelligitur de eo qui habet simpliciter, non de eo qui habet secũdũ quid, iuxta notata per *Ioan. de Platea in l. vxoratj. C. de decurio. lib.* 10. Sequitur in tex. *ha esser j ma.* Nota
49 hoc q† vbi sufficiunt leges & iura huius patriæ, non curatur de alijs legibus; sed deficientibus iuribus huius patriæ, tũc demũ recurritur ad leges Romanas tanquã bonas, & æquas, & etiã ad canones, iuxta notata per *Doct.* in vsat. *Iudicia curiæ.* & in *curia Cornariæ c.* 1. & in *curia Regis Ferdinãdi c. per tal que les leys:* vbi de hoc. Et vide *glos. Iacob. de Monteisdaic.* in alleg. vsat. *Iudicia curiæ.* super verbo *leges*, & melius in *curia Regis Martini. c. Itẽ senyor quels Cancellers, & Vicecancellers.* vide & adde quæ ibi scripsi super verbo *segõs vsatges.* & adde quæ notãtur per *Iac. de Calic.* in vsat. *vt qui interfecerit. in* 1. *q.* & in vsat. *Rusticus interfectus. in q.*
50 *quæunt hic etiã glo. & Iac.* Nota † ergo, quod non curamus de legibus Romanis & canonibus, quãdiu sufficiunt vsatici, constitutiones, & alia iura huius patriæ. Sed illis deficiẽtibus recurrimus promiscue ad iura Romana & canonica, prout melius erũt iusta & æqua: ita tamẽ vt in his quæ tangere videãtur peccatũ, vel spiritualia, aut fidẽ Catholicã, semper recurramus ad canones, quibus in istis spiritualibus, & quæ tangunt periculũ animæ, stamus, quia leges non dedignantur sacros canones imitari, vt *extra. de iudi. & cleric.* & notat in simili *Ant. de Butr. extr. de priuil. c. super speculæ.* vide & adde quæ ibi notantur, & latius per *Hen. Boich in c.* 1. *ext. de no. oper. nunc.* & in *Spec. tit. de disp.* & alleg. §. *potro. ver. si. Sed numquid in cau-*
51 *sa Ecclesiastica.* Et † nota, q̃ dis Rex per vsat. *Aliud namq.* & dictã constitutionẽ *curiæ Cornariæ c. in primis siquidẽ*, se astrinxit, sicut & omnes de Catha-lonia tenẽtur iudicare per directũ, & secũdũ iura patriæ, quibus deficiẽtibus iudicatur secũdũ bonũ arbitriũ; q̃ est bonũ & æquum, secundũ leges Romanas & iura canonica: & imo in *c. Regis Martini.* supra alleg. dicitur, *drèt comun, equitat, & bona raho.* & vide quę ibi scripsi. Tu ergo iudex in actibus & negotijs huius patriæ vide primo si fuerit vsaticus, constitutio, aut aliud ius scriptũ vel cõsuetudinarium huius patriæ, per q̃ valeat tua quæstio; decide, & iudica secũdũ illud. secũdõ ordinẽ quẽ dixi supra *coll. 9. in curia dñi Ferdi. c. per tal q̃ les leys,* & vt ibi scripsi. Ad vltimũ voto deficiẽtibus omnibus iuribus huius patriæ, vt latius dixi in *c. curiæ Regis Martini,* præalleg. recurre ad ius cõmune, hoc est, ad leges Romanas & iura canonica, & secundũ equitatẽ & bonã rationẽ, vt in alleg. *c. curiæ Regis Martini,* q̃ incipit, *Item senyor quels Cancellers & Vicecãcellers.* vide quæ ibi dixi super verbo *bona raho,* vnde ista iura ita debẽt secundũ bonũ, & verũ sensum intelligi & practicari, vt dicitur sup. *coll. proxi. c. per tal que les leys.* in *vers. E q̃ sien entesos,* &c. vide quæ ibi dixi. Videsergo, q̃ valde fuit & est necessariũ, q̃ inexperiti antequã audeãt aduocare in hac patria habeant leges & iura patriæ, licet de facto male seruentur hęc cõstitutio, quia nõ est qui eã exequitur exigẽ-

do

52 do pœnas à contrafacientibus. Si † vis plenius videre de materia aduocatorum, recurre ad *Spec. tit. de aduocato.* & in *tit. de disputa. & allegat.* Sed
53 quæro hic, †an leges Goticæ sint hodie in totum sublatæ? Quidam quod sic, vt notat *Iaco. de Cali.* in vsat. *Vt qui interfecerit.* in cõtrarium facit vsat. *Rusticus interfectus. vers. debilitatus vero,* & in vsat. *Iudicia curiæ.* cum similib. & in *constitutione,* supra *coll. 5. c. Itẽ dicimus.* Salua meliori deliberatione videtur quod non sint omnino sublatæ, nisi in casibus expressis in vsaticis, constitutionibus, & alijs iuribus patriæ, quibus deficiẽtibus recurritur ad bonam rationẽ naturalem, quę regulabitur secundũ iura communia, quæ non in totũ discrepant à legibus Goticis, ad quas quãdoq. vsatici se referunt: cogita quia alibi dicere intendo
54 de hoc latius Deo duce Non † enim exẽplis est iudicandum, sed iuribus, vt *l. nemo. C. de sent. & interlo. omnium iudi.* Sed *glo.* in decretis 20. *di. c. de quibus.* dicit hoc verũ de exemplis priuatorũ, secus de exemplis Principũ. Item secus de bonis exẽplis multorũ, arg. *d. l. 11. §. cũ vero nec sacris.* & *c. in his.* Sequitur §. *volenti.* Sed quia loquitur de præteritis, iam cessat eius dispositio; & sic inutile foret amplius occupare mẽbranas. vide per te, quoniã si forsan aliqui inciderunt in dictas pœnas: iã inde fuerũt secutæ generales remissiones pœna-
55 rum, quibus tuerentur: verumtamẽ † de iure cõmuni Romano pro confiscatione bonorũ, & exilij punitur, qui surreptitie contra decretũ Principis patrocinium aduocationis præstiterit, vt *C. de postulan. l. quicumq.* quæ est lex canonizata in *Decretis de pœn. di. 1. c. quicumq. assistuerit,* &c. Nul-
56 lus † enim debet contra fiscũ aduocare, sine venia. vide *Io. de Platea in l. 1. C. de agen. in rebus li. 12.* & *Iac. de Cali. in sua Margar. Fisci. 3. dub. vers. 117.* & de hoc est facta pragmatica, quæ de facto hodie male seruatur. Et vide (si placet) legẽ, *Et nos permittimus. in Got. lib. 1. tit. 1. de remotis alienarum gentium legibus,* &c. ibi, *quia quamuis illa pellãt elongus, tamen haberet difficultatibus,* &c.

De libertate transitus itinerum & viarum.

Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Transitus per vias, itinera, & loca publica est omnibus liber & communis, nec potest per dominos Reges, & suos officiales impediri. & num. 3. limitatur num. 5. & 6. & quid si consuetudo fuerit in contrarium. n. 11.*

2 *Transeuntes tenentur soluere lezdas de mercibus, quæ exigi possunt vbicũque dictæ merces exonerentur.*

4 *Nullus compelli potest exonerare & dimittere merces in certo loco; imo fas est ducere vbicumque, dummodo soluantur lezdæ. & nn. 8. & 9.*

7 *Aqua dulcis, quæ transiri potest absque nauicula, est via publica.*

10 *Sensus extraneus est semper remouendus ab omni dispositione. & sensus extraneus quis sit, declaratur ibidem.*

12 *Rex vbique potest per suos ministros exigere lezdas regales.*

1 IAtsi *per constitucions,* &c. Casus. Transitus † per vias, itinera, & loca publica est omnibus liber & communis nec potest per dominum Regẽ, & suos officiales impediri. Sed cõcessiones & priuilegia in contrarium sunt nulla. Tenentur tamẽ
2 transeuntes † de mercibus soluere lezdas, quæ possint leuari vbicũq. exonerẽtur. Hoc dicit. Et est notabilis constitutio. vide & adde quæ habes in *Priuilegio del recognouerunt proceres Barcin. c. 84.*
3 85. & 86. Nota primo † libertatem itinerandi.
4 Item † nota, contra gabellas salis & victualium, quia nullus potest compelli exonerare, & dimittere merces in certo loco; imo est fas ducendi vbiq. dummodo soluantur lezdæ. Tertio notà, quod nõ valent concessiones & priuilegia quæ emanãt cõtra generales cõstitutiones Cathaloniæ. Sequitur in tex. *iatsi per constitucios de Cathalunya,* dic, scilicet, quæ inferius mentionantur, licet & aliæ sint, vt infra dicã. Sequitur in tex. *sia licit è permes,* subaudi, licet de iure naturali hoc fuerit permissum; tamẽ ex quo est etiã per cõstitutiones permissum, iam nõ poterit reuocari, nisi forsan per contrariã generalẽ constitutionẽ: *ext. de cost. c. licet. li. 6.* & *de reg. iur. c. omnis res.* facit in prin. *Decret. d. 1. c. humanũ,* ibi, *transire per agrũ alienũ,* &c. Sequitur in tex. *a cascũ,* subaudi, dummodo
5 sit homo liber, & non criminosus; alioquin si fuerit † seruus vel rusticus de redimentia, poterunt à dominis capi etiã in via publica, vt habetur in constitutionibus pacĩũ & treugarũ, & in consuetudinibus & vsanti js huius patriæ. Si vero fuerit homo criminosus, poterit capi per curiã. & etiã per quẽlibet sono emisso, crimine fragante: quod dic latius vt dixi supra *coll. 2. in 2. curia Barcin. c. statuimus etiã.* & *c. Item quod nullus miles.* cum suis
6 concor. quod hic dicitur, †regulare est; sed fallit in casibus notatis in dictis *cap. statuimus etiam.* & *cap. Item quod nullus miles.* de quo dic latius vt scripsi in *Summa regaliæ soni emissi.* Sequitur in tex.
7 *anar per terra, & per mar,* subaudi, & per aquam † dulcem, quæ potest transiri absq. nauicula; tunc enim est via publica per aquã, iuxta notata per *Angel.* & *Doct. in l. flumine publico. ff. de serui. rustic. prædiorum.* Sequitur in text. *ab llurs bens è mercaderies.* Hic † ergo habes hodie clarissimum,
8 quod gabellotus villæ Castilionis, & salinarum Comitatus Impuriarũ non possit impedire, quin mercatores & alij portantes sal emptum in villa Turricellæ de Montegrino eundo per viam publicam transducant per terminos ipsius Comitatus; præsertim, quia omnis gabella salis & victualium in hac patria est sublata, & prohibita, vt supra *collat. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. concedimus, volumus, & etiam ordinamus,* &c. & in *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ. Item quod cap. curiæ Barcinonæ,*
9 vide quæ in eis scripsi. Est † etiam hic casus contra administratorem dicti Comitatus, qui nititur impedire populatos extra ipsum extrahere eorum blada in eorum terris quæ habent infra Comitatum leuata, nisi soluant

certam exactionẽ, quam vocant ius tretæ,& eſt ſpecies gabellæ, & deſtenimẽt contra has conſtit. Cathaloniæ, quia talis exactio eſt illicita, & contra libertatẽ naturalẽ,& hãc conſtit. Pro hoc facit, quia dicit, *ab lluts bens*,&c. & non valẽt cõceſſiones,& priuilegia,ſi quæ fuerint cõceſſa in contrariũ contra cõſtitutiones huiuſmodi, vt infra ſubijcitur hic. Et quia hic in littera dicitur, *ſens empatxament algun del ſenyor Rey, & de ſos officials.* & ſubaudi, etiã aliorum quorumcumq. quia ſi dñs Rex, qui maior eſt, nequit inde facere impedimentũ, minus poterunt facere alij: quia omnes ligãtur per has conſtitutiones generales, quæ habent ſeruari per totã Cathaloniam, præſertim in regalijs caminorũ,& viarũ publicarũ, per vſat. *Cammi.* & conſtit. *Itẽ ordinamus & ſtatuimus, quod camini*, quæ eſt ſupra *coll.* 3. *c.* 9. vide quæ ibi dixi. ad prædicta facit conſtitutio, *le prohibitione vannorũ extrancorũ*, infra *ead. c. hauẽts acor.* vide ibi in §. *empero*, ſuper verbo *per paſſatge*, præterea proprietas Comitatus, per obitum vltimi Comitis, ſine prole deſcendentis peruenit ad coronã Regiam tempore Regis Martini, â quo habuit ciuitas Barcinonę. Sequitur in tex. *qui comenſa, ſtatuim encara*, dic, ſed in Latino incipit: *Statuimus etiã*, de quo dixi ſupra,& c. quod ſequitur, *Item que algun rich home*, &c. in Latino incipit, *Item quod quilibet richus homo, & miles*,&c. haberur ſup. *coll.* 4. *in* 2. *curia Barcino. c.* 16. vide & adde quæ ibi dixi. Sequitur hic in tex. *ſtatuim & ordenã, que les dites conſtitucions ſien a la letra obſeruades*,&c. ſubaudi, ſcilicet, in quantũ non contradicant præſenti cõſtitutioni: quia ſecunda contraria tollit primã, per alleg. *c. licet Romanus. extr. de conſti. li.* 6. & quod dicit, *a la letra*, excludit omnẽ glollam cauillolam & Aurelianam, quia (in quantum fieri poſsit) huiuſmodi conſtitutiones debent Hebraice ad litterã obſeruari ad rectum ſenſum, ſecũdũ vulgare idioma Cathalanorũ; & ſi fuerit dubiũ, habet fieri interpretatio, ſecundum formam capituli, ſupra *coll.* 4. *in curia Gerundæ c.* 10. *Item ſtatuimus*, q̃ loquitur de interpretatione cõſtitutionũ. vide quæ ibi ſcripſi &c adde quæ dixi ſupra *cad. c. volens*, ſuper verbo *pleneramẽt a la letra*. Debet enim
10 remoueri † omnis extraneus ſenſus: & dicitur extraneus ſenſus, qui non ſonat auribus vulgi, ſecundum *Bal. in de pace conſtantiæ*. Itẽ eſt extraneus ſenſus, quando exponitur contra auctoritatem ſanctorum patrum, & in alterius præiudicium: 27. *di. c. relatum*, & ibi notat *Gui. in Roſario*. Sequitur in text. *è reuocants tots los dits priuilegis è con-*
11 *ceſsions*, &c. quæro † hic quid de conſuetudinibus ſi fuerint in contrariũ, an etiã tollantur? Videtur, quod non, per alleg. *c. licet Romanus*. Credo contra, quia talis conſuetudo in contrarium foret irrationabilis, & contra libertatẽ, & ius diuinum, & contra conſtitutiones iuratas non valet præſcribi conſuetudo ſpecialis locorum, iuxta notata *extra. de conſuetu. c. vlt.* quod intellige, vt dixi in *curia domini Ferdinandi c. confirmants ta cõ-*

ſtitutio, ſuper verbo, *E tollents los abus*, &c. Sequitur in tex. *com ſien contra les dites conſtitucions*, & ſignãter ſunt contra illã conſtitutionem, *Item ordinamus & ſtatuimus, quod camini.* §. *nec in illis locis*, prout in meo libro ibi habeo, nec eſt Regis Alfonſi II. in curia Montiſſoni cap. 9. alij habent, *niſi in illis locis*. &c. ſi habes, *niſi*, tunc eſſet ſenſus, quod compelli poſſent arribare locis. vbi debet lezda perſolui: & ſic eſſet contra hic: quare habeas *nec*, vt concordet cum iſta: ſi habes *niſi*, dic quod hodie reuocatur per iſtam poſteriorem, & cõtrariam, iuxta dictum *c. licet Romanus*. Et miror quare hic de illo *c. Itẽ ordinamus & ſtatuimus, quod camini*, nõ fuit facta expreſſa mẽtio ſicut de alijs capitulis in hac cõſtitutione expreſſatis. Sequitur in tex. *& per conſeguent per altres conſtitucions ſien nullas*, dic, *per altres conſtitucions*, ſcilicet, quæ ſunt ſupra *colla.* 3. *cap.* 17. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod alsqua littera.* & ſupra *colla.* 4. *in* 2. *curia Barcinonæ c.* 17. *Item quod nos vel ſucceſſores noſtri non faciamus, nec concedamus.* cum ſuis concor. vide quæ in eis ſcripſi. Sequitur §. *retengut empero*, &c. *ſe pu-*
12 *xea cullir & exhigir*. Nota † hic, quod dominus Rex per ſuos miniſtros vbique poteſt exigere lezdas regales, & hoc dixit hic ad cautelam, quia in iſtis regalijs dominus Rex nullatenus aſtringitur ex generalitate verborum iſtarum conſtitutionum, niſi quatenus expreſſe dicatur in eis, per *cap. in generali. de regul. iur. lib.* 6. Non enim conſueuit in his generalibus curijs tractari communiter, niſi de his quæ tangunt reformationem generalis ſtatus Cathaloniæ, vt vides in proœmijs, &c. Non tamen hic tollit priuilegia nonnullis de non dando lezdas conceſſa, vt ſupra *collatione ſecunda in ſecunda curia Barcinonæ, cap. Item quod ciues & alij*. Et nota, quod iſta retentio lezdarum firmat regulam contra gabellas, & alias exactiones, ſcilicet, *de la treta* dicti Comitatus Impuriarum, & de ſimilibus. de iſtis lezdis vide quæ dixi ſupra *collatione ſecunda in ſecunda curia Barcinonæ, capitulo, ſtatuimus, quod quilibet*. & alijs, de quibus ibi fit mentio.

De monetarijs & eorum examinatione. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Qui non eſt expertus in arte, nec exercet ipſam artem, gaudere non debet priuilegijs & beneficijs illius artis. & nu.* 5.
2 *Monetarij examinari debent, antequam admittantur ad collegium.*
3 *Inhabiles ad artem non ſunt admittendi.*
4 *Rex interpretatur priuilegia prædeceſſorum ſuorum.*
6 *Qui de collegio non ſunt, licet ſint deſcripti in matricula, non gaudent priuilegio collegij.*
7 *Pro matricula præſumitur, quia confert quaſi poſſeſſionem.*
8 *In duobus collegijs matriculatus quis eſſe non debet. & ponitur caſus nu.* 9.
10 *Moneta debet fieri ad imaginem Principis.*
11 *Moneta approbata per Principem, in qua facies eſt ſculpta,*

Digitized by Google

ſculpta,reprobari non poteſt.

12 *Moneta fieri non poteſt per ciuitatem,niſi habeat priuilegium.*

13 *Moneta debet tantum valere in forma, quantum in materia.*

14 *Moneta groſſa eſtimatur per paruam.*

15 *Solidus quomodo computetur. remiſſiue.*

16 *Aureus quomodo intelligatur ſecundum leges. remiſſiue.*

17 *Monetam poteſt facere habens ſigillum publicum, & ex eo Eccleſia poteſt facere monetam.*

18 *Moneta variata cuius ſit periculum.*

19 *Denarios quot faciat ſolidus.*

20 *Moneta vna an poſſit ſolui pro alia. & quæ pœna ſit expendentis falſam monetam.remiſſiue. & num.21. referuntur quatuor ſpecialia de pœna falſantis monetam.*

22 *Moneta,ſi mimatur poſt contractum,an ſit ſoluenda in foro antiquo,vel currenti, traditur,adhibita diſtinctione.*

23 *Monetarius qualiter quis efficiatur.*

24 *Approbatus pro monetario,an aliquid debeat ſoluere alcaldis pro tali approbatione.*

25 *Buſtia dicitur quaſi burſa.*

26 *Monetarij filij, ſi nati fuerint antequam pater efficeretur monetarius, an ſint adſtricti collegio monetariorum.*

27 *Monetarij in omnibus ſunt de foro alcaldorum.fallit ibidem.*

28 *Monetarius,ſi efficiatur miles,vel habeat aliam dignitatẽ,an per hoc euadat nexum monetariæ, traditur.*

29 *Monetarius liberatur a foro monetariorum,ſi efficiatur clericus,vel ingrediatur religionem.*

30 *Liberato aliquo a foro monetariorum,an liberati cenſeantur filij illius.*

31 *Monetarij quæ priuilegia habeant.*

32 *Familia monetariorum an gaudeat priuilegijs, quibus ipſi. & quid de mercenarijs conductitijs. num.33.*

34 *Familia ſequitur forum domini.*

35 *Familiæ appellatione qui veniant.remiſſiue.*

36 *Priuilegia conceſſa monetarijs an dutent tantum ipſis fabricantibus monetam.*

37 *Priuilegium finitur finita cauſa priuilegij.*

38 *Monetarij an poſſint renũtiare ſuo foro,& ſe ſubmittere alteri.*

39 *Moneta auri & argenti debet ſeruari, ita, quod nec minuatur,nec creſcat.*

40 *Monedaticum a catero non eſt ſoluendum.*

41 *Moneta ſi tempore obligationis erat maioris ponderis, & tempore ſolutionis,minoris, dummodo in vtroq. tempore ſit eiuſdem eſtimationis, & formæ; an creditor cogatur recipere eam.*

42 *Moneta vna poteſt ſolui pro alia, dummodo ſit debiti ponderis,& bonæ materiæ.*

Molts inexperts en art de monedaria,&c. Caſus.

1 MQui † non eſt expertus in arte,nec exercet ipſam artem,non debet gaudere priuilegijs, & beneficijs illius artis. Hoc dicit.Nota caſũ ſum

2 marij.Item nota,ꝙ † monetarij,antequã admittantur ad collegiũ ipſius artis,debent examina-

3 ri.Item nota,† quod inhabiles ad artem nõ ſunt admittendi.Sed admiſsi veniunt repellẽdi. Vl-

4 timo nota, quod dominus Rex † interpretatur priuilegia prædeceſſorum ſuorum. ¶Sequitur in textu,*per fugir a la correctio*,&c. Nota hic fraudẽ, & dolum vitandos:& videtur innuere,quod per alcaldos non æque bene puniantur maleſactores ſicuti per officiales ordinarios. Sequitur in

5 tex.*& de fet exerceſquem.* Nota, † ꝙ illi,qui ſunt in collegio alicuius artis,nec exercent illam artem, non debent gaudere beneficio illius artis. Vide ad hoc notata per *Iac.de Guimerano in c. de quo vult Deo.de iudic.in 2.notab.in verſ.an autẽ nomina.* vide *Dnm de S. Geminiano* ſuper *Proœmio li. 6. in gloſ.* ſuper verbo *commorantibus.*ad ꝙ facit *C.de ſacroſanct.Eccl.l.ſub prætextu.§.negotiatores.& ff. de iur.immunitat.l.ſi y.* quę alias eſt *l.ſemper.§.quibuſdam collegijs.* vbi hoc notatur per *Bart. in 2.no-*

6 *ta.* Nota, † quod illi, qui non ſunt de collegio, licet ſint deſcripti in matricula,non gaudent priuilegijs illius collegij,vt *l. ſeruiarios. C.de teſtam.*

7 *mil.* præſumitur tamen pro † matricula, quia confert quaſi poſſeſsionem:vt *C.de fide inſtrum. l.ſi ſolemnibus*, & notat *Bal.* in dicta *l. ſeruiarios.*

8 vide ibi.Et nota,† quod non poteſt eſſe quis matri-

9 culatus in duobus collegijs.Sed † pone,quod ſim matriculatus in matricula mercatorum, & etiam ſcholariũ,volo effici mercator, & feci me cancellari de matricula ſcholarium. Sed donec ſit matriculatus in alia matricula, gaudere poteſt,licet ſit cãcellatus.vide *l.1.§.ſi.ff.de teſt.mili.* vide in *l.eos.C.de offi. mag. mili.* per *gloſſ.* & *C. de agen.in rebus.l.matriculam.lib.12.* vide ibi *Ioan. de Pla.* Et eſt contra illos iuriſperitos,in curia Vicarij matriculatos, qui ſe fecerunt etiam matriculari in corpore ſiue collegio monetariorum,

10 & ſic ſunt de duobus collegijs. Item † nota, quod moneta debet fieri ad imaginem Principis, vt *l. 1. C. de veteris numiſmatis pot. lib. 11.*

11 Item † etiam moneta approbata per Principẽ, in qua facies eius ſculpta eſt, non poteſt reprobari,ibidem. Item debet eſſe recti ponderis, & ſpecioſæ formę.Et monetæ eiuſdem formæ, debẽt eſſe eiuſdem valoris:*text.tit.l.ſi.de pœna falſantis monetam.*vide ibidem,&in *vſat.ſimili modo mo-*

12 *neta.* Vlterius nota, † quod moneta non poteſt fieri âciuitate aliqua, niſi ſit in eo priuilegia-

13 ta.*C.de iure Reipublicæ,in rubr.lib.11.* Item † moneta debet tantum valere in forma quantum in materia: *ff. de contrahen. emp.l.1.* & debet habere

14 publicam formam, ibidẽ.Moneta † groſſa eſtimatur per paruam.vide *Bart. in l. Paulus.ff.de ſolut.* vide in *c.cum de valore*,ſupra *in curia Perpinia-*

15 *ni.*& quomodo † computetur ſolidus,vide *ff.de*

16 *dolo.l.non debet.* Et quando † intelligatur aureus ſecundum leges:vide *Gui. de Cug. in l.illud. C. de ſacroſanct. Eccl:* ſ.adde quæ leguntur & notantur in *cap. cum de valore.* ſupra *in curia Perpiniani.*

17 Item † nota,quod quilibet habens ſigillum publicum poteſt facere monetam, & per hoc Eccle-

cleſia poteſt facere monetam, ſecundum *Butri. C.*
18 *de Epiſcop. & cleri. l. ſi qua per calumniã.* Sed † cuius ſit periculum moneta variata, vide *Cin. in l. in minor. C. in quibus ca. in inte. re. non eſt neceſſaria.* Et
19 quot † denarios faciat ſolidus, vide in *rubr. C. de veteris munimſma. pot.* adde quæ notãtur in *l. heredes*
20 *palam. §. 1. ff. de teſta.* Item † an vna moneta poſsit ſolui pro alia; & quæ ſit pœna expendentis falſam monetam, vide per *Ioan. de Pla.* in dicta *l. 1.* & *l. vltim. C. de veteris nummſmatis pot. lib. 11.* & per *Bar. in lege Cornelia. ff. de falſis*, & per *Ant. de Butr.*
21 *in cap. quod te. extra. de iur. iuran.* Et † ibi dicit de pœna falſantis monetam, in quo recitat etiam quatuor ſpecialia: primo, quia quilibet tenetur ad accuſationẽ huius criminis: ſecundo, quia condemnatus non appellat: tertio, quia punitur ille in cuius domo curatur: quarto, quia accuſator habet immunitatem, & quilibet falſatorẽ capere
22 poteſt: vide ibi latius. Si † poſt contractum minuatur moneta, an ſit ſoluenda in foro antiquo, vel currenti? Dic quod aut agitur de bonitate intrinſeca, ſcilicet cuius qualitatis ſit res, & tunc inſpicitur tempus contractus, vt *inſti. quimo. re. contra. ob.* in prin. Aut agitur de extrinſeca, & inſpicitur tempus ſolutionis faciendæ, quia tunc incipit debitor eſſe in mora, ſecũdũ *Ioa. de Pla. in l. pro imminutione. C. de ve. nu. po. l. 11.* & per *Bart. in l. cum quid, ff. ſi cer. pe.* & *l. Paulus. ff. de ſolu.* Sequitur in tex. *è feta primerament examinacio per los meſtres dela ſeca migẽſant ſagramẽt.* Quæro † hic
23 qualiter quis efficiatur monetarius, vel operarius? Reſpõdeo, ꝙ dupliciter quis efficitur monetarius, vel operarius: primo, quia eſt filius, nel nepos, ſiue *nes* natus ex monetario, & eius vxore legitima: vt *l. edicimus. C. de murileg. lib. 11.* & ita continetur in priuilegijs ſeccæ Barcino. ſecundum *Iaco. de Calic. in ſuo tractatu.* qui incipit, *vbi aurum naſcitur.* vide ibi latius. Secundo modo efficitur monetarius, ſi hoc impetret à Principe, facta examinatione, prout dicitur in hac conſtitutione, & *l. ſi quis ex corpore. C. de murile.*
24 & habent approbari per alcaldos. Item † quæro, ſi tales approbati habent aliquid ſoluere alcaldis, & capitulo monetariorum pro ipſa approbatione? Reſpondeo, quod ſic, quindecim libras monetæ Barcino. de terno pro vno conuiuio: alias bechianua. & ponuntur in bruſtia ſiue baluca, & hoc eſt de ſtylo cap. Barcino. & ex priuilegijs Regis Petri, & fundatur ex *l. 1. C. de me-*
25 *tallarijs, lib. 11.* Buſtia dicitur † de *buſto, as*, quod eſt ſepelire; quia ſicut cadauera in buſto ſepeliuntur: ſic pecuniæ in buſtia reponuntur: eſt enim buſtia quaſi burſa, & ideo debet dici bu-
26 ſtia, & non bruſtia. Item † quæro an filij nati antequã pater efficeretur monetarius, ſint aſtricti religioni monetariæ? Reſpondeo, quod non, niſi nati poſtea ex legitimo matrimonio, quia factũ parentum non habet nocere filijs ante natis: vide *Bal. in l. tranſactione. C. de tranſac.* & *Bertran. de Proſſeo*, in dicta *l. edicimus.* & in priuilegijs Re-
27 gijs conceſsis capitulo ſeccæ Barcin. Et † nota, ꝙ monetarij in omnibus ſunt de foro alcaldorũ, ita quod nullus niſi dominus Rex habet iuriſdictionem in ipſos. Fallit in Moſtaçaffio, qui quo ad eius officium pertinet, habet iuriſdictionem etiam ſuper clericos, & alcaldos; & ita per dominum Regem poſt multas altercationes fuit declaratum; & credo, quod bene. Vide in libro priuilegiorum Barcino. & ita fuit cõcluſum in *con-*
28 *ſilio Regio. 9. Nouembris Anno* 1469. Item † quæro, ſi monetarius efficiatur miles, vel habeat aliã dignitatem, an per hoc euadat nexum monetariæ? Reſpondeo, quod non. Immo perpetuo habent eſſe monetarij cum filijs poſtea natis, per dictam *l. edicimus*, & ponit latius *Iac. de Calicio in dicto ſuo tractatu. in 6. q.* nec poſſunt inde liberari ſine ſpeciali reſcripto domini Regis; & quod alium idoneum ſubſtituant loco ſui; vide ibi-
29 dẽ *in 7. q.* Item credo, † quod per adeptionem clericatus & ſacrorum ordinũ, vel per ingreſſum religionis liberabitur monetarius ab huiuſmodi conditione, & corpore monetariorũ, modis quibus ſerui liberantur de iure canonico: vt legitur, & notatur 54. *diſt. c. ſi ſeruus ſcienter*, & *extra de ſeruis non ordi.* per totum. vide, & adde quæ notãtur per *Inno.* & *Doc. in cap. magnus. extra de obli. ad ratio.*
30 Item † quæro, an liberato aliquo ab ordine. & corpore monetariorum, eo ipſo liberentur nati eius? Reſpondeo, quod non, per *l. ſi quis ex corpore.*
31 *C. de murile.* Item † quæro, quæ priuilegia habẽt iſti monetarij? Reſpondeo multa per tenores priuilegiorum. Et inter cætera, quia ſunt ſub ſecuritate domini Regis, nec poſſunt repræſaliari, nec marchari. Item, quia ſunt immunes ab omni ſeruitio Regio, & vicinali. Item habent priuilegium fori, prout in eiſdem priuilegijs contine-
32 tur. ¶ Sed † nunquid omnis familia monetariorum gaudebit eiſdem priuilegijs ſicut ipſi monetarij? Reſpondeo, de vxore & filijs non eſt dubium, quia ipſi gaudebunt: vt *ff. de iur. omni. iudi. l. cum quadam puella.* cum ſimil. Et idem forte de ſeruis: vt 12. *q. 2. cap. Eccleſiarum ſeruos.* Secus ta-
33 men † videtur de mercenarijs conductitijs, iuxta notata per *Laur.* in alleg. *cap. Eccleſiarum*, & latius per *Gui. in Roſario. 11. q. 1. cap. clericum*, ſuper *gloſ. etiam depoſitum*, in verbo *deſeruientibus, in addi.*
34 *idem dicit hic Laur.* &c. vide ibi. Sed † videtur, quod omnis familia ſequatur forum domini, iuxta notata per *gloſ. 32. diſt. cap. eos.* ibi videas; & ita vidi ſeruari, ſicut dicimus in famulis militum: ſuper quo vide notata per *Bald. in l. ſcriniarios. C. de teſta. milit.* adde quæ ſcripſi ſupra *colla. 6. in curia Monteſſoni. cap. officiales noſtri*, ſuper verbo *do-*
35 *meſticis.* ¶ Qui † autem veniant nomine familiæ, vide *ff. de verbor. ſignifi. l. pronuntiatio. §. familiæ.* &
36 *l. ſeq.* cum ſuis concordantijs. ¶ Item † quæro, vtrum priuilegia conceſſa monetarijs durent tãtum ipſis fabricantibus monetam, vel etiam ipſis non fabricantibus, dum tamen fabricare ſint parati? Reſpondeo, quod ipſa priuilegia durant,

& pro

Digitized by Google

& prosunt ipsis monetarijs durante moneta, & siue fabricationi monetæ vacauerint, iuxta hanc constitutionem, quam intellige ciuiliter, quia sufficeret, quod horis debitis cum alijs operarijs operentur; alias sufficit, quod sine vacare parati; quia si non cuditur moneta per alios operarios in secca, tunc licet non operentur, non ideo minus gaudent. Item si sit infirmus, vel alias legitime impeditus, non ideo perdet beneficiũ, quia non exercet, nec operatur artem; sed illi qui omnino dimiserunt artem, vel qui requisiti à magistro recusant operari, vel qui alijs artibus se dederint, non gaudebunt illis priuilegijs; poterunt tamẽ cogi, vt operentur, niſi sint debiles, vel in-
37 firmi. Et † nota, quod priuilegium limitatur ad limites causæ priuilegij: vt *l. fi. C. de resti. mili.* Et facit pro scholari, vt ita demum gaudeat priuilegio, si studeat, non alias: vide ibidem *Doct.*
38 quia † doctor nõ gaudet priuilegio, nisi se exerceat circa doctoratum, & artifex circa artem; & ita est in hac constitutione. & est ratio, quia fi-
35 nita † causa priuilegij finitur priuilegium, vt
36 *ff. de legatis primo. l. Titia. §. vsuras.* ¶ Item † quæro, vtrum alcaldi poterunt sibi eligere assessores? Respondeo, quod sic, quia de iure quilibet ordinarius potest sibi assumere assessorem: vide *Gui. de Cag. in l. 1. ff. de offi. assessor.* & per *Iaco. de Calic.*
37 in dicto *tractatu secca in 14. q.* Item † etiam poterunt sibi assumere aduocatum fiscalem in causis curiæ eorum, iuxta *l. fi. C. de aduo. diuer. iudi.* & vide latius *Iacob. in 15. q.* & idem tenet de procuratore fiscali in 16. q. & idem tenet de scriptore siue notario, auditore, & alijs ministris suę curiæ.
38 ¶ Sed † nunquid isti operarij siue monetarij poterunt renunciare foro suo, & se submittere foro ordinariorum? Dicas quod non: quia hoc priuilegium exemptionis fori monetariorum, est cõcessum ordini, & capitulo eorum, & in fauorem domini Regis, & Reipublicæ: & ne habeant materiam euagandi in damnum secccæ, vide latius per *Iaco.* vbi supra in *quoltum.* Nec possunt etiam trahi extra Vicariam, quia non debent trahi extra locum in quo seruire tenentur: quod est verum de operarijs, niſi per Regem prætextu miserabilitatis, vt in priuilegio Regis Alfonsi Quarti. & cus credo de alcaldis, & alijs officialibus, per *l. quod promulgatis. C. de offi. præfec. vrb.* Vlte-
39 rius † nota, quod moneta auri & argenti debet seruari, ita quod non minuatur, nec crescat in auro, vel argento, vt in *vsat. simili modo. §. moneta.* alias est *vsat.* per se. De moneta de terno vide supra *colla. 7. in curia Deru. f. c. vltẽ confirmamus.* Item
40 nota, † quod monedaticum, aut quinta non soluatur à cætero. *cap. Item, quod nos in curia Barcinon.*
41 supra *collat. 2.* Nota, † quod si tempore obligationis moneta erat maioris ponderis, & tempore solutionis, minoris. tamen sunt eiusdem æstimationis & formæ, tunc creditor non cogitur recipere; quia mutata est bonitas intrinseca, secundum *Ioan. de Platea in l. solidos. C. de veteris nu.*
42 *mo. l. 11.* & ibi nota, † quod vna moneta potest solui pro alia, dummodo sit debiti ponderis, & bonæ materiæ. Cætera dic latius in dicto *tractatu vbi aurum nascitur*, &c. Item adde quæ scripsi supra *collat. 4. in curia Barcino. cap. 10. Item confirmamus, & concedimus in perpetuũ*, &c. & *in curia Derusa. cap. sane licet nuper*, &c.

De electione, & iuramento notarij seu scriptoris tabulæ. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius tabulæ per inquisitores ipsius tabulæ electus debet esse habitator ciuitatis, villæ, loci, vbi tabula tenetur: & debet iurare antequam suo vtatur officio in posse iudicum tabulæ, num. 25. & alia facta contrà formam constitutionis sunt nulla. nu. 16. & 21. & de tali nullitate potest excipi perpetuo. num. 23.*
2 *Scriba debet scribere omnia acta attestationis, & instrumenta, quæ conficiuntur coram iudicibus tabulæ.*
3 *Salarium, quod debetur scribis tabulæ. & num. 4. & 5.*
6 *Tabula debet teneri in fine cuiuslibet trienni.*
7 *Scriba vnus tabulæ est eligendus per iudices tabulæ, & non plures.*
8 *Notarium tabulæ vt suspectum datum poterunt iudices tabulæ remouere, & illius loco alium eligere, & surrogare. & talis notarius surrogatus an debeat similiter iurare, antequam vtatur officio. nu. 9.*
10 *Notarius seu scriba tabulæ an eligi possit, qui nondum habet auctoritatem Regiam.*
11 *In tabellione quæ requirantur. remissiue.*
12 *Notarius licet non sit de loco, vbi tenetur tabula, eligi potest, si in loco idoneus non inueniatur, qui naturalis sit illius loci, declaratur ibidem.*
13 *Officiales syndicandi de iure communi conueniri debent in curia successorum.*
14 *Iudices tabulæ an possint eligere scribum pro qualibet causa tabulæ, vel pro omnibus causis simul.*
15 *Officia supplicantibus pro se conceda non debent.*
17 *Nullus commodum reportare potest ex suo dolo.*
18 *Recedens à forma eligendi nihil agit.*
19 *Omissio formæ vitiat dispositionem.*
20 *Peccatum maius est formæ quam materiæ.*
22 *Acta à non iurisdicente electo sunt nulla ipso iure.*
24 *Priusquam, aduerbium dicit ordinem, & formam.*
26 *Scribania tabulæ, vt quis vti possit, nouem requiruntur hic contenta.*
27 *Electio mala est in culpa.*
28 *Iudices tabulæ habent maximum onus.*
29 *Nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat.*
30 *Iurat cum dolo, qui aliter facturus est, quam promittit.*
31 *Notarius tabulæ debet officium regere per se, & non per alium.*
32 *Notarius ad acta deputatus, debet de per se acta expedire.*
33 *Notarij stipulatio solum se extendit, quatenus se extendit officium illius, cuius est notarius.*
34 *Notarij officium in quibus consistit.*
35 *Scribæ officium quid.*
36 *Iudices tabulæ possunt alium idoneum surrogare in locum scribæ tabulæ impediti.*
37 *Notarij regulariter per alios nõ conficiunt instrumenta.*

Nota-

38 *Notarius non debet se subscribere in instrumento, nisi in illo interfuerit.*

39 *Instrumentum vacillat, si notarius dicat se præsentem non fuisse.*

40 *Notariorum examinis materia remissiue.*

41 *Notarius tria debet per se facere; audire, scilicet, scribere, & subscribere.*

42 *Capta per vnum notarium non debent per alium prosequi, nisi primus fuerit impeditus.*

43 *Officiales vbicumque creantur, debet mos antiquus seruari.*

44 *Salariorum notarij taxatio ad quem spectet, remissiue.*

45 *Protocollum an probet, remissiue.*

Lo scriua de la taula, &c. Casus. Notarius † tabulæ per inquisitores ipsius tabulæ electus, habet esse habitator ciuitatis, villę, vel loci vbi tabula ipsa habet teneri. Et antequam vtatur officio scribaniæ, & notariæ, habet iurare in posse ipsorum inquisitorum, quod ipsam scribaniã non emerit, nec pro alio reget, nec inde faciet responsionem alteri. Et etiam tenetur ipsam scribaniam, & notariam personaliter exercere. Hoc dicit breuiter. Iudices tamen, & notarij formam à constitutione traditam transgredientes puniuntur. Et diuiditur in partes septem, quas vide per te. Expone litteram, *lo scriua*, dic, 2 ideſt notarius, siue tabellio, † aut scriba, qui habet recipere, & scribere omnia acta, attestationes, & instrumenta, quæ conficiuntur coram iudicibus tabulæ, & ratione, vel ocasione, seu prætextu ipsius iudicij tabulæ, qui per constitutiones Cathalonię vocatur notarius; vt supra *coll.* 4. *in curia* 3, *Barcino. cap.* 7. *Item ordinamus de consilio. verſ. qui miles.* vbi dicitur, quod ipsi iudices tabulæ eligant vnum notarium; & confirmatur in curia Gerundæ, vbi vocantur scriptores. vide & 3 adde, quæ in ipsis capitulis dixi. Et † de salario, quod datur ipsis notarijs siue scriptoribus tabularum, dic vt supra *colla.* 5. *in curia Montisalbi. c.* 6. *Item ne de salarijs*: & melius supra *colla.* 6. *in curia Montissoni. cap. iudices tabulæ*, cum suis concord.

¶ Additio magnifici Francis. Franch.

4 ¶ Nota, † tabula non potest habere de processu facto contra officiales vltra centum decem solidos, & non debet inserere in processu instrumenta processus, chartas, & alias scripturas, sed tantum consuere, vel alligare in eorum forma, & sic trahere iudicibus, & pro talibus productionibus aut designationibus nullam satisfactionem directe, vel indirecte recipere audeat, vel præsumat; & hoc idem totaliter seruare tenetur notarius iudicis appellationis. Est *pragmatica notabilis Regis Alfonsi data Barcino.* 12. *Maij, anno* 1432. & est inserta in quadam prouisione, mandando illam seruari per *Regem Ioannem, dat. Ceruariæ*, 15. *Nouembris, anno* 1458. Item † Infans Ioannes pri- 5 mogenitus cum suis litteris datis Barcino. 1. die Aprilis, anno 1372. mandat, quod de inquisitionibus, quæ fiunt contra officiales tenentes tabulam ad instantiam partis priuatæ de originali formæ minoris notario quælibet pars soluat tres denarios pro qualibet charta; & si fuerit formæ maioris, soluat quælibet pars sex denarios pro qualibet charta: & dictus notarius totidem recipiat pro qualibet charta translati ipsorum processuum per ipsum ipsis partibus faciendi; & si inquisitio fiat ex officio dictorum iudicum tabulæ, vel ad instantiam fisci, pro originali inquisitionis notarius nil petere potest à parte inquisita; sed si dicta pars inquisita petierit translatum, tenetur illud soluere modo prædicto. Finis additionis.

6 ¶ Sequitur in textu, *de la taula*. dic, † quæ habet teneri in fine cuiuslibet triennij, nec potest vlterius prorogari, vt dicitur supra in alleg. *cap.* 7. *Item ordinamus de consilio.* §. *Et curiæ generales*, &c. 7 vide ibi. Et † nota hic, quod in qualibet tabula habet eligi per iudices ipsius tabulæ vnus notarius siue scriba tantum, vtin cõstit. præalleg. quia hic loquitur in singulari, & in alleg. *cap. Item ordinamus de consilio. verſ. qui miles.* dicitur, *eligant vnum notarium*, ergo non plures erunt notarij 8 vnius tabulæ. Sed quid † si notarius sic electus forte ex iustis causis fuerit suspectus alicui de litigantibus in tabula, nunquid poterit recusari? Videtur, quod non, per hanc constitutionem in fi. dũ dicit, *exercit personalment*. Dic contra, quia notarius potest de iure recusari. vt suspectus. vt notat *glos. in authen. de trien. & sem.* §. *& quod.* super verbo *artificis. colla.* 3. & ita seruatur. Notarius tabulæ per ipsos iudices electus per eosdem ex causa consueuit remoueri tanquam suspectus in causa illa in qua recusatur, & alius loco eius eligitur, vel surrogatur: arg. supra *colla.* 4. *in* 2. *curia Barcino. cap.* 3. *Item, quod omnis Vicarius.* §. *quod iurisperitus qui inquisitionem faciet*, &c. qui ibi ponit officialem loco suspensi: ergo multo fortius potest ponere notarium loco recusati: & hoc non habet dubium, quia ipsi iudices habent eligere notarium bonum, & idoneum, iuxta dictas con- 9 stitutiones, vt etiam dicitur hic. Sed † quæro an iste notarius surrogatus habebit præstare iuramentum, de quo dicitur in hac cõstitutione? Respondeo, quod sic. Pro hoc faciunt notata per *Bal. in l. parabolani. C. de Epiſc. & cleric.* quia alias non diceretur notarius tabulæ, in quo requiritur huiusmodi solemnitas; alioquin secus acta forent ipso iure nulla, & deberent priuari officijs ta- 10 bellionatus. Item † quæro, an isti notarij tabulæ, siue sint principaliter electi, siue recusati, & surrogati, possint eligi non habentes auctoritatem Regiam notariatus? Respondeo quod non; quia immo oportet, quod quando eliguntur sint notarij boni, & idonei, quia isti iudices tabulæ, non possunt creare notarium; sed de creatis notarijs habent eligere tãtum vnum. Pro hoc facit dictus *verſ. qui miles*, cum suis concor. Incontrarium videtur littera hic, quæ dicit, *lo scriua*. & nõ dicit, *lo notari*. Sed non obstat, quia exponitur, ideſt notarius, vt dixi, quia hæc cõstitutio facta in vul-

in vulgari magis alludit vugari, quo vulgariter nuncupatur *lo ſcriua*, quia omnis notarius eſt ſcriptor. Sed non econuerſo: & littera iſta ſe refert ad priſtinas conſtitutiones, vt ſequitur, *que per conſtitutions de Cathalunya deu eſſer elet.* Et nota
11 *elet*, quia (vt dixi) non dicit, *creat.* Et † quæ requirantur in tabellione, & de materia officij tabellionis, vide quæ ſcripſi ſupra *colla.* 3. *c.* 21. *Item ordinamus, & ſtatuimus, quod illud idem fiat in notarijs publicis.* & ſupra *colla.* 5. *cap.* 32. *Item, quod nullus de cætero creetur notarius.* Sequitur in text. *les quals ab la preſent confirmam.* ergo habes hic clare, quod conſtitutiones loquentes de electione notarij tabulæ ſunt per hanc cõfirmatæ, & ſunt plures, inter quas ſunt præalleg. & etiam ſupra *collat.* 5. *cap.* 5. *Item cum iuxta capitula.* in quo cauetur, quod iudices, & inquiſitores tabulæ ſe obligent medio iuramento, & homagio, quod ſecũdum bonam conſcientiam eligent bonum notarium, & idoneum; nec contrafacient precibus, monitionibus, vel indictionibus domini Regis, vel alterius: quod iuramentum male ſeruari conſueuit. & in hoc multum pendet vtilitas Reipublicæ, & huiuſmodi tabulæ. Sequitur in textu. *E á aquelles anadint.* Hic eſt ſecũda pars. Et ſequitur in textu. *volem que lo dit ſcriua ſia & hage eſſer poblat, domiciliat, eſtadant de la ciutat, vila, o lloch, Batlia, o Vegaria, hon la dita taula ſe tindra.* Nota quod in hoc eſt limitata hodie poteſtas eligendi notarium data iudicibus tabulæ: quia per hanc non omnino habent liberam facultatem eligendi bonum notarium, quia per hanc conſtitutionem habent neceſſario eligere de ciuitate, villa, vel
12 loco, &c. Sed † pone, quod nullus reperitur idoneus notarius in illa ciuitate, vel loco, ſecundum conſcientias iudicum tabulæ. Vel quia forte ibi eſt vnus ſolus notarius, & ille forſan non videtur bonus, ſecundum ipſas conſcientias, nunquid poterunt aliunde habere notarium idoneũ pro ipſa tabula? Videtur quod ſic, per prædictas conſtitutiones, quæ hic cõfirmantur: & quia in hac conſtitutione inferius dicitur, quod aliquis fuerit electus contra formam dictarum cõſtitutionum, quod talis electio ſit caſſa, & nulla: ſed forte licet hoc credam verum & iuſtum de veritate iuris, & bona æquitate, & ratione, ſecũdum quas iudicandum eſt in hac patria, iuxta *cap. curiæ Regis Martini, Item ſenyor quels Cancellers.* & ibi nota: attamen præſens conſtitutio ad litteram videtur velle, quod neceſſario habeat eligi notarius populatus, & commorans in illa ciuitate, vel loco, &c. & hæc conſtitutio facit multum pro notarijs Gerundæ, & locorum vbi ſunt notariæ diſtrictæ, in quibus alij notarij nequeunt tabellionatus officium exercere. Sed forte in notario tabulæ, qui per conſtitutiones eligitur, non haberet locum huiuſmodi diſtrictus; quia ſi per iudices tabulæ eligeretur bonus notarius, qui iam haberet auctoritatem Regiam per totum Principatum Cathaloniæ, & moraretur in illa ciuitate, vel loco, poſſet ille notarius in actis iudicij tabulæ tabellionatus officium exercere, non obſtante, quod ibi foret alia notaria de diſtrictu; quia per conſtitutiones ſublatus videtur
13 ipſe diſtrictus, quod probatur, quia † cum de iure communi officiales ſyndicandi haberent conueniri in curia ſucceſſorum, & ita eſſet notarius ſcriba illius curiæ de diſtrictu, ſicut vbique in curijs ſint ſcribaniæ de diſtrictu; & tamen, quia per conſtitutiones dantur alij iudices, qui eligũt notarium alium quam ſcriptorem curiæ ordinariæ, ergo, &c. hoc tamen de conſuetudine, vel abuſu non ſeruatur vbique, quia reuerentia iudices non eligunt notarium, ſed notarij procurant ſibi iudices, qui eligunt ad votum notarium. Et quot, & quanta mala ex ijs prouenium, prouhdolor expertus ſum; quorum vindictam relinquo Altiſsimo; qui ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* quia ſi omnia in hoc ſtylo vindicta forent, locum diuina iudicia non haberent: vt *in cap. ſi omnia.* 6.
14 *q.* 1. Sed † nunquid poterunt iſti iudices tabulæ in qualibet cauſa tabulæ eligere notarium, vt in cauſis Vicarij eligatur vnus notarius, & in cauſis Baiuli alius, & ſic de alijs? Videtur, quod non; imo ſit neceſſe eligi vnum pro omnibus caſibus tabulæ in qualibet ciuitate, vel loco vbi habet teneri, & hoc ſeruat practica. Pro qua facit hoc cap. quia dicit, *lo ſcriua*, in ſingulari loquendo. Sed ego vidi inſtrumentum clauſum per Iacobũ Treſort quondam notariũ Gerundæ ſuper quadam ſententia iudicum tabulæ lata contra Baiulum de Figerijs; in quo inſtrumento idem notarius ſe dixit electum in illa inſtantia: & ſic videtur, quod in qualibet inſtantia poſſet vnus eligi notarius: nec hoc prohibent cõſtitutiones; quod eſſet magis vtile, & expediens obſeruarit & ſic ceſſarent ſuſpiciones, & incõuenientia multa. Sed oportet, quod vnus eligeretur pro generali inquiſitione, pro qua habet ſexdecim libras pro ſalario taxato. Sequitur in text. *E ſi algun altre impetrara la dita ſcriuania, o ſera elet contra la forma de les dites conſtitutions*, &c. Hic eſt tertia pars. Nota pro ijs, quæ dixi ſtatim in *verſ. Sed pone, quod nullus reperitur, quia de forma dictarum conſtitutionum.* & ſignanter in *cap. Item cum iuxta. cap.* ſupra *in curia Montisalbi collat.* 5. eſt, quod per iudices tabulæ medio iuramento, & homagio iuxta eorum conſcientias habet bonus eligi, ſi ergo ſuæ conſcientiæ non appareat, quod ſit idoneus notarius in loco illo, ſi igitur aliter alium eligunt, quid iuris, cogita melius. Et nota verbum, quod littera dicit, *impetrara*; quia videtur, quod nec à rege, vel alio; imo nec ab ipſis iudicibus poſsit huiuſmodi ſcribania tabulæ precibus, aut alias impetrari, vt hic, & in præalleg. *cap. Item*
15 *cum iuxta cap.* quia † qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt, & officia pro ſe ſupplicantibus contedi non debent: vt ſupra *in curia Perpiniani. cap. in primis.* Imo puniri debent tales impetrantes: ſic *in authen. de referendarijs. §. nemini, colla.* 2. Et ſi contrafecerit, ta-

rit,talis impetratio,vel electio irrita, atque nulla erit ipſo facto. Et hoc ſtatim ſubijcitur, ibi, *tal impetratio,o eleccio ſia caſſa,& nulla.*ſcilicet ipſo
16 iure,quia contra formã. Et ex hoc infero,† quod acta per talem notarium ſeu ſcribam, contra formam iſtarum conſtitutionum electum ſint ipſo iure nulla,ſaltem quo ad ipſum notarium, vt ſic debeat carere ſalarijs,iuxta notata in ſimili ſupra *colla.6.in curia Monciſſoni,cap.quia in ſententijs.*cum
17 ſuis cõcor.facit regula,quod † nullus debeat de dolo ſuo commodum reportare, & quia non debet habere præmium,vnde pœnam meretur:talis enim impetrator, & electus contra ipſam formam notarius puniri debet,ſaltem extra ordinẽ tanquam violator ipſarum conſtitutionum,iuxta notata ſupra *in curia Perpinian.c.cum ſecundũ,* ſuper verbo,*pront contra tranſgreſſores.*Et ſic nota ex
18 iſto tex.quod recedens † à forma eligendi, nihil agit: imo priuatur poteſtate eligẽdi:*extra de elec.*
19 *c.quamquam.lib.6.*quia † omiſsio modi,& formæ vitiat diſpoſitionẽ legalẽ & proceſſum. Etenim
20 † maius eſt peccatũ formæ quã materiæ,quia forma eſt quę dat eſſe rei.*ff.ad exhi.l.ſur.§. ſed ſi quis.* & ſine forma nõ eſt homo,ſed mõſtrũ.*l.nõ ſunt libe ri.ff.de ſta.ho.*vide de hoc latius per *Io.de Plat.in l. certa forma.C.de ſur.ſiſci. lib.*10. Sequitur in text. *E los dits mitges, o inquiſidors no goſen, ni ſien tinguts aquell admetre.*Hic eſt tertia pars. Et nota verbũ, *no goſen;*quia etiam ſi ipſis iudicibus alias videretur in conſcientia illum impetrantem fore bonũ, & idoneum,& ſic eligibilem;attamen ex quo temere contra formam conſtitutionum impetrare præſumpſit, non poterunt illum eligere in notarium tabulæ;quia eo ipſo, quod impetrauit,conſtitutiones violauit,& factus eſt ſuſpectus & ambitioſus,& forte infamis,ſaltem infamia facti, & ita eſt minus idoneus electus, & pro non idoneo habendus eſt,& reputandus;nec poterit cũ eo ſuper ijs diſpenſari, propter verbum, *non goſen,* & propter iuramentum & homagium,de quibus dictum eſt,quia habet ſeruari *a la letra,* & in forma ſpecifica,iuxta notata ſupra *ead.cap.volents.*ſuper verbo,*eſſer obſeruades.*&*gio.ſ.ſeq.*adde notata ſupra *colla.proxim.c.contra la penſa.*& *cap. als procuradors fiſcals,*ſuper verbo, *E ſi lo contrari.* Et hoc fortifi catur hic,quia iſti iudices faciendo contrariũ incurrunt priuationem officiorũ ipſo facto:& hoc ſequitur in quinta parte,ibi,*E ſi fahien lo contrari, ipſo facto perden los officis.* ſcilicet ipſi iudices,cõtra formam prædictam dictum notariũ impetrantẽ,vel ab alijs electum admittentes,vel etiam eli-
21 gentes,vt patet ex præmiſsis.Et ex his habes notabile,& menti tenendũ,quod ſententiæ, & acta per tales iudices illum impetrantem notariũ contra formam prædictã admittentes, vel eligẽtes,ex defectu poteſtatis omnino ruũt,& ſunt nulla ipſo iure ſic ſupra *ead.cap.aquells mateixs ſeruan,* vide ibi in verbo, *e ſi lo contrari.* & in verbo,*que los altes qui per altres que no hagen les dites qualitats,*&c.
22 Et hoc eſt de iure, q̃ geſta, à non iuridice electo ſunt irrita ipſo iure,vt *l.nullum. C. de coarta.* & *l. actuarios.de numerarijs.* & *l. in ijs officijs. de diuerſis officijs.li.*12.& ibi hoc notat *Ioan.de Plat.*Et quod
23 eſt † magis notabile,de tali nullitate ex defectu poteſtatis dictorum iudicum ſic ipſo facto priuatorum,poterit excipi perpetuo, licet non fuerit huiuſmodi nullitas propoſita infra decendiũ appellandi,iuxta notata,&ſcripta per me *in Appara tu,*ſupra *colla.4.in curia Ilerd.c.*14. *Item ordinamus & ſtatuimus pro euitandis malitijs.* & ſupra *colla.6. in curia Monciſſoni.cap.conſtitutio edita.*Et etiã ſolutum iudicibus,& notario huiuſmodi ſalariũ,poterit tanquam indebitũ repeti:&forte idẽ de ſoluto parti vigore ſeu occaſione talis inualidæ ſentẽtiæ,per condi.ſine cauſa:vel ſaltẽ per actionẽ infactũ de dolo.ſuper ijs vide,&adde notata per *Inno.*& *Ant.de But.*in *c.quia pleriq.extra.de immu. ec.* Et prohdolor videmus quotidie in ijs peccare iudices & notarios tabularum. quare attende. Sequitur in tex. *E anyadint mes auant q̃ lo dit notari,* &c.Hic eſt ſexta pars,& ſequitur in text.*ans que vs de la dita ſcrinania,& notaria hage eſta.*Nota pro ijs quæ dixi ſupra *eadem* in verbo, *tal impetracio,*
24 &c. quia verbũ,† *ans que vs,*quod idem eſt,quod priuſquam vtatur,dicit ordinẽ & formam iuris, & miniſterium,ſiue ſolemnitatem ſubſtantialem, & de eſſentia,quia poſt electionem notarij legitime ſub forma dictarum conſtitutionum habet notarius præſtare huiuſmodi iuramentum, quod eſt loco cuiuſdam confirmationis neceſſariæ antequam vtatur: ar.ſupra *colla.6. in curia Perpinani cap. preterea reſecta.* vnde ſi alius notarius electus præſumpſerit vti officio ſcribaniæ, vel notariæ huiuſmodi,antequam præſtiterit hoc iuramentũ, acta per eum erunt ipſo iure nulla, ex defectu poteſtatis,& erit indignus ſalario, & forte condiceretur ſolutum, iuxta notata ſupra *proxim.*§. ſub verbo,*E ſi fahien lo contrari.* Immo etiam credo,quod deberet puniri pœna falſi,vel ſaltem extraordinarie:ar.ſupra *colla.4.*§.3. *in curia Barcino. cap.* 16. *Item ordinamus ſuper capitulis curiarum.*§. *Et ſi aliquis antequã aſſecuraueris,*vide & adde quæ ibi ſcripſi.Et adde quæ notantur infra *ead. cap. ab ſeria de la preſent,* ſuper verbo, *E tots altes q̃ apres ſuran,*&c. Sequitur hic in tex. *ſia tengut iurar en*
25 *poder de aquells.*ſcilicet,in poſſe iudicum.Nota † quia non ſufficeret,quod notarius,& ſcriba tabulæ electus hoc iuramentum præſtaret in poſſe Vicarij,vel aliorum:quia oportet, & de forma ſubſtantiali eſt, quod hoc iuramentum præſtetur in poſſe ipſorummet iudicum tabulæ, qui eum elegerint bonum,& idoneũ. Vnde † colligo ex his
26 omnibus,quod ad hoc, vt poſsit vti ſcribania tabulæ,requiritur,primo, quod fuerit notarius auctoritate Regia habens poteſtatem conficiendi acta ſaltem per totum Cathaloniç Principatum. Secundo requiritur, quod ſit bonus & idoneus, ſcilicet ſcientia,moribus,& ætate,iuxta *cap.Item quod nullus de extero creetur not.*ſupra *colla.*5. Tertio requiritur, quod per iudices tabulæ eligatur

iuxta

iuxta eorum bonã conſcientiã. Quarto, quod habeant plenã notitiam de ſcientia, moribus, & ætate illius notarij. Quinto, quod ipſe notarius non impetrauerit ipſam notariã, nec electionẽ, iuxta hanc poteſtatem. Sexto, quod non arrendauerit ipſam ſcribaniam. Septimo, quod de emolumẽtis ipſius notariæ ſeu ſcribaniæ nullã fecerit, nec faciat alteri perſonæ reſpõſionẽ. Octauo, quod præſtiterit iuramentũ iuxta formã in præſenti cõſtitutione contentã. Nono, quod ipſam ſcribaniã de per ſe, & perſonaliter regat, & exerceat. Et ſi in aliquo prædictorum peccauerit, debet repelli à dicta ſcribania; & alius idoneus in ipſa ſcribania ſurrogati per iudices tabulæ, qui ſi in ijs male, vel negligẽter ſe habuerint, tenentur Deo, & dño Regi, ac Reipublicæ, & illas, qui per talẽ notariũ minus idoneũ electum, vel vti permillum læſi, &
27 dãnificati fuerint; quia † mala electio eſt in culpa: *ff. de cõſto. reorũ. l. non facile.* & *C. eod. l. ad cõmenda*
28 *rienſem.* Et credo, † q̃ iſti iudices tabulæ habent maximũ onus, quia tenẽtur de omnib⁹, quæ male iudicauerint: & (q̃ peius eſt eis) de omnibus quæ negligẽter exerũt: ita quod culpas officialiũ, & aliorũ tabulam tenentium, qui etiam in eorũ triennio male fecerint, & quas notarius tabulæ in hoc officio cõmiſerit, ſuas fecerint, & de eis tenentur, niſi ſuã diligẽtiã pro poſſe fecerint, quia ſanguinis ſubditorũ &c. *in c. irrefragabilis. extra. de offic. ordi. ad g. c. quamuis cauſa. extra. de regul. iur.* Et quia ſunt iſti male vniti, & quia vix aut nunquã ipſi omnes tres iudices vnanimes in diligẽtia reperientur, ideo nulli conſulerẽ, quod talẽ iudicaturã acceptaret: & vtinã nuſquã acceptaſſem, quãquã placeret, quod reliqui viã meam in diligẽtia non declinarent, ſed excederent, diligentius ſe habẽdo, ne ſanguis ſubditorũ de eorũ manib⁹ requiratur. *c. irrefragabili. extra. de offi. ordi.* Sequitur in tex. *que no ha cõprada.* dic idẽ ſi foret arrendata, vel ad cõductũ, vel aliquo dato promiſſo, remiſſo, vel intercedentibus precibus aut pretijs: quia
29 nil † refert ex æquipollentibus fieri, quia ſemper committitur ambitus & ſimonia. Facit infra *eod. c. cõſegons.* vide ibi: & hoc etiã ſonant verba, quæ ſequũtur in tex. *ne aquella tindra, o regira per altre, neu ſa, o fara reſpontio alguna.* quaſi dicat, nec directe, nec indirecte faciet contra ſeriẽ atq; mentẽ huius conſtitutionis, quia fallit iurãtẽ iuratio facta per artẽ, iuramentũ enim habet intelligi ſecundũ mentẽ eius qui iurat: vt 22. q. 2. *c. nec artifi-*
30 *cioſo.* Et † in dolo iurat, qui aliter facturus eſt quã promittit, cũ periuriũ ſit nequiter decipere credẽtes. *eod. q. c.* 1. Sequitur vltima pars in tex. *E encara hage aqilla dita ſcribania, o notaria reg r, o exer-*
31 *cir perſonalment.* Nota ergo iſtud, quia † notarius tabulæ habet officium ipſius regere, & exercere perſonaliter; quia nõ poteſt eã regere per ſubſtitutũ, vel ſubſtitutos, vel alios, ergo non valebunt acta per alios notarios, vel ſcriptores nõ habẽtes huiuſmodi qualitates; qui contecerint, vel actitauerint proceſſus, acta, & inſtrumẽta in iudicio ac negotijs illius tabulæ, quia erunt nulla ipſo iure: ſupra *eod. c. aquells mateixs ſeriuans.* tam ex defectu dictarum qualitatũ, vt ibi, dicitur, quã etiã ex defectu poteſtatis; & tanquã facta contra formã præſentis cõſtitutionis, iuxta notata *in c. aquells,* & ſupra *eod. c. a la condicio.* & *c. ab aqueſt edicte perpetual.* & *c. volents.* & ſupra *colla. proxi. c. confirmants la conſtitutio.* ſuper verbo, *E tollents los abus.* & in *c. als procuradors fiſcals.* ſuper verbo, *é ſi lo contrari,* &c. vide ibi, cum ſuis concor. ibi allegatis. Et ſecundum *Iaco. de But. in l. 1. C. de ſpon.* per ipſam
32 legẽ notarius † ad acta deputatus habet de per ſe acta ipſa expedire, & alius notarius non poteſt acta cœpta per illum expedire, & hoc idem
33 tenet *Anto. de Butrio.* nam † ſtipulatio notarij ſolum ſe extendit quatenus ſe extendit officium illius cuius eſt notaria, ita dicit *Bal. in l. 1. §. huius ſtudy. ff. de iuſti. & iur.* hoc idem tenet *Hoſt. extra. de re iudi. c. cũ Bertoldus.* quia induſtria videtur electa. allega. *l. inter artifices. ff. de ſolu.* quod approbat *Anto. de Butrio* in alleg. *c. cum Bertoldus.* ſuper *gl. f.* quia ibi dicit dictum *Hoſt.* procedere, quando alicui in ſpecie commiſſa eſt ſcriptura, quia tunc fatetur, quod ſcriba alteri non committit. Hæc credo vera, niſi quando partes conueniunt de alio notario, vel ſcriptore. Notarij
34 officiũ eſt † ſingulorũ actus, geſta, & facta conficere, & ſubſcriptionibus proprijs roborare; qua propter ſeruile officium gerere dicuntur, & ſerui publici appellantur, ſecundum *Azonem C. de tabularys. lib. 10. in Summa. §. tabularij officium.* Et
35 quid † ſit officium ſcribæ, vide ibidem. §. *ſcribæ officium eſt geſta conficere, dicta teſtium,* &c. Sed quæ-
36 ro. † Pone, quod iſte notarius tabulæ eſt infirmus, vel alias eſt multum impeditus, quod non poteſt ſufficere, nunquid poterit alteri notario committere? Videtur quod ſic: quia ſecundũ *Cinum*, ſi notarius eſt infirmus, poteſt ſcripturam inſtrumenti per eum recepti alteri committere propter impedimentum: vt *ff. de offi. proconſul. l. 1.* & ibi hoc tenet *Bar.* & *Bal.* qui ibi dicit. quod ſi poſſet, ſufficeret, quod ſe ſubſcriberet, ne vis probationis depereat: *extra. de fide inſtrumento. c. cum. P. rabellio.* & hoc ſeruatur etiam inter notarios Gerundæ de conſuetudine. In contrarium facit præſens conſtitutio, quæ vult notarium debere eligi per iudices tabulæ, & non per aliũ, & quod notarius electus iuret, & perſonaliter regat: vt hic dicitur: quid dicendum? Breuiter (vt dixi ſupra) mihi videtur in hoc caſu tabulæ, quod in caſu infirmitatis, vel alterius impedimenti per dictos iudices eligatur alius notarius idoneus, qui ſimiliter iuret, & perſonaliter regat, licet forſan acta per notarium infirmum recepta in caſu infirmitatis poſſet per alium ſcribi facere. Ita vt ipſe notarius infirmus ſubſcriberet, ne vis probationis depereat, & hoc in caſu neceſſitatis, & cũ periculum eſt in mora: alias tutius videtur quod dixi, vt alius per iudices eligatur, & ſurrogetur durãte infirmitate, vel impedimento huiuſmodi.

37 Et nota, † quod notarij regulariter per alios non conficiunt inſtrumenta, ſecundum *gloſ. in rubri. C.*
38 *de tabula. lib.* 11. vnde † nota, quod notarius non debet ſe ſubſcribere inſtrumento, niſi ſit ille qui interfuit facto: quia ſi vnus interfuit, & fuit rogatus, & non ipſe, ſed alter ſe ſubſcribit, non valet inſtrumentum: *in authent. de tabellio.* in prin. *col-*
39 *lat.* 4. Item nota, † quod inſtrumentum vacillat ſi notarius dicat ſe præſentem non fuiſſe: *in auth. de tabellionibus.* §. 1. etiam ſi fateatur ſcripturam.
40 De † examinatione notariorum, & de his quæ iurant, & tenẽtur ſeruare, vide ſupra *colla.* 3. *c.* 20.
41 Item nota, † quod notarius tria debet de per ſe facere, ſcilicet, audire, ſcribere, & ſubſcribere: *ead. authent.* in prin. vide *Ioan. de Plat. in l. monete.*
42 *C. de delatoribus, lib.* 10. vbi † tenet, quod cœpta per vnum notarium non poſſunt per alium proſequi, niſi ille primus fuerit impeditus: vide *gloſ.*
43 *in authent. de tabellio.* §. *nos autem.* vltimo † nota, quod vbicumq. creantur officiales, ſemper debet mos antiquus obſeruari; alias non valerent acta per illos. Nec obſtat *l. Barbarius. ff. de offi. prato.* quia ibi non fuit error in ſolemnitate electionis, ſed in perſona electi: quod dic latius per *Ioan. de Pla. in l. actuarios. C. de numerarijs, & actuarijs. lib.* 12.
44 Ad † quem autem ſpectet taxatio notarij, vel ſcriptoris, dic quod de ſalarijs actorum pertinet ad iudicem cauſæ, ſed de alijs inſtrumentis ad ordinarium, ſecundum *Bal.* quem vide *ff. de eden. l. argentarius.* & in *Spe. tit. de ſalarijs.* §. *nunc de procur. verſ. ſed quid erit.* adde notata *extra. de reſcrip-*
45 *tis. cap. ſtatutum. lib.* 6. ſed an † protocollum probet, vide *Ioan. An. in addi. Spe. tit. de inſtrumento edi.* §. *nunc dicamus. verſ. & nota.*

De prohibitione pannorum extraneorum. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ vtilitatibus eſt conſulendum.*
2 *Actus contra conſtitutiones ſunt abuſus.*
3 *Princeps præſumitur ſcire generales conſuetudines.*
4 *Conſuetudo contra ius vt inducatur, ſufficit præſumpta tolerantia Principis.*
5 *Conſuetudo contra ius non valet, niſi Princeps fuerit certificatus de illa, & non contradicat.*
6 *Conſuetudo non tollit legem, ſed legis obſeruantiam pro eo tempore, quo durat ipſa conſuetudo. & nu.* 7.
8 *Subditi non ſeruantes conſtitutiones an puniantur, late traditur. & quid ſi tales conſtitutiones non ſint approbatæ moribus vtentium, eo quia ſeruetur per populũ contrarium.* ibidem.
9 *Animus, & patientia populi in tollendo legem, quando populus eius contrario vtitur, qualiter probetur.*
10 *Statuentes poſſunt venire contra conſuetudinem iuratam communi conſenſu, ſi cauſa iuſta ſubeſt.*
11 *Conſuetudo quomodo, & ex quibus actibus inducatur.*
12 *Populus licet non habeat poteſtatem tollendi legem; cõſuetudo tamen in populo prævalens obtinet vim legis.*
13 *Conſuetudo, & obſeruantia populi excuſat à pœna non ſeruatæ conſtitutionis, & ſic de nouo erit publicanda dicta conſtitutio, & inhibendum vt obſeruetur.*
14 *Conſuetudo à iure reprobato cenſetur irrationabilis.*
15 *Conſuetudo irrationabilis quæ dicatur.*
16 *Conſuetudo quanto tempore præſcribatur.*
17 Vſat. Omnes cauſæ. *dicitur vſat. Barcinonæ.*
18 *Officium iudicis an præſcribatur, ſicuti actio.*
19 *Præſcriptionis materia. remiſſiue.*
20 *Cenſus non præſcribitur. & quid in penſionibus præteritis. nu.* 21.
22 *Conſuetudo vtrum excuſet à peccato.*
23 *Conſuetudo non excuſat in ijs, quæ ſunt iuris naturalis.*
24 *Conſuetudines male adinuentæ tẽpore non cõfirmãtur.*
25 *Conſuetudinis prætextu an excuſetur quis à peccato, & pœna* c. omnis vtriuſq. ſexus, de pœni. & remiſ.
26 *Terminum in fauorẽ alicuius appoſitũ licet præuenire.*
27 *Sub prohibitione extraneorum pannorum non comprehenduntur tranſeuntes, nec veſtitus iam facti, & alibunde portati, omni fraude ceſſante.*
28 *Gabella imponi non poteſt ſuper ſale tranſeunte.*
29 *Statutum ſi caueat, quod nullus extrahat frumentum de ciuitate, & mercator Florentinus emat frumentum in Ducatu, & tranſeat per ciuitatem iſtam, & portet ad ciuitatem Florentiæ, non facit contra ſtatutum.*
30 *Securitas data tranſeunti per territorium intelligitur data intranti & exeunti.*
31 *Fraus, & dolus nemini patrocinari debent.*
32 *Probandi fraudem nouem modi. remiſſiue.*
33 *Fraus præſumitur, ſi quis rem vendat, & partem pretij remittat animo donandi.*
34 *Fraus præſumitur, vbi quis intricat bona ſua.*
35 *Fraus fieri non debet legi.*
36 *Fraus fit legi quatuor modis. remiſſiue.*
37 *Dolus omnis fraus eſt.*
38 *Eandem allegans debet illam probare.*
39 *Dolus ſiue fraus quandoque à lege permittitur.*
40 *Fraus dolo ineſt.*
41 *Per fraudem datum non videtur datum.*
42 *Fraus poteſt eſſe ſine pœna, ſed non è contra.*
43 *In fraude non conſideratur euentus, ſed conſilium.*
44 *Priuatis non licet portare veſtes ſericas, & deauratas.*
45 *Pannos bonos habere vtile eſt valde Reipublicæ.*
46 *Veſtis an veniat nomine alimentorum. remiſſiue.*
47 *Veſtimenti nomine quid intelligatur.*
48 *Veſtes, quas dat maritus vxori, vel dominus ſeruienti, an ſint mariti, vel domini. remiſſiue.*
49 *Veſtes vxoris an ſint viri, vel ſua. remiſſiue.*
50 *Veſtitus tot ſunt modi in Cathalonia, quot ſunt in orbe figuræ.*
51 *De veſtibus monachorum, & ſtatu, & conuerſione ipſorum. remiſſiue.*
52 *Habitus non facit monachum, ſed profeſſio.*
53 *Clericus debet vti ſtolis.*
54 *Clericus priſcis temporibus conuerſabatur cum mediocri, vel vili veſte.*
55 *Veſtium vſus non culpatur, ſed abuſus.*
56 *Clerici ſecundum conſuetudinem regionis poſſunt vti pretioſis veſtibus.*
57 *Deputati Cathaloniæ poteſtatem habent ſuper bonitate pannorũ. & an omnes Deputati concurrere debeant concorditer ſuper iſta bonitate. num.* 58.
59 *Forma qualiter eſt diligenter ſeruanda. remiſſiue.*

Poteſtas

Digitized by Google

60 *Poteſtas legis condendæ poteſt aliquando deligari. declaratur quomodo procedat in Cathalonia. num.61.*
62 *Conſtitutio ligat poſt duos menſes.*
63 *Statutum ſi prohibet extrahi frumentum de ciuitate, non intelligitur de eo, quod eſt ſui vſus.*
64 *Pannorum prohibitio, vel ſimilis induci poteſt per legem, vel per pactum.*
65 *Pacto vel conſuetudine induci poteſt, ne victualia vendantur, niſi in vno loco.*
66 *Habere quis non poteſt ius impediendi alios exercere artem ſuam.*
67 *Ædificare libere poſſum in meo ſolo.*
68 *Seruitus licet ſit acquiſita in vna re, vel in vna perſona, hoc tamen non præiudicat alijs.*
70 *Seruitus cum ſit indiuiſibilis, non poteſt pro parte acquiri, & pro parte non.*
71 *Furnum aut molendinum cuicumque facere an ſit licitum. remiſſiue.*
72 *Rex in Cathalonia prætendit flumina eſſe de ſua regalia, & ſic non permittit in eis fieri molendina ſine licentia.*
73 *Ædificare an quis poſſit in ripa, qua adhæret prædio vicini cauſa faciendi reſtauſam molēdini. traditur.*

Hauents acor la vtilitat pubica, &c. Longa eſt; & quia hodie eius prohibitio non ſeruatur de generali, & notoria conſuetudine totius Cathaloniæ, ideo non curo eam ſummare: ſed loco ſummæ poſui hic rubricam, De prohibitione pannorum extraneorum. Notandum vero eſt ex
1 principio huius conſtitutionis, vtilitatibus † Rei publicæ fore conſulendum, quia publica præfertur priuatæ vtilitati: de quo vide quæ ſcripſi ſupra *colla.6. in curia Monriſſoni. cap. prouidentes vtilitatē Reipublicæ.* ¶ Sequitur in textu §. *E ſi lo contrari ſera fet per algun*, &c. ibi, *ſens tota merce, gracia, o diſpenſacio, la qual no puxe eſſer feta per lo ſenyor Rey*, &c. Hic eſt ſecunda pars, in qua habes, quod præſens conſtitutio, quæ eſt prohibitoria, & præceptiua, & (quod fortius eſt) iurata, & in ea adijcitur clauſula annullatiua diſpenſationis; & ſi contrafieret, præcipitur hanc remanere in ſuis robore, & valore. Vnde mirum videtur, quomodo non ſeruatur. Immo videtur moribus vtentium in contrarium penitus abrogata de conſuetudine generali, argum. *extra. de treuga & pace, cap.* 1. & ibi *gl. f.* & *in decretis* 4. *diſt.* §. *leges.* & §. *vltim.* & *de cele. miſſarum. cap. dolentes, in gloſ. vltim.* In contrarium facit *extra. de conſuetudine. cap. cum tanto.* & quæ leguntur & notantur ſupra *eod. cap. proxim.* ſuper *vltima parte.* & in iuribus in ea allegatis, quia † actus contra conſtitutiones ſunt
2 abuſus, ex quibus non inducitur conſuetudo, nec tollitur conſtitutio: vt ſup. a *colla. proxim. cap. confirmantes la conſtitutio.* §. *E tollents lo abus.* vide quæ
3 ibi ſcripſi: & in locis ibi allegatis. Nota, † quod Princeps præſumitur ſcire generales conſuetu-
4 dines. Item nota, † quod præſumpta tollerantia Principis ſufficit ad inducendum conſuetudinem contra ius poſitum, vt notat *Henri. Boich extra. de conſuetud. c. cū tanto. in fi. ſua. diſt.* Nota † quod
5 conſuetudo contra ius non valet, niſi Princeps fuerit certificatus de illa, & non contradicat: & ſic videtur velle, quod ſaltem requiratur in tali conſuetudine tacitus conſenſus Principis, de hoc vide *glo. 4. di. §. leges.* & 11. *diſt. in ſumma.* & ibi dic de hoc. Hæc *Dominicus in cap. gratiæ. de reſcriptis lib. 6.* ſuper *gloſ. de iur. tener.* ibi cenſetur conſuetudo, quam Papa tollerat, & ibi *gloſ.* videtur hoc velle, videtur per *Henri. extra. de conſuetud. cap. vltim.* & per *Bald. in l. de quibus. ff. de legi.* vide *Bart. de Salicet.* plene in dicta *l. de quibus. ff. de legi.*
6 & ibi dicit, quod conſuetudo † non tollit legem, ſed legis obſeruantiam pro eo tempore quo durat ipſa conſuetudo. Item *Gui. de Cug.* in dicta *l.* dicit, quod conſuetudo non tollit legem, ſed ſolum tollit illud, quod vſurpat de lege. Et ſic † nota, quod conſuetudo legalis in loco
7 non tollit legem, ſed tollit vſum legis. Et eſt effectus, quia ſublata conſuetudine, remanet lex; quæ non remaneret, ſi eſſet ſublata, *Bal. in l. de quibus.* & allegat *l.* 2. §. 1. *ff. de orig. iuris.* ¶ Sed vt hanc
8 materiam habeas clariorem, quæro † hic de quæſtione, quam ponit *gloſ.* in alleg. *cap.* 1. *de treu. & pace*, videlicet, an ſubditi non ſeruantes iſtam conſtitutionem, & ſimiles, puniantur, etiam quo ad Deum? Dicta *gloſ.* dicit quod non: quia conſtitutio non fuit recepta, nec moribus vtentium approbata dicto §. *leges.* 4. *di. Gof. in Summa de treu. & pace.* & *Inno. eod. tit. cap.* 1. & idem *Hoſt. in Summa.* licet in dicto *cap.* 1. tenuerit contrarium, pro quo facit 12. *diſt. c.* 2. in prin. & 82. *diſt. cap. propoſuiſti.* in fin. videlicet, quod non ſint excuſati; quia hæc eſt præcepti: ergo in abrogando nō poteſt dari bonum initium; & ſic eſt impoſsibile, quod præſcribatur: vnde cum non poſsit dari initium præſcriptionis, qua ſemper conueniendo peccat talis conſuetudo, vel diſſuetudo ſemper eſſet irrationabilis, certe lapſu ſolius temporis non tolleretur; quia ſolum tempus hoc nō poſſet, dempta præſcriptione: *ff. de ac. & ob. l. obligationum.* §. *placet.* Nec ſecundum eum excuſaret auctoritas magiſtrorum: ad hoc nota *extra. de decimis. cap.* 1. & *cap. a nobis.* Et ad §. *leges*, reſpondet, quod loquitur in iuribus non præceptorijs: vt *extra. de maio. & obe. cap. ſtatuimus.* Alij dixerunt, quod quædam ſunt conſtitutiones pœnales, quæ pœnas infligunt ipſo iure, & tales non poſſunt præſcribi, quia ſtatim operantur ſuum effectum. Vnde cum contrauenientes incidant in factum iam damnatum, non eſt locus præſcriptioni: ad hoc 24. *q.* 1. *cap.* 1. & 2. quædam, quæ mandant inferri, & tunc tollantur per diſſuetudinem: & ſic poteſt intelligi §. *leges.* & §. *ſi.* 4. *diſt. Ioan. An.* de hoc remittit *extra. de conſuetud.* ſuper rubr. in fin. Sed *Ioan. Calderini* concludit ex ibi notatis, quod quandoque conſtitutio præceptoria emanat ſuper eo, cuius contrauentio de ſe generat mortale; & tunc nunquam conſuetudine tollatur, etiam ſi à principio non recipiatur, arg. dicti *c. ſi. extra. de conſue.* Quādoq. emanat ſuper eo

cuius contrauentio de ſe non generat mortale,& tunc quamquam primi noſtri parentes tali legi præceptoriq; peccauerint mortaliter,per *cap.quod præcipitur* 14.*q.* 1.& 4.*diſt.§.ſi.* tamen cõtra ipſam poteſt præſcribi: vt *in §. leges.* & poſtquam eſt præſcriptum,contrafacientes non peccãt mortaliter.vt dicto §.& ita dicit debere intelligi *gloſ. in cap.* 1.*de treu.& pace.* Et per hoc ſit reſponſum ad rationem *Hoſt.* quia non ſequitur,primi peccauerunt,ergo & ſequentes, quia non aſtringuntur,cum ſit præſcriptum.Non obſtat,quod ſolum tempus,&c. quia hic eſt reſiſtentia ſubditorum, quorum moribus in contrarium vna cum lapſu temporis hoc inducitur, & ſufficiet lapſus decennij, iuxta notata *in cap. ſi. de conſue.* Videte *Ant.de But.in dicto cap.* 1.*de treu.& pace.* vbi latius proſequitur iſta: & ibi dicit, quod ſi conſtitutio permittit,vel punit,ſeu diſponit, tunc bene poteſt per diſſuetudinem tolli;ſi vero prohibet,vel præcipit, ſi ad commodum priuati, poteſt tolli: quia etiam facto & renunciatione poteſt tolli:ſic notabiliter dicit *glоſ.in l.de quibus. ff.de legibus.* Si præceptum concernit honorem Dei,vel vtilitatem publicam,an poſsit tolli per diſſuetudinem, dicit quod ſi primum genus ſtatuti non recipitur; ſed iſta fuit aliquamdiu recepta,& obſeruata, & ſuperior ſciens patiatur, & ſic tacite conſentit huic non receptioni,tale ius non ligat, & ſic loquitur §.*leges.* Sed ſi ſuperior ignoret hanc obſeruantiam,ſic non patitur,& tunc ligat.Et ſic non obſtat, quod conſuetudo non habet iuſtum initium, quia aliud eſt ius tolli, & tunc requiritur conſuetudo legitima; aliud ab initio non recipi, & tunc nulla requiritur præſcriptio, ſed ſufficit,quod ſciente Principe ab initio fuerit nõ receptum.Hoc *Anto.* in dicto *c.* 1.*de treu. & pace.* licet aliter,& latius dixerit in *cap.ſi.de cõſue.* Mihi videtur in propoſito, quod ex quo Princeps, & populus generaliter,& ſcienter animo tollendi legem, vel conſtitutionem huiuſmodi quantumcunque præceptiuam,prohibitiuam,& iuratam,eius contrario vtuntur etiam minori tẽpore decem annorum,hoc ipſo quo ſic ſcienter vtitur contrarijs moribus vtentium eorum qui ius, & conſtitutionem fecerunt, vel facere poterunt,ſit abrogata ipſa conſtitutio ex tacito conſenſu. Et
9 qualiter † probetur iſte animus,& patientia,vide *Ant.de But.in cap. Abbate.extra.de verb. ſigni.* & plenius per ipſum & *Inno.de poſtu.prealleg.c.bona.* quia ſicut conſtitutio proceſsit de conſenſu expreſſo Principis,& totius curiæ generalis,ſic cõtrario conſenſu ex contrario vſu tacite reuocatur conſtitutio,ideſt,obſeruantia conſtitutionis; quia conſtitutio ſcripta non poteſt tolli niſi per curiam generalem;*quia omnis res*,&c.*de reg.iur.in antiquis.*& inducitur contraria conſuetudo, nec requiritur tunc præſcriptio,ex quo iã alias conſtat de tacito, vel expreſſo conſenſu eorum qui ius facere poterunt.Et præſumitur tacitus ex tali vſu decem annorum:vt *ff.qui,& à quibus manu.*
10 *non licet.l.ſi cum fideicõmiſſa.§. Ariſt.* Nũ † & contra conſuetudinẽ iuratã poſſunt ſtatuẽtes cõtrauenire communi cõſenſu,ſi cauſa ſubeſt.vt *extra.de ijs quæ fiũt maio.parte cap. c.* 1.ſecũdũ *glo.* 11.*di.c.in his.* & adde quæ ibi notat *Guid.*ſuper verbo *coer-*
11 *cẽdi ſunt.*vide† ibi quomodo, & ex quibus actibus inducitur conſuetudo:& vide ibi mira verba
12 *S. Thomæ.*& inter cętera dicit,†quod licet multitudo populi non habeat liberam poteſtatẽ remouendi legem à ſuperiore poſitam, tamen ipſa conſuetudo in tali multitudine prævalens obtinet vim legis,in quantum tolleratur per eos, ad quos pertinet multitudini legem imponere: ex hoc enim ipſo videntur approbare,q̃ conſuetudo induxit:hæc *Thomas*, & *Guid.*Sed forte in hac patria, vbi per conſtitutiones eſt data forma cõdendi legem in curia generali, non poterit tolli iſta,vel alia cõſtitutio, niſi per aliã conſtitutionem, quæ fieret in curia generali, quia omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur:*extra.de reg.iur.cap.* 1.*in antiquis.*& *ff.eod.*
13 *tit.l.nihil tam naturale.*Credo † tamen,quod talis conſuetudo populi excuſaret interim â pœna niſi de nouo publicaretur, & mandaretur obſeruari.In textu,ibi,*remanent la preſent conſtitutio en ſa forſa,& valor.*Per iſta verba videtur q̃ per hãc cõſtitutionem fuerit reprobata contraria conſuetudo,& ſic non valeret, nec poſſet præſcribi tanquam irrationabilis conſuetudo per *cap. ſi.extra.*
14 *de conſue.*quia† omnis conſuetudo à iure reprobata, cenſetur irrationabilis,vt notatur per *Inno. eod.tit.ſup.rubr.*& *Ioa.Fa.inſti. de iure na. §. ex non ſcripto.* & ideo non poteſt omnino abrogari, vel tolli præſens conſtitutio ex tacito conſenſu moribus vtentiũ.Sed eſſet opus, quod per curiã generalem contraria lege facta per coadunantiã generalem expreſſe tolleretur,quia nil tam naturale,&c.*ff. de reg.iur.l.nil tã naturale.*vide tamen,& adde quæ ſcripſi ſupra *colla,prox.c. E los aduocats.* ſuper verbo,*encontinent ſia tengut reſtituir.* Præte-
15 rea quæro † quæ dicatur irrationabilis conſuetudo? Reſpondeo,quod illa, quæ eſt contra fidem, vel contra ius naturale, vel diuinum; vel quæ inducit occaſionem peccandi, vel alias eſt contra bonos mores,vt notat *Ioan. Fabri inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto.* quandoque tamen valet conſuetudo contra ius diuinum, *extra. de cog.ſcriptu.cap.ſuper eo,*& *de pur.poſt partum. cap.* 1. Item quandoq. tolleratur ſeuera, vel minus rationabilis,licet non ſit omnino rationabilis,dum tamen non ſit penitus irrationabilis, vel à iure expreſſe reprobata: vide *Ioan. Fabr.* latius vbi ſupra, & *Innocent.* & *Doctor.extra.de conſuet.* ſu-
16 per *rubrica.* & *cap. fin.* Sed ſi † quæras quanto tempore præſcribatur conſuetudo? *Ioann. Fabr. poſt gloſſam.*& *Doctores,* dicit quod decem annis. Sed *Innocen.* diſtinguit, quia aut quod adquiritur habet cauſam continuam, & tunc tenet cum aliis: aut diſcontinuam, & tunc requiritur tantum tempus,q̃ non ſit memoria; vt notatur *extra.*

de con-

Digitized by Google

de conſue. cap. fi. Hoſt. tenet cum *gloſ.* de iure ciuili. Sed de iure canonico requiritur vniformiter qua draginta annorũ tantum: & ita de iure Gotico, q̃ ſeruamus adhuc hodie in hoc caſu præſcriptionis, requiritur præſcriptio triginta annorum; vt *in Gotecis li. 10. tit. 2. c. 3.* & incipit, *Omnes cauſæ, ſine bonæ, ſine malæ,* &c. vide ibi *Dott.* & per *gloſ. in vſat.* 17 *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* quod † vſaticum *omnes cauſæ*, quidam habent inter vſaticos, & pro vſatico Barcino. & idem de conſuetudine ſcripta in localibus Barcino. in *recognouerunt proceres.* vbi eſt cap. tenoris ſequentis: *Item quod omnis actio perſonalis, vel realis, quæ de iure communi debet tolli decem vel viginti annis, extenditur vſque ad triginta annos, excepta hypothecaria, quæ extenditur vſq. ad quadraginta annos contra debitorem poſſidentem res obligatas,* 18 *vel eius hæredes.* Sed quid † in officio iudicis nũquid præſcribetur ſicut & actio? Reſpondeo, quod non videtur, quod tollatur præſcriptione: vt eſt *gloſ.* ſingularis in *l. ſicut.* ſuper verbo *ſeruanda. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum.* & vide *Bald. in l. 2. C. de exec. rei iud.* adde quæ ſcripſi infra *colla. proxim. cap. fi. in vlt. parte.* Et de ma- 19 teria † præſcriptionis vide & adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 1. in 1. curia Barcino. c. 3. Nihilominus volumus.* & ſupra *colla. 4. in curia 1. Barcino. cap. 13. Item quod aliqua charta Indeorum.* & ſupra *colla. 6. in curia Perpiniani cap. approbantes.* & ſupra *eod. à remouere*, ſuper verbo *accuſacions*, & infra *eod. cap. Item que hon lo dit ſeruor. §. E hon foſſen dilatades.* adde quæ ſcripſi ſuper conſtitutione *Alfonſi X.* infra *colla. 11. cap. vlti.* & in vſat. *Hoc quod iur. eſt ſanctorũ.* Sed *Pet.* & *Iaco.* & alij *Doct.* iuris ciuilis, & alij tenent indiſtincte, quod ibi non agitur de iure alicuius præſcribendo, ſed de conſenſu populi colligẽdo; ſecus, quia præſumitur per lapſum decem annorũ: *ff. qui, & a quibus. l. fideicom. §. Ariſt.* alias *l. ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſt.* & hoc verum, niſi alias notorie conſtet de conſenſu populi, & eorum qui ius conſtituerunt: vt *l. de quibus. ff. de legi.* quia tunc ſtatim tollitur, vt dixi. *Archidiaconus* vero diſtinguit an ſit ſecundum ius cõmune, vel contra, *extra. de præſcrip. c. 1. li. 6.* Dicit *Io. Fa.* vbi ſupra, q̃ ſibi videtur vera opinio *Hoſt.* quæ concordat cũ *gloſ.* in quantũ tangit ius ciuile, & credit, quod procedat in vera conſuetudine, per quã ius ſtatuitur; ſed in conſuetudine, per quã ius adquiritur ſingulari, vel contra ſingularẽ, videretur quod deberet ſeruari *l. cũ de in rem verſ. ff. de vſuris.* Sed de iure canonico eſſet præſcriptio vniformis quadraginta annorum, ſecundũ *Hoſt. extra. de cenſibus. c. ſuper eo.* in hac vero patria eſſet triginta annorum, vt dictũ eſt, etiã in conſuetudine, per quam ius ſtatuitur: in alia diſtinguit an habeat titulũ, vel non, & an ſit contra ius cõmune; quia tunc requiritur, quod ſit tanti temporis, quod non extet memoria, vt in alleg. *cap. 1. de præſcrip. li. 6.* & in hoc caſu poſſet procedere opi- 20 nio *Archidiaconi.* Nota, † q̃ emphiteota nõ præſcribit rem quam tenet in emphiteoſim, vt notatur *in Spe. tit. de loca. §. nunc vero aliqua. verſ. 44.* & 21 *Bald.* ibi in addit. De † penſione vero, an præſcribatur; dic quod vbi penſio eſt multiplex, & perpetua, quia tranſit ad hæredes; tunc præſcriptio tollit ipſam penſionem, in qua ceſſatum eſt, non autem futuras. Secus ſi eſſet temporalis, quia quando ſunt perpetuæ, tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, & ſic requiruntur plures præſcriptiones, ſecũdum *Ludouicum de Roma in l. Stycbũ, aut Pamphilum. §. ſtipulatio. ff. de verb. obli.* & dẽ notat *Ioan. de Pla. in l. vltim. C. de fundis patrimo-* 22 *nialibus.* Quæro † etiam vtrum conſuetudo excuſet à peccato? De hoc per *Hen. in c. Sane. de tẽpore ordi.* vide etiam *Damaſcenum in Brocard.* 17. 23 & Reſpondeo, in iis † quæ ſunt iuris naturalis non excuſat conſuetudo; *extra. de ſimo. cap. non ſatis.* & *c. cũ in Eccleſia.* & hoc eſt, quod dicit authẽr. 24 q̃ male † ad nuentæ conſuetudines tempore non confirmantur. vt *in authent. vt nulli iudicum. §. nulli vero. colla. 9.* Si autem conſuetudo inducatur contra ius poſitiuum, tunc ſi inducatur contra ius inductum in fauorem vtentium, conſuetudo præiudicabit iuri; nec delinquent ſi illam ſequantur; quia vnicuiq. licitum eſt iuri, quod pro ſe introductum eſt, renunciare, vt *extra. de renun. c. quia.* vbi vero in fauorem aliorum, non poterit præualere conſuetudo iuri, niſi ſit præſcripta: *extra. de cauſa po. & proprie. cap. cum Eccleſia.* etiam ſi in fauorem Eccleſiæ ſit inducta, vt *extra. de conſue. cap. vlti.* & *de præſcrip. c. de quarta.* Ita ſoluit *Bart. Brix.* in ſuo *Brocardo.* vide *Ioan. An.* & *Hen. extra. de iis* 25 *que fi. a maio. par. capit. c. 1. in. 3. di.* Et † prædicta valde faciunt ad deciſionem illius quæſtionis, an prætextu conſuetudinis excuſetur à peccato, & à pœna *c. omnis vtriuſq. ſexus. extra. de pœ. & re.* qui in quadrageſima communicauerit Euchariſtiam, licet non cõmunicet in Paſcha, quia licet, quod communicetur ſit de iure naturali, & præceptũ hoc Euãgelij nequeat præſcribi, nec alias mutari, tamen, quod in Paſcha communicetur, eſt de iure poſitiuo, & à Papa poteſt ad aliam diẽ mutari, & diſpenſari, vt in *eod. c. omnis* dicitur, & ſic valeat conſuetudo, ſaltem quod dies prætieniatur, cum 26 ſit rationabilis, & ſalubris animabus; & ſic † liceat prævenire terminũ fauore cuiuslibet appoſitum, quia qui ante ſoluit, bene ſoluit; imo plus ſoluit vt *inſti. de actionibus. §. pus ad aut. quod diſt.* vt per *gloſ. in cap. ſolent. de conſe. di. 1.* vt *ff. de ſolut. l. quod in diem.* vbi *gloſ.* Fallit quando dies eſt appoſita fauore creditoris: vt *ff. de legatis ſecundo. l. Si ita relictum.* vide 12. *diſt. cap. illa.* vbi videtur caſus; non curo amplius illud proſequi: quæ tamen omnia dicta & ſcripta mea ſubijcio iudicio ſanctæ matris Eccleſiæ. Cõcludunt doctores ſatis eſſe, omnes ſemel in anno ad ſatisfaciendum diſpoſitioni *decre. omnis vtriuſq. ſexus.* Euchariſtiæ Sacramentum aſſumere. Item eſt concluſio domini *Abb. de Sicilia*, quod dictum Sacramẽtum poſſumus anticipare ante Paſcha, & non erit peccatum ſi in die Paſchæ non ſumatur, dummodo nul-

malignitatis extrinſecæ admiſceatur,& ita prædicauit Frater *Ioan.de Capiſtrano*.Si tamen iterum ſumatur in Paſcha,maius habet meritum,ſecundum *Marianum Socinum de Senis*.Sequitur in tex. §.*Empero aquesta prohibicio*,&c.hic eſt tertia pars, in qua declarat,in dicta prohibitione pannorum
27 extraneorum † non comprehendi tranſeuntes, nec veſtitus aliunde portatos iam factos,omni fraude ceſſante.Et quod dicit textus hic,*per paſſatge*, facit multum pro quæſtione, quæ eſt inter ſalinerios villæ Turricellæ de Montegrino, & gabellotos Salinarum Comitatus Caſtillionis Impuriarum; quia nõ obſtante gabella ſalis,quæ de facto ſeruatur in dicto Comitatu, poterunt ſalinerij Turricellæ, & alij de ſale Turricellæ portare vbique, tranſeundo per totum dictum Comitatum, dummodo non vendatur, nec alias vtatur ipſo ſale Turricellæ intus ipſum Comitatum,ſed cauſa ducendi alibi extra Comitatum poteſt libere tranſiri,& per tranſitum portari,& vehi per itinera publica ipſius Comitatus; quia
28 ſuper † ſale tranſeunti non poteſt imponi gabella,nec fieri prohibitio,ar. huius §. quia prohibitio pannorum extraneorum, & pœna inde appoſita non comprehendit pannos extraneos per Principatum tranſitum facientes cauſa portandi alibi extra Princi patum. Facit *l.ſi quis poſt hanc.C.de ædiſi.priuatis*,quam *Iacob.de Aren.*& *Ci-*
29 *nus* inducunt in argum.ad ſimilẽ quæſtionem. † Statuto huius ciuitatis cauetur,quod nullus extrahat frumentum de ciuitate,modo aliquis mercator Florentinus,vel alius extraneus emit frumentum in Ducatu,& tranſit per ciuitatem iſtã, & portat Florentiam:certe non facit contra ſtatutum.arg.dictę *l.*pro hoc etiam facit *ff.de auro & argen.leg.l.periculis.§.idemque*.ſecũdũ *Bar.*in dicta *l.ſi quis poſt hanc*.Et pro hoc maxime faciunt cõſtitutiones prohibentes fieri gabellas ſalis,& victualium:vt ſupra *collat.4.in 2.curia Barcino.c.11. Item,quod cap.curiæ Barcino.*& ſupra *collat.2.in curia 2.Barcino.cap.29. Concedimus,volumus, & etiam ordinamus, quod gabella ſalis non ſit de cætero in Cathalonia*,&c. & vide quæ in eis ſcripſi. Ad idem facit prohibitio lezdarum, & pedagiorum, de quibus ſupra *coll.2.in 2.curia Barcino.cap.30.Item concedimus,& etiam approbamus,quod lezda*,&c.vide ibi cum ſuis concordan.Ad idem etiã faciunt, & fortius libertates itinerum,& viarum Cathaloniæ,*vſatici,camini,& ſtratæ*,& *conſtitutiones pacĩ & trengarum.in capitulis*,& §.*loquentibus de vijs publicis.*,*caminis, itineribus publicis, & ſtratis*. & ſpecialiter aliæ generales cõſtitutiones Cathalonię, per quas quilibet poteſt ire, & redire vbique per terram,& per mare;& per quæcumque loca, & per quoſcumque caminos.&c. vt ſupra *coll.2. in 2.curia Barcino.cap.27.Statuimus etiam,quod quilibet*,&c. cum ſuis confirmatorijs, & concordantijs:de quibus vide ſupra *hac eadem collat.10.cap. Iatſia per conſtitutions*,&c. & ibi dixi de hac quæſtione ſalis: vide quæ ibi ſcripſi ſuper verbo, *ab*

lluns bens è mercaderies, Item addde quæ ſcripſi ſupra *colla.4.in 1.curia Barcino.cap.35. Item,quod ſi homines noſtri.*& ibi poſui materiã bannorum.vide ibi *in quæſtione,Sed pone quod bladum ducitur*. Et
30 nota,† quod ſecuritas data tranſeundi per territorium intelligitur data intrandi,& exeundi.Ita vt facto concedentis nõ poſsit capi in territorio alterius in quod ingreditur,vt eſt tex.*in Clem.2. de pœnis*,ſecundum *Ioan.de Plat.*qui ita notat in *l. nullam viam. C. de nauicularijs,& nauclerys. lib.11.* Iſta non fuerunt ſeruata tempore guerræ, Anno à Natiuitate Domini 1466. per Diputatos generalis,qui de nouo ſuper ſale gabellam de facto induxerunt. Sed dicunt ſe excuſari propter neceſsitatẽ guerræ.Caue ne forte fiãt oppreſsiones, præſertim,quia non fuit per totam Cathaloniam generalis.Sequitur in textu,*tota frau ceſſant*. Nota hic pro fraudibus excludendis, concor. ſupra *in curia Perpiniani.cap.ad excludendum fraudes*.cum
31 ſuis ſimilibus. Item nota,† quod fraus & dolus alicui patrocinari non debet,*extra de reſcriptis. c. paſtoralis*.cum ſuis concor.Fraus tamen, quæ probari non poteſt,alicui patrocinatur: hoc verum in iſto mundo,ſecus in alio;vide *Bald.in l.ſi in fraudem. C.ſi quis omiſſa cauſa teſti.* alias & verius eſt
32 *C.de legatis*. Et † vide nouem modos probandi fraudem,quos ponit *Bal.in l.ſi paterna. C.de repu. heredi.*adde notata per *Bart. in l.poſt contractum.ff. de dona.*& per *Ioan.Fab.inſti.de actio.§. Item ſi quis*
33 *in fraudem*. Tamẽ † fraus præſumitur ſi quis rẽ vendidit,& partem pretij remittit animo donandi:nota per *Doct.ff.de lib.& poſthu.l.ſed & ſi quæſitũ.* & *C.man.l.per diuerſas.*& *l.ab Anaſtaſio*.Item præ-
34 ſumitur† fraus quando aliquis intricat bona ſua, vel ea transfert quando ſuſpicatur alium actũrũ; vt notat *Bart.in l.in ſumma.ff.de peculio.* de hoc vide quæ ſcripſi in prælleg.*cap.ad excludendũ fraudes*. ſupra *in curia Perpiniani*. Item † nota, quod
35 non eſt fienda legi fraus:*ff.de legi.l.contra legem.*&
36 *C.ſi man.ſta fuerit alie. l.ſi*. Et † ſic fit fraus legi quatuor modis,qui notantur *14.q.3.cap.plerique. & extra de priuil.cap.quanto. C.de legi.non dubium.* & *extra.de reg.iur.cap.ſi*.per *Dinum.lib.6.*& *14.q.*
37 *5.cap.pluribus*.Item nota, † quod omnis dolus eſt fraus,ſed non econuerſo,vt notatur *81. di. cap.1.*
38 Sed † qui dolum,vel fraudem allegaret, probet, vt notat *gloſ.extra.de reſcriptis.cap.ſuper litteris.ff. de dona.inter virum, & uxorem. l.quod autem. §.ſi*
39 *maritus*.& *extra.de renun.cap.2.lib.6*.Item † etiam nota, quod dolus ſiue fraus quandoque â lege permittitur, *extra.de conuer. coniuga.c.dudum.* & *ff. de*
40 *dolo.l.1.*& *de uſufr.ear.l.at qui.§.ſed & ſi*.Itẽ † fraus dolo ineſt.*ff.de pac.l.inter gentiũ.§.dolo.* & *de regu.*
41 *iur.l.fraudis.*& *82.di.cap.2*. Item † nota,quod id quod per fraudem datur,non videtur datum,imo
42 ablatum: *ff. de pigno. l.ſi quaſi*. Et fraus † poteſt eſſe ſine pœna,ſed non econtra.*ff.de verb. ſignifi.l.*
43 *aliud eſt fraus*. Et † in fraude non conſideratur
44 euentus,ſed cõſilium:*ff.eod.l.fraudis*.Nota,† quod non licet priuatis portare veſtes ſericas, & deauratas:

auratas: *l.1.& 2.C.de veſtibus oloberis,& deauratis. lib.* 10. Sed eſt licitum fœminis ibidem; hodie vero omnes milites vtuntur etiam deauratis pānis & veſtibus. Sequitur quarta pars in §. *E perço que los draps*. Quod dicitur in hac quarta parte, non eſt omnino abrogatum, quia adhuc ſuper bonitate pannorum, quæ in hac patria fiunt, domini Deputati fecerūt & faciūt obſeruari nonnullas ordinationes, quas ſuper his fecerunt. Sed nihilominus vtimur quotidie generaliter, & incōcuſſe pannis etiam extraneis, ſicuti fiebat ante editionem & publicationem præſentis conſtitutionis. Et ita huic cap. ſiue conſtitutioni ſolum eſt derogatum, quoad prohibitionem & pœnam amiſsionis pannorum extraneorum. Vnde hic
45 nota iuncto principio; quod † valde eſt vtile Reipublicæ habere bonos pannos, & ita videtur quod vtilius ſit indui veſtibus panni fini, quam groſsi: quod eſt verum, quoad iura bullæ & ſigilli generalitatum Cathaloniæ; ſecus eſt forte quoad marſupia ſingulorum, licet plus duret veſtis panni fini quam groſsi. Sed an veſtis
46 veniat † nomine alimentorum, vide quæ dixi ſupra in *curia Perpuiani cap. hac noſtra*, ſuper verbo
47 *vitæ neceſſarijs*. Et † quid nomine veſtis, vel veſtimenti intelligatur, vide *ff. de verb. ſign. l. veſtis.* & *de auro & arg. le. l. veſtimentum*, & *l. veſtis.* in prin.
48 de † veſtibus, quas dat maritus vxori, vel dominus ſeruienti, an ſint mariti vel domini, vide *ff. de pecul. id veſtimentum.* & *de dona. inter viram & vxorem. l. ſi vir.* in prin. & *ff. ſoln. matri. l. in his.* §. *filia.* & adde quæ ſcripſi in alleg. *cap. hac noſtra.* & adde
49 notata per *Doct.* in vſat. *Vidua.* de † veſtibus vxoris an ſint viri, vel ſuæ fiant, vide *Gui. de Suza. C. de rei vxo. ac. l.* 1. conclude, quod veſtes ſolemnes, quæ ſunt cauſa honoratus, ſunt viri, & eius hæreclis, aliæ quotidianæ ſunt vxoris. Sed nota de veſtibus, quia habemus differentias. quia chlamys eſt militum, purpura Regum, ſtola Sacerdotum, toga aduocatorum in vulgari Cathaloniæ dicitur *abrigar*, quaſi vile mantellum, vel eſt *capuſay*, aliàs gana modici valoris, quibus vtuntur ruſtici propter frigus, gelu, & pluuias: hodie ve-
50 ro in Cathalonia † tot ſunt modi veſtium quot ſunt in orbe figuræ: quia homines portant veſtes ita breues, quod pudenda ante, & retro videri poſſunt; mulieres vero portant duas caudas, quas trahunt ſuper terram multifarie multiſque modis inhoneſtis; vt iam vnuſquiſque abiecto fræno honeſtatis ſuæ ſenſualitate abutatur; & ideo vigent peſtes & reliqua. Bricus eſt ruſticorum, & cuculla monachorum: vt *C. nulli licere in*
51 *frenis. l. 1. lib.* 11. Sed † de veſtibus monachorum & ſtatu & conuerſatione ipſorum, vide in *cap. ne in agro. de ſta. mo. in Cle.* Habitus tamen non fa-
52 cit † monachum, ſed profeſsio regularis, vt in
53 *c. porrectum extra. de regula.* Clericus † vero debet vti ſtolis, ideſt veſte talari ſuperpellicio, vel capa: vt in *cap. nullus.* 21. *q.* 4. ſtola enim proprie eſt veſtis muliebris: vt *ff. de auro & arg. le. l. veſtis.* §.
54 *muliebria*. Priſcis † enim temporibus omnis ſacratus vir, ideſt Eccleſiaſticus, cum mediocri aut vili veſte conuerſabatur; omne quippe, quod nō propter neceſsitatem ſuam, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumnias: 21. *q.* 4. *cap.* 1. quia ſcriptum eſt: *Odiſti eos qui obſeruant vanitates ſupernacue*: & ſumptuoſa veſtis, etiam de iure communi reprobatur, quia nulli permittitur, auratas aut ſericis auro contextas veſtes portare, niſi Principis conceſsione: vt *l. 1. C. de veſti. olobo. vel aura. li.* 11. Tamen mulieribus bene permittitur, vt dicta *l. 1.* & 2. & ibi nota, *quas ornare virorum*, ergo non debent ornari mulieres, niſi ſecundum voluntatem mariti bene regulatā: quia non excuſantur fœminæ fucatæ, quæ dicunt ſe hoc facere, vt placeant maritis, eſt ſecundum veniam, non ſecundum imperium, vt in *cap. fucare. de conſe. diſt. vlti.* Sed vt habeas aliquid pro ſalute animę, nota, & caue ne de veſtibus mulierum, vel cuiuslibet, etiam ſi de ſerico & auro fuerint, facias caſullam presbyteri, vel aliud ornamentum Eccleſiæ; quia prohibitum eſt, vt legitur & notatur in *cap. nuptiarum de conſe. di.* 1. licet de facto in
55 contrarium quādoque abutatur. Et nota † quod vſus veſtium non culpatur, ſed abuſus, ſcilicet ſuperfluitas, & voluptas, quia ſicut in cibo non refert quis, vel quid, vel quantum comedat, dum modo non guloſe ſumat: 41. *diſt. cap. quiſquis*: idē dico in veſte: vt 41. *diſt. cap. parcimoniam.* 21. *q.* 4.
56 *cap.* 1. Poſſunt † ergo etiam clerici ſecundum conſuetudinem regionis ſuæ pretioſis veſtibus vti, & vt conforment ſe moribus eorū inter quos viuunt, & ne vileſcat dignitas clericalis. 80. *diſt. cap. Epiſcopali.* Sed rubeis, & viridibus pannis nō vtentur, & deſuper habebunt clauſas veſtes: vt in *cap. clerici. in 2. extra. de vita. & honeſt. clericorum.* Sed purpuram & ſandatum poſſunt deferre, nam veſtis Domini purpurea fuit. Gregorius tamen dicit: *Si cultus pretioſarū veſtium in culpa non eſſet, ſermo Dei non tam manifeſte exprimeret, quod diues indutus purpura, & byſſo deſcendit ad inferos.* Verum dicit idem Gregorius: *quia in hoc delectabatur diues.* vnde notabiliter dicit, *cultus pretioſarum veſtium.* Imo nec propter diuitias damnatus eſſet, ſi alias bona opera feciſſet: 30. *diſt. c. in hoc.* in fi. Et de iſta materia pretioſitatis & fulgoris veſtium, dicit Cyprianus: *quod mulieres, quæ frequentius hoc faciunt, ſerico & purpura indutæ Chriſtum induere nō poſſunt, auro & monilibus margaritis ornatæ ornamenta cordis & pectoris perdiderunt*, ſecundum *Pe. G.* & *gloſ.* 21. *q.* 4. *in ſumma*. Modus ergo ſeruandus eſt, quia nec parum, nec nimium, ſed temperate cibis & veſtibus vti debemus: vt 41. *diſt. cap. quiſquis.* & §. *ſi ergo.* facit *de ſta. mo. cap. recolentes.* 30. *di. cap. ſi quis virorum.* & in *Cle. de verb. ſigni. cap.* 114. *de paradiſo.* adde notata *qui cleri. vel voc. cap.* 1. & in Exodo *cap.* 23. Sequitur in text. *proueheſquen ab*
57 *perſonis expertas*, &c. Nota † hic poteſtatem datam dominis Deputatis & Auditoribus computorum generalis deputationis Cathaloniæ ſuper

boni-

bonitate pannorum fiendorum in hac patria, quia cum perſonis expertis poſſunt ſuper his facere prouiſiones, vim legis obtinentes auctoritate hu
58 ius conſtitutionis. Sed † quæro hic, an ſit neceſſe quod omnes ipſi domini Deputati & Auditores ſint in hoc concordes? Reſpondeo quod ſic, quia omnibus coniunctim videtur data poteſtas, & forma commiſſionis & mandati diligenter eſt ſeruanda, quia in hoc ſunt quidam procuratores & commiſſarij, quorum induſtria, & diligentia cum perſonis expertis eſt in his valde neceſſaria, ita quod altero eorum abſente, vel contradicente factæ ordinationes non valerent; quia quotiēs â iure vel ab homine certa forma datur, præſertim ſubſtantifica, vt eſt hic, ea vel aliqua eius parte omiſſa, non valeret, vt dixi ſupra *ead. cap. primerament*, ſuper verbo *è no a altre*. facit ſupra *ead. cap. volents*, ibi, *eſſer obſeruades plenament a la letra*, non tamen ſemper forma eſt de ſubſtantia, quod dic ſecundum *Anto. de Butr. extra. de ſen.*
59 *excom. cap. ſuper eo.* in *gl. f.* 2. Qualiter † forma eſt diligenter obſeruanda, vide etiam quæ ſcripſi ſuper *conſtitutione Regis Ferdinandi cap. querelam de pace violata*, ſuper verbo *tunc*. Et ad id quod littera dicit *perſonas expertas*, vide notata ſupra *ead. cap. proxi.* ſuper verbo *inexperts*, & adde quæ ſcripſi ſupra *colla. 6. in curia Perpiniani cap. quia rerum experientia.* & *in curia Montiſſoni cap. quia vt experientia.* cum ſuis concord. & melius in *curia Regis Martini c. Item ſenyor com ſegons.* Sequitur in text:
60 *per ley, o acte de cort*. Nota † hic caſum quod poteſtas legis condendæ poteſt delegari, ſic *extr. de ſent. excom. c. grauem.* & ibi notat *Anto. de Butr. in 3. notabilis*, ſuper quo vide & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. c. nouerint*, ſuper verbo, *habēs à nobis plena-*
61 *riam poteſtatem*, quod eſt † verum in Cathalonia, ſi fiat cum auctoritate & aſſenſu curiæ generalis, vt hic, iuncto principio huius *c.* ibi, *de aſſentimēt, conſell, & aprobacio*, &c. adde *Goff. in Summa tit. de conſt.* Sequitur in tex. *Hu, o dos anys paſſats*, & c. niſi
62 hoc † ita expreſſum fuiſſet, ligaret conſtitutio poſt duos menſes, vt in *authen. vt facta noua conſtitutiones.* circa prin. *colla.* 5. de hoc legitur & notatur *extra. de poſtu. prala. cap.* 1. nec eſt neceſſe quod auribus ſingulorum intimetur, vt ibi dicitur. Quá doque incipiunt ligare à die datæ, ſi hoc exprimatur: vt in *extrauag. domini Henrici Imperatoris c. ad reprimendum. §. hanc autem. collat.* 11. vide ibi *Bar.* & adde quæ ſcripſi ſupra *ead. colla. c. aſſats es coſa ridiculoſa.* Sequitur in text. *pero les robes*, &c. hic ponit exceptionem â prohibitione pannorũ extraneorum. Ita videlicet quod raupæ, & veſtes factæ infra dictos duos annos de pannis extraneis non excluderentur in prohibitione præ-
63 dicta. Si † ſtatutum prohibet extrahi frumentum de ciuitate, non intelligitur de eo, quod eſt ſui vſus cauſa, vt *ff. de legatis ſecundo. l. cætera. §. ſi duobus*. Et ex huiuſmodi conſtitutione habes, quod licitum eſt prohiberi pannos extraneos, & ſic videtur contra conſtitutiones prohibentes
64 gabellas, & contra *tit. de Monopolijs*. Sed † dic hanc prohibitionem pannorum vel ſimilem poſſe induci per legem vel per pactum. Vnde nota,
65 quod † pacto vel conſuetudine induci poteſt, ne victualia vendantur niſi in vno loco ad commodum alicuius, quamquam priuati. Et nota, quod eo quo alibi venduntur, cum per hoc alius adquirat ſibi poſſeſſionem huius iuris vt ſolidi reſtricti ad vnũ locum, dicitur eum libertate poſſidendi priuare. *Anto. de Butr. extra. de app. c. ſignifi-*
66 *cante. an* 2. *notab.* opponit † quod non poteſt quis habere ius impediendi alios exercere artem ſuã, quia hoc eſſet monopolium. *C. de monopolijs.* per
67 totum. Item † in meo poſſum libere ædificare: *C. de ſeruit. & aqua. l. præſes.* etiam vſque ad cælum. *ff. de ſeruit. l. ſin. ff. quod vi aut clam. l. fin.* Dic quod contraria procedunt de iure. Sed ſecundum aliquos ex conſuetudine vel priuilegio poteſt adquirere ius, vt non niſi in tali loco vendantur carnes: pro quo poteſt agi confeſſoria & poſſeſſorio, ſi habet poſſeſſionem agens, vel habuit. Et forte decanus vel capitulum, de quibus *in* dicto *cap. ſignificante*, habebat illam villam communem cum Epiſcopo, vel vtrique habebant ibi certa iura, quia dicebat capitulum, quod habebat ius macelli ſcilicet, quod in ſtallis eorum macellum teneri debebat, & erat vtilitas, quia forte percipiebant aliquid de ſtallis. Sic & aliquando in furnis & molendinis, in quibus aliqui ſibi vendicant quod tota villa debeat coquere, vel molere in illis, & alteri ædificanti furnum vel molẽdinum quæſtionem mouere, ſecundum *Hoſtien.* vide de furnis & molendinis. *Bar. in l. 2. ff. de flumin.* Itẽ vide *P. Iac. in libellis ſuis, rubri. de furno.* Et ſic in hoc allegabat conſuetudinem vel priuilegium. Secundum *Innocent.* non obſtat *C. de monopolijs*, per totum, quia illud loquitur quando homines fraudulenter faciunt pacta, quod alijs non liceat vendere; vel quod alios non inſtruant in aliqua arte certa, quod non licet, vt ibi; hic vero in dicto *cap. ſignificante*, & iuribus pro hac parte allegatis nulla ſit fraus; ſed agitur ex priuilegio vel conſuetudine. Vel non licet de perſonis vel rebus; ſed de loco in quo fiat venditio, & non alibi, bene licet paciſci, ſecundum *Innocent.* dicit *Hoſtien.* hoc tenendum, quod ſi res & perſonę ſint liberæ, ſeruitus non adquiritur tempore ſolo, quoad hoc vt alius prohiberi poſſit; quin non obſtante cuiuſquam prohibitione poſſit in loco ædificare, cum libera ſit res, vt in iuribus in con-
68 trarium allegatis. Et licet † is, qui aſſerit ſibi deberi, non poſſit prohiberi vti ſuo iure: vt *ff. de ſeruit. vendi. l. ſi quis diuturno.* & ff. *de aqua quot. & æſtiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ.* & ff. *de aqua plu. arcẽ. l. in ſumma. §. idem Labeo.* tamen nec alium volentem de nouo ædificare poterit prohibere, niſi probet ſibi hanc ſeruitutem deberi, vel ex pacto cum prædeceſſoribus habito, vel quia alias fuit prohibitus occaſione iuris eiuſdem, & adquieuit, & poſtea completa fuit præſcriptio: vt *C.*

de

Digitized by Google

de ſeruitutibus. l.ex prouinciali. & *l. manifeſte.* & *C. qua ſit lon.conſue.l.* 1. fortius ſi longo tẽpore fuiſſet obtenta: *C.de legi.l.cum de conſuetudine*, vel niſi dominus villę ſit ille qui ſibi aſſerat hanc ſeruitutẽ deberi: 8. *dis.* quo iure alias quilibet eſt liber, & in re ſua facit quod libet ex quo eſt propria, niſi quod iure dominij aut ſeruitutis prohibetur. Sic poteſt intelligi *inſti.de interdictis.* §. *retinendæ.* & *de libertinis.* §. 1. Idem *Ioan. Andr.* quaſi per eadem verba concor. *Abbas* in dicto *cap.ſignificãte, in* 1. *notab.* Et † licet ſeruitus ſit adquiſita in
69 vna re, vel in vna perſona, hoc non præiudicat alijs: *de præſcriptis.cap.auditis. de offi.ordi. cap.dilectus.ad fin.ff. ſi ſeruitus vendi.l.loci corpus.* §. *competit.* In vna † tamen re, ſeruitus cum ſit indiuiſi-
70 bilis, non poſſet pro parte adquiri, & pro parte non *ff.de ſeruitu.l.pro parte.* & *l.via.* licet ad certã partem fundi quandoque reſtringatur: *ff. de ſeruitu.l.quinta.* §. 1. & *l.* ſequẽti. ſecundum *Anto.de Butrio* in dicto *cap.ſignificante.extra.de app.in* 1. *oppoſitione. Doct.in l.ſi ſeruus ſeruum.* §. *ſi fornicarius*, quæ-
71 runt † de hac quæſt. an ſit licitum cuicumque facere furnum vel molendinum? Reſpondeo quod ſic dum tamen non ſit aſtrictus alibi molere: arg. dicti §. cum ſit licitum in ſuo facere quod velit, dum tamen alteri non noceat: & etiam ſi noceat, dum tamen in alieno aliquid non admittat: *C.de ſeruit. & aqua.l.præſes.* ℣ determinatur per viã brocardicam poſitam ff. *de aqua plu.arc.l.* 1. §. *idem ait Labeo.* latius tamen vidiſti per *Anto.de Butrio.* In
72 Cathalonia † dominus Rex prætendit flumina eſſe de ſua regalia, & non permittit fieri in eis molendina ſine licentia, & idem de furnis publicis, vide in vſat. *Strata, via publica.* & quæ ibi ſcri-
73 pſi. Sed † quæro an quis poſsit ædificare in ripa quæ adhæret prædio vicini cauſa faciendi reſclauſam molendini? Caſus eſt quod non: *ff. de vſufruct.l.vſufructuarius nouum*, quia proprietas ripæ pertinet ad dominum prædij: vt *l.ripam. ff. de rerum diui.* quod dic per *Bar.* in dicta *l. vſufructuarius.* & plenius *ff.de fluminibus.l.* 2.

Vt cauſa criminalis per reſcriptum vltra duos mẽſes nequeat impediri. Cap. XXIIII.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa criminalis per reſcriptum vltra duos menſes impediri non poteſt. declaratur nu.* 2. 3. 7. & 9.
4 *Rex an concedere poſsit guidaticum vel ſuperſedimentũ in cauſa alicuius priuati, & an de facto conceſſum teneat.*
5 *Fides licet dari non debuerit, data tamen ſeruari debet.*
6 *Proceſſus delati vbi eſt factus in curia Principis, & poſt receſſum à loco redit ad ordinarium, an eo in caſu Rex inhibere poſsit ordinario.*
8 *Decretum legati an liget ignorantet. remiſsiue.*
10 *Ordinarius iudicare debet ſecundum iura patriæ & in ſubſidium ſecundum canones & leges.*
11 *Ordinarius licet pendente dilatione duorum menſium procedere nequeat contra delatum, procedere tamen poteſt in eius fauorem. & interim recipere teſtes infirmos, vel qui ſunt de receſſu in fauorem rei. nu.* 12.
13 *Conſtitutio nouiter facta ſumit vigorem poſt duos menſes à die publicationis. fallit nu.* 14. & 15.
16 *Conſtitutio non ligat probabiliter ignorantem.*
17 *Iudices regulariter debent crimina punire, & non referre. declaratur nu.* 21.
18 *Cauſa nobilium, in quibus agitur de grauioribus criminibus, ſunt Principi reſeruata ex ſua regalia.*
19 *Iuriſdictio ad Principem deuoluitur in cauſis maioribus per ſolam appellationem, nulla cauſa grauaminis adiecta.*
20 *Cauſa maiores ſunt proprie Principis, & non inferiorum.*
22 *Delictum grauius quod dicatur. remiſsiue.*

PRouehim, ordenam, & ſtatuim. Caſus. Quandocũque † dñs Rex, eius Primogenitus, & Guber-
1 nator, eiuſque vicesgerens in Cathalonia motu proprio, vel ad fiſci aut alterius inſtantiam reſcripſerit, vel mandauerit ordinario, vt proceſſum alicuius delati ſibi mittat, eidem inhibendo ne interim in aliquo procedat contra ipſum delatum; ſi ex quo tale reſcriptum vel præceptum ipſi ordinario intimatum fuerit infra duos menſes, ex tunc proxime ſequentes, non fuerit per dictum dominum Regem, aut alios prædictos iterum reſcriptum de ſua intentione, poterit ipſe ordinarius lapſis ipſis duobus menſibus, & tenetur procedere in cauſa ipſa iuſtitia mediante, prout poterat antequam dicta inhibitio emaneret. Et extenditur ad pendentia præſens cõſtitutio. Hoc dicit. Sequitur in text. *Gouernador portants veus*, niſi hoc † fuiſſet expreſſum, videbatur
2 quod Gubernator & vicesgerens exiſtens extra Vicariam non poſſet talem inhibitionem facere, vt ſupra *coll.* 6. *in curia Cerueriæ c. præterea quia per reſernationes.* vide quæ ibi ſcripſi. Imo nec forſan hodie de iure poſſet Gubernator exiſtẽs extra, quia iſta conſtitutio quoad ipſum Gubernatorem videretur debere tantum intelligi quãdo eſt infra Vicariam, vt vitetur correctio dicti *cap.præterea quia*, &c. & hoc ſonat littera quæ ſequitur *hauent poder*, non enim hic datur noua poteſtas, imo data reſtringitur. Secus tamen ſeruatur de conſuetudine inconcuſſe, quia etiam vicesgerens, ſicut & dominus Rex quotidie facit tales inhibitiones, & ſeruantur per duos menſes, iuxta formam huius conſtitutionis, & ſic minime ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt: *ff.de legi.l.minime.* Sequitur in text. *ſera reſcrit, o manat*, intellige, ſcilicet, ſemel
3 tantum † in qualibet cauſa, non enim credo, quod ſæpius in eadem cauſa poſsit fieri iſta inhibitio, quia cum iſta conſtitutio ſit odioſa, & per eam limitetur *cap. curiæ Regis Martini*, ſupra *colla.* 8. *c. Itẽ ſenyor quels Cancell.* §. *è que en tal ſpatxamẽt*, debet reſtringi ad ſemel tantum in qualibet cauſa, ne per indirectum ſæpius taliter inhibendo poſſet delati iuſtitia impediri contra dictum *cap. Item ſenyor quels Cancell.* &c. & quæ ibi notantur; quia non eſt credendum, quod illud tam ſalubre capi-

capitulum vnico verbo huius cõſtitutionis tollatur; arg. *l. ſi quando. C. de inoffi. teſt.* & non eſt nouũ, vt tot poſteriores leges ad priores trahantur, & è conuerſo, vt *ff. de legibus. l. non eſt nouum.* cũ ſequentibus. Et ſufficit ſemel; vt *C. ſi ſapius in inte. reſti. poſtu. l. fi.* & *de inr. dele. l. ſcimus. §. & hæc quidem. verſ. indulgemus.* ibi, *ſemel etenim & non ſæpius ea peti concedimus*, vide ibi *gloſ.* & *Doct.* Item quia per iſtas inhibitiones, ſi pluries fierent, tateretur de facili inſtantia in peremptionem per *cap. à remoure.* ſupra *ead. colla.* Sed † an dominus Rex poſſit concedere guidaticum. vel ſuperſedimentum 4 in cauſa alicuius priuati; & ſi forſan conceſſerit, teneatur illud ſeruare; & an reuocare poterit ante tempus guidatico præfinitum? Reſpondeo quod non debuit concedi in præiudicium *c. curiæ Regis Martini.* Sed conceſſum ſeruare debebit 5 per vſat. *Quoniam per iniquum.* quia † fides data licet dari non debuerit, data tamen ſeruari debebit: 23. q. 1. *cap. nolo.* & dixi ſuper dicto vſat. verũtamen, quia tale guidaticum fuit contra ius, & dictũ cap. curiæ iuratum, & nõ valet; vnde debet reuocari data congrua dilatione ne guidatus decipi valeat, & ne iuſtitia impediatur, ita vidi iudicari in conſilio Regio. Sequitur in tex. *que tremeta lo preces*, intellige, ſcilicet eius proceſſus copiam fidem ferẽtem, clauſam, & ſigillatam; quia originale non debet extrahi extra Vicariam, ſed debet remanere in curia ordinarij: vt ſupra *ead. c. tollentes lo abus*, alias ſi originale mitteretur, quomodo lapſis duobus menſibus procederet ordinarius, quod vult præſens conſtitutio? Iam enim poſſet proceſſus originalis, ſi mitteretur extra Vicariam, retineri, & cauſa prorogaretur plus debito contra ſeriem atque mentem huius cap. & ſupra *ead. cap. à remoure*, & iuſtitia impediretur contra dictum *cap. curiæ Regis Martini*, & ſic per indirectum cauſa criminalis à Vicaria extraheretur contra *cap. volents.* ſupra *ead.* & (quod peius foret) forſitan perderetur contra *c. 9. §. Et caueat* 6 *ſcriptor.* ſupra *colla. 4. in 1. curia Barcino.* Sed † ecce proceſſus delati eſt factus in curia Principis, qui cum recedit à loco, vadit ad ordinarium, an hoc caſu poterit fieri hæc inhibitio, ſicut fecit Regina tutrix de proceſſu *de meſſen Copons*, fuit dictum quod non valuit, quia ceſſat cauſa recognoſcendi proceſſum, quem ipſa fecerat; & ita intelligatur de proceſſu ordinarij. de quo Princeps vult informari, cogitandum eſt, quia tex. nõ ita clare loquitur; ſed credo quod dolus ſemper ceſſare debet, maxime in Principe: vt in vſatic. *Quoniam per iniquum.* Sequitur in tex. *de algun delat.* Nota ex hoc verbo hanc conſtitutionem loqui, & debere intelligi & ſeruari tantum, in cauſis criminalibus, ſecus in ciuilibus, etiam ſi fuerint pacis & treugæ; quia littera dicit, *de algun delat.* Et dic, delatus, ſcilicet, de crimine criminaliter intentato, ſiue per viam accuſationis, inquiſitionis, vel denunciationis: quia iſtis modis defertur aliquis apud curiam de crimine inculpatus, vt *extra. de actu. cap. ſuper.* & in conſtitutione *à remoure*, poteſt etiam intelligi de delato in cauſa fiſcali, iuxta materias *C. de delatoribus. li.* 10. & *tit. de his qui ſe deferunt. eod. lib.* 10. Sequitur in text. *que ſi dins dos meſos apres del dit manament, o inhibicio, o preſentacio*, dic, ideſt, præſentatio, quaſi dicat fore duos menſes iſtos poſt præſentationẽ 7 mandati, † inhibitionis, vel reſcripti computandos, quia ante ipſam præſentationem non poſſunt currere ipſi duo menſes, nec ligaret ipſa inhibitio ignorantes, etiam ſi forſan eſſet appoſitum Principis decretum, cum clauſula, *decernentes ex nunc irritum*, &c. Et hoc dico verum in Cathalonia, in qua Princeps non vtitur ex plenitudine poteſtatis abſolutæ, ſaltem in his quę ſunt contra vſaticos Barcinonæ, & conſtitutiones Cathaloniæ, quia habet dominus Rex ſeruare vſaticos, & conſtitutiones, & indicare per directum; vt vſat. *Alium namque*, & in conſtitutione *Cernariæ cap. in primis.* & ſupra *colla. proxi. cap. per tal que les leys.* cum ibi notatis, & infra *colla. proxi. c. vlt.* vide ibi. Non obſtant iura communia canonica & ciuilia, quæ videntur velle contrarium: vt *extra. de conce. præ. cap. quia cunctis.* cum ſimilib. *lib. 6.* & *l. extrauag. domini Henrici Imperatoris*, quæ incipit, *ad reprimendum.* & ibi *Bar.* ſuper verbo *ex nunc.* & vide notata per *Ioan. de Imola in Clem. volẽtes. de hæreticis. in gloſ. 1.* ſuper verbo *ex tunc*, quia non vtimur legibus & canonibus, niſi in ſubſidiũ, prout continent æquitatem & bonam rationem: vt ſupra *colla. 8. c. Item ſenyor quels Cancell.* vide quæ ibi ſcripſi, & infra *colla. proxi. c. vlti.* & adde quæ dixi ſupra *colla. proxi. c. quia quandoq. cõtingit.* 8 in fin. ſuper verbo *decernimus irritum.* An † autem decretum legati liget ignorantes, vide *Henr. extra. de iure patro. cap. cum dilectus. in vlti. diſt.* Sequitur in text. *no hauria reſerita ſa intencio al dit ordinari*, &c. Hic à contrario ſenſu videtur, quod ſi 9 dominus † Rex, Primogenitus, vel Gubernatores prædicti infra dictos duos menſes reſcripſerint de eorum intentione, quod ordinarij, quibus ita reſcribitur, teneantur procedere iuxta intẽtionem reſcribentis: quod credo verum, ſi ſecundum iuſtitiam reſcribat: argum. *extra. de fide inſtrumentorum. cap. paſtoralis*, vel ſaltem quod reſcribitur non ſit contra iura patriæ, & alia, quibus iudicandum eſt iuxta dictum *cap. curia Regis Martini. Item ſenyor quels Cancell.* alias ſecus: debet 10 enim † ordinarius iudicare ſecundum iura patriæ, & in ſubſidium ſecundum canones & leges, quæ ſunt iura communia, æquitatem & bonam rationem, vt legitur & notatur ſecundum ſcripta per me in proxi. dicto *cap. curiæ*, & in *curia domini Ferdinandi cap. per tal que les leys de la terra.* & ſupra *ead. iſta colla. cap. aſſats es coſa ridiculoſa.* & latius infra *colla. 11. cap. confirmants, loants, & approbants*, non obſtante quod Princeps vel alius per pragmaticam, aut alias aliter reſcripſerit, vt in *auth. de iudicibus. §. noſtros. verſ. omnis autem iudex. colla. 6.* vide ibi. Sequitur in tex. *puſque & ſia tenguts*

Digitized by Google

gnt procehir,&c. ſubaũdi, ſiue fuerit inquiſitio ex officio, ſiue ad inſtantiam partis alterius agentis vel defendẽtis, ſeruato debito & ſtylato ordine, iuxta cauſæ ſeu criminis qualitatẽ,& modũ agẽdi vel procedendi,iuxta notata ſupra *ead.c.a re*
11 *moure*.Sed†quia littera ſupra dixit,quod pendẽte inhibitione duorũ menſium non procedatur contra delatũ,quæro,an poſsit procedi in eius fauorẽ,puta abſoluendo?Et videtur ꝙ ſic,à contrario ſenſu ; ꝙ forte verũ, niſi ex ſerie inhibitionis aliud apparuerit de mente ſcribẽtis, & ita practicatur,& ſic minime ſunt mutanda,&c. *ff.de legib⁹. l.minime*.facit ꝙ legitur & notatur in *Cle. multorũ.extra.de hareti.* vide ibi *glo.Sed nunquid pro eis.* quæ eſt poſita ſuper verbo *contra eos*. Interim vero inferior tenetur ſeruare inhibitionẽ Principis,vel eius gubernatoris, maxime ſi eſt appoſitũ decretũ , *decernentes irritum*,&c. & auferendo poteſtatẽ faciẽdi contrariũ.de quo vide per *Bar. in extranag.quoniã nuper*.ſuper verbo *mille librarũ*.
12 Si†vero delatus vellet pro ſui defenſione producere teſtes infirmos,vel abſuturos;credo quod deberent reciꝑi,iuxta *c.quoniã frequenter extra.vt lite non conteſtata*. Sequitur in tex.*cõpendre les cauſas ara pẽdẽts*.ſuper hoc vide quæ dixi ſupra *ead. c.hauents acor*.in fi.& in alleg. *c.à remoure*, cũ ſuis concor.de hoc etiã vide notata per *Bar. in extranag.ad reprimendum*. ſuper verbo *ex nunc*. & ſuper verbo *ad præterita*.vide in *Cle.1. de re.ec.nõ alie. in*
13 *glo.penult.extr.de conſti.c.2.& vlt*.Nam†regulariter lex , & conſtitutio nouiter facta ſumit robur & vigorẽ ſuum ſolũ poſt duos menſes à die publicationis,vt in *auth.vt facta noua conſti.* in prin.
14 *coll.9*.fallit † vbi aliud tẽpus apponitur,vt hic, & ſupra *ead.c.hauents acor*.vbi de hoc , & *l. ſuper ſermis.C.qui mili. non po*. Tamen quando ſunt late
15 ſuper†priuilegijs concedendis vel tollẽdis, ſtatim ſumunt effectũ ſuum ex quo publicatæ fuerunt:vt *C.de decurio.l.diuæ memoriæ. lib.*10. vbi de hoc per *Ioan.de Platea*,quẽ vide latius *de ſtatutis à quo tempore ligent*.de quo etiã per *Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure*.& per *Canoniſt. extra.de poſtulata.c.*1.& *de conſti.c.vt animarũ.lib.6*. Sed tamen
16 conſtitutio † non ligat eum qui dilucide ſuam ignorantiã probat: *extra. de conſti. c.*1. adde infra *col.proxi.c.les cauſes dels pubills.§.volẽts & ordenãts*, ſuper verbo *mas encara a les preſents & pendents eſſer ſteſa*.vide ibi,& in concor.vide etiã infra *cap.*
17 *proxi*.ſuper verbo *daqui auant* . Et † nota valde, ꝙ regulariter iudices debent crimina punire , & non referre. Fallit tamen in illuſtribus,& nobilibus de grauioribus delictis. Secus tamen de leuioribus,vt *C.de dignita.l.ſi grauius*,& in caſu *eod. tit.l.quotiens.lib.*12.vide *Ioan.de Platea* in dicta *l. ſi grauius*.vbi habes,ꝙ iſti magnates non ſunt etiam pro criminibus à iudicibus incarcerandi,ſed debent cuſtodiri,& eorũ crimina Principi intimari . Et in hoc credo , quod ſit regalia Principis, per quam limitatur præſens conſtitutio,quia habet intelligi in cauſis ignobiliũ ; ſecus quando agitur de graui crimine nobiliũ,quorũ cauſę ſunt Principi reſeruandæ; & per hoc etiã forte limi-
18 tatur *c. volents*. ſupra *ead*.cauſæ † enim nobiliũ, quando agitur de grauioribus criminibus , ſunt ex regalia Principi reſeruatæ;& ſic non dicũtur cauſæ Vicariæ,neq.Baiuliæ.Imo dicuntur cauſæ conſiſtoriales,& regaliarũ,quæ non cõprehendũtur ſub generalibus verbis conſtitutionũ, vt ſæpius dixi,per *c.in generali.de reg.iur. lib.6*. & per notata infra *ead. c.Item per tolre vexacio*. & infra
19 *coll.proxi.c.les cauſes dels pubills*.In iſtis†cauſis maioribus etiã per ſolã appellationem nulla cauſa gravaminis adiecta ad Principẽ deuoluitur iuriſdictio,vt legitur & notatur per *Inno*. & *Hoſt. extr.de app.c.vt debitus*.in fin.& *de bap.maiores*. & per *G.in Spe.tit.de legato.§.nũc oſtendendũ*.vide ibi.
20 Tales maiores† cauſæ proprie ſunt Principis, & non inferiorũ , & ideo non poſſunt dici proprie eſſe cauſas Baiuliarũ vel Vicariarũ. Audiui quod dominus Rex Petrus X. dixit, quod male fecit Gubernator,quia honorabilẽ Petrum Sordomicellũ delatũ de graui crimine dedit iudicio procerũ Barcino. & decapitauit eum inconſulto ipſo Rege,qui erat tũc in villa Granulariorũ. Et forte fuit culpa aſſeſſoris: vt *l.2. ff. ꝙ quiſq.*
21 *iur*.Vnde† diſtingue, aut agitur de crimine cõtra nobiles,aut contra ignobiles.Primo caſu,aut agitur de graui crimine,& tunc debent Principi referri crimina,ſecus de leuibus,vt dicta *l. ſi grauius*.à cõtrario ſenſu,& in caſu dictæ *l.quotiens*,&
22 quod † dicatur grauius delictũ,dicit ibi *Ioan. de Platea*,in quo nõ eſt licitũ defendi per procuratorẽ.Aut quæris in ſecundo caſu,& tunc nõ debẽt crimina referri,vt *C.de offi.prafe.prato,Ori.& Illyrid.ſi quos*.in fi. & notat *Ioan. de Platea* latius vbi ſupra.Et ibi nota quod abſoluere tamen poterit,ſic in *Cle. multorum. de hareticis*. & ibi *gloſ*. & *Ioan.de Imola*,niſi vbi expreſſe inhibetur.

De officio & iuriſdictione Baiuli generalis Cathaloniæ & procuratoris Regij Roſsilionis & Ceritaniæ. Cap. XXV.

S V M M A R I V M.

1 *Baiulus Cathaloniæ & procurator Regius Roſsilionis & Ceritaniæ nullatenus iuriſdictione vtantur niſi prout conſueuerunt tempore Regis Petri,& impedire non poſſunt quominus ordinarij cogneſcant tam in ciuilibus quam in criminalibus de lezdarijs & arrendatoribus iurium Regiorum.ratio traditur nu.2. & 3.declaratur u.11.& 12.& quis debeat probare dictum vſum.nu.14.*

4 *Baiulus Cathaloniæ & procurator Regius Roſsilionis, licet non teneant tabulam , poterunt conueniri in curijs generalibus.*

5 *Conceſsio guidatici armorum an valeat.*

6 *Lex ex ſui natura reſpicit ſolum futura.*

7 *Lex cum in præteritum indulget,in futurum vetat.*

8 *Conſtitutio quandoque comprehendit præſentia & futura.*

9 *Officialis factum ſuæ familiæ ſibi debet imputare.& tenebitur de damno, ſaltem in ſubſidium.nu.10.*

Officia

13 *Officia noua creare in loco, vbi non eſt ſolitum, prohibitum eſt.*

15 *Vſus antiquus probatur per libros, acta, inſtrumẽta, & ſcripturas archiui.*

16 *Vſus probandi modus. remiſſiue.*

17 Præter *verbum quandoque ſtat incluſiue, quandoque excluſiue.*

18 Præter & contra *dictiones quãdoq. equiparantur.*

19 *Iuriſdictio ordinariorum eſt maximæ fauorabilis Reipublicæ.*

20 *Baiulus Cathaloniæ & procurator Regius Roſſilionis poſſunt facere Locumtenentes.*

21 *Locumtenens Baiuli Generalis vti non poteſt iuriſdictione, ſi ſit fiſcalis.*

22 *Sententia declaratoria opus non eſt, vbi de iure imponitur pœna priuationis officij ipſo iure, & adijcitur, quod eis non obediatur.*

23 *Verba, ſi fieri poteſt, ſemper debent aliquid operari.*

24 *In pœnam priuationis vbi quis incurrit ipſo iure, & vltra dictam pœnam annullantur acta, nondum lata ſententia declaratoria, acta per talem ſic priuatum ſunt nulla ipſo iure. & ſalarium pro dictis actis nullis an ſit ſoluendum notario. nu. 25. declaratur n. 27.*

26 *Salarium datur propter laborem.*

28 *Sententia declaratoria non requiritur pro imponenda pœna iuris pro facto notorio, ſecus ſi factum non eſt notorium.*

1 A *B ſerie de la preſent conſtitutio inhibim.* &c. Caſus. Prohibetur† Baiulo generali Cathaloniæ. & procuratori Regio Roſſilionis & Ceritaniæ, ne amodo auctoritate ſuorũ officiorũ, aut alias defendãt lezdarios, arrẽdatores iuriũ Regiorũ, aut alios de iuriſdictione ordinariorũ, quorũ foro & iuriſdictioni ſubſunt, ſicut erant antequã eſſent lezdarij vel arrendatores prædicti, tam in ciuilibus quã in criminalibus; declarato tamen, quod Baiulus & procurator prætati nullatenus iuriſdictione vtantur, niſi prout poterant & cõſueuerant tempore dñi Regis Petri III. litteris & prouiſionibus in contrariũ factis, vel fiendis, penitus reuocatis. Contrafaciẽ es ſunt ipſo facto priuati officijs, eorũq. acta omnino decernuntur fore nulla, ſibiq. ab ordinarijs nõ paretur impune. Hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes, ſecunda ibi, *Entes empero*, tertia ibi, *E reuocam*, quarta ibi, *E ſi los deſſuſdits*. Et eſt hæc notabilis conſtitutio, ſed male Gerundæ ſeruata, quia fortan
2 eſt à pluribus male intellecta. ¶ Pro † cuius euidentia debes ſcire quod in ciuitate Gerũdę quouſq. honorabilis Petrus Balleti quõdã Licent in legibus originarius Gerundæ fuit factus Baiulus generalis Cathaloniæ, non fuerat viſum, nec cõſuetum teneri curiam in ciuitate & diœceſi Gerundæ per ipſum Baiulum generalem, vel eius Locumtenentem, licet ſemper fuerit Locumtenens in Gerunda pro colligẽdis iuribus Regijs: attamen non vtebatur aliqua iuriſdictione. Imo ſi volebat exigere lezdarios vel cenuarios domini Regis, faciebat ipſam executionem per ſagiones curiæ Regiæ, & de mandato ordinariorum, & ſic erat inter eos neceſſaria cognitio, quæ fiebat per iudicem ordinariũ Gerũdæ. Sed poſtquã dictus honorabilis Petrus Balleti fuit factus Baiulus generalis, ipſe fecit ſolum Locumtenentem Gerundæ, cui dedit aſſeſſorẽ, ſcribã, fiſcalẽ, & porterium, & curiam conſtituit formatam, vt modo vides: & hæc facta fuerunt regnante domino noſtro Rege Alfonſo III. ante editionem huius conſtitutionis, quæ poſtea emanauit ad reprimendum abuſus dicti Locũtenentis, qui ſuper vna lezda quinquaginta ſolidorum admittit quinquaginta lezdarios ſiue collectores, quos defendebat in armis portãdis, & eos allerebat, & adhuc aſſerit eius Locumtenens eos fore de foro ſuo: ita vt per hoc quotidie moleſtaret officiales ordinarios: & quia non tenet tabulam, non curabat, nec curat eius Locumtenẽs facere iuſtitiam conquerentibus de alijs arrendatoribus, qui in fraudẽ fori ordinariorũ, non propter lucrũ arrẽdamenti in quo plus dant, quã recipiãt, talia arrendamẽta faciebãt; propterea emanauit præſens conſtitutio, ad vitandũ fraudes, quæ nulli debẽt patrocinari, vt dixi ſupra *c. proxi.* ſuper verbo *tota fraus ceſſant*. Sed † etiã poſt factã huiuſmodi cõ-
3 ſtitutionẽ dictus honorabilis Petrus Balleti Baiulus generalis prædictus volens nimiũ ampliare fimbrias ſui officij, impetrauit â ſereniſſimo domino noſtro Rege generalẽ conceſſionẽ guidarici armorũ pro lezdarijs & arrẽdatoribus prędictis, & hac conceſſione guidatici de facto abutuntur etiam hodie, & (quod peius eſt) Locumtenens ipſius Baiuli in ciuitate Gerundæ auctoritate dictæ conceſſionis defendit ipſos lezdarios & arrendatores, contra ſeriem atq. mentem huius conſtitutionis, quæ prohibet ipſis Baiulo generali & procuratori Regio, ne defendant prædictos, vel alios, vt in littera ſequitur; ipſi vero defendentes, & contra hanc conſtitutionẽ facientes ſunt priuati officijs ſuis, & nullatenus debẽt obtemperari. Sed quia (vt dixi) non tenẽt tabulã; ideo tendunt per deuia; & audiui quendã Locumtenentem dicentem, *pos mo a la taula*. Sed licet
4 non † teneant tabulam, poterunt tamen in curijs generalibus conueniri, & loco grauaminis, iuxta notata per *Iacob. de Calic in ſuo Curiali. 7. dubio prin. verſic. quæro nunquid virtute dictæ noſtræ commiſſionis*, &c. Super hoc † quæro, nunquid valeat
5 conceſſio dicti guidatici armorum? Videtur quod ſic, quia infra ſolummodo reuocantur conceſſiones licentiarũ portandi arma factæ & fiendæ per dictos Baiulum & procuratorem, ſecus ergo de conceſſis per Regem. In contrarium videtur, quia ipſa conceſſio ſic generaliter facta per Regem eſt facta in fraudem huius conſtitutionis, & in graue præiudicium Reipublicæ, & contra priuilegia ciuitatis Gerundæ, & tamen fraus ceſſare debet; vt ſupra *cap. proxi.* & ibi nota præterea, quod vna via prohibetur alia via concedi non debet; vt *extra. de reg. iur. cap. cum quid vna via. li. 6.* & ſupra *coll. 6. in curia Perpiniani*

cap.

Digitized by Google

cap. cum non debeat per vnam viam, &c. vide quæ ibi dixi. Quid dicendum? Credo saltem in ciuitate Gerundæ, vbi Iurati ex auctoritate priuilegiorum ordinauerint prohibitiones armorum, quod non suffragetur dicta concessio lezdarijs & alijs prædictis, cum talis concessio non valuerit in præiudicium dictorum priuilegiorum prius impetratorum, & concessorum ob vtilitatem Reipublicæ dictæ ciuitatis. Sed cessante ordinatione Iuratorum, credo quod valuerit, licet in fraudem huius constitutionis emanauerit, quia est præter, & non contra verba istius cõstitutionis, nec contra eius mentem, sed quia est in fraudem & in graue scandalum Reipublicæ, & damnum ordinariorum, deberet illico reuocari: argum. *l. nec damnosa fisco. C. de preci. Imperatori offe.* ¶ Modo his præmissis sequitur expositio litteræ. Super text. ibi, *que da jus anant*, ergo hæc constitutio respicit futura quoad prohibitionem huiusmodi. & hoc † regulare est de natura legis & constitutionis: vt *C. de legi. l. leges.* & *extra. de constitu. cap. rem quæ culpa.* & *cap. fin.* vbi de hoc. Sic è conuerso † cum lex in præteritum indulget, in futurum vetat: *ff. de legi. l. cum lex.* vide quæ ibi notantur. quandoque † vero constitutio etiam comprehendit præsentia & præterita: vt supra *eod. cap. prox.* in fin. & supra *eod. cap. a remotis. §. vlti.* & ibi nota, & in *authen. Et cum de appellatione cognoscitur.* in prin. & §. 1. & ibi notatur *colla. 8.* Sequitur in text. *no de fenen.* Nota quia si contrafecerint, sunt priuati. Sed ipsi vel saltem Locumtenens Baiuli Generalis in Gerũda per suum fiscalem facit illam concessionem Regiam præsentare, & alias defendit dictos lezdarios & alios contra prohibitionem huiusmodi, vt dixi, & † quia ipse Locumtenens hoc videns non prohibet, sic eo ipse facere videtur, & factum suæ familiæ debet sibi imputari, cum teneantur domini saltem ex mala electione, iuxta notata supra *colla. 5. cap. 18. Item statuimus & ordinamus, quod Subbaruli ponantur*, & quia non caret scrupulo societatis occultæ, &c. *extra. de sententia excom. cap. quanta.* cum ibi notatis. quia cum † Locumtenens potuerit, & debuerit prohibere, & non facit, ipse videtur auctor, & tenebitur de omni damno, saltem in subsidium, iuxta notata supra *eod. cap. tollentis lo abus.* & *cap. lo scrima de la tanla.* cum similib. non tamen credo quod incurrant priuationẽ officij per hanc constitutionem, nisi quando ipsimet Baiulus & Procurator seu Locũtenens scienter fecerint contra ipsam cõstitutionẽ; & ita loquitur hic in §. *E sils deffusdits*, &c. Sequitur in text. *o en altra manera.* ex quo videtur, quod † neq. directe, neq. per obliquũ quoquomodo possint, nec debeant defendere, nec iuuare ipsos lezdarios & alias personas, quo minus subeant forũ & iurisdictionem ordinariorũ, quibus suberãt lezdis vel arrendamentis cessantibus, & in hoc sæpissime peccauit & peccat Locumtenẽs prædicti Baiuli Generalis in ciuitate Gerundæ. Et nititur suũ errorem palliare ex tenore cõmissionis officij prædictæ Baiuliæ generalis dudũ factę honorabili P. Sacosta per Regem Petrum III. non aduertentes ad litterã huius constitutionis, quæ † restringit ad vsum tẽporis Regis Petri, quia quod inferius dicitur, *è segons les principals comissions*, restringitur & determinatur per verbũ *vsauen*, quia vsus attenditur quis publicus & notorius fuerat, & non attenditur charta cõmissionis tantũ, quę occulta, vel saltẽ non erat notoria. quoniã potuo quod aliud contineretur in cõmissione quã fuerit in vsu, attamen vsus & non cõmissio confirmãtur per cõstitutiones, & vsus & practica est verus intellectus cõmissionis; & ista cõstitutio venit solũ ad restringendũ officiũ, & nõ ad ampliandũ aliquid vltra vsum tẽporis Regis Petri III. Et hoc patet hic in vers. *Entes empero*, &c. ibi, *no porquen ni atiemptar, exercir, ni vsar*, &c. nõ obstat, vt dixi, quod annectitur ibi, *è segons les principals comissions*, &c. quia ibi debet intelligi restrictiue, & non ampliative, quoniã & tota hæc constitutio venit ad restringendũ, & non ad ampliandũ; & sic mens est potius attendenda quam verba. arg. supra *coll. proxi. c. contra dampna pensa.* cũ suis concor. debet ergo intelligi, quod approbitur vsus tẽporis Regis Petri, qui tamẽ vsus fuerit iuxta formã dictarum principalium commissionũ, quasi dicat, si forte vsus foret vltra illarum commissionum formam, non attenditur, cũ foret abusus & vsurpatio vltra mandatum. Igitur solum debet attendi vsus temporis Regis Petri III. & & non omnis vsus nisi ille qui foret iuxta dictarum commissionum formam. Et audiui quod dictus honorabilis Petrus Balleri posuit ibi illa verba, *è segons les principals comissions*, vt exinde sumeret occasionem ampliandi. Sed salua eius, & quorum interest, reuerentia, illa verba recte (vt dixi) intellecta, non possunt suo proposito, nisi per modum cauillationis, adaptari, præsertim quia iurè patriæ erat † prohibitum creare noua officia in loco vbi non erat solitum, vt infra *eod. cap. contra constitucions.* & vsus contra tenorem commissionis erat nullus, & potius diceretur abusus, & factum vsurpatum quod non inducit præscriptionem: 93. *di. cap. aliud ergo*, quod littera dicit, *sino en & per la forma & manera que vsauen*, &c. subaudi, *è segons les principals comissions*, quasi dicat, qui vsus tamen esset secundum formam commissionum illarum; secus si vsus foret extra illarum formam, & hic sensus clarus & optimus est, licet aliquando viderim super his trepidari à multis, contra quos est supra *collatione 6. in curia Perpinani cap. quia per aliquos*, & ibi notatur, & *extra. de simon. cap. & si quæstiones*. Et parum aliud restaret hic scribere, cum super intellectu præmissorum pendeat tota vis huius constitutionis. Sed tamen pro maiori clarificatione quæro, † quis habebit probare dictum vsum fuisse in loco tempore Regis Petri Tertij prædicti?

Et videtur quod Baiulo Generali, Procuratori Regio & Locatenenti eorum, cuicũque asserenti ipsum vsum, quia ei qui dicit incumbit probatio; vt *C. de proba. l. actor.* secus in eo qui dicit ius, quia neganti ius etiam incumbit probatio: vt *l. ab ea parte. ff. de proba.* vide quæ ibi notantur, & in *l. circa.* & dicta *l. actor.* pro hoc facit ista littera, quæ loquitur negatiue, scilicet, *no pusquen, ni atentẽ exercir, ni vsar de iurisdictio, sino en & per la forma è manera que vsauen*, &c. ergo patet ex hac littera, quod si voluerint vti ipsa iurisdictione, habebunt probare vsum dicto tempore fuisse, si hoc in contradictionem deduceretur. Et hoc satis faci-
15 le † probabitur per libros, acta, instrumenta, & scripturas archiui: *extra. de probat. cap. cum causam.* & ibi *Henr.* Super hoc vide quæ notantur in simili supra *in curia 2. Barcinona collat. 2. cap.*
16 *statuimus itaque.* in fin. & de modo † probandi ipsum vsum, vide *ead. curia.* & *collat. 2. cap. idcirco nos Rex. versic. ita quod vsus priuilegiorum*, &c. Et prædicta credo vera, nisi forsan quando ex præsumptione longæ possessionis, seu quasi ipsius vsus, transferretur onus probandi in aduersarium negantem vsum, & dicentem aliter vsum fuisse. & hoc quando ille quasi possessio foret, & pacifica, & alias non contradicta: quia Gerundæ satis fuit contradicta, & deducta in grauamen curiæ, vt audini. Sequitur in textu, *E reuocam*, &c. ibi, *vltra les principals comissions demunt dites*. Hic habes reuocationem prouisionum. Et
17 istud † verbum *præter*, quod sonat idem quod verbum *vltra*, quandoque tenetur inclusiue, quãdoque exclusiue, inclusiue tenetur, vt *ff. de pig. ac. l. 2.* in fin. *ff. de procura. l. sed & Henricus. §. præter satisdationem. & l. Pompo.* & *ff. de vsu. & ha. l. plenum. 22. quæst. 5. cap. non est nouum. 8. quæst. 3. cap. Artaldus. 16. quæst. 2. cap. Eboracen.* Exclusiue vero tenetur: vt *extra. de Summa Trinitate & fide Catholica. in Clem.* ibi, *præter id quod teste Apostolo.* & *ff. de dinor. & repu. l. nullum.* & *ff. soluto matrimo. l. filio. §. vltim.* & *de le. 1. l. si ita*. Interdum *præter* ponitur pro *contra*, vt *C. ad l. Iul. de vi. pu. l. fin.*
18 Interdum † hæc duo *præter* & *contra* videntur æquiparari: vt *de elec. cap. super lib. 6.* & *extra. de maio. & obe. cap. dilecti.* vbi de hoc. & *de rescriptis cap. causam.* & *de offic. dele. cap. prudentiam. 1. rubr.* & vide *de elect. cap. si propter.* & etiã plene notatur per *Archi. 13. quæst. 2. cap. Ebron.* per *Innocent. de elect. dudum 2.* per *Ioan. An. de testi. cap. dilectorum. de præben. cap. 1. lib. 6.* & in præalleg. *cap. prudentiam.* & per *Ioan. Cald.* in præall. *cap. dilectorum.* & *de offi. ordi. cap. dilecti.* His præuisis quæro, qualiter dictio ista *præter* teneatur hic? Respondeo. Quidam dicunt, quod teneatur inclusiue, quasi dicat, Réuocamus etiam principales commissiones. Dic contra, quia imo tenetur exclusiue, quasi dicat, illas principales commissiones non reuocamus, quoniam vbicumque id quod sequitur post ipsam dictionem *præter*, iam de sui natura includeretur in præcedentibus, vt hic, tunc tenetur dictio *præter* exclusiue: vt in dicta *Cle. de Summa Trinit.* cum suis concordantijs, quia si nil esset dictum expresse de dictis principalibus commissionibus, viderentur reuocatæ, præsertim, quia præcesserit dictio vniuersalis *totes & qualsseuol*, &c. præterea superius dixit, *è segons les principals commissions*. Nota tamen quod per hoc non statuitur hic de nouo quod Baiulus & Procurator prædicti possint vti iuxta illas principales commissiones, nisi quatenus vsi fuerint tempore Regis Petri Tertij, vt dictum est. Potest enim esse quod tempore Regis Petri non ita late vtebatur sicut in dictis principalibus commissionibus continebatur, imo non sine iuris mysterio in littera fuit appositum, *sino en & per la forma que vsauen en temps del Rey en Pere*, &c. ita quod habet considerari vsus ad quem debet restringi iurisdictio istorum Baiuli & Procuratoris, & hoc nota. Sequitur in textu, *encara totes licencias de portar armas, & exempcions per los dits Batlle, è Procurador real atorgades, & atorgadores*. Hic videretur, quod olim ante huiusmodi constitutionem, isti domini Baiulus Generalis, & Procurator Regius poterant concedere licentias portandi arma & exemptiones à foro ordinariorum, quod tamen est hodie prohibitum hic. Sed (vt dixi) quoad licentiam armorum fuit reperta via contra mentem curiæ & constituentium hanc constitutionem. Verumtamen dictus honorabilis Petrus Batleti, qui erat subtilis iurisperitus, & nitebatur valde ampliare suum officium, quod est satis magnum, valde derogauit iurisdictioni ordinariorum, quorum iurisdi-
19 ctio est multum fauorabilis Reipublicæ, maxime quia sunt astricti ad tabulam, & obseruant ordinem iuris, & sunt temporales, & non est tutum animæ vnum discooperire altare propter cooperiendum aliud, maxime in damnum, & oppressionem populorum, quia bonum quanto communius, tanto melius: & quia totum est domini Regis, credendum est quod ipsi multum placet iura sua vnicuique seruari; quia summum bonum est colere iustitiam in terris: 12. *quæst. 2. cap. cum dilectissimam.* ergo facere iniustitiam, & oppressionem populorum est summum malum, quia contrariorum est eadem disciplina, & iusta facientes iusti sumus: vnde custodiat vnusquisque iustitiam, si saluam cupit facere animam suam: quid enim proderit homini si vniuersum mundum lucretur, animam vero perdat? *extra. de simon. cap. Matthæus.* Sequitur in textu, *E si los dits Batlle General, &*
20 *Procurador real, e lloctinents*. Nota † hic Baiulum, & Procuratorem prædictos posse fa-
21 cere Locumtenentes. Nota † tamen quod isti Locumtenentes non possunt vti iurisdictione, si sint fiscales: vt supra *collatione quinta, capitulo nono, Item statuimus, & prohibemus*. vide quæ ibi dixi. Sequitur in textu, *sien priuats ipso facto de lurs officis*. nota hic iuncto fine, ibi,

e no

Digitized by Google

è no sien obtemperats per los officials ordinaris. quod
22 quando † à iure imponitur pœna priuationis officij ipso iure,& adijcitur, quod eis non obediatur,quod tunc non est necessaria sentẽtia declaratoria pœnæ priuationis, quoad hoc,vt tali priuato nõ pareatur impune. vt hic,& infra *cad. c.Item per tolre vexacio*, vbi permittitur reuelli cõmissarijs:tutius tamen reputarem declaratoriam ferri,ad vitandum scandalum:& vide quæ infrà dixi,secundum *Ant.de But.in c.peruenit.extra.de app.*& faciunt hæc ad *pragmaticam Regis Ferdinandi.* supra *collat.proxi.c.quoniam legum fructus.* in fin. Et per hæc etiam possunt limitari notata supra *collat.proxi.c.per obuiar.* super verbo *que aytal official sia priuat.* vnde nota quod ista verba hic in fine præsentis constitutionis adiecta, *è no sien obtemperats*, &c. & in quædictis iuribus pro concor.alleg. perinde sonant,ac si diceretur, sint ipso facto priuati, ac si per sententiam priuati forent;ita quod non sit necessaria sententia declaratoria;habent enim ista verba aliquid operari, & addere ad verba, *sint ipsõ facto priuati.* quia si in casu præsentis capituli,& similibus,vbi dicitur, quod non obediatur eis,esset necessaria sententia declaratoria,frustra esset adiectum,quod non obtemperetur,& tamen vnum verbum non debet vacare,neque esse superfluum in lege & iure, quia reiectis superfluis,vt in proœmio Gregoriano. cum similibus,& supra *cad.cap.la superfluitat dels aiguzirs*,
23 verba †enim,si fieri potest,semper debent aliquid operari: vt *l. si quando ff.de legatis tertio.* Facit quod notatur in simili *ff. qui satisdare cog. l.* 1. *§. satisdatio.* Verum † quia hic vltra
24 pœnam priuationis annullantur acta, est casus quod vbi quis incurrit pœnam priuationis ipso iure,etiam nondum lata sententia declaratoria, acta per talem sic priuatum sunt ipso iure nulla, sic inira *cad.cap.al altres*,& melius in *cap.aquells mateixos.* vide quæ ibi scripsi, vide & adde quæ scripsi infra *cad.cap.contra constitutions.* & *cap.Item per tolre vexacio.* & in *pragmatica Regis Ferdinandi*, quę incipit, *quoniam legum fructus.* & adde *Ioan.de Platea. C.de thesaur.l.* 1. *lib.* 10. Et hoc credo verum saltem in præiudicium ipsius priuati officialis, ac etiam in præiudicium partis,in cuius fauorem taliter deliquerit. Secus forte in præiudicium aduersarij,quem læserit: argum.eorum quæ leguntur & notantur supra *collat.6. in curia Montissoni cap.in sententijs.* in fin. & etiam secus fauore Reipublicæ per *l.Barbarius.ff.de offic.præto.* & notatur *extra.de fide instrumentorum. cap. contingit.* & 3.q.7. *§.tria.* & *extra.de elec. cap. querelam*. Et ita videtur quod vbi ipso iure pœna infertur ex ipso genere non requiratur alia sententia,& consequenter nec denuntiatio,nec monitio. Sed dicunt quidam quod non spectatur sententia, sed bene spectatur denuntiatio, vt illius executio, & in hac non requiritur citatio: alij tamen dicũt quod non est necessaria sententia, si tamen promulgatur in illa vt concurrẽte cũ iure non est necessaria acta citatio. Et hæc vera in quantũ promulgat sentẽtiã super pœna vel iure, vel denuntiac. Sed si aliter vellẽ exequi vbi oportet factum declarari,à quo pœna surgat,oportet quod in ipsa declaratione interueniat citatio: vt *ext.de hæreti.c.cũ secundũ.* & notat latius *Ant.de But. extr.de app.c.reprehensibilis in 3.op.* Sequitur in tex. *E totz actes que apres faran sien nulls.* Nota pro his quæ statim dixi. Itẽ nota,ꝙ hæc littera dicit, *apres faran*:quia de actis factis cõtra prohibitionẽ, propter quę faciẽdo ipso facto pœnã priuationis quis incurrit,loquũtur & debẽt intelligi dicta statim. Secus de alijs quæ postea agũtur per talẽ officialẽ postquã iam incurrerit pœnã priuationis officij:quia illa acta postea secuta tanquã gesta per priuatũ,sunt omnino nulla;& ita loquitur hic dũ dicit, *totz actes que apres faran*,&c. Sed pone,ꝙ post
25 dictam priuationẽ incursam fiunt per dictum sic priuatũ acta quæ sunt ipso iure nulla per hanc cõstitutionẽ,numquid notarius & scriptor talium actorũ sic nulliter factorum,poterit exigere salarium ipsorũ actorum sic nullorũ? Videtur quod sic;quia notarius vel scriptor suum exhibuit officium & laborem:ergo *dignus est mercenarius mercede sua*, vt in Euangelio Lucæ *cap.* 10. & *os bouis triturantis aligari non debet.extra.de præben.cap.ex-*
26 *tirpandæ.* cum similib. & † salarium datur propter laborem: vt supra *collat.proxi.cap.E los aduocats*,& ibi dixi super verbo *salari & treball.* cum suis concord. In contrarium videtur, quia cum acta ipsa sint omnino nulla,nullum debent parere effectum, ergo pro ipsis actis nullis agi non possit,nec salarium peti. Facit in argum. *regulæ iur. non præstat impedimentum quod de iure nullum*
27 *sortitur effectum.lib.* 6. Solutio. Dic, aut notarius vel scriba fuit in aliqua culpa,conficiendo scienter talia acta nulla per priuatum ipso iure gesta, & tunc habet quod sibi imputet, & nullum gessit vtiliter negotium partium litigantium, & tunc nullum potest petere salarium à partibus, quæ in nulla culpa fuerunt. Si vero ignorauit illum fore priuatum; & iustam ignorantiam habuerit, tunc à parte, ad cuius instantiam acta illa si nulliter gesta fuerunt, salarium petere poterit,quia licet acta fuerint nulla, attamen labor ex quo salarium debetur, non fuit nullus, sed à parte altera quæ non petijt fieri acta illa, nil petere poterit, quia nullum eius negotium gessit.Sed in omni casu tenebitur officialis ille sic priuatus de his quæ sic nulliter gesserit, quia iniuste læsit partem, saltem in expensis, iuxta notata supra *collat.6. in curia Montissoni cap. indires tabule.* vide & adde quæ dixi supra *cad. cap. lo scrina de la taula. §. E si fahien lo contrari.* & *§. E auradint mes auant*, &c. Sequitur in textu, *E no sien obtemperats per los officials ordinaris*. repete quæ dixi supra in verbo *sien priuats ipso facto.* Sed quid est hoc quod dicit hæc littera, *per los officials ordinaris*, numquid alij tenebuntur obedire? Videretur quod sic à contrario sen-

ſu: & arg. c. nonne. extra. de præſump. Sed valde ſequeretur abſurdum, quod ab alijs obediretur, & ab alijs non: vnde ſupple hic, maxime: vel quod hic dicit, *no ſien obtemperats per los officials ordinaris*, quaſi dicat, illi officiales ordinarij etiam de facto poterunt reſiſtere in hoc caſu: argum. infra *ead. cap. Item per tolre vexacio*. Alij autem non officiales licet non teneantur parere iſtis Baiulo Generali & Procuratori ac Locumtenenti. ſic per hanc conſtitutionem priuatis: tamen non debebunt facto reſiſtere, niſi forſan in caſibus aliis à iure permiſsis. de quibus vide infra *ead. c. Item per tolre vexacio.* prælegato, & ſupra in *pragmatica domini Regis Ferdinandi cap. quoniam legum fructus. collat. 9.* & adde notata per *Anton. de Butrio. extra. de app. cap. reprehenſibilis. in 3. op.* & per *gloſ.* & *Doct. in cap. cum ſecundum. de hæreticis. lib. 6.*

28 Item nota, † quod imponenda pœna iuris ad factum notorium actu permanentis non requiritur ſententia. ſed ſtatim poteſt pœna imponi abſque aliqua declaratione, ſecus ſi factum non eſt notorium. *extra. de app. cap. peruenit. in primo.* & ibi nota *Antonium de Butrio.* & hoc eſt valde notandum ſuper iſtis conſtitutionibus, quæ tales vel ſimiles pœnas imponunt.

De algutzirijs & ne ſalaria indebita exigant. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Algutzirius non poteſt exigere ſalarium à perſona, quæ realiter & de mandato ſuperioris & eius aſſeſſoris in carcerem miſſa non fuerit. ampliatur nu. 3. & declaratur nu. 5. & 7.*

2 *Algutziriorum numerus. remiſsiue.*

4 *Algutzirius non debet ſine præcepto ſuperioris procedere ad capturam, niſi in fragrãti crimine. & nu. 17.*

6 *Algutzirij non prohibẽtur exigere iuſtum ſalarium in caſibus licitis.*

8 *Captus largo modo dicitur, qui eſt ſub arreſto vel in manulenta.*

9 *Citatio realis eſt, quando quis capitur, vel perſonaliter ducitur ad iudicem.*

10 *De ſalario carcerarij. remiſsiue.*

11 *De ſalarijs portetiorum. remiſsiue.*

12 *Morabatini materia. remiſsiue.*

13 *Salarium algutzirijs datur ratione cuſtodiæ.*

14 *Periculum cuſtodiæ carceratorum eſt algutzirij cuſtodientis, vel ponentis cuſtodiam.*

15 *Depoſitarius tenetur de cuſtodia, ſi inde receperit ſalarium.*

16 *Captus pro crimine an & quando ſit incarcerandus vel vinculandus. remiſsiue.*

18 *Gubernator an poſsit quem capere ſine conſilio ſui aſſeſſoris, & ſic an ex mandato gubernatoris poſsit quis capi.*

19 *Iniuria fit capto, ſi capiatur contra ius vel conſtitutiones Cathaloniæ.*

20 *Maior quanto eſt officialis, tanto magis præcauere debet ab iniurijs.*

21 *Qui tenetur me defendere, non debet me impugnare.*

22 *Prouiſiones, chartæ, & priuilegia emanata contra conſtitutiones & alia iura Cathaloniæ non valent.*

1 MEs auant ſtatuim, &c. Caſus. † Prohibentur algutzirij Gubernatorũ exigere ſalariũ ali quod à perſona quæ non fuerit realiter & de mãdato ſuperioris vel eius aſſeſſoris in carcerẽ miſſa, quibuſcunque prouiſionibus in contrariũ emanatis vel emanandis ipſo iure penitus annullatis. Hoc dicit. Et eſt hæc notabilis cõſtitutio & optima prouiſio. Sed prohdolor quotidie de facto violatur, quia deeſt prouiſio, de qua dixi ſupra *ead. c. al abus dels ſeruans.* ſcilicet, vt algutzirij de ſeruando hanc & alias conſtitutiones, antequam
2 vterentur officio, haberent præſtare iuramẽtum & homagium. Et † de numero algutziriorum vide ſupra *ead. c. la ſuperfluitat.* Et adde quæ ibi notantur, & in concor. Et miror cur dñs meus *Narciſſus de ſancto Dionyſio*, in eius Compilatione, quã fecit de vſaticis, cõſtitutionib⁹, & iurib⁹ patriæ per ordinẽ Codicis Iuſtiniani, non poſuit rubricã de officio algutziriorũ, inter officia curiarum, alias curialiũ, ſicut poſuit de officio poſanderij, & de officio porteriorũ; quia ſaltẽ debuiſſet ponere cum rubrica de officio iudicũ de curia, de quibus dixi aliquantulũ ſupra *ead. c. la ſuperfluitat.* Sequitur in text. *que daqui auant los algutzirs del Gouernador general, & dels portants veus*, &c. vi-
3 des quod nil dicitur hic † de algutzirijs domini Regis: quare de illis videtur ſecus: argum. *l. cum prætor. ff. de iudicijs.* Sed non video cur fuerit diuerſum in eis, quia vtrobique ſubeſt maxime æquitatis ratio conſtitutionis huiuſmodi, quia † nul-
4 lus eorum debet ſine præcepto ſuperioris procedere ad captionẽ, niſi fragrante crimine, & in caſibus, de quibus legitur & notatur ſupra *ead. c. la ſuperfluitat.* & in *curia Regis Ferdinandi. c. als procuradors fiscals*, & ibi dixi. Ergo vbi illicite, & ſine præcepto aliquem capiunt, vel iuſte captum non miſerunt in carcerẽ, & ſic nullum fuerit eorum periculum cuſtodiæ, quomodo habebunt ſalarium quod pro cuſtodia, labore, & periculo cuſtodiæ taxatum eſt? Certe non poſſum videre rationem diuerſitatis, niſi quia ſic placuerit curiæ omittere hic de algutzirijs domini Regis; vel forte algutzirij curiæ domini Regis, cum conſueuerint eſſe milites & homines diuites, nõ conſueuerunt ita ſalarijs abuti, ſicut algutzirij Gubernatorum. vt videmus per experientiã. Sed quidquid ſit, iuſtum, & æquum foret in quolibet algutzirio, & etiã alijs officialibus obſeruari ita ſicut hic ſtatutum eſt. Et cum ſit vtrobique eadẽ ratio, deberet eſſe idem ius, iuxta notata ſupra *collat. proxim. cap. contra in penſa*, quoniam diuerſitatis ratio reddi nõ poteſt, imo idẽ iure eſt cẽſendũ. Sequitur in tex. *no goſen, ni puſquẽ exigir ni pen-*
5 *ure ſalari algũ per ocaſio de gordas*, &c. Nota bene † hic, quia prohibet exigere & recipi ſalariũ ali quod, deſt, aliquo nomine ſalarij; ergo nec eſculẽũ vel potulẽũ etiã ſpõte oblatũ; quia ſi recepe rint, reputabit ad furtũ, & nõ poterũt indo facere

eleemo-

eleemoſynas, & alias tenebuntur reſtituere tanquam de indebitis receptũ, de quo dic latiſsime vt ſcripſi ſupra *colla. 3. c. 2. Itẽ ordinamus & ſtatuimus, quod aliquis officialis*, & adde ſupra *ead. cap. al abus.* ſuper verbo *alguna coſa*. Sequitur in text. *o en altra manera*, ſcilicet, per viam illicitæ extor-
6 ſionis, vel concuſsionis: non † enim prohibentur exigere & recipere iuſtũ ſalarium in caſibus licitis permiſſum & taxatũ: vt infra *colla. proxi. in cõſtitutione cenſualiũ & violariorũ c. 18. Atas cem moltes vegades.* ibi taxatur ſalariũ algutzirij Gubernatoris, videlicet octo ſolidorum Barcinonæ de terno pro dieta; & habet in omni caſu cuiuslibet executionis ſeruari forma dicti *c. 18.* vide & adde quæ ibi dicam Deo duce. Sequitur in text. *de alguna perſona que no ſia meſa realment en preſo.* Nota *de alguna perſona*: quia licet ex debito iuſtitiæ debuerit tradi ad manuleutam ſiue de gratia, iuxta notata ſupra *ead. cap. occurrents a la iuſticia*, & in concor. ibi datis, quæcumque fuerit
7 perſona delata. Attamen † nullum dabitur ſalariũ ratione captionis illis algutzirijs quãdo nõ fuit realiter miſſa intus carcerẽ, & ideo verbũ *preſo*, hic politũ accipitur pro carcere, & ſic ſtricte ſu-
8 mitur, quia † largo modo capt⁹ dicitur qui in arreſto vel in manuleuta poſitus eſt, iuxta notata per *Ioan. de Imol. in Cleimultorũ de hereticis*, & hoc maxime vult littera, quæ dicit *realmen*, quaſi dicat *perſonaliter*, quia talis † dicitur citatio rea-
9 lis, quando capitur & perſonaliter ducitur quis ad iudicem: vt legitur & notatur *ff. de in ius vocando. l. quia plerique.* ¶ Et † de ſalario carcerarij
10 vide ſupra *collat. 4. in 3. curia Barcinonæ cap. 8. Item ordinamus, quod ſalarium carceriariorum.* & in *curia Gerundæ cap. 23. Item ſtatuimus & ordinamus, quod*
11 *carcerarij*. ¶ Et † de ſalarijs porteriorum, vide ſupra in *curia Cerdaniæ cap. ad reprimendum auari-*
12 *tiam.* Et † de morabatino vel ſalario carcellarij algutziriorum domini Regis & aliorum vide ſupra *collat. 6. in curia Cerdaniæ cap. ordinamus etiam, & ſtatuimus, quod alguzirius noſter*, &c. vide & adde quæ ibi dixi, & in dicta *collat. 6. in curia Ilerdenſi cap. corrigentes.* & *collat. 9. curiæ Regis Ferdinandi cap. tollentes lo abus.* Sequitur in text. *E no aura carrech, ni perill de guardar aquella.* Nota & ſi-
13 gna hanc litteram; quia † ratione cuſtodiæ datur hoc ſalarium, quod eſt decem ſolidorum tantum, vt in alleg. *cap. ordinamus etiam, & ſtatuimus,*
14 *quod algutzirius*. Item nota † hic, quod periculum cuſtodiæ delatorum in carcere exiſtentium eſt algutzirij cuſtodientis vel ponentis cuſtodem, vt dixi in dicto *cap. ordinamus.* vide ibi de pœna cuſtodientis incarceratum, ſi aufugerit car-
15 ceratus. Sic † etiam depoſitarius tenetur de cuſtodia, ſi inde recepit ſalarium; vt *extra. de depoſ. cap. bona fides.* vide quæ ibi notantur. Sed an &
16 quando † delatus captus pro crimine ſit incarcerandus, vel vinculandus, dic vt dixi in alleg. *cap. ordinamus*. Sequitur in text. *ne en cura que ſoi meſa en preſo, ſi dons per ordinacio dels dits gover-*

dors, o portants veus, o de lur aſſeſſor. Ex hoc *cap.* iuncto *cap. la ſuperfluitat.* ſupra *ead.* & quæ notantur ibi, & in *cap. als procuradors fiſcals.* ſupra *coll. proxi.*
17 habes, † quod algutzirij & alij officiales ordinarij non debent procedere ad captionem alicuius delati, ſine præcepto ſuperiorum vel conſilio aſſeſſorum, niſi quando reperiuntur in rixa vel crimine fragrante; vel niſi alias forent ſuſpecti de fuga. ſuper quo dic vt dixi latius in alleg. *cap. als procuradors fiſcals.* ſuper verbo *mas fragrant lo*
18 *crim.* &c. ¶ Item etiam nota hic, † quod gubernatores etiam non ſpectato conſilio aſſeſſorum licite faciunt capi perſonas delatorum abſq. cõſilio aſſeſſorum: quod tamen non credo, niſi quãdo alias iuſte timeretur de fuga vel crimine fragrante; quia etiam Gubernatores iurant ſeruare conſtitutiones, quas vix bene ſeruabunt, ſi voluerint procedere in aliquo abſque aſſeſſore: vt ſupra *in curia Gerundæ cap. 20. Item ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod de preſenti.* & ſupra *collat. 8. curiæ Regis Martini cap. Item com poch valria eſtar è fer ordinacions*, quia ibi Gubernator iurat ſeruare conſtitutiones. Sed tamen ibi non aſtringitur ad ſeruandum conſilium aſſeſſoris, niſi in ſententijs diffinitiuis & interloquutorijs tormentorum, vide ibi. Errabit tamen ſæpiſsime, ſi in capiendis perſonis non ſpectet conſilium aſſeſſo-
19 ris, quia † iniuria fit capto ſi contra ius & cõſtitutiones Cathaloniæ capiatur, & poterit de hoc ſyndicari, & formari grauamen in curijs generalibus. vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. proxim. cap. confirmants la conſtitutio*. Et fruſtra videretur eſſe datum aſſeſſorem Gubernatori, ſi abſque aſſeſſore procedere deberet; qui aſſeſſor aſtringitur ſeruare iura patriæ, ſub vinculo iuramenti & homagij, vt in prædicto *c. p. Item com poch valria*. Sed dictus Gubernator ſolum præſtat iuramentum, vnde magis videtur debere ſpectare conſilium aſſeſſoris, qui habet eſſe iuriſperitus, ne pluribus vinculis irretitur. Et
20 quanto † maior eſt officialis, tanto magis præcauere debet ab iniurijs, qui iniuriatores caſtigare tenetur, vt *ff. de offic. præſi. l. illicitas.* & *extra. de accuſa. cap. qualiter*, & *quando. in 1.* & ſupra *collat. proxim. cap. ne ex beneficio.* §. *Et ne in-*
21 *de inſecantur iniuria*, quia † qui me tenetur defendere non debet me impugnare: *extra. de natis ex libero vtere. cap. vno.* Sed prohdolor quanto maiores ſunt iudices, ſæpe maiores iniurias faciunt: quia neminem reuerentur. vide in *authen. vt differentes iudices.* §. *ſi tamen exhibuerit*, ibi enim imponitur pœna capitis officiali opprimenti ſubditos, quos tenetur ab oppreſsionibus releuare. Sequitur in text. *no contrastants qualſevol prouiſions*, &c. *les quals ipſo iure volem eſſer nulles*, hoc ideo
22 eſt, quia non valent † prouiſiones, chartæ, & priuilegia impetrata vel alias emanata contra cõſtitutiones Cathaloniæ, & alia iura patriæ, vt ſupra *collat. 3. cap. 8. Item ſtatuimus & ordinamus, quod aliqua charta.* & *cap. 16. Item ordinamus &*

*ſtatuimus quod priuilegia.*cum ſuis concor.vide & adde quæ ſcripſi in eis,& ſupra *ead. cap. tollens lo abus. §. E ſi algun contrafara.*

De proceſſu fautoriæ eiectorum pacis & treugæ.

Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Rigor eſt generalis ordinatio habẽs vim in differẽtibus ratione. & n.9. vel eſt ſeueritas ſtricti iuris nu. 2.*
3 *AEquitas eſt flexio rigoris ad humaniorem partem.*
4 *Rigor non eſt ius, ſed iuris exceſſus in auſteritate.*
5 *Ius eſt æqualitas ius ſuum cuique tribuens.*
6 *Rigor vel æquitas quando præferatur. remiſſiue.*
7 *Ius, rigor, vel æquitas, quid. remiſſiue.*
8 *Rigor iuris quandoq. debet moderari. & quando rigor æquitati præferatur, traditur ſub diſtinctione ibidẽ.*
10 *AEquitas multum ſeruatur in Cathalonia.*
11 *Baro ſcienter ſuſtinens eiectum a pace an puniatur pœna vſus.* Si quis de magnatibus. *& nu. 12.*
13 *Abuſus ſunt tollendi.*
14 *Conſuetudo non inducitur ex actibus abuſiuis.*
15 *Afflicto non eſt danda afflictio.*
16 *Conſtitutiones nouæ vbi per experientiam videntur malæ, poſſunt reuocari.*
17 *Eiecti nullos debent reperire fautores, ſine quibus diu latere non poſſunt.*
18 *Fauentes eiecto publicato in diuerſa Vicaria an ſint tanquam fautores puniendi per Vicarium Vicariæ in qua facta fuit dicta publicatio. & an per Vicarium in qua fuit facta declaratio eiecti. nn. 19.*
20 *Fautoriæ proceſſus eſt ſequela, & quid acceſſoriũ proceſſus principalis.*
21 *Vicarius an poſſit procedere contra eiectos ex officio, & ad inſtantiam fiſci, traditur. & num. 23. & 24. declaratur nu. 43.*
22 *Contra violatorem pacis & contra eius fautores diuerſimode proceditur.*
25 *Proceſſus fautoriæ non eſt mere ciuilis.*
26 *Fautor eiectorum, eo ipſo quod illis fauet, delinquit.*
27 *Monitio regulariter permittitur, vbi agitur ad vindictam, correctionem, vel punitionem. & iſta monitio an debeat eſſe perſonalis. nu. 28.*
29 *Citari quis non ſufficit ad domum, vt teſtes examinentur ad futuram rei memoriam. declaratur ibidem.*
30 *Monitio debet fieri litteratorie, & quod littera ipſius monitionis ſit patens & non clauſa. & an cuilibet ex fautoribus ſit neceſſarium quod fiat littera, vel ſufficiat vna pro omnibus. nu. 37.*
31 *Dilationes vbi non reperiuntur certæ & limitatæ, ſunt iudici arbitrariæ.*
32 *Fautor vbi citatur in viam pacis & treugæ, debent illi dari quindecim dies. Sed aliter de ſtylo curiæ Gerundæ. num. 33.*
34 *Eiecto an quis fauere poſſit impune monitione non facta.*
35 *Fautor extraordinarie debet puniri per curiam de cõtemptu præceptorum & conſtitutionum.*
36 *Satis deſiſtere dicitur, qui nunquam cœpit.*
38 *Probationes in criminalibus debent eſſe clariores luce meridiana.*
39 *Citanda eſt regulariter pars ad receptionem teſtium.*
40 *In cauſis non modici præiudicij quamuis ſummarie procedatur quoad ordinem; tamen requiritur plena probatio.*
41 *Proteruia & malitia debet obeſſe contumacibus.*
42 *Pertinacia ſumitur in mala parte, ſed perſeuerantia in bona.*
44 *Fautor eadem punitur pœna, qua principalis.*
45 *Contumax monitus venit duriori pœna plectendus.*
46 *Pœna debet commenſurari ex qualitate contemptus.*
47 *Faciens vel conſentiens an plus puniatur.*
48 *Mens legis & conſtitutionis attendi debet.*
49 *Styli curiarum habentur pro legibus.*
50 *Iudex debet ſe informare de ſtylo curiæ.*
51 *Factum contra ſtylum & ordinem iudiciorũ non tenet.*

LA rigor del proces de la fautoria, &c. de materia huius conſtitutionis dixi ſupra *coll. proxi. c. licet præbere fauorẽ*, vide quæ ibi ſcripſi pro declaratione præſentis, quia cum illa fuerit temporalis, & in Latino edita, hæc quaſi eadẽ continet, & eſt perpetua & in vulgari Cathalano idiomate cõpoſita, vt vides. Et ideo non erit neceſſe hic multa ſcribere. Sed ſufficiet remittere ad notata ſupra *colla. proxi. cap. licet præbere fauorem.* Verumtamen ne dicatur hæc nuda relinqui, & quia Deo præuio aliqua vtilia calamo occurrent; ideo ſuper text. paucis agam: argum. *l. 1. ff. de ori. iuris.* Et nota, † quod rigor eſt generalis ordinatio in differentibus ratione: vt *l. proſpexit. ff. qui & à quibus*, ſecundum *Bal.* in *l. 1. ff. de iuſti. & iur.* vel dic † quod rigor eſt ſtricti iuris ſeueritas. Sed † æquitas eſt flexio rigoris ad humaniorem partem. vide quæ notat *G. in Spe. tit. de diſpenſatione. §. 1.* & quæ ibi notat *Bar.* Et dicit *Gui. in Roſario. 50. ds. c. vt cõſtituretur.* ſuper *glo.* quod † rigor non eſt ius, imo iuris exceſſus in auſteritate. Ius autẽ † eſt æquitas, ideſt æqualitas, ius ſuum cuiq. tribuens. Quandoque rigor dicitur ſeueritas, hoc eſt ius rigidum, argum. *ff. de fideinſ. l. generaliter. §. ſi quis.* & ideo quandoque venit moderandum, vt quandoque opus eſt exemplo: *ff. de pœnis. l. aut facta.* Quando † præferatur rigor vel æquitas, vide hic. Sed quid ſit † ius rigor, vel æquitas. & in quo differant, vide in *Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 29. q. 1.* & ibi quid ſit diſpenſatio, & in *q.* ſequẽti. ¶ Super text. *la rigor*, iuncto verbo *moderar*, quod ſtatim ſubijcitur, nota † rigorem quandoque moderandum. Quando autem rigor æquitati præferatur, vel è contra, diſtingue, quia aut rigor eſt ſcriptus in iure, ſed æquitas non reperitur ſcripta; & tunc rigor præfertur æquitati: vt *l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* & hic in *rubri.* 1. Si vero neutrum eſt ſcriptum, tunc præfertur æquitas, quia ſufficit ratio naturalis, vt *ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit.* & ſupra *collatione 8. cap. Item ſenyor queis Cancellers.* ibi, *equitat, & bona ratio.* vide quæ ibi dixi. Si vero æquitas ſola reperitur ſcripta in ſpecie illa ſeruatur. vt *l. placuit. C. de iudi.* vide ibi *Azonem in Summa. §. Item iurare debet in principio Regis ver.* loquitur autem de æquitate vel iuſti-

tia

tia ſcriptã; nõn de eã, quam quis ex corde ſuo inuenit, ſoli enim Principi licet æquitatem inueſtigare, &c. Si vero vtrumque eſt ſcriptũ, aut vnum ſe habet ad aliud, tanquam genus ad ſpeciem, tunc præfertur ſpecies, ſiue æquitas ſit in ſpecie: vt *C. de furtis. l. ſi quis ſerno.* & *de pac. conuen. l. hac. lege.* & *de teſta. l. hac cõſultiſſima.* §. *ex imperfecto.* ſiue rigor ſit in ſpecie, quia præfertur æquitati in genere, vt patet in vſucapione & præſcriptione. *ff. de vſuca. l.* 1. iuncta *l. nam hæc natura. ff. de condi. inde.* & probatur hic *in* 2. *rubri.* eſt ratio, quia generi per ſpeciem derogatur; *ff. de reg. iur. l. in toto.* & *extra. eod. tit. cap. generi. lib.* 6. Si vero vtrumque ſcriptum eſt, & vtrumque ſe habet ad alterum æqualiter, quia quodlibet in ſpecie, vel in genere, tunc dicit *Dinus*, quod ſemper præfertur æquitas, vt dicta *l. placuit.* Ita notatur per eum *extra. de reg. iur. cap.* 2. *lib.* 6. Sed ſecundum *Iac.* & *Petrum.* præfertur quod eſt vltimum in compoſitione: *ff. de legi. l. Sed & poſteriores.* & *l. non eſt nouum.* facit *extra. de conſti. cap.* 1. *li.* 6. Si vero non conſtat quid poſterius: tunc præfertur æquitas: *ff. de reg. iur. l. in ambiguis.* ſecundum *Cinum.* de hoc etiam latius notatur per *Gui. de Monte Lug. in Clem. quamuis rigor. de app.* Et prædicta vera, vbi eſt certum: ſed vbi eſt dubium, tunc recurritur ad Principem, vt *C. de legi. l.* 1. ſecũdum *Oldra.* facit *vſat. iudicia curiæ.* in fin. & confirmatur ſupra *colla. proxi. c. per tal q̃ les leys de la terra.* §. *Et per tal.* vide quę ibi ſcripſi, & infra *colla. proxi. cap. confirmants, loants, & aprobants.* quandoque tamen rigor, & æquitas concurrunt ſimul, vt *extra. de re. iudi. cap. iurgantium.*

9 Et † eſt rigor generalis ordinatio habens vim in differentibus ratione, vt *l. proſpexit.* ſuperius alle-

10 gat. & vide *Bal. in l.* 1. *ff. de inſti. & iur.* Et † nota q̃ in hac patria multum ſeruamus æquitatem, vt ſupra *collat.* 8. *cap. Item ſenyor quels Cancellers.* & in hoc præferimus ius canonicum iuri Romano, pro quo vide notata per *Ant. de Butrio extra. de iudi. cap. dilecti.* Sequitur in tex. *del proces de la fantoria.* Pro declaratione huius quæro, an ſi aliquis

11 de magnatibus † aliquem à pace & treuga eiectum, & in capite Vicariæ, vel etiam in eius baronia publicatum, ſcienter ſuſtinuerit, licet iuxta formam huius capituli monitus non fuerit, vt à fauendo illi eiecto deſiſteret, poſſit puniri, iuxta *vſaticum, ſi quis de magnatibus.* Et videtur quod non, per hanc conſtitutionem. Sed credo, quod criminaliter per viam inquiſitionis, vel accuſationis puniri poterit, ſicut de alio crimine, tanquam violator dicti vſatici, non tamen per viam eiectionis & fautorię, niſi fieret ad partis inſtantiã, vt hic, quia infra *eod. in* §. *Si empero los officials,* &c. loquitur ſolum in proceſſu fautoriæ, ibi, *tal proces.* quia tunc in tali proceſſu erit neceſſaria informatio parte vocata recepta. Secus eſt in proceſſu inquiſitionis, vel accuſationis. Sed forte etiam iſte rigor hic temperatur, quando proceditur ad fiſci inſtantiam. Vnde cogita melius, quia tutius eſt vt etiam litteratorie ille Magnas, Baro, vel alius prius moneatur, vt deſiſtat omnino, âſuſtinendo, vel alias dando fauorem illi eiecto, iuxta nouam practicam huius conſtitutionis.

12 Sed † nunquam vidi fieri proceſſum contra aliquem Baronem, vel alium ad pœnas dicti *vſatici, ſi quis de magnatibus.* & ideo eius practica ignoratur: poterit tamen peti poteſtas feudi, quæ non reſtitueretur, donec ſatisfecerit conquerenti, iuxta tenorem ipſius vſat. ¶ Sequitur in textu *per fo-*

13 *ragitar los abuſos.* Nota abuſus † tollendos, vt hic, & ſupra *eod. cap. tollents lo abus.* & *cap. al abus.* cum ſuis concordan. ex quibus patet, quod ex talibus

14 actibus † abuſiuis non inducitur conſuetudo, nec præſcriptio, vt dixi ſupra *collat. proxi. cap. confirmants la conſtitucio,* ſuper verbo, *E tollents lo abus.* vide ibi. Sequitur in textu, *è lo vs & practica daquelles.* ſcilicet, quia ſufficit, quod fuerint publicati pro eiectis in locis aſſuetis, nec requiritur tunc alia fautorum monitio, quando proceditur ad partis inſtantiam. quia in hoc caſu nil eſt mutatum de practica antiqua, de qua dixi aliquantulum in dicto *cap. licet præbere.* de qua tamen vide latius *in Directorio.* 23. *dubio. q.* 76. cũ ſequent. Sed tamen non poterit hodie ex hoc ſolo fieri proceſſus fautorię ad fiſci inſtantiam, nec ex mero officio, niſi præmiſſa monitione, vt deſiſtant, de qua ſequitur hic in §. *Si empero los officials.* & hoc eſt nouũ moderamen, quo temperatur rigor antiquus, quia ex quo facta dicta publicatione aliquis præſtitiſſet fauorem illi eiecto publicato, contra talem fautorem procedebatur ad recipiendam informationem ſuper modo fauendi, quo probato procedebatur riguroſe ad publicãdum, & alias, ſicut contra eiectos à pace & treuga procedi eſt ſolitum, & ille rigor etiam ſeruatur hodie, quando proceditur ad inſtantiã querelatoris cauſæ principalis, nõ ergo in totum remouetur, ſed ſolum temperatur, vt hic. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Dic quod ratio euidens eſt, quia in parte iniquum foret partem priuatam grauari tali monitoria, quæ non fieret ſine maximis ſumptibus: & cum iam ſit in proceſſu etiam cauſæ principalis nimium grauatus, ideo afflic-

15 to † non eſt danda afflictio: *extra. de cler. agro. cap.* 1. Sed in fiſco, vel quando proceditur ex officio, eſt ſecus, quia illi poſſunt tales monitorias facere ſine expenſis, quia habent ſcripturas, & nuntios francos, & ideo quo ad onus expenſarũ nullatenus grauatur curia. Sed eius rigor, quo ſolebat procedere ambitione opoſitionum, temperatur hic, & hoc patet ad viſum. Notat *Ioan. de Pla. in l.* 1. *comperimus. C. de proximis ſacro. ſcri. li.* 12. quod vbi ſucceſſiuis temporibus ſuper eadem materia ſunt factæ diuerſæ ſeu plures leges, vel ſtatuta; & per fraudes, vel fictiones adhibitas, & tollatur & euocetur antiquus publicus, & vtilis effectus alterius, debet illud ſtatutum, per quod cauſatur, & committitur fraus, corrigi & reuocari, quia quamuis bona intentione factum fuerit, tamen experientia redditur inutile, vt *in authent.*

Digitized by Google

thent. hæc constitutio innouat consti. quæ præscrip. cen-
16 *tum annorum.* in prin. *coll.* 8. Et † per hoc videtur
mihi, quod constitutiones nouæ per experientiam videntur malæ, & inutiles, ac damnosæ Reipublicæ, vt est ista, *la rigor*, quæ pacem destruxit in hac patria, & tãquã Reipublicæ damnosæ deberent omnino tolli, & reuocari; ac dignũ erat, quod fautores electorum, ex officio & instantia
17 fisci omnino punirentur: vt sic † electi nullos possent reperire fautores, sine quibus diu latere non possent: vt *C. de qui latrones, vel alys cri. reos occul. l.* 1. & 2. Et ad id quod dicit de practica, vide & adde quæ scripsi supra *ead. cap. occurrents a la difficultat. glos. fi.* Sequitur §. *si empero los officials aquis pertary.* Qui sunt illi? Respondeo, Vicarij, vel alij, qui fecerunt processum contra principalem querelatum â pace & treuga electum, de cuius fautoribus, & fautoria nunc agitur. Et qui sunt illi alij? Dic vt dixi supra *coll. proxi. c. querelam.* super verbo *is qui iurisdictioni præest.* cum
18 suis concor. ¶ Sed † pone. Vicarius Barcino. ad Titij instantiam fecit processum pacis & treugæ contra Seium, qui propter eius cõtumaciam est electus & publicatus pro electo cum suis fautoribus; & ad requisitionem litterarum Vicarij Barcinon. fuit etiam facta similis publicatio in Vicaria Gerundæ voce tubæ, vt moris est. Aliqui de Vicaria Gerundæ de facto fauent illi Seio electo. & cum sustinent in contemptum dictæ publicationis. Modo Vicarius Gerundæ ex officio, vel ad fisci instantiã vult contra dictos fautores, qui in eius Vicaria deliquerũt, procedere, huiusmodi fautoriæ supposita monitione, quæ præcesserit iuxta hanc constitutionem, nunquid pertinere poterit talis processus isti Vicario Gerundæ? Breuiter puto, quod sic, quia in eius territorio fuit commissum delictum siue crimen ipsius fautoriæ, & in eius territorio sunt ipsi fautores, & sic via ordinaria poterit procedere. *C. vbi de cri. agi oportet l.* 1. *&* 2. præterea iuxta *vsat. si quis de magnatibus.* & iuxta *pragmaticas Regis Martini.* & alias ex pratica, & vsu constitutionum, & processuum pacium & treugarum iste Vicarius Gerundæ tenetur contra dictum electum, & eius fautores tanquam inimicos, & hostes publicos insurgere & guerreiare vna cum domino Rege, & Vicario Barcino. patrono ipsius processus querelę principalis, & sine eis, & etiã tenetur suã prouinciam purgare malis hominibus & criminosis: vt *ff. de offi. præsidis. l. congruit.* & sua ac totius Reipublicæ interest crimina puniri, & ne remaneãt impunita: vt *ff. ad l. Aquiliã. l. ita vulneratus.* §. *quod*
19 *si quis absurde.* ¶ Sed † nunquid idem Vicarius Barcino. poterit processum fautoriæ facere contra illos fautores intus Vicariam Gerundæ degentes, & fauendo dicto electo delinquentes? Respondeo, forte sic ad querelam dicti Titij querelatoris; quia ipse Vicarius patronus principalis processus querelæ pro regalia huiusmodi vice & in personam domini Regis, cuius Maiestatem in his repræsentat, habet pro suo territorio totum Principatum Cathaloniæ, vt in pragmati-
20 cis Regis Martini. Et quia † processus huiusmodi fautoriæ est sequela, & quid accessorium principalis processus, ideo nil mirũ si talem processum faciat. Sed de hoc nondum vidi practicam.
21 Vlterius quæro, eodem retento themate, † nunquid dictus Vicarius ex officio & ad fi ci instãtiã poterit contra dictos fautores facere huiusmodi processum? Respondeo, forte non, n si notoriũ esset illos fore fautores, & sic posset procedere tanquam contra electos, & haberet totum Principatum pro territorio. Nec mirum, quia quilibet etiam priuatus contra electos notorios, & publicatos procedere potest guerreiando, & cunctum malum inferendo, excepto igne, iuxta dictas cõstitutiones pacium & treugarum, & earum pragmaticas, declarationes, vsus, & practicas earundẽ. Sed quando non est notorium de fautoria, non credo licere ex officio, vel instante fisco intrare territorium alterius, inquirendo, vel alias procedendo contra tales, & in præiudicium, & dedecus Vicarij Gerundæ, nisi saltem in eius negligentia, vel faticha. Sed de hoc (vt dixi) etiam non vidi practicam; quia Vicarij licet iurent procedere contra pacium & treugarum violatores, & alias esse diligentes: vt supra *colla.* 2. in forma iuramenti Vicariorum continetur; attamen vix curant, nisi de auro & argento, & de muneribus & honoribus; & ideo talia licet sint practicabilia, & contingant casus quotidie, attamen de his minime curatur. Et ideo scelerum impunitas per campum licentiæ discurrit contra pragmaticam Regis Petri super his editam. Immo (quod pius est, & ex hac negligentia prouenit) videmus quotidie, quod quando aliquis erit â pace & treuga electus, illico reperit plures fautores, & quandoque publice incedunt per ciuitatem, & cogunt querelantes vi, minis, & terroribus absoluere querelatos, omnino nulla habita satisfactione de damnis & expensis. Sed quia in diœcesi Gerundensi omnes electi sunt excommunicati, ideo talis absolutio, saltem quoad excommunicationem, extorta per metum non valet. Immo ipsi metum inferentes sunt etiam excommunicati, vt *extra. quod metus causa, cap. vno, lib.* 6. Sequitur in textu, *volran procehir per mer offici, o a instancia del procurador fiscal.* hic adde quæ scripsi supra *colla. proxi. cap. volentes nostros.* super verbo. *ex officio, vel ad procuratoris fiscalis instantiam.* Et nota hic
22 differentiam in procedendo contra principalem violatorem, & contra fautores, quia contra principalem non agitur ex officio, vel ad fisci instantiam, nisi in casibus, vt supra *colla. proxim. cap. quia quandoque contingit.* §. *Cauent autem ipsi officiales.*
23 vide quæ ibi scripsi. Sed † in processu contra fautores possunt officiales siue ex mero officio, siue ad fiscalis instantiã procedere absque querelatore priuato. Et est ratio, quia agitur contra fautores etiam ad corporalem punitionem, etiam

pœnis

pœnis duriſsimis, vt hic inferius dicit, *& en altre manera punir.* & melius in allegat. *c. licet præbere.* vide quæ ibi dixi ſuper verbo *duriſsimis.*

Additio magnifici Franciſci Franch.

24 ¶Hic aperte habes, † quod proceſſus fautoriæ fieri poteſt ad fiſci inſtantiam ſine querelatore, cuius contrarium tenet *Iacobus de Calicio in ſuo Directorio in 23. dubio. verſ. Sed quæro, antequam procedatur contra fautores.* & vide *Gui. Prapoſiti*, qui non loquitur clare in ſuo *Directorio* in 30. & 31. *queſtione.* in fine, & *Mieres in conſtitu. com multis. in curia Regis Ferdinandi Primi.* Finis additionis.

25 ¶Et † ita proceſſus fautoriæ nõ eſt mere ciuilis.

Additio magnifici Franciſci Franch.

¶Dicit ergo hic *Mieres*, quod proceſſus fautoriæ non eſt mere ciuilis, & idem tenet *Iacobus de Calicio in Directorio pacis & treu. in 23. dubio. verſ. hæc forma citationis.* Sed contrarium dicitur *in 1. curiæ Regis Martini*, dat. Valentiæ 25. Aprilis 1402. quam habeo *in libro Directorij, fol.* 35. quæ loquitur comparitionem, ſic etiã dicamus, quod proceſſus pacis & treugæ eſt ciuilis totaliter: vt *in curia Barcino. Regis Petri Secundi, cap. Item cum ita conſtitutione.* & *in cap. 27. Item ſtatuimus. in curia Gerundæ, Regis Iacobi Secundi.* Finis additionis.

¶ Nec in hoc proceſſu fautoriæ habet locum §. *caveat autem Vicarius. c. Sicut aduerſus.* Et poteſt
26 eſſe ratio diuerſitatis: quia † omnis fautor ejectorum, eo ipſo quod tali fauet, delinquit, & eſt ejectus à pace & treuga, & tale delictum committit in territorio, & iuriſdictione Vicarij, & in eius proceſſu, & ita fortitur forum ipſius Vicarij, etiam ſi in terris Baronum delinquant, & morentur fautores, argum. *l. nullum. C. de teſtis.* & *C. de indi. l. quotiens.* & quia, vt dixi, eſt ſequela. Item quia violat regaliam, pro qua fiſcus etiam principalis agere poteſt per viam pacis & treugæ, iuxta notata in dicto §. *caueant autem ipſi officiales.* Sed principalis violator pacis & treugæ quandoque delinquit in terris Baronum, vel iuriſdictione alicuius Baiuliæ, & ita non eſt de foro Vicarij, niſi in cauſa & proceſſu querelæ pacis, & treugæ, & ſic cauſa ipſa ciuili, vt ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap. 44. Item cum in conſtitutione.* & *colla. 4. in curia Gerundæ cap. 27.* vbi agitur de bãnitis, non poteſt ipſe Vicarius talem proceſſum inchoare ſine inſtantia, & querela partis priuatæ, cuius principaliter interſit, vt ſupra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 40. declaramus tamen, quod Vicarij noſtri.* Sequitur in textu, *proceheſquen, & hagen a procehir precedent monicio.* Nota verbum, *& hagen a procehir*, quod eſt neceſsitatis, maxime pro obſeruatione huius conſtitutionis, quæ eſt iurata, quaſi dicat, non alias procedant contra fautores ex officio, vel inſtante fiſco, niſi huiuſmodi monitione præmiſſa: & hæc attende ad ea, quæ dixi ſuperius in verbo *del proces de la fautoria.* Et ideo tutum eſt hanc monitionem præce-
27 dere quæ † regulariter debet præmitti vbi agitur ad vindictam, correctionem, vel punitionem, vt hic, & 12. *q. 2. cap. indigne*, vide ibi *gloſ.* Sequitur in textu, *la qual*, ſcilicet, *monicio ſia feta per aquell official qui procehir volra.* ſubaudi, & ad quem pertinebit, ſuper quo vide ſupra *eod.* in verbo, *Si empero los officials aquis pertany.* alias ſi proceſſus fieret per iudicem incõpetentem, non valeret. *C. ſi à non competente iudice: per totum. in rubro & nigro.* & *extra. de iudi. c. at ſi clerici.* cum ſuis concordant. Sequitur in textu, *per la qual monicio ſia intimat als*
28 *dits fautors*, &c. Ex † hoc videtur, quod iſta monitio ſit perſonaliter intimanda ipſis fautoribus, adiutoribus, conſiliatoribus, & ſuſtentatoribus. Sed quid ſi non reperiantur perſonaliter, nunquid ſufficeret tunc litteram poni, & intimari in domicilio, ſicut fit & ſeruatur in præſentatione litterarum citatoriarum querelatorum? Argum. hic q̃ non, quia dicitur, *ita intimat als dits fautors.* Sed dico contra, quia alias eſſet in facultate fautorum ſe abſcondere, & ſic proceſſum fautoriæ curiæ deludere, & ſic de dolo ſuo commodum reportarent: ſufficit enim eos in domo requiri & ſi non reperiantur, debent litteræ patenter affigi in domo, & vxori vel alijs de domo, vel vicinia intimari: quia per hoc eſt veriſimile hanc monitionem ad ipſorum fautorum notitiam peruenire, iuxta notata in ſimili per *Inno. Ioan. An.* & alios moderniores *extra. de eo qui mi. in poſſ. cauſa rei fernan. cap. ſi aduerſarius.* & *in capitulo extra. de cleric. non reſi.* & per *Iac. in Directorio pacis & treu-*
29 *ga dubio 12. q. 13.* Sed † tunc non ſufficit citari ad domum quando quis citatur vt teſtes examinentur ad rei memoriam. Immo ſi perſonaliter non reperitur, debet expectari donec reperiatur; & hoc verum, niſi eſſet periculum in mora, tunc enim ſufficeret ad domum, ſecundum *Inno. extra. de teſtib. cap. ſignificauit.* Sed iſta monitio non eſt citatio, quia ſine citatione poteſt fieri notificatio, ſpecificatio, & declaratio, vt notat *Inno. in cap. paſtoralis. extra. de reſcriptis.* Sequitur in textu, *als letra patent.* Eſſet videri meo bona cautela, quod in littera generali publicatoria poneretur vna clauſula talis: *Vecnon & vos, & quemlibet veſtrum monemus, quatenus infra decem dies deſiſtatis præſtare auxilium, vel fautorem ipſi ejecto, alias etiã ex officio, vel ad fiſci inſtantiam procedemus contra vos per viam, & proceſſum fautoria*, &c. Et parcat Deus conditoribus iſtius capituli, quia per hoc deſtruxerũt
30 totam patem. Nota † hoc eſſe de forma & ſubſtantia huius monitionis, ſcilicet, vt fiat litteratorie, ſiue cum littera curiæ, & quod ipſa littera ſit patens, & non clauſa. Et ſi quid horũ defecerit, monitio huiuſmodi nulla erit; quia eſt cõtra formam huius conſtitutionis, de quo vide quæ ſcripſi ſupra *collat. proxim. c. als procuradors fiſcals.* ſuper verbo, *è ſi lo contrari.* & *cap. querelam*, ſuper verbo *tunc admittat.* & ſupra *eod. iſta collatione cap. primerament.* ſuper verbo, *è no à altre.* & *cap. occurrentis.* & *cap. al abus.* & *cap. tollentis.* & *cap. per donar orde.* & *cap. lo Scriua de la taula.* cũ ſuis concor. Et ad id, quod dicit de littera patenti, concor. dictum

cap. occur-

ciocorrẽts. §. aço prouehit. ibi, *hage intimar ab lletra de la cort.* vide quæ ibi notãtur. Sequitur in text. *que dins spay de temps limitador á arbitre.* sic supra *collat. proxi. cap. licet prabere.* vide ibi super verbo
31 *arbitrio.* Et nota, † quod vbi dilationes non reperiuntur certæ & limitatæ, sunt arbitrariæ; vt *l.* 1. cum ibi notatis per *gl. sf.* & *Bal. ff. si quis caut. in 2. op.* & per *Cinum. li* 1. *C. de dilat.* Tamen vbi
32 citatur † fautor in viam pacis & treugæ, debent dari quindecim dies, & hoc est tutius secundum *Iaco. de Cal.* licet quidam dicant dari quinque, vel octo, vide *in Directorio.* 23. *dubio prin. in §. Sed que-*
33 *re quem terminum.* Sed † de stylo curiæ Gerundę vidi dari octo, & sic videretur arbitrarium, vt hic est casus, & in dicto *cap. licet prabere.* & ibi dixi in verbo *arbitrio.* & ista fuit communis opinio, quam recitat idem *Iac.* vbi supra, & hanc teneas per hanc litteram. Sequitur in textu, *desistescan*, ideſt desistant, siue cessent fauere, &c. ergo vide-
34 tur, † quod ante huiusmodi monitionem factã possit vnusquisque fauere electo sine metu curiæ, cessante querela partis. Et sic hodie cessante huiusmodi monitione, habita licentia querelatoris, poterit dari fauor electis impune, ergo non erit necesse petere veniam curiæ, sed querelatori. Sed dic vt dixi supra, quia saltem non euadet fautor pœnã excõmunicationis in diœceli Ge-
35 rundæ. Iterũ poterit † fautor extraordinarie per curiam puniri de contemptu præceptorum, & constitutionum, quia incidit in crimen stellionatus. Et per hoc, quod dicit, *desistant*, siue *desistescan*, videtur non posse fieri hanc monitionẽ nisi illis qui iam cœperint fauere & dare adiutoriũ.
36 Sed dic contra, † quia large sumpto vocabulo, satis desistere dicitur in hoc casu qui nunquam cœpit: ideo dic, *desistant*, ideſt, abstineant, cessent, & non dent auxilium; vide *l. desistisse. ff. de iudicijs*, & quæ ibi notantur. Vnde consulerem curię, vt statim post publicationem electorum per litteras fieret huiusmodi monitio omnibus illis, de quibus verisimiliter creditur, quod sustinebunt electum, vel dabunt fauorem. Et fortius deberet esse curia diligẽs, vt in litteris generalibus, quas facit prælatis baronibus, & alijs, vt publicent electos in terris suis, adijcerent, quod etiam ipsi desisterent, & cessarent ab omni fauore illorum, alias contra ipsos procederetur tanquam contra
37 fautores. ¶ Sed † quæro, an cuilibet fautorũ erit necessaria vna littera, vel poterint plures in vna littera sic moneri? Respondeo, pluribus eiusdem loci, vel domicilij fieri poterunt monitiones in eadem littera, si commode fieri possit: & hoc satis sonat littera quæ loquitur de litteris in singulari, & de fautoribus in plurali, dum dicit, *per la qual mi mano sia intimat als fautores ab lletra patent*, &c. Præterea hoc ita fieri consuevit in citationibus principalium querelatorum monitorum ad firmandum cum pignoribus, quando morantur in eadem domo, vt quia sunt coniuges, pater, & filij, vel fratres, aut alij, qui in eadem domo commorari etiam consueuerant; quia tunc littera cõtra omnes affigitur in ipsa domo, & ita vidi pluries practicari in curia Gerundæ. Sequitur §. *E si feta la dita monitio.* ergo secus si ante factam monitionem, vt dixi. Sequitur in textu *se atrobara.* dic ideſt, probabitur; vt supra *collat. proxim. cap. licet prabere.* vide & adde quæ ibi dixi, super verbo, *probatum fuerit*, pro quibus facit hæc littera, quæ dicit, *se atrobara*, quasi dicat, per probationẽ plenam, vel præsumptiuam, saltem quo ad pœnam eiectionis, & alias pecuniarias, præsertim incõtumaciam monitorum, & etiam quo ad torturam in processu criminali quo ad pœnam corporalem, quæ etiam puniuntur fautores, vt dixi in alleg. *cap. licet prabere.* super verbo *pœnis durissimis*,
38 quia † in criminalibus quo ad condemnationẽ probationes debẽt esse luce clariores, vt *C. de probat. l. sciant cuncti.* quæ est canonizata *in Decretis.* 2. *q.* 8. *cap.* 2. Sequitur in textu, *per informatio degudament presa.* Dic, scilicet, vocatis ad eam dictis fautoribus, vel alijs, contra quos fit talis processus fautoriæ, & hoc ita dicebatur in sæpe dicto *cap. licet prabere.* vide quæ ibi dixi, in verbo, *Et si per debitam informationem vocatis illis recepta.* Et hoc subijcitur hic, dum dicit, *appellats los dit fautors.* Et in hoc approbantur opiniones *Iac. de Monte Iudai.* & *Benedi. de Burdallis.* de quo dixi in dicto *cap. licet.* super verbo, *consuetã præscam.* & hoc re-
39 gulare est, vt † semper pars vocetur ad receptionẽ testium: *extra. de testib. cap. in nomine Domini, extra. de sent. excommun. cap. si iudex laicus. lib.* 6. Fallit quandoque in casibus supra *collat. proxim. cap. com moltes entenents.* & *cap. vltimo.* vbi agitur de impedientibus querelatos comparere volentes in processibus pacium & treugarum, vide quæ in eis
40 dixi. Et nota regulam, † quod in causis non modici præiudicij, quamuis summarie procedatur quo ad ordinem, tamen respectu probationis requiritur plena probatio. vt *extra. de iudicijs. cap. dispendiosam. in Clt.* & *C. de naufragijs. l. de submersis. lib.* 11. vbi hoc notatur latius per *Ioan. de Platea.* & *Doct. in Clem. sæpe. de verb. sign.* Sequitur in textu, *quel amonestat per sa duricia.* dic, ideſt, pertinacia, proteruia, contumacia, & malitia, quæ de-
41 bet † obesse contumacibus, vt supra *eod. cap. sicut aduersus contumaces.* in prin. & ibi nota. Et sumi-
42 tur pertinacia † in mala parte: vt 24. *q.* 3. *cap. dixit appellatus.* Sed perseuerantia sumitur in bona, vt 7. *q.* 1. *cap. suggestum.* vnde pertinax, ideſt, valde, vel imprudenter tenens, nimium durus, irreuocabilis indoctis, obstinatus: *extra. de vsuris. cap. ex graui. penult. in Clem.* & *eod. li. de Summa Trinit.* & *fide. Ca. cap. vno. §. porro.* 16. *q.* 1. *cap. nos autem. de pœ. dist.* 2. *c. pœnata.* &c. sequen. & vide *extra. de cle-*
43 *ric. ex.* 4. *cap. vltim. in vltim. glos.* ¶ Sequitur † in textu, *no desistescca de tal fautoria.* vt quia probatum, vel monstratum est, monitum illum post dictam monitionem legitime factam contra constitutiones pacium & treugarum, illum electum in eius domo sustinuisse, aut alias paustle, cõsuluisse, seu

quomo-

Digitized by Google

quomodolibet ei fauiſſe,ac eum iuuaſſe;& ſic incidiſſe ipſo facto in pœnas fautoriæ;ex tunc ſi per iuſtitiam viſum fuerit iudicanti,poterit procedere ex mero officio, vel ad fiſci inſtantiam, ad publicandum ipſos tales fautores proiectis à pace & treuga,ſcilicet cunctum malum ſibi & bonis ſuis inferendo,excepta ignis appoſitione, & exequendo etiam bona ipſa,ſicut contra principalem iectum fieri eſt ſolitum;& nihil ſuperius ad capiendum ipſos fautores, & ipſos debite puniendum,ſi haberi poterint; & hoc totum ſequitur hic in littera, & habebatur olim in dicto *cap. licet prebere.* ¶ Sequitur hic in textu, *puyr aquells ſegons trobaran eſſer punidors*,&c. dic, quod
44 puniuntur criminaliter:forte illa,& eadem pœna, qua principalis iectus pro crimine, ex quo querela deſcendit, veniret per iuſtitiam puniendus.adde notata per *Iacob. de Cal.in ſuo Directorio in 23. dubio,in illa q.Sed quero,monito pro pacibus & treugis*,&c cũ ſequentibus.niſi affinitas,vel parentela pœnam deducat ſublenandam,ſecundum *Iaco.* de quo vide per eum *in Directorio 23. dubio principali. §. Qualiter autem ſit procedendum ad inſtantiam procuratoris fiſci.*Sed tu dic melius vt dixi in allegat *cap.licet prebere.* ſuper verbo, *pœnis du-*
45 *riſſimis.* Et † dic, quod duriori pœna venit iſte pertinax puniẽdus qui poſt monitionem fauere nõ deſtitit,quam ille qui taliter monitus non extitit.argum.*extra.de hareti.cap.ad abolendam*, quia
46 magis contemnere videtur, & ex † qualitate contemptus meti debet pœna delicti. *24.q.3.cap.*
47 *Deus.*& *2.q.1.§.cum vero.* ¶Quis† autẽ plus puniatur,an faciens,vel conſentiens,dic vt notatur per *Hen.in cap.1.extra.de offi. dele.* & per *Ioan. de Plat.in l.placet.C.de accuſa.munerum. lib.* 10. ¶ Sequitur in textu,*ateſa la penſa de les conſtitucions de*
48 *paus,é de trena.*Nota † mentem legis & conſtitutionis attendi,vt hic,& ſupra *ead. cap. occurrents.* in fin.& melius ſupra *ead.cap.com ſegons. §.volem. verſ.E les perſonas contra la penſa.*de quo dic plene ſupra *colla.proxi.cap.contra la penſa.*Sic ad mentem condentis eſt recurrẽdum, vt ſupra *ead.cap. multis inexperts.*circa finem,vide ibi *com la penſa dels illuſtres Reys,& Comtes de Barcelona.* ¶Sequitur in textu,*vs & practica de aquelles.*quaſi dicat,ſecundum mentem,quæ elicitur,& perpenditur ex vſu, & practica, quæ eſt verus intellectus legis, & conſtitutionis;*extra.de conſue.cap.cum dilectus.*vide & adde quæ ſcripſi *in proxi. dictis in ribus.* & *in curia Regis Martini. Item ſenyor quels Cancellers.* ſuper verbo,*equitat,& bona raho.*& ſupra *colla.proxi.cap. per tal que les leys de la terra.*& ſupra *colla.2.in forma iuramenti Vicariorum. §. placua qua veniem.* ſuper verbo, *ſecundum ius,& rationem.* vide ibi *in*
49 *verſ.ſine. §.7.iurat.* Et nota hanc litteram † pro vſibus,practicis & ſtylis curiarum,quia habentur pro legibus.*C.de aquæduct.l.1.*& *C. de veteri cur. enucl.l.1.§.ſed & ſi quæ leges.* & vide quæ notantur ſuper *Cle.ſepe.de verb.ſignifi.* in verbo,*vſus longæ.*per *Ioan.de Imol.*& alios *Doct.* & quę ſcripſi
50 ſupra *ead.iſta colla.cap.occurrents.*in fin.Et † nota, quod de ſtylo curiæ debet iudex ſe informare, vt notat *Bart.in l.3. §. lege Iulia.ff.de teſti.* & factum
51 contra † conſuetum ſtylum,& ordinem iudiciorum non tenet,ſecundum *Bal. in l. de quibus. ff. de legi.*& adde *gloſ.in l.ſi poſſeſſor. ff.de rei ven.* & quæ notat *Ioan.de Plat.in l.ſi quando. C.de bonis vacantibus.lib.* 10.

De iure fiſci Regij, & officijs aduocatorum, & procuratorum fiſcalium curiæ domini Regis.

Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores fiſcales mouere quæſtionem nequeunt ſuper iuriſdictione, vel proprietate, qua dicatur ad Regem pertinere,niſi cum conſilio,& ſcriptura propria fiſci aduocati,cætera videantur in littera. declaratur nu.* 12. 14. 17. 19. 23. 24. 25. 31. 32. 38. 49. 50. 54. 57. 69. 72.
2 *Requies,& tranquillitas Reipublicæ eſt appetẽda.ratio traditur num.* 3. & 4.
5 *Labores ſunt releuandi.*
6 *Poſt laborem datur otium.*
7 *Vexationes tolli debent.*
8 *Expenſa ſemper ſunt vitanda.*
9 *Conſtitutiones Cathalonię non ligant extra Principatũ.*
10 *Conſtitutio de ſui natura reſpicit futura.*
11 *Vniuerſitas ſi pro ſuo priuilegio, vel alias vult agere ſine fiſco ad latitionem,vel recuperationem Regiæ iuriſdictionis, an teneatur petere conſilium aduocati fiſcalis,traditur.& num.* 20. & 21. *& fiſcus ſi ſe immiſcet,an eo tunc conſilium fiſci patroni ſit neceſſarium,num.* 16.
13 *Princeps in ſua audiẽtia tractat cauſas ſui patrimonij.*
15 *Princeps ſicut iudicat,ſic & alij iudicare debent.*
18 *Quæſtionem mouere dicitur largo modo,ſiue agendo, ſiue defendendo.*
22 *Meri mixti imperij, ac iuriſdictionis materia.remiſſiue.*
26 *De proprietate agere aliud eſt,& aliud de poſſeſſione.*
27 *Poſſeſſorium non tam probatur inſtrumentis, quam teſtibus.*
28 *Cauſa poſſeſſoria eſt ſummaria.*
29 *Rex eo ipſo quo fuit nactus poſſeſſionẽ Regni,fundat in toto regno quo ad iuriſdictionem ſuam tam in poſſeſſorio,quam in petitorio.contrarium dicitur num.* 59.
30 *Poſſeſſorio, & petitorio ſi ſimul eſt actum, poteſt ante concluſionem in cauſa ſuſpendi petitorium,& procedi in ſolo poſſeſſorio.*
33 Pertinere *verbum prolatũ ab actore in libello denotat dominium.*
34 Pertinere *verbum tria ſignificat,prout in littera.*
35 Pertinere *verbum quãdoque latiſſime patet.& n.* 36.
37 Pertinere *verbum cõprehendit tam vniuerſalem,quã ſingularem ſucceſſorem.*
38 *Pertinentiarum nomine veniunt ea, quæ iure communi,conſuetudine,ſtatuto,vel ſimilibus continentur.*
40 *Eccleſia illa dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, in qua quis temporalem, & ſpiritualem iuriſdictionem habet.*
41 *Fiſcus licet ſit vniuerſalis ſucceſſor,non tamẽ eſt hæres.*

Inſtantia

42 *Inſtantia non tranſit in fiſcum.*
43 *Aduocati fiſci præſentia in cauſis fiſcalibus eſt neceſſaria.*
44 *In cauſis fiſci an debeat iuris ordo ſeruari.*
45 *Contractus Principis habet vim legis.*
46 Et *propoſitio ſumitur expoſitiue pro* ideſt.
47 *Actor dicitur ille, qui primo ad iudicium prouocat.*
48 *Libellorum materia. remiſſiue.*
51 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
52 *Neceſſitatis caſus ſemper cenſetur exceptus.*
53 *Liquidum dicitur illud, quod de facili probari poteſt.*
55 *Aduocatus fiſcalis poteſt interuenire in omnibus actibus cauſarum fiſcalium.*
58 *Probatio dubia non eſt dubia.*
60 *Sententia an, & quando poſsit retractari prætextu nouorum inſtrumentorum, & an per reſtitutionem in integrum. num. 61.*
62 Monſtrare *verbum late patet.*
63 *Probationis ſpecies multæ ſunt.*
64 *Multa ſunt quæ probantur ex ſola oculorum inſpectione.*
65 *Probatio legitima inducit notorium.*
66 *Confeſſio tunc videtur tranſire in notorium, quando contra eam nihil eſt oppoſitum.*
67 *Tranſactio non valet de iis, quæ ex teſtamento deſcendunt, niſi prius viſis, & cognitis verbis teſtamenti.*
68 *Ex conceſſione gratioſa Principis abſque apprehenſione poſſeſſionis ſtatim quis efficitur dns, & poſſeſſor.*
70 *Firmū eſt iudiciū, & plurimorū ſententiæ cōfirmatur.*
71 *Aduocatus quatuor debet ſeruare. vide in littera.*
73 *Experto in ſua ſcientia credendum eſt.*
74 *Iuriſperitus antequam admittatur in practica; quæ requirantur. remiſſiue.*
75 *Veritas perfecta reuelatur per ampliores homines.*
76 *Iudicium redditur in inuitum.*
77 *Abſentia aduocati fiſci reddit actum ipſo iure nullum.*
78 *Reſcriptum in tangentibus fiſcum non valet ſine firma aduocati fiſcalis.*
79 *Aduocatus & procurator fiſcalis ambo conſtringuntur ad præſtandum iuramentum & homagium. & repelluntur ab agendo, ſi dictum non præſtiterint iuramentum. num. 81.*
80 *Fiſcus & priuatus qualiter, & quando agere poſsint contra debitorem debitoris. remiſſiue.*
82 *In cauſis fiſci requiritur, quod interueniat præſentialiter perſona aduocati fiſcalis, & etiam procuratoris.*

1 *Per repos de la coſa publica.* Caſus. † Prohibentur procuratores fiſcales curiæ domini Regis in eius audientia mouere quæſtionem contra aliquem ſuper iuriſdictione, vel alia proprietate, quæ dicatur ad dominum Regē pertinere, niſi cum conſilio & ſcriptura aduocati fiſcalis ipſius curiæ, manu propria ipſius aduocati ſubſcripta in prima petitione ſeu ſupplicatione, ſeruando cap. curiæ Regis Martini, quod conſilium ipſe aduocatus dare non præſumat, donec monſtratis per dominū procuratorem probationibus, illiſq. viſis & recognitis per duos ſolemnes iuriſperitos eorum, habuerit conſilium in ſcriptis. Sicque tunc reus taliter in ius vocatus viſo dicto conſilio deliberare valeat, an cedat, vel contendat. Et de prædictis fideliter obſeruandis tenentur dicti aduocatus & procurator fiſcales in principio officiorum ſuorum præſtare iuramentum & homagium, prout in hac conſtitutione continetur. Hoc dicit ſatis breuiter, & in longo, Et diuiditur in tres partes, quia in prima cōtinetur prohibitio facta dicto procuratori fiſcali. In ſecunda parte ponitur prohibitio facta dicto aduocato fiſcali. In tertia parte vtrique aſtringuntur ad præſtationem dictorum iuramenti, & homagij. Secūda eſt ibi, *ajuſtant.* Tertia ibi, *volents.* Sequitur
2 expoſitio litteræ, *per repos.* Nota † requiem & trāquillitatem Reipublicæ appetendam; quia dicit Papa in hoc etiam ſe quieſcere, & foueri in pace: vt *extra. de offi. lega. cap. officij noſtri debitum. li. 6.* ad idem ſupra *collat. 7. in proœmio in curia Dertuſæ,*
3 ibi, *vt quietis amœnitas.* Sed † mirum eſt, quod in hoc mundo quietem quæramus, quæ hic inueniri non poteſt, quia *homo naſcitur ad laborem, auis vero ad volatum.* vt in *Iob. 5. cap.* Et hoc nobis contigit in Adam, cui poſt peccatum ſuum dixit Deus: *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua aſſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Et hæc habentur in *Geneſis 3. cap.* circa finem, ad idem *Eccleſiaſtes in 1. cap. Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Hieruſalem, & propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorū infinitus eſt numerus. Locutus ſum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi ſapientia omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem, & mens mea contemplata eſt; multa ſapienter didici, dedique cor meum vt ſcirem prudentiam atque doctrinam erroreſque, & ſtultitiam. Et agnoui, quod in his quoq. eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eo quod in multa ſapientia multa ſit indagatio,* alias indignatio: *& qui addiſcit ſcientiam, addat & laborem.* Hæc Eccleſiaſtes 1. cap. Quomodo ergo domina noſtra Regina, & tota curia quærit hic requiem?
4 Dico, † quod naturaliter quies, & tranquillitas appetuntur, & quatenus fieri poſsit pro habenda quietis amœnitate leges fiunt, vt calumniæ expellantur, vt dixit Imperator in prin. *Inſtitut.* & Regina *Eleonor in proœmio in curia Dertuſen.* licet quies perfecta haberi nequeat in hoc mundo, quia licet Deus fecerit hominem rectum, attamē ipſe ſe propter peccatum immiſcuit infinitis quæſtionibus. Et licet in hoc mundo laborare debeamus pro quietando rempublicam, & releuando populum à litigijs, & mundanis laboribus, vt Deo in ſpiritualibus ſub quiete famulari iugiter valeamus: laboramus enim circa iuſtitiā,

& com-

Digitized by Google

& commodum Reipublicæ, vt & quietem præpararemus nobis in futuro; laboramus enim, ne ſub otio cadamus: *extra. de renun. cap. niſi cum pridem.* laboramus etiam pugnando ſpiritualiter aduerſus carnem, quæ militat aduerſus animã, & ſic laborem appetimus, vt quietẽ nobis, & alijs præparemus: vt *in cap. officij.* & in *præmio* præalleg. inde ex hoc principio huius capituli nota tria.

5 Primo † labores ſore releuandos. Et hoc ſonat littera. dum dicit, *per repos.* cõ. or. ſupra *coll. proxi. cap. volentes noſtros.* & in *cap. finem, extra. de dolo & contu.* & in *cap. vt litigantes. extra. de offi. ordi. lib. 6.*

6 cum ſuis concor. Et † poſt laborem debet dari otium: vt *l. in ſcrineis. C. de proximis, ſine propoſitis*

7 *ſacrorum ſcrineorum.* Secundo nota, † vexationes auferendas, vt hic, ibi, *per tolre vexacions.* ſic ſupra *in curia Regis Martini. cap. Item per tolre vexatio.* ſic & ſupra *in curia Regis Ferdinandi. cap. cordi.* & *cap. volentes.* & ſupra iſta *curia domine Regine Marie. cap. la ſuperſtuat*, & *cap. per donar orde.* & infra *ead.*

8 *cap. Item per tolre vexacio.* Tertio † nota, expenſas vitandas & releuandas, vt hic, ibi, *eſquiuar deſpeſes.* Sic in dicto *cap. finem.* & dicto *cap. vt litigantes.* & in alleg. *cap. volentes.* & ſupra *colla. 5. cap. 29. ité pro abbreuiandis litibus, & eorum ſumptibus vitandis.* vide quæ ibi dixi. Sequitur in textu, *de la coſa publica.* Nota hic pro vtilitate Reipublicæ, de quo notatur ſupra *colla. 6. in curia Monteſſoni. cap. prouidentes.* vide quæ ſcripſi ibi, & in concor. Sequitur in textu, *del dit Principat.* quia iſtæ conſtitutio-

9 nes † non ligant extra Principatũ: vt dixi ſupra *ead. in præmio in curia Monteſſoni.* ſupra *colla. 6.* ſuper verbo, *vniuerſis ſubditis noſtris.* Sequitur in textu, *als qui ſon conuenguts.* ſubaudi, *à ſeran.* quia hic

10 ſub præſenti cõprehendit futurũ, quia † cõſtitutio de ſui natura reſpicit futura: vt *extra. de cõſti. c. rẽ quæ culpa caret.* & *cap. ſi.* vide *l. verbũ erit. ff. de verb. ſig.* Sequitur in textu, *à inſtãtia del procurador fiſcal.* ſcilicet, in curia domini Regis, vt patet ex

11 ſequẽtibus. Sed quid † ſi vniuerſitas aliqua pro ſuo priuilegio, vel alias ſine fiſco velit agere ad luitionem, vel recuperationẽ iuriſdictionis. nunquid ſeruabitur tunc hæc conſtitutio? Reſpõdeo, non, quia quod non mutatur, &c. vt *C. de app. l. præcipimus.* & arg. *cum prator. ff. de iudi.* & *extra. de præſump. cap. nonne.* Sequitur in textu, *en la Audien-*

12 *cia del ſenyor Rey.* Nota † quia non loquitur niſi quando quæſtio vertitur ſeu verti ſperatur in Audientia, vbi de cauſis patrimonij agitur, quia in eis non vendicant ſibi locum conſtitutiones generaliter loquentes de cauſis Vicariarum, vel Baiuliarum intra eas terminandis, vt ſupra *ead. cap. volents*, vide quæ ibi dixi, & quæ notat *Iacob. de Calic. in ſua Margarita Fiſci, octauo dubio, verſ.*

13 *172.* vbi dicit, † quod Princeps in ſua curia & Audiẽtia tractat cauſas ſui patrimonij: vt in *cap. Item cum nos receperimus in iuuentute.* quod eſt ſupra *collat. 3.* & in quadam pragmatica, quam allegaui, in qua eſt inſerta clauſula ſequens: *Cum cauſæ iuriſdictionum noſtrarum non debeant ſub cauſis Vicariarum intelligi, cum per nos, & in curia noſtra habeant diffiniri.* vide & adde infra *collat. pro-*

14 *xim. cap. les cauſes dels pubills.* Sed † nunquid forma & practica huius conſtitutionis ſeruabitur in curia Baiuli generalis, vel in Audientia Gubernatoris, aut coram delegato Regio ſuper his deputato? Videtur quod non per textum hic, dum dicit, *en la Audientia del ſenyor Rey*: ergo ſecus in alijs, quia quod non mutatur, &c. & quia ſi voluiſſet, dixiſſet. Credo contra, argum. ſupra *in curia Regis Martini. cap. Item com pocs valria.* in principio. & quia ratio quæ moueret delegan-

15 tem, debet mouere delegatum, & ſicut † Princeps iudicat, ſic & alij iudicare debent, *extra. de re iudi. cap. in cauſis.* & hoc verum quando agitur

16 per fiſcum. Sed † pone, quod ſyndicus vniuerſitatis inuit quæſtionem ſine hac ſolemnitate, prout poteſt, nunquid poſtea in proſecutione cauſæ poterit fiſcus ſe immiſcere ſine hac ſolemnitate? Forte non, quia quod vna via prohibetur, &c. Contrarium tamen credo, dummodo ceſſet fraus. Sequitur in textu, *lo dit procurador fiſcal moura alguna queſtio.* ſubaudi, ſcilicet, agen-

17 do, ſecus † tamen ſi defendendo, & hoc probat littera infra *ead.* ibi, *que lo qui ſera appellat en juy*, &c. *puxa deliberar ſis defendra.* Secus igitur econuerſo, quia ſi aliquis vellet agere contra fiſcum, fiſcus defendendo poterit excipere, & mouere quæſtionem de iuriſdictione, vel dominio Regio ſuper proprietate ſine hac ſolemnitate con-

18 ſilij; quia licet † largo modo etiam excipiendo & defendẽdo quis dicitur mouere, vel facere quæſtionem: vt *ff. de procurat. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. ff. ſi pars haredi. peta. l. permittend.* in *gloſ.* & *ff. ad Trebellian. l. Lucius. §. trés.* tamen illud eſt, quãdo eſt ex pacto, vel alias eſt dãnatus ſpecialiter, & ſimpliciter non facere quæſtionem. Secus eſt hic, quia hic non ſimpliciter prohibetur fiſcus mouere quæſtionem: ſed prohibetur, ne agendo quæſtionem moueat niſi præhabito conſilio aduocati, ſub forma habita & tradita hic,

19 quæ fuit † ſalubriter prouiſa propter calumnias fiſcalium, & vtinam ſeruaretur ſimilis practica in cauſis priuatorum, ne ſubito proſilirent ad lites quandoque improbas, calumnioſas, & deſperatas: ad quod voluit prouidere aliquantulum *l. rem non nouam. C. de indi.* & ſupra *ead. cap. à remoure.* & ſupra *collat. proxim. cap. als procuradors fiſcals.* ad idem rubricæ *de iuramento calumniæ in legibus C. & Decretalibus antiquis, & Sexti.* Sed hodie totum eſt nihil. Credo tamen, quod valde optima fuerit prouiſio huius capituli, dummodo ſeruetur, quia alias fructus conſtitutionis non haberetur: vt infra *eadem cap. lo fruyt.* & ſupra *collat. proxim. in pragmatica, Quoniam legum*

20 *fructus earum obſeruantia eſt.* Sed † nunquid proceres loci pro luenda iuriſdictione ipſius loci poterunt mouere quæſtionem ſine fiſco? Reſpondeo, quod ſic, vbi de ſuo velint ſoluere pretium luitionis, quia hoc eſt eis conceſſum

Digitized by Google

per pragmaticas fauore ipſarum luitionum. Sed
21 an tunc ſeruabitur † forma huius conſtitutionis? Credo, quod non de rigore, quia hic ſolum loquitur de procuratore fiſci, ergo quod non mutatur, veteri iuri relinquitur: tutius tamen eſt quod ſeruetur, & cõmuniter fiſcus, & proceres ſimul agũt in talibus luitionibus. & tũc obſeruatur propter communionem fiſci. Sequitur in textu, *ſobre alguna iuriſdicció*, ſubaudi, in qua dominus Rex fundat de iure communi ſuam intentionẽ in toto ſuo Principatu Cathaloniæ, vt in vſat. *hoc quod iur. eſt Sanctorum.* & in vſat. *ex magnatibus.* & *cap. quia iuſtitiam facere.* vide quæ ibi ſcripſi de hoc, & adde *in Concordia Cardinalis Conuenarum. cap.* 1. & in *Commemorationibus Petri Alberti. c. Barones.* & ſeq. & etiam nota *extra. de iureiuran. cap. nimis*, & dixi ſupra *colla.* 2. *in curia* 2. *Barcin. cap. & reſtituimus.* &
22 *cap.* ſequen. & de † materia meri & mixti imperij ac iuriſdictionis dixi *collat.* 4. *in* 3. *curia Barci. c.* 9. *Item ordinamus præſenti curia approbante.* Tamen
23 qui † ab antiquo fuerunt in poſſeſsione meri imperij per quadraginta annos in locis ſuis, nõ poſſunt ſpoliari ſine cauſæ cognitione, vt præalleg. *cap. & reſtituimus.* Similiter ſi de mixto imperio, & iuriſdictione habuerint poſſeſsionẽ ſeu quaſi anteceſſorum ſuorum ab antiquo per triginta annos, nõ debẽt ſpoliari, nec aliquatenus moleſtari. Et ideo fuit hic prouiſum, ꝙ antequã ſuper iuriſdictione quæſtio aliqua moueatur per fiſcũ agendo ſeruetur forma tradita hic, quæ eſt menti tenenda: & quod dixi ab antiquo per dictos triginta annos, intellige, ſcilicet, ante tempus dictæ curiæ, quæ fuit celebrata anno Domini 1283. & quod dicitur *ab antiquo*, intellige, ideſt, de approbata antiqua conſuetudine ſic *extra. de offi. ordi. c. duo ſimul.* & 9. q. 3. *c. conqueſtus.* & 25. q. 1. *cap. contra ſtatuta.* Sed in alijs occupatis poſt dictam curiam Rex occupãdo iuriſdictionẽ non diceretur ſpoliare, ſed ſuum retinere, nec contra Regem poterit agi poſſeſſorio ſuper ipſa iuriſdictione, niſi probetur titulus. De hoc latius in vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* & in *cap. Item, quod Vicarij dicta*
24 *curia.* & ibi dixi. Sed † quid ſi fiſcus velit agere pro cauſa iuriſdictionis, vel alia, in qua fundet intentionẽ de iure communi: vel ſtatim monſtret ex archiuo, vel alias inſtrumentũ, quo conſtat de iure regio, puta in tributis, vel cœnis, & huiuſmodi: nunquid oportebit ſeruare ſolemnitatẽ huius conſtitutionis? Certe crederem quod non, quia in talibus notorijs nõ eſt locus ambagibus, quia tũc non timetur vexatio, nec eſt opus monſtrari alias probationes, & in caſu dubij eſt fienda. & intelligẽda lex & conſtitutio, verũtamẽ facile ſatis eſt ſeruari hanc formam, quod eſt tutius, ex eo quod expreſſe dicit, *iuriſdictio*, ſuper qua fundata eſt iuriſdictio Regia. Sequitur in textu, *dret, o proprie-*
25 *tat.* fiſcus † eſt ergo in cauſa pecuniaria, vel alia, in qua non agitur de iure perpetuo, vel proprietate aliqua. Item forte fiſcus ſi fiſcus velit agere poſſeſſorio recuperandæ tantum de per ſe: quia
26 aliud † eſt agere de proprietate, & aliud de poſſeſsione: vt *extra. de cauſa poſ. & proprie. cap.* 1. & quaſi per totum. & *ff. de adqui. po. l. naturaliter.* §. *nihil commune.* Sed quia littera dicit, *dret, o proprietat*: videtur quod dicit *dret*, comprehendat ius poſſeſſorij. Sed exponitur, *ó* pro *ideſt.* quia ius in iure ponitur pro proprietate, et ã in propria materia, quia poſſeſsio dicit momentum; ſed ius dicit proprietatem, vt *extra. de cauſa poſ. & proprie. cap. ad vltimum.* ibi, *tam momenti quam proprietatis.* & hoc ſonat quod infra ſubijcitur, *moſtrades*
27 *les proues.* quia poſſeſſorium † non tam probatur inſtrumentis, quam teſtibus, & ibi non opinor. quod loquitur de probationibus teſtium, quia atteſtationes non poſſunt monſtrari antequam recipiantur, nec recipientur ante litem motam, &
28 quæſtio † poſſeſſorij priuilegiata eſt. & tanquã momentanea eſt velociter expedienda, vt *C. ſi de momenta. poſſ. ff. agatur. l.* 1. Sed eſt verum, quod do-
29 minus Rex † eo ipſo, quod fuit nactus poſſeſſionem Regni, fundat in toto Regno quo ad iuriſdictionem, intentionem ſuam, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio. Vnde ſatis mirandum eſt, quod hæc ſolemnitas ſeruetur in quæſtione iuriſdictionis, & aliorum, ſuper quibus Regia ipſo iure eſt fundata intentio, & eſt multum priuilegiata. vt *extra. de ordi. cog. cap. ſuper ſpoliatione.* & ibi *glo.* Vnde non credo hanc debere intelligi, quando ageretur interdicto *vnde vi*, vel alio iudicio recuperandæ poſſeſsionis tantum, & de per ſe
30 ſeparatim: quia † ſi ſimul eſſet actũ poſſeſſorio, & petitorio, poſſet ante concluſionem cauſæ ſuſpendi petitorium, forte propter defectum probationis proprietatis, & procedi in ſolo poſſeſſorio in hoc & alias priuilegiato, vt *in c. paſtoralis. extra. de cauſa poſ. & proprie.* Ideo magis videtur licere ab initio agi poſſeſſorio tantum, nullis monſtratis probationibus; quia nõ eſt veriſimile vnico verbo huius conſtitutionis voluiſſe tollere tot iura loquentia de priuilegijs, & prærogatiuis poſſeſſorij, quæ ſunt introductæ in odium ſpoliãtium, & propter difficultatem probandi dominium. *extra. de reſti. ſpo. cap. ſæpe.* cum ſimil. Facit *l. ſi quan-*
31 *do. C. de inoffi. teſt.* Item † non eſt credendum, quod quando fiſcus intendit agere, & petere ius alicuius mulctæ ſeu pœnæ pecuniariæ, vel corporalis, quod habeat ſeruari ſolemnitas huius conſtitutionis. Imo contrarium ſemper extitit practicatum, & ita minime ſunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.* Idem practicatur quando petitur fieri apprehenſionem, vel incorporationem rerum confiſcatarum ex crimine Maieſtatis, vt vidimus hoc tempore guerræ. Et ſi curia hoc etiam in poſſeſſorio voluiſſet, facile erat dixiſſe *poſſeſſio, o proprietat.* & in omnibus actionibus ſiue cauſis, ſicut dixit *dret, o proprietat.* argum. *extra. de decimis. cap. ad Audientiam.* Sequitur in textũ,
32 *dret, o proprietat.* Nota hic † caſum pro luitione conceſsionis & gratiæ factæ de ampliando limites macelli *de la Cocoreita*, per quam petitur

titur demoliri macellum plateæ nouæ, quia iura gratiæ ſunt luibiles, & habet ſeruari in ipſa luitione forma huius conſtitutionis: & hoc verum, quando quæſtio mouetur agendo, ſecus forte vbi opponitur per viam exceptionis, vel compenſation s, quia textus hic dicit, *è donar demanda*, adde quæ dixi ſupra *eod. cap.* in verbo, *lo dit procurador fiſcal moura alguna queſtio*. Et pro hac mea opinione multũ faciunt verba quæ hic ſtatim ſequẽtur, *lo qual lo dit procurador fiſcal pretendra pertanyer al*
33 *dit ſenyor*. quia verbũ iſtud † *pertinere*, prolatũ ab actore in libello denotat dominium. Sed poſitũ in exceptione à reo denotat poſſeſſionẽ. Ita notat ſingulariter *gl. ſ. in l. ſi quis intentione. ff. de iudicijs.*
34 Itẽ nota, † quod verbũ *pertinere*, quandoq. tria ſignifi at. Eſt enim hoc verbũ idem, q̃ dirigitur, tenditur, & peruenit: vt *ff. de cloacis. l.* 1. §. *Item q̃*
35 *ait prator*. Itẽ † quandoq. latiſsime patet verbũ *pertinere*, cũ res, quas nõ poſsidemus, quæ tñ ſunt noſtri domini, ad nos pertinere dicamus, quæ in nulla earum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt; ſicut eſt cũ quid ex aliquo cõtractu nobis debetur, vt *ff. de verb. ſig. l. probrum*. alias, *verbũ illud pertinere*. Quod vltimum nõ admittitur ad verbũ *pertinere*; arg. *C. de pac. inter emp. & ven. l.* 1. ar. *ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. quem ad te aperi. l.* 2. §. 2. *C.*
36 *de tranſac. l. ſi ſuper poſſeſſione*. Verbũ † autẽ illud *pertinere*, late patet *ff. de verb. ſig. l. verbũ pertinere*, nota *ext. de religio. domib. c. cõſtitutus*. & *de re iudi. c. Abbatiæ ſanct. lib.* 6. & *de elec. c. vlt. l.* 6. circa prin. ſuper verbo *pertinet*. & *de fide inſtrumento. c. inter di-*
37 *lectos*. Vnde † ſub verbo *pertinere*. quandoq. tam vniuerſalis quã ſingula is ſucceſſor cõtinetur. *ff. de exercitor. l. ait prator*. & *l. ſi*. interdũ vniuerſalis tãtũ. *ff. de verb. ſig. l. ff. iendum*. §. *deinde*. Interdũ ad quem commodũ, vel incõmodum ſpectat. *ff. quãdo app. ſit. l.* 1. §. *in propria. ff. de procura. l. ſeruũ*. §. *ait prator*. & *l. non ſolũ*. §. *quæ ſi*. Interdum creditor, bonæ fidei emptor, & fructuarius continẽtur: *ff. de adulterijs. l. ſi poſtulauit*. §. 1. Itẽ curator datus bonis diſtrahendis. *ff. de bonis. auctо. indi. poſſi. l. prator*. §. *his verbis*. Itẽ ij quibus teſtamento relictum eſt, *ff. de adop. l. non aliter*. & *l. his verbis. ff. de ventre in poſſ.* 4. de iſto verbo vide per *Inno. extra. de cauſa. po. &*
38 *proprie. c. cũ Eccleſ*. Sed † an procedat iſte libellus, Petro rem, vel caſtrũ cũ pertinentijs ſuis, nota *de reſti. ſpo. cap. cum ad ſedem. in gl. ſ.* 2. Et nota,
39 quod † *pertinentiarũ* nomine veniunt ea quæ iure communi vel conſuetudine, vel ſtatuto, ſel ſimilibus continentur, de quo vide *Inno.* in allg. *c. cũ*
40 *ad ſedem*. Item † nota, quod illa Eccleſia dicitur etiam alicui pertinere pleno iure, in qua quis tẽporalem & ſpiritualem iuriſdictionem habet. *extra. de fo. compe. c. conqueſtus. in glo.* 1. Vlterius nota, quod licet verbum *pertinere*, late pateat, tamen in libello admittitur, ſecundum *Hoſt. extra. de excc.*
41 *præla. c. inter dilectos*. Item nota † vnum caſum ſingularẽ, quod licet fiſcus ſit vniuerſalis ſucceſſor, non tamen eſt hæres, vt notat *Bal. ff. ſolu. matr. l. ſi*
42 *maritus*. §. *ſi bona mulieris*. quia † non tranſit inſtantiam in fiſcũ, ſecũdum *Iac. de Ra.* vide ibi latius.
43 Item † nota, quod in cauſis fiſcalibus aduocati fiſci præſentia eſt neceſſaria: de quo dixi ſupra
44 *colliu. cap.* 8. *Item per tolve vexacio*. Sed, † an & quando in cauſis fiſci habeat iuris ordo ſeruari, vide *Ioan. de Pla. in l. omnes iudices. C. de delationibus.*
45 *lib.* 10. Nota, † quod contractus Principis habet vim legis, niſi ſit contra legem, vel cõtra pactum iuratũ, vel alios bonos mores. Vnde donatio, vel alia alienatio facta de iuriſdictione, vel alia re patrimoniali per Regem contra probationem priuilegij iurati per ipſum, vel cõtra prohibitionem legis viuæ, vel mortuæ eſt nulla ipſo iure, ſecundũ *Inno.* & *Ioa. An. in c. fi.* in fin. *extra. de acc.* & *Hen. in c. Raynaldus. de teſta.* & ponit latius *Iac. de Cal. in ſua Margarita Fiſci.* 8. *dubio. verſ.* 72. & *verſ.* 73. quod nota valde ad materiam luitionis iuriſdictionum & rerum de patrimonio Regio alienatarum contra priuilegia & pragmaticas, vt poſsit fieri recuperatio nullo reſtituto pretio, licet male ſeruetur quãdoque, vt vidi in cõſilio Regio. Sequitur in textu, *que no puga mourе queſtio, è donar demãda*. dic *è donar*, ideſt, *lemana*, & ita lege
46 iſtud *è*, pro ideſt, quia † tenetur expoſitiue, quaſi dicat, non poſsit mouere quæſtionem, ſcil. cet, agẽdo, hoc eſt dare petitionem, & facit̃ pro his, quæ dixi ſupra in verbo, *lo dit procurador fiſcal mourа alguna queſtio*. quia libere excipere & defendere poterit ſine hac ſolemnitate: & ideo dixit, *è donar demanda*. & hoc etiam probant verba, quæ ſtatim ſequentur, *en la demanda, o ſuplicacio primeramẽt offeridora*, quia † qui primo ad iudicium
47 prouocat, ille dicitur actor. *ff. de iudicijs. l. in tribus iſtis iudicijs*. & quod dicit *o ſuplicacio*. ſupponit pro libellõ ſiue demanda actoris. Sed quia in Audiẽtia propter reuerentiam Principis locũ verbi *petit*, conſueuimus ponere *ſupplicat*, & ideo vulgariter dicitur ſupplicatio largo modo, licet ſtricto modo: & proprie loquendo dicatur ſupplicatio illa quæ fit poſt ſententiam, per quam loco appellationis ſupplicatur de reformanda in melius ipſa ſententia, vt *C. de preces. Imper. offe. authent. quæ ſupplicatio*. & *in capite litteris. extra. de*
48 *in integrum reſtitutione*. Et † de materia libellorum vide quæ dixi ſupra *in curia Perpinian. cap.* 1. *quia ſæpe contingit*. Sequitur in textu, *Sens conſell en*
49 *ſcrits*. ergo non ſufficeret verbo, † quia ſcriptura eſt hic de ſubſtantia, ſic ſupra *dicta. proxim. cap. ne ex beneficio*. vide quæ ibi ſcripſi ſuper verbo *in*
50 *ſcriptis*. Sed † nec hic ſufficeret ſcriptura cuiuſcumque. Imo requiritur ſcriptura manu aduocati ſi oi ſcripta, & hoc ſubijcitur hic in textu, *dela qual aparega per ſuſcriptio de ſa mа*. quia licet conſilium foret ſcriptum manu alterius, tamen ſufficit ſubſcriptio manus eiuſdem aduocati, & hoc eſt tutius, vt ſeruetur conſtitutio ad litteram, licet forſan in caſu legitimi impedimenti, quia haberet podagram in manu, vel aliam in ea pateretur infirmitatem, propter quam nec ſubſcriptionem poſſet facere, ſed impediretur

omnino, tunc ſufficeret probari ipſum impedimentum, & conſilium eſſe datum per ipſum aduocatum, de hoc eſſe factum publicum inſtru-
51 mentum, † quæ eſt probatio probata, vt *C. de non*
52 *num. pe. l. generaliter.* & caſus † neceſsitatis ſemper videtur exceptus, quia neceſsitas non habet legem: vt *extra. de reg. iur. cap. quod non eſt licitum.* Eſt etiam quædam probatio per inſpectionem oculorum, vt *l. 4. §. conſtitutione. ff. de damno infec.* Itẽ illud
53 dicitur † eſſe liquidum, quod de facili probari poteſt, vt *C. de compenſa. l. ſi.* Sequitur in tex. *en la demanda, o ſupplicacio primerament offerida.* ecce
54 habes † hic, quod dicta ſubſcriptio aduocati habet fieri in libello, ſiue prima petitione, vel ſupplicatione, per quam ageretur cõtra aliquẽ, vt traderet, vel reſtitueret iuriſdictionẽ, vel proprietatem, quam detineret ad ius & proprietatẽ domini Regis pertinentem, fundata eius intẽtione de iure communi, vel alijs legitimis documẽtis ſeu probationibus. Et ita nota hic caſum,
55 quod aduocatus † fiſcalis poteſt interuenire in omnibus actibus cauſarum fiſcalium: ſic *in l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* & infra *eod.* in verbo, *viſt lo cõſell.* adde quæ notantur *in Margarita Fiſci, in primo dubio. verſ. 3. quod aduocatus fiſci.* Sequitur in textu, *en lo capitol fet per lo ſenyor Rey en Marti.* Forte hic loquitur *de capitulo curiæ Regis Martini,* ſupra *coll. 8. cap. Item per tolre vexacio.* vide ibi, quia non reperio aliud, quod melius faciat ad propoſitum. Sequitur in textu, *lo qual,* ſcilicet, *cap. in curia Regis Martini, volem è manam eſſer ſeruat a la lletra.* Ecce confirmatur hic dictum capitulum curiæ Regis Martini, & præcipitur ſeruari ad litteram, quod intellige, vt dixi ſupra *eod. cap. volents,* ſuper verbo, *planament a la lletra.* Sequitur in textu §. *aju-*
56 *ſtam.* Et hic eſt ſecunda pars, in qua † datur forma aduocato fiſci ſuper dando huiuſmodi conſilio ſuper prædictis, & prohibetur ſibi, ne præſumat dare, neque det conſilium in & ſuper dicta petitione, demanda, vel ſupplicatione, donec per procuratorem fiſcalem, aut alium partem ſecum forſitan in his facientem, fuerint monſtratæ probationes de intentione fiſci. Attẽde valde adhoc extra. quia videtur ſufficere probatio ex præſumptione iuris communis, vbi alia probatio nõ poſſet haberi, & imo mirum eſt, quod hic dicitur ſaltem in illis in quibus Rex fundat intentionẽ ſuam de iure communi. Sed forte hæc eſt vna cõſtitutio de illis in quibus Rex fuit deceptus, vt dixi infra *eod. cap. contra conſtitutions es.* Sed non mireris, quia factæ fuerunt tempore neceſsitatis propter claſſem triginta galearum, &c. veruntamen ſatis videtur, quod procurator fiſci monſtret probationes, monſtrando iuris communis claram probationem, in & ſuper ipſa demanda, vel ſupplicatione, & ſuper eis habito acordio, & conſilio aliorum duorum iuriſperitorum de ſolemnibus Audientiæ redacto in ſcriptis. Et quod littera dicit, ſcilicet, *pro parte fiſci,* nec eſt neceſſe vocare partem his, ſic *in cõſtitutione Regis Ferdinandi.*
57 *cap. querelam.* vide quæ ibi ſcripſi. Et † credo ſufficere, quod appareat intentionem domini Regis eſſe fundatam de iure communi, quia non poteſt eſſe maior probatio, *ſeran moſtrades pronas.* dic, quod ſufficeret docere vnicam validam probationem. Sed forte non ſufficeret monſtrare ſemiplenã: quia requiritur probatio, ergo plena, clara, &
58 non dubia, quia † dubia probatio non eſt probatio: *extra. de proba. cap. in præſentia.* Eſt argum. quod
59 dominus † Rex ſuper iuriſdictione non fundet intentionem ſuam de iure cõmuni, ſed ſicut quiuis alius habet venire cum ſuis probationibus, vt *C. de eden. l. 1.* & *l. qui accuſare.* & *extra. de probn. c. 1.* cũ ſimil. Et idem ſuper alodijs & alijs, quia ſupra dixit, *ſobre alguna iuriſdiction, dret, o proprietat.* Sed dic, quod in regalijs, & mero imperio, fundat dominus Rex ſuper toto ſuo Principatu & Regno, intentionem ſuam de iure communi, vt in vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* & in vſat. *vnde cum dominus.* & vſat. *iudicium in curia datum.* & vſat. *iudicia curiæ.* & in vſat. *camini.* & vſat. *quoniam per iniquum,* cum ſequentibus, & vſat. *Princeps namque.* in vſat. *ſtratæ.* & vſat. *auctoritate, & rogatu.* & *c. de magnatibus,* alias *ex magnatibus.* & *cap. quia iuſtitiam facere.* & in feu. *tit. quæ ſunt regaliæ.* cum ſimilibus multis. Ad idem *in 2. curia Barcino. Regis Petri Secundi. cap. & reſtringimus.* & *c. ſeq.* licet ibi fuerit ordinatum, quod habentibus poſſeſsionem tricennalem, non turbetur quaſi poſſeſsio meri imperij, ſine cauſæ cognitione; non tamen dicitur ibi, quod ſint tuti ſola præſcriptione tricennali, quia eſſet contra vſaticũ, *hoc quod iur. eſt ſanctorũ.* & contra conſtitutionem, *in curia Cernariæ c præterea ordinamus, quod ſi occaſione vſatici, Princeps namq.* vide & adde quæ notantur. Nõ obſtat vſat. *omnes cauſæ, ſine bona, ſine malæ.* quia ſub generalitate verborum vſatici, vel cõſtitutionis non cõprehẽduntur regaliæ, vt dixi ſupra *eod.* in verbo, *en la Audientia del ſenyor Rey.* Item intellige vſat. *omnes cauſæ,* ſcilicet alias præſcriptibiles. Faciũt notata per *Bal. in l. 1. C. de ſacro ſanct. Eccleſ.* non enim intelligitur de cauſis alias nõ præſcriptibilibus, quia impræſcriptibilia nullo tẽpore præſcribuntur: ſic loquitur vſat. *hoc ꝙ iur. eſt ſanctorũ.* de quo forſitã dicam alibi latius, ſi caſus occurret: vide quæ ſcripſi infra *coll. proxi. c. confirmants, loants, & approbants. §. per la preſent con-*
60 *ſtitucio empero no entenẽ,* &c. An † & quãdo ſententia prætextu inſtrumentorũ nouiter repertorum valeat retractari, & qualiter in cauſa fiſci, & in cauſa priuati, vide *Ioa. de Pla.* late *in l. vnica. C. aduer. fiſcũ.* latius *lib. 10. in 2. cõcluſione.* Et quid de
61 prꝛeuaricatione, vide ibi in 3. *cõcl.* Et † quid quãdo per reſtitutionẽ in integrum, vide ibidẽ. Et an & quãdo iudicetur ex eiſdẽ actis. Quas ergo probationes poterit monſtrare fiſcus, vel cũ eo partẽ faciens, vt locũ habeat petitio, vel demãda, ſiue ſupplicatio; de qua dicitur in hac cõſtitutione? Reſ-
62 põdeo verbũ † *mõſtrare,* ſiue *mõſtrara pronas,* in littera poſitũ, late patet, quia ſiue per allegationẽ iuris cõmunis, quo fũdatur intẽtio dñi Regis ſuper iuriſdi-

iuriſdictionē ſaltē in mēro imperio, vt *in cōſt. ſoni emiſſi*, & iuribus præalle. & in alia iuriſdictione etiam minori monſtrabit inſtrumenta impignoramenti, donationis, venditionis, ſtabilimenti, conceſsionis, vel alterius alienationis perpetuæ, vel temporalis, vel ad vitam, vel etiam certorum, vel acta publica, & alia munimenta, per quæ monſtrabitur fundata intentio fiſci, ſaltem ex multis præſumptionibus & indicijs, vt ſic qua ſi videatur fundata fiſci intentio ſaltem ſemiple ne, quia littera dicit, *provas*, & ſunt multę ſpecies
63 probationis: † vt dixi ſupra *colla. proxim. cap. volentes noſtros.* ſuper verbo, *probatum eſſet plene, vel ſemiplene*, & *extra de reſti. ſpo. cap. cum ad ſedem.*
64 Nam & † multa ſunt quæ probatur ex ſola oculorum inſpectione, vt probatur *in gloſ. arboris conſanguinitatis.* & *extra. de præſcrip. cap. quia iudicata.* & *ff. finium regundorum. l. ſi irruptio. e.* in fin. quādoque per libros antiquos, teſtes, famam, & alia adminicula: vt *extr. de proba. c. cum cauſa que.* Item
65 nota, † quod probatio legitima inducit notoriū, vt *extra de verb. ſig. cap. cum olim.* in verbo *probationem*. Sed non ſufficit probare niſi probetur per modum ad quem ſe obtulit, & aſſumpſit ad probandum: *ff. de adul. l. denunciaſſe. §. quid tamen, & vi.*
65 *bo. rap. l. 4. §. hac autem.* Itē † nota, quod confeſsio tunc videtur tranſire in notorium, quando cōtra eam nihil eſt oppoſitum, nec alias excuſatur, alias ſecus, quia obtenebraretur notorietas, ſecundum *And. de But. extra. de app. cap. cum ſpecialis. §. porro. in fin. op.* & *de elec. c. per inquiſitionē.* Sequitur in textu *è vides aquelles*, ſcilicet, *provas.* Et dic *viſtes*, ſubaudi, & cognitis ſiue recognitis, quia alias nō ſufficit videre, & percunctari in dorſo, vel perfunctorie, & ſuperficialiter, niſi ad plenum viderint, legerint, & cognouerint; quia & iſta requiſītur in ſentētia ferenda: vt *extra. de reſti. in integrū. cap. tamen ex litteris.* & *in Cle. cum lite. vt lite pen.* & ſupra *eod. cap. per dūar orde.* vide quæ ibi ſcripſi, ſuper verbo, *E lo conſell aplen informants.* Sic etiam
67 non † valet tranſactio de his quæ ex teſtamento deſcendunt niſi prius viſis, & cognitis verbis teſtamenti, vt *ff. de tranſac. l. de his controuerſijs.* vide quæ ibi notantur per *gloſ. Bar.* & alios *Doct.* Item dic, *vistes*, ſcilicet, per aduocatum fiſci, & etiā eſt tutius, quod videātur per alios duos iuriſperitos de Audientia, quos ſibi elegerit de notabilioribus, ſcilicet, in ſcientia, & practica, & ſignanter in iſtis iuribus patriæ, quibus præ ceteris iudicandum eſt, vt ſupra *eod. cap. aſſats es coſa rediculoſa.* Et
68 nota † quod ex conceſsionē gratioſa Principis abſque apprehenſione poſſeſsionis ſtatim quis efficitur dominus & poſſeſſor, vt *in cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum.* & *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip.* & in *Cle. auditor, de reſcriptis.* & hoc verum quando Princeps dat de plenitudine poteſtatis, vel dicit ſe tradere poſſeſsionē per traditionem inſtrumenti. addē notata latius per *Iacob. de Calcio in Margarita Fiſci. 8. dubio. verſ. 70.* Sequitur in textu, *hage haut conſell.* Nota ergo ſpe-

ciale in hoc caſu, quod prius oportet præcedere conſilium, & deliberationem adiunctorum duorum peritorum, quod poſsit dari conſilium procuratori fiſcali per eius aduocatum. Sequitur in textu, *ab dos ſolemnes iuriſtes de la Audientia, è conſell del dit ſenyor.* Nota bene omnia verba iſta, & pondera ea, quia non ſine myſterio poſita fuerūt, & quia iuramento & homagio aſtringuntur ad obſeruationem eorum, ideo ſtricto modo & in
69 forma ſpecifica ſunt obſeruanda. Et ſic † nota, quod non ſufficeret habere conſilium cum vno tantū, quantumcūque ſolemni; imo requiruntur
70 duo. † quia firmum eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur: vt *extra. de offi. del. c. prudentiam.* quia quod à pluribus quæritur, melius inuenitur, vt 20. *diſt. cap. de quibus.* Et eſt ſciēdum,
71 quod quatuor † ſunt quæ ab aduocato ſeruari congruit, ſcilicet, aduerſarium patienter audire, audita perūigili mente diſcutere, & ad diſcuſſa cōgrua reſponſa dare, & obiecta pro parte ſua
72 allegando concludere. Itē † nota, quod iſti duo habent eſſe iuriſperiti, quia non ſufficeret habere acordium, & cōſiliū à Theologis, nec phyſicis,
73 nec militibus: & eſt ratio, quia † cuilibet expectō in ſua ſcientia credendum eſt, vt *ff. de ſta. ho. l. ſeptimo menſe.* Itē nō ſufficerēt qualeſcūq. iuriſperiti, quia immo requirūtur ſolēnes, & reputatē ſolemnes, quod eſſent peritiſsimi in iure canonico, & ciuili, & præſertim etiā in iuribus patriæ, vt dixi; non enim crederem in hoc caſu tore idoneos, nec ſolēnes nouos Doctores tyrones, qui nō dum nouerunt, nec practicarūt iura huius patrię, & ignorant regalias, & iura regāliarum huius patriæ: & hoc dico ſignanter per *cap. aſſats es coſa rediculoſa.* ſupra *eod.* & ibi vide cum ſuis cōcor. quæ
74 requirantur † antequam admittātur in practica iuriſperiti huius patriæ. Item etiam non ſufficeret iuriſperitos habere omnes qualitates quas requirit *c. aſſats*, niſi forent de Audiētia, & cōſilio domini Regis, vt hic. Et nota quod dicit, *& de conſilio*: quia non omnes de Audientia ſunt de conſilio. nec conſiliarij domini Regis: requiritur ergo, quod iſti duo iuriſperiti adiuncti, ſint conſiliarij formati, & de conſilio domini Regis, & iſti conſiliarij in iure Romano vocantur ſilentiarij: vt *C. de ſilentiarijs.* ſuper *rubr.* & vide ibi *Ioan. de Platea.* & fuit ratio huius litteræ, quia iſti magis præſumuntur ſcire iura Regia, & fiſcalia, de quibus late *in Margarita Fiſci*, tractauit *Iacob. de Calcio* & in ſuo *Curiali.* & alijs *tractatibus*, & *compilationibus* ſuis. quibus carere non debēt practici huius patriæ. ¶ Vlterius nota, quia dicit *ſolemnes*, & non dicit, *de ſolemnioribus*, vide credo ſufficere, quod elegerit duos antiquos iuriſperitos de conſiliarijs domini Regis, quorum fama, & experientia eos ſatis valeat commendare, quia experientia multum valet in his: vide & adde quæ dixi ſupra *colla. 7. in curia Regis ſuper artic. cap. Item ſenyor com ſegons la ordinacio de vostra caſa.* & ſupra *collat. 7. in curia Admiſſions, cap.*

*quia,vt experientia.*cum ſuis concor. Et in ſumma
75 nota, quod † per ampliores homines perfecta veritas reuelatur:vt *C.de fidecom.l.vna.*& 44. *diſt. cap.extra ſcientiam.*¶Sequitur in textu, *E lo conſell daquells.*ſcilicet,iuriſperitorum adiunctorum prædictorum.Et ſequitur, *redigit en ſcrits.* Nota, non dicit hic cuius manu. Si enim dixiſſet,quod eſſent ſcripta manu propria, tunc ſufficeret ſcriptura per manus aliorum, iuxta notata *in Cle.*1. *de iure iurando.*& *in Cle.*1. *de vita & honeſt.cleri.* & *gloſ.in l.ſingulos.*in verbo,*proprio chirographo.* & *in l.probatorias,* in verbo,*manu Principis.* & ibi *Bart. C.de diuer.offi.lib.*12. & notat *Dominicus* 5.*q.*3.§. *in criminalibus.* Et ita ſufficit iſtorum conſilium, per qualecumque fore ſcriptum. Sed tutius eſt eorum manibus fore ſubſcriptum, argum. ſupra *ead.*in verbo,*de ſa propria man.*vel ſaltem redigatur in ſcriptis per manum publicam, & hoc ad finem, vt poſsit exhiberi reo in ius vocato, qui viſo ipſo conſilio deliberare valeat an cedat, vel contendat:vt *in authen.offeratur.C.de litis conteſt.*& hoc ſequitur ſtatim in hac littera, ibi, *viſt lo dit conſell, puxa deliberar ſis volra,defendra, o fara rabo de ſi mateix.* dic, ideſt, an velit in iudicio contendere ſe defendendo,vel facere rationem cedendo liti, vel forte compromittendo aut tranſigendo, quod eſt voluntarium. Sed ſe defendere cogitur,
76 quia † iudicium redditur in inuitum: vt *l. inter ſtipulantem.* §.*ſacram. ff.de verb. oblig.* Vnde nota, quia mihi videtur, quod hæc ſit vna de æquioribus,& optimis prouiſionibus,quæ ſit in toto corpore iuris Cathaloniæ, quare miror cur Baiulus generalis,& eius fiſcus, & alij etiam non coguntur ſeruare hanc formam;vel ſaltem cur,ſi ſubcubuerint,non ſoluunt expenſas de proprio, quod deberent, iuxta dictum *cap. Regis Martini. Item per tolre vexacions.*vide & adde quæ ibi dixi. Sed quid ſi factum eſt ſine cõſilio iſtorum peritorum? Reſpondeo, non valebit quaſi factum contra ordinem huius conſtitutionis: & facit quod notatur ſupra *ead.c.per donar orde de Vicecan.& Regent Cancell.*& idẽ de aſſeſſore Gubernatoris,inf.*colla. proxi. c.les cauſes deli pubills.*vide quæ in eis dixi.
77 ¶Item quia † abſentia aduocati fiſci reddit actũ ipſo iure nullum: vt *ff.de iure fiſci.l.non intelligitur.* §.*diuus.*2.& ibi *glo.*notat,quaſi in omnibus cauſis fiſcalibus vna cum iudice habet interuenire fiſci aduocatus:vt *l.*2. *C. aduer. fiſcum.* & dixi *in curia Regis Martini. cap. Item per tolre vexacions.* & ibi etiam eſt caſus, & hic, & de hoc vidi pragmati-
78 cas:quia † nec reſcriptum Principis debet à curia emanare in tangentibus fiſcum,ſine Vidit aduocati fiſci,& ita ſeruatur. ¶ Sequitur in textu, §.*volents & manants,*&c. Hic eſt tertia pars, &
79 vltima,in qua dicit,†q̃ aduocatus& procurator fiſcalis ambo conſtringuntur ad præſtandum iuramentum & homagium in principio ſuorum officiorum de ſeruando contenta in præſenti cõſtitutione;ſed melius foret ſi præſtarent de ſeruando etiam vſaticos, & conſtitutiones, & alia iura Cathaloniæ,vt dixi ſupra *in curia Illerdæ cap.*18. *Item ordinamus,& ſtatuimus præſenti curia approbante.*tunc enim ſaltem metu bauſiæ, & pœnarum iuramenti & homagij violatorum ſeruarentur iura iſta, & ſic earum fructus haberetur: vt infra *cap.proxim.* Et de iſtis fiſcalibus vide ſupra *collat.*
80 *proxi.cap.als procuradors fiſcals.* Et † qualiter, & quando fiſcus, vel priuatus poſsint agere contra debitorem debitoris, nota per *Ioan. de Plat. in l. vnica. C.de conuenien. fiſci debitoribus.lib.*10. & per *gl. f.*& *Doct. C.quando fiſcus,vel priua.l.non prius.* & adde *Bal.*ſuper *Inno.extra. de ſuc.ab inteſta.cap.cum*
81 *dilectus.*& *Azon.in Summa.* Et † nota, quod niſi iſti fiſcales præſtiterint dictum iuramentum; & homagium,poterunt ab agendo repelli per iudicem ex officio,vel ſaltem ope exceptionis, iuxta notata ſupra *colla.*5.*cap.*9. *Item ſtatuimus & prohibemus,quod locatenentes procuratoris fiſcalis non poſ-*
82 *ſint vti,*&c.vide cum concor. Et nota,† quod in cauſis fiſci requiritur, quod interueniat præſentialiter perſona aduocati fiſcalis,& etiam procuratoris; alias non valeret ſententia lata contra fiſcum eis abſentibus; ſecus ſi pro eo, ſecundum *gloſ.*& *Ioan.de Plat.*quem vide *in l.vnica.C.de ſen. aduer.fiſcum latis.lib.*10. Nec credo, quod alius pro ipſo aduocato fiſcali poſsit ſubſcribere,quia nec poteſt facere locum tenentem,cũ ſit induſtria perſonæ electa, & habet præſtare homagium, vt hic,& *in Clem.*1. *de vita & honeſtate clericorum.*

Vt cura,& ſollicitudine dominorum Deputatorum generalis Cathaloniæ iura patriæ obſeruentur. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ſine vtilitas conſtitutionum eſt obſeruãtia illarum.& num.*2.
3 *Iura parum eſt eſſe in ciuitate,niſi ad exequutionem,& obſeruantiam deducantur.*
4 *Finis iuris poſitiui eſt quies ſubiectorum.*
5 *Iuſtitia deſideranda eſt,cum ſit ſummum bonum.*
6 *Iuſtitia conſiſtit in fideli obſeruatione mandatorum.*
7 *Effectus iuſtitiæ conſequitur non ex ſcientia iuris, ſed ex exequutione,& operatione magiſtratuum.*
8 *Iudex bonus quatuor debet habere,*vide in littera.
9 *Lex bona quæ debeat habere,*vide in littera.
10 *Cathalonia fere deſtructa fuit in anno* 1461. *vſque ad annum* 1468.
11 *Vſatici Barcinonæ ſunt centum nonaginta tres.*
12 *Vſatici Barcinonæ ſunt leges generales, & communes totius Cathaloniæ.*
13 *Conſtitutionum & capitulorum curiæ differentia. remiſsiue.*
14 *Commemorationes Petri Alberti,conſuetudines generales Cathaloniæ, & pragmaticæ ſunt leges generales Cathaloniæ.*
15 *Iura communia ſeruamus in quantum continent æquitatẽ,& bonã rationem, deficientibus iuribus patriæ.*
16 *Priuilegia generalia, & communia tribus brachijs Cathaloniæ quæ.*
17 *Priuilegia leges priuatæ dicuntur, eo quia in priuato, & extra curiam concedantur.*

Periurium

Digitized by Google

18 *Periurium non incurrunt ignorantes.*
19 *Priuatus faciens contra iura patria puniri poterit tãquam violator conſtitutionis, quant omnis modicum faciant.nu.20.*
21 *Contra legem facit, qui contra verba & mentem legis facit.*
22 *In legis fraudem facit, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit.*
23 *Paria ſunt offendere verba & mentem legis inſimul, vel mentem tantum.*
24 *Sub nomine Regentis Vicariam oriundus de Vicaria vel domiciliatus in ea poni non poteſt.*
25 *Priuilegia veniunt ſub nomine libertatum.*
26 *Deputati arbitrari poſſunt an quidquam contra conſtitutiones fiat.declaratur ibidem, & nu.27.nu.32. & 33.*
28 *Obſeruantia legum ad totum populum ſpectat.*
29 *Actio popularis datur contra violatores conſtitutionum.*
30 *Rex & eius officiales iudicant ſecũdum conſtitutiones, & non de ipſis.*
31 *Rex & eius officiales ſi male iudicauerint violando conſtitutiones, quid agendum.*
34 *Appellatio coram Principe non tranſit in deſertionem,*
35 *Litigare cum ſuperiore furioſum eſt.*
36 *Deputatis conceſſa ſunt omnia, ſine quibus conſtitutiones Cathaloniæ bene defenſa eſſe non poſſent.*

LO fruyt de les conſtitucions. Caſus. Fructus ſiue
1 vtilitas † conſtitutionum eſt obſeruantia illarũ,alias incaſſum emanarẽt: propterea ad executionem ipſius obſeruantiæ emanauit præſens conſtitutio,per quam domini Deputati generalis Cathaloniæ generales & locales poſſunt & debent ſollicite intendere ſe opponere,inſtare, & curare iuris remedijs hic contentis, quod earum obſeruantia effectualiter habeatur.Hoc dicit breuiter, quia alias non videtur quod poſsit ſub breuiori ſermone comprehendi. Sed diuiditur in partes quinque. Nam in prima parte ponitur breue proœmium, quo declaratur omnis vtilitas condendi & habendi iura & conſtitutiones in hac patria. In ſecunda ponit prouiſionem, per quam eſt permiſſum arbitrio dominorum Deputatorum ſollicite intendere & inſtare per iuris remedia circa ipſam obſeruantiam, vt dicta vtilitas habeatur. In tertia prouidetur, quod ipſi Deputati poſsint circa prędictam ſollicitudinem conſtituere eorum ſyndicũ vel procuratorem.In quarta prohibẽtur Deputati prædicti aliquid recipere pro labore & ſollicitudine huiuſmodi. In quinta prouidetur de ſalario vſque ad quinquaginta libras ſoluendo dicto ſyndico curiam Regiam pro his ſequenti. Secunda eſt ibi,*Emperamor daço deſijants*. Tertia eſt ibi, *E on los Deputats occupats*. Quarta eſt ibi, *Exceptat que los perſonas dels Deputats*.Quinta & vltima eſt ibi,*E mes conſentim*. ¶ Sequitur litteræ expoſitio, 9
Lo fruyt,dic,ideſt vtilitas:ſic ſupra *colla. proxi. in pragmatica*,*Quoniam legum fructus earum obſeruãtia*
2 *eſt*: ergo fructus legum eſt earum obſeruantia.Sed fructus ipſius obſeruantiæ eſt vita æterna, quia *beati qui faciunt iuſtitiam*:& *beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini*. Illi autem ambulant in lege,qui obſeruant legem, & qui voluntatem habent in lege & meditantur in ea, vt ait Propheta:*Sed in lege Domini voluntas eius*,&c.& tales dicuntur recti corde qui volunt & cupiunt Dei voluntatem fieri,ſecundum Auguſtinum in Pſal. *Qui confidunt in Domino*:quia alias fruſtra eſſet iura & conſtitutiones fieri, & hoc ſequitur hic in littera, *en altra manera en van ſon ordenades*, quia
3 parum † eſt iura eſſe in ciuitate, niſi ad executionem & obſeruantiam deducantur, vt hic, nec poſſunt bene deduci ad executionem & obſeruantiam, niſi ſint iuriſperiti ſuper eis experti, per quos poſsint in melius produci, vt ſup. *eod. cap.aſſats es coſa ridiculoſa*.& *ff.de ori.iur. l.2. §. Et poſt originem*.& *extra.de elec. c.vbi maius periculum*.
4 §.*præterea*.Et † finis iuris poſitiui eſt quies ſubiectorũ:*ff.de offic.præfecti vigi.l.3.*& *ff.de offi. præſid. l.congruit*.Sequitur in text. §.*Emperamor daço deſijants*, vide quia *beati qui ſitiunt & eſuriunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*, vt *Matthæi 5. cap.*
5 Deſideranda † eſt ergo iuſtitia, cum ſit ſummum
6 bonum: 12.*q.2.cap.cum dilectiſſimam*,& † conſiſtit iuſtitia in fideli obſeruatione mandatorum, legum, vſaticorum, conſtitutionum, ac iurium.
7 Effectus † enim iuris & iuſtitiæ habetur non ex ſcientia iuris, ſed operatione & executione magiſtratuum & habentium ius reddere: *ff. de ori.iur. l.2. §.poſt originem*. Vnde diligenda eſt iuſtitia,vt habetur *Sapient.1.Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram*, &c. non enim faciet bene iuſtitiam,qui eam non diligit,& oportet † bonum iu
8 dicem habere iſta quatuor,ſcilicet,auctoritatem, legum peritiam, rectam intentionem, & cauſarum experientiam. Vide quia iuſta bene facientes iuſti ſumus: & ideo quia multi,& quamplurimi,& communiter omnes prævaricati ſumus, & nitimur in vetitum,& nõ eſt qui faciat bonum v.que ad vnum valde fuit neceſſe prouideri. Et ita prouiſio huius capituli bona fuit. Sed non per omnia æquitatem continet,quia nimium grauat pauperes in eo quod infra dicit, *a deſpeſas de la part de qui ſera interes en totas coſas neceſſarias*. Hodie tamen aliter eſt prouiſum per nouam capitulationem.vide ibi in *cap.*8. Sed ipſa capitulatio parum durauit, & iam eſt omnino abolita tempore Regis Petri IIII. quare bonum, iuſtũ, & æquum fuiſſet id fieri in expenſis dicti Generalis, in quo omnes ſoluimus, ſcimus enim quod pauperes magis opprimuntur.vt 11.*q.3.cap. pauper*:& 23.*q.5.Regum*,quid enim mihi proderit habere procuratorem dominorum Deputatorum, ſi ille me grauet potius in expenſis? Hoc magis videtur oneroſum quam vtile;& ideo non eſt bo
9 na lex iſta.quia omnis † bona lex debet eſſe honeſta,iuſta,poſsibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriæ, locoque & tempori conueniens,neceſſaria,vtilis,manifeſta quoque,

que, ne aliquid per obſcuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, ſed pro cõmuni ciuium vtilitate ſcripta: vt 4. *di. c. erit autem lex.* Verumtamen hæc conſtitutio non ita eſt communis pro vtilitate pauperum, ſicut & diuitum & potentum. Et tamen magis fuit neceſſe prouideri, vt conſtitutiones ſeruarentur pauperibus, quibus quotidie nõ ſeruantur: diuites enim & potentes ſatis habent quod volunt, quia contra eos officiales vix etiam cum iuſtitia procedere audent: quia poſtea in tabula tribularentur. Video quod iuriſpetiti non habent bonum practicum intellectum, quia multi, etſi bonum habeãt ſpeculatiuum intellectum, tamen male operantur. Vnde Propheta ait: *Noluit intelligere vt bene ageret.* Quare ſi placet, *declina a malo, & fac bonum, & habebis vitam æternam.* Et ideo deſiderium huiuſmodi non fuit, nec eſt ſacratum; ſed potius augmentum. Vnde valde vtile & toti Reipublicæ neceſſarium foret, quod per aliam conſtitutionem dicta clauſula, *a deſpeſas de la part*, &c. remoueretur, & loco illius adijceretur, *a deſpeſas del general*: & multa etiam ſaluberrima poſſent de facili addi, ſi dominus Rex & curia generali in Spiritu ſancto congregarentur puro animo reformand: iuſtitiam in hac patria, alias valde timeo de iudicio diuino; quia tremuit mundus noſter quotidie, & non corrigitur: ſed in deterius vadit; vnuſquiſque tamen onus ſuum portabit, vt dixi ſupra *ead. cap. ab aqueſt edicte.* Ecce euenit
10 poſtea quod ſuſpicabatur hic, quoniam† patria iſta (vt vides) in annis 1461. vſque ad 1468. fere deſtructa eſt propter guerras ortas ex defectu iuſtitiæ, quia *propter iniuſtitias regnum tranſiit de gente in gentem. Eccleſiaſt.* 10. *cap.* & adhuc dubito de peiori, quia creſcit valde iniquitas. Sequitur
11 in tex. *los vſatges de Barcelona*, dic† qui ſunt 193. numero. Et incipiunt, *Antequam vſatici*, & vltimus eorum incipit, *Omnes cauſæ ſine bone*, &c. licet in aliquibus libris pauciores reperiantur, & forte in aliquibus plures. Et de his vſaticis, & conſtitutionibus, & alijs iuribus huius patriæ obſeruandis in iudicijs, vide ſupra *colla. 8. in curia Regis Martini. cap. Item ſenyor quels Cancell.* & ſupra *colla. 9. cap. per tal que les leys.* & in iſta *curia.* ſupra *ead. cap. aſſats es coſa ridiculoſa*. Ex quibus habe-
12 mus quod † vſatici Barcinonæ prædicti ſunt leges generales & communes in tota Cathalonia, & patet hic: & adde ſuper vſat. *Vnde cum dominus.* in *vlt. q.* & *in prouiſione Regis Martini*, quam ibi inſeruij, & *Iacob. Marquilles* ſcripſit *ſuum Manna* ſuper omnibus dictis vſat. Sequitur in tex. *conſtitu-*
13 *cions, capitols de Cort de Cathalunya.* de † iſtis conſtitutionibus & capitulis, & quæ ſit differentia inter eas & ea, vide quæ ſcripſi iup. *coll. 8. in præmio.* Sequitur in text. *E altres leys de la terra*, ſcili-
14 cet, Commemorationes† *Petri Alberti*, generales cõ uetudines Cathaloniæ, pragmaticæ. & forte etiam communia iura, vt canones & leges Romanæ, dicentur hodie iura huius patriæ, per capitulum curiæ Regis Martini prælleg. quia ibi dicit, *dret comun, equitat, & bona rabo.* Sed tamen de
15 illis † non loquitur hic, quia illa iura communia ſeruamus in quantum continent æquitatem & bonam rationem, deficientibus iuribus patriæ, vt dixi latius in ſæpe dicto *cap. Item ſenyor quels Cancell.* dictæ curiæ Regis Martini. Et infra *colla. proxi. cap. confirmants, loants, & approbants.* vide ibi late in 9. qua quæritur, *an ſit iudicãdum ſecundũ leges Goticas.* Sequitur in text. *E encara los priuilegis generals & comuns à tots los tres braços atorgats.* Sed
16 quæro † quæ ſunt iſta priuilegia generalia & communia tribus brachijs Cathaloniæ conceſſa, quia videtur mihi quod non ſint alia, niſi generales conſtitutiones, quæ ſunt conceſſæ tribus brachijs; quæ ſunt datæ in priuilegium & contractum iuratum & pactionatum. Sed forte iſta priuilegia communia & generalia ſunt, quæ quandoque dominus Rex extra curias generales liberaliter conceſsit tribus brachijs, quia talia extra celebrationem curiarum facta & conceſſa non ſunt conſtitutiones, nec capitula curiæ, nec leges generales patriæ dici poſſent, quia ſunt le-
17 ges † priuatæ, eo quia in priuato & extra curiam conceduntur, vt in *cap. priuilegia. 3. diſt.* & talia ſunt, quoddam priuilegium Regis Iacobi, quod incipit: *In Dei nomine pateat vniuerſis.* & eſt actum in Barcinona 11. Kalendas Septembris anno Domini 1291. in quo confirmantur generaliter omnes libertates Cathaloniæ; & quoddam aliud priuilegium domini Raymundi Berengarij Comitis Barcinonæ, incipiens, *In nomine ſummi Dei*, & fuit actũ 7. Idus Ianuarij anno Dominicæ Incarnationis 125. Era. 63. atz milleſimo, indictione 8. anno Regis Roberti 28. Sequitur in text. *per inadvertencia*, dic quo caſu non
18 incurritur † periurium, iuxta notata ſupra *coll. proxi. cap.* 1. & ſupra *colla. 7. capitulo, quas ſiquidem.* ſuper verbo, *iurantes.* Sic ſupra *colla. 8. curia Regis Martini. cap. primerament.* §. *E ſi per oblitio, importunitat.* Sequitur in text. *o altra manera*, quaſi dicat, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, & ſiue directe, ſiue indirecte, ſupra *ead. cap. ab aqueſt edicte.* Sequitur in tex. *o altres qualſevol officials*, &c. Nota, quia nil dicit hic, quando priuatus aliquis non officialis facit contra conſtitutiones & iura patriæ,
19 quia † tunc non habet locum diſpoſitio huius conſtitutionis, licet proœmium eius fuerit ſatis generale. Sed tunc acculari & puniri poterit qui libet tanquam violator conſtitutionis pœna de qua notatur ſupra in *curia Serpiniani. cap. cum ſecundum.* Sequitur in text. *faran alguna coſa o manaments contra è en derogatio & perindici dels dits vſatges*, &c. Nota litteram iſtam, quia dicit, *alguna coſa*, ergo quantumuis modicum quid fiat con-
20 tra † iura patriæ, habet locum iſta conſtitutio: & poteſt agi pœna violatæ conſtitutionis. ¶ Item
21 nota quod dicit, *contra*, quia † contra legem facit qui contra verba & mentem legis facit; vel
22 quia facit id quod lex prohibet. Sed † in fraudem,

dem,præiudicium, & derogationem legis facit, qui ſaluis verbis legis ſentẽtiam eius circumuenit,vt quia facit contra mentem legis:vt *ff. de legibus. l.contra leges.* & *l.* ſequenti. Paria † enim
23 ſunt offendere verba & mentem legis inſimul,vel mentem tãtum,vt hic,& dictis legibus, & ſupra *colla.proxi.cap.contra la penſa.* cum ſuis concor. ad idem *extra.de regulis iuris. cap.certum eſt quod is cõmittit in legem.lib.*6. vide ibi de hoc. Et hæc pro-
24 bantur per hanc litterã,quod † ſub nomine Regentis Vicariam,& non poſsit nec debeat oriundus de Vicaria vel domiciliati in ea poni, ſicut quandoque male factum eſt in Gerunda,& etiam in Barcinona contra conſtitutiones Cathaloniæ, ſupra *ead.cap.com ſegons. §. volem.* & in alijs conſtitutionibus ibi mẽtionatis,& confirmatis,quia fit in fraudem,derogationem,& præiudicium ipſarum conſtitutionum,vt dixi ſupra *colla.*5.*cap.* 13. *Item vt omnis ſuſpicionis.* vide ibi. Sequitur in text. *o priuilegis generals & comuns*, &c. dic idem de particularibus per generales conſtitutiones Cathaloniæ confirmatis: quia omnia priuilegia, libertates, vſus & conſuetudines fuerunt cuilibet confirmatæ per conſtitutiones vſque ad diẽ curiæ Dertuſen.vt ſupra *colla.*7. *cap. vt autem. §. Et ſuper teneamus*, &c. vide quæ ibi ſcripſi. Et fuit facta ipſa curia Dertuſen.21.die Aprilis anno à Natiuitate Domini 1371. Regnique domini Regis Petri III. anno triceſimo. Vnde omnia priuilegia,omnes vſus, conſuetudines & libertates, quæ probentur fuiſſe ante dictam curiam Dertuſen.iunt per ipſam curiam confirmatæ.Ideo cenſentur conſtitutiones; & pro obſeruatione dictorum priuilegiorum à dicta curia cõfirmatorum, licet ſint particularia, veniunt in hac conſtitutione non vt priuilegia tantum,ſed vt priuilegia ab ipſa conſtitutione generali cõfirmata & approbata, quia tenebuntur domini Deputati ſe opponere & inſtare, quod ſeruetur dicta conſtitutio Dertuſæ, quæ confirmauit & mandat per officiales ſeruari inuiolabiliter Prælatis,Baronibus, & alijs,omnes libertates, vſus
25 & bona conſuetudines.Et † priuilegia veniũt nomine libertatum, quia per ea libertates conceduntur,quia priuant legem,& gratiam faciũt, vt contra ea in eis libere fiant,vel à prohibitis in eis liberentur, & in ſua libertate conſeruentur: 3.*di.cap.priuilegia.*& *extra.de priuilegijs.* per totũ. & vide & adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla.*3.*cap.*16. *Item ordinamus & ſtatuimus,quod priuilegia.*ibi, *& ſpecialiter aliquibus locis vel perſonis*, &c. Nam proprie libertates ſunt,quæ tuentur à tributis,& collectis,& alijs ſeruitutibus, & oneribus.Sequitur in text. *que los Deputats de Cathalunya axi generals, com locals, ſi viſt lus ſera que ells perſonalment hi ſien neceſſaris, ſe hagen & puſquen op-*
26 *poſar.*Nota† diligẽter & pondera verba hic poſita, *ſi viſt lus ſera*,quia verba iſta ſatis important arbitrium,quia ex his verbis habent domini Deputati arbitrari,an mandata,prouiſiones, & alia per dominum Regem, Primogenitum, & alios officiales facta,& ſeu quæ fieri attentabũtur, ſint contra dictas conſtitutiones, & alia iura patriæ, pro quibus defendendis & conſeruand s emanauit præſens conſtitutio,vel an ſint in derogationem & præiudicium ipſorum iurũ patriæ: quia alias niſi eorum bono arbitrio foret viſum fieri contra, ſeu in derogationem & præiudicium dictorum iurium,non debent ſine cauſa moueri. Et
27 ex † hoc dico,quod vbi inter officiales & alios foret altercatio.An eſt contra ſeu in derogationem vel præiudicium vſaticorum, conſtitutionum,& prædictorum iurium patriæ, eſſet forſan recurrendum ad bonum arbitrium dominorum Deputatorum,quia ipſi melius ſcire præſumuntur iſta iura patriæ,& intellectus ipſorum, quorum habent originalia in cuſtodia & archiuo Deputationis:vt ſupra *colla.proxi. cap. per tal que les leys de la terra*, & habent ſemper duos ſolemnes iuriſperitos aduocatos in ipſis iuribus patriæ multum expertos, iuxta ea quæ leguntur, & notantur ſupra *ead.cap.per repos.§.a viſtant*, ſuper verbo *ab dos ſolemnes.* Imo quandoque habẽt de iunioribus, propter fauores; & ideo nil mirũ ſi perit mundus & iuſtitia tota.Sed hoc non credo neceſſe, quia non reperio quod domini Deputati habeant circa talem cognitionem, iuriſdictionem contentioſam, nec eorum declaratio faceret ius neceſſario,niſi forſan inter partes iurgantes:vide & adde hodie quod in noua capitu-
28 latione dicitur *cap.*8. Et † nota quod ad totum populum ſpectat obſeruantia legum, vt habetur in *regimine Principũ per Aegidium Ro.in* 3.*par.c.*1. incipit,*poſtquã auxiliante*,&c. vnde videtur quod
29 ſit † actio popularis contra violatores iſtarum conſtitutionum & iurium patriæ. Sed tutius eſt fieri per iſtos dominos Deputatos Sed ego nunquam vidi ex hac fructum elici, niſi pro ſalarijs aduocatorum & ſcribæ domus Deputationis.Et hæc intelligo,niſi in caſu quo eſſet tale dubium conſtitutionis, quod egeret interpretatione, ſuper qua per ipſas conſtitutiones eſt data certa forma.de qua vide ſupra *colla.*4.*in curia Gerundæ cap.*10. *Item ſtatuimus,quod capitulum factũ per nos*, &c.& vide ibi §.*addentes*,quia ibi illa forma extenditur ad omnia capitula curiarum, vt ibi di-
30 xi.Rex † & eius officiales & iudices iudicant ſecundum conſtitutiones,non de ipſis: ſed ſi ſuper intellectu earum probabiliter dubitetur, ſi egeant interpretatione, fiat in curia,vel iuxta
31 formam conſtitutionum curiæ Gerundæ;ſi † vero dicatur quod Rex,& eius officiales male iudicauerint,violando ipſas conſtitutiones, poterit dari grauamen in curijs generalibus. Sed ſi alij violauerint,poterunt cõueniri coram ipſo Principe,quaſi ſe erint litem ſuam, & vt puniantur
32 pœna violantis conſtitutionem. Habent † etiã ex hac littera arbitrium ipſi domini Deputati, an eorum præſentia ad huiuſmodi oppoſitiones faciendas fuerit neceſſaria.Et tunc videbitur neceſſa-

Digitized by Google

neceſſaria,quando eſt magnum vel irreparabile periculum in mora vel cauſa illa,ſecundum occurrentiá negotiorum;vel quia habet fieri oppoſitio coram Rege,Primogenito,vel Gubernatore,& huiuſmodi, quæ videntur relinqui libero arbitrio dictorum dominorum Deputatorum. Sed dubito valde quod vellent perſonaliter in his vacare vbi eſſet hoc neceſſarium pauperi, qui audiri contemnitur ; vt in allegg. *cap. pauper.* Sed tamen non poterunt denegare, quin mittát ſyndicum, vel procuratorem, ad expenſas partis,cuius fuerit intereſſe.Sed vbi coram domino Rege ſeu eius officialibus in curia reſidentibus, erit fienda huiuſmodi oppoſitio per ſyndicum ſalariatum,de quo ſtatim ſubijcitur infra *ead.* §. *E mes conſentim*, non deberet ille ſalariatus aliquid exigere à partibus,quarum fuerit intereſſe, maxime à pauperib⁹,iuxta notata infra *coll.proxi.cap.les vaſſes dels pubills*. Et ſi curia reſidebit in Barcinona. dicti domini aduocati dictæ generalis Deputationis debebunt patrocinari in hac oppoſitione abſque alio ſalario, ſicut dictum eſt de perſonis dominorum Deputatorum, quia ad hoc ſunt eis redditus, ſtipendia & ſalaria deputata,vt honeſte viuere debeant:argum. *de vita & honeſt.clerı.cap.cum ab omni ſpecie mali.*Sed ipſi aduocati de facto exigunt ſalaria, vltra ſtipendia ſolita.Sed numquam vidi ex his fructum conſequi,quia quotidie videmus conſtitutiones violari,ſed neminem puniri,quia & maiores eas parum ſeruant,niſi quando faciunt pro ſe. Sed poſt obitum Regis Petri Quarti, anno à Natiuitate Domini 1466. domini Deputati Generalis cum eorum conſilio de facto proceſſerunt contra Vicarium, aſſeſſorem, Gubernatorem,& quoſdam alios, quos dicebant violaſſe conſtitutiones Cathaloniç,ſed nil profuit.Sequitur in tex.*per via*
33 *de ſupplicacions,rahonaments*, hoc † coram Principe & eius Primogenito ſeu Generali Gubernatore, qui propter eorum excellentiam & officiorum magnitudinem & prærogatiuam conſueuerunt ſupplicando & humaniter rationando adiri,quia ab eis non appellatur,vt *de ſen.præfec.præto. l.vna C.* Sed alijs officialibus poſſunt fieri requiſitiones & proteſtationes,& ab eis ſi grauauerint,poteſt appellari : & hæc omnia ſequuntur hic in littera, quia poterunt appellationes proſequi, donec finem debitum obtinuerint, quod
34 forſitan durabit in æternum,quia† coram Principe appellatio non tranſiret in deſertionem:vt *C.de app.auth.*Sed lis quę ſperatur, & non eſt qui cogat Principem facere iuſtitiam, niſi velit ; & ita pars,quæ haberet ſoluere expenſas,poſſet totas eius facultates exponere, & nondum adhuc iuſtitiæ optatum euentum obtineret in hoc mũdo. Vnde tutum eſt conſilium Euangelij; *Si quis voluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam petere,dimitte ei & pallium. Luc.* 6. & 14. cap. & in *Decretis* 14.9.1.§.1.*verſ.Item ſi quis.* ad idem 23.
35 9.1.§.1.Furioſum † eſt cum ſuperiore & maiore litigare,ſed ſatis anceps litigare cũ æquali ; ſed cum inferiore ſordidum. Et ita ſatis videtur ſtultum litigare,maxime religioſis,clericis,& perſectis: 14.9.1. per totum . Sequitur in text. *En tal manera que los dits vſatges*,&c. *ſien conſervades e defeſes la diligentia dels dits Deputats migerſant.* Nota
36 quia † per hanc clauſulã videntur dominis Deputatis conceſſa omnia ſine quibus dicta iura patriæ nequirent eſſe bene defenſa & conſeruata:vt *extra.de offi.dele.cap.præterea.* & *ff.de iuriſdict. omnium iudi.l.cui iuriſdictio.*cum ſimilib. In tantum, quod ſi domini Deputati viderent non poſſe obtinere iuſtitiam per viam oppoſitionis huiuſmodi,poſſent per iuſtitiam recurrere ad forum Eccleſiæ,vt compellerentur officiales ad obſeruantiam iuramenti , quod præſtiterunt,de ſeruando iura patriæ,& in hoc caſu & ſimili , vbi præſentia dominorum Deputatorum,quorum induſtria videtur electa,poterunt de bonis & pecunijs generalis expendere, etiam coram Papa vſque ad debitam concluſionem ; taliter quod effectus & fructus huius conſtitutionis omnino habeatur: quæ tamen omnia videntur commiſſa arbitrio ipſorum dominorum Deputatorum, qui ex hoc nõ parum ſuſtinent onus,quod bene portat cõſcientia hodierna, dummodo honorem habeamus,& commodum de onere animæ non curandum.Qui enim deſtruũt multi ſunt.ſed rari ſunt qui populos moderamine regunt, vt in *Got.* inſerta ſupra *ead.cap.com ſegons.*

De nouis officijs non creandis vbi non fuerunt tempore Regis Petri Tertij. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Officiales nouos poni in loco,vbi non fuit aſſuetum tempore Regis Petri,prohibetur.& nn.3.& quid de iure communi.num.7. & Locumtenens an poſſit poni. num.* 12. *& an valeat conſuetudo in contrarium. num.* 15. *& an procedat hoc tam in terris Regijs, quam Baronum.nu.*19. *&* 23.*& quid in locis, qui tenentur in feudum pro Rege. num.* 22. *declaratur nu.*26.52.*&* 53. *ampliatur nn.*29.*&* 30.
2 *Dolus committi poteſt in legibus & pragmaticis.*
4 *Petrus Tertius Rex obijt anno* 1385.
5 *Officiales Regij locorum ordinary ſunt adſtricti ad tenendum tabulam,& illam aſſecurandum.*
6 *Princeps errare poteſt , licet non ſit verſimile quod erret.*
8 *In lege vbi fit mentio alterius legis, licet illa lex mentionata non reperiatur, tamen lex mentionans de ſe diſponit: ſecus eſt in inſtrumentis.*
9 *Conſtitutiones prohibentes nouos poni officiales aliqua re cenſentur.*
10 *Non habere plures officiales libertas magna eſt in populo.*
11 *Barones nolum habere officiales Regios prope ſe.*
13 *Creatio & erectio nouorum officiorum & dignitatum pertinet ad Principem.*
14 *Verbis narratiuis Principis & totius curiæ ſtandũ eſt.*
16 *Confeſſioni generali Regis & totius curiæ eſt credendum.*

Catha-

17 *Cathalonia eſt Principatus domini Regis.*
18 *Comitatus Roſſilionis & Ceritania non ſunt de terminis Comitatus Barcinona.*
20 *Regem ſernare in ſuis iuſtum eſt, quod decreuit ſernãdum in alijs.*
21 *Ciuitates Cathalonia quaſi omnes ſunt Regiæ iuriſdictionis.*
24 *Conſuetudo inducitur per decennium de iure communi; ſed de iure Cathalonia per triennium.*
25 *Antiquitas eſt triginta annorum.*
27 *Præſcriptionis materia remiſſiue.*
29 *Officialis remoueri non poteſt niſi auctoritate Principis.*
31 *Legis frandem facere prohibetur.*
32 *Vicarius vel Bailulus ſi erat in loco tempore Regis Petri, & non erat ſolitum ponere Regentem vel Locũtenentem; numquid pos poterit dictus Regens vel Locumtenens, traditur.*
33 *Locus Baronis, in quo Rex habet merum imperium tãtum, an dicatur Regis vel Baronis.*
34 *Iuſtitiarius vulgariter dicitur dominus loci.*
35 *Officialis ſi fuerit admiſſus contra tenorem conſtitutionis, de facto & impune poteſt eis reſiſti, & remoueri de facto citra iuris ordinem, nu. 36.*
37 *Iura condere, vel dare priuilegia contra conſtitutiones & vſaticos Barcinonæ non licet Baronibus.*
38 *Beneficij priuationis pœnam vbi de facto quis incurrit, poteſt tale beneficium conferri non ſpectata ſententia declaratoria.*
39 *Pœna vbicumque imponitur ipſo iure ſine ſententia operatur ſicut ſententia indicis.*
40 *Sententia declaratoria pœnæ non requiritur, vbi conſtitutio vel ſtatutum ponit pœnam per verba præteriti temporis.*
41 *Priuatus dicitur qui non eſt conſtitutus in dignitate.*
42 *Priuilegium dicitur eo quod feratur in priuato.*
43 *Priuatus dicitur qui non eſt illuſtris.*
44 *Priuatus an ſit ſemper priuatus, remiſſiue.*
45 *Priuare eius eſt, cuius eſt confirmare.*
46 *Priuandus quis non eſt iure ſuo ſine culpa vel ſine cauſa.*
47 *Actus factus per illum, qui priuatur officio, ipſo iure non valet.*
48 *Pœna vbi eſt impoſita ipſo iure, operatur idem quod ſententia indicis, & nu. 49.*
50 *Rex & curia non licet per conſtitutiones diſponere ſuper iuriſdictione Eccleſiæ.*
51 *Vnus iuriſdictionem alterius perturbare non debet.*
54 *Officium antiquum dummodo ſit idem, non eſt vis in nomine, ſine officialis dicatur Vicarius, ſine Regens, ſine Locumtenens.*
55 *Lex rebus, & non verbis imponitur.*
56 *Officiales Regij, ſi ex poſt ſint facti officiales Baronis, ex quo locus Regius ſit alienatus in Baronẽ, an tenẽtur tenere tabulam, ſicuti antea tempore quo locus erat Regius, traditur.*
57 *Princeps per priuilegium non intendit præiudicare iuri tertij.*
58 *Officiales ſiue Regij, ſiue Baronum tenentur tenere tabulam: ſed hoc non practicatur in officialibus Baronum, num. 59.*
60 *Conſtitutiones generales Cathalonia debent obſeruari per omnes.*
61 *Officiales annales ſine perpetui iuriſdictione vtentes tenentur ad tabulam.*

Contra conſtitucions es. Caſus. Prohibitum eſt 1 de† nouo ponere officiales, niſi vbi, & prout erãt diſpoſiti tempore Regis Petri Tertij, ad cuius temporis vſum officia reducuntur, & tenere tabulam aſtringuntur, ſecus acta ſunt irrita ipſo iure. Hoc dicit. Notat *Iacob. de Calc. in ſua Compendio Monetaria*, quod † in legibus & pragmaticis poteſt committi dolus, & ita obſtabit excep- 2 tio doli, iuxta notata per *Bal.* ſuper *Innoc. extra de iureiuran. cap. venientes.* vide in dicto *Cõpendio in* 10. *q.* ibi, *corroboratur etiam.* Et diuiditur in partes tres. In prima prohibentur poni noui officiales, & omnes reducti ſunt ad vſum prædicti tẽporis, reuocatis prouiſionibus in contrariũ emanatis & emanandis. In ſecunda parte ſecus acta decernuntur irrita. In tertia parte officiales ad dictum vſum antiquum redacti aſtringuntur ad tabulam tenendam. Secunda pars eſt in §. *E ſi lo comprari.* Tertia eſt ibi, *E ou los dits officials.* Nota 3 prohibitum† fore poni de nouo officiales in loco vbi non eſt aſſuetum. ¶ Item nota hanc prohibitionem reſtringendam ad vſum temporis Re- 4 gis Petri Tertij, qui † obijt anno à Natiuitate Domini 1385. Item nota officiales reducendos ad dictum vſum antiquum, ſcilicet, dicti temporis Regis Petri prædicti. Item nota prouiſiones & procedimenta officiorum & officialium facta & facta contra conſtitutiones Cathaloniæ fore nullius valoris, & non debere eis obtemperari. 5 ¶ Vltimo nota † hodie omnes officiales Regios locorum ordinarios fore aſtrictos ad tenendum tabulam, & eam aſſecurandum. Vide litteram *cõtra conſtitucions*. Tales conſtitutiones nunquam fuerunt in rerum natura ita generaliter loquentes, & ideo hic errauit Princeps, quia errare po- 6 teſt, † licet nõ ſit veriſimile quod errare debeat, maxime vbi adeſt curia. Sed audiui, quod hic Princeps fuit in hoc deceptus, & erat in maxima neceſsitate tunc temporis, & ideo data pecunia & facto ſtoleo pro ſuccurſu contra Neapolim, taliter emanauit. Et † ideo forte hæc conſtitutio de iure non tenet, nec aſtringeret Principem, iuxta notata per *Raym. de Forlinio*, & per 7 *Bar. ff. de ſupellect. le. l.* 1. §. *ſed de his.* vide ibi, & cogita quod multum eſt præiudicialis & nociua Regi, quia eſt nimis generalis prohibitio. Sed 8 nota † quod quotienſcumque in aliqua lege, vel ſtatuto fit mentio alicuius alterius legis, vel ſtatuti; licet illa lex, vel ſtatutum, de quo fit mentio, non reperiatur, tamen iſtud faciens mentionem de ſe diſponit, vt hic, & *inſti. de legatis.* §. *in certis vero.* & *l. Iul. ff. de condi. & demon.* & ibi per *Bar.* Secus autem eſt in inſtrumentis, vt in *authen. Si quis in aliquo documento. C. de edendo.* Ita notat *Ioan. de Platea* in dicto §. *in certis*. Sed attende, quia

quia huiuſmodi conſtitutiones ſunt contractus & ſtipulationes: vt infra *eod. c. ratificare.* Item cõſtitutiones Cathalonię ſunt certæ, & poſſunt reparari per inſpectionem libri, & chartarũ quæ ſunt in archiuo: & eſt verum quod de aliquibus reperitur prohibitum, & non tamen ita generaliter, vt dicit hoc procœmiũ huius cap. vnde cogita, quia hæc Regina mulier erat, & in neceſsitate. Quæro † vbi ſunt iſtæ conſtitutiones quæ prohibent nouos poni officiales? Reſpondeo, ſupra *coll. 1. in 1. curia Barcin. c. 10. Item dignũ eſt.* vbi Vicarius prohibetur ponere Subuicariũ per villas & parrochias, vbi ab antiquo non conſueuit: & ſupra *colla. 4. in 1. curia Barcin. c. 23. Item quod aliquis iudex ordinarius, vel aſſeſſor non ponantur ibi vbi non ſunt conſueti.* Item prohibentur poni *capdeguaytes*, niſi vbi eſt antiquitus aſſuetum, vt ſupra *colla. 5. cap. 17. Item ſtatuimus & ordinamus, quod Subbaiuli*, &c. Et alias non reperio conſtitutiones hanc prohibitionẽ generalem creandi nouos officiales facientes. Sed forte hic loquitur etiã de conſtitutionibus quæ cõfirmarunt omnes libertates, bonos vſus, & bonas cõſuetudines, quia nõ habere † plures officiales, eſt magna libertas populorũ, ſaltem Baronũ, ſed non vtilitas; quia ſæpe propter carentiam vel abſentiam officialis multa mala committuntur, quæ alias non ita de leui committerentur, vt experientia docet. Sed Barones nollent habere officiales Regios prope ſe, & ideo hanc conſtitutionẽ impetrarunt, & eſt eorũ libertas vſurpandi, &c. & ideo non ſine cauſa fuit dictum de vſu temporis Regis Petri, quia vltima curia, quæ confirmauit libertates Cathalanis, fuit curia Dertuſen. quæ fuit Reginæ Eleonoris conſortis Locumtenentis & procuratricis dicti domini Regis Petri III. poſtea audiui quod in curia Illerden. fuerunt iterum confirmata: & ideo hic præcipitur reduci ad dictum vſum antiquum, videlicet dicti temporis Regis Petri Tertij. Sequitur in text. *nouells officials impoſar.* Sed nunquid † poterit ponere Locumtenentẽ? Videtur quod ſic, quia ſi de his voluiſſet, dixiſſet; & quod non mutatur, ſtat. Item hæc conſtitutio eſt odioſa, & debet intelligi Hebraice, ſcilicet, ad litterã; & dic, ideſt noua erigere officia in loco vbi talia officia non erant, nec conſueuerant eſſe tempore dicti Regis Petri. Et hoc videbatur eſſe contra libertates, vt dixi. Creatio † tamen & erectio nouorum officiorum & dignitatum pertinet ad Principem, vt in *feu. quæ ſint regalia.* & dixi ſupra *eod. cap. com ſegons.* ſuper verbo *remogudes*, &c. & *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior.* Et nota, quod iſtis † verbis narratiuis Principis & totius curiæ ſtandum eſt, vt in *Cle. litteris. de probationibus*, & ibi notant *glo.* & *Ioan. de Imola*, & cæteri *Doct.* moderni: ergo fruſtra inquiritur vbi ſint conſtitutiones prohibentes creationem nouorum officiorum. Item † nota quod in his valet conſuetudo, quia quandoque in loco non conſueuit eſſe procurator Cæſaris, & tũc præſes prouinciæ eſt iudex competens fiſci, vt *l. defenſionis. C. de iure fiſci. lib.* 10. & notatur per *Ioan. de Platea in Enidentiali, ſuper l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. eod. lib.* Sequitur in text. *en lloch on no es acuſtumat.* Faciunt pro his quæ dixi ſupra in verbo *contra conſtitucions*, quia officia antiqua & loca, in quibus fuerunt, habuerunt ſuas conſuetudines & libertates, quibus derogaretur, & præiudicaretur per erectionem & creationẽ nouorum officiorum: & hoc videtur prohibitum per conſtitutiones, quibus libertates, vſus, & conſuetudines fuerunt confirmatæ & approbatæ, vt dictum eſt. Et generali † confeſsioni domini Regis & totius curiæ credendum eſt, prout in hoc procœmio ſiue principio præſentis capituli continetur, quia ſaltem eſt contra mentem conſtitutionis ponere officia contra dictas conſtitutiones & libertates, de quibus dixi ſupra ſuper verbo *cõtra cõſtitucions*, vide ibi. Sequitur in tex. *qual ſeuol officials, cõſtituits, creats, & poſats en qualſeuol ciutat, vila, o lloch de Cathalunya*, dic *de Cathalunya*, quæ eſt † principatus domini Regis habentis in eo merum imperium, & regalias ſuas; & protenditur â Cinqua vſque ad Salſas, vt in *conſtitutione pacis*, quæ incipit, *In Chriſti nomine ſit omnibus manifeſtum*, &c. Sed † Comitatus Roſsilionis & Ceritaniæ, non ſunt de terminis Comitatus Barcinonæ, licet iuriſdictiones plures Prælatis, Baronibus, & alijs infra dictum Principatum diuerſimode ſint conceſſæ, & hoc ſequitur in text. *de Prelats, Barons*, &c. non † autem intelligas ſolum loqui de officialibus nouis poſitis in terris Prælatorum, Baronum, & aliorum militum; quia imo loquitur tam de Regijs, quam de alijs generaliter: & hoc probat procœmium, dum dicit, *en lloch on no es acuſtumat*, & iuſtum eſt dominum Regem † ſeruare in ſuis, quod iuſtum decreuit debere ſeruari in alijs. Facit regula, Quod quiſque iuris quis in alterũ ſtatuit, ipſe vtatur: *ſed. ff. quod quiſque iur. in ſu. rubr.* & per totum. cum ſuis concordan. & probat etiam hoc idem littera, dum dicit, *en qualſeuol ciutat de Cathalunya*, quia † ciuitates quaſi omnes ſunt Regiæ iuriſdictionis: & hæc conſtitutio ſecundum mentem curiæ magis emanauit pro reducendo ad vſum antiquum officiales Regios, quam alios, licet littera huius conſtitutionis generaliter loquatur de omnibus alijs habentibus iuriſdictionem in locis, vel communionem ipſius iuriſdictionis communiter pro indiuiſo: & hoc idem quammaxime probant ſequentia, quia redactos aſtringit ad tabulam tenendam, quamquam fiſcales curiæ velint hanc conſtitutionem reſtringere ad ciuitates & loca Prælatorum, Baronum, & aliorum tamquam domini Regis: verumtamen hæc conſtitutio, quæ dicit non debere poni officiales, &c. non dicit per quem vel quos generaliter debet intelligi, ſcilicet, neque per Regem, neque per alios. Sed dominus Rex non ponit officiales in locis aliorum, ergo debet intel-

intelligi de ſuis locis, alias hæc conſtitutio non eſſet penitus generalis. Quidam tamen (& forte non male) intelligunt hanc conſtitutionem tam loqui de terris Prælatorum, Baronum, & aliorum quorumlibet militum, quam domini Regis: quia dicit, *de Prelats, Barons*, &c. quaſi dicat, ſecus de ciuitatibus, villis, & locis Regijs, in quibus alij præter dominum Regem nullam habent
22 iuriſdictionem. Sed † tunc quæro quid de locis, quæ tenentur in feudum pro domino Rege? Forte non comprehenduntur ſub generalibus verbis huius conſtitutionis: cogita, quia hæc quæſtio eſt in facto, & contingibilis valde. ¶ Sequitur in textu, *de Prelats, Barons*, &c. *hauents iuriſdi-*
23 *ctio, o comunio daquella*. Nota † diligenter hęc verba, quia videtur quod hæc conſtitutio non habeat locum in terris domini Regis, & in quibus dominus Rex habet iuriſdictionem inſolidum; ſed tantum habet locum in locis Prælatorum, Baronum, & aliorum habentium in eis iuriſdictionem, ſcilicet, generalem, quia verbum *iuriſdictio*, ſumitur hic vt genus, non pro iuriſdictione ciuili tantum: & quod dicit, *o comunio*, debet intelligi quando pro indiuiſo talis iuriſdictio generalis communiter poſsidetur, ſecus vero ſi pro parte diuiſa. ¶ Sequitur in textu, *en los quals antigament è en temps del ſenyor Rey en Pere Terç, no eren acuſtumats*, ſupple ſaltem per decennium,
24 quod † inducitur per conſuetudinem; ſed forte in Cathalonia requiritur triennium, vt in vſatic. *Omnes cauſa*, & facit quod hic dicit, *antigament*,
25 quia † antiquitas eſt triginta annorum: vt ſupra *collatione 2. in ſecunda curia Barcinone cap. & reſtituimus*, & c. ſequenti. & ibi nota. Sed dico hic
26 ſufficere † binum actum, immo etiam ſufficeret probare officium fuiſſe creatum & erectum per dictum dominum Regem Petrum Tertium, & ipſo officio fuiſſe vſum quantumuis modicum in vita ipſius Regis Petri Tertij: quia hæc littera non requirit conſuetudinem, ſed loquitur negatiue, *en los quals*, &c. *no eren acuſtumats*, & infra dicit, quod vtantur iuriſdictione, & reducantur ad vſum temporis dicti Regis. Et licet dicat, *ad vſum antiquum*, non tamen intelligas requiri quod ille vſus fuerit antiquatus. Sed dicitur vſus antiquus reſpectu præſentis temporis, quia ille vſus dicti temporis Regis Petri Tertij, quatumcumque modicus fuerit, eſt antiquus nobis, quia á dicto tempore vſque ad tempus huius conſtitutionis effluxerat vltra ſpatium triginta annorum, quibus inducitur antiquitas & longiſsimi temporis vſus, vt iam dixi, & ſimiliter probatur *de præſcriptione triginta vel quadraginta anno-*
27 *rum*. per totum. de materia præſcriptionis dixi ſupra *eadem, capit. hauents acor.* & infra *eadem, cap. Item que on lo dit ſenyor.* §. *E on foſſen.* & infra *collatione proxima, capitulo vltimo*. ¶ Sequitur in textu, *no deure eſſer poſats ni conſtituits en aquells*, non dicit per quem. Sed ſupple, neque per do-
28 minum Regem, aut quemuis alium, ad quem ceſſante hac conſtitutione & ſimilibus pertineret, ſuper quo vide ſupra *eadem, capit. com ſegons*, ſuper verbo, *remogudes*, &c. Vnde nota, quod
29 officialis non poteſt remoueri, niſi auctoritate ſolius Principis, & ſic non poteſt renunciare, niſi in manibus illorum à quibus eligitur: *C. de defenſione ciui. l. nulli.* ad hoc *extra. de renun. cap. admonet.* & vide ibi, & *eod. tit. cap. quoniam. lib. 6.* vidi tamen quod Gubernatores aliquotiens depoſuerunt Vicarios, & Baiulos, & alios officiales in ſuo officio delinquentes. ¶ Sequitur in textu, *ſots qualſeuol titol, o nom ſien ſtats poſats*, ſcilicet, poſt obitum dicti Regis Petri: & quod dicit,
30 *qualſeuol titol, o nom*, tollit † fraudem quæ fieri poſſet de nomine ad nomen; ſic infra *eod. cap. proximo*, dum ibi dicit, *altre nom, titol, o vocable ſia ano-*
31 *menat*. &c. quia † de iure prohibitum eſt facere fraudem legi: vt dixi ſupra *capit. proxim.* ſuper verbo *ſtran alguna coſa*, &c. ¶ Sequitur in text. *renocam è hauem per renocats*, dic, ideſt pro reuocatis atque nullis habemus: quia ipſo iure omnino nulla erant, tanquam ſequuta & facta contra prohibitionem conſtitutionis iuratæ, vt dixi ſupra *eod. cap. lo ſcrina de la taula*. ſuper verbo, *tal impetratio*. & ſequitur infra *eod. §. E ſi lo contrari*, ibi, *ſien ipſo iure nullas*. ¶ Sequitur in text. *E tornan les dites cintats, vilas, & llochs, è los dits officials al vs antich è acuſtumat*. Ecce qualiter hic reſtituuntur dictæ ciuitates, villæ, & loca Cathaloniæ, & ipſorum officiales rediguntur ad ſolitum vſum, prout erat antiquitus tempore dicti Regis Petri Tertij: & faciunt iſta verba pro his quæ dixi ſupra. Et eſt hæc quaſi ſententia declaratoria & executoria, vt non reſtet niſi executio facti; ita quod de cætero non audeant vti iuriſdictione, niſi in locis, & ſecundum formam dicti antiqui vſus temporis Regis Petri & prædeceſſorum ſuorum: & hoc ſubijcitur hic in littera dum dicitur, *axi que daqui auant*, &c. ¶ Sed
32 quid † ſi tempore dicti Regis Petri in aliquo loco erat Vicarius vel Baiulus; ſed non erat ſolitum ibi ponere Regentem vel Locumtenentem, nunquid poterit hodie loco Vicarij eſſe Regens, Vicesgerens, vel Locumtenens? Videretur quod non, nam hic dicit, *niſi prout erat ſolitum*. Sed credo contra, quia ponere Regentem, vel Vicesgerentem, aut Locumtenentem loco abſentis, mortui, vel remoti, non eſt ponere nouum officialem, dummodo in exercitio iuriſdictionis ſequatur vſum antiquum, & ſecundum formam, quibus vtebantur tempore dicti Regis Petri illi officiales, quorum Vices gerit modo ipſe Regens, Vicesgerens, aut
33 Locumtenens. Nota † quod hæc conſtitutio expreſſe loquitur de locis Prælatorum, Baronum, & aliorum quorumlibet militum; nunc quæro de ciuitate, vel loco Prælati, Baronis, vel alterius, in quibus dominus Rex habet me-

Digitized by Google

rum imperium tantum, an iſta ciuitas vel locus dicatur eſſe domini Regis? Et videtur quod
34 ſic, quia † dominus iuſtitiarius vulgariter dicitur dominus loci, & talis vulgaris locutio eſt attendenda: *ff. de verb. ſig. l. auunculus.* in prin. & *de legatis primo, l. ſi ſeruus plurium.* §. *ſi.* ſecundū *Ioan. Fa.* quē vide *inſti. de actio.* §. *præiudiciales.* in illa *q.* quæ incipit, *Sed quid ſi tota villa non eſt actorū.* Præterea hic iſta cōſtitutio loquitur de locis, in quibus Prælati, Barones, vel alij habent iuriſdictionē, ſcilicet, totalem, inſolidum, vel communem pro indiuiſo, vt dixi, ſuper verbo, *o comunio aquella*; non autē loquitur de locis in quibus dominus Rex habet certā ſpeciem iuriſdictionis, puta merum imperium, & Prælati, Barones, vel alij habēt aliam ſpeciem, vt puta, mixtū imperiū, vel ciuilē iuriſdictionē: tūc enim quilibet in ſua ſpecie ponet ſuos officiales, & ita intelligo hoc cap. Sequitur in textu, *tollents & abolints totes & ſengles prouiſions & comiſſions en contrari fetes, emanades, & daqui auant emanadores.* Hoc fuit adiectum ad cautelam, quia iam erāt nullæ ipſo facto, quia non valent chartæ, prouiſiones, commiſſiones & conceſſiones factæ contra conſtitutiones Cathaloniæ, vt ſupra *collat. 3. cap. 8.* & *cap. 16. Item ordinamus & ſtatuimus, quod priuilegia.* & vide ibi. &
35 de hoc dixi ſupra. Ex † his habes, quod ſi auctoritate talium prouiſionum ſeu commiſſionum aliquis officialis de facto fuerit admiſſus, quod eidem tanquam commiſſario illicito, & priuato poſsit de facto & impune reſiſti per hanc conſtitutionem, infra §. *è ſi lo contrari.* & infra *ead. capitulo. Item per tolre vexacio.* Ex quo infero, quod ſi-
36 cut de facto fuit admiſſus, ſic de facto poſsit citra iuris ordinem remoueri. vt *extra. de reſti. ſpo. cap. conquerente.* & notat *Ioan. Fa. inſti. de pe. te. li.* §. vltimo. Ad idem ſupra *ead. collatione. capit. com ſegons.* §. *E les perſones.* vide ibi ſuper verbo *encontinent.* Et nota valde, quia per conſtitutionem tolluntur & reuocantur noui officiales, & eorum creationes & commiſsiones etiam factæ per Prælatos, Barones, & alios quoſcumque. Et ita clare patet, quod Prælati quoad temporales iuriſdictiones, & Barones, & omnes alij de Cathalonia etiam in eorum terris, iuriſdictionibus, & iudicijs, & extra tenentur obſeruare has conſtitutiones Cathaloniæ, vt notat *Iacobus de Caticio* in vſatico, *Hæc ſunt vſualia.* & ibi ſcripſi poſt eum; & dixi ſupra *collatione proxima, capitulo, com fer o contraure matrimonis.* ſuper verbo *en la terra de Baro*, & ſupra *collatione ſexta, in curia Monriſſoni in proœmio*, ſuper verbo, *ſubditis noſtris.* licet de facto in contrarium abutantur quandoque: immo (quod peius eſt) quandoque Barones ſæpe de facto condunt leges & ſtatuta, ac etiam priuilegia concedunt in terris ſuis contra conſtitutiones Cathaloniæ, tam ſuper ſalarijs, quam alijs multis, vt vidi in Comitatu Impuriarum,
* & Vicecomitatu Rupisbertini, & locis alijs. de quo dic vt dixi ſuper vſatico, *Vnde cum dom-*
37 *nus.* in fin. poſt *Iacob. de Caticio.* vbi † concludit, quod de iure non licet Baronibus concedere iura vel priuilegia contra vſaticos, & conſtitutiones, licet aliqui de facto faciant contrarium: de hoc tamen habet conſtare: & ſic parte vocata, vt notatur in *Clementina. Præſenti. de cenſibus.* ¶ Sequitur §. *E ſi lo contrari ſera fet per los dits officials, o alguns dells, ſien hauts per priuats de lurs officis.* Notat *Dominus de ſancto Geminiano in capitulo, Pro humani.* §. *ſacri. de homici. lib. 6.*
38 quod † vbi quis incurrit ipſo facto pœnam priuationis beneficij, poteſt abſque ſententia tale beneficium conferri. Sed requiritur probatio facti pro quo pœna imponitur, niſi iam alias fuerit notorium. Et ſic nota verbum, quod dicit, *per priuats*, iuncto quod infra ſequitur, *& no ſien obtemperats per officials ordinaris*: quia ex his verbis executiuis apparet, quod iſti officiales de nouo, & contra dictum vſum antiquum creati, vel aliter quam olim iuriſdictione abutentes, ſunt ipſo iure priuati. Ita quod non eſt neceſſaria alia ſententia declaratoria; quia eis impune non paretur, ac ſi ſententia lata fuiſſet, vt dixi ſupra *ead. capit. ab ſeria de la preſent.* ſuper verbo, *ſien priuats ipſo facto.* ad hoc *gloſ. in l. amiſsione.* §. *qui deficiunt. ff. de capitis diminut.* &
39 ibi notat *Angelus de Perusio.* quod † vbicumque imponitur pœna ipſo iure ſine ſententia, operatur tantum ſicut ſententia iudicis, & hoc eſt ſingulare dictum *Angeli* in *l. cus ne eorum. ff. de poſthum.* Et de hoc etiam dixi ſupra *ead. capitulo, com ſegons.* ſuper verbo, *encontinent ſien remogudes.* vide ibi & adde quæ notat *Iacob. de Caticio* in vſatic. *Caſtellani.* in *quæſt. quero an ipſi Caſtellani ſubditi mittentes alios ſubtus Caſtellanos.* & vide quæ dicam in *gloſ. prima proxime ſequenti.* vide etiam & adde quæ ſcripſi in *conſtitutione, Hac noſtra. in curia Perpiniani.* ſuper verbo, *careat ipſo facto.* licet videatur contra notata per *Angelum de Perusio* in *l. cum pro quo. ff. de in ius vo.* Sed ibi non erant verba executiua, ſicut hic ſubijcitur infra, *E no ſien obtemperats per officials*, &c.
40 Item nota, † quod vbi conſtitutio vel ſtatutum ponit pœnam per verba præteriti temporis, non exigitur ſententia. *de foro competen. cap. ſi diligenti.* in *gloſ.* ſuper verbo, *ne perdant*, intelligo de ſententia priuatiua, ſed tamen requiritur declaratoria quomodo talis incidit in pœnam illius ſtatuti. vide *Bal. Ang.* & *Salicet.* in *authen. hoc amplius. C. de fidei commiſſ.* & *Bal. in l. iubemus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vide infra *ead. cap. Item per tolre.* & in *pragmatica Regis Ferdinandi, quoniam fructus.* & adde *Ioan. de Platea in l. 1. de theſauris. lib.*
41 10. Item † nota, quod priuatus dicitur qui nō eſt in aliqua dignitate conſtitutus: 24. *q. 1. c. qui cōtra.* Alias dicuntur priuati omnes exēpti à iure cōmuni, ſiue ſit collegium, ſiue ſingularis perſona.
42 Hinc eſt quod † priuilegiū dicitur ꝙ in priuato

fera-

Digitized by Google

feratur: 3. *dist. cap. priuilegia.* vt dixi supra *c. proxi.*

43 Item † priuatus dicitur qui non est illustris. *C.*

44 *de app. l. præcipimus.* ¶ Sed an † qui priuatus est intelligatur perpetuo priuatus, dic vt notatur *extra. de elec. cap. cupientes.* §. *cæterum. lib. 6.* & *C. quis po. in pig. ha. l. scripturas.* & dic de hoc per *Ioan. de*

45 *Platea super l.* Item nota, † quod eius est priuare, cuius est confirmare: vt *ff. de reg. iur. l. eius est velle.* & 20. *dist. cap. inferior.* & *de maio. & obe. cap.*

46 *cum inferior.* ¶ Vlterius † nota, quod quis non debet priuari iure suo sine culpa, vel sine causa. Et plures casus, in quibus quis priuatur iure suo, & perdit priuilegium, nota 22. *dist. cap. renouantes.* & 55. *dist. c. satis pernersum.* & *extra. de consti. cap. cognoscentes.* & ibi concord. Sequitur in text. *è tots actes que apres faran, sien ipso iure nulles.*

47 Hoc est regulare, vt † actus gestus per eum qui officio priuatur, ipso iure non valeat, tanquam habitus per eum, qui nulli iurisdictioni præest, & præsertim quia agitur contra constitutiones istas iuratas, vt hic vides, & supra *ead. cap. absoria de la present,* & ibi dixi. cum suis concordan.

48 multis. Et sic † nota, quod vbi pœna est à iure imposita ipso iure, operatur idem quod sententia iudicis, & de hoc est *glos.* in *l. amissione.* §. *qui deficiunt. ff. de capidimi.* & notatur per *Angel.* in *l. cui ne eorum. ff. pistulan.* vt dixi supra *glos. proxi.* Sequitur in text. *è no sien obtemperats per officials or-*

49 *dinaris:* quasi † dicat, quia priuati sunt ipso iure, & pro priuatis habentur ipsa constitutione, ac si sententia lata foret. Ideo impune non obtemperetur eis tanquã officialibus ordinarijs: quasi dicat; sed pro personis priuatis & remotis, ac in nulla dignitate cõstitutis penitus habeãtur: quia verba ista non debent vacare in lege, sed debent aliquid operari. Ita quod tali posset resisti: de quo tamen vide infra *c. proxi.* & ibi dicam. Et sic nota quod verba ista, *è no sien obtemperats,* referuntur ad executionem facti: vt *l. 2. C. de iure emphit. extra. de loca. c. potuit.* ad hoc notatur per *Inno. extr. de feu. c. ex parte.* vide in *constitutione, Hac nostra. ex uia Perpiniani.* super verbo, *careat ipso facto.* Sequitur hic in text. *E en los dits officials rednits al vs antich se sdeuendra vsar dalguna iurisdictio,* dic, scilicet, magna vel modica, contentiosa vel voluntaria: & dic *simul.* communiter vel diuisim, in totum, vel in parte. Facit supra in verbo, *o comunio daquella.* & propter verbum *dalguna,* hic positum, quia hic sumitur iurisdictio pro specie. Non tamen intelligas de Ecclesiastica, sed de sæ-

50 culari tantum, quia † domino Regi & toti curiæ per suas leges sæculares non licet aliquid disponere de iurisdictione Ecclesiastica, vt *extra. de constitut. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ.* & *de rebus Eccles. non alie. cap. cum laicis.* & 96. *dist. cap. bene quidem.* & vide *Henricum Boich in cap. quæ in Ecclesiarum. extra. de constit.* adde quæ dicam in-

51 fra *cap. proxim.* quia † vnus non debet iurisdictionem alterius perturbare, vt *extra. de iudicijs. capi-*

52 *tulo, nouit.* in princ. Et † nota hic, quod hæc constitutio prohibet poni officialem in terris, in quibus Barones vel alij habent iurisdictionem generaliter, & in solidum, vel in communione pro in diuiso, quia verbum *iurisdictio,* superius positum debet intelligi tanquam genus, vt comprehendat omnem speciem iurisdictionis, scilicet, merum & mixtum imperium, & ciuilem iurisdictionem: quia si Baro vel alius habet solum ciuilem iurisdictionem, vel vnam speciem tantum, & dominus Rex ibi habet merum imperium, vel aliam speciem iurisdictionis, seu partem pro diuiso, tunc non haberet locum ista constitutio, quia sicut Baro potest habere officiales in sua specie iurisdictionis: ita dominus Rex in sua; quia tunc non interest Baronis; secus est, vbi Baro habet omnem iurisdictionem in solidum, vel communionem ipsius pro indiuiso, quia tunc non potest poni nouus officialis inuito Barone, nimirum, quia tunc valde sua interesset: vnde cogita quia sæpius vi-

53 di super his dubitari. Quid † enim si Baro habet merum imperium in loco, & Prælatus habet ciuilem iurisdictionem in eodem loco, nunquid vterque ponet suum officialem pro sua iurisdictione? Certe sic. Et idem credo de domino Rege, quando habet certam speciem iurisdictionis in solidum, & sine communione alterius. Sed in re communi potior est conditio prohibentis. Sequitur in textu, *segons lo vs*

54 *antich feta.* Ecce † quod de vsu & forma iurisdictionis tantum dicit, & non de officialibus, hoc est, de nomine officij, quia non est vis in nomine, siue dicatur Vicarius, siue Regens, siue Locumtenens, dummodo sit idem officium

55 antiquum, vt dixi: quia † lex rebus, & non verbis imponitur: vt supra *collatione 6. in curia Perpiniani, capitulo, cum non debeat.* Nunc de fa-

56 cto † est orta noua quæstio. Ecce Baiuli & alij officiales aliquarum Baiuliarum, & locorum Vicariæ Barcinonæ. & Vallen. consueuerunt tenere tabulam tanquam officiales Regij: modo hoc anno 1473. quo in Barcinona tabula tenetur, aliqui dictorum locorum Regiorum de facto per dominum Regem fuerunt dati in Baroniam honorabili Petro Ioanni Ferrer militi. Ex quo prætendunt ipsi Baiuli, quod non teneantur astricti ad tabulam, cum sint modo officiales Baronis: dubitant iudices dictæ tabulæ an bene dicant. Et mihi *Thomæ Mieres* per hanc *constitutionem,* & alias videtur quod omnino tenentur ad tabulam astricti nunc facta ipsa Baronia, sicut iam tenebantur tempore quo facta fuit ipsa Baronia. Non curo ad præsens an electio Baroniæ fieri potuerit, vel ne, quoniam concessio & electio Baroniæ non potuit præiudicare iuri tertij, & præsertim Reipublicæ, cuius interest tabulam iuxta constitutiones te-

57 neri: quia † per priuilegium non intendit Princeps præiudicare alicui: *extra. de decimis. cap. ex multiplici.* & *de præbē. c. pro illorũ.* & *de offi. ord. licet.*

ff.ne quid in loco pu.l.2.§.si quis à Principe.C.de emã ci.l.nec anus. Imo nec potuisset Princeps contra dictas constitutiones eximere dictos officiales à tabula ipsa tenenda, quia non valent priuilegia & rescripta contra generales constitutiones Cathaloniæ emanata, vt *colla.3.in curia Regis Alfonsi II.c.17. Item ordinamus & statuimus, quod aliqua littera nostra.* & *c.8.* vide quæ super eis scripsi. Sequitur in text. *tals officials*, scilicet, *reduits al dit vs antich*, quia alij omnino abolentur hanc con-
58 stitutionem. Et † ita videtur quod hodie per hanc constitutionem omnes officiales Cathaloniæ, siue fuerint Prælatorum, Baronum, & quorũ libet, sint astricti ad tenendum & assecurandũ tabulam, sicut alij officiales triennales, & hoc sequitur hic in littera, dum dicit, *stenyem, & volem*
59 *esser strets*, &c. Et † supra dixi, *de Prelats, Barons, Caualliers*, &c. Vnde miror quare hoc ita non fuit practicatum, quia videmus quod hæc cauda non fuit moribus vtentium approbata. Sed quidam dicunt hanc caudam siue clausulam, *E on*, &c. tantum loqui de officialibus Regijs. Sed tamen dicunt contra textum, quia præsens constitutio est generalissima, & loquitur de omnibus & singulis officialibus ciuitatum, villarum, & locorum Cathaloniæ, Prælatorum, Baronum, &c. vt supra circa principium, & ibi dixi. Alij dicunt, quod loquitur hæc clausula tantum de officialibus redactis ad vsum antiquum, & verum dicũt. Sen intelligunt redactos tantum de his, qui contra dictum vsum vtebantur, & fuerunt redacti ad vsum antiquum, & prohibiti à nouo abusu. Secus tamen de his, qui semper vniformiter vsi fuerunt secundum vsum temporis Regis Petri, & suorum prædecessorum. & sic faciunt magnam vim in verbo, *E on los dits officials axi redubits*. Sed salua correctione cuiuslibet melius sentientis, satis sunt etiam redacti qui remanserunt in vsu antiquo, quia facta remotione nouorum & superfluorum, cæteri, qui remanserunt satis dicuntur redacti; quia ad eos tantum est facta redactio, & non potest dari ratio diuersitatis, cur magis isti quam illi ad tabulam astringantur; imo turpis est pars quæ non congruit suo toto; vt *extra. de*
60 *spon.duo. cap. vlti.* Et generales † constitutiones Cathaloniæ debent per totam Cathaloniam obseruari per omnes, vt infra *ead. cap. ratificare.* super verbo, *toti Reipublicæ principatus*, &c. & infra *cap.proxi.* ibi, *en alguna part del principat*, & infra *ead.cap. Item que vos senyora*, ibi, *als tres brassos*, & ibi, *é als lurs homens.* vide quæ ibi scripsi. Et fuit æquissima prouisio huius caudæ siue clausulæ, vt omnes officiales tam Regij, quam Prælatorum, Baronum, & aliorum tabulam tenerent, licet non omnes sint triennales: quia littera dicit, *Sicut in triennalibus est statutum*. Non enim dicit quod alij officiales redacti ad vsum antiquum sint de cætero triennales, imo dicit quod vtantur sub forma antiqua; tamen stringit eos omnes redactos ad vsum antiquum, ad tenendum & assecurandum tabulam, sicut officiales triennales. Et hoc videtur mihi forte de mente, & ex verbis præsentis constitutionis, quæ omnes de Cathalonia comprehendit, vt patet ex littera ipsa, quæ debet plene, & ad litteram obseruari, vt supra *eadem, cap. volents*, ibi, *plenament a la lletra*. Ista remitto dictis dominis Deputatis Generalis Cathaloniæ, vt aduertant, quia eorum oneri incumbit has constitutiones facere obseruari, vt supra *cap. proxim.* ¶ Vltimo nota hic, quod constitutiones
61 Cathaloniæ de tabula loquentes † habent locum etiam in officialibus annalibus, & etiam perpetuis iurisdictione vtentibus, licet non sint triennales: quod facit pro his quæ dixi supra *ead.c.com segons.§.volem.*

De commissarijs inhibendis. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij etiam sub quouis nomine commissione vti quod si præsumpserint, potest eis resisti impune. declaratur num.3.4.5. limitatur num.6. ratio limitationis traditur num.11. & declaratur nu.13.*
2 *Vexationes subditorum sunt relenandæ.*
7 *Causæ Vicariæ vel Bailiæ dicuntur, quæ coram Vicario vel Baiulo iure ordinario ducuntur; secus si ex delegatione.*
8 *Gubernator non cognoscit de causis delegatorum.*
9 *Causæ criminales sunt delegabiles.*
10 *Leges posteriores determinantur per priores, & è conuerso.*
12 *Delegatus in Cathalonia suam sententiam exequi non potest, sed tantum eam debet exequi ordinarius.*
14 *Principi reseruata mandata generalis iurisdictione non transferuntur.*
15 *Locumtenens in Cathalonia est alter nos, quasi alter Rex.*
16 *In clausula generali non veniunt maiora expressis, sed æqualia, vel minora.*
17 Alius *pronomen est implicatiuum similium, & non dissimilium.*
18 *Papæ commissarij an sint prohibiti vti sua commissione in Cathalonia, traditur.*
19 *Dispositio generalis limitari debet iuxta potestatem agentis.*
20 *Lex inferioris non tollit legem superioris.*
21 *Commissarios creare quis possit de iure communi.*
22 *Lex vel constitutio vbi annullat contractum rescriptũ vel sententiam, necessarium non est petere declarationem dicta nullitatis.*
23 *Resisti an possit potestati, si vim facit iniuste. remissiue. & nu.28.*
24 *Officialibus non obedire, vel eis resistere, differunt.*
25 *Officiali resisti potest, si excedat in suo officio.*
26 *Subditi resistere possunt prælatis, si quid iniuste agant.*
27 *Resistentia semper vbi fieri potest, debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
29 *Resistentis iniuste pœna remissiue.*
30 *Castellaniæ & capitaneæ dari non possunt non Cathalanis, & in Cathalonia non domiciliatis.*

Item

Item per tolre vexatio. Conſtitutio iſta notabilis eſt & bene ſeruata vt pupilla oculi. Sed nõ poteſt congrue ſub breuibus ſummari. Tamẽ loco ſummæ poſui hic rubricam ſequentem, De commiſſarijs in Cathalonia prohibitis, & ne aliqui † vt commiſſarij ſub quouis nomine audeãt cõmiſsione vti; quod ſi præſumpſerint, poſsit eis impune reſiſti. Et diuiditur in partes tres, quia in prima ponitur prohibitio commiſſariorum. In ſecunda eorum prouiſiones ſeu commiſsiones irritantur. In tertia conceditur vt ipſis commiſſarijs liceat reſiſti irreprehenſibiliter. Secunda ibi, *E totes prouiſions*. Tertia ibi, *E los dits comiſſaris*. Et
2 nota † principium huius capituli pro vexationibus ſubditorum auferendis & releuandis, ſic ſupra *ead. c. per repos.* & *cap. per donar orde.* & *c. la ſuperſtitiũs.* & ſupra *colla. proxi. cap. volentes noſtros.* & *cap. cordi.* & ſupra *colla. 8. in curia Regis Martini cap. Item per tolre vexacions.* cum eorum concor.
3 Sequitur in † text. *als ſubdits del ſenyor Rey*, ſubauditi, id eſt omnibus degentibus in Principatu Cathaloniæ, ſiue ſint de terris Regijs, ſiue de terris Baronum, quia omnes ſubſunt domino Regi ratione generalis iuriſdictionis, & in iſtis legibus, vt dixi ſupra *cap. proxi.* quia prouiſio huius conſtitutionis generaliſsima eſt per totum dictum Principatum, vt ſtatim ſubijcitur, ibi, *ne tremes en alguna part de Cathalanya*, hoc etiam probat littera quæ ſequitur hic, ibi, *ne per alguna altre perſsona de qualſeuol altra auctoritat, o poder ſtablida*. Et †
4 ex hoc dico quod Comites, Barones, & alij iuriſdictiones habentes non poterunt mittere ſuos commiſſarios: quia eis poſſet impune reſisti per hanc conſtitutionem, quia omnes degentes in Cathalonia ſubſunt domino Regi ratione generalis iuriſdictionis, vt in *c. 1. Concordia Caramelli Comenarum.* & in *Comme. Petri Alberti, c. Barones.* & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. in curia Perpiniani c. cum ſecundum conſtit.* Sequitur in text. *que
5 algun comiſſari ſots tuel, o nom*, &c. Hic † videtur quod generaliter prohibeantur omnes commiſſarij ſiue delegati. Sed contra ſupra *collat. 3. c. 14. Item ordinamus & ſtatuimus, quod Vicarius & Baiulus*, ibi, *delegatorum.* & *cap. 21. Item ordinamus & ſtatuimus, quod omnes iudices delegati.* & ſupra *colla. 6. in curia Perpiniani cap. cum non debeat.* & *in curia Monſſonis cap. iuxta conſtit.* & ſupra *collat. 8. cap. Item ſenyor que ſia merce veſtra.* Item contra de titulis Decretalium: *extra. de offic. delega.* & *in vi.* & in *Clem.* & *de officio eius cui man. eſt inriſdict. ff.* Solutio. Quidam ſunt commiſſarij, ſiue delegati iudices, qui dantur ad deciſionem cauſarum vnius vel plurium, qui tamen nullam habent executionem, vt ſunt delegati, quibus committuntur cauſæ appellationum, iuxta conſtitutionem ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcin. c. 13. c. vt omnes cauſæ.* & idem de cauſis principalibus quandoq. propter perhorreſcentiam, vt ſupra *coll. proxi. c. ne ex beneficio.* §. *& ne indoneſcatur iniuria*, & ſic de aliis, & tales iudices delegati ſiue commiſſarij per cõ-

ſtitutiones Cathaloniæ non ſunt prohibiti.

Additio Magnifici Franciſci Franc.

Vide ſupra *ead. curia in c. tollents lo abus.* §. *ſi.* quod quando Rex recedit à Vicaria, non poteſt delegare. Idẽ dixit de Gubernatore in *c. preterea quia per reſeruationes. curia Cernaria Regis Petri III.* Imo conceſſi, & ſic loquuntur contraria.

Sed quidã ſunt cõmiſſarij, qui quandoq. mittebantur ad aliquẽ locũ vel per totũ principatum.

Additio Magnifici Franciſci Franc.

Intellige ſane, quod prohibentur illæ cõmiſsiones generales, quæ fiebant inquirendo alias de criminibus generaliter vel de certis criminibus, & quandoq. in cauſis ciuilibus. & hoc prohibetur per hãc cõſtitutionẽ, vt dixit in *2. curia Illerdæ Regis Iacobi II.* non autẽ hic prohibentur commiſsiones & delegationes cauſarũ ſpiritualium prout antea dicebat, nec eſt veriſimile tot iura Cathalana & communia & conſuetudines villæ vno verbo ſubuertere, *l. ſi quando. C. de inoffic. teſta. c. Eccleſ. veſtra. de elec.* & ita vidi ſeruari, & dici in *c. 14. in curia Regis Alfonſi II. Montiſſoni*, quod per hoc cap. delegatus Principis nõ poterit exequi hanc ſententiã. Sed ordinarius debet illã exequi per dictum *c. 14.* & ſi aduertatur ad verba huius conſtitutionis, non prohibentur delegati, ſed cõmiſſarij tantũ, ſub nomine delegatorũ, Locumtenentiũ, Viceregũ, Procuratorũ, &c. & tamẽ Viceregũ Locumtenentes, &c. non ſunt prohibiti, prout dixi in *c. volentes.* ſupra *ead. curia.* ſuper verbo *algunes perſones. verſ. Simiditer.* quod † cauſæ Vi
7 cariæ vel Baiuliæ ſunt illæ, quæ corã Vicario vel Baiulo iure ordinario ducũtur, ſecus ſi ex delegatione. Item in *c. preterea quia per reſeruationes. curia
8 Cernaria Regis Petri III.* vbi dicitur, q. † de cauſis delegatorũ nõ cognoſcat Gubernator, vide *c. nos & Primogenitus. curiæ Mõtiſſoni Regis Petri III.* vbi
9 habetur q. cauſæ criminales poſsint delegari. Idẽ in *c. 2. Regis Martini*, vbi expreſſe prouidetur ne delegati expediantur. Item *Alfonſi II. in curia Mõtiſſoni c. 20.* & *Iacobi II. in curia Illerdæ c. 14.* & in *curia Gerundæ c. 14.* expreſſe loquuntur de delegatis, vt dixi ſupra in vſat. *Auctoritate & regatu.* cum generali commiſsione, & poteſtate inquirendi generaliter & ſpecialiter de criminib⁹ aut
1 alijs negotijs per eos etiã exequẽdis nomine Viceregis, Locũtenentis, Procuratoris, &c. & tales ſunt omnino prohibiti, vt hic, & ita cõtraria determinãtur & limitantur per hanc conſtitutionẽ, & iſta per illas, vt dixi in alleg. *c. q̃ debeat.* & in *c. Itẽ ſenyor q̃ ſia merce veſtra.* vide quæ in eis dixi,
10 quia nõ † eſt nouũ leges poſteriores determinari per priores, & è cõuerſo: vt *ff. de legib. l. nõ eſt nouũ.*
11 cũ ſequẽ. Et † eſt ratio diuerſitatis, quia per delegatos cõmiſſarios cauſarũ ſingulariũ cognitores, nõ poſſunt vexationes fieri, quia non habẽt executionẽ, licet Vicarij & Baiuli teneantur exequi cõſulta & iudicata per eos, vt in alleg. *c. Itẽ ordinamus & ſtatuimus, q. Vicarius & Baiulus.* Imo per tales delegatos & cõmiſſarios cauſarũ ſingulariũ multum

multum cõsulitur Reipublicæ præsertim in causis appellationum, & propter suspiciones & recusationes ordinariorum.

Additio Magnifici Francisci Franc.

12 Nota quod † delegatus in hac patria suam sententiã non exequitur, sed tantum eam debet exequi ordinarius, quia (vt hic dicitur) hodie omnes cõmissarij sunt prohibiti. vt hic, & ita prout dixi in c. 13. *in curia Montissoni Regis Alfonsi II.* & in *cap.* 10. *in curia Montissoni Regis Alfonsi III.* Sed per alios cõmissarios, qui à curia pro extorquendis pecunijs mittebantur olim cum plenissima potestate etiam componendi & transigendi de criminibus inquisitis; & hac occasione faciebant varias oppressiones & vexationes populis in vniuersitatibus & singularibus, sic per illicitas extorsiones & concussiones cõpellendo eas & eos ad obtinendum remissiones, à quibus etiã ordinarij prohibentur, vt supra *ead. cap. ab aquest edicte*, à quibus vexationibus commissariorũ hodie sumus per hanc constitutionẽ liberati. Et forte nisi tuisset data hic facultas resistendi, non foret ita bene obseruata. Et tempore guerræ in anno 1463. in curia domini Ioannis de Beamont Locũtenentis dñi Regis Castellæ in hoc Principatu Cathaloniæ factꝰ est processus soni emissi ac pacis & treugæ contra F. de Vernullat, & quosdã alios patricidas, ratione captionis Abbatis sanctí Ioannis de Abbatissis. Et executio cum emptoribus fuit cõmissa per dictũ Locumtenẽtem, vt constat in litteris suis datis Barcinonæ 29. Martij anno prædicto. Non obstat hæc constitutio, quia non comprehendit processus regaliarũ, qui fiunt pro vtilitate Reipublicæ, quoniam regalia non cõprehenduntur sub generalibus verbis constitutionis: argum. *extra. de reg. iuris cap. in generali. lib. 6.* iuxta notata per *Iac. de Calic. in sua Margarita Fisci 8. dub. vers.* 172. & dixi supra *ead. c. per repos.* & *c. volents.* Sequitur in tex. *o desfersure sa puxa*, hoc fuit ita additum ad maiorẽ expressionem, ne per mutationẽ nominis fieret fraus legi, vt dixi supra *ead. c. proxi.* super verbo *sots qualsevol titol, o nom*, &c.

Sequitur in tex. *o per qualsevol cas, necessitat, vrgencia, o manera.* Hæc intelligẽ vera † de his omnibus, quæ iure ordinario & cõmuni possunt cõperere omnibus officialibus inferioribus; quia secus est de regalijs, quæ non transeunt sub generalitate verborum huiusmodi constitutionũ Cathaloniæ, vt de processibus regaliarũ, *auctoritate & regalia*, vsat. *Simili modo.* & vsat. *Moneta.* cũ similib. Et † hæc sunt de reseruatis Principi, quæ mandata generali iurisdictione non transferuntur: vt *extr. de offi. legati. c. nisi.* Imo regalias dictorũ vsaticorum etiam expresse non potest dominus Rex delegare, nisi in generalem Locumtenẽtem Regni propter Regis absentiam, vel aliã magnã necessitatẽ, quia † Locumtenens est alter nos, quasi alter Rex: quia istos processus peculiares regaliarũ, qui dicuntur de camera domini Regis, facit solus Princeps, & in eius persona, mittit nomen suos cõmissarios pro informationibus recipiendis, & ita seruatur, & hoc iure vtimur in hac patria inconcusse, & sic minime sunt mutanda, &c. *ff. de legi. l. minime.* Faciunt quæ dixi sup. *ead. c. penrepos.* super verbo *en la Audiẽtia*, & quæ scripsi in *Summa regalia soni emissi. q. 7. §. quarto etiam.* Sequitur in text. *no sia ni puxa per lo dit senyor Rey*, &c. *ne per alguna altre persona*, subaudi, æqualis vel minoris auctoritatis & potestatis, quia in 16 clausula † generali non veniunt maiora expressis, sed æqualia & minora: vt *ext. de rescriptis. c. sedes Apostolica.* & ideo quia præmisit de Rege, Regina, & Primogenito, hæc clausula generalis, *ne per alguna altre persona*, &c. comprehendit Duces, Marchiones, Comites, & alios Barones, & quoscumq. per rationẽ dictæ Decretalis *Sedes Apostolica.* cũ suis concor. & hoc maxime probant verba quæ sequuntur, *de qualsevol auctoritat o poder*, quasi dicat, siue auctoritate Regia, aut Ducali, vel Comitali, aut alia, & hoc potuit facere & statuere dominus Rex cũ curia, & eadem est ratio prohibitionis in omnibus, alias esset superflue additũ quod subijcit, *en alguna part de Cathalunya*, & ibi dicam, nõ tamẽ includit dissimilia, vt notatur in sequenti *glo.* Sequitur in tex. *de qualsevol auctoritat, o poder stablida*, subaudi, eiusdem qualitatis, sci 17 licet fori sæcularis, quia verbũ † *alius, alia, aliud*, cꝫ implicatiuum similiũ, & non dissimilium, vt notat *Barthol. de Salic. ff. man. l.* 1. *in 2. op.* adde *glos.* † *in l. argento. ff. de auro & argen. le.* & *ff. de procura. l. nõ* 18 *solum. §. quatiens*, non † enim cõprehenduntur hic cõmissarij & delegati domini Papæ, & cuiusuis Ecclesiasticę & spiritualis iurisdictionis: quia præcedens clausula generalis, *de qualsevol*, &c. restringitur iuxta præcedentia, ad personas & iurisdictiones sæculares, quia non comprehenduntur maiora & dissimilia, neq. ea quæ sunt alterius naturæ & speciei, scilicet, iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ vt pote maior, *extr. de maio. & obe. c. solita*; & quia alterius est speciei: vt *extr. de iudi. c. nouit.* cum similib. nullatenus includitur sub verbis generalibus hic positis, vt dicto *cap. Sedes Apostolica.* & *de procur. c. nõ potest.* in *Clem.* & arg. corũ quæ notantur in *l. Imperiũ. ff. de iurisd. omniũ iudi.* & per *Ioan. de Imol.* in dicta *Clem. nõ potest.* & notatur *extr. de præben. c.* 1. super verbo *quãuis. in Clem.* 19 vide ibi latius. Nam † dispositio generalis habet limitari & commensurari iuxta potestatem agẽtis, vt *extr. de sent. excom. c. a nobis*, nam verborum larga probatio cõmensuratur organizantis potẽtiæ, secundũ *Ant.* in dicto *c. a nobis.* Præterea hæc constitutio est lex sæcularis, ergo nõ potest tollere legẽ canonicã, vt 10. *dist. c. lex Imperatorũ. extr. de cõst. c. Ecclesia sanctæ Mariæ.* & 96. *di. c. bene quidẽ.* 20 cũ simi. Itẽ † lex inferiorũ nõ tollit legẽ superiorũ: *ext. de maio, & obe. c. cũ inferior.* Itẽ facit *c. in generali. de reg. iur. li. 6.* & quæ dixi sup. *c. proxi.* super verbo *E en les dits*, &c. Et hoc maxime in ijs quę sunt de lege diuina, vt in facto hęresis, vsurarũ, &

huius-

huiusmodi, de quo *extra. de hæreti.* per totũ. tam in antiquis quam *in 6.* & *Clem.* & *de vsuris.* præsertim in *Clem.* pro quibus dominus Papa pro salute animarum potest, & cõsueuit per suos commissarios, & delegatos inquirere etiam ad denuntiationem domini Regis, qui si iurasset non repetere vsuras, nihilominus potest denuntiare Ecclesiæ: vt *extra. de iureiuran. cap. debitores.* & *cap. ad nostram. in 3.* & *cap. quemadmodum.* cum simil. Sequitur in textu, *creat, ordenat, nitremes.* Quis † potest officiales, vel commissarios creare, vel mittere legatos de iure commum? Resp. ad Papã spectat in spiritualibus per vniuersum mundum. vt *9. q. 3. c. cuncta per mundum.* & per Imperatorem in temporalibus, vt *ff. ad legem Rhodiam de iac. l. deprecatio.* & *C. de Sũma Trinit. l. 1.* & per Reges, Principes, Barones, & alios in suis Regnis, Principatibus, Baronijs, & territorijs, at iurisdictionibus ipsorũ; vt *ff. de of. eius, cui mãdata est iurisdictio.* per totũ. Sequitur in textu, *en alguna part del Principat de Cathalunya:* ergo nedum in locis Regijs, sed etiam in alijs. & faciunt pro his quæ dixi supra in verbo, *als subdits del senyor Key.* & vide notata per *Iacob. de Cal.* in vlt. *Barcum. c. nec sunt vsualia, in 1. q.* & super hoc emanauit quædam littera executoria Regis Martini directa nobili B. Senestrera, & alijs, data in loco de Malle. 20 Ianuarij, anno 1302. Sequitur in textu §. *E totes prouisions,* ibi, *casses, & nulles,* scilicet, ipso iure, & hoc probant verba sequentia, *sien nauts totalment per priuades persones, & en res no sien obeits,* scilicet, dicti commissarij. Et est hic casus ad id quod dixi supra *eod. cap. ab seria de la present.* & *cap. contra constitucions.* in verbo, *sien hauts per priuats,* quia ideo non est hic necessaria sententia declaratoria super priuatione & nullitate huiusmodi, quia ipsa constitutione mandatur executio, quia dicitur hic, 22 *no sien obeits.* Vnde † nota, quod quando lex, vel constitutio annullat contractum, rescriptum, vel sententiam; non est necesse, nec expedit petere declarari nullam, vel annullari, secũdum *Ioan. de Pla.* qui hoc latius notat *in Vnica. C. de thesau. lib. 10.* Sequitur in textu §. *E queis puxa esser resistit.* Hæc facultas resistendi conceditur in pœnam talium commissariorum prohibitorum, qui alias pœnas non formidarent; quoniam quæ pœna magis timetur, illa magis infligenda est, siue sit pecuniaria, siue corporalis; vt *16. q. 6. cap. cognouimus.* & *cap. de lapsis.* & *extra. vt lite non contest. cap. quoniam frequenter.* & nota *glos. 23. q. 4. cap. ea vindicta.* Et quia vim vi de regulari iure naturali repellere licet incontinenti; vt *ff. de iustitia & iure. l. vt vim.* vide ibi *glos.* quæ † quærit, *quid si ad potestate vis fiat iniuste.* Et quid si ob tutelam bonorũ, die vt *addit. glos. fori, non cal.* Sed nota hic differen 24 tiam † inter non obedire officialibus, & eis resistere violenter; quia copula, *&*, ponitur inter diuersa, vt hic, & *C. de verb. sig. l. cum quidam.* & *ff. de hæred. instit. l. liber homo.* §. *Titius.* Nam aliud est non obedire, & aliud resistere: quia alter delinquit in nõ faciendo, alter in faciendo: vnde vnus committit delictum, alius facit crimen. Vnde versus:

Delictum tibi sit, si non facis faciendo.
Sed crimen facio prohibita faciendo.

¶ Hic autem est casus, in quo nedum permittitur non obedire, sed etiam conceditur resistere impune, quod plus est. Nam istis commissarijs potest violenter resisti, si modo aliquid forsitan attentent contra aliquem de Principatu Cathaloniæ in personis, vel bonis, vtendo iurisdictione aliqua auctoritate commissionis sibi factæ per dominum Regem, vel alium iudicem sæcularem: vt in *cap. ex litteris Patriarchæ. extra. de offi. dele.* & ibi notatur, & *C. de iure fisci. l. prohibitum. li. 10.* & *de decurio. l. omnes iudices. cap. licet.* & *l. decretum. C.* 25 *de metatis. lib. 12.* Nam † officiali potest, & debet resisti, si in officio suo excedat in dictis iuribus, & multo magis istis commissarijs, qui habentur pro priuatis personis, vt hic dicitur. Itẽ † subditi debẽt resistere prælatis, si quid iniuste agãt, & eos instruere, vt legitur & notatur *C. de app. l. quoniam iudices.* vide super his notata per *Bal.* & cæteros *Doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure.* & per *Ioan. de Pla. C. de exac. tri. l. ne per diuersas.* & *l. contra eos. lib. 12.* Et † ibi nota, quod debet fieri resistentia cum moderamine inculpatæ tutelæ, &c. vt *C. vnde vi. l. 1.* Sequitur in textu, *sens reprehensio alguna.* ergo si forte accusarentur de huiusmodi resistentia, potest opponi, excipiendo ad processum, quod hoc licuit irreprehensibiliter per hanc constitutionem, & sic impedietur litis ingressus, iuxta notata in simili per *Bar. C. de his qui ad ec. confu. l. si seruus.* vide ibi, & dixi supra *eod. c. à remouere,* super verbo, *accusacions. in vers. Item nota, quod excepto, Licite potuit occidi.* Nota ergo hic vnum casum, in quo est licitum impune facere resistentiam cum violentia manuali. ¶ Et circa 28 hanc materiam, videlicet † an & quando sit de iure licitum resistere potestati, distingue, quia aut infertur violentia ab officiali, vel à priuato. Primo casu dic, quod siue sit priuatus, siue officialis, semper debet resistere iudici, vbi constat ipsum iudicem excedere & procedere alias quã de iure liceat, seu facere debeat: vt *C. de execu. & exact. l. contra nostra præcepta. lib. 12.* & *in authent. vt litigantes iurent. §. sin autem. collat. 9.* & in præalle. *l. quoniã iudices.* adde notata per *glos.* & *Dinum. in cap. ea quæ fiunt à iudice. extra. de reg. iur. li. 6.* & per *Ioa. Mo.* super *Ru. de maio.* & *obe. eod. li.* Si vero est dubium, si excedat, vel iniuste agat, nec ne; & tũc aut illud quod procedit, non potest postmodum aliqua via reparari; tunc dico idem, quia debet resisti. vt *ff. de app. reci. vel non. l. 2.* Vbi vero constat, quod non excedit, vel est dubium, & potest aliqua via reparari, quod facit officialis, vel potestas; & tunc est sibi obediendum, vt *ff. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iussu.* & *ff. de iudi. l. si prator.* in prin. imo etiam subditi tenentur iuuare officialem, si ab alio resistatur, vt *l. omne delictum. §. qui præpositum.*

29 *præpoſitum.ff.de re.mili.* Sed † de pœna iniuſtæ reſiſtentis dic per *Bar. in extraua. ad reprimendum.* ſuper verbo, *rebellando.* & *Gui.de Cug. de offi.præ. vr.l.patronus.* vide *Ioan.Fab.inſti.de pu.iudi.§.Secundo caſu.* quando, ſcilicet, violentia infertur à priuato, dic quod aut eſt ille qui violentiam infert priuatus omnino, & ſine aliquo colore officij; ita quod ille cui infertur violẽtia, nullatenus ſub eſt inferenti: immo iniuſte violentia infertur â tali priuato, & tunc licite reſiſtitur: vt *C.vnde vi. l.1.* Sed hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt dixi ſupra *colla.6.in curia Perpinia.cap.inſuper.verſ.in his autem.* ſuper verbo, *nolumus.* aut iuſte violentiam infert priuatus, & tunc non eſt ei reſiſtendum, *ff. ad l. Aquiliam. l.4.* Super hoc vide etiam notata in *l.iniuriarum.§.ſi quis.ff.de iniurijs.* alias eſt in *§.is qui iure publico.l.iniuriarum.* præall. & plenius diſtingue de hac materia per *Henricũ Boich extra. de homicidio. cap. ſignificaſti. in 2. diſt.* Alium caſum, in quo etiam cuicumque perſonæ poteſt licite reſiſti per has conſtitutiones, vide ſupra *colla.3. cap.32. Item ordinamus & ſtatuimus, quod de cætero nos.* & vide quæ ibi dixi. Si tamen ille qui procedit in forma iuris, dicit ſe habere auctoritatem, & docet chartam officij ſeu commiſſionis à ſuperiore ſibi factam, ſit ipſo iure per has conſtitutiones priuatus, tunc aut eſt lata ſententia declaratoria priuationis, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & tunc eſt idem iuris de eo, ſicut de alio omnino priuato. Aut non eſt lata ſententia, ſed in conſtitutione adijcitur, q̃ eis non obediatur, ſed pro priuatis habeantur: & tunc dico idem, ſicut ſi eſſet lata ſententia declaratoria, ſaltem quo ad hoc, vt ſibi non pareatur impune, vt ſupra *ead.c.ab ſæua de la preſent.* & *c.contra conſtitucion.* & dixi ibi, & ſupra in verbo *ſien hauts totalment*, &c. Sed forte tali reſiſtere violenter de facto in caſu dubij, vel alias à iure non permiſſo, tutum non putarem, niſi quando in ipſa conſt. tutione hoc exprimitur, vt etiam violenter reſiſtatur, vt hic, & in præallegat. *cap.32.* Sed quãdo eſt ipſo iure, vel ipſa conſtitutione priuatus ſimpliciter, non adiecto verbo executiuo, quod tali nõ pareatur, vel ſimili, tunc ſi talis licet ipſo iure priuatus, ſit tamen in poſſeſſione adminiſtrationis officij, tunc licet forſitan acta per talem non valeant, attamen in caſu dubij, quod poteſt aliter reparari, non eſt reſiſtendum facto, ſed potius debet obediri, vel ſaltem appellari, vel alijs iuris remedijs vti, habendo recurſum ad ſuperiorem, vel ad dominos Deputatos, iuxta form ãc. *lo fruyt delas conſtitucions.* ſupra *ead.* vide & adde quæ ibi dixi. ¶ Hic deficit capitulum quoddam, quod incipit, per *prouehir a la indemnitat*, &c. per quod
30 prohibetur † Caſtellanias, & Capitaneas dari non Cathalanis, & in Cathalonia non domiciliatis, de quo feci mentionem ſupra *collat.4.in 1.curia Barcino.cap.2. Item ad ſupplicationem.* Sed reuera non fuit publicatũ, nec conceſſum per Brachium militare, ideo eſt falſum.

De firma & iuramento dominæ Reginæ. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio quid.*
2 *Conſtitutionum Eccleſiaſticarum varia ſunt nomina.*
3 *Conſtitutiones quando incipiant ligare. remiſſiue. & num.7.*
4 *Conſtitutio, quæ concordat cum iure antiquo, trahitur ad præterita.*
5 *Conſtitutio facta laicis in fauorem Eccleſiæ, eſt nulla ipſo iure, niſi emanauerit à Principe.*
6 *Conſtitutio affirmatiue promulgata comprehendit omnia ex eis etiam ſequentia, niſi reperiantur expreſſe prohibita.*
8 *Papa in ſpiritualibus, & Imperator in temporalibus an poſſint facere conſtitutiones.*
9 *Papa an poſſit facere conſtitutiones inuito Concilio.*
10 *Conſtitutio omnes ligat, licet certis dirigatur.*
11 *Conſtitutio irrata an poſſit mutari ſine auctoritate Papæ.*
12 *Conſtitutio relata ad magiſtros non comprehendit ſcholares, nec econuerſo.*
13 *Conſtitutio poteſt illud facere, quod conſuetudo.*
14 *Conſtitutiones Cathalonia an ſint ſeruanda in foro Eccleſiæ. remiſſiue.*
15 *Confirmatio quid operetur.*
16 *Confirmatio facta in forma communi nihil noui iuris tribuit.*
17 *Confirmationis materia. remiſſiue.*
18 *Curia quot modis ſumatur.*
19 *Iuramentum eſt ſeruandum in forma ſpecifica.*
20 *Officialis qui poteſt prohibere alium ne faciat contra conſtitutionem, & negligens, incurrit in pœnam violationis, & tenetur parti læſæ ad intereſſe.*
21 *Officialis pati non debet aliquid fieri contra leges.*
22 *Vicarius an prohibere poterit Baiulum, ne quidquam faciat contra conſtitutionem.*
23 *Iudex videns officialem facere contra conſtitutionem, ei conſulere debet, ne faciat.*
24 *Inter iuramentum, & ſimplicem loquelam Deus non facit differentiam.*
25 *Fides capitur multis modis, remiſſiue.*
26 *Fides æquiparatur iuramento.*
27 *Stipulatio* pro alijs, quorum intererit, vel interelle poterit, *quid operetur.*
28 *Iuramentum in contractu appoſitum habet vim confeſſionis.*
29 *Caſtellania committi non debent, niſi Cathalanis populatis, & oriundis in Cathalonia.*

QVas ſiquidem conſtitutiones. In hoc capitulo facit tria. Primo, domina Regina firmans has conſtitutiones præcipit eas per officiales, & ſubditos ſuos, & domini Regis inuiolabiliter obſeruari. Secundo ibi, *Et ad maiorem cautelam*, per validam & ſolemnem ſtipulationem nominibus domini Regis, & ſuo promittit obſeruare, & facere ab omnibus obſeruari, & de his etiã præſtat iuramentum ſuper Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius ſancta quatuor Euangelia. Tertio, ibi, *prælati vero*, ponitur conſenſus prælatorum, &

Eccle-

Eccleſiaſticorum, ſaluis tamen iuribus, Eccleſiæ, & libertatibus Eccleſiaſticis, vſq. ad §. *Acta fuerunt hæc in domo Capituli Sedis Barcinone.* vbi dicta curia celebrata fuit die Mercurij, 22. Aprilis, anno à Natiuitate Domini 1422. Regnique domini Regis Alfonſi Quarti anno ſeptimo. ¶Su-
1 per verbo *conſtitutiones.* Quid † ſit conſtitutio, nota *in decre. 2. diſt. cap. conſtitutio.* & eſt quaſi commune ſtatutum, ſecundum *Archi. extra. de conſti. c. 1.*
2 *lib. 6.* ¶Et conſtitutionũ† Eccleſiaſticarum varia ſunt nomina, quæ notantur *3. diſt. in Summa.* & plenius per *Ioan. Cal.* in fin. *proœmij decre.* 25. *q. 2.*
3 *cap. ſi quis.* ¶Sed † quando incipiant ligare conſtitutiones, vide in *proœm. decre.* & *cap. 2. de conſti. in gloſ. vlt.* & præalle. ſuper data *ſexte li.* vide, & adde quæ dixi ſupra *ead. cap. hauents à cor.* ſuper verbo, *tro dos anys*, & in *cap. proœbim.* vide quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. in curia Perpiniani. cap. cum quæ-*
4 *libet conſtitutio. verſ. vltimo nota.* ¶Sed † nota, quod conſtitutio, quæ concordat cum iure antiquo, trahitur ad præterita: ita notat *Inno.* & *Hoſti. in c. fi. extra. de conſti.* & *Doct. in cap. cum tu. extra. de*
5 *vſur.* & *de cenſi. grauis.* ¶Item † nota, quod conſtitutio fauorabilis Eccleſiæ facta à laicis eſt ipſo iure nulla, niſi quando emanat à Principe, quia tunc valet: *extra. de conſti. c. Eccleſia ſancta Maria.*
6 ¶Item † nota, quod conſtitutio affirmatiue promulgata comprehendit omnia ex eis, etiam ſequentia, niſi reperiantur expreſſe prohibita: *extra. de tranſac. cap. 2.* ſecundum *Hoſtien.* Et econtra conſtitutione negatiue, vel prohibitiue cõcepta, prohibita videntur omnia ibi contenta, & quæ ſequuntur ex illis, quia etiam intelliguntur prohibita: quæ ſunt notanda pro intellectu harum conſtitutionum. ¶Sed infra quod tempus ligent
7 conſtitutiones, † vide notata *de conſti. cap. 2.* & *ne cleri. vel mo. cap. vlti.* & quæ dixi ſupra *ead. cap. ha-*
8 *uents acor.* & *cap. aſſats.* cum ſimilibus. ¶Et † an Papa in ſpiritualibus, & Imperator in temporalibus poſſint facere conſtitutiones, vide *10. diſt. c. lege.* & *cap. quoniam.* & *extra. de conſti. cap. Eccleſia.* & *96. diſt. cap. bene quidem.* & *extra. qui filij ſunt le. cap. cauſam.* & adde quæ notãtur ſupra *ead. cap. proxi.* ſuper verbo, *creat.* & ſupra *colla. 6. in proœmio in curia Perpiniani.* & *in proœmio in curia Mon-*
9 *triſſoni.* ¶Sed † an Papa poſſit facere conſtitutiones inuito cõcilio, vide *93. diſt. c. legimus.* & *4. diſt.*
10 *cap. in iſtis.* ¶Item † nota, quod conſtitutio omnes ligat, licet certis dirigatur, vt in *proœmio decre.* &
11 *de conſtit. cap. 1. in 4. gloſ.* ¶De † conſtitutione iurata an poſſit mutari ſine auctoritate Papæ, vide *extra. de his quæ fiunt à maio. parte capituli. cap. 1.* &
12 *de cleri. non reſi. cap. 1.* ¶Item † nota, quod conſtitutio relata ad magiſtros non comprehendit ſcholares, nec econuerſo, vt *extra. de locato. cap. 1.*
13 ¶Et † conſtitutio poteſt illud facere, quod cõſuetudo: *extra. de verbor. ſignifi. cap. ex parte.* & ibi
14 vide per *Doct.* Sed † an conſtitutiones huiuſmodi ſeruentur in foro Eccleſiæ, vide *Henri. extra. de conſtitu. c. quia in Eccleſiarum.* & vide quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. in curia Montiſſoni. cap. conſtitutio edita.* vide *Doct.* in vſat. *ſimili modo.* ¶Sequitur in textu
15 *confirmationes.* Quid operetur † confirmatio, maxime vbi dicitur, *confirmamus & concedimus*, vide *extra. de offi. dele. cap. ſtudniſti.* & *extra. de fide inſtrumẽ*
16 *to. cap. ſuper dilectos.* Sed † confirmatio etiam per Papam facta in forma communi nil noui iuris tribuit, nec forte ius præſcribendi, ſecundum *Inno. extra. de decimis. cap. dudum tamen.* § *Abbas* notat ibi, quod licet ius non det, tamen præbet cauſam
17 præſcribendi, dic ibi per *Ant. de Butr.* Sed † de materia confirmationis, & quid operetur ſiue in forma communi ſiue ſpeciali, vide de *confirm. vti. vel inuti. cap. cum dilecta.* & *de conſti. cap. ex parte.* & *cap. cum neceſſiſſent in gloſ. Sed nunquid.* & *de conce. præben. cap. quia diuerſitatem.* & *11. diſt. c. vlti.* & *17. q. 4. cap. ſicut.* & in *cap. examinata. de confir. vti. vel inuti.* vide ibi *Henri. Boich.* ¶Sequitur in textu, *ad*
18 *ſupplicationem curiæ.* Quot modis † curia ſumatur, vide quæ ſcripſi ſupra *collat. 6. in curia Montiſſoni. cap. cum iuriſdictionis.* & latius ſupra *colla. 6. in proœmio.* & per. *Iaco. de Cali. in ſuo Curiali, in dubio primo.* ¶Sequitur in textu, *inconcuſſe, & inuiolabiliter obſeruari.* Ex his verbis, iunctis iuramento, & ſimilibus verbis infraſcriptis, ibi, *tenere, cõplere, & inuiolabiliter obſeruare, & facere teneri, & in concuſſe penitus obſeruari*: & præſertim propter iu-
19 ramentum, † quod habet ſeruari ad vnguem, & in forma ſpecifica, quia quæ ſine conditione vouentur, ſine conditione ſoluuntur: vt in *decretis. 32. q. 8. cap. non ſolum.* in fine. videtur hic caſus, & eſt ſimile, vel quaſi ſimiliter in fine chartarũ cuiuslibet curiæ generalis, quod dominus Rex non poſſit contra huiuſmodi conſtitutiones diſpenſare in aliquo etiam ex iuſta cauſa, niſi caſibus ab ipſis conſtitutionibus expreſſe retentis, quod poſſit in eis diſpenſare; & hoc maxime ſonant verba, *penitus & inconcuſſe.* quaſi dicat, ſine aliqua interpretatione, vel conditione. Sed dic vt dixi ſupra *ead. cap. com ſegons*, ſuper verbo, *ſens alguna diſpenſacio*, & melius, ſupra *colla. proxim. cap. per tal que mal.* ſuper verbo, *per algun no puxa eſſer diſpenſat.* & ſupra *colla. 6. cap. qui verba.* ſuper verbo, *ſine ſpe venia.* adde quæ notantur ſupra *in curia Perpiniani. cap. inſuper.* & ſupra *colla. proxi. cap. contra la penſa.* ſuper verbo, *no puxa eſſer diſpenſat.* & vide *Anto. de But. extra. de iudi. cap. ac ſi clerici. §. in adul-*
20 *teriis.* ¶Sequitur in textu, *aut aliquem contrauenire permittant.* Hic nota † caſum, quod officialis, qui poteſt prohibere alium ne faciat contra conſtitutionem, & non prohibet requiſitus, vel vbi ex certa ſcientia negligit, ipſe incurrit inobedientiam & violationem huius conſtitutionis, & tenebitur ex tali negligentia parti læſæ ex illa violatione, iuxta notata in cap. iudices tabulæ, ſupra *in curia Mõtiſſoni. colla. 6.* Facit *extra. de ſent.*
21 *excom. cap. quanto.* quia † officiales non debent pati aliquid fieri contra leges, vt *C. de piſtoribus. l. vnica. lib.* 11. & ibi notatur per *Ioan. de Pla.* & *C.*
22 *de iure Reipu. l. 1.* ¶Sed † quid ſi Vicarius videt

Baiulum

Baiulum facere contrà conſtitutionem iſtam, vel aliam, veniendo contra mandatum domini Regis in fine cuiuslibet curiarum poſitum; nunquid tenebitur ipſum prohibere per hanc litteram, quæ omnibus ſuis officialibus præcipit, ne aliquem contrauenire permittat? Reſpondeo, aut eſt caſus irreparabilis, & tunc debet ſe opponere, & etiam reſiſtere: iuxta notata ſupra *cap. proxi. gloſ.* penult. & fi. Aut eſt caſus reparabilis, & tunc forte non reſiſtet facto, ſed aliter poterit, & debebit ſe opponere, ne videatur conſentire, iuxta dictum *cap. quanto.* & notatur in *l. quoniam indices. C. de app.* vide ibi *Bal.* & per *Ioan. de Plat. in l. omnes indices. C. de decurio. lib.* 10. vide ibi in *verſ.* Quarto nota *ex fine legis*, &c. Et hoc maxime ſi requiratur â parte læſa, vel qui læditur ex violatione conſtitutionis: vide & adde quæ leguntur & notantur ſupra *colla. proxi. cap. quia quandoque contingit*, in fin. vel forte in caſu reparabili poterit diſtingui, an euidenter conſtet fieri contra conſtitutionem, & tunc poſsit facto prohiberi, quia facientis proculdubio culpam habet, qui cum poſſit, negligit emendare. vt 86. *diſt. cap. facientis.* cum ſuis concor. An vero non conſtet, & non reſiſtet facto, ſed expectabitur tabula. Et † ex his infero, quod ſi iudex videt aliquem officialem ſuæ curiæ agere contra conſtitutionem, debet illico conſulere ſibi ne faciat contra conſtitutiones iuratas, & quod ſeruet eas, declarando ſibi quid agendum. & ad hoc conſilium dandum debet moueri ex debito officij, & non expectare inſtantiã, vel requiſitionem fiſci, vel alterius perſonę, alias etiam ipſe tenebitur, quia negligere, cum poſsis perturbare peruerſos, nil aliud eſt quam fouere. 83. *diſt. cap. negligere.* cum ſuis concor. Sequitur in textu, *bona fide domini Regis.* ſubaudi quæ debet ſeruari ſine *engany*: vt in vſat. *quoniam per iniquum.* & hæc promiſsio ſub fide etiam obligat ſicut iuramentum: vt *extra. de arbi. cap. pernenit.* quia † inter iuramentum & ſimplicem loquelam Deus nõ facit differentiam: vt 22. *q.* 5. *cap. iuramenti.* Sed nota, † quod fides capitur multis modis: arg. *ff. de teſtibus. l.* 2. *extra. de Summa Trinit. & fide Catho. c.* 1. & in *rubr.* & ibi *Ioan. An.* & notatur. 22. *q.* 1. *c. monet.* Sed † (vt dixi) fides iuramento æquiparatur, de quo per *Ioan. An. in cap. ex litteris. extra. de conſtit.* Sequitur in textu, *& pro alijs quorũ intereſt, & intererit, ac intereſſe poteſt, & poterit*, &c. Quid operetur † huiuſmodi ſtipulatio notarijs, & ad quos extendatur, dic quod non tralitur extra Cathaloniã, iuxta notata per *Bal. in l.* 1. *ff. de iuſti. & iur. in q. Titius promiſit.* vide ibi. Et nota, quod per hanc ſtipulationem iuratam tenetur dominus Rex ad intereſſe cuilibet, qui læditur ex violatione conſtitutionum huiuſmodi, quia per hãc ſtipulationem ſe obligauit cuicumque, quorum interſit, ſeruare, & facere obſeruari has conſtitutiones; ergo ſi non ſeruentur, ſed violentur, tenebitur ad intereſſe actione ex ſtipulatu, pro quo poſſet de iuſtitia ratione iuris implorari officiũ domini Papæ, quia alium Rex noſter non recognoſcit ſuperiorem; ſicut & Imperator, de quo *extra. de proba. cap. ex Epiſtola.* & ibi nota de hoc per *Ant. de But.* & per *Nicolaum de Sicilia.* Sed ageretur cum *Geminiano*, quia domini Principes ſoli diuino iudicio hodie reſeruant, quia Papæ nil audent hodie contra Reges fortes. Sed aliquando erimus coram Deo, vbi vnuſquiſque rationẽ reddituri ſumus, quia vnuſquiſque recipiet ſecundum quod geſſerit, ſiue bonum fuerit, ſiue malum: vt *extra de fide ca. cap. firmiter credimus.* & in *Symbolo Athanaſij: Quicumque vult ſaluus eſſe.* vide quæ ſcripſi *infra colla. proxim. cap. vlt.* Vnde multum deberent cauere Principes quod officia darent perſonis bonæ conſcientiæ, ne facta eorum ſibi valerent ad conſcientiam imputari. Iuramentum † enim in contractu appoſitum habet vim confeſsionis, ad finem vt non admittatur probatio in contrarium, niſi per inſtrumentum, ſecundum *Cinum in l.* 3. *C. de reſti. in integrum.* & obligantur Principes ex contractibus, & iuramento ſicut alij, ſaltem naturaliter, vt notatur in *cap.* 1. *de probat.* Et non videtur mihi bonum, quod Reges talibus iuramentis aſtringerẽtur, quia non poſſent penitus obſeruari; & quando ſemel vnum ruperint, poſtea parum verentur in alijs, ex quo ſæpe fit propter peccatum, vt de Regibus conuertantur in peſsimos tyrannos. Sed deberet ſufficere iuramentum de non reuocandis conſtitutionibus, & quod requiſitus faceret obſeruari eas, quod ſi nõ faceret, teneretur ad intereſſe. Sed modo abſque interpellatione, ex facto inferiorum tenetur ſaltem ex mala electione ad intereſſe, vel ex ſtipulatu, qui intercellerit, vt hic: & licet nullus de hoc hodie petat emendam â Rege, tamen nec per hoc eſt, ſaltem omnino, apud Deum liberatus, & vaſſalli fideles domino tenẽtur eum iuuare & conſulere tutum de anima & corpore; quare deberent dare modum pro eorum excuſatione, quod ipſe dominus non eſſet tot vinculis, & obligationibus irretitus; alias non video aliquem Principem poſſe ſatisfacere, & tamen non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: *extra de reg. iur. cap. peccatum.* Sed modo veniet annus Iubileus, & vnuſquiſque remittet, & lucrabitur plenariam indulgentiam Romæ; quorum vnus vellem eſſe de his qui efficaciter gratiam ipſius indulgentiæ plenariæ conſequentur, ita placeat Altiſsimo, & de alijs orthodoxis, Amẽ. Et ſit finis huic curiæ dominæ Mariæ, quia duo capitula, quæ infra ſequuntur, ſunt modici effectus hodie, licet in eis poſſent multa vtilia interlineari. Sed dimittam papyrum, & requieſcam paululum, & aliquando forſitan dante Altiſsimo, ſi tas fuerit, ſuper eis aliqua ſcribentur, ne omnino negligi videantur. Deo gratias. In anno à Natiuitate Domini 1460. dominus Rex Ioannes Secundus guidauit illuſtrem Carolum Primogenitum ſuum: ſed de facto cepit eum cõtra ſuum iuramentum, & guidaticum; & ex hoc

prouenerunt

prouenerunt mala in hac patria,in tantum,quod Cathalonia depoſuit ipſum Regem & ſuos, & fuit aſſumptus Rex Caſtellæ in Comitem Barcinonæ anno 1462.& inde geſſerunt guerrã & ſtra ges per totam terram. Credo,quod propter pec cata,quæ ego ſomniaueram ſcribendo *gloſ.* ſuper verbo, *pro alijs quorum intereſt*,&c. Poſtea Rex Caſtellæ,& Rex Franciæ dixerunt ſe non habere ius in hoc Regno, & ideo per Dei gratiam fuit belotatus, & poſtulatus in Regem egregius Petrus de Portugallia nepos ſiue net egregij quondam Iacobi Comitis Vrgelli, cui competebat iure ſanguinis:& ita,*O*, reuolauit ad, *A*.

¶Hic delicit capitulũ,ſiue conſtitutio,quæ incipit, *per prouehir a la indemnitat*,&c.per quã diſpo-
29 nitur,quod †Caſtellaniæ in hoc Principatu non committantur,niſi Cathalanis populatis,& oriũ dis in Cathalonia, de qua fit mentio per *Iacob. Marquilles in ſuo Manna*,ſuper vſat.*auctoritate, & rogatu.lo primer*. Sed ego non reperij in meo libro, ideo omiſi *gloſ.* hic. Sed vide quæ ſcripſi ſupra *colla.4.in prima curia Barcin.c.2. Item ad ſupplicationem*.quia dicta conſtitutio, *per prouehir*, eſt falſa, nam non fuit bullata, quia non fuit per Brachium militare firmata.

De exequutione prouiſionum grauaminum.

Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Rex tenetur exequi prouiſiones, quæ fiunt per prouiſores grauaminum,quod niſi fecerit,lapſis duobus menſibus ipſi prouiſores exequi poterunt, nec poteſt allegari præſcriptio in contrarium. num. 4. & 14. & num.42. & ibi traditur limitatio* vſatici,Omnes cauſæ.*& ratio traditur num.15.*

2 *Rex tenetur emendare grauamina facta per ipſum, vel ſuos officiales.*

3 *Cõtra officiales grauamina inferẽtes poteſt agi corã Rege.*

5 *Rex debet eſſe exequutor iuſtitiæ contra ſe ipſum.*

6 *Prouiſorum grauaminum materia. remiſsiue.*

7 *Curia generalis aliud eſt,& aliud parlamentum.*

8 *Curia an poſsit conuocari pro negotijs particularibus.*

9 *Citati ad curias tenentur venire,ſecus ſi ad parlamentum vocentur.*

10 *Rex non poteſt per iuſtitiam impedire id, ad quod faciendum ipſe de per ſe tenetur.*

11 *Princeps tenetur ex debito ſui officij iuſtitiam facere.*

12 *Officiales Baronum tenentur iurare ſeruare conſtitutiones Cathalonia,antequam vtantur ſuis officijs.*

13 *Tranſgreſſorum conſtitutionum pœna.remiſsiue.*

16 *Præſcriptio vt non currat, an per pactum fieri poſsit. & num.19.& 38.*

17 *Præſcribendi iuri an renuntiari poſsit. & num.37.*

18 *Præſcribatur ne contra fiſcum,& quanto tempore,tradatur ſub diſtinctione.*

20 *Non valenti agere non currit præſcriptio. declaratur ibidem. & num.35.*

21 *In præſcriptione ſeruitutum ex eo non requiritur titulus,quia eſt modicum praindicium.*

22 *Iuriſdictio per non vſum non perditur, vbi caſus non euenit.*

23 *Præſcripta re videtur etiam præſcriptum ius rei cohærens.*

24 *Caſtro præſcripto præſcripta cenſetur iuriſdictio cohærens caſtro.*

25 *Præſcribi non poteſt iuriſdictio per caſtri arrendatores.*

26 *Rex præſcribit regalia,licet ſubditi non poſſent.*

27 *Præſcribatur quanto tempore contra ciuitatem, vel Rempublicam. remiſsiue.*

28 *Præſcribi ne poſsint res ciuitatis. remiſsiue.*

29 *Præſcriptio iurium incorporalium quomodo fiat.& declaratur.nu.31.*

30 *Præſcriptio contra debitorem non nocet creditori,quãdo non ſubeſt eadem cauſa præſcribendi.*

32 *Præſcriptio currere non poteſt contra illum, qui agere non poteſt impedimento iuris,vt quia ſit pupillus,vel filiusfamilias.*

33 *Præſcriptio an currat in hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.remiſsiue.*

34 *Merum imperium an præſcribi poſsit.remiſsiue.*

36 *Præſcriptio interrupta contra principalem videtur etiam interrupta contra fideiuſſorem.*

39 *Præſcriptio vbi valet in principali,valet etiam in acceſſorio.*

40 *Per præſcriptionem quaritur vtile dominium,ſed non directum.*

41 *Præſcriptionis exceptio an impediat litis conteſtationem.remiſsiue.*

43 Etiam *verbum eſt ampliatiuum repetens præcedentia.*

1 ITem que on lo dit ſenyor Rey,o vos ſenyora,no execu-taſſets,&c. Caſus. Dominus Rex † tenetur exequi prouiſiones, quæ fiunt per prouiſores grauaminum:quod niſi fecerit lapſis duobus mẽſibus,ipſi prouiſores exequi poterunt de redditibus & iuribus domini Regis, quæ reciperet in Principatu Cathaloniæ,pro quibus exequendis, conſiliarij, & officiales domini Regis requiſiti, tenentur præſtare iuramentum & homagium: nec obſtabit lapſus temporis ipſis prouiſoribus aſsignati, quo minus aggrauati iura ſua libere
2 proſequantur.Hoc dicit. ¶Dominus † Rex tenetur emendare grauamina per ipſum, vel eius officiales ſubditis contra vſaticos,vel conſtitutiones illata; & de his poteſt dari ſupplicatio, ſiue
3 querela in curijs generalibus.Item † contra officiales grauamina inferentes poterit agi coram domino Rege,quaſi fecerint litem ſuam,vt damna emendent & de iniurijs ſatisfaciant, oppreſſis,iniuriatis,grauatis, & damna paſsis.Sed do-
4 minus † Rex non poterit allegare præſcriptionem temporis: non enim poteſt negligentia obijci ſubdito, qui timore Regio non audet conqueri de ipſo:vide quæ ſcripſi infra *colla.proxim. cap.vltimo*.¶Et diuiditur in partes tres.Quoniam in prima parte dicitur,quod ſi dominus Rex interpellatus ceſſauerit facere executionem prouiſionum de grauaminibus factarum infra duos menſes, ex tunc eis elapſis ipſi met prouiſores ipſam executionem facere poterunt,tam in redditibus,& iuribus alijs domini Regis,quã etiam

in

in donatiuis curiarum,vel parlamentorum;ergo in parlamentis possunt fieri donatiua. In secunda parte tollitur obstaculú, quod dominus Rex & eius consiliarij & officiales non contraueniẽt in aliquo, sed requisiti exequentur iuxta posse; & de his ipsi consiliarij,& officiales habent præstare iuramentum,& homagium. In tertia parte saluatur ius aggrauatis, vt etiam lapso tempore prouisoribus assignato possint suam iustitiam prosequi,tam in exequendo grauamina iam prouisa,quam etiam prosequendo per iustitiam cętera nondum prouisa.Secunda pars est ibi,*E que en aço lo dit senyor*,&c. Tertia pars est ibi,*E on fossen dilatades*. ¶Nota † hic, quod dominus Rex debet esse executor iustitiæ cõtra se ipsum; quia tenetur de bonis suis soluere,& facere executionem pro iudicatis per prouisores grauaminum curiæ,super ipsis grauaminibus.Et † de potestate istorum prouisorum vide in *capitulis curiæ Regis Martini*.supra *colla*.8. *cap. Item senyor placia a la vostra senyoria deputar encontinẽt per vostra part algunes*,&c.& in *capitulis in curia sancti Cucufatis*. & latius per *Iaco.de Cal.in suo Curiali.septimo dubio prin.*per totum,& signanter in *quæstionibus*,scilicet,*in vers.Primo quæro,si Princeps*,&c. vsque ad finem ipsius *septimi dubij*. Sequitur in textu,*per altres corts,o parlaments de Cathalunya*. Nota hic aliud † esse generalem curiam,& aliud parlamẽtum: quod facit pro his quæ dixi supra *ead. cap. In nomine Domini*,super verbo,*ac pro bono statu Reipublicæ*; quia curia generalis est, in qua generaliter tractatur de reformatione, & bono statu, & communi vtilitate totius Principatus, & in qua dominus Rex facit iustitiam de grauaminibus, â se & suis officialibus illatis, & super eis cognoscendis,& exequendis dantur prouisores, vt hic,& in iuribus prælegatis.Sed parlamentum est de vno,vel pluribus negotijs singularibus & particulariter licet negotiũ illud, vel illa plura negotia sint toti terræ cõmunia & generalia tamen ibi non habetur tractatus,nec haberi potest saltem habitũ generaliter de omnibus actibus & negotijs reformandis: & hoc sonat verbum, *parlamentum*,quasi particularis sit locutio: alias si idem forent, cur diuersis nominibus appellarentur *C.de codicillis.l.siquidem*?Super † hoc tamẽ non est diu in curia Dertusen.fuit ita obtentum, & abolita curia,quia pro vnico negotio tantum fuerat conuocata. Sed postea audiui ab honorabili domino Iacobo Pauli legum Doctore Barcinonæ elegantissimo, quod in archiuo fuit repertum contrarium declaratum tempore domini Regis Petri Tertij, quia eius Vicecancellarius *Roma* antiquus pater legum dictauit & ordinauit sententiam, qua declaratũ in curia fuerat,etiam pro vnico arduo negotio tãtum posse congregari & conuocari curiam generalẽ. Saluo tamen meliori iudicio,videretur mihi potius tenendum,quod curia generalis non cõuocetur ad tractãdum de vno, vel alijs particulariter tantú, Sed ea generaliter conuocata non erit inconueniens in ea tractari de vno solo negotio,vel pluribus particularibus,alijs prætermissis: & etiam consueuit,quia sufficit,quod saltem habita sit curia generalis,& pro omnibus generaliter conuocata,licet actualiter ibidẽ non omnia tractẽtur. Sed quod pro vno, vel pluribus particularibus solũ conuocetur curia generalis,non video,quia obstat etymologia verbi generalis.Iã enim esset potius curia particularis,quæ rectius dicitur *parlamẽtum*,vt dixi.De his maxime me remitto curialibus. Et valde hoc interest, quia † ad curias citati venire tenentur; secus si ad parlamentum vocentur:vide & adde quæ scripsi supra *ead.c.ab aquesta present constitutio.*& *c.*sequenti.Sequitur §. *E q̃ en aço lo dit senyor,& vos senyora no cõtrauindreu en res*,&c. Nota hic & adde quæ leguntur & notantur supra *colla*.8.*in curia Regis Martini.c.Item senyor quels Cancellers.*§ *Et q̃ en tal spatxament*,&c. super verbo, *no puxen esser empatxats*,&c. quoniá dominus † Rex non poterit per iustitiam impedire id, ad quod ipse faciendum etiam de per se tenetur, maxime quoad executionem iustitiæ,vt patet hic,& ibi dixi de hoc latius; tenetur enim Princeps † facere iustitiã ex debito officij,iuxta vsat.*alium namque.*& 23.*q.*5.*c.Regum*.ergo non potest eam impedire salua conscientia,maxime, quia iurauit dictum *c.Regis Martini*.& quia *beati qui faciunt iustitiam*, secundum *Psalmistam*. Sequitur in textu,*E daço los dits Consellers, & officials del Principat de Cathalunya*,&c.*requests seran, prestarã sagramẽt & homanatge*.Nota hic bonã prouisionem,quia(vt sæpius dixi) valde expediret, quod † omnes saltem officiales etiam Baronum & aliorum de Cathalonia, antequam officijs vti possent,haberent præstare iuramentum & homagium requisiti de seruando cõstitutiones Cathaloniæ generales,sicut est supra *colla*.4.*in curia Illerdæ.cap.*18. *Item ordinamus & statuimus præsenti curia approbante*.& dixi supra *ead.cap. lo seu sua de la taula*.& *cap.al abus*.& *cap.lo fruyt*.cum simi.Nec istud omnino sufficeret, nisi à dicto *cap. lo fruyt*. adimatur verbum,*a despeses de la part*,&c. & adijciatur,*à despeses del general*,vel aliud remedium executorium contra transgressores adhiberetur, vt ibi dixi, & de † pœnis ipsorum transgressorum vide in *curia Perpiniani.cap.cum secundum*.Sequitur §.*E on fossen dilatades*,&c.ibi,*non sia precluesa via*,&c. *encara que lo temps dels prouehidors fos passat per passament de temps*,&c.Nota † hic casum in quo non habet locum præscriptio etiam tricennalis, & ita per hoc capitulũ limitatur vsat. *omnes causæ,sive bonæ,sive malæ*.vide quæ ibi notantur per *Doct*.Videretur tamẽ posse dici,quod possit habere locum quadragenaria præscriptio, vel alia longior *l.Sape.C.de præscript. triginta,vel quadraginta annorum*.nisi forte regnaret aliquis tyrãnus,qui male tractaret volentes exequi,vel prosequi grauamina sua,argum.*extra.quod metus causa.c.*1.& *de app.c.si iustus metus*.vel saltem daretur restitutio

Digitized by Google

reſtitutio ex clauſula generali, tamen tutum eſſet de hoc proteſtari. Forte neceſſarium: vt in *l. ſi. C. de his qui per met. iudi. non appell.* & ibi nota per *Cinum.* & *Doct.* vide in *Repor. Bardachi.* in verbo *proteſtatio.* Sed littera iſta facit, quod nullatenus currat præſcriptio in his, quia littera dicit, *per paſſament de temps, o per altra cauſa, o raho, no ſia tolta facultat als dits agrenjats de executar, è fer executar les dites promiſions ans lus ſia tot llur dret ſalnat.* ¶ Et per hoc dico hic eſſe caſum, in quo nulla currit præſcriptio: ſic in vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* & eſt ratio, quia † dominus Rex propter eius moră, & negligentiă reputatur nõ haberein tali præſcribendo bonă fidẽ, & quia non eſt qui poſsit eũ cogere, nil mirũ ergo ſi hoc fuit ita ſtatutũ, vt nullum currat tẽpus. adde quæ ſcripſi ſuper vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* ¶ Et eſt hic argumen, quod † per pactum poſsit fieri, vt non currat præſcriptio: vide infra *eadem in quæſtio.* Sed † quæro an poſsit renunciari iuri præſcribendi. Item † an & quando, & quanto tempore præſcribatur contra fiſcũ, diſtingue per *Ioan. de Platea in l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10.* ¶ Sed † an ſtatuto, vel priuilegio, vel pacto poſsit concedi, quod nulla obijciatur præſcriptio, *gloſſ.* dicit quod non, in *authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & aduerte quia dicit, quod hoc generale pactum non valet, per §. *quæſitum. l. ſed & ſi. ff. ſi quis cautionibus.* & ſic ſentire videtur, quod ſi pactum eſſet in ſpecie, quod valeret: vt in textu *ff. de ædilit. edicto. l. ob quæ.* §. *in ſumma.* & vide ſuper hoc notata per *P. de Ancarrano ſuper Clem. quam. diu. de app.* & melius per *Ioan. de Platea in l. ſi quis decurio. C. de decurio. li. 10.* & dixi infra *collatione proxima. cap. vltimo.* in fin. ¶ Et ſic nota, quod id quod dicitur, † *non valenti agere non currit præſcriptio,* eſt verum in præſcriptionibus, quæ currunt ex terminis præſcribentis, ſecus in alijs quæ currunt ex non vſu illius, contra quem *gloſ. ff. de ſerui. ru. prædi. l. Atticillinus.* & vide plenius in *l. cum eſſet. ff. eodem titulo.* & per *Pe. ff. de ſeruitu. l. ſi vnius.* & ibi ponit bona verba. Et † ratio quare in præſcriptione ſeruitutum non exigitur titulus, eſt propter modicitatem præiudicij, ſecundum *Dinum in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus.* Sed hic quæro, † an non vſu iuriſdictionis, vel imperij, quia caſus non contigit, perdatur iuriſdictio? Vide quod non, *ff. de vſuca. l. retinere.* §. 1. in fin. *ff. de ſerus. ru. prædi. l. Atticillinus,* & *de itine. actuque priua. l. fin.* Et adde quæ ſcripſi de imperio, & iuriſdictione ſatis datis, ſupra *collatione quarta, in tertia curia Barcino. cap. 9. Item ordinamus præſenti curia approbante.* ¶ Item † nota, quod præſcripta re videtur præſcriptum ius rei cohærens: textus eſt *ff. de vſuca. l. ſi aliena.* §. *hoc iure.* per quod † dicit *Bar.* quod præſcripto caſtro, præſcripta videtur iuriſdictio cohærens caſtro. De iuriſdictione, & alijs iuribus caſtrorũ huius patriæ, dic vt dixi ſupra *collatione ſecunda, in ſecunda curia Barcino. cap. 41. Item, quod Vicarij noſtri.* & in vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* ¶ Item † nota, quod non præſcribitur iuriſdictio contra eos qui caſtrum arrẽdarunt, cum vti videantur. *ff. de vſuca. l. retinere.* in prin. & *ff. de adqui. po. l. quod meo.* ¶ Item etiam nota, † quod licet ſubditus non præſcribat regalia, quod nota pro his quæ dixi de foro militari, vt non præſcribatur contra Regem, cuius eſt regalia; præſcribit tamen Rex, vt *l. comperijt. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum.* quo ad primum allega. *Bal. Inno. de poſtu. la. prala. cap. bona.* dicit primum, ſed non ſecũdum. ¶ Quanto † tempore præſcribatur contra ciuitatem, vel Rempublicam, vide *gloſ.* & *Doct. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi.* Sed † an res ciuitatis poſſint præſcribi, vide *ff. de vſuca. l. vſucapionem.* & *l. in omnibus. de diuer. & tempor. præſcrip.* ¶ Item nota, † quod præſcriptio in iuribus incorporalibus non complectitur ex pluribus titulis ex parte præſcribentis; ſed ſola negligentia non petentis; immo requiritur quaſi poſſeſsio præſcribentis, iuxta notata per *gloſ.* & *Dinum. in regula iur. Sine poſſeſsione.* & hoc in his in quibus eſt dari quaſi poſſeſsionem, ſecus in ſimplicibus nominibus. *gloſ.* notabilis *ff. pro hærede. l. 1.* quæ optime facit pro dictis *Bar. in l. ſequitur.* §. *ſi viam.* ¶ Vlterius nota, † quod præſcriptio contra debitorem non nocet creditori, quando non ſubeſt eadem cauſa præſcribendi contra debitorem. *C. de pigno. l. præſes.* ¶ Sed † vbi tempus currit propter negligentiam, licet determinet curſus temporum â cætero extremo, vt â tempore mortis, vel â tali tempore, ſemper ſubaudiri debet, & â tempore ſcientiæ, vel ſubaudienda ſunt illa ex quibus concluditur negligentia, & ita volenti agere præſcriptio currit, & non currit † ei qui agere non poteſt iuris impedimento, vt in pupillo, & filiofamilias. Sed † an currat in hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, iſtam quæſtionem alibi examinaui plene, & adhuc vellem plenius deliberare, vide ſupra in *verſ. Et ſic nota.* vide *Bar. ff. de his qui notan. infa. l. genero.* ¶ Sed † an præſcribi poſsit merum imperium, & quando habeatur, vide *Guid. in l. impertium. ff. de iur. om. iudi.* & ibi per *Bart.* vide per *Butri. in l. & quia. cod. tit.* Ibi dicit, quod poterunt allegare conceſsionem, & probare ex vſu per *l. cum de in rem vſo. ff. de vſuris.* & ibi vide *Cinum. in l. 1. C. de emanci. liberorum.* & quod notatur *extra. de foro compe. cap. cum contingat.* adde quæ dixi ſupra *collatione ſecunda, in ſecunda curia Barcinol. cap. reſtituimus.* & *cap. ſequẽti,* & plenius ſupra *collat. 4. in 3. curia Barcino. cap. 9. Item ordinamus præſenti curia approbante.* vide notata per *gloſ.* & *Doct. in cap. peruenit. de cenſibus.* ¶ Item nota, † quod volenti agere, & litem conteſtari currit tempus ad actionẽ. ſed ſi ſimpliciter eſt impeditus, quod præſumitur, de exiſtente in officio, datur reſtitutio. *ff. de offi. præſi. l. ſenatus.* & vide quæ notãtur ſupra *eod. cap. hauents acor.* §. *E ſi lo contrari.* & in *cap. a remouere.* ¶ Nota † tamen, quod interrupta præſcriptione cõtra principalem interrupta videtur

contra fideiuſſorem.*ff.mandati.l.ſi fideiuſſor.§.fi.* Et tunc incipit præſcriptio,cum debet fieri ſolutio, vt *C.de præſcrip.triginta, vel quadraginta annorum.l. ſi quis emptionis. §. exceptionem.* & ibi notat *Cinus.*

37 ¶Sed quæro † an poſsit renunciari iuri præſcribendi?*Bar.*tenet ꝙ ſic, in *l.bono publico. ff.de vſuca.* vide *Cin.in l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.triginta,vel*

38 *quadraginta annorum.*valet tamen † pactum in ſpē quod in tali facto non currat præſcriptio,ſecundum *Ant.de But.* quē vide *in Spica,*in littera *præſcriptio.verſ. An ſtatuto* .alle.*l.cū ſex.ff.de edi.l.edic.*

39 vide ſupra in *verſ.Sed an ſtatuto.* Itē † nota,quod facta præſcriptione in principali facta videtur in quolibet acceſſorio prouenienti poſt præſcriptionem inchoatam in principali:iſte eſt caſus in *l.eos.*in prin.*C.de vſuris.*& non eſt alibi ſecundum

40 *Bal.* Item † per præſcriptionem quæritur vtile dominium,ſed non directum,vt notat *gloſ. ſi. l.in rem actio.ff.de rei vendica.*de hoc etiam notat *gloſ. in authē.niſi tricennale.C.de bo.mat.*& in *auth.de nup tijs.§.ſi vero expectet.coll.4.glo.*videtur quod ſic in *decretis 16.q.3.in Summa,*circa fi.Sed tu dic vt notatur per *Ioan.Fa.inſti.de vſuca.*ſuper *gloſ.ex hac littera.*in fin.& vide per *Angelum de Peruſio in l.cum pradiū.ff.de pigno.*& per *Bar.in l.pater dotem.ff.rem ratam haberi.*adde notata per *Doct.in l.atqui natura.*in prin. *ff.de neg. geſtis.* & *Bal.in l.id quod. C. de Epiſ.& cleri.in q.9.*& *in l.nulli.*vide *Doct.in l.obligationum fere.§.placet.ff.de verb.oblig.*& per *G.de Mōtelugd.in Cle.de re iudi.* & per *Inno.in cap.ad aures.*

41 *de præſcrip.* Vtrū† autem exceptio præſcriptionis impediat litis conteſtationem, vide *Cinum in l.emptor.C.de præſcrip.lon.temporis.* & per *Bar. in l. vſucapio. ff. de vſuca.* & per *Canoniſtas in cap.vnico. de litis conteſtatione li.6.*de hoc dixi infra *coll.prox. cap.vlti.*& ibi videas. ¶Sequitur in textu,*Encara ſia ſaluat dret als dits agreuiats en los greuges qui no*

42 *ſeran proueits,o poſats.* Nota ſumme † hanc caudā, quæ probat clariſsime id quod ſupra dixi, ſcilicet, hic eſſe caſum impræſcriptibilem, per hanc conſtitutionem,quia etiam quoad grauamina nō poſita nulla currit præſcriptio; quia ſaluum remanet ſemper grauatis ius ſuum:& intellige hoc de grauaminibus illatis per dominum Regem, & officiales ſuos per ipſum electos ad tabulam nullatenus aſtrictos; ſecus forte de illatis per officiales tabulam tenentes,quia ſi poſita non fuerint debito tempore in tabula,poſtea minime audirentur,vt ſupra *colla.6.in curia Mōtiſſoni.c.iudices tabule.* vide & adde quæ ibi dixi ſuper verbo *minime audiantur.*& hoc probat littera iſta, dum

43 dicit,*encara*, quia † verbum etiam eſt ampliatiuum,& repetit ea quæ dixit ſupra, ibi, *per paſſa-*

44 *ment de tēps.*&c. Hic habes,† quod grauatus per Vicecancell.vel Regentē Cancellariā perpetuo poteſt dare ſuū grauamen,nec poteſt obijci præſcriptio per Regē.Sed quid ſi agatur contra Vicecancellariū vel illū qui grauauit,nūquid poterit obijci præſcriptio? Forte ſic,quia ꝙ non mutatur,&c. Sed an trāſeat ad hæredes, cogita bene.

De remiſsione generali pœnarum pecuniariarum. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio generalis pœnarum pecuniariarum etiam deſcendentium à criminibus datur. reliqua vide in littera.*

2 *Procuratorio nomine vbi quis in iudicio comparuit,ſemper cenſetur eodem nomine comparere in omnibus actibus ſubſequentibus.& num. 3.*

4 *Remiſsionum materia.remiſsiue.& num.6.*

5 *Remiſsio generalis vbi ſit a lege,vel conſtitutione,licite fieri poteſt etiam mediante pecunia.*

7 *Princeps poteſt remittere crimina cui volnerit.*

8 *Remitti nullo modo poſſunt quædam, quæ referuntur in littera.*

9 *Brachia Cathalonia ſunt tria.*

11 *Barones an poſsint petere pecunias ob pœnas commiſſas per ſuos homines, & vaſſallos, ſi remiſsio generalis facta fuerit per Regem Cathalanis,traditur.*

11 *Pœna,& mulcta differunt.& nu.27.*

12 *Semel exactum amplius exigi non poteſt.*

13 *Dolus futurus remitti non poteſt.*

14 *Debitor ſi fuerit elongatus, & ſic pœna non fuerit commiſſa, ſtatur iuramento creditoris Chriſtiani.*

15 *Violantis homagium pœna.remiſsiue.*

16 *Hoſtagiorum materia.remiſsiue. & num.17.*

18 *Bannorum materia.remiſsiue.*

19 *Banna exigi non poſſunt ab hærede.*

20 *Banna denuntiari debent nomine Regis.*

21 *Exceſſus eſt nomen generale ad omnia crimina, vel delicta.*

22 *Pro compromiſsis debet fieri prompta executio.*

23 *Clamorum,& retroclamorum materia.remiſsiue.*

24 *Bannitos qui ſuſtinere poſsint,vel non.*

25 *Eiectorum à pace materia. remiſsiue.*

26 *Manuleuta materia. remiſsiue.*

28 *Iudex an poſsit remittere crimen accuſato inuito accuſatore. & quid poſt condemnationem. num.29. & quid accuſatore deficiente in probatione. num.30.*

31 *Remittere eſt donare.*

32 *Remiſsio ſummam excedens quingentorum aureorum eget inſinuatione.*

33 *Remittens ius, quod habere ſperat, cenſetur remittere ex cauſa de præſenti.*

34 *Pœna,quæ venit committenda in delicto in omittenda, tunc committitur,cum quis commode facere potuit, & non fecit.*

35 *Pœna vbi committitur ex lapſu diei propter non factum, hæres ignorans reſtituitur ex clauſula generali.*

36 *Pœna non committitur quando factum fuit cum voluntate illius,cui pœna veniebat acquirenda.*

37 *Pœna qualibet corporis afflictiua,requirit in ſe dolum.*

38 *Iudex an poſsit alterare pœnam ſtatuti.*

39 *Iudex in ſententia pœnam ciuilem applicandam parti commutare nequit in criminalem.*

40 *Solutio pœnæ liberat à principali, ſi talis pœna ſuccedit loco intereſſe. declaratur ibidem.*

Solutio

41 *Solutio vnius in obligationibus ex delicto alterum liberat, secus in pœnis.*

42 *Actio ciuilis oritur parti damnificatæ ad interesse ex omni crimine publico.*

43 *Solutio pœnæ facta fisco an auferat pœnam, quæ competit parti priuatæ, traditur.*

44 *Damnatus ad amissionem oculi dexteri, si sit cæcus in dicto oculo, talis damnatio exequi debet in oculo sinistro.*

45 *Pœnæ criminum ex causa hodie sunt arbitrariæ.*

46 *Priuilegium seu rescriptum impetratum lite pendente regulariter non valet, limitatur ibidem.*

47 *Fiscus pro pœnis litigat captis pignoribus.*

48 *Exceptio doli obstat petenti deb. tum, nisi restituat pignus.*

49 *Pignus emi non potest per debitorẽ, per creditorem vero sic.*

50 *Pignus si commodauit alicui, vt pignoret; quomodo possum agere, vt liberet dictum pignus, & mihi restituat, remissione.*

51 *Res obligata pro censu, vel emphiteosi, an sit tacite obligata pro pensione.*

52 *Creditor in sortem computat fructus rei pignoratæ, quos percepit.*

53 *Creditor possidens fundum pignori obligatum tenetur illum locare, alias imputatur sibi, si domino non denuntiauerit. & dominus præfertur alijs si voluerit locare, nisi pacta sint in contrarium. num. 54.*

55 *Princeps suam gratiam reuocare nequit pro tempore præterito, pro tempore vero futuro sic, & quid si possit ex intervallo tali gratiæ conditio apponi. num. 56.*

1 ITem que vos senyora remetats de present, &c. Gaſus. Generalis † remiſſio pœnarum pecuniariarum etiam de criminibus deſcendentium omnibus de Cathalonia vſque in diem datę hic habetur, comprehendens etiam pendentia negotia captis pignoribus à curia. Hoc dicit. Et poteſt diuidi in duas partes. Secunda ibi, *E ſi per les dites penes*, &c. Super textu, ibi, *remetats de present, & hajats per remeſes*. Nota, quod hanc remiſſionem fecit domina Regina Maria tanquam procuratrix, & locumtenens generalis ſereniſſimi domini Regis, quia tali nomine præſidet, & præfuit dictæ curiæ huiuſmodi, vt dixi ſupra *eod.* in proœmio, vnde illud nomen locumtenentis, vel procuratoris videtur ſemper repetitum. Et ſic
2 patet, † quod ſi aliquis tanquam procurator alterius in iudicio comparuerit, dando petitionem, libellum, vel cedulam, aut verbo tenens requiſitionem, aliumue actum faciendo, poſtea in eodem proceſſu etiam alijs diebus comparendo, & actum faciendo, videtur id facere nomine procuratorio quo ſupra, licet non adijciatur *nomine, prædicto*: quia ſi procurator alicuius gerit aliquid, præſumitur agere nomine proprio, ſi illum actum nomine proprio facere poſsit, niſi ſe procuratorem dicat: vt *ff. de iure fiſci. l. de eo.* &
3 nota *ff. ſi quis Cancell. l. penultima.* Sed † ſi ſe procuratorem dixerit, tunc præſumitur agere tanquam procurator, vt ibi notatur: & in *l. fin. ff. de tribut.* vide *l. ſi me in vacuam, ff. de adquir. poſſe.* & *extra. de reſcriptis, cap. nonnulli. in gloſ. 1. expreſſe.* Tutius tamen eſt repetere procuratorẽ, & nomine procuratorio, vel nomine quo ſupra. Cum ergo domina Regina hanc remiſſionem faceret nomine proprio, & quia in proœmio, & alijs capitulis præcedentibus ſe dixerit locumtenentem, ſatis hic præſumitur eodem nomine fecille hanc re-
4 miſſionem. & de hac † materia remiſſionum vide ſupra *eod. cap. ab aqueſt edille.* & ſupra *collat. 4. in ſecunda curia Barcino. cap. 9. Item quod nos*, vide ibi cum ſuis concor. quæ limitantur in hoc ca-
5 pit. quia quando † fit generalis à lege vel conſtitutione remiſſio, licite poteſt fieri etiam mediante pecunia, nondum ſatisfacto, nec præſtita cautione de ſatisfaciendo parti læſæ, vt hic: nihilominus tamen qui voluerit hac remiſſione gaudere, tenebitur ſatisfacere ſuo creditori: quia hic non remittitur, niſi ius & intereſſe domini Regis, & ſuorum officialium. vide & adde quæ dixi ſupra *collatione ſexta, in curia Montiſſoni. capitulo, nos & primogenitur.* & vide *pragmaticam* ibi in-
6 ſertam, & quæ ibi dixi. Et † de remiſſionibus criminum vide ſupra *collatione ſexta, in curia Perpiniani. cap. inſuper.* Sed licet generaliter conſtitutio de ſui natura reſpiciat futura; hoc tamen fallit hic vbi continetur remiſſio delictorum, ſcilicet præteritorum, & non futurorum, & hoc ne videatur dare occaſionem delinquendi contra *l. conuenire, ff. de pactis.* & nota in *l. cum lex. ff. de legi.* & ibi *Bart.* & dixi infra *collatione proxima. cap. penultimo.* in fine. Nota, quod Princeps poteſt
7 crimina † cui voluerit remittere, & perdonare, vt in vſatico, *quia iuſtitiam facere.* vide ibi *Doct.*
8 ſuper verbo, *perdonare*. Sunt † tamen quædam, quæ nullo modo remitti debent inulta, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, vt 28. *diſtin. capitulo, quia ſunt culpæ.* vt quia iniuria redundat in Deum. 23. *quæſtione quarta, capitulo, eſt iniuſtitia.* in fine. & *in capitulo, qui verba nefandiſſima.* ſupra *in curia Montiſſoni. collatione ſexta.* vbi dixi ſuper verbo, *ſine ſpe veniæ.* Item cum res eſt perniciosa exemplo: *ff. de pœnis. l. ſi quis. §. qui abortionis.*
9 ¶ Sequitur in textu, *als braſſos, & ſtaments de la dita Cort.* ſubaudi. quæ † brachia ſunt tria, ſcilicet, prælatorum, militarium, & vniuerſitatum populorum, & plebeiorum; & ſtatus etiam poſſunt dici tres, quaſi brachium ſumatur pro ſtatu, & econuerſo. Et iſti omnes ſunt vocandi ad curias generales, iuxta notata per *Anco. de Calicio in ſuo Curiali. in ſexto dubio.* in princi. vide ibi latius, & in *Got. lib. 2. titulo primo. quoniam vetuſtas.* ibi atque *fauente vniuerſali conſenſu audientium.* Sed tamen in hoc capitulo ſolum intelligitur remiſſum duobus brahijs, ſcilicet, Baronum & militariũ. & vniuerſitatum ciuium, populorum & plebeiorum, quia prælati & alij Eccleſiaſtici, nõ ſunt de foro dñi Regis, & ſic quo ad eos non habet effectum huiuſmodi remiſſio. Sed

habet effectum quoad homines ipſorum prælatorum, pro quibus interueniunt in curijs. ¶ Sequitur in textu, *è à cintats, viles, & llochs*, &c. de iſtis vide quæ ſcripſi ſupra *colla. ſexta. in curia Montiſſoni. cap. in ciutatibus.* ¶ Sequitur in textu, *& als llurs homens.* quaſi dicat, nedum hominibus domini Regis fit huiuſmodi remiſsio, ſed etiam hominibus Prælatorum, Baronum, & cæte-
10 rum. ¶ Sed quæro, an pœnæ criminum, vel aliæ pecuniariæ, quales hic remittuntur, poterunt per Prælatos, & Barones, & alios exigi ab hominibus ſuis, quia eis, & curijs ipſorum ſunt adquiſitæ propter renunciationem fori, vel alias? Et videtur, quod ſic, quia hic ſolum fit remiſsio pœnarum adquiſitarum domino Regi, & ſuis officialibus. Ita quod non poſsint peti per dominum Regem, & eius officiales. In contrarium videtur, quod etiam ipſi Prælati, Barones, & alij de curia hoc ſupplicantes etiam videantur ius ſuum remiſiſſe: & hoc credo verum de æquitate, quia in curijs, in quibus dominus Rex ratione generalis iuriſdictionis præſidet, habet ipſe cum ſua curia omnem poteſtatem ſtatuendi legem, etiam ſuper omnes populatos in Cathalonia, cuiuſcumque ſint, Prælati, Baronis, vel alterius, quia omnes de Cathalonia ſubijciuntur his conſtitutionibus, & tenentur ſeruare leges Principis, vt in vſatico, *iudicia curiæ.* & melius in *Gotis lib. 2. tit. primo, quod tam Regia poteſtas quam populorum vniuerſitas legum reuerentia ſit ſubiecta. cap. omnipotens Dominus conditor rerum.* ibi, *Damus modeſtas leges nobis ſimul, & ſubditis, quibus legibus, & vniuerſa clementia noſtri culminis ita decernitur obedire, & affutura nouitas ſuccedentium regum ita iubetur parere vna, ideſt, ſimul cum generali multitudine noſtri regiminis, vt perſona, & potentia cuiuslibet dignitatis non reddat ſeſe alienam vllis factionibus à cuſtodia legum*, &c. Facit in *curia Perpiniani. cap. cum ſecundum.* Veruntamen primam partem credo veriorem de rigore; quia cum verba conſtitutionis ſiue capituli huiuſmodi ſolum dicant, quod dominus Rex, & ſui officiales non poſsint has pœnas petere nec exigere, ſatis videtur alijs permiſſum. argumen. *l. cum prætor. ff. de iudicijs.* cum ſimil. ¶ Sequitur in textu, *totes & ſengles.* quaſi dicat, ſiue ſint commiſſæ vniuerſaliter, ſiue particulariter. Sequitur in textu, *penes de terços*, dic, pœnæ, ſiue tertiorum, vel aliarum calumniarum,
11 & hoc magis ſpecificatur inferius. Sed † eſt differentia inter pœnam, & mulctam: vt *ff. de verb. ſignifi. l. ſi qua pœna eſt.* & de pœna iuſtitiæ, quæ hodie eſt per cõſtitutiones remiſſa, vide quæ ſcripſi ſupra *in iuramento Vicary. §. Septimo iurat.* & melius ſupra *colla. 4. in prima curia Barcinon. cap. 18. Item quod de gratia per nos, & omnes noſtros.* ¶ Sequitur in textu, *deguts & comeſos.* ſupple, quia ſecus de ſolu-
12 tis, vel non commiſsis, quia † ſemel ſolutũ amplius exigi non poteſt, quia bona fides no patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur, vt *extra. de reg. iur. cap. bona fides. lib. 6.* Et quod commiſſum non eſt debitum, ergo exigi non poteſt, & per conſequens non remittuntur, nec venit in hac re-
13 miſsione, quia † dolus futurus remitti non poteſt: *extra. de iureiurand. cap. quemadmodum.* & ibi
14 notata. Sed † ſuper hoc an debitor fuerit elongatus, & ſic pœna non fuerit commiſſa, ſtatur iuramento creditoris Chriſtiani: quod dic vt ſcripſi ſupra *collat. 4. in ſecunda curia Barcino. cap. 36. Item ſi debitum debetur.* & melius ſupra *colla. ſexta, in curia Perpiniani. cap. ad obuiandum difficultati.* Sequitur in textu, *per cenſals, o violaris.* de iſtis vide infra *collat. proxima. cap. 1.* & quæ ibi dicam duce Altiſsimo. ¶ Sequitur in textu, *o encara com agneſ-*
15 *ſen trencat homanatge*, &c. de pœna † violantis homagium, dic vt dixi ſupra *in curia Gerundæ. cap. 1.* & latius *in Summa*, quam poſtea compoſui *de homagio.* ¶ Sequitur in textu, *per no tenir hoſtat-*
16 *ges.* de iſtis hoſtagijs † legitur & notatur, *extra. de iureiurand. cap. ex reſcripto.* vbi vide per *Henr. Boich.* & adde quæ ſcripſi in dicto *cap. 36. Item ſi debitum debetur.* ¶ Sequitur in textu, *è totes altres*
17 *penes de hoſts fallides.* Super † hoc vide *Doctores* in vſatic. *qui fallerit hoſtes.* & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. ſecunda, in ſecunda curia Barcino. cap. 34. Item ſi barones.* & latius *in Sũma regalie ſoni emiſit. quæſt. 11.* & *quæſt. 12.* vide etiam quæ ſcripſi ſuper *cap. confirmantis, loants. in curia Regis Alfonſi Quarti. collat. 11.* ¶ Sequitur in textu, *è de penes, & de*
18 *bans.* dic, *è*, pro ideſt. Et † de iſtis bannis, vide ſupra *collat. quarta, in curia prima Barcino. cap. 35. Item, quod ſi homines noſtri.* vide quæ ſcripſi ibi. & *in curia Gerundæ. cap. 7. Item, quod cap. factum*, &c.
19 Sed † nota, quod banna non poſſunt exigi ab hærede, quod dic ſecundum *Bald. in l. ſi plures. C. de condi. inſertis.* vide *ff. de iure fiſci. l. eius qui delatorem.* Item † nota, quod banna nunciari debent
20 nomine Regis & Epiſcopi, vbi Epiſcopus gerit vices Comitis in *gloſſ. prima, extra. de foro compe. cap. quod clericis.* ¶ Sequitur in textu, *encara que los dits bans*, &c. *denallaſſen de qualſeuulla exceſſos.* Ex-
21 ceſſus eſt † nomen generale ad omnia crimina, vel delicta; quia excedit, qui facit prohibita, & qui negligit præcepta, quia excedit, & tranſgreditur, qui non ſeruat, ſed violat leges & iura, & debet puniri, & ſiue pœna fuerit pecuniaria, qualitercumque, hic intelligitur remiſſa, præſertim, quia ſubijcit, *o crims.* ¶ Sequitur in textu, *o de terços, o quarts, o de quints.* Hoc dicit ad maiorem expreſsionem, quia ſiue ſint magnæ, vel paruæ quantitatis, vel ſub quocumque nomine, & ex quacumque obligatione: & hoc ſubijcitur latius hic. ¶ Sequitur in textu, *o de compromeſos*, ſubaudi, pro
22 quibus † debet fieri prompta executio, iuxta conſtitutiones Cathaloniæ, quas vide ſupra *colla. 3. cap. 14.* & *colla. 4. in tertia curia Barcino. cap. 15.* & *colla. 6. in curia Cernariæ. cap. 16.* ¶ Sequitur in textu, *o de cõtractes, o de clams, o reclams.* de iſtis dic
23 vt dixi † de pœna iuſtitiæ, ſupra *colla. 4. in prima curia Barcino. cap. 18. Item quod de gratia per nos, & omnes noſtros.* ¶ Sequitur in text. *o de fermes de dret.*

hodie

Digitized by Google

hodie in Gerunda, ex ſola firma iuris nulla incurritur pœna: idem video in Barcino. ſeruari, licet fuerit de iure firmatum in querela, niſi hoc ſit in ſtipulatione deductum, vel ex pacto contrahentium in contractibus, & de firmis iuris, vt dixi ſupra *colla. 4. in ſecunda curia Barcinc. cap. 21. Item quod omnis firma.* ¶ Sequitur in textu, *e de notaris qui no hagueſſen ſervada la conſtitutio de Perpinya.* dic, quæ eſt ſupra *collat. ſexta, in curia Perpiniani. cap. ad occurrẽdum deſidie, qua in notarijs,* &c. vide quæ ibi dixi. De hoc tamen habent notarij Barcinon. priuilegium ſpeciale, quod forte non debet valere, cum ſit contra conſtitutionem prædictam. ¶ Sequitur in textu, *o de ſuſtenuments*

24 *de bandejats.* de † iſtis bannitis, & qui poſſint eos ſuſtinere, vel non; vide quæ ſcripſi ſupra *collat. quarta, in curia Gerunda cap. 27. Item ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ſi aliquis fuerit bannitus.* & ſupra *collatione quinta, in curia Montiſalbi cap. 22. Item ad tollendum.* ¶ Sequitur in textu,

25 *e gitats de pau, & de treua.* de † quibus habes late in conſtitutione pacium, & treugarum: & de fautoribus ipſorum dic vt legitur & notatur ſupra *eadem collat. cap. la rega.* & ſupra *collat. proxima, cap. licet prabere fauorem.* ¶ Sequitur in tex-

26 tu, *e de manlentat;* de manuleutis † dixi plene ſupra *collat. quarta, in ſecunda curia Barcino. cap. 27. Item, quod aliquis homo.* cum ſuis concord. & adde quæ dixi ſupra *eod. cap. occurrents.* & *c. A remoure.* ¶ Sequitur in textu, *o encara totes altres penes pecuniaries tro al dia de vuy.* ecce habes hic clauſulam generalem, quæ reſtringit præcedentia ad pœnas pecuniarias tantum: non enim credendum eſt remiſiſſe pœnas corporales debitas pro criminibus, & exceſsibus, quos puniri ad vindictam publicam valde totius curiæ, & Reipublicæ intereſt: vt *extra. de ſententia excommunica. cap. vt fame.* & *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* & eſt

27 † vindicta, vltio ſuper caput malefactoris; & idem eſt, quod pœna, punitio, ſiue ſupplicium: ſed pœna pecuniaria non eſt vindicta, vt notat *Innocen. extra. de pœnis. cap. presbyteri.* de hoc per *Gui. in Roſario, 23. quæſtio. 4. cap. ea vindicta.* eſt enim potius emenda offenſæ, vel iniuriæ, quæ compenſatur cum pecunia.

28 ¶ Sed † quæro, an iudex poſsit accuſato remittere crimen inuito accuſatore? *Gui.* tenet quod ſic, *in Spec. tit. de abolitionibus. §. ſciendum. verſiculo,*

29 *Sed cum ſupra diximus.* ¶ Sed † an poſsit remittere poſtquam condemnauit, vide *in prima parte Speculi titul. de legato. §. nunc oſtendẽdum. verſicul. Nono.* & adde quæ leguntur & notantur ſupra *collat. quarta, in tertia curia Barcinon. cap. 7. Item ordinamus de conſilio. §. Et nos, ſeu procurator noſter.*

30 *verſic. Sed tamen vos ſi voluerimus.* ¶ Sed † vtrum iudex poſsit diſpenſare cum accuſatore in probatione deficiente, vide *in Speculo titulo de legat. §. nunc de Epiſcoporum. verſiculo. Sed nunquid tamen.*

31 ¶ Item † nota, quod remittere, eſt donare, vt *l. Modeſtinus. ff. de donationibus.* & *extra. de ſimon. cap.*

32 *querelam.* Vnde † remiſsio excedens ſummam quingentorum aureorum eget inſinuatione. iuxta ibi notata per *Dinum in gloſſa. vt dicatur.* ¶ Item

33 nota, quod qui remittit ius quod habere ſperat, intelligitur remittere, ſcilicet, ex cauſa de præſenti, vide *Bar. in l. ſi vxor. ff. de adulteriis.* & adde quæ notat idem *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatione.* ¶ Sequitur in textu, *à que les dites penes, & altres coſes.* dic, ſcilicet, *terços, quarts, quints,* &c. Sed totum venit nomine pœnarum generaliter. Sed in vulgari ordinando, vix eſt ſine ſuperfluitatibus, & improprietatibus, vt dixi ſupra *collat. proxima. cap. per tal que les leys,* & ibi nota. Sed pro maiori præmiſſorum

34 declaratione nota, † quod pœna quæ venit cõmittenda ex delicto in omittendo, tunc demum committitur, cum commode facere potuit, & non fecit. *ff. ad Sille. l. cognitio.* per *Bar.* & adde quæ ſcripſi ſupra *eadem cap. ab aqueſt edicte.* adde quæ notantur per *Innocent.* & *Bald. extra. de præben.*

20 *cap. extirpande.* Item nota, † quod vbi pœna committitur ex lapſu diei propter non factum, hæres ignorans, non ſoluendo licet, pœna committatur, tamen ex clauſula generali reſtituitur: ita *gloſ. in l. 2. C. de iure emphite. in gloſ. ſi.* vide ibi *Cinñ.*

36 ¶ Sed † non committitur pœna, quando factum eſt de voluntate eius cui erat pœna committen-

37 da, vt *C. de ſervis expor. l. 2.* ¶ Item † nota, quod pœna quælibet corporis afflictiua requirit in ſe dolum: *ff. de in litem iuran. l. in actionibus. gloſ.* ideo nunquam propter culpam ſolam imponitur. Fallit in *l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ-*

38 *nis.* ſecundum *Bal.* in dicta *l. in actionibus.* ¶ Sed † an iudex poſsit alterare pœnam ſtatuti? *Bal.* tenet, quod ſic in *§. pœna granior. l. quid ergo. ff. de his qui no. infa.* Non tamen credo, quod iudex poſsit alterare pœnam à conſtitutione iurata poſitam, præſertim vbi in ea diſpenſatio inhibetur, vt ſupra *eod. c. hauents acor.* & *c. ab aqueſt edicte.* & ſupra *colla. proxi. cap. com ſer, o contrayre.* cũ multis tuis ſimilibus, & concor. ¶ Sed vbi agitur ciuiliter ex dolo, ſeruus non valens luere in ære, luit in corpore: *l. quod ſi minor. §. ſernus. ff. de minor.* adde nota

39 ta *extra de ſolu. cap. Odoardus.* ¶ Iudex † tamen in ſententia non poteſt pœnã ciuilem parti applicandam alterare in criminalem. Sed bene poteſt addere criminalem etiam in eadem inſtantia ciuili, dicit *Guill.* in dicto *§. pœna granior.* Et hæc vera, niſi alteret vbi non eſt ſoluendo, ibi *Gui. in l. ſi id quod. ff. de iur. om. iudi. §. ſi.* quo dic per *Inno. Hen.*

40 & *An. de But.* in alle. *c. Odoardus.* Sed † an ſolutio pœnæ liberet à principali, ſi pœna ſuccedit loco intereſſe? Reſpõdeo, liberat, quatenus concurrũt. Sed ſi loco contemptus, tunc in nihilum liberat, ſecundum *Butrs. ff. ſi quis Cancellit. ſi duo. §. fin.*

41 ¶ Et † nota, quod in obligationibus ex delicto vnius ſolutio alterum liberat, ſecus in pœnis quæ ex delicto. *gloſſ. ff. nau. cau. ſta. l. fin. §. penultim.*

42 ¶ Item † nota, quod ex omni crimine publico, ciuilis oritur actio parti damnificatæ ad inter-

43 eſſe. *ff. pro ſocio. l. quidquam.* & ibi *gloſ.* ¶ Sed † an ſolutione pœnæ facta fiſco tollatur pœna, quæ competit parti iniuriatæ, vide *ff. de condit. fur. l. ſi pro fure.* per *Gui.* quia pœna applicanda fiſco de facili poteſt remitti per fiſcum, ſed pœna applicanda parti de facili non eſt remiſsibilis. *gloſ. ff. de ſeruis fugi. l.* 1. ¶ Si ſtatutum imponit pœnam portanti arma pro qualibet vice in centum, ſi tota die ſtetit in palatio cum armis, non ponitur niſi vna vice, quia eſt vnum factum cõtinuatum: *ff. de li. bo. exhi. l.* 3. §. *penult.* dicit *Cinus in l. ſi duo.* §. *ſi. de arbi.* & remittit ad notata per ſe *C. de ſeruis fugi. l. quicumque.* vide *ff. de iureiurando. l. eum qui.* §. *in popularibus.* & ibi *gloſ.* & *Bald.* & *Ant. de Butrio*

44 *in Spica iur. ciuilis.* ¶ Sed ſi † dãnatus ad amiſsionem oculi dextri, ſit cęcus in dicto oculo, debeat executari in ſiniſtro, vide *Bart. in l. eleganter.* §. *qui reprobos.* §. *de pig. actione.*

45 ¶ Vlterius † nota, quod hodie pœnæ criminum ſunt arbitrariæ ex cauſa; *ff. de pœnis. l. hodie.* & eſt dictum *Petri de Bellapertica in l.* & *ſi ſenior. C. de his qui not. infa.* & ibi *Cinus.* ¶ Sequitur in textu, *no puxen eſſer demanades per vos ſenyora, ne per voſtres officials.* dic, *per vos ſenyora*, ſubaudi, vt locumtenẽtem, & procuratricem domini Regis, periura ſupra in prin. alle. & ſic nec per dominum Regem, cuius nomine hoc factum fuit, nec per officiales domini Regis; & hoc præſertim, quia ipſe dominus Rex interius confirmat, laudat, & approbat omnia, & ſingula prædicta, & promittit ea omnino obſeruare, & mandat inuiolabiliter obſeruari. ¶ Sequitur §. *E ſi per les dites penes & altres coſes hauio plet penjam.* Hic eſt ſecunda pars, in qua gratia dictæ remiſsionis extenditur etiam ad pendentiã litis; quia niſi hoc eſſet dictum, non vale-

46 ret quo ad litis pendentiã. quia † quia regulariter priuilegium & reſcriptum lite pendente impetratum non valet; vt *extra. vt lite pendente nihil innouetur. cap.* 1. vide ibi: ſed hic id eſt, quia fit de voluntate eius cuius intereſt, ſubaudi, ſcilicet, vel niſi hoc diſpoſuerit Princeps exprimendo, non obſtãte litis pendentia, vt hic, & per hoc poteſt limitari edictum, *vt lite pendente.* &c. ſcilicet, niſi de voluntate eius cuius intereſt, vt argum. ſupra *ead.* in verbo, *o que les dites penes.* &c. *verſ.* Sed non committitur pœna. Facit *ff. de noui operis nunt. l.* 1. §. *& poſt operis.* vide ibi *Bar.* ¶ Sequitur in textu, *o penyores per execucio*, ſubaudi, quia tunc videbatur quaſi ſolutum, & res nõ erat integra; & ideo ſaltem ad cautelam neceſſarium

47 fuit hoc adijci. Et † nota, quod fiſcus pro pœnis litigat pignoribus tenentibus, vt dixi ſupra *colla.* 4. *in* 2. *curia Barc. c.* 21. *ſiẽ quod omnis iuris firma.*

48 Et † nota, quod petenti debitum, obſtat exceptio doli, niſi reſtituat pignus: *ff. de dolo excepitiapud* §. *Item quæritur.* ¶ Sed † pignus non poteſt emi à debitore, nec valet emptio, etiam ſi minoris emerit. *ff. de pig. ac. l. debitor creditorum.* & nota ibi bonum caſum. Sed per creditorem poteſt emi, vt *l.*

50 *ordo. C. de execu. rei iudicatæ.* Sed † ſi commodaui pignus alicui, vt pignoret, quo modo poſsim agere, vt liberet, vide *ff. man. l. Lucius.* ¶ Quæro in

51 res † obligata in cẽſum vel emphiteoſim, ſic tacite obligata pro penſione? Reſpondeo, ſecundũ *Gui. in l. ſolutum.* §. *ſolutum. ff. de pig. ac.* quod non in cõtractu cẽſus, ſed bene in cõtractu emphiteoſis: & facit regulã, q̃ ſi res, quæ peruenerunt ad me, ſint obligatæ; fortius quæ meæ fuerunt, ſecundũ *Ant. de Butrio.* hæc forte vera, niſi in contractu cẽſuali etiam pro pẽſione fuerit res ſpecialiter per ſtipulationem obligata. Item nota, quod pignus liberatur ipſo iure per fructus. Et ſi quis pignus reſtituat, nõ deductis expenſis agere poteſt condic. indebiti, vel contraria pignoratitia, de hoc notat *gloſ. in cap.* 1. *extra. de vſuris. in gloſ.* ſuper ver-

52 bo, *deductis expenſis.* ¶ Vltimo nota, † quod creditor in ſortem computat fructus, quos percipit locando: computantur etiam fructus, ſi habitauit domum pignoratam; & ſi non percepit fructus, computantur quos percipere debuit: *ff. de pig. l. ſi*

53 *ex quibona.* §. 1. quia † creditor poſsidens domũ, vel fundum pignori obligatum, tenetur locare, vel colere, alias ſibi imputatur, niſi domino denunciauerit, vide *ff. de bo. auth. in poſſi. l. in vendi-*

54 *tione.* & ibi per *Doct.* præfertur † tamen dominus, ſi ipſe voluerit locare, vt ibi notatur; ſcilicet, niſi aliter pepigiſſent, quia tunc pacta ſunt ſeruanda: *de reg. iur. cap. contractus ex conuentione.* ¶ Sequitur in textu, *Plan a la ſenyora Reyna.* Iſta reſponſio eſt ad dicta duo capitula proxime inferta; quod probatur ſtatim in ratificatione domini Regis, quæ ſequitur: & dic *Reyna*, ſupple, tanquam locumtenens prædicta: & tamen ad cautelam ibi ſupplentur defectus, ſi qui fuerint. Sed

55 nunquid † Princeps poterit ſuam gratiam, vel conceſsionem reuocare? *Bald.* dicit, quod non pro tempore præterito, ſed pro tempore futuro ſic:

56 quoniam conceſsioni factæ ab ipſo Impetatore, & tranſlato dominio rei conceſſæ poteſt ab ipſo Principe conditio apponi non ex lege contractus, ſed ex lege legis, quia omnis legum auctoritas eſt in pectore ſuo; vt *C. de omni agro deſerto. l. qui fundum. lib.* 11. ſecundum *Bald. in l. nuptæ. ff. de ſena.* quod vide latius per *Iacobum de Calcio in ſuo Curiali, ſiue Exgranatorio curiarũ. ſeptimo dubio. verſi.* 224. q. 9. quæ incipit, *Quæro, ſi Princeps fecit gratiam.* vide *Ioan. de Pla.* in præalleg. *l. qui fundos.*

De ratificatione, & confirmatione domini Regis.

Cap. XXXV.

SVMMARIA.

1 *Regalis dignitas dicitur officium.*
2 *Regis curæ quamplurimæ ſunt.*
3 *Regnum & omnis poteſtas eſt à Deo.*
4 *Rex debet noctes tranſire inſomnes.*
5 *Rex præ cæteris cura, & ſollicitudine eſt obligatus ad iuſtitiam.*
6 *Tanquam, & quaſi aduerbia ſunt ſimilitudinis, & expreſsiua veritatis.*
7 *Lex iuſta eſt, & rationabilis. & num.* 8.
9 *Confirmatio in forma ſpecifica induxit iuris nouationem*

dutionem

dictionem sine dispositionem.

10 *Mandatum habere non sufficit in arduis, nisi ratificetur.*

11 *Rex ex sua potestate absoluta potest validare, quod nullum est.*

12 *Rex & quivis alius extraneus extra locum sue iurisdictionis non potest iudicare in contentiosa iurisdictione de criminibus subditorum. ex causa tamen potest delegare dictas causas etiam extra Regnum.*

13 *Princeps an presumatur velle agere ex potestate absoluta in dubio remissive.*

14 *Rex vt Cathalonie non vtitur potestate absoluta, quinimmo debet iudicare per dareiturn.*

15 *Fides Regia est modis ommibus & omni tempore observanda.*

16 *Statuta rurata an possint nouocari remissive.*

17 *Princeps dicet non ligetur lege legis, ligatur tamen lege conuentionis.*

18 *Principe successor non ligatur ex contractu predecessorum, quia successor non habet Regnum a predecessore.*

19 *Successor etiam dicitur qui in vna re tantum succedit.*

20 *Successio vniuersalis non potest fieri ex contractu inter vivos, nisi in tribus casibus. remissive.*

21 *Successoris appellatione an veniant particularis vel vniuersalis successor.*

22 *Femina exclusa a successione à masculo, in perpetuum censetur exclusa. declaratur ibidem.*

23 *Princeps obligat successores faciendo legem.*

24 *Principis contractus habet vim legis.*

25 *Constitutiones & capitula curie differunt, remissive.*

26 *Domini non debent ducere inuitas puellas ad choreas & stipendia in curys suis propter suspicionem inhonestatis.*

27 *Honestatis ius ab omni superioritate censetur exceptum.*

28 *Contemptor mandati Principis qualiter puniendus. remissive.*

29 *In mandato Principis emanato ex scientia est supersedendum.*

RAtificare, laudare, &c. Non potest congrue summari. Sed potest diuidi per partes tot quot sunt §. Super text. §. *Nos vero*, ibi, *ex regali*
1 *officio nobis ab Alto tradito*. Nota † quod regalis dignitas dicitur officium, non quod officere debeat; quia officiũ nemini debet esse damnosum, *extra. de elec. cap. cum non deceat. lib. 6.* Sed quia officere potest saltem animæ, nisi iuste regatur, iuxta notata 23. *q.* 5. *cap. Regum.* quia nullus debet velle fieri iudex, nisi virtute valeat irrumpere iniquitates, vt *Eccesiast. cap. 7. Noli facere malum*,
2 &c. multa † enim sunt onera Regis, vt dixi supra *ead. cap. quas siquidem.* super verbo *pro aliis quorum interest*, &c. & supra *colla. 7. in proœmio.* cum
3 similibus. Item nota † Regnum & omnem potestatem esse à Deo, vt *C. de prescrip. lon. tẽporis. l. cũ longi. 11. q. 3. cap. qui resistit. 8. q. 1. cap. audaciter. 23. q. 1. cap. quia culpatur.* ad hoc 8. *dist. cap. que contra.* & ideo se intitulant, *Reges Dei gratia*, &c. Sequitur in text. *habere sollicitudinem*, subaudi, vt quan-
4 doque † noctes transeat insomnes: vt supra *colla. 7. in proœmio.* & ibi dixi. Sequitur, *erga iustitiam & bonum statũ Reipublica.* Nota † quia dominus Rex
5 præ cæteris cura & sollicitudine est obligatus ad iustitiam, vt hic, & in vsatico, *Alium namque.* & supra *in curia Ceruaria. cap. in primis.* & supra *colla. proxi. cap. per tal que les leys.* Et faciunt hæc verba, *& bonum statum*, &c. ad notata supra *ead. cap. Item que on lo dit senyor*, super verbo, *corts o parlaments.* Et ad id quod dicit *Respublica*, vide quæ scripsi supra *colla. 6. in curia Montissoni cap. prouidentes.* Sequitur in text. *& indubie obligamur*, subaudi, ex debito regalis officij, & etiam quia se obligauit per leges & constitutiones, iuramenta & stipulationes, quibus se astringit Cathalanis seruare vsaticos Barcinonæ, & alia iura patriæ, tam in principio regiminis sui, vt supra *colla. 4. in 2. curia Barcinone cap. 29. Item quod nostri successores in Comitatu Barcinone.* vide & adde quæ ibi dixi, quam in firma chartarum quarumlibet curiarum, vt vides hic, & in firmis aliarum curiarum. Sequitur in text. *visis & perlectis*, ex hoc, iũcto quod infra sequitur, *gratis & ex certa scientia*, patet quod non potest allegari deceptio vel captio aliqua, ¶ Sed ex deliberatione processit; pro quo faciunt notata supra *ead. cap. per reposi*, super verbo, *& vistes aquelles.* & supra *ead. cap. per dar orde*, super verbo, *è lo consell aplen informat.* vide *l. de his controuersijs.* & quæ ibi notantur *ff. de transact.* Sequitur in text. *de assensu & approbatione. curiæ condidit atque fecit.* Nota hic clarum, quod huiusmodi curia debet attribui dominę Reginæ, quæ fecit, licet nomine domini Regis fecerit, vt dixi supra *ead. cap. nouerint.* in prin. in *glos.* 2. vide ibi. Sequitur in text. *tanquam iustas & rationabiles*,
6 *tanquam* & *quasi* sunt † aduerbia similitudinis, & expressiua veritatis; & debent accipi inquantũ fieri possit, quod dicant expressionem veritatis, vt in *Euangelio Ioan. 1. cap.* ibi, *gloriam quasi vnigeniti*, & *C. de carcerib. prima. l. vnica.* & *extra. de hæreticis. cap. contra Christianos. lib. 6.* vide de argu. de *tanquam* in *glos. l. si pater. §. qui duos. ff. de asop.* & *glo. in l. filius.* super verbo, *nomine proprio. ff. de inoffi.*
7 *testam.* Et † nota, quod lex iusta est & rationabilis; alias non esset lex: *4. dist. capærit autem lex.* super quo vide quæ satis late scripsi supra *colla. 8. cap. Item senyor quels Cancellers*, super verbo *bona*
8 *rano.* cum concordan. quod enim ratione † caret, non est lex, nec consuetudo: *ff. de legibus. l. quod nõ ratione*, reprobandum est enim tanquam vitiosum & ineptum quod ratione caret, vt *ff. de hæred. instit. l. liber homo. §. si quis ita.* vide *Bal.* Sequitur in text. *& toti Reipublicæ principatus prædicis vtiles*, &c. Sed vtilius foret, quod in *cap. lo fruyt.* vbi dixit, *a despeses de la part*, dixisset, *a despeses del general*, vel expedirentur sine salarijs. Et dic, *vtiles*, subaudi, vt debite executioni deducerentur, & fructus haberetur vt decet, alias parum prosunt. Sequitur in textu, *gratis, & ex certa scientia ratificamus*

9 *cãmus & confirmamus*, &c. Nota † hic hanc confirmationem tanquam factam in forma ſpeciali & inſerto tenore dictarum conſtitutionum, & eis viſis & perlectis tantum operari, ac ſi ipſe Rex feciſſet perſonaliter & de per ſe curiam ipſam celebraſſet: vt *extra. de confir. vtil. vel inutil. cap. venerabilis.* Et notat *Iacobus in proœmio Inſti.* ſuper verbo
10 *accommodamus quod* † *in arduis non ſufficit habere mandatum, niſi ratificetur*: & ita fuit factum hic, quia licet domina Regina prius haberet mandatum celebrandi curiam iſtam; attamen dominus Rex poſtea viſis & perlectis iſtis conſtitutionibus ſuam auctoritatem accommodauit ex certa ſcientia, ratificando & confirmando, vt hic vides; & hoc maxime, quia de plenitudine poteſtatis Regiæ ſupplentur defectus omnes, ſi qui fuerint. ¶ Et non eſt dubiũ quod dominus Rex, hæc agendo de & cũ cõſenſu curiæ generalis li-
11 cite potuit vti ſua † poteſtate abſoluta, qua quod nullum eſt poteſt validare, vt notat *Iacob. in ſuo Curiali, 8. dubio. verſ.* 197. & in *Margarita Fiſci, 7. dubio. verſic.* 197. & notatur *9. q. 3. cap.* 1. &
12 *3. q. 5. cap. hoc quippe*. Et † nota, quod dominus Rex & quiuis alius exiſtens extra locum ſuæ iuriſdictionis non poteſt de criminibus ſubditorũ in contentioſa iuriſdictione iudicare, ſed bene poteſt delegare, & præcipere, vt *l. ſi. ff. de offi. præ. vrbis.* & ibi *glo.* & *Bal.* & *glo. in l.* 3. ſuper verbo *primatus. ff. de offic. præſ.* & nota per *glo.* & *Doct. in l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Et
13 vbi † propter aliquam neceſsitatem Princeps erit extra Regnum, poterit cauſas etiam meri imperij & aliarum regaliarum committere & delegare. Sicut hic Rex Alfonſus commiſit dominæ Mariæ eius conſorti poteſtatem legis condẽdæ & aliarum regaliarum. ad hoc *ff. de offi. eius cui mandata eſt inr. l.* 1. §. *huius rei.* ibi, *non aliter itaque mandare poterit quod ſi abeſſe cœperit.* ¶ Sed nũ-
14 quid † præſumitur Principem aliquid agere velle ex plenitudine poteſtatis abſolutæ, niſi hoc adijciat & exprimat? vt hic, & notatur per *Ioan. An. in cap. dudum. extra. de decimis.* & per *Bal. in l. bonorum. lo. final. C. qui admitti ad bo. poſſ. poſſunt.* & per *Bar. in l. quidã conſulebant. ff. de re iudi.* & ponit *Iacob.* vbi ſupra *verſ.* 55. ¶ Sed tamen regula-
15 riter † in Cathalonia dominus Rex, non vtitur poteſtate abſoluta, cum teneatur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iuſtitiam, vt in vſat. *Alium namque.* & in iuribus alleg. ſupra *ead.* in verbo *erga iuſtitiam.* & in verbo, *& indubie obligamur.* ¶ Peccat tamen Rex, qui ſine iuſta cauſa vtitur poteſtate abſoluta, ſecundum *Innocent. extra. de cenſibus. cap. Innouamus.* & notat *Bal. in l.* 1. *ff. de conſti. prin.* Sed Princeps debet habere plenitudinem poteſtatis, vt ſupra in princ. vſat. *cap. cum domnus. verſ. Sola vero poteſtas Regia.* & *extra. de auctoritate, & vſu palij. C. ad honorem.* & hic in *verſ. Per quam de noſtra Regia plenitudine poteſtatis omnem & quemcumque defectum, tam ex defectu poteſtatis dictæ illuſtris conſortis & Locumtenentis noſtræ generalis*, &c. Sed non intelligas quod dicta Locumtenens habuerit defectum poteſtatis, ex quo proceſsit de voluntate totius curiæ, vt dixi ſupra *ead. cap. nouerint vniuerſi.* ſuper verbo, *habens a nobis plenariam poteſtatem*, ibi enim dominus Rex conſitetur dominam Reginam habuiſſe poteſtatem; ſed hic ad cautelam ſupplet defectum, ſi quis fuerit ſiue ex parte formæ mandati, ſiue ex incapacitate perſonæ, & ſexus muliebris; vel quod fuerit actus mere perſonalis, & indelegabilis, aut alias quacumque cauſa, vt hic ſubijcit, *quam alia quauis cauſa modo quolibet prouenientem conferimus pariter & ſupplemus.* vel forte in his tam arduis fuit neceſſarium, vt dixi ſupra, & notat *Iacob. in proœmio Inſti.* Facit *l. de his. ff. de tranſact.* & in dicto *proœmio*, ibi, *& cognouimus.* & hic vbi dixit, *viſis & perlectis.* Sequitur §. *promittentes in bona fide noſtra regali*, ſubaudi, quæ eſt modis omni-
16 bus † & omni tempore obſeruanda *ſine engany, & abſque vllo malo ingenio.* vt in vſat. *Quoniam per iniquum*. Nota ſis cautus, quod ſi aliqua obligatio tibi fieri debet per vniuerſitatem, ſeu commune, vel per aliquem, qui poſsit legem vel ſtatutum facere ſeu condere, quod non fiat per modum legis ſeu ſtatuti; ſed per modum pacti: lex enim ſeu ſtatutum per aliam legem ſeu ſtatutum contrarium tollitur, etiam te inuito, ad cuius vtilitatem factum fuerat. Secus in pacto, quod non poteſt niſi communi diſſenſu tolli, ſecundum *Pa.* qui ita notat *extra. de conſti. cap. quia in Eccleſiarum Prælatis.* & vide *Bal. in l. clari. C. de fideicommiſſ.* &
17 ibi nota an † ſtatuta iurata poſsint reuocari, & an verba derogatoria impediant. Sequitur in text. *per nos & ſucceſſores noſtros*. Notat *Bal. in l.* 1.
18 *ff. de conſti. principum*, quod licet † Princeps non ligetur lege, ligatur tamen lege conuentionis. vide *Cinum C. de legi. l. digna vox.* & *ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. eſt receptum.* Item nota, quod ſucceſ-
19 ſor † Principis non ligatur ex contractu prædeceſſorum, quia ſucceſſor non habet Regnum a prædeceſſore. quod dic latius per *Bal.* vbi ſupra.
20 Et nota, quod † ſucceſſor etiam dicitur, qui in vna re tantum ſuccedit, vt *ff. de excep. rei in di. l. fin.* & *ff. quorum le. l.* 1. §. *quod ait.* & facit quod notatur *inſti. de le.* §. *legatarys.* in verbo *iuris*. ¶ Item no-
21 ta, † quod ſucceſsio vniuerſalis non poteſt fieri ex contractu inter viuos, niſi in tribus caſibus, de quibus notat *Ioan. Fa. inſti. de adqui. per arrogat.*
22 ſuper *glo.* 1. ¶ Sed † an appellatione ſucceſſoris veniat particularis, an vniuerſalis ſucceſſor, vide per *Bal. ff. de edẽn. l. quadam.* §. *is autem.* & per *Bal. ff. de operis li. l. iuriſiurandi.* §. *ſi liberti.* ¶ Item
23 nota, † quod fœmina excluſa â ſucceſsione, â maſculo, in perpetuũ eſt excluſa, ita quod mors maſculi deinde non patrocinetur fœminæ; ſecus ſi eſt ſuſpenſa â ſucceſsione: nam tunc mortuo maſculo remouetur obſtaculum, quod obſtabat fœminæ, ſecundum *Bal. in li. feu. tit. Epiſcopum vel Abbatem cap.* 1. Et habes hic expreſſum, quod
24 Princeps † obligat ſucceſſores, faciendo legem:

quia

Digitized by Google

quia eſt ex contractu curiæ generalis,ſuper quo vide ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinone cap. 29. Itẽ*
25 *quod noſtri ſucceſſores in Comitatu*. Item † contractus Principis habet vim legis: vt *l. Cæſar. ff. de publicanis.* Sequitur in text. *omnes prainſertas conſtitutiones.* ſubaudi,quæ ſunt triginta & vna numero. Sequitur in textu, *& capitula.* dic, quæ ſunt
26 duo,ſcilicet,ſupra proxima. Et hic † habes clare differentiam inter conſtitutiones & capitula curię:de quo etiam dixi ſupra *colla.8.in præmio.* Sequitur in text. *tenere & ſeruare,* &c. vide & repete quæ dixi ſupra *eod. cap.quas ſiquidem.* ſuper verbo *iurantes.* Et nota, quod Principi hæc non ſeruanti poteſt curialiter obijci, quod æquitas & honeſtas exigunt vt ſeruet promiſſa & ſtipulata,maxime cum iuramento, quia iſta ſunt impedimento ei qui ex poteſtate abſoluta facit: vt *C.de legibus.l.digna vox.* & *C.ne fiſcus rem quã ven.l. retractare.* Et ibi notat *Ioan.de Platea op. argu. ab iniquitate & inhoneſtate vitanda.* Et ideo domini
27 non † debent inuitare neque ducere puellas ad choreas & tripudia in curijs ſuis,propter ſuſpicionem inhoneſtatis. Nec in hoc tenerẽtur ei pa-
28 rere;quia † honeſtatis ius ab omni ſuperioritate intelligitur exceptum, ſecundum *Bal. in l. ex libertate. C.de bo.li.* Facit *l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebell.* adde quod dicit idẽ *Ioan. de Platea,* ꝙ honeſtas eſt de çquitate,ſine qua nullum cognoſcit Deus,non enim cognoſcit niſi facientes æquitatem, ſecundum *Auguſtinum in lib. Milleloquiorum.* ſuper verbo *neſcire,* quod nota pro his quæ ſcripſi ſupra *in curia Regis Martini cap. Item quels Cãcell.* ſuper verbo,*equitat & bona rabo.* Sequitur hic
29 in text. *§. mandantes*. Qualiter † puniatur contemptor mandati Principis, vide *C. de fundis limit. l. fin. lib.* 11. & aliquando arbitrio iudicis, vt *l. vnica.* circa medium,*C. de theſau. lib.* 10. tamen
30 mandato † Principis ex ſæuitia emanato eſt ſuperſedendum: vt notat *Ioan.de Platea in l. ſolidos. C.de muni.po.lib.* 11. circa fin. adde *extra. de maioritate & obe. cap.ſi quis non obedierit Principi.* & ibi *gloſ.* & *Doctо.* Et de pœna violantis conſtitutiones vide ſupra *in curia Perpiniani cap. cum ſecundũ.* Sequitur *§. vt omnia.* Hic dominus Rex cum iuramento firmat prædicta. Sequitur *§. in quorum omnium teſtimonium,* &c. *fieri inſsimus appoſitsone Bullæ plumbeæ munit.* Dat. & actum in Caſtro nouo Regali Neapolis die viceſima ſexta Decembris, anno â Natiuitate Domini 1423. Regnique noſtri octauo.

SEQVITVR VNDECIMA COLLATIO, QVÆ continet quatuor generales conſtitutiones editas Barcinonæ per illuſtriſsimum dominum Alfonſum Dei gratia Regem Aragonum & vtriuſque Siciliæ,fæliciter nunc regnantem.

Sobre la exactio & execucio dels cenſals morts & violaris. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio; & ſic ſi per iudicem ſtatuatur terminus ad exceptiones proponendas, non comprehenditur exceptio nullitatis.*

2 *Iurans non opponere exceptionem, intelligitur de friuola.*

COm ſobre la conſeruacio dels cenſals, &c. Iſta cõſtitutio continet octodecim capitula, & ſuper eis intendo Deo duce late ſcribere, & facere amplam repilogationem materiarum quas ponit;quæ multæ ſunt & perutiles;ideo eam cõmentare non curo ad præſens, quia ponetur ad partem. Nota tamen principaliter in hac mate-
1 ria,quod † exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio,vnde ſi per iudicem ſtatuatur terminus ad omnes exceptiones proponendas, non comprehenditur exceptio nullitatis. Iſtud ponit
2 *Bart. in l. 1. C.de iuris & facti igno.* Et † qui iurauit non opponere aliquam exceptionem, intelligitur de friuola, vt *l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam.* vide ibi *Bar.* adde *l. non ignorat. C.qui.accu. nõ poſſunt.*

Que les cauſes no ſien tretes fora de Cathalunya. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa viduarum pertinent ad Papam principaliter, ſed de gratia concedit Pontifex ſæcularibus iudicibus, quod non intromittet de dictis cauſis niſi per negligentiam ſæcularium.*

2 *Cauſa conſiſtorialis non dicitur cauſa Vicariæ vel Bailiæ.*

3 *Viduæ,pupilli,orphani & aliæ miſerabiles perſonæ poſſunt quaslibet conuenire in foro Eccleſiæ.*

4 *Princeps quando à loco cauſæ euocatæ recedit,elapſis extunc decem diebus, cauſæ euocatæ redeunt ad ordinarium,limitatur ibidem,& declaratur nu.56.60. 61.62.67.70.& 86.*

5 *Gubernator non poteſt ad ſe euocare cauſas extra Vicariam vel Bailiam,niſi ex cauſa oppreſsionis.*

6 *Cauſa patrimoniales Regis trahi prohibẽtur extra principatum Cathaloniæ.& ratio traditur nu.49.& 51.*

7 *Rex cognoſcit de cauſis ſecundarum appellationum patrimonialium etiam exiſtens extra Principatum. & quibus ſint committendæ tales cauſæ.nu.8.*

9 *Suſpectum eſt Concilium, quando caput Concilij eſt ſuſpectum.*

10 *Suſpectus dicitur, qui conſulendo vel alias ſuam voluntatem*

Digitized by Google

luntatem propalauit.

11 *Suspectus est index, qui magna dona recepit.*

12 *Processus factus per iudicem suspectum est nullus.*

13 *Suspecti an possint dari omnes sapientes vnius ciuitatis. remissiue.*

14 Causa *verbum continet causas criminales.*

15 *Causa simpliciter commissa intelligitur commissa causa ciuilis & criminalis.*

16 *Causa dicitur proprie, quæ non est finita per sententiam.*

17 *Causa dicitur à casu.*

18 *Causa executionis non potest euocari.*

19 *Pupillus vel impubes quis dicatur. remissiue.*

20 *Pupillaris ætas quæ de iure Romano, & de iure Gotico. num. 21.*

22 *Testis debet esse ætatis quatuordecim annorum. & quid in criminalibus. nu. 23.*

24 *Pupillaris ætas in filijs militum vel hominum de paratico est vsque ad viginti annos.*

25 *Vidua quæ sit. remissiue.*

26 *Vidua dicitur, quæ numquam maritum habuit.*

27 *Vidua dicitur, quæ virum habuit, sed mortuus est.*

28 *Vidua dicitur, quæ habet virum inutilem.*

29 *Vxor gaudet priuilegio viduarum bannito viro. & num. 30.*

31 *Causa viduarum non spectat principaliter ad Ecclesiam, nisi quoad protectionem.*

32 *Vidua pulchra non cogitur morari cum hærede inuene.*

33 *Vestium vidua materia. remissiue.*

34 *Paupertas qualiter probetur. remissiue.*

35 *Expensæ exigi non debent à litigantibus pauperibus.*

36 *Dines dicitur, qui est opulens in pecunijs.*

37 *Pauper dicitur, qui vix ex suis laboribus viuere potest.*

38 *Pauperes sunt ex eo priuilegiati, quia de facili opprimuntur.*

39 *Princeps tenetur succurrere oppressis.*

40 *Oppressio facit euocare ad Regiam Audientiam causas pauperum & miserabilium personarum.*

41 *Oppressio quid sit. remissiue. & nu. 42.*

43 *Miserabiles personæ dicuntur, quibus datur curator.*

44 L. quisquis. C. de censibus & censito. lib. 11. *declaratur.*

45 *Causa miserabilium & alimentorum an possint tractari die feriato. remissiue.*

46 *Causa potentium contra pauperes debent tractari in cõsistorio Principis.*

47 *Causa libertatis hominum de redimentia est euocabilis & consistorialis.*

48 *Causæ miserabilium personarum potius ex canonibus quam legibus decidi debent.*

50 *Causæ sunt tractandæ intra prominciam. & nu. 52. declaratur nn. 53.*

54 *Princeps ex sua clementia admittit supplicationẽ aduersus eius sententiam.*

55 *Gubernator omnium Regnorum & terrarum Regis debet esse primogenitus, vel alius Infans domini Regis.*

57 *Pauper potest variare iudicium.*

58 *Paupertas dolose procurata non prodest.*

59 *Causa euocari non potest per pauperem, qui habeat incessum à diuite causa fiendæ euocationis.*

63 *Pauper si vna pars est, & altera vidua dines, causa instante paupere euocari poterit, & non instante vidua diuite. & ratio traditur ibidem.*

64 *Gubernator non potest euocare causas prætextu paupertatis; bene tamen potest illas continuare.*

65 *Rex priuilegiũ concedere nequit, vt non possit euocare causas prætextu paupertatis. declaratur, & limitatur nn. 66.*

68 *Miserabiles personæ pro suis causis an possint habere recursum ad iudicium Ecclesiæ, traditur sub distinctione. & quid seruetur in praxi. nu. 69.*

71 *Verbum* hajen *importat necessitatem.*

72 *Cancellarius, Regens Cancellariam, & suo casu assessor Gubernatoris concludere non possunt contra vota maioris partis doctorum.*

73 *Peritorum scientia, & auctoritas attendi debet in dubio.*

74 *Gubernator absque consilio assessoris proferre non potest sententiam, & si de facto lata fuerit, non tenet. & num. 82.*

75 *Statutum vbi requirit quod sententia feratur cum solemnitate Concilij, sine dicto Concilio non valet talis sententia. declaratur. nu. 77. & 78.*

76 *Iudex in re clara non tenetur spectare consilium sapientis.*

79 *Assessor ex causa vt suspectus recusari potest.*

80 *Gubernator non potest causas euocatas definire sine cõsilio peritorum.*

81 *Concilij caput vbi est suspectum, totum Concilium redditur suspectum.*

83 *Veritas perfecta reuelatur per perfectos homines.*

84 *Pauper & dines vbi litigant; pauper erit liber ab expensis, & dines soluet partem suam, & non grauabitur propter pauperem.*

85 *Iudex an teneatur iudicare secundum allegata & probata, traditur distinctione adhibita.*

87 *Salarium exigi non potest in curia Gubernatoris de scripturis in causis pupillorum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. & quid in alijs curijs. num. 88.*

89 *Æqualitas in iudicijs est seruanda inter litigantes, vt quantum soluit vnus prosportulis, tantum soluat alter, & non plus.*

90 *Priuilegium personale egreditur personam, & transit in aduersarium ratione iudiciariæ æqualitatis seruandæ.*

91 *Nobiles litigantes, cum sunt præsentes in curia, non solunt ius sigilli. & an litigantes cum eis sint etiam liberi a tali solutione. ibidem.*

92 *Pupilli & viduæ, si sunt diuites, debent soluere salaria scripturarum.*

93 *Paupertas non excusat à soluendo, nisi quamdiu durat.*

94 *Causa patrimonialis quæ.*

95 *Fiscus litigans non soluit salaria. & an litigans cum eo soluere debeat. ibidem.*

96 *Fiscus dicitur camera imperialis seu regalis.*

97 *Respublica habet duo patrimonia, vide in littera.*

Fiscus

Digitized by Google

98 *Fiſcus dicitur ſaccus ſine conſcientia.*
99 *Fiſcus & Reſpublica an ſit idem, remiſſiue.*
100 *De cauſis patrimonialibus quis cognoſcat, traditur.*
101 *Statutum diſponẽs generaliter ſuper deciſionibus cauſarum nõ comprehendit cauſas ſpeciales pauperum, viduarum, & miſerabilium.*
102 *Baiulus Generalis Cathaloniæ in cauſis patrimonialibus poteſt procedere ad occupationem temporalitatum ſuo caſu.*
103 *Rex pro cauſa concernente ſuum intereſſe poteſt trahere ſuos ſubditos in quamcunque partem Regni.*
104 *Cauſa patrimonialis euocata ad Regiam Audientiam poſt receſſum Audientiæ reuertitur ad Baiulũ Generalem.*
105 *Baiulus Generalis Cathaloniæ eſt index ordinarius Regij patrimonij.*
106 *Cauſa patrimoniales extrahi poſſunt à Vicaria, ratio traditur ibidem.*
107 *Cauſa patrimonialis eſt cauſa Baiulia Generalis, quæ habet pro territorio totum Principatum Cathaloniæ.*
108 *Cauſa patrimoniales, ſicut & regalia, non comprehẽduntur ſub generalitate verborum conſtitutionis, niſi quatenus de eis expreſſum fuerit.*
109 *Baiulus Generalis Cathaloniæ poteſt facere proceſſum occupationis temporalitatum contra Epiſcopum pro quæſtione patrimoniali.*
110 *Gubernator, vel Vicarius, aut alij nõ poſſunt in criminalibus iudicare de perſonis nobilium & generoſorũ ſine conſcientia Principis. Sed male ſeruatur.*
111 *Gubernator cognoſcere an poſſit de cauſa pacis & treuga, & de cauſa perhorreſcentiæ.*
112 *Rex de cauſis Cathalanorum non cognoſcit extra Cathaloniam.*
113 *Rex exiſtens extra Cathaloniam non poteſt cognoſcere de cauſis ſecundarum appellationum.*
114 *Rex cognoſcit de cauſa ſua patrimoniali. declaratur ibidem.*
115 *Appellatio an ſit à Generali Gubernatore, vel tantũ ſupplicatio, traditur.*
116 *Stante priuilegio conceſſo conſulibus logiæ ciuitatis Barcinonæ quod contra ſententiam latam per dictos conſules & eorum iudicem appellationum nullus audiatur etiam minor, an minor poſſit à tali ſententia recurrere ad Principem, traditur.*
117 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*
118 *Per euocationem cauſarum non cenſetur euocata cauſa iam deciſa, nec eius executio.*
119 *Quod non mutatur, veteri iuri relinquitur.*
120 *Gubernator de conſuetudine procedens vice Regia poteſt committere cauſam appellationis interpoſitæ à ſua ſententia.*
121 *Forum quis ſortitur ratione rei, de qua agitur.*
122 *Cauſa Vicariæ quæ dicantur, remiſſiue.*
123 *Quod minus diſtat, attendi debet.*
124 *Proximiores vicini qui, remiſſiue.*
125 *Cauſa appellationum committi debent iuriſperitis.*
126 *Prouincia qualibet ſuo ſenſu abundat.*
127 *Rex poteſt de cauſis patrimonialibus Comitatuum Roſilionis & Ceritaniæ extra dictos Comitatus cognoſcere.*
128 *Diuerſitas locorum regulariter non inducit varietatem iuris.*
129 *Confuſio eſt in Principatu quod ſit tanta diuerſitas in rium penſorum & menſurarum. & quo tempore mẽſuræ fuerunt diminutæ in Cathalonia. nn. 130.*
131 *Varietas intellectus probatur ex nimia diuerſitate & mutatione habitus.*
132 *Conſtitutio non ligat præſentia nec præterita, niſi ſpecialiter caueatur.*

1 LEs cauſes de viudes, &c. Nota † ad Papã principaliter pertinere cauſas viduarum, ſed de gratia defert Principibus ſæcularibus, vt ſe non intromittat, niſi per negligentiam ſæcularium, ſecundum *Inno. extra. de foro competen. c. ex tenore.* Caſus. Cauſæ miſerabilium perſonarum extrahi non poſſunt à Principatu Cathaloniæ. Hoc dicit breuiter ſecundum rubricam, quia non poteſt aliter congrue ſummari. Sed quia noua & notabilis conſtitutio eſt iſta, ideo legam eam per partes. Quare diuide in partes nouem. Quoniam in prima parte ſtatuitur, quod dictæ cauſæ miſerabilium inceptæ in curia Principis infra dictum Principatũ reſidentis non poſſunt etiam per Principem trahi extra ipſum Principatum. Sed recedente ipſo Principe à toto dicto Principatu debent ipſæ cauſæ remanere, & continuari, ac finiri in Audientia generalis Gubernatoris reſidentis infra principatum: alias in Audientia gerentis vices Gubernatoris Cathaloniæ cauſæ ſuæ Prouinciæ & cauſæ Comitatuum Roſilionis & Ceritaniæ coram Gubernatore dictorum Comitatuum. Hoc dicit, vſque ad §. *Si no era.* Ibi eſt ſecũda pars, in qua excipit dando opinionẽ, ſcilicet, auctoritate huius conſtitutionis, ergo inferior nõ poteſt cognoſcere de cauſa, in qua Princeps manũ appoſuerit per euocationẽ, aut alias iuxta *c. vt noſtrũ. de app.* & quæ ibi notantur, & quia vbi cœptũ eſt iudicium, &c. *ff. de iud. l. vbi cœptum*, &
2 cauſa, † quæ eſt in conſiſtorio Principis, iam non dicitur cauſa Baiuliæ vel Vicariæ, & omnis inferior eſt inhibitus ex quo Princeps manũ appoſuit; ergo inferior non poteſt de talibus ſe intromittere ſine noua commiſſione, vel in caſu huius cõſtitutionis, quia ſpeciale eſt in Gubernatore, vt habetur ſupra *in curia Cernariæ c. quia per reſeruationes.* Sed in Principe nil mutatur, ergo remanet ius cõmune; igitur non valet conſuetudo cõtraria contra regaliã & inhibitionẽ Principis, *extr. de præſcrip. c. cum non deceat.* & quæ ibi notãtur: & dic vt ſupra *coll. proxi. c. tollentes.* Nota quod dicit *Inno. in c. ſuper quibuſdã. ext. de verb. ſign.* ſuper ver-
3 bo *reſpondere*, quod † viduæ, pupilli, orphani, & aliæ miſerabiles perſonæ poſſunt quoslibet cõuenire in foro Eccleſiæ. Sed tamen ipſæ miſerabiles perſonæ inuitæ non poſſunt trahi ad forũ Eccleſiæ, ſi maluerint ſub ſæculari iudice reſpondere.
4 ¶ Itẽ † nota, quod quando Princeps recedit à loco, cauſæ euocatæ poſt decẽ dies redeunt ad ordinariũ, niſi ſint de euocatis ex aliqua prærogatiua, ſcili-

scilicet, prætextu miserabilitatis, seu alterius qualitatis, aut regaliæ, vt supra *coll. proxi. in curia Reginæ Mariæ c. tollentes lo abus. §. E anyadint.* & ibi dixi latius de hoc miserabili, an malit causam prosequi coram ordinario. Hoc dicit. vsque ad §. *E si alguna de les sobredites.* Ibi est tertia pars, in
5 qua hic habes † quod Gubernator non potest facere euocationē causarum extra Vicariā vel Baiuliam; & hoc credo verum, nisi forsan ex causa oppressionis: sed est tutius propter oppressiones & grauamina ad ipsum appellare, quia appellatio est via ordinaria, sed recursus ex causa oppressionis est remedium extraordinarium. de quo vide in *Summa de Afflictionibus & Oppressionibus.* Prouidetur circa euocationē causarum miserabiliū fiendam & incipiendam Rege extra Principatū existente, concedendo facultatē recurrēdi ad Regem, etiā extra principatū residentem: Ita tamen quod causa ipsa habeat cōmitti dicto generali Gubernatori, vel alicui de dictis vices gerentib⁹, hoc est vtrilibet in sua Prouincia. Qui tamen vicesgerentes, cū consilio suorū assessorū & aliorū notabilium iurisperitorum habeāt determinare. Hoc dicit vsq. ad §. *E lo dit Governador General*, &c. Ibi est quarta pars, in qua prohibetur in curijs Gubernatoris & vicesgerentiū aliquid recipi pro causis & scripturis causarum dictorum miserabiliū. Imo habent contentari cautionē solitā præstari per pauperes & miserabiles in Audientia Regia litigantes. Hoc dicit vsq. ad §. *E per semblant volem.* Ibi est quinta pars, in qua
6 prohibentur † causæ patrimoniales domini Regis trahi extra Principatum. Hoc dicit vsque ad §. *Exceptades.* Ibi est sexta pars, in qua dominus
7 Rex † excipit, & sibi reseruat causas secundarum appellationum in causis patrimonialibus, de quibus secundis appellationibus dominus Rex potest cognoscere etiā existens extra Principatum. Hoc dicit vsque ad §. *E sis sdeuendra que lo dit Governador.* Ibi est septima pars, in qua di-
8 citur, quod † si à sententia domini Gubernatoris, vel eius vicesgerentis lata super dictis causis miserabilium, & etiam causa appellationis primæ in patrimonialibus emissæ habeant committi non suspectis in loco, vbi possit copia peritorum haberi intra Vicariam conuenti. Et si talis copia reperiri non possit, tunc committatur in alio loco vbi talis copia reperiatur infra aliā Vicariam viciniorem & propinquiorem. Hoc
9 dicit vsque ad §. Et † nota quod quando suspectus est ille qui est caput Synodi vel Audientiæ vel Concilij, totum ipsum Concilium dicitur esse suspectum. *Bal. in l. 1. C. si rector. prouin.*
10 Item † dicitur suspectus qui consulendo, vel alias suam voluntatem propalauit, secundum *Innocen. extra. de offic. ordi. cap. irrefragabili.* Item
11 suspectus † est iudex, qui magna dona recipit, nota *Ioan. An. in addi. Spe. tit. de iudice delegato. §.*
12 *supereſt videre.* Et nota † quod procelius factus per iudicem suspectum est nullus, secundum
13 *Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Sed † an quis potest habere suspectos omnes sapientes ciuitatis? Dicit *Bal. in l. hoc modo. ff. de condit. & demonstrat.* quod qui habet omnes de ciuitate suspectos, præsumitur hoc facere in fraudem, si causa est parua, quæ extra ciuitatem commode committi non potest, secundum *Ray.* & *Dinum. Empero les causes patrimonials*: Ibi est octaua pars, in qua reseruatur ius in causis patrimonialibus Comitatuum Rossilionis & Ceritaniæ, vsque ibi, *volents & ordinants*, vbi est nona & vltima pars, in qua extenditur præsens constitutio ad causas etiam pendentes. Hoc dicit vsque in finem. Et sit pro longo casu. ¶ Sequitur expositio litteræ super text. *les causes.* intellige causas etiam crimi-
14 nales, quia verbum *causas*, † continet criminales, vt notat *glos. in l. causas. C. de transact.* Facit *cap. forus. extra. de verbor. signifi.* vbi de hoc. & ita dixi in curia Ferdinandi *cap. ne ex beneficio.* super verbo *causas.* Faciunt *l. 2. & 3. C. vt intra cer. tempus cri. quæstio termi.* ad idem in *l. properan-*
15 *dum. C. de iudi.* Vnde † causa simpliciter commissa intelligitur commissa ciuilis & criminalis, secundum *Ioan. An. extra. de rescriptis. cap. dispendia. lib. 6.* in Nouella, & *Bal. in Spe. tit. de delegato. in §. supereſt videre. versi. Quid si certus.* & *eod. tit. §. fin. versic. Quid si Princeps.* & vidi in registro domini Ferdinandi litteram, quæ expresse euocat causas criminales & ciuiles, & alias vidi. Quid sit causa vide *extr. de verbor. signifi. cap. forus.* & adde quæ scripsi supra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. causa.* Et intellige hoc quod dicit, *les*
16 *causes*, scilicet, † de causis per sententiam non
17 decisis; quia causa † est à casu quo venit nondum examine discussionis patefacta, vt dicto *cap. forus*, secus est enim de causis decisis per sententiam quæ transierit in rem iudicatam, quæ merentur executionem, & non cognitionem: ad hoc alleg. *l. fin. C. sen. rescindi non posse.* cum *glos.* facit bene text. in *l. 1. C. de contractibus iud.* & *l. 1. C. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur*, quia executio rei iudicatæ habet fieri per ordinarum Vicariæ vel Baiuliæ rei de qua agitur,
18 vel domicilij condemnati; & ideo † causa executionis non potest euocari, & ita vidi determinari in Audientia Gubernatoris. Idē vidi postea seruari in Audientia Regia, & idē est in executione censualiū, quæ non potest euocari, vt in cō stitutione supra *proxi. c. 1.* & credo quod bene, saluo iudicio Regiæ Maiestatis. Sequitur in text. *de*
19 *pubill.* Quis † dicatur pupillus vel impubes, dixi supra *coll. 6. in curia Montissoni c. impuberibus.* vi-
20 de & adde quæ ibi scripsi. Sed † nota, quod licet iure Romano ætas pupillaris distinguatur inter mares & fœminas, quia masculus dicitur impubes vsq. ad quatuordecim annos completos, fœmina vero vsque ad duodecim annos, vt dixi in dicto *cap. impuberibus.* & legitur & notatur *extra.*
21 *de despon. impu. cap. 1.* Attamen † de iure Gotico nulla facta differētia sexus dicuntur pupilli infra

quinde-

Digitized by Google

quindecim annos,vt in *Got. lib.4.tit.4.c.1.Regum.* quod vtroq.relictus parente pupillus vocetur:*l. Discretio est pietatis,sic fore consultum minoribus, vt non patiamur dominum sustinere damna iusta possessionis, ob hoc licet paruuli relicti tantum à patre nuncupentur pupilli,hactenus tamen quia constat matres,scilicet quamdiu honeste viuunt,nec remaritari cupiunt, vt in vsat. Vidua frequenter impendere non minorē curā erga vtilitatē filiorum. Imo decernimus per hanc legem filios relictos ab vtroque parente, hoc est patre vel matre infra quindecim annos nuncupandos pupillos post mortem,ergo ante mortem patris non dicuntur pupilli, quamuis sint minores quindecim annis. Sed possint dici impuberes, de quo per glos. C. quando Imperator inter pu.& viduam,*&c.Sed tamen quoad testificandum per aliam legem Goticam requiritur tam in mare quam in fœmina,quod impleuerint quatuordecim annos:vt in *Gotis lib.2.tit.5.cap.in quibus annis possint testificare minores. l.Hæc ætas erit cōstituta in minoribus annis, & admittenda ad testimoniū, vt postquam puer aut puella impleuerint quatuordecim annos suæ vitæ,indubitata licentia testificandi sit illis in omnibus causis criminalibus.* & sic est contra 4.q.3.§.*Item in criminali.* ¶ Et hæc lex Gotica in electu habetur in vsaticis Barcinonæ,*capitulo nullus homo vel fœmina testificare potest vsque ad quatuordecim annos completos.*Ecce textus vsatici, ex quo iuncta dicta lege Gotica, *Hæc ætas*,nota,

22 quod † nullus potest esse testis nisi post completos quatuordecim annos,etiam si fuerit fœmina.

23 ¶ Item † nota,quod quilibet cuiusq.sexus post completos ipsos quatuordecim annos potest esse testis in omnibus causis,ergo in criminalibus etiam,quod videtur contra de iure communi Romano : vt *ff. de testibus. l.antepenult.*& in *Decretis* 4.q.3.§. *Item in criminali.* vbi vide de hoc . Sed vidi in his practicari communiter secundum leges Romanas & canones , sed forte non bene quoad primum,quia dictæ leges Goticæ,& præsertim dictus vsat. non sublatæ, imo confirmatæ videntur,prout dicam infra *ead. collatione cap. confirmantes , loantes , & approbantes,* super verbo, *les quals conuocacions.* vide ibi in *q. Sed ex quo de tot legibus Goticis* , &c. ¶ Vlterius nota , quod ætas

24 pupillaris † in filijs militum vel hominum de paratico est vsque ad viginti annos , vt in vsat. *Tutores vel Baiuli,* dic vt ibi notatur per *Doct.* Et de præscriptione contra pupillos per leges Goticas erat aliud quam per leges Romanas , vt in *Gotis lib.4.tit.3.cap.2.d.quotiens actio.* vide ibi. Attamen videmus, quod in his seruamus in practica communiter leges Romanas, & canones,saluo quod non currit minor præscriptio triginta annorum.de quo nota per *Doct.*in vsat,*Omnes causæ.* quæ est lex Gotica. vide etiam in vsat. *Hoc quod iur.est sanitorum.*& quæ scripsi supra *collatione proxi.cap.hauens acor.* ¶ Sequitur in textu, vi-

25 *dues*, quæ † sit vidua,vide per *Doct.* in vsat. *Vi-*

26 *dua*, dicitur etiam † vidua quæ numquam maritum habuit. *ff.de verb. signifi. l. malo.* Item dicitur

27 vidua,† quæ virum habuit,sed mortuus est: *34. dist. cap. vidua.* & nota de hoc per *Hosti.extra. de consangui.& affi.cap.ex litteris.* & per *Bal. in fin. in*

28 *proœmio.in 2.diuisione.*Item † dicitur vidua, quæ habet virum,tamen inutilem.argum.*l.fi.*cum *glo.*

29 *C.ad le.fal.de plagia.*Item nota,† quod vxor gaudet priuilegio viduarum viro bannito:vt *l.2. C. ad l.fal. de pla. in glos.* Sed in contrarium facit text.in *authen. quomodo oportet Epis.*§. 1. & §. *cum*

30 *fisco.* Vxor † quæ habet virum bannitum,dicitur vidua,& gaudet priuilegio viduarum. de quo in *l.1.C.quando Imperator inter pu. & viduam.* secundum *Ioan.de Platea*,qui ita notat *insti.de pu.iudi.* §.

31 *est inter publica* . ¶ Et † nota quod causa viduarum non spectat principaliter ad Ecclesiam,nisi quoad protectionem:*extra.de offic.dele.cap. significantibus.*in *1.glos. & de foro competen. cap.ex tenore,*

32 & *capit. ex parte* . ¶ Item † nota , quod vidua pulchra non cogitur morari cum hærede iuue-

33 ne. Et † de vestibus viduæ, vide per *Bal. in l. quamuis. C. de legatis.*& adde quæ scripsi supra *in curia Perpiniani.cap.hac nostra.* super verbo *in omnibus vitæ necessarys.* & per *Docto.* in dicto vsat. *Vidua.* §. *ad cuius tamen euidentiam.* ¶ Sequitur in

34 textu *pobres.*de paupertate & qualiter probetur, antequam huiusmodi euocatio causarū fieri possit , vide *Cinum* & *Butrium in l. actor. C. de probat.* Item *Iacob.de Aren.& Kay.in l.paupertas. ff. de excusu.*Item *Bar.in l.si constante.ff. solut.matrim.* Item vide supra *colla.9. in curia domini Regis Ferdinandi c.ne ex beneficio.*dic vt ibi scripsi latissime de hoc, & de priuilegijs paupertatis. & adde notata per *Bal. C. de Episc. & cleri. l.si quis ad declinandam.in verſ. Quis enim.* Quādoq. lex dicit & limitat qualiter debet accipi paupertas,& tunc standum est dispositioni legis;quandoq.lex hoc non limitat, & in casibus in quibus paupertas operatur parcuum præiudicium,tunc relinquitur arbitrio iudicis,alias iudicatur ex qualitate factorum. de

35 quo dic latius per *Bar.in l. si constante.ff. solut. matrim.* Item † nota , quod vbi litigantes fuerint notabiliter pauperes , nullum debet ab eis exigi salarium , etiam pro expensis , vt dicitur in *capit. statutum. §.prouisuri.extra.de rescriptis.lib.6.* & notat *Innocent.in cap. 1. de Summa Trinit.* Di-

36 ues † dicitur qui est opulens in pecunijs , locuples in fundis , & hæreditatibus. ita dicit *Gui.in capitulo,hac autem.30.dist.* pauper , qui vix

37 ex † suis laboribus viuere potest. ¶ Et nota,

38 quod † ex eo datur hoc priuilegium pauperibus,quia de facili opprimuntur: vt *vigesima tertia dist.quæst.5. cap.Regum.& 11. quæst.tertia, cap.pau-*

29 *per.*Et princeps † tenetur succurrere oppressis, vt in vsat. *Alium namq.*& dicto *c.Regū.*& hoc præsertim contra potentes, quorum natura est vt opprimant pauperes,vt *l.1.*& ibi nota per *Ioan. de Platea. C. de censibus & censito. libro 11. Pascua leonis onager , sic pascua diuitum pauperes.* vide in *Epistola 1.Iacobi 2.cap.* ¶ Sequitur in textu, *è altres persones miserables.*de hoc, quæ dicantur per-

ſonæ miſerabiles, dixi in dicto *cap. ne ex beneficio.*
40 Quare cum huiuſmodi † cauſæ pauperum & miſerabilium euocantur, eſt oppreſsio cauſa, quoniam iſti facilius opprimuntur: 11. *q.* 3. *cap.*
41 *pauper.* & 23. *q.* 5. *cap. Regum.* quid † autem ſit oppreſsio, vide in *l. fi. C. quādo liceat ſe vin.* & *C. de præ-*
42 *dijs curialium. l.* 1. *lib.* 10. Sed numquid † quilibet oppreſſus ex cauſa oppreſsionis ſibi à potente illatæ, poterit extra Principatū trahere oppreſſorem? Videtur quod ſic per vſat. *Alium namque*, quia de his non cauetur in hac conſtitutione, ergo veteri iuri eſt relictum. Tamen credo contra, quia omnis oppreſſus poteſt dici miſerabilis reſpectu ſui oppreſſoris, quia potentioribus pares eſſe non poſſumus; & ſubueniendum eſt oppreſsis, tanquam miſerabilibus: oppreſsio
43 enim miſeria eſt. ¶ Et † nota etiam quod miſerabiles perſonæ dicuntur omnes, quibus datur curator, ſecundum *Hoſtien.* vt notat ipſe *extra. de poſtulan.* facit *l.* 1. § *fin.* & *l.* ſeq. *ff. de poſtulando. cap.*
44 *vltimo.* Item † nota, quod hæc conſtitutio, & dicta, *ne ex beneficio*, & omnes leges, & omnia iura, quibus dantur priuilegia propter paupertatem, limitantur per *l. quiſquis. de cenſi. & cenſito. lib.* 11. quia intelliguntur de paupertate non callide, nec fraudulenter procurata, vt ibi, & *l. finali.* § *finali. ff. qui bonis cedere poſſunt.* vide de hoc per *Ioannem de Platea* in dicta *l. quiſquis.* & *l. ſi per æquatorem. C. de cenſi. & cenſito.* ¶ An autem cau-
45 ſæ † miſerabilium & alimentorum poſsint agitari tempore feriato, dic per *Anton. de Butrio in capitulo conqueſtus. extra. de feriis.* & in *Spe. eod. tit.* §.
46 *ſequitur. verſic. Porro.* Nota † quod cauſæ potentum contra pauperes debent in conſiſtorio Principis tractari, quia de natura potentum eſt opprimere pauperes, vt in *Epiſtola Iaco.* 2. *cap.* vbi dicitur; *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?* & ad Principem ſpectat ſuccurrere oppreſſo, vt in vſat. *Alium namq.* & in *cap. Regum* 23. *q.* 5. & forte in tali caſu non eſſet neceſſaria alia informatio, ſed ſecus eſt per conſtitutionem Regis Ferdinandi *cap. ne ex beneficio*, ſed forte ſufficeret probare nobilitatem vel potentiam aduerſarij, & qualiter alius eſt baxiæ & humilis conditionis, adde quæ dixi ſupra *eod.* in verbo *pobres.* §. *& nota quod ex eo.* faciunt
47 hæc, quod † cauſa libertatis hominum de redimentia ſit euocabilis & conſiſtorialis. Et cauſæ libertorum & aliorum miſerabilium, ſaltem ſecundario ſpectant ad Eccleſiam Romanam: 82.
48 *diſt. cap.* 1. 2. & 3. Nota † quod cauſæ miſerabilium perſonarum debent potius ex canonibus, quam legibus decidi, ſecundum *Anto. de Butrio in cap. cleri. de iudicijs.* & in *cap. bona. de poſtula. prælat.* & idem in cauſis tangentibus publicam vtilitatem. idē *Ant. in c. tuam. de ætate & qualitate.* & idē in legato monachis facto, ſecundum *Ioan. Fa. inſti. per quas perſona nobis adquiratur.* Et idem in hac patria, in qua habent in ſubſidium iudicare ſecundum æquitatem, quam ſemper canones amplectuntur. vide & adde quæ ſcripſi ſuper vſat. *Iudicia curiæ.* & in *curia Regis Martini cap. Item ſenyor quels Cancell.* ¶ Item nota, quod hic dicit de cauſis in curia cœptis per perhorreſcentias, vel per appellationes, quia illæ non remanent penes Gubernatores, ſed redeunt ad Vicariam eandem vel viciniorem, iuxta dictum *cap. ne ex beneficio.* §. *& ne inde naſcatur.* & de cauſis appellationum dixi ſupra *colla.* 2. *in* 2. *curia Barcino. cap.* 14. *Item quod cauſæ Vicariæ.* cum ſuis concord. ¶ Sequitur in text. *que ſon, o ſeran en noſtra Audiencia comenſades.* dic idem, ſi ad eandem per euocationem introductæ fuiſſent in ipſa Audientia Regia; & ita ſeruatur inconculſe, & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legi. l. minime.* ¶ Sequitur in text. *que no puguen eſſer tretes daquell*, ſcilicet, *Prin-*
49 *cipat.* Et † hoc iuſtum & æquum fuit, ne litigantes ex peregrinatione curiam extra Principatum ſequentes incurrant inopiam & miſeriam, vt in *auth. de exhi. & intro. reis.* in prin. *colla.* 5. & ibi *gloſ.* & in *auth. vt omnes obedi. iudici. Prouinciarum.* circa prin. *colla.* 5. ibi in fin. *verſ. Quid enim durius.*
50 & §. ſequenti. cauſæ † enim debent tractari intra Prouinciā: vt 3. *q.* 6. *cap. vnaquæq.* & *cap.* ſequē-
51 ti. Eſt † & alia ratio, quia dominus Rex de cauſis Cathaloniæ cognoſcit, vt Comes Barcinonæ, & Princeps Cathaloniæ: ergo non debet de eis cognoſcere extra Principatum, licet olim extiterit aliter obſeruatum; forte fiebat propter vnionem Regnorum. argum. *l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Facit vſat. *Omnes homines*
52 *firmare debent.* vide quæ ibi dixi. Et † regulariter cauſæ non debent trahi extra Prouinciam: vt in *auth. vt omnes obe. iudi. Prouin. colla.* 5. & in *cap. volens.* ſupra *collatione proxima.* cum ſuis concordantijs. ¶ Sequitur in textu, *Ans ſien continuades.*
53 ¶ Quæro hic, † quid ſi dominus Rex eas in Cathalonia, priuſquam recedat, ſententiauerit, & ab eadem ſententia fuerit ſupplicatum? Reſpondeo, iſte caſus eſt omiſſus, & talis quod non decet inferiorem cognoſcere de ſententia Principis ſuperioris; & de hoc eſt pragmatica Regia, quæ prohibet de hoc fieri commiſsionem, & ideo eſſet optimum ſuper hoc prouideri. Sed vſitatur quod dominus Rex recedens à Vicaria committit cognitionem talium cauſarum ſupplicationum: ita quod fiat concluſio cauſę, & ſententia ordinetur nomine domini Regis in eius Audientia, vbicumque fuerit publicanda: & hoc ſonat hic verbum *comminades, finides*, &c. argum. ad hoc *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior*, ſolus
54 ergo † Princeps de ſui clementia benigne admittit ſupplicationem aduerſus ſententiam, & eam idem ipſe in melius commutat: vt in *authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impera. offe.* & ideo de cauſa ſupplicationis huiuſmodi adhuc poterit cognoſcere Princeps etiam exiſtens extra dictum Principatum; & credo quod ita ſeruetur. Vidi tamen ſeruari, quod dominus Rex exiſtens in Regno Neapolis per ſuas litteras mandauit

cauſas

cauſus miſerabilium etiam per tres ſententias per eius Locumtenentem in hac patria recenſeri,& iterum ſententiari; & male iudicata in melius recenſeri,& commutari;quia res iudicata nõ concludit Principi qui ex ſui regalia audit poſt rem iudicatam, & ſubuenit oppreſsis iuxta vſat. *Alium namque.* vide *Iacob. de Calcan ſua Margarita Fiſci 8. dubio. verſi. Quarta quia Princeps.* adde quæ ſcripſi infra *eod. cap. confirmans.* ſuper verbo *tranſiſſent iuſtitiam.* in fine.¶ Sequitur in text. *en la Audiencia del Gouernador general*, ſubaudi, omniũ Regnorum & terrarum domini Regis,& iſte ha-
55 bet † eſſe Primogenitus vel alius Infans domini Regis. Et æquiparatur Prætecto Prætorio, à cuius ſententia non appellatur,ſed ſupplicatur: *C. de ſen. Prefecti Prætorio. vnica.* & *ff. de offic. Præfect. Præto. l. 1. §. hic autem ſolis.* Et hoc eſt in eo ſpeciale,& in alio, quia ipſemet dat reſtitutionem in integrum contra ſuam ſententiam, & non alius: vt *ff. de minor. l. in cauſa*, in fin. argum. contra infra *eod. §. è ſis ſolemnis.* Solue, vt ibi dicam. Sequitur §. *Si no era que lo miſerable*. Nota verbum, quia non ſolum eſt hoc priuilegium pauperis, ſed etiam cuiuslibet alterius miſerabilis quia ratione priuilegij miſerabilitatis. Teneo,limitet
56 de † iure, quod ex quo cauſa legitime fuerit euocata, aut alias in Audientia Regia cœpta, quod ibidem,etiam ſi locus Audientiæ mutetur, debeat terminari,per *l. vbi cœptum.* & *extra. de appellationibus cap. vt noſtrum.* cum ſimilibus.& probatur in *conſtitutione Gernarie,quia per reſernationes.* quoniam ibi eſt ſpeciale in Gubernatore, ergo contrarium in Rege eſt ius commune. Non obſtant conſtitutiones de cauſis Baiuliarum vel Vicariarum,quia ex quo cauſa eſt facta Audientiæ,iam nõ eſt Baiuliæ,nec Vicariæ:vnde amodo non cognoſcet inferior ſine commiſsione Principis. Sed licet hoc ita de iure communi, fallit hodie iuxta conſtitutionem *Regina Maria cap. tollents lo abus. §. & anyadint.* vide ibi habet perſona miſerabilis optionem,an malit litigare coram Principe,vel eius Locumtenente, an coram ordinario, vt hic,& *C. quando Imperator inter pu. & duam*,&c. *l. vnica.* vide ibi *Bal.* & hoc eſt quod hic ſubijcitur,*axi com li es promes & leguit*,ſcilicet,de iure communi Romano.quia quod fauore miſerabilis eſt introductum, non debet retorqueri in eius diſpendium,argumen. *C. de legi. l. quod fauore*, poteſt ergo renunciare ſuo priuilegio: vt *ff. de minor. l. ſi index.* & *extra. de foro competen. cap. ſi*
57 *diligenti.* vnde pauper † poteſt variare iudicium,vt notat *gloſ.* in dicta *l. vnica. C. quando Imperator inter pu. & viduam.* hoc tamen non intelligitur de cauſa iam deciſa. Facit *Cle. dudum. de ſepul.* alias eſt *Cle. religioſi*, in fin. *de decimis.* Nota
58 tamen quod paupertas † doloſe procurata non prodeſt, vt *C. de cenſitis & cenſitoribus, l. quiſquis. lib. 12.* vide ibi latius per *Ioan. de Platea*, & tetigi *in conſtitutione Regis Ferdinandi cap. ne ex benefi-*
59 *cio.* Et † per hoc videtur, quod ſi per diuitem fiat ceſsio pauperi,vt ſic cauſa poſsit euocari, q non valeat ceſsio. nec poſsit fieri cauſæ euocatio: quod credo verum, vbi ceſsio facta eſſet doloſe vel ſimulate,vel ex cauſa voluntaria; quia doloſis non debet beneficium huiuſmodi ſuffragari, licet prohdolor ſæpius viderim contrarium. Sequitur in text. *lo ordinari*, ſubaudi, vel delegato,
60 quem † Princeps ad ſupplicationem miſerabilis poterit delegare in aliquo loco Vicariæ, vbi ſit copia peritorum, alias in viciniori: vt infra *eod. in verſic. E per aquella ſera haut recors.* argum. ſupra *colla. 9. in curia domini Ferdinandi cap. ne ex beneficio. §. & ne inde naſcantur.* ſimilis optio datur miſerabili ſupra *colla. proxi. cap. occurrens. verſic. Aço prouehit.* & ibi nota ſuper verbo *è volra com-*
61 *parenza la Audientia*. Sed † quid de cauſis aliorum non miſerabilium, quæ ſint cœptæ in Audientia Regia, ſi curia recedat à loco, numquid venient ad Gubernatorem vel ordinarium vel ſequentur curiam? Crederem de iure communi, quod debent ſequi curiam infra Cathaloniam, quia vbi cœptum eſt iudicium,&c. & de hoc eſt *concluſio Rote 42.* in fin.dic,imo de abuſu conſiderato iure communi; quia ex quo Princeps manum appoſuit in cauſa, abdicata eſt iuriſdictio inferioribus:ergo non poſſunt amodo ordinarij ſe intromittere de cauſa ipſa ſine ſpeciali commiſsione Principis, maxime quando emanauit inhibitio;& quod ſecus factum fuerit, eſt omnino nullum: verumtamen per *conſtitutionem Regine Marie*,ſupra *colla. præcedentis tollents lo abus. §. E anyadint.* etiam hodie cauſæ Audientiæ Principis eo recedente poſt decẽ dies redeunt ad ordinariũ, vt ibi dicitur. vide quæ ibi ſcripſi. Sed de more video ſeruari in hac patria, quod ipſo facto per receſſum redit ad ordinariũ ſicut eſt de Gubernatore expreſſum *in curia Cernarie.* præterea,quia *per reſernationes*. Sed aliquando fiunt delegationes iuriſperitis infra locum vnde curia ſic receſſit;& ita minime ſunt mutanda, &c. pro hoc faciunt conſtitutiones *de cauſis extra Vicariam vel*
62 *Baiuliam non extrahendis.* Sed † quid de cauſis ſupplicationum à ſententijs Regijs interpoſitarum? Reſpondeo, conſueuerunt etiam extra Cathaloniam per Principem diffiniri. Sed & vidimus ſeruari, quod Rex tales cauſas committit infra Vicariam, reſeruata ſibi ſententiæ prolatione.
63 ¶ Sed † pone quod altera pars eſt vidua dives, altera pars eſt vnus pupillus pauper, cuius erit electio? Reſpondeo, pauperioris, cuius miſerabilitas præponderat: vt *l. verum. §. fin. ff. de minoribus.* Facit *l. inſtemus. C. ad Trebell.* hoc videtur tenere *Bal. in auſten. habita. C. ne filius pro pa.* facit *l. qua. ff. de ſa. bo.* Et ita pauperior poterit impedire euocationem fiendam; ſed forte poſt factam in caſu recurſus Principis erit optio eius qui cauſam fecerit euocari, vt dixi; & ita credo debere intelligi prædicta. Tu vero amplius cogita, & vide quid ſeruetur in practica. ¶ Sequitur §. *E ſi alguna*, ibi, *hauer ter-*

ters, ſubaudi, quaſi dicat, tales miſerabiles perſonæ non poſſunt principaliter habere recurſum ad Gubernatorẽ, pro euocando de nouo cauſam, quia hoc eſt ſpecialis regalia, & prærogatiua Principis, vt hic, & dicta *l. vnica, quando Imperator.*
64 & dixi in dicto *c. ne ex beneficio.* vnde † Gubernator poteſt de cauſis per euocationẽ Regiã cœptis, Rege recedente, cognoſcere de volũtate miſerabilis; ſed non poterit de nouo euocare. Et ſic nota, quod Princeps per hanc conſtitutionẽ ſe reſtrinxit, vt cognitionẽ cauſæ ex cauſa miſerabilitatis euocatæ remittat intra Principatũ. Sed
65 numquid † ex priuilegio poteſt concedere, ne poſsit cauſas pauperum & aliarum miſerabilium perſonarũ euocare: ſicut vidi tale priuilegiũ fore nouiter conceſſum monetarijs Barcinonæ? Reſpondeo quod non, quia Princeps non poteſt ſibi auferre regaliã recurrendi ad eum, niſi renunciaret ſedi Regiæ, ſecundũ *Inno. in c. cum ven. ext.*
66 *de cenſibus.* quod nõ † eſt verũ per reſcriptũ, ſed bene per conſtitutionem generalẽ cum coadunantia in curijs generalibus editis, vt patet hic, & ſupra *eod. in conſt. cenſualium & violariorũ.* & ita vidi determinari ſemel in Audientia; & credo quod bene, per vſat. *Aliũ namq.* & melius 23. *q.* 5. *c. Re-*
67 *gũ.* Sed † licet Princeps exiſtens extra Principatũ poſsit de nouo cauſas euocare, tamen habebit hodie per hanc conſtitutionẽ cognitionẽ earum remittere Gubernatori, vt hic ſubijcitur in littera, *Ans la dexam cometre al dit Gouernador.*
68 Sed † an perſonæ miſerabiles pro cauſis ſuis poſsint habere recurſum ad iudicium Eccleſiæ? Reſpondeo ad hoc, quia aut agitur petitorio; & tunc non niſi in caſu, quo iudex ſæcularis eſſet negligens, vt *extra. de foro competen. cap. ex tenore.* Aut agitur poſſeſſorio, & tunc eſt locus peruentioni, vt *eod. tit. cap. ex tranſmiſſa.* de quo nota la-
69 tius per *Doct.* in alleg. *cap. ex tenore.* Attamen † curia Regia non patitur, quod per laicum vel alios contra laicum habeatur recurſus ad iudicem Eccleſiaſticum ratione alicuius miſerabilitatis, & ſic ſeruatur in hac patria, niſi iam alias eſſet cauſa legitime introducta, & lis conteſtata in foro Eccleſiæ. vide *Inno. extra. de verb. ſignifi. cap. ſuper quibuſdam.* in fine. vel ratione ſacrilegij, iuxta *c. cum ſit generale. extra. tit. de foro competen.* vide & adde quæ ſcripſi in *Sũmula de Afflictionibus & Op-*
70 *preſſionibus.* ¶ Sed † quid ſi antequam Gubernator, cui taliter cauſa fuerit commiſſa, vel auctoritate huius conſtitutionis reuerſa ad eum talem cauſam ſententiauerit, dominus Rex redeat in Principatum, numquid poterit, hoc non obſtante, procedere & ſententiare, antequam ſibi fuerit per dominum Regem regreſſum facta inhibitio? Et breuiter tenui quod ſic, & communiter omnes in Audientia Gubernatoris hanc partem tenuerunt, duobus tantum exceptis non mægnę auctoritatis, qui tenuerunt contra propter verbum *abſenti*, à contrario ſenſu. Sed dic, quod licet abſentia Principis ſit cauſa non extrahendi cauſam à Principatu, & committendi eam Gubernatori, non tamen commiſsio commenſuratur, nec reſtringitur ad certum tempus, niſi aliud in commiſsione diceretur, vt quia forte cauſa fuerit cõmiſſa quamdiu Rex abeſſet, vel donec rediſſet: tunc enim ipſo regreſſu ceſſat commiſsio. Et ceſſat argu. à contrario ſenſu propter abſurditatem quæ ſequeretur, quoniam cauſæ prolongarentur, quod eſt contra mentem legis & conſtitutionis: *extra. de dolo & contu. c. finem.* & ſupra *colla. 9. c. volentes noſtros.* cum ſuis concor. & ſi ſecus voluiſſet Princeps, id dixiſſet: argum. *extra. de decimis. c. ad Audientiam,* pro quo facit littera quæ ſequitur ſtatim, ibi, *qui aquells ab conſell de lurs aſſeſſors & altres notables iuriſtes hagen à determinar,* pro-
71 pter † verbum *hagen*, quod importat neceſsitatem. Et per hoc eſt reſtricta poteſtas Gubernatoris, & eius aſſeſſoris, quia tales cauſas habent cum conſilio notabilium peritorum determina-
72 re: vnde videtur quod † aſſeſſor non poſsit concludere contra vota maioris partis Doctorum & peritorum Audientiæ: & idem credo de Vicecãcellario vel Regente Cancellariam in Audiẽtia Regia, vt dixi ſupra *colla. proxi. cap. per donar orde.* alias fruſtra adijcerentur alij notabiles iuriſperi-
73 riti. Et quia dicit, *notables*, patet quod † debet attendi auctoritas & ſcientia peritorum in dubijs: arg. *l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. ho.* ¶ Ex quo nota, quod dominus Gubernator non poterit has cauſas quoad diffinitionem alteri delegare. Sed
74 quid † ſi ſolus Gubernator abſq. conſilio aſſeſſoris protulerit ſententiam, an valeat? *Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de executoria. verſ. Quarto.* arguit pro & contra, & finaliter determinat quod non valeat;
75 eſtur enim ſtatutum † requirit quod ſententiam ferat cum ſolemnitate conſilij: ergo ſine dicto cõſilio non valet tanquam ſolemnitate à ſtatuto requiſita non obſeruata, vt *l. quis Rome. §. ſtatuus. ff. de verbor. obliga.* facit quod eleganter dicit *Bal.* & *Ioan. de Imola in l. 1. ff. de libe. & poſthum.* Nota ta-
76 men, † quod non obſtante tali ſtatuto in re clara iudex non tenebitur ſpectare conſilium ſapiẽtum, ſecundũ *Iaco. de Aren.* & *Bar. in l. ille. §. cum verbis. ff. de lega. 3.* & *Bal. in l. 2. C. de le.* & *Ang. in l. ſi*
77 *ſic ſtipulatus. de verb. oblig.* Item † illud ſtatutum intelligitur ſi conſilium fuit petitum ab aliqua partium, antequam cauſa ſit inſtructa, vel antequam ſit facta aſsignatio ad ſententiam, vel ante finem inſtantiæ. vide *Antoide Butrio in cap. cum in veteri. extra. de elect.* & ibi *Bal.* ſuper *Innocent.*
78 Item † illud verum niſi iudex viderit fruſtratorie peti conſilium, iuxta notata in *l. quidam. ff. ſi cert. peta.* vide etiam *Ioan. And. in addi. tit. de requiſi. conſilij. §. 1.* & adde quæ ſcripſi ſupra in *cap. vt autem hæc ſtatuta. in curia Regis Ferdinandi collatione 9.* adde notata per *Bar. in repet. l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. ac.* vbi de hoc latius. Sed
79 numquid † aſſeſſor poterit recuſari tanquã ſuſpectus ex cauſa? Reſpondeo quod ſic. ſuper quo vide *extra. de reſcriptis. capit. ſtatutum. libro ſexto.* &

melius

melius per *Doct.in capitulo primo.extra.de iudicijs.* & *glossa, decima quinta quæstione, capitulo septimo,*
80 *Episcopus nullius*. ¶ Item † nota, quod non poterit Gubernator tales causas sine consilio talium peritorum determinare & diffinire. Et est casus singularis, quod requiratur collatio siue consilium peritorum. Ad idem in causa hæresis, vt in *capitulo, statuta. §. iubemus, extra. de hæreticis. libro sexto.* pro quo facit supra *collatione proxima. cap. per repos.* vide & adde quæ ibi scripsi super verbo, *notables iuristes.* quid de Vicecancellario vel Regente Cancellariam domini Regis, dixi supra *collatione proxima. cap. per donar orde*. Et
81 nota quod vbi caput † Concilij est suspectum, totum Concilium est suspectum, secundum *Bal.* qui ita notat *C. si Rector Provincia. l.* 1. ¶ Sed po-
82 ne, † quod Gubernator de consilio solius assessoris, non habita collatione vel consilio aliorum peritorum, in tali causa miserabilium protulerit sententiam, numquid valet huiusmodi sententia? Respondeo quod non. Imo est nulla ipso iure, tanquam lata contra formam commissionis, & huius constitutionis, per quam est eidem data potestas sub hac forma substantiali, iuxta notata in dicto *capitulo, Per repos.* & supra *collat. 9. cap. als procuradors fisc. als*, faciunt notata supra *collat. proxim. cap. lo ferina de la taula*. Et quia lata sententia sine hac collatione præsumitur minus plene deliberata; & sic non valet, vt *extra. de restit. in integrum. cap. tamen ex litteris.* & supra *collat.*
83 *proxi. cap. per donar orde.* & ibi nota. Et † quia per ampliores homines perfecta veritas reuelatur. *C. de fideicom. l. fi.* & 64. *dist. cap. extra conscientiam.* & ibi *glo.* & *cap. prudentia. de offi. dele.* vide quæ de sportulis & salarijs iudicum, executorum, notariorum, & aliorum iudicialium notat latius *Ioan. de Platea inst. de actio. §. tripli.*

Additio Magnifici Francisci Franc.

Bencell. Archi. & alij in *cap. statutum. de rescrip. lib. 6. §. assessorē.* & *glo.* super verbo, *quod ab.* & *Doct.* di-
84 cunt † quod si pauper & diues litigant, pauper erit liber ab expensis, & diues soluet partem tuā, & non grauabitur propter pauperē. Facit quod notat *Bal. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen.* quando iudex vnam partem liberat, non tenetur aliam liberare partem, licet vna pars sit pauper, non tamen propterea diues excusatur ab expensis partis suæ; quia pauper non in totum excusatur; sed præstat cautionem, & satis tantum habet exceptionem dilatoriam. Finis additi.

85 Sed quæro, † an teneantur isti iudicare secundū allegata? & videtur quod sic, vt notatur *ff. de officio præsi. l. illicitas. §. veritas.* circa quod dic: aut quæris in iudice vniuersali, vt in Principe: & ille potest secundum conscientiam iudicare, quia dominus causarū subditorum reputatur. Idcirco vt domini Principes ordinent vel iudicent, vt *l. bene à Zenone. C. de quadrien. prescrip.* circa prin. nā ipsi sunt etiā in causa propria iudices, vt *ff. de his quæ in testa. l. proxi.* & *de hæred. instit. l. Tiberianus*, & notatur infra *ead. coll. c. vlt.* Aut quæris in iudice particulari, & tunc aut habet conscientiā informatā, vt iudex, & tunc potest secundū conscientiā iudicare; sic *l. minor. ff. de minor. in glo.* & *ff. de testibus. l.* 3. *§. l. Iulia.* Aut non habet conscientiā informatam vt iudex, sed vt priuatus. Et tunc aut quæris circa processum bene ordinandū; & tunc potest, vt *ff. de quæstio. l. quis modus. ff. de interlo. ac. l. verū.* Aut quæris in decisorijs litis, & tunc habet secundū allegata, & probata iudicare; sic *§. veritas.* præalleg. & ibi *Petr. de Bellapertica.* secundum *Gui.* qui etiā notat in *Rosario. 3. q. 7. iudicet.* & per *Doct. in c. 1. de offi. iudi. ordi.* & *nulli. quib. mo. tu. si.* fu-
86 per *glo.* Quod † autem dictū est de Principe, credo verū, dummodo seruet constitutiones, & iura Cathaloniæ, quæ iurauit noster Rex obseruare, & tenetur ex contractu. vide quæ scripsi super vsat. *Aliū numq.* Sequitur in tex. *§. E lo dit Gouernador general*, &c. ibi, *no puxē pēdre res per lurs scriptures dales dites causas.* Et ita videtur, quod de scri-
87 pturis in causis pupillorū, viduarum, & aliarum miserabiliū personarum non possit exigi salariū scripturarum in curia domini Gubernatoris. Secus in alijs curijs inferiorū à contrario sensu. Sed credo idē de iure, licet non seruetur, & male: iudex enim nō debet exigere sportulas à pauperibus, vt in *auth. de mun. prin. §. sit tibi quoq.* Et nota,
88 quod † si vna pars in iudicio habet priuilegiū, alia pars potest vti eodem priuilegio in eadē causa. *C. de fruc. & litis expensis. l. vlti.* quod tamen non seruatur in hac patria quoad salaria iudicialia, scilicet, iudicū, scripturarū, & alia huiusmodi, quia hic pauperes nō sunt omnino liberati, quia præ-
89 stant cautionē. Nota, quod † æqualitas in iudicijs est seruanda inter litigantes, vt quantum soluit vnus pro sportulis, tantum soluat alter, & non plus. Et si vnus ex speciali priuilegio nihil soluit, quantumcumq. subcubuerit, & aduersario in expensis condemnatus fuerit, vt *l. fi. C. de fruc. & lit. expen.* & notatur per *glo. ff. de constitu. prin. l. vlt.* & *glo. in c. si quis cū clerico. 9. q. 1.* super verbo *sportula-*
90 *rū*. Et † sic est casus, in quo priuilegiū personale egreditur personā, & transit in aduersariū ratione iudiciarij æqualitatis seruandæ, vt notat *Ioan. de Platea in l. in sacris. C. de proximis sacrorū scri. lib. 12.* facit *extra. de mu. pa. c. 2.* vide *Din. in regula. in iudicijs non est acceptio personarū habenda. in vers. Itē debet & in iudicijs*. Et ex his videretur, quod litigans cū paupere debeat habere simile priuilegiū præstandi cautionem. Sed secus est, quia non admittitur cautio nisi propter inopiā, &c. quæ causa inopiæ cessat in aduersario diuite. Sed ecce
91 nobiles † in curia non soluunt iura sigilli, cum litigantes sunt præsentes in curia; ergo videretur q̄ eorū aduersarij debeāt gaudere simili priuilegio, per prædicta: q̄ tamē non seruatur de facto, sed forte male. Sed dic, hoc intelligendū solū de causis paupertū. de quibus est probata paupertas, iuxta formā dicti *c. ne ex beneficio.* vt ibi notatur, & hoc probat littera quæ sequitur hic, *de la can-*

9 *camus & confirmamus*, &c. Nota † hic hanc confirmationem tanquam factam in forma ſpeciali & inſerto tenore dictarum conſtitutionum, & eis viſis & perlectis tantum operari, ac ſi ipſe Rex feciſſet perſonaliter & de per ſe curiam ipſam celebraſſet: vt *extra. de confir. vti. vel inuti. cap. venerabilis.* Et notat *Iacobus in proœmio Inſti.* ſuper verbo
10 *accommodamus quod* † *in arduis non ſufficit habere mandatum, niſi ratificetur*: & ita fuit factum hic, quia licet domina Regina prius haberet mandatum celebrandi curiam iſtam; attamen dominus Rex poſtea viſis & perlectis iſtis conſtitutionibus ſuam auctoritatem accommodauit ex certa ſcientia, ratificando & confirmando, vt hic vides; & hoc maxime, quia de plenitudine poteſtatis Regiæ ſupplentur defectus omnes, ſi qui fuerint. ¶ Et non eſt dubiũ quod dominus Rex, hæc agendo de & cũ cõſenſu curiæ generalis li-
11 cite potuit vti ſua † poteſtate abſoluta, qua quod nullum eſt poteſt validare, vt notat *Iacob. in ſuo Curiali, 8. dubio. verſ.* 197. & in *Margarita Piſci, 7. dubio. verſic.* 197. & notatur *9. q. 3. cap.* 1. &
12 *3. q. 5. cap. hoc quippe*. Et † nota, quod dominus Rex & quiuis alius exiſtens extra locum ſuæ iuriſdictionis non poteſt de criminibus ſubditorũ in contentioſa iuriſdictione iudicare, ſed bene poteſt delegare, & præcipere, vt *l. ſi. ff. de offi. præ. vrbis.* & ibi *gloſ.* & *Bal.* & *gloſ. in l.* 3. ſuper verbo *priuatus. ff. de offic. præſi.* & nota per *gloſ.* & *Doct. in l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Et
13 vbi † propter aliquam neceſsitatem Princeps erit extra Regnum, poterit cauſas etiam meri imperij & aliarum regaliarum committere & delegare. Sicut hic Rex Alfonſus commiſit dominæ Mariæ eius conſorti poteſtatem legis condẽdæ & aliarum regaliarum. ad hoc *ff. de offi. eius cui mandata eſt inr. l.* 1. §. *huius rei.* ibi, *non aliter itaque mandare poterit quod ſi abeſſe cœperit.* ¶ Sed nũ-
14 quid † præſumitur Principem aliquid agere velle ex plenitudine poteſtatis abſolutæ, niſi hoc adijciat & exprimat? vt hic, & notatur per *Ioan. An. in cap. dudum. extra. de decimis.* & per *Bal. in l. bonorum. lo. final. C. qui admitti ad bo. poſſ. poſſint.* & per *Bar. in l. quidã conſulebant. ff. de re iudi.* & ponit *Iacob.* vbi ſupra *verſ.* 55. ¶ Sed tamen regula-
15 riter † in Cathalonia dominus Rex, non vtitur poteſtate abſoluta, cum teneatur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iuſtitiam, vt in vſat. *Alium namque.* & in iuribus alleg. ſupra *ead.* in verbo *erga iuſtitiam.* & in verbo, *& indubie obligamur.* ¶ Peccat tamen Rex, qui ſine iuſta cauſa vtitur poteſtate abſoluta, ſecundum *Innocent. extra. de cenſibus. cap. Imonuamus.* & notat *Bal. in l.* 1. *ff. de conſti. prin.* Sed Princeps debet habere plenitudinem poteſtatis, vt ſupra in princ. vſat. *cap. cum domnus. verſ. Sola vero poteſtas Regia.* & *extra. de auctoritate, & vſu palli. C. ad honorem.* & hic in *verſ. Per quam de noſtra Regiæ plenitudine poteſtatis omniem & quemcumque defectum, tam ex defectu poteſtatis dictæ illuſtris conſortis & Locumtenentis noſtræ generalis*, &c. Sed non intelligas quod dicta Locumtenens habuerit defectum poteſtatis, ex quo proceſsit de voluntate totius curiæ, vt dixi ſupra *ead. cap. nouerint vniuerſi.* ſuper verbo, *habens a nobis plenariam poteſtatem*, ibi enim dominus Rex conſitetur dominam Reginam habuiſſe poteſtatem; ſed hic ad cautelam ſupplet defectum, ſi quis fuerit ſiue ex parte formæ mandati, ſiue ex incapacitate perſonæ, & ſexus muliebris; vel quod fuerit actus mere perſonalis, & indelegabilis, aut alias quacumque cauſa, vt hic ſubijcit, *quam alia quauis cauſa modo quolibet prouenientem conferimus pariter & ſupplemus.* vel forte in his tam arduis fuit neceſſarium, vt dixi ſupra, & notat *Iacob. in proœmio Inſti.* Facit *l. de his. ff. de tranſact.* & in dicto *proœmio*, ibi, *& cognouimus.* & hic vbi dixit, *viſis & perlectis.* Sequitur §. *promittentes in bona fide noſtra regali*, ſubaudi, quæ eſt modis omni-
16 bus † & omni tempore obſeruanda *ſine engany, & abſque vllo malo ingenio.* vt in vſat. *Quoniam per iniquam*. Nota fis cautus, quod ſi aliqua obligatio tibi fieri debet per vniuerſitatem, ſeu commune, vel per aliquem, qui poſsit legem vel ſtatutum facere ſeu condere, quod non fiat per modum legis ſeu ſtatuti; ſed per modum pacti: lex enim ſeu ſtatutum per aliam legem ſeu ſtatutum contrarium tollitur, etiam te inuito, ad cuius vtilitatem factum fuerat. Secus in pacto, quod non poteſt niſi communi diſſenſu tolli, ſecundum *Pa.* qui ita notat *extra. de conſti. cap. quæ in Eccleſiarum Prælatis.* & vide *Bal. in l. clari. C. de fideicommiſſ.* &
17 ibi nota an † ſtatuta iurata poſsint reuocari, & an verba derogatoria impediant. Sequitur in tẽxt. *per nos & ſucceſſores noſtros.* Notat *Bal. in l.* 1.
18 *ff. de conſti. principum*, quod licet † Princeps non ligetur lege, ligatur tamen lege conuentionis. vide *Cinum C. de legi. l. digna vox.* & *ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. eſt receptum.* Item nota, quod ſucceſ-
19 ſor † Principis non ligatur ex contractu prædeceſſorum, quia ſucceſſor non habet Regnum a prædeceſſore. quod dic latius per *Bal.* vbi ſupra.
20 Et nota, quod † ſucceſſor etiam dicitur, qui in vna re tantum ſuccedit, vt *ff. de excep. rei iu di. l. fin.* & *ff. quorum le. l.* 1. §. *quod ait.* & facit quod notatur *inſti. de le.* §. *legatarys.* in verbo *iuris.* ¶ Item no-
21 ta, † quod ſucceſsio vniuerſalis non poteſt fieri ex contractu inter viuos, niſi in tribus caſibus, de quibus notat *Ioan. Fa. inſti. de adqui. per arrogat.*
22 ſuper *glo.* 1. ¶ Sed † an appellatione ſucceſſoris veniat particularis, an vniuerſalis ſucceſſor, vide per *Bal. ff. de edẽn. l. quædam.* §. *is autem.* & per *Bal. ff. de operis li. l. iuriſiurandi.* §. *ſi liberti.* ¶ Item
23 nota, † quod fœmina excluſa â ſucceſsione, â maſculo, in perpetuũ eſt excluſa, ita quod mors maſculi deinde non patrocinetur fœminæ; ſecus ſi eſt ſuſpenſa â ſucceſsione: nam tunc mortuo maſculo remouetur obſtaculum, quod obſtabat fœminæ, ſecundum *Bal. in li. ſeu. tit. Epiſcopum vel Abbatem cap.* 1. Et habes hic expreſſum, quod
24 Princeps † obligat ſucceſſores, faciendo legem:

quia

quia eſt ex contractu curiæ generalis,ſuper quo vide ſupra *colla.4.in 2.curia Barcinona cap. 29. Itẽ*
25 *quod noſtri ſucceſſores in Comitatu*. Item † contractus Principis habet vim legis: vt *l. Cæſar. ff. de publicanis.* Sequitur in text. *omnes prainſertas conſtitutiones.* ſubaudi,quæ ſunt ttiginta & vna numero. Sequitur in textu, *& capitula.* dic, quæ ſunt
26 duo,ſcilicet,ſupra proxima. Et hic † habes clare differentiam inter conſtitutiones & capitula curię:de quo etiam dixi ſupra *colla.8.in proœmio.* Sequitur in text. *tenere & ſeruare,* &c. vide & repete quæ dixi ſupra *eod. cap.quas ſiquidem.* ſuper verbo *iurantes.* Et nota, quod Principi hæc non ſeruanti poteſt curialiter obijci, quod æquitas & honeſtas exigunt vt ſeruet promiſſa & ſtipulata,maxime cum iuramento, quia iſta ſunt impedimento ei qui ex poteſtate abſoluta facit: vt *C.de legibus.l.digna vox.* & *C.ne fiſcus rem quã ven.l. retractare.* Et ibi notat *Ioan.de Platea op. argu. ab iniquitate & inhoneſtate vitanda*. Et ideo domini
27 non † debent inuitare neque ducere puellas ad choreas & tripudia in curijs ſuis,propter ſuſpicionem inhoneſtatis. Nec in hoc tenerẽtur ei pa-
28 rere;quia † honeſtatis ius ab omni ſuperioritate intelligitur exceptum, ſecundum *Bal. in l. ex libertate.C.de bo.li.* Facit *l. facta.§.ſi in danda. ff. ad Trebell.* adde quod dicit idẽ *Ioan. de Platea,* ꝙ honeſtas eſt de çquitate,ſine qua nullum cognoſcit Deus,non enim cognoſcit niſi facientes æquitatem, ſecundum *Auguſtinum in lib. Milleloquiorum.* ſuper verbo *neſcire,* quod nota pro his quæ ſcripſi ſupra *in curia Regis Martini cap. Item quels Cãcell.* ſuper verbo,*equitat & bona raho.* Sequitur hic
29 in text. §.*mandantes*. Qualiter † puniatur contemptor mandati Principis, vide *C. de fundis limit.l.fin.lib.* 11. & aliquando arbitrio iudicis, vt *l.vnica.* circa medium,*C. de theſau. lib.*10. tamen
30 mandato † Principis ex ſæuitia emanato eſt ſuperſedendum: vt notat *Ioan.de Platea in l. ſolidos. C.de muni.po.lib.* 11. circa fin. adde *extra. de maioritate & obe. cap.ſi quis non obedierit Principi.* & ibi *gloſ.* & *Docto.* Et de pœna violantis conſtitutiones vide ſupra *in curia Perpiniani cap.cum ſecundũ.* Sequitur §.*vt omnia.* Hic dominus Rex cum iuramento firmat prædicta. Sequitur §. *in quorum omnium teſtimonium,* &c. *fieri inſsimus appoſitione Bullæ plumbeæ munit.* Dat. & actum in Caſtro nouo Regali Neapolis die viceſima ſexta Decembris, anno â Natiuitate Domini 1423. Regnique noſtri octauo.

SEQVITVR VNDECIMA COLLATIO, QVÆ continet quatuor generales conſtitutiones editas Barcinonæ per illuſtriſsimum dominum Alfonſum Dei gratia Regem Aragonum & vtriuſque Siciliæ,fæliciter nunc regnantem.

Sobre la exactio & execucio dels cenſals morts & violaris. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio; & ſic ſi per iudicem ſtatuatur terminus ad exceptiones proponendas, non comprehenditur exceptio nullitatis.*

2 *Iurans non opponere exceptionem, intelligitur de friuola.*

COnſobre la conſeruacio dels cenſals, &c. Iſta cõſtitutio continet octodecim capitula, & ſuper eis intendo Deo duce late ſcribere, & facere amplam repilogationem materiarum quas ponit;quæ multæ ſunt & perutiles;ideo eam cõmentare non curo ad præſens, quia ponetur ad partem. Nota tamen principaliter in hac mate-
1 ria,quod † exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio,vnde ſi per iudicem ſtatuatur terminus ad omnes exceptiones proponendas, non comprehenditur exceptio nullitatis. Iſtud ponit
2 *Bart.in l. 1. C.de iuris & facti igno.* Et † qui iurauit non opponere aliquam exceptionem, intelligitur de friuola, vt *l. 1. §. denique.ff. quod vi aut clam.* vide ibi *Bar.* adde *l.non ignorat.C.qui.accu. nõ poſſunt.*

Que les cauſes no ſien tretes fora de Cathalunya. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa viduarum pertinent ad Papam principaliter, ſed de gratia concedit Pontifex ſæcularibus iudicibus, quod non intromittet de dictis cauſis niſi per negligentiam ſæcularium.*

2 *Cauſa conſiſtorialis non dicitur cauſa Vicaria vel Bailiæ.*

3 *Vidua,pupilli,orphani & alia miſerabiles perſonæ poſſunt queslibet conuenire in foro Eccleſiæ.*

4 *Princeps quando à loco cauſæ euocatæ recedit,elapſis ex tunc decem diebus, cauſa euocata redeunt ad ordinarium.limitatur ibidem,& declaratur nu.56.60. 61.62.67.70.& 86.*

5 *Gubernator non poteſt ad ſe euocare cauſas extra Vicariam vel Bailiam,niſi ex cauſa oppreſsionis.*

6 *Cauſa patrimoniales Regis trahi prohibẽtur extra principatum Cathaloniæ.& ratio traditur nu.49.& 51.*

7 *Rex cognoſcit de cauſis ſecundarum appellationum patrimonialium etiam exiſtens extra Principatum. & quibus ſint committendæ tales cauſæ.nu.8.*

9 *Suſpectum eſt Concilium, quando caput Concilij eſt ſuſpectum.*

10 *Suſpectus dicitur, qui conſulendo vel alias ſuam voluntatem*

luntatem propalauit.

11 *Suspectus est index, qui magna dona recepit.*

12 *Processus factus per iudicem suspectum est nullus.*

13 *Suspecti an possint dari omnes sapientes vnius ciuitatis. remissiue.*

14 Causa *verbum continet causas criminales.*

15 *Causa simpliciter commissa intelligitur commissa causa ciuilis & criminalis.*

16 *Causa dicitur proprie, quæ non est finita per sententiam.*

17 *Causa dicitur à casu.*

18 *Causa executionis non potest euocari.*

19 *Pupillus vel impubes quis dicatur. remissiue.*

20 *Pupillaris ætas quæ de iure Romano, & de iure Gotico. num. 21.*

22 *Testis debet esse ætatis quatuordecim annorum. & quid in criminalibus. nu. 23.*

24 *Pupillaris ætas in filijs militum vel hominum de paratico est vsque ad viginti annos.*

25 *Vidua quæ sit. remissiue.*

26 *Vidua dicitur, quæ nunquam maritum habuit.*

27 *Vidua dicitur, quæ virum habuit, sed mortuus est.*

28 *Vidua dicitur, quæ habet virum inutilem.*

29 *Vxor gaudet priuilegio viduarum bannito viro. & num. 30.*

31 *Causa viduarum non spectat principaliter ad Ecclesiam, nisi quoad protectionem.*

32 *Vidua pulchra non cogitur morari cum hærede inuene.*

33 *Vestium vidua materia. remissiue.*

34 *Paupertas qualiter probetur. remissiue.*

35 *Expensæ exigi non debent à litigantibus pauperibus.*

36 *Dines dicitur, qui est opulens in pecunijs.*

37 *Pauper dicitur, qui vix ex suis laboribus viuere potest.*

38 *Pauperes sunt ex eo priuilegiati, quia de facili opprimuntur.*

39 *Princeps tenetur succurrere oppressis.*

40 *Oppressio facit euocare ad Regiam Audientiam causas pauperum & miserabilium personarum.*

41 *Oppressio quid sit. remissiue. & nu. 42.*

43 *Miserabiles personæ dicuntur, quibus datur curator.*

44 L. quisquis. C. de censibus & censito. lib. 11. *declaratur.*

45 *Causa miserabilium & alimentorum an possim tractari die feriato. remissiue.*

46 *Causa potentium contra pauperes debent tractari in cõsistorio Principis.*

47 *Causa libertatis hominum de redimentia est euocabilis & consistorialis.*

48 *Causæ miserabilium personarum potius ex canonibus quam legibus decidi debent.*

50 *Causæ sunt tractandæ intra prouinciam. & nu. 52. declaratur nu. 53.*

54 *Princeps ex sua clementia admittit supplicationẽ aduersus eius sententiam.*

55 *Gubernator omnium Regnorum & terrarum Regis debet esse primogenitus, vel alius Infans domini Regis.*

57 *Pauper potest variare iudicium.*

58 *Paupertas dolose procurata non prodest.*

59 *Causa euocari non potest per pauperem, qui habuit incessum à diuite causa fiendæ euocationis.*

63 *Pauper si vna pars est, & altera vidua dines, causa instante paupere euocari poterit, & non instante vidua diuite. & ratio traditur ibidem.*

64 *Gubernator non potest euocare causas prætextu paupertatis; bene tamen potest illas continuare.*

65 *Rex priuilegiũ concedere nequit, vt non possit euocare causas prætextu paupertatis. declaratur, & limitatur nu. 66.*

68 *Miserabiles personæ pro suis causis an possint habere recursum ad iudicium Ecclesiæ, traditur sub distinctione. & quid seruetur in praxi. nu. 69.*

71 *Verbum* hajen *importat necessitatem.*

72 *Cancellarius, Regens Cancellariam, & suo casu assessor Gubernatoris concludere non possunt contra vota maioris partis doctorum.*

73 *Peritorum scientia, & auctoritas attendi debet in dubio.*

74 *Gubernator absque consilio assessoris proferre non potest sententiam, & si de facto lata fuerit, non tenet. & num. 82.*

75 *Statutum vbi requirit quod sententia feratur cum solemnitate Concilij, sine dicto Concilio non valet talis sententia. declaratur. nu. 77. & 78.*

76 *Index in re clara non tenetur spectare consilium sapientis.*

79 *Assessor ex causa vt suspectus recusari potest.*

80 *Gubernator non potest causas euocatas definire sine cõsilio peritorum.*

81 *Concilij caput vbi est suspectum, totum Concilium redditur suspectum.*

83 *Veritas perfecta reuelatur per perfectos homines.*

84 *Pauper & dines vbi litigant; pauper erit liber ab expensis, & dines soluet partem suam, & non grauabitur propter pauperem.*

85 *Index an teneatur iudicare secundum allegata & probata, traditur distinctione adhibita.*

87 *Salarium exigi non potest in curia Gubernatoris de scripturis in causis pupillorum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. & quid in alijs curijs. num. 88.*

89 *Æqualitas in iudicijs est seruanda inter litigantes, vt quantum soluit vnus prosportulis, tantum soluat alter, & non plus.*

90 *Priuilegium personale egreditur personam, & transit in aduersarium ratione iudiciariæ æqualitatis seruandæ.*

91 *Nobiles litigantes, cum sunt præsentes in curia, non solumne sigilli. & an litigantes cum eis sint etiam liberi a tali solutione. ibidem.*

92 *Pupilli & viduæ, si sunt diuites, debent soluere salaria scripturarum.*

93 *Paupertas non excusat à soluendo, nisi quamdiu durat.*

94 *Causa patrimonialis quæ.*

95 *Fiscus litigans non soluit salaria. & an litigans cum eo soluere debeat. ibidem.*

96 *Fiscus dicitur camera imperialis seu regalis.*

97 *Respublica habet duo patrimonia, vide in littera.*

Fiscus

Digitized by Google

98 *Fiſcus dicitur ſaccus ſine conſcientia.*
99 *Fiſcus & Reſpublica an ſit idem.remiſſiue.*
100 *De cauſis patrimonialibus quis cognoſcat.traditur.*
101 *Statutum diſponẽs generaliter ſuper deciſionibus cauſarum nõ comprehendit cauſas ſpeciales pauperum, viduarum,& miſerabilium.*
102 *Bailus Generalis Cathaloniæ in cauſis patrimonialibus poteſt procedere ad occupationem temporalitatum ſuo caſu.*
103 *Rex pro cauſa concernente ſuum intereſſe poteſt trahere ſuos ſubditos in quamcumque partem Regni.*
104 *Cauſa patrimonialis euocata ad Regiam Audientiam poſt receſſum Audientiæ reuertitur ad Bailiũ Generalem.*
105 *Bailus Generalis Cathaloniæ eſt index ordinarius Regij patrimonij.*
106 *Cauſa patrimonialis extrahi poſſunt à Vicaria. ratio traditur ibidem.*
107 *Cauſa patrimonialis eſt cauſa Bailiæ Generalis, qua habet pro territorio totum Principatum Cathaloniæ.*
108 *Cauſæ patrimoniales, ſicut & regalia,non comprehẽduntur ſub generalitate verborum conſtitutionis,niſi quatenus de eis expreſſum fuerit.*
109 *Bailus Generalis Cathaloniæ poteſt facere proceſſum occupationis temporalitatum contra Epiſcopum pro quæſtione patrimoniali.*
110 *Gubernator, vel Vicarius,aut alij nõ poſſunt in criminalibus iudicare de perſonis nobilium & generoſorũ ſine conſcientia Principis. Sed male ſeruatur.*
111 *Gubernator cognoſcere an poſſit de cauſa pacis & treugæ,& de cauſa perhorreſcentiæ.*
112 *Rex de cauſis Cathalanorum non cognoſcit extra Cathaloniam.*
113 *Rex exiſtens extra Cathaloniam non poteſt cognoſcere de cauſis ſecundarum appellationum.*
114 *Rex cognoſcit de cauſa ſua patrimoniali. declaratur ibidem.*
115 *Appellatio an ſit à Generali Gubernatore, vel tantũ ſupplicatio,traditur.*
116 *Stante priuilegio conceſſo conſulibus legis ciuitatis Barcinonæ quod contra ſententiam latam per dictos conſules & eorum iudicem appellationum nullus audiatur etiam minor,an minor poſſit à tali ſententia recurrere ad Principem,traditur.*
117 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*
118 *Per euocationem cauſarum non cenſetur euocata cauſa iam deciſa,nec eius executio.*
119 *Quod non mutatur,veteri iuri relinquitur.*
120 *Gubernator de conſuetudine procedens vice Regia poteſt committere cauſam appellationis interpoſitæ à ſua ſententia.*
121 *Forum quis ſortitur ratione rei,de qua agitur.*
122 *Cauſæ Vicariæ quæ dicantur.remiſſiue.*
123 *Quod minus diſtat,attendi debet.*
124 *Proximiores vicini qui,remiſſiue.*
125 *Cauſa appellationum committi debent iuriſperitis.*
126 *Prouincia qualibet ſuo ſenſu abundat.*
127 *Rex poteſt de cauſis patrimonialibus Comitatuum Roſsilionis & Ceritaniæ extra dictos Comitatus cognoſcere.*
128 *Diuerſitas locorum regulariter non inducit varietatem iuris.*
129 *Confuſio eſt in Principatu quod ſit tanta diuerſitas in rium penſorum & menſurarum.& quo tempore mẽſuræ fuerunt diminutæ in Cathalonia.nn.130.*
131 *Varietas intellectus probatur ex nimia diuerſitate & mutatione habitus.*
132 *Conſtitutio non ligat præſentia nec præterita, niſi ſpecialiter caueatur.*

1 LEs cauſes de viudes,&c. Nota † ad Papã principaliter pertinere cauſas viduarum, ſed de gratia defert Principibus ſæcularibus, vt ſe non intromittat, niſi per negligentiam ſæcularium, ſecundum *Inno. extra. de foro competen.c.ex tenore.* Caſus. Cauſæ miſerabilium perſonarum extrahi non poſſunt à Principatu Cathaloniæ. Hoc dicit breuiter ſecundum rubricam,quia non poteſt aliter congrue ſummari. Sed quia noua & notabilis conſtitutio eſt iſta,ideo legam eam per partes.Quare diuide in partes nouem. Quoniam in prima parte ſtatuitur, quod dictæ cauſæ miſerabilium inceptæ in curia Principis infra dictum Principatũ reſidentis non poſſunt etiam per Principem trahi extra ipſum Principatum. Sed recedente ipſo Principe à toto dicto Principatu debent ipſę cauſæ remanere,& continuari,ac finiri in Audientia generalis Gubernatoris reſidentis infra principatum: alias in Audientia gerentis vices Gubernatoris Cathaloniæ cauſæ ſuæ Prouinciæ & cauſæ Comitatuum Roſsilionis & Ceritaniæ coram Gubernatore dictorum Comitatuum. Hoc dicit,vſque ad §. *Si no era.* Ibi eſt ſecũda pars,in qua excipit dando opinionẽ, ſcilicet, auctoritate huius conſtitutionis,ergo inferior nõ poteſt cognoſcere de cauſa,in qua Princeps manũ appoſuerit per euocationẽ, aut alias iuxta *c. vt noſtrũ.de app.*& quæ ibi notantur, & quia vbi cœptũ eſt iudicium,&c. *ff.de iudi.l.vbi cœptum,* &
2 cauſa,† quæ eſt in conſiſtorio Principis,iam non dicitur cauſa Baiuliæ vel Vicariæ,& omnis inferior eſt inhibitus ex quo Princeps manũ appoſuit;ergo inferior non poteſt de talibus ſe intromittere ſine noua commiſsione,vel in caſu huius cõſtitutionis,quia ſpeciale eſt in Gubernatore,vt habetur ſupra *in curia Cernariæ c.quia per reſernationes.*Sed in Principe nil mutatur,ergo remanet ius cõmune; igitur non valet conſuetudo cõtraria contra regaliã & inhibitionẽ Principis,*extr. de præſcrip. c.cum non deceat.* & quæ ibi notãtur:& dic vt ſupra *coll.proxi. c.tollentes.* Nota quod dicit *Inno.in c.ſuper quibuſdã.ext.de verb.ſign.*ſuper ver-
3 bo *reſpondere*,quod † viduæ,pupilli, orphani, & aliæ miſerabiles perſonæ poſſunt quoslibet cõuenire in foro Eccleſiæ.Sed tamen ipſę miſerabiles perſonæ inuitæ non poſſunt trahi ad forũ Eccleſiæ,ſi maluerint ſub ſæculari iudice reſpondere.
4 ¶ Itẽ † nota,quod quando Princeps recedit à loco,cauſæ euocatę poſt decẽ dies redeunt ad ordinariũ,niſi ſint de euocatis ex aliqua prærogatiua, ſcili-

scilicet, prætextu miserabilitatis, seu alterius qualitatis, aut regaliæ, vt supra *coll. proxi. in curia Reginæ Mariæ c. tollentes lo abus.* §. *E anyadint.* & ibi dixi latius de hoc miserabili, an malit causam prosequi coram ordinario. Hoc dicit, vsque ad §. *E si alguna de les sobredites.* Ibi est tertia pars, in
5 qua hic habes † quod Gubernator non potest facere euocationē causarum extra Vicariā vel Baiuliam; & hoc credo verum, nisi forsan ex causa oppressionis: sed est tutius propter oppressiones & grauamina ad ipsum appellare, quia appellatio est via ordinaria, sed recursus ex causa oppressionis est remedium extraordinarium. de quo vide in *Summa de Afflictionibus & Oppressionibus.* Prouidetur circa euocationē causarum miserabiliū fiendam & incipiendam Rege extra Principatū existente, concedendo facultatē recurrēdi ad Regem, etiā extra principatū residentem: Ita tamen quod causa ipsa habeat cōmitti dicto generali Gubernatori, vel alicui de dictis vices gerentib⁹, hoc est vtrilibet in sua Prouincia. Qui tamen vicesgerentes, cū consilio suorū aliorū & aliorū notabilium iurisperitorum habeāt determinare. Hoc dicit vsq. ad §. *E lo dit Governador General*, &c. Ibi est quarta pars, in qua prohibetur in curijs Gubernatoris & vicesgerentiū aliquid recipi pro causis & scripturis causarum dictorum miserabiliū. Imo habent contentari cautionē solitā præstari per pauperes & miserabiles in Audientia Regia litigantes. Hoc dicit vsq. ad §. *E per semblant volem.* Ibi est quinta pars, in qua
6 prohibentur † causæ patrimoniales domini Regis trahi extra Principatum. Hoc dicit vsque ad §. *Exceptades.* Ibi est sexta pars, in qua dominus
7 Rex † excipit, & sibi reseruat causas secundarum appellationum in causis patrimonialibus, de quibus secundis appellationibus dominus Rex potest cognoscere etiā existens extra Principatum. Hoc dicit vsque ad §. *E sis sdeuendra que lo dit Governador.* Ibi est septima pars, in qua di-
8 citur, quod † si à sententia domini Gubernatoris, vel eius vicesgerentis lata super dictis causis miserabilium, & etiam causa appellationis primæ in patrimonialibus emissæ habeant committi non suspectis in loco, vbi possit copia peritorum haberi intra Vicariam conuenti. Et si talis copia reperiri non possit, tunc committatur in alio loco vbi talis copia reperiatur infra aliā Vicariam viciniorem & propinquiorem. Hoc
9 dicit vsque vd §. Et † nota quod quando suspectus est ille qui est caput Synodi vel Audientiæ vel Concilij, totum ipsum Concilium dicitur esse suspectum. *Bal. in l. 1. C. si rector. prouin.*
10 Item † dicitur suspectus qui consulendo, vel alias suam voluntatem propalauit, secundum *Innocen. extra. de offic. ordi. cap. irrefragabili.* Item
11 suspectus † est iudex, qui magna dona recipit, nota *Ioan. An. in addi. Spe. tit. de iudice delegato.* §.
12 *superest videre.* Et nota † quod processus factus per iudicem suspectum est nullus, secundum
13 *Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Sed † an quis potest habere suspectos omnes sapientes ciuitatis? Dicit *Bal. in l. hoc modo. ff. de condit. & demonstrat.* quod qui habet omnes de ciuitate suspectos, præsumitur hoc facere in fraudem, si causa est parua, quæ extra ciuitatem commode committi non potest, secundum *Rat.* & *Dinum. Empero les causes patrimonials*: Ibi est octaua pars, in qua reseruatur ius in causis patrimonialibus Comitatuum Rosilionis & Ceritaniæ, vsque ibi, *volents & ordinants*, vbi est nona & vltima pars, in qua extenditur præsens constitutio ad causas etiam pendentes. Hoc dicit vsque in finem. Et sit pro longo caiu. ¶ Sequitur expositio litteræ super text. *les causes.* intellige causas etiam crimi-
14 nales, quia verbum *causas*, † continet criminales, vt notat *glos. in l. causas. C. de transact.* Facit *cap. forus. extra. de verbor. signifi.* vbi de hoc. & ita dixi in curia Ferdinandi *cap. ne ex beneficio.* super verbo *causas.* Faciunt *l. 2. & 3. C. vt intra cer. tempus cri. quæstio termi.* ad idem in *l. properandum. C. de iudi.* Vnde † causa simpliciter commissa intelligitur commissa ciuilis & criminalis, secundum *Ioan. An. extra. de rescriptis. cap. dispendia. lib. 6.* in Nouella, & *Bal. in Spe. tit. de delegato. in §. supereſt videre. versi. Quid si certus.* & *eod. tit. §. fin. versic. Quid si Princeps.* & vidi in registro domini Ferdinandi litteram, quæ expresse euocat causas criminales & ciuiles, & alias vidi. Quid sit causa vide *extr. de verbor. signifi. cap. forus.* & adde quæ scripsi supra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. causæ.* Et intellige hoc quod dicit, *les*
16 *causes*, scilicet, † de causis per sententiam non
17 decisis; quia causa † est à casu quo venit nondum examine discussionis patefacta, vt dicto *cap. forus*, secus est enim de causis decisis per sententiam quæ transierit in rem iudicatam, quæ merentur executionem, & non cognitionem: ad hoc alleg. *l. fin. C. sen. rescindi non posse.* cum *glos.* facit bene text. in *l. 1. C. de contractibus iudi.* & *l. 1. C. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur*, quia executio rei iudicatæ habet fieri per ordinarum Vicariæ vel Baiuliæ rei de qua agitur,
18 vel domicilij condemnati; & ideo † causa executionis non potest euocari, & ita vidi determinari in Audientia Gubernatoris. Idē vidi postea seruari in Audientia Regia, & idē est in executione censualiū, quæ non potest euocari, vt in cō stitutione supra *proxi. c. 1.* & credo quod bene, saluo iudicio Regiæ Maiestatis. Sequitur in text. *de*
19 *pubill.* Quis † dicatur pupillus vel impubes, dixi supra *coll. 6. in curia Montissoni c. impuberibus.* vi-
20 de & adde quæ ibi scripsi. Sed † nota, quod licet iure Romano ætas pupillaris distinguatur inter mares & fœminas, quia masculus dicitur impubes vsq. ad quatuordecim annos completos, fœmina vero vsque ad duodecim annos, vt dixi in dicto *cap. impuberibus.* & legitur & notatur *extra.*
21 *de despon. impu. cap. 1.* Attamen † de iure Gotico nulla facta differētia sexus dicuntur pupilli infra quinde-

Digitized by Google

quindecim annos, vt in *Got. lib. 4. tit. 4. c. 1. Regum.* quod vtroq. relictus parente pupillus vocetur: *l. Discretio est pietatis, sic fore consultum minoribus, vt non patiamur dominum sustinere damna iustæ possessionis, ob hoc licet paruuli relicti tantum à patre nuncupentur pupilli, hactenus tamen quia constat matres, scilicet quamdiu honeste viuunt, nec remaritari cupiunt, vt in vsat. Vidua frequenter impendere non minorē curā erga vtilitatē filiorum. Imo decernimus per hanc legem filios relictos ab vtroque parente, hoc est patre vel matre infra quindecim annos nuncupandos pupillos post mortem, ergo ante mortem patris non dicuntur pupilli, quamuis sint minores quindecim annis. Sed possunt dici impuberes, de quo per glos. C. quando Imperator inter pu. & viduam,* &c. Sed tamen quoad testificandum per aliam legem Goticam requiritur tam in mare quam in fœmina, quod impleuerint quatuordecim annos: vt in *Gotis lib. 2. tit. 5. cap. in quibus amis possint testificare minores. l. Hæc ætas erit cōstituta in minoribus annis, & admittenda ad testimoniū, vt postquam puer aut puella impleuerint quatuordecim annos suæ vitæ, indubitata licentia testificandi sit illis in omnibus causis criminalibus.* & sic est contra 4. q. 3. §. *Item in criminali.* ¶ Et hæc lex Gotica in effectu habetur in vsaticis Barcinonæ, *capitulo, nullus homo vel fœmina testificare potest vsque ad quatuordecim annos completos.* Ecce textus vsatici, ex quo iuncta dicta lege Gotica, *Hæc ætas*, nota,
22 quod † nullus potest esse testis nisi post complc tos quatuordecim annos, etiam si fuerit fœmina.
23 ¶ Item † nota, quod quilibet cuiusq. sexus post completos ipsos quatuordecim annos potest esse testis in omnibus causis, ergo in criminalibus etiam, quod videtur contra de iure communi Romano: vt *ff. de testibus. l. antepenult.* & in *Decretis* 4. q. 3. §. *Item in criminali.* vbi vide de hoc. Sed vidi in his practicari communiter secundum leges Romanas & canones, sed forte non bene quoad primum, quia dictæ leges Goticæ, & præsertim dictus vsat. non sublatæ, imo confirmatæ videntur, prout dicam infra *eod. collatione cap. confirmantes, loantes, & approbantes,* super verbo, *les quals conuocacions.* vide ibi in *q. Sed ex quo de tot legibus Goticis,* &c. ¶ Vlterius nota, quod ætas
24 pupillaris † in filijs militum vel hominum de paratico est vsque ad viginti annos, vt in vsat. *Tutores vel Bainls,* dic vt ibi notatur per *Doct.* Et de præscriptione contra pupillos per leges Goticas erat aliud quam per leges Romanas, vt in *Gotis lib. 4. tit. 3. cap. 2. l. quotiens actio.* vide ibi. Attamen videmus, quod in his seruamus in practica communiter leges Romanas, & canones, saluo quod non currit minor præscriptio triginta annorum. de quo nota per *Doct.* in vsat. *Omnes causæ.* quæ est lex Gotica. vide etiam in vsat. *Hoc quod iur. est sanctorum.* & quæ scripsi supra *collatione proxi. cap. hauents acor.* ¶ Sequitur in textu, *vi-*
25 *dues,* quæ † sit vidua, vide per *Doctor.* in vsat. *Vi-*
26 *dua,* dicitur etiam † vidua quæ numquam maritum habuit. *ff. de verb. signifi. l. malo.* Item dicitur
27 vidua, † quæ virum habuit, sed mortuus est: *34. dist. cap. vidua.* & nota de hoc per *Hostis. extra. de consangui. & affi. cap. ex litteris.* & per *Bal. in fin. in*
28 *proœmio. in 2. diuisione.* Item † dicitur vidua, quæ habet virum, tamen inutilem. argum. *l. si.* cum *glo.*
29 *C. ad le. fal. de plagia.* Item nota, † quod vxor gaudet priuilegio viduarum viro bannito: vt *l. 2. C. ad l. fal. de pla. in glos.* Sed in contrarium facit text. in *authen. quemodo oportet Epis. §. 1.* & *§. cum*
30 *fisco.* Vxor † quæ habet virum bannitum, dicitur vidua, & gaudet priuilegio viduarum. de quo in *l. 1. C. quando Imperator inter pu. & viduam.* secundum *Ioan. de Platea,* qui ita notat *insti. de pu. iudi. §.*
31 *est inter publica.* ¶ Et † nota quod causa viduarum non spectat principaliter ad Ecclesiam, nisi quoad protectionem: *extra. de offic. dele. cap. significantibus.* in *1. glos. & de foro competen. cap. ex tenore,*
32 & *capit. ex parte.* ¶ Item † nota, quod vidua pulchra non cogitur morari cum hærede iuue-
33 ne. Et † de vestibus viduæ, vide per *Bal. in l. quamuis. C. de legatis.* & adde quæ scripsi supra *in curia Perpiniani. cap. hac nostra.* super verbo *in omnibus vitæ necessarys.* & per *Doct.* in dicto vsat. *Vidua. §. ad cuius tamen euidentiam.* ¶ Sequitur in
34 textu. *pobres.* de paupertate & qualiter probetur, antequam huiusmodi euocatio causarū fieri possit, vide *Cinum* & *Butrium in l. actor. C. de probat.* Item *Iacob. de Aren.* & *Kay. in l. paupertas. ff. de excusat.* Item *Bar. in l. si constante. ff. solut. matrim.* Item vide supra *colla. 9. in curia domini Regis Ferdinandi c. ne ex beneficio.* dic vt ibi scripsi latissime de hoc, & de priuilegijs paupertatis. & adde notata per *Bal. C. de Epis. & cleri. l. si quis ad declinandam. in vers. Quis enim.* Quādoq. lex dicit & limitat qualiter debet accipi paupertas, & tunc standum est dispositioni legis; quandoq. lex hoc non limitat, & in casibus in quibus paupertas operatur paruum præiudicium, tunc relinquitur arbitrio iudicis, alias iudicatur ex qualitate factorum. de quo dic latius per *Bar. in l. si constante. ff. solut. ma-*
35 *trim.* Item † nota, quod vbi litigantes fuerint notabiliter pauperes, nullum debet ab eis exigi salarium, etiam pro expensis, vt dicitur in *capit. statutum. §. prouisuri. extra. de rescriptis. lib. 6.* & notat *Innocent. in cap. 1. de Summa Trinit.* Di-
36 ues † dicitur qui est opulens in pecunijs, locuples in fundis, & hæreditatibus. ita dicit *Gui. in capitulo, hæc autem. 30. dist.* pauper, qui vix
37 ex † suis laboribus viuere potest. ¶ Et nota,
38 quod † ex eo datur hoc priuilegium pauperibus, quia de facili opprimuntur: vt *vigesima tertia dist. quæst. 5. cap. Regum.* & *11. quæst. tertia, cap. pau-*
29 *per.* Et princeps † tenetur succurrere oppressis, vt in vsat. *Altium namq.* & dicto *c. Regū.* & hoc præsertim contra potentes, quorum natura est vt opprimant pauperes, vt *l. 1.* & ibi nota per *Ioan. de Platea. C. de censibus & censito. libro 11. Pascua leonis onager, sic pascua diuitum pauperes.* vide in *Epistola 1. Iacobi 2. cap.* ¶ Sequitur in textu, *è al-*
tres personas miserables. de hoc, quæ dicantur per-

ſonæ miſerabiles, dixi in dicto *cap. ne ex beneficio.*
40 Quare cum huiuſmodi † cauſæ pauperum & miſerabilium euocantur, eſt oppreſsio cauſa, quoniam iſti facilius opprimuntur: 11. *q. 3. cap.*
41 *pauper.* & 23. *q. 5. cap. Regum.* quid † autem ſit oppreſsio, vide in *l. ſi. C. quando liceat ſe vin.* & *C. de præ-*
42 *dijs curialium. l. 1. lib. 10.* Sed numquid † quilibet oppreſſus ex cauſa oppreſsionis ſibi à potente illatæ, poterit extra Principatũ trahere oppreſſorem? Videtur quod ſic per vſat. *Alium namque*, quia de his non cauetur in hac conſtitutione, ergo veteri iuri eſt relictum. Tamen credo contra, quia omnis oppreſſus poteſt dici miſerabilis reſpectu ſui oppreſſoris, quia potentioribus pares eſſe non poſſumus, & ſubueniendum eſt oppreſsis, tanquam miſerabilibus: oppreſsio
43 enim miſeria eſt. ¶ Et † nota etiam quod miſerabiles perſonæ dicuntur omnes, quibus datur curator, ſecundum *Hoſtien.* vt notat ipſe *extra. de poſtulan.* facit *l. 1. §. fin.* & *l. ſeq. ff. de poſtulando. cap.*
44 *vltimo.* Item † nota, quod hæc conſtitutio, & dicta, *ne ex beneficio*, & omnes leges, & omnia iura, quibus dantur priuilegia propter paupertatem, limitantur per *l. quiſquis. de cenſi. & cenſito. lib. 11.* quia intelliguntur de paupertate non callide, nec fraudulenter procurata, vt ibi, & *l. finali. §. finali. ff. qui bonis credere poſſunt.* vide de hoc per *Ioannem de Platea* in dicta *l. quiſquis.* & *l. ſi per*
45 *æquatorem. C. de cenſi. & cenſito.* ¶ An autem cauſæ † miſerabilium & alimentorum poſsint agitari tempore feriato, dic per *Anton. de Butrio in capitulo conqueſtus. extra. de feriis.* & in *Spe. eod. tit. §.*
46 *ſequitur. verſic. Porro.* Nota † quod cauſæ potentum contra pauperes debent in conſiſtorio Principis tractari, quia de natura potentum eſt opprimere pauperes, vt in *Epiſtola Iaco. 2. cap.* vbi dicitur: *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?* & ad Principem ſpectat ſuccurrere oppreſſo, vt in vſat. *Alium namq.* & in *cap. Regum 23. q. 5.* & forte in tali caſu non eſſet neceſſaria aliâ informatio, ſed ſecus eſt per conſtitutionem Regis Ferdinandi *cap. ne ex beneficio*, ſed forte ſufficeret probare nobilitatem vel potentiam aduerſarij, & qualiter alius eſt baxiæ & humilis conditionis, adde quæ dixi ſupra *eod. in verbo pobres. §. & nota quod ex eo.* faciunt
47 hæc, quod † cauſa libertatis hominum de redimentia ſit euocabilis & conſiſtorialis. Et cauſæ libertorum & aliorum miſerabilium, ſaltem ſecundario ſpectant ad Eccleſiam Romanam: 82.
48 *diſt. cap. 1. 2. & 3.* Nota † quod cauſæ miſerabilium perſonarum debent potius ex canonibus, quam legibus decidi, ſecundum *Anto. de Butrio in cap. cleri. de iudicijs.* & in *cap. bona. de poſtula. prælat.* & idem in cauſis tangentibus publicam vtilitatem. idẽ *Ant. in c. tuam. de ætate & qualitate.* & idẽ in legato monachis facto, ſecundum *Ioan. Fa. inſti. per quas perſona nobis adquiratur.* Et idem in hac patria, in qua habent in ſubſidium iudicare ſecundum æquitatem, quam ſemper canones amplectuntur. vide & adde quæ ſcripſi ſuper vſat. *Iudicia curiæ.* & in *curia Regis Martini cap. Item ſenyor quels Cancell.* ¶ Item nota, quod hic dicit de cauſis in curia cœptis per perhorreſcentias, vel per appellationes, quia illæ non remanent penes Gubernatores, ſed redeunt ad Vicariam eandem vel viciniorem, iuxta dictum *cap. ne ex beneficio. §. & ne inde naſcatur.* & de cauſis appellationum dixi ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap. 14. Item quod cauſæ Vicariæ.* cum ſuis concord. ¶ Sequitur in text. *que ſon, o ſeran en noſtra Audiencia comenſades.* dic idem, ſi ad eandem per euocationem introductæ fuiſſent in ipſa Audientia Regia; & ita ſeruatur inconculſe, & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legi. l. minime.* ¶ Sequitur in text. *que no puguen eſſer tretes daquell*, ſcilicet, *Prin-*
49 *cipat.* Et † hoc iuſtum & æquum fuit, ne litigantes ex peregrinatione curiam extra Principatum ſequentes incurrant inopiam & miſeriam, vt in *auth. de exhi. & intro. reis.* in prin. *colla. 5.* & ibi *gloſ.* & in *auth. vt omnes obedi. iudici. Prouinciarum.* circa prin. *colla. 5.* ibi in fin. *verſ. Quid enim durius.*
50 & §. ſequenti. cauſæ † enim debent tractari intra Prouinciã: vt 3. *q. 6. cap. vnaquæq.* & *cap.* ſequẽ-
51 ti. Eſt † & alia ratio, quia dominus Rex de cauſis Cathaloniæ cognoſcit, vt Comes Barcinonæ, & Princeps Cathaloniæ: ergo non debet de eis cognoſcere extra Principatum, licet olim extitorit aliter obſeruatum; forte fiebat propter vnionem Regnorum: *arg. l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omnium iudi.* Facit vſat. *Omnes homines*
52 *firmare debent.* vide quæ ibi dixi. Et † regulariter cauſæ non debent trahi extra Prouinciam: vt in *auth. vt omnes obe. iudi. Prouin. colla. 5.* & in *cap. volentes.* ſupra *collatione proxima.* cum ſuis concordantijs. ¶ Sequitur in textu, *Ans ſien continuades.*
53 ¶ Quæro hic, † quid ſi dominus Rex eas in Cathalonia, priuſquam recedat, ſententiauerit, & ab eadem ſententia fuerit ſupplicatum? Reſpondeo, iſte caſus eſt omiſſus, & talis quod non decet inferiorem cognoſcere de ſententia Principis ſuperioris; & de hoc eſt pragmatica Regia, quæ prohibet de hoc fieri commiſsionem, & ideo eſſet optimum ſuper hoc prouideri. Sed vſitatur quod dominus Rex recedens à Vicaria committit cognitionem talium cauſarum ſupplicationum: ita quod fiat concluſio cauſę, & ſententia ordinetur nomine domini Regis in eius Audientia, vbicumque fuerit publicanda: & hoc ſonat hic verbum *comminades, finides*, &c. argum. ad hoc *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior*, ſolus
54 ergo † Princeps de ſui clementia benigne admittit ſupplicationem aduerſus ſententiam, & eam idem ipſe in melius commutat: vt in *authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impera. offe.* & ideo de cauſa ſupplicationis huiuſmodi adhuc poterit cognoſcere Princeps etiam exiſtens extra dictum Principatum; & credo quod ita ſeruetur. Vidi tamen ſeruari, quod dominus Rex exiſtens in Regno Neapolis per ſuas litteras mandauit

cauſas

cauſas miſerabilium etiam per tres ſententias per eius Locumtenentem in hac patria recenſeri,& iterum ſententiari; & male iudicata in melius recenſeri,& commutari;quia res iudicata nõ concludit Principi qui ex ſui regalia audit poſt rem iudicatam, & ſubuenit oppreſsis iuxta vſat. *Aliam namque.* vide *Iacob. de Calic. in ſua Margarita Fiſci 8. dubio. verſi. Quarta quia Princeps.* adde quæ ſcripſi infra *eod. cap. confirmantes.* ſuper verbo *tenuiſſent iuſtitiam.* in fine.¶ Sequitur in text. *en la Audiencia del Gouernador general*, ſubaudi, omniũ Regnorum & terrarum domini Regis,& iſte ha-
55 bet † eſſe Primogenitus vel alius Infans domini Regis. Et æquiparatur Prætecto Prætorio, à cuius ſententia non appellatur,ſed ſupplicatur: *C. de ſen. Prafecti Prætorio. vnica.* & *ff. de offic. Prafect. Præto. l. 1. §. hic autem.* Et hoc eſt in eo ſpeciale,& in alio, quia ipſemet dat reſtitutionem in integrum contra ſuam ſententiam, & non alius: vt *ff. de mino. l. in cauſa*, in fin. argum. contra infra *eod. §. è ſis ſdeuindra.* Solue, vt ibi dicam.Sequitur §. *Si no era que lo miſerable*. Nota verbum, quia non ſolum eſt hoc priuilegium pauperis, ſed etiam cuiuslibet alterius miſerabilis quia ratione priuilegij miſerabilitatis. Teneo,limiter
56 de † iure, quod ex quo cauſa legitime fuerit euocata, aut alias in Audientia Regia cœpta, quod ibidem,etiam ſi locus Audientiæ mutetur, debeat terminari,per *l. vbi cœptum.* & *extra. de appellatio nibus cap. vt noſtrum.* cum ſimilibus.& probatur in *conſtitutione Cernaria, quia per reſervationes.* quoniam ibi eſt ſpeciale in Gubernatore,ergo contrarium in Rege eſt ius commune. Non obſtant conſtitutiones de cauſis Baiuliarum, vel Vicariarum,quia ex quo cauſa eſt facta Audientiæ,iam nõ eſt Baiuliæ,nec Vicariæ:vnde amodo non cognoſcet inferior ſine commiſsione Principis. Sed licet hoc ita de iure communi, fallit hodie iuxta conſtitutionem *Regina Mariæ cap. tollentis lo abus. §. & anadint.* vide ibi habet perſona miſerabilis optionem,an malit litigare coram Principe,vel eius Locumtenente, an coram ordinario, vt hic,& *C. quando Imperator inter pu. & dnam*,&c. *l. vnica.* vide ibi *Bal.* & hoc eſt quod hic ſubijcitur,*axi com li es promes & legut*,ſcilicet,de iure communi Romano.quia quod fauore miſerabilis eſt introductum, non debet retorqueri in eius diſpendium,argumen.*C. de legi. l. quod fauore*, poteſt ergo renunciare ſuo priuilegio: vt *ff. de mino. l. ſi iudex.* & *extra. de foro competen. cap. ſi*
57 *diligenti.* vnde pauper † poteſt variare iudicium,vt notat *gloſ.* in dicta *l. vnica. C. quando Imperator inter pu. & viduam.* hoc tamen non intelligitur de cauſa iam deciſa. Facit *Cle. dudum. de ſepul.* alias eſt *Cle. religioſi.* in fin. *de decimis.* Nota
58 tamen quod paupertas † doloſe procurata non prodeſt, vt *C. de cenſitis & cenſitoribus. l. quiſquis. lib. 12.* vide ibi latius per *Ioan. de Platea*,& ſequitur *in conſtitutione Regis Ferdinandi cap. ne ex beneficio.* Et
59 † per hoc videtur, quod ſi per diuitem fiat ceſsio pauperi,vt ſic cauſa poſsit euocari, q̃ non valeat ceſsio.nec poſsit fieri cauſæ euocatio: quod credo verum, vbi ceſsio facta eſſet doloſe vel ſimulate,vel ex cauſa voluntaria; quia doloſis non debet beneficium huiuſmodi ſuffragari, licet prohdolor ſæpius viderim contrarium.Sequitur in text.*lo ordinari*,ſubaudi, vel delegato,
60 quem † Princeps ad ſupplicationem miſerabilis poterit delegare in aliquo loco Vicariæ, vbi ſit copia peritorum, alias in viciniori: vt infra *eod. in verſic. E per aquella ſera hant recors.* argum. ſupra *colla. 9. in curia domini Ferdinandi cap. ne ex beneficio. §. & ne inde naſcantur.* ſimilis optio datur miſerabili ſupra *colla. proxi. cap. occurrens. verſic. Aço prouehit.* & ibi nota ſuper verbo *è volra com-*
61 *parer en la Audientia*. Sed † quid de cauſis aliorum non miſerabilium, quæ ſint cœptæ in Audientia Regia, ſi curia recedat à loco, numquid venient ad Gubernatorem vel ordinarium vel ſequentur curiam? Crederem de iure communi, quod debent ſequi curiam infra Cathaloniam, quia vbi cœptum eſt iudicium,&c.& de hoc eſt *concluſio Rota 42.* in fin.dic,imo de abuſu conſiderato iure communi; quia ex quo Princeps manum appoſuit in cauſa, abdicata eſt iuriſdictio inferioribus;ergo non poſſunt amodo ordinarij ſe intromittere de cauſa ipſa ſine ſpeciali commiſsione Principis, maxime quando emanauit inhibitio;& quod ſecus factum fuerit, eſt omnino nullum: verumtamen per *conſtitutionem Reginæ Mariæ*,ſupra *colla. proxi. tollentis lo abus. §. E anyadint.* etiam hodie cauſæ Audientiæ Principis eo recedente poſt decẽ dies redeunt ad ordinariũ, vt ibi dicitur.vide quæ ibi ſcripſi. Sed de more video ſeruari in hac patria, quod ipſo facto per receſſum cedit ad ordinariũ: ſicut eſt de Gubernatore expreſſum *in curia Cernariæ c. præterea, quia per reſervationes*. Sed aliquando fiunt delegationes iuriſperitis infra locum vnde curia ſic receſſit;& ita minime ſunt mutanda, &c. pro hoc faciunt conſtitutiones *de cauſis extra Vicariam vel*
62 *Baiuliam non extrahendis.* Sed † quid de cauſis ſupplicationum à ſententijs Regijs interpoſitarum? Reſpondeo, conſueuerunt etiam extra Cathaloniam per Principem diffiniri. Sed & vidimus ſeruari, quod Rex taleſ cauſas committit infra Vicariam, reſeruata ſibi ſententiæ prolatione.
63 ¶ Sed † pone quod altera pars eſt vidua dives, altera pars eſt vnus pupillus pauper, cuius erit electio? Reſpondeo, pauperioris, cuius miſerabilitas præponderat: vt *l. verum. §. fin. ff. de minoribus.* Facit *l. iubemus. C. ad Trebell.* hoc videtur tenere *Bal. in authen. habita. C. ne filius pro pa.* facit *l. qua. ff. de ſta. ho.* Et ita pauperior poterit impedire euocationem fiendam: ſed forte poſt factam in caſu recurſus Principis erit optio eius qui cauſam fecerit euocari, vt dixi; & ita credo debere intelligi prædicta. Tu vero amplius cogita, & vide quid ſeruetur in practica. ¶ Sequitur §. *E ſi eſgarra*, ibi, *haner re-*

tors, ſubaudi, quaſi dicat, tales miſerabiles perſonæ non poſſunt principaliter habere recurſum ad Gubernatorẽ, pro euocando de nouo cauſam, quia hoc eſt ſpecialis regalia, & prærogatiua Principis, vt hic, & dicta *l. vnica, quando Imperator.*
64 & dixi in dicto *c. ne ex beneficio.* vnde † Gubernator poteſt de cauſis per euocationẽ Regiã cœptis, Rege recedente, cognoſcere de volũtate miſerabilis; ſed non poterit de nouo euocare. Et ſic nota, quod Princeps per hanc conſtitutionẽ ſe reſtrinxit, vt cognitionẽ cauſæ ex cauſa miſerabilitatis euocatæ remittat intra Principatũ. Sed
65 numquid † ex priuilegio poteſt concedere, ne poſsit cauſas pauperum & aliarum miſerabilium perſonarũ euocare: ſicut vidi tale priuilegiũ fore nouiter conceſſum monetarijs Barcinonæ? Reſpondeo quod non, quia Princeps non poteſt ſibi auferre regaliã recurrendi ad eum, niſi renunciaret ſedi Regiæ, ſecundũ *Inno. in c. cum ven. ext.*
66 *de cenſibus*, quod nõ † eſt verũ per reſcriptũ, ſed bene per conſtitutionem generalẽ cum coadunantia in curijs generalibus editis, vt patet hic, & ſupra *eod. in conſt. cenſualium & violariorũ.* & ita vidi determinari ſemel in Audientia; & credo quod bene, per vſat. *Aliũ namq.* & melius 23. q. 5. *c. Re-*
67 *gũ.* Sed † licet Princeps exiſtens extra Principatũ poſsit de nouo cauſas euocare, tamen habebit hodie per hanc conſtitutionẽ cognitionẽ earum remittere Gubernatori, vt hic ſubijcitur in littera, *Ans la dexam cometre al dit Gouernador.*
68 Sed † an perſonæ miſerabiles pro cauſis ſuis poſsint habere recurſum ad iudicium Eccleſiæ? Reſpondeo ad hoc, quia aut agitur petitorio; & tunc non niſi in caſu, quo iudex ſæcularis eſſet negligens, vt *extra. de foro competen. cap. ex tenore.* Aut agitur poſſeſſorio, & tunc eſt locus peruentioni, vt *eod. tit. cap. ex tranſmiſſa.* de quo nota la-
69 tius per *Doct.* in alleg. *cap. ex tenore.* Attamen † curia Regia non patitur, quod per laicum vel alios contra laicum habeatur recurſus ad iudicem Eccleſiaſticum ratione alicuius miſerabilitatis, & ſic ſeruatur in hac patria, niſi iam alias eſſet cauſa legitime introducta, & lis conteſtata in foro Eccleſiæ. vide *Inno. extra. de verb. ſignifi. cap. ſuper quibuſdam.* in fine. vel ratione ſacrilegij, iuxta *c. cum ſit generale. extra. tit. de foro competen.* vide & adde quæ ſcripſi in *Sũmula de Afflictionibus & Op-*
70 *preſſionibus.* ¶ Sed † quid ſi antequam Gubernator, cui taliter cauſa fuerit commiſſa, vel auctoritate huius conſtitutionis reuerſa ad eum talem cauſam ſententiauerit, dominus Rex redeat in Principatum, numquid poterit, hoc non obſtante, procedere & ſententiare, antequam ſibi fuerit per dominum Regem regreſſum facta inhibitio? Et breuiter tenui quod ſic, & communiter omnes in Audientia Gubernatoris hanc partem tenuerunt, duobus tantum exceptis non magnę auctoritatis, qui tenuerunt contra propter verbum *abſenti*, à contrario ſenſu. Sed dic, quod licet abſentia Principis ſit cauſa non extrahendi cauſam à Principatu, & committendi eam Gubernatori, non tamen commiſsio commenſuratur, nec reſtringitur ad certum tempus, niſi aliud in commiſsione diceretur, vt quia forte cauſa fuerit cõmiſſa quamdiu Rex abeſſet, vel donec rediiſſet: tunc enim ipſo regreſſu ceſſat commiſsio. Et ceſſat argu. à contrario ſenſu propter abſurditatem quæ ſequeretur, quoniam cauſæ prolongarentur, quod eſt contra mentem legis & conſtitutionis: *extra. de dolo & contu. c. finem.* & ſupra *colla. 9. c. volentes noſtros.* cum ſuis concor. & ſi ſecus voluiſſet Princeps, id dixiſſet: argum. *extra. de decimis. c. ad Audientiam*, pro quo facit littera quæ ſequitur ſtatim, ibi, *qui aquells ab conſell de lurs aſſeſſors & altres notables iuriſtes hagen à determinar*, pro-
71 pter † verbum *hagen*, quod importat neceſsitatem. Et per hoc eſt reſtricta poteſtas Gubernatoris, & eius aſſeſſoris, quia tales cauſas habent cũm conſilio notabilium peritorum determina-
72 re: vnde videtur quod † aſſeſſor non poſsit concludere contra vota maioris partis Doctorum & peritorum Audientiæ: & idem credo de Vicecãcellario vel Regente Cancellariam in Audiẽtia Regia, vt dixi ſupra *colla. proxi. cap. per donar orde.* alias fruſtra adijcerentur alij notabiles iuriſperiti. Et quia dicit, *notables*, patet quod † debet
73 attendi auctoritas & ſcientia peritorum in dubijs: arg. *l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. ho.* ¶ Ex quo nota, quod dominus Gubernator non poterit has cauſas quoad diffinitionem alteri delegare. Sed
74 quid † ſi ſolus Gubernator abſq. conſilio aſſeſſoris protulerit ſententiam, an valeat? *Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de executoria. verſ. Quarto.* arguit pro & cõtrà, & finaliter determinat quod non valeat;
75 cũm enim ſtatutum † requirit quod ſententiam ferat cum ſolemnitate conſilij: ergo ſine dicto cõſilio non valet tanquam ſolemnitate à ſtatuto requiſita non obſeruata, vt *l. qui Romæ. §. ſtamus. ff. de verbor. obliga.* facit quod eleganter dicit *Bal.* & *Ioan. de Imola in l. 1. ff. de libe. & poſthum.* Nota ta-
76 men, † quod non obſtante tali ſtatuto in re clara iudex non tenebitur ſpectare conſilium ſapiẽtum, ſecundũ *Iaco. de Aren.* & *Bar. in l. ille. §. cum verbis. ff. de lega. 3.* & *Bal. in l. 2. C. de le.* & *Ang. in l. ſi*
77 *ſic ſtipulatus. de verb. oblig.* Item † illud ſtatutum intelligitur ſi conſilium fuit petitum ab aliqua partium, antequam cauſa ſit inſtructa, vel antequam ſit facta aſsignatio ad ſententiam, vel ante finem inſtantiæ. vide *Antoide Butrio in cap. cum in veteri. extra. de elect.* & ibi *Bal.* ſuper *Innocent.*
78 Item † illud verum niſi iudex viderit fruſtratorie peti conſilium, iuxta notata in *l. quidam. ff. ſi cert. peta.* vide etiam *Ioan. And. in addi. tit. de requiſi. conſilij. §. 1.* & adde quæ ſcripſi ſupra in *cap. vt autem hæc ſtatuta. in curia Regis Ferdinandi collatione 9.* adde notata per *Bar. in reper. l. 1. §. ſi plures. ff. de exercitó. ac.* vbi de hoc latius. Sed
79 numquid † aſſeſſor poterit recuſari tanquã ſuſpectus ex cauſa? Reſpondeo quod ſic. ſuper quo vide *extra. de reſcriptis. capit. ſtatutum. libro ſexto.* &

melius

melius per *Doct.in capitulo primo.extra.de iudicijs.* & *glossa, decima quinta quæstione, capitulo septimo,*
80 *Episcopus nullius.* ¶ Item † nota, quod non poterit Gubernator tales causas sine consilio talium peritorum determinare & diffinire. Et est casus singularis, quod requiratur collatio siue consilium peritorum. Ad idem in causa hæresis, vt in *capitulo, statuta.§.iubemus, extra. de hæreticis.libro sexto.* pro quo facit supra *collatione proxima.cap.per repos.* vide & adde quæ ibi scripsi super verbo, *notables iuristes.* quid de Vicecancellario vel Regente Cancellariam domini Regis, dixi supra *collatione proxima. cap.per donas orde.* Et
81 nota quod vbi caput † Concilij est suspectum, totum Concilium est suspectum, secundum *Bal.* qui ita notat *C. si Rector Prouincie.l.* 1. ¶ Sed po-
82 ne, † quod Gubernator de consilio solius assessoris, non habita collatione vel consilio aliorum peritorum, in tali causa miserabilium protulerit sententiam, numquid valet huiusmodi sententia? Respondeo quod non. Imo est nulla ipso iure, tamquam lata contra formam commissionis, & huius constitutionis, per quam est eidem data potestas sub hac forma substantiali, iuxta notata in dicto *capitulo, Per repos.* & supra *collat. 9. cap. als procuradors fisc.als,* faciunt notata supra *collat.proxim.cap.lo scrivan de la taula.* Et quia lata sententia sine hac collatione præsumitur minus plene deliberata; & sic non valet, vt *extra.de restit.in integrum.cap.tamen ex litteris.* & supra *collat.*
83 *proxi.cap.per donar orde.* & ibi nota. Et † quia per ampliores homines perfecta veritas reuelatur. *C.de fideicom.l.fi.* & 64. *dist. cap. extra conscientiam.* & ibi *glo.* & *cap.prudentiæ. de offi.dele.* vide quæ de sportulis & salarijs iudicum, executorum, notariorum, & aliorum iudicialium notat latius *Ioan. de Platea instit.de actio.§.tripli.*

Additio Magnifici Francisci Franc.

Bencell. Archi. & alij in *cap.statutum.de rescrip. lib. 6.§.assessorē.* & *glo.* super verbo, *quod ab.* & *Doct.* di-
84 cunt † quod si pauper & dives litigant, pauper erit liber ab expensis, & dives soluet partem suã, & non grauabitur propter pauperē. Facit quod notat *Bal.in l.fi. C.de fruc.& lit. expen.* quando iudex vnam partem liberat, non tenetur aliam liberare partem, licet vna pars sit pauper, non tamen propterea dives excusatur ab expensis partis suæ; quia pauper non in totum excusatur; sed præstat cautionem, & satis tantum habet exceptionem dilatoriam. Finis additi.

85 Sed quæro, † an teneantur isti iudicare secundũ allegata? & videtur quod sic, vt notatur *ff.de officio præsi. l. illicitas. §. veritas.* circa quod dic: aut quæris in iudice vniuersali, vt in Principe: & ille potest secundum conscientiam iudicare, quia dominus causarũ subditorum reputatur. Idcirco vt domini Principes ordinent vel iudicent, vt *l. bene à Zenone. C.de quadrien.prescrip.* circa prin. nã ipsi sunt etiã in causa propria iudices, vt *ff.de his quæ in testa.l.proxi.* & *de hæredi. instituti. Tiberianus.* &

notatur infra *eod.coll.c.vlt.* Aut quæris in iudice particulari, & tunc aut habet conscientiã informatã, vt iudex, & tunc potest secundũ conscientiã iudicare; sic *l.minor.ff.de minor.in glo.* & *ff. de testibus.l.* 3. *§.l. Iulia.* Aut non habet conscientiã informatam vt iudex, sed vt priuatus. Et tunc aut quæris circa processum bene ordinandũ; & tunc potest, vt *ff.de quæstio.l.quis modus.ff.de interlo.ac. l. verũ.* Aut quæris in decisorijs litis, & tunc habet secundũ allegata, & probata iudicare; sic *§. veritas.* præalleg. & ibi *Petr.de Bellapertica.* secundum *Gui.* qui etiã notat in *Rosario.3.q.7.iudicet.* & per *Doct.in c.1.de offi.iudi.ordi.* & *instit.quib.mo.tu.fi.* fu-
86 per *glo.* Quod † autem dictũ est de Principe, credo verũ, dummodo seruet constitutiones, & iurà Cathaloniæ, quæ iurauit noster Rex obseruare, & tenetur ex contractu. vide quæ scripsi super vsat. *Aliũ mmq.* Sequitur in tex. *§. E lo dit Gouernador general,* &c. ibi, *no puxē pēdre res per lurs scriptures dates dites causas.* Et ita videtur, quod de scri-
87 pturis in causis pupillorũ, viduarum, & aliarum miserabiliũ personarum non possit exigi salariũ scripturarum in curia domini Gubernatoris. Secus in alijs curijs inferiorũ à contrario sensu. Sed credo idẽ de iure, licet non seruetur, & male: iudex enim nõ debet exigere sportulas à pauperibus, vt in *auth.de mand.prin.§. sit tibi quoq.* Et nota,
88 quod † si vna pars in iudicio habet priuilegiũ, alia pars potest vti eodem priuilegio in eadẽ causa. *C.de fruc.& litis expensis.l.vlti.* quod tamen non seruatur in hac patria quoad salaria iudicialia, scilicet, iudicũ, scripturarũ, & alia huiusmodi, quia hic pauperes nõ sunt omnino liberati, quia præ-
89 stant cautionẽ. Nota, quod † æqualitas in iudicijs est seruanda inter litigantes, vt quantum soluit vnus pro sportulis, tantum soluat alter, & non plus. Et si vnus ex speciali priuilegio nihil soluit, quantumcumq. subcubuerit, & aduersario in expensis condemnatus fuerit, vt *l.fi. C.de fruc. & lit.expen.* & notatur per *glo.ff.de constit.prin.l.vlt.* & *glo.in c. si quis cũ clerico.9.q.* 1. super verbo *sportulaꝝ.* Et † hic est casus, in quo priuilegiũ personale egreditur personã, & transit in aduersariũ ratione iudiciarij æqualitatis seruandæ, vt notat *Ioan. de Platea in l.in sacris.C.de proximis sacrorũ scrin.lib.* 12. facit *extra. de mu. pe.c.*2. vide *Din.in regula.in iudicijs non est acceptio personarũ habendu.in vers. Itẽ debet & in iudicijs.* Et ex his videretur, quod litigans cũ paupere debeat habere simile priuilegiũ præstandi cautionem. Sed secus est, quia non admittitur cautio nisi propter inopiã, &c. quæ causa inopiæ cessat in aduersario diuite. Sed ecce
91 nobiles † in curia non soluunt iura sigilli, cum litigantes sunt præsentes in curia; ergo videretur ꝙ eorũ aduersarij debeãt gaudere simili priuilegio, per prædicta: ꝙ tamẽ non seruatur de facto, sed forte male. Sed dic, hoc intelligendũ solũ de causis pauperũ. de quibus est probata paupertas, iuxta formã dicti *c. ne ex beneficio.* vt ibi notatur; & hoc probat littera quæ sequitur hic, *de la cau-*

cio de la qual los pobres & miſerables acuſtumen de preſtar en la Audientia, & ſupple, *reyal*, quia videmus, quod in Audientia Regia nullus admittitur ad huiuſmodi cautionem, niſi pauperes; quia
92 pupilli † & viduæ, ſi alias ſint diuites, habent ſoluere ſcripturas & alia ſalaria, ſicut alij, & ita inconcuſſe obſeruatur in Audientijs tam domini Regis, quã Gubernatoris; quia licet omnes miſerabiles perſonæ habeant priuilegium euocationis cauſarum, non tamen habent immunitatẽ ſoluendi ſalaria ſcripturarũ, vel alia, niſi tantum veri pauperes prædicti: ratio diuerſitatis nota eſt, præſtant tamen cautionem pauperes iuxta
93 *cap. Odoardus. extra. de ſolutionibus.* quoniam † pauperes nõ excuſantur à ſoluendo, niſi quãdiu durat paupertas: parit enim exceptionem dilatoriam, ſed non peremptoriam, iuxta notata per *Antonium de Butrio*, quem vide late in dicto *cap. Odoardus.* & vide quæ ſcripſi ſupra *coll. 4. in 3. curia Barcino. cap. 21. Item quod omnis homo, & omnis fœmina.* Sequitur in tex. §. *E per ſemblant volem les cauſes noſtres patrimonials*. Quæro hic quæ dicatur
94 cauſa † patrimonialis domini Regis? Reſpondeo, dominus Rex eſt caput Reipublicæ ſui Regni, & habet duplex patrimoniũ, ſcilicet patrimoniũ, quod dicitur fiſcus; & aliud, quod dicitur patrimoniũ Cæſaris, hoc eſt ipſius Regis; fiſcus enim dicitur quaſi fixus & firmus, quia ipſe ſolus eſt diues & ſoluendo: *ff. de fundo dotali. l. 2.* Item vi-
95 des † quod fiſcus litigans non ſoluit aliqua ſalaria, ergo videtur quod eius aduerſarius debeat ſimili priuilegio vti & gaudere, per *l. ſi. C. de frue. & litis expenſis.* Et hoc credo verum de iure, & eſſet valde iuſtum & æquum obſeruari, tamen de facto ſeruatur contrarium: ſed non vidi fieri contradictionem; quia ſi foret, fieret. & deberet obtineri propter æqualitatem in iudicijs obſeruandam. Facit *de regulis iuris cap. non licet actori. lib. 6.* Item
96 dicitur † fiſcus camera Imperialis ſeu Regalis: vt *l. bene a Zenone. C. de quadrienny præſcriptione.* & notat *gloſ.* & *Bar. in l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10.* vide *Bal. in l. 2. §. cum autem. C. de caducis tollen.* & *Iacob. de Calicio in Margarita Fiſci in 2. dubio.* ¶ Et ibi nota, ſecundum *Bal. in l. 1. C. de hære. vel ac. ven.*
97 quod † Reſpublica habet duo patrimonia, vnũ appellatur fiſcale, puta introitus & exitus cameræ fiſcalis, hoc eſt emolumenta quæ proueniunt theſaurario Regio extra patrimonium Regis, iuxta notata in dicta *Margarita Fiſci 6. 7. & 8. dubijs.* ¶ Aliud eſt patrimonium fiſci ſeu domini Regis, vt ſunt redditus, lezdæ, cenſus, tributa, cœnæ, & huiuſmodi iura, quæ habent regularem præſtationem in ciuitatibus, villis, aut caſtris, vt probant prædicta iura, & *l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fiſci.* & de iſto patrimonio loquitur præſens conſtitutio. ¶ Tertio modo dicitur fiſcus burſa, arca, ſaccus, domus, ſeu ærarium, vt probat text. in *l. in Prouincijs.* & ibi *gloſ. C. de numerarijs & actuarijs. lib. 12.* ¶ Dici-
98 tur † etiam fiſcus ſaccus ſine conſcientia, & perſona imaginaria duræ ceruicis, & ſemper rigoroſus, & numquam vel raro æquus: vt in dicta *Margarita Fiſci in 3. dubio. verſic. 58.* ¶ Sed
99 an fiſcus & Reſpublica ſint idem, vide *ff. qui po: in pig. ha. l. ſi pignus.* & ibi vide *Angel.* & *Bar. in l. 1. C. de iur. fiſci. lib. 10.* & *Docto. in l. Reſpublica. C. ex quibus cauſis maio.* & per *gloſ.* & *Gui. in l. 1. C. communia. de ſucce.* & adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. in curia Monteſſoni cap. prouidentes.* ¶ Quarto modo dicitur fiſcus, ideſt procurator fiſci, qui agit: & conuenitur, vt notat *Iacob.* in dicta *Margarita in 2. dubio.* vide ibi latius. ¶ Secundo quæro,
100 quis † poſſit cognoſcere de cauſis patrimonialibus huiuſmodi, de quibus loquitur præſens conſtitutio, prout ſunt lezdæ, &c. Reſpondeo, de iſtis conſueuit cognoſcere Baiulus Generalis Cathaloniæ in Cathalonia, & Procurator Regius, qui eſt iudex patrimonij in cauſis iſtis in Comitatibus Roſsilionis & Ceritaniæ regulariter. Et etiam dominus Rex de eiſdem poteſt & conſueuit cognoſcere in ſui Audientia. Attamen non ipſe per ſe cognoſcit, ſed eius Cancellarius, Vicecancellarius, aut Regens Cancellariam vice & nomine ipſius domini Regis de tali cauſa patrimoniali cognoſcit: vt dicam latius infra *ead. cap. confirmants, loants, & approbants.* ſuper verbo, *E lla on ſien condenats.* adde notata in *Margarita Fiſci 3. dub. verſ. 28.* Et hoc verũ ipſo Rege exiſtente infra Principatũ Cathaloniæ; quia hodie nõ poſſunt trahi extra ipſũ Principatum, niſi pro cauſa ſecundæ appellationis, vt dicitur hic in hoc §. & ſequenti §. *Exceptades les ſegones appellacions.* Nota
101 † quod ſtatutum diſponens generaliter ſuper deciſionibus cauſarum non comprehendit cauſas ſpeciales pauperum, viduarum, & miſerabilium: *C. de pæ. iudicis qui.* & *l. ſi procuratorem. §. ignorantes. ff. man.* ſecundum *Antonium de Butrio concl. 46.* Fa-
102 cit † pro Baiulo Generali, vt in cauſis patrimonij Regij poſsit vti & procedere ad occupationem temporalium ſuo caſu, non obſtantibus capitulis curiæ ſancti Cucufatis, vt dixi infe-
103 rius in §. ſequenti. Item nota, quod Rex † pro cauſa concernente ſuũ intereſſe, poteſt trahere ſuos ſubditos in quãcũq. partẽ Regni. vide *l. proxime. ff. de his quæ in teſtamẽto delentur.* & *Bal. in de pace conſtantia.* in verbo, *& quæ omnia conſenſu non ſunt.* Fallit vbi per conſtitutionẽ vel priuilegiũ aliter eſt prouiſum, vt in caſu huius conſtit. cũ ſimi. Sequitur hic in tex. *no puxẽ eſſer tretes ne enuades, ne eſſer conegut en alguna manera fora lo dit*
104 *Principat.* Sed † pone, q̃ cauſa patrimonialis fuit introducta in Audiẽtia Regia, ſicut poteſt indubitanter; quæro ad quẽ reuertetur poſt receſſum Audiẽtiæ? Reſpõdeo, tunc reuertetur ad Baiulũ
105 generalẽ, qui † eſt iudex ordinarius Regij patrimonij: nõ enim poterit tractari corã vicesgerẽti Gubernatoris, qui de talibus nũ poteſt ſe intromittere. iuxta pragmaticas officij Baiuliæ Generalis, nõ enim eſt idẽ, ſicut de miſerabilib⁹, quia

ſi vo-

Digitized by Google

si voluisset, dixisset: Immo dixit, *& per la semblāt*,
106 &c. ergo non idē. Sed † quæro hic an istæ causæ patrimoniales possint extrahi à Vicaria? Respondeo, quod sic, vt hic innuitur: & hoc ideo, quia ista causa non dicitur causa Vicariæ, vt dixi supra *colla. proxi. cap. volentes.* & hoc tenet latius *Iaco. de Calicto* in dicta *Margarita Fisci, in tertio dubio prin.* circa prin. imo melius in *octauo*
107 *dubio. vers.* 172. vide ibi latius: est † enim causa patrimonialis potius causa Baiuliæ generalis, quæ habet totum Principatum Cathaloniç pro territorio. Item est causa regaliæ & consistorialis, quæ non comprehenditur sub generalitate constitutionum. ¶ Et nota, quod nisi hic expresse dixisset de causis patrimonialibus, non venirent sub generalibus verbis constitutionis, quia
108 causæ † patrimoniales, sicut & aliæ regaliæ, non comprehenduntur sub generalitate verborum constitutionis, nisi quatenus de eis expressum fuerit, vt *extra. de reg. iur. cap. in generali.* cum simili. quod facit pro me, quia alias dixi, quod dominus Gubernator non possit cognoscere de causis pacium & treugarum in vim huius constitutionis, quia gubernator de regalia pacis & treugæ non poterat ante huiusmodi constitutionem cognoscere, nec se intromittere, nisi per appellationem, & iuxta constitutionem domini Ferdinandi *cap. vt autem hec statuta.* Habet etiç Allelor tenens tabulam, & vnico verbo huius constitutionis non est credendum, velle tot constitutiones, & iura de causis pacis & treugæ coram Gubernatore non ducendis voluisse renocare. argum. *l. si quando. C. de inoffi. testa.* & quia (vt dixi) causæ regaliarum non veniunt sub generalitate verborum constitutionis, nisi expressim de ipsis regalijs caueatur: vt per ista etiam tenui semel in collatione, quæ tenebatur per Ba-
109 iulum generalem Cathaloniæ, † quod ipse posset contra Episcopum facere processum occupandi temporalitates pro quæstione patrimoniali, quia capitula curiæ sancti Cucufatis generaliter loquentia, & in quibus nulla fit mētio de Baiulo generali, nec de causis patrimonialibus, non debent extendi ad patrimonialia domini Regis ex quo expresse de eis non cauetur, & quod non mutatur, &c. & plures ita tenuerunt: licet quidam contra. Cogita tamen notata per *Iaco. de Calic. in de prærogatiua militari. §. attendentes, quod ad nos solum pertinet iudicare & recognoscere de personis generosis*, &c. vide ibi. Nota
110 ex his, † quod Gubernator, vel Vicarius, aut alij non possunt in criminalibus iudicare de personis nobilium & generosorum sine consensu Principis, licet de facto quandoque factum fuit per iudicium procerum Barcino. vide *Calic. octauo dubio. vers.* 136. *in Margarita Fisci.* Verumtamē de facto seruatur contrariū, quia videmus inconeusse seruari, & practicari, quod dominus Gubernator se intromittit de causis principalibus pacium & treugarum in vim huius constitutionis euocatis. Et potest esse ratio, quia hoc casu cognoscit vt locumtenens Regis absentis auctoritate huius constitutionis, & licet eius Allelor non tenet tabulam, attamen habet in his casibus causas determinare necessario cum consilio aliorum notabilium iurisperitorū, vnde non poterit Gubernator de his causis facere commissionem extra suam Audientiam, etiam quod ordinetur sententia de consilio vnius, vel duorum, nisi forsan de consensu partium expresso: quod satis est æquum: & sic practica ista est verus intellectus, & interpretatiua huius constitutionis, vt *l. si de interpretatione. ff. de legi. & extra. de consue. cap. cum dilectus*, cum simil. & sic
111 minime sunt mutanda, &c. ¶ Sed nunquid † de causa pacis & treugæ, vel alia ex causa perhorrescentię poterit Gubernator cognoscere? Dic vt notatur supra *collat. 9. cap. ne ex beneficio. §. & ne inde castantur.* Nota, quod regulare est quod
112 dominus † Rex de causis Cathalanorum & Cathaloniæ non cognoscit extra Principatum Cathaloniæ; & hoc videtur etiam de iure communi, quoniam causæ non debent trahi extra Prouinciā per iura allegata superius, super verbo, *que no puguen esser tretes.* ¶ Sequitur §. *Excepiades les segones appellacions de les prop dites causes patrimonials.* ergo à contrario de alijs causis non pa-
113 trimonialibus nullatenus poterit dūs † Rex existens extra Principatum Cathaloniæ cognoscere, etiā in causis secundæ appellationis, quia causæ etiam secundæ appellationis in alijs quā patrimonialibus, & alijs regalijs non poterunt extrahi, nec cognosci extra Principatum. Imo habent cognosci, & committi infra Vicariam, vt in dictis constitutionibus loquentibus de causis Vicariarum, vel saltem coram Gubernatore ex causa euocationis miserabilium personarum, vt hic. Vnde nota, quod causæ patrimoniales nō sunt causæ Vicariarum, quia nec Vicarij, neque Baiuli possunt de talibus cognoscere. Sed dominus Rex potest, & consuenit vbique intra Principatum cognoscere & cognosci facere, & ad sui libitum delegare. Vide *Iaco. de Calicto in sua Margarita Fisci. octauo dubio. vers.* 172. ¶ Sequitur in textu, *stants nos fora lo dit Principat nos reseruam que puxam conexer.* Hic ergo habes
114 clarum, quod dominus † Rex cognoscit de causa sua patrimoniali: quod est verum, tamen cognoscit per alias personas, vt dixi supra & infra *eod. cap. vlti.* vide ibi latius. ¶ Sequitur in textu §. *E jis esdeuendra, que del dit Gouernador general, o portāt veus daquell sia emesa appellacio alguna.*
115 Nota † hic, quia videtur, quod à generali Gubernatore possit appellari, & sic videtur contra quod dixi supra *eod. cap.* super verbo, *en la Audiencia del Gouernador general.* Solutio De hoc est valde mirandum, quia in creatione, & constitutione potestatis generalis Gubernatoris, vt ego alias vidi, continetur expresse, quod ab eo, cum sit Præfectus Prætorio, nō possit (vt *ff. de offi.*

offi. prefecti pretorio. l. unica) appellari, ſed ſupplicari, vt dixi ſupra. Tamen quia hæc conſtitutio eſt poſterior, dicas hic ſpeciale, vt in cauſis miſerabilium, & patrimonialium poſsit etiã à generali Gubernatore appellari ad Prin-
116 cipem. Ecce † priuilegium Regium eſt conceſſum Conſulibus maris Barcino. quod contra rem iudicatam per eos, & eorum iudicem appellationis nullus etiã minor audiatur: ponе, quod cõtra pupillum fuit in Conſulatu res iudicata, nunquid poterit pupillus habere recurſum ad Principem, non obſtante dicto priuilegio? Certe ſemper tenui & tenebo, quod ſic: licet contra viderim iudicari: ſed non bene, quia priuilegiũ eſt à Deo miſerabilibus conceſſum, quod Reges eis faciant iuſtitiam, quam eis non poſſunt denegare, nec alij conferre hanc regaliam, neque à ſe abdicare, niſi renunciauerint ſedi Regiæ, vt 23. q. 5. *cap. Regum*, & nota *gloſ.* & *Doct. extra. de cenſi. cap. cum ven.* & tu ita teneas ſuper ãnima
117 mea. Et † eſt ratio, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam, quia cum iſtæ cauſæ ſint de regalijs, quas Princeps à ſe non poteſt abdicare, ſecundum *Inno. extra. de cenſibus. cap. cum ven.* mirum ergo ſi per appellationem iterum deuoluantur, & redeant ad Principem. Ita tamen, vt non ipſe exiſtens extra dictum Principatum cognoſcat, niſi in caſu ſupra *eod.* §. *exceptades.* ſed vt ipſas cauſas appellationum infra ipſum Principatum decidendas iterum committat.
118 Nota, † quod per euocationem cauſarum non intelligitur euocari cauſa iam deciſa, nec executio, vt *l. fi. C. ſen. reſcin. non po.* cũ *gloſ.* facit bene textus in *l. 1. C. de cõtracti. iudi.* & *l. de quibus cauſis ad eundem iudi. eat. extra. de verb. ſignifi. cap. forus*, & adde quæ ſcripſi ſuper *cap. ne ex beneficio. curiæ Regis Ferdinandi.* & ita ſeruari, & practicari videmus de viceſgerente: ſed hoc non eſt nouum: nondum tamen vidimus caſum de appellatione emiſſa à generali Gubernatore, qui non fuit nec eſt primogenitus hodie, & ſereniſsimus Infans Ioannes frater & generalis Gubernator Regnorum domini Regis, non eſt vſus, cum fuerit, & ſit effectus Rex Nauarræ: & ideo nondum eſt quo ad eum moribus vtentium, vt deceret, per §. *leges 4. diſt.* Sed (vt dixi) tene, quod hic ſtatuitur, & eſt ſpeciale (vt dixi) in iſtis cauſis miſerabilium euocatis, & in cauſis patrimonialibus. In alijs vero ſecus, cũ ſit æquiparatus Præfecto Prętorio, & hoc probat littera textus, quæ hic ſubijcitur, *en alguna de les cauſes dels dits pubills vidues*, &c. quaſi dicat, in alijs cauſis nil im-
119 mutatur, &c. quia quod † non mutatur, veteri iuri relinquitur. *C. de app. l. præcipimus*, cum ſimil. ¶ Sequitur in textu, *è per aquella ſera hant recors à nos*, quaſi dicat, non eſt neceſſe recurri ad nos,
120 quia † Gubernator de conſuetudine poterit vice Regia dare commiſsionem in cauſa talis appellationis ab eodem emiſſæ: quod intellige vt dixi ſupra *collat. 6. in curia Cernariæ. cap. præterea, quia per reſeruationes.* valet enim talis conſuetudo dandi iudicem, iuxta notata per *Angelum, ff. de iudi. l. cum prætor.* §. *is quoque.* Sed ſi ad Regem exiſtentem extra Principatum fuerit habitus recurſus, habebit cauſam committere alicui de iuriſperitis decidendam infra Vicariam domicilij conuenti, in loco tamẽ vbi poſsit copia peritorum haberi: & hoc totum ſubijcitur hic. ¶ Sed quod dicit de Vicaria domicilij conuenti, eſt verum, niſi forte res, de qua agitur,
121 fuerit ſita alibi: quia † ratione rei, de qua agitur, ſortitur quis forum: vt ſic cauſa dicatur illius Vicariæ vbi eſt ſita res, & hoc in reali; in perſonali vero attenditur locus domicilij conuenti, vt hic, & *extra. de foro compe. cap. ſane.* & *cap. vltim.* & ſupra *colla. 2. in ſecunda curia Barcino. cap. 18. Item, quod nulli homines.* vbi de hoc & ita hæc conſtitutio determinatur per illum, vt vitetur iurium correctio, *extra. de elect. cap. cum expediat. lib. 6.* & leges priores trahuntur ad poſteriores, & è cõtra: vt *ff. de legi. l. non eſt nouũ.* cũ *l.* ſequẽti. non enim eſt credendum, dominum Regem, & curiam generalem vnico verbo voluiſſe tollere conſtitutiones de cauſis Vicariarum loquentes, quas habes ſupra *colla. 2. in ſecunda curia Barcino. cap. 14. Item quod omnes cauſæ quæ ſunt de Cathalonia. vel Comitatu Barcino.* & *cap.* ſequenti. vide ibi cum ſuis concor: vt *C. de exoffi. te. l. ſi quando.*
122 & *extra. de elec. cap. Eccleſia veſtra.* ¶ Et † quæ dicuntur cauſæ Vicariæ, dixi ſupra *collat. proxi. cap. volentes.* ¶ Sequitur in textu, *è ſi no ns baura*, ſubaudi, ſcilicet, *Iuriſtes, ſi ſauis en dret.* de quibus præmiſi concor. ſupra *colla. 9. cap. ne ex beneficio.* §. *& ne inde naſcantur.* vide quæ ibi ſcripſi, & ſupra *colla. proxi. cap. per donar orde.* & *cap. per repoſi.* Et per hæc iura habes, quod hodie non poſſent fieri tales cõmiſsiones in villis Biſulduni, & Campirotundi, quia in ipſis non habitant iuriſperiti, nec in eis poſſet de facili copia peritorum haberi; ſuper quo vide notata per *Doct. extra. de reſcriptis. cap. ſtatutum. lib. 6.* Et quia littera loquitur de iuriſperitis in plurali, non ſufficeret ibi eſſe vnum ſolum, ſed forte ſufficerẽt duo, quia pluralis locutio duorum numero contentatur: vt *extra. de reg. iur. cap. pluralis. lib. 6.* Secus ſi dixiſſet, *copia*, vt quælibet pars poſſet ibi habere aduocatum; & iudex habere conſiliũ; quia ſicut cauſa principalis in Audiẽtia domini Gubernatoris requirit peritorum conſilium, ſic etiã requiritur in cauſa appellationis, quæ debet maturius perſcrutari. Verumtamen non annullabitur commiſsio facta in loco, vbi ſaltem duo reperiantur iuriſperiti: quia hæc conſtitutio ſimpliciter loquitur *de iuriſtis.* & non dixit aliquid de *copia*, nec de notabilitate, ſicut dixit ſupra *eod.* §. *E ſi alguna, verſi. qui aquelles ab conſell.* ¶ Sequitur in textu, *en altre pus prop Vegaria.*
123 Nota verbum *pus prop*, quia patet. † quod debet attendi quæ minus diſtat; quia licet plures Vicariæ ſint confines illi, & vna non poſsit dici magis

magis confinis. Attamen vna potest dici propinquior, alia considerata distantia principalis loci, & tribunalis Vicariæ. Vnde debebit talis commissio fieri in loco alterius Vicariæ minus distanti à tribunali propriæ Vicariæ, & ita debet intelligi quando fit commissio ex causa perhorrescentiç, de quo scripsi latius supra *collat. 9.* in sæpe dicto *cap. ne ex beneficio. §. & ne inde nascantur iniuriæ* super verbo, *illi viciniorem*. & vi-
124 de ibi quæ dicatur vicinior. Et qui † dicantur proximiores vicini, notat *Bart. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius in 4. q.* ¶ Sequitur in textu, *On ne huge.* subaudi, *de iuristes.* & hoc ideo magis requiri-
125 tur, † quia causæ appellationum necessario habent committi iurisperitis, vt supra *colla. 2. in secunda curia Barcino. cap. 14. Item quod omnes causæ.* & *c. se.* iuncto *cap. vt iuxta.* supra *in curia Montissoni. colla. 6.* vide & adde quæ scripsi super §. *adiicientes insuper.* ibi enim est prohibitum causas appellationum committi alijs, quam iurisperitis. Et potuit esse ratio, quia magis requiritur iurisperitus in causa appellationis, quam in principali: pro eo, quod magis habeat cognoscere de ritu, quam de recto: & ritus vertitur in apicibus, & subtilitatibus iuris, an scilicet valuerit appellari, nec ne; & huiusmodi. ¶ Sequitur in textu §. *Empero en les causes patrimonials dels dits Comptats de Rossello, & de Cerdanya, no volem per la present constitutio esser prejudicat.* subaudi, quia de illis forte non cognoscit dominus Rex, etiam in, & de causis secundarum appellationum vltra vel extra ipsos Comitatus, quia auditi, quod intus villã Perpiniani sunt iudex patrimonij Regij, & etiam iudices primarum, & secundarum appellationum, & habent sua priuilegia, quibus nullatenus præiudicatur per
126 præsentem: quia † vnaquæque Prouincia in suo sensu abundat. *extra. de sepul. cap. certificari.*
127 Nota † tamen, quod postea vidi determinari in Audientia Regia, quod dominus Rex potest de causis patrimonij sui dictorum Comitatuum Rossilionis & Ceritaniæ cognoscere in Audiẽtia extra ipsos Comitatus, etiam de causis appellationũ, non obstante dicto priuilegio, quod non comprehendit causas patrimoniales, & regalias, quia verba generalia priuilegiorum non comprehendunt causas patrimoniales, nec regalias, per *cap. in generali concessione. de reg. iur. lib. 6.* Quid est ergo, quod dicit hic textus in hoc §. *empero*, &c. Forte voluit reseruare sibi dominus Rex, quod in causis patrimonialibus dictorum Comitatuum possit cognoscere etiam extra Principatum, vt prius, non obstante ista constitutione. Vnde per hanc constitutionem nullatenus præiudicatur in causis patrimonialibus dictorũ Comitatuum. Stetur ergo iuri antiquo, & seruentur priuilegia iuxta eorum tenorem, *extra. de priuil. cap. porrò.* Nota igitur, quod hic *§.* limitat, & determinat §. *per semblant volem*, su-
128 pra *eod. cap.* Regulariter † tamen locorum diuersitas iuris varietatem non inducit: vt *C. de tempore in inte. pe. d. supernacuam.* & nota *glos. extra. de sta. mo. cap. 1. lib. 6. in glos. quia locorum.* & facit
129 *C. de ædifi. priuat. l. cum dubitatur.* Sed † mihi videtur quasi quoddam mõstrum, & quædam confusio, quod in eodem Regno, & in eodem Principatu sit tanta diuersitas legum & iurium, & pensorum & mensurarum: quia vidimus, quod lex Decalogi omnibus est communis, quia cuilibet præcipitur, *Non occides, non mœchaberis, non concupisces*; &c. Sic etiam leges Gotorum generaliter seruabantur per vniuersum Regnũ Hispaniarum, quantum se protendebat Regnum Gotorum: & dicunt quidã, quod à finibus terræ ad Narbonam, alij dicunt etiam vsque ad Prouinciam. Imo etiam Romam intrarunt Goti, anno Domini 540. tempore Vigilij Papæ. Vide Chronicam anno Domini 150. tempore Papæ Anastasij Secundi: & etiam tempore Marciani Imperatoris, & Arcadij. anno 401. quo decessit Albaricus Rex Gotorum. Sic & leges Romanorum: licet quandoque alia sit lex in Italia, alia in Prouincijs. Hodie vero præsertim in Cathalonia habemus vsaticos, & constitutiones pro generalibus legibus huius patriæ. Tamen multum diuersificatur secundum priuilegia, vsus, & consuetudines diuersorum locorum, vt sit vnus iurisperitus in vna ciuitate peritissimus, & expertus, & vix videatur peritus in practica alterius ciuitatis. Est etiam mirum, quod in eodem Principatu Cathaloniæ sit tanta diuersitas mensurarum, ponderum, & etiam
130 pecuniarum. Notã, † quod tempore guerræ in anno 1464. & 65. consiliarij Barcinonæ fecerunt diminui de ponderibus, & mensuris non sine graui periculo animarum, & contra *cap. vt mensuræ. extra. de emp. & vendi.* & habetur in *Deutero. cap. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus; nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit, vt multo viuas tempore super terram: abominatur enim Dominus qui facit hoc, & aduersatur omnem iniustitiam.* Vnde non mirentur Barcinonæ, si Deus visitat nos in virga ferrea, cum guerris, peste, fame, & varijs ac insupportabilibus tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis: quia deuorant plebem, vt cibum panis. Sed non mireris, quia tot capita tot sensus: nam diuersitatem corporum sæpe sequitur diuersitas animorum, *extra. de conce. præben. cap. quia diuersitatem.* Et vides, quod in habitu & incessu tanta est hodie diuersitas inter homines mares, & etiã mulieres, quod de mundo nil boni potest præsumi, quia in incessu, & habitu etiã cognoscitur homo: vt 41. *dist. cap. quisquis.* & §. *viti. vers. incessu.* & quasi per totam illam *dist.* Facit. *extra.*
131 *de præsump. cap. ex studijs.* ita quod ex † nimia diuersitate, & mutatione habitus deprehenditur varietas intellectus, vt ait beatus *Bernardus in quadam Epistola ad Ray. militem sanctis Georgij. cap. de vestibus*

Digitized by Google

de veſtibus nota, quod veſtis ſumptuoſa, &c. ibi, *petitio mulieris habentis veſtem, & veſtes quærentis, non indicat firmitatem.* quaſi dicat, Immo indicat inconſtantiam, & fatuitatem. Vnde merito habet locum illud *Eccleſiaſtes cap. 1. verſ. Vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus: peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus,* &c. & infra: *Dedique cor meum, vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, erroreſque, & ſtultitiam. Et agnoui, quod in his eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio,* alias indagatio, *vt qui addit,* alias addiſcit, *ſcientiam, addat, & laborem.* ¶ Sequitur in textu §. *volents, & ordenants,* &c. ibi, *mes encara a*

132 *les preſents, & pendentes eſſer ſteſa.* Vnde † & adde quæ dixi in *conſtitutione cenſualium.* ſupra *proxi. cap. 5. §. ſi empero ſera oppoſat, que del cenſal penge queſtio, o plet ara dada de la preſent conſtitutio.* Item vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. proxi. cap. a remoure.* in fi. cum ſuis concor. quia niſi hoc eſſet in conſtitutione noua expreſſum, non referretur ad pendentiam, vt *in authen. vt cum de app. cognoſcitur.* in prin. & ibi nota, & in §. 1. *collat. 8.* adde ſupra *collat. proxi. cap. prouidim.* in fin. & vide latius per *Ioan. de Plat. in l. diuæ memoriæ. C. de decurio. lib. 10.*

Dels homens propris, & de remenſa, è dels bens ſehents daquells. Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 *Homines de redimentia infra annum, poſtquam mutauerint domicilium alibi, tenentur bona ſedentia iuxta formam cõſtitutionis alienare perſonis nõ prohibitis, vel ea deferere, & renuntiare dominis directis, reſtituendo eiſdem eorum inſtrumenta. cætera vide in littera, & num. 2 declaratur num. 6. & 12. 13. 14. 16. 17. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & quomodo fiat proceſſus circa hæc. num. 7.*

3 *Præſcriptio an per pactum tolli poſſit. remiſſiue.*

4 *Domini non poſſunt male tractare ſuos ruſticos, & homines proprios.*

5 Item *præpoſitio quandoque repetit condemnationem, vel qualitatem præcedentem.*

8 *Honores, & poſſeſſiones quæ remiſſiue.*

9 Cap. Habito de homagio. in Commemor. Petri Alber. *approbatur.*

10 *Seruus globæ ſi per triginta annos fuerit in ſeruitio alterius curiæ, præſcribitur, ſecus ſi per ſe ſteterit.*

11 *Domicilium mutare cuilibet licet de iure communi.*

15 *Emere, vel vendere quis non compellitur regulariter.*

18 *Emphiteota ſi vult dimittere emphiteoſim, an liberetur à præſtatione penſionis: & quod de conſuetudine Gerundæ. num. 19.*

20 *Dominus an poſſit cogere vaſſallum, vt oſtendat ſibi pro quo faciat ſibi ſeruitium.*

21 *Titulum ſuæ poſſeſſionis an quis cogatur oſtendere. remiſſiue.*

22 *Commiſſi pœna in quibus caſibus locum habeat.*

24 *Lapſus temporis interpellat, & habetur loco citationis.*

25 *Citatione non præcedente ſententia diffinitiua ferri non poteſt.*

32 *Fuga an & quando faciat quem haberi pro confeſſo.*

33 *Fuga facit ſuſpectum tutorem de mala adminiſtratione, ſi ſe abſentet ne alimenta pupillo decernantur.*

34 *Dominus donare poteſt libertatis homines ſuos, & enfranquire bona, quæ pro eis tenentur.*

35 *Alienatio facta per adminiſtratores de rebus alienis, non valet, niſi ſit facta in caſu à iure permiſſo, & cum iuris ſolemnitate.*

36 *Per pactum, vel gratiam remitti poteſt, & fieri, quod ruſticus non obligetur reſidere in manſo. declaratur ibidem late.*

37 *Pater ruſticus filiæ, quæ nuptui tradebatur, dedit mille ſolidos ſub conditione quod ſi decederet ſine filijs peruenientibus ad ætatẽ teſtandi, teſtari poſſet de centum, & cum deceſſerit cum filijs impuberibus, & teſtanerit de omnibus mille ſolidis in fauorem viri; an dominus naturalis mulieris poſsit habere totum tertium ratione inteſtiæ ſibi pertinens de omnibus mille ſolidis, vel tantum de centum. & num. 38. & 39. 42. & 43.*

40 *Non ſoluere intereſt potius, quam ſolutum repetere.*

41 *Sequeſtratio regulariter prohibita eſt.*

44 *Pacta ſunt ſeruanda inter dominos, & ruſticos ſcriptitios, & alios homines proprios.*

45 *Domini non poſſunt licite, & ſine cauſa, & pro libito voluntatis male tractare ruſticos ſuos, & eis bona auferre. & declaratur* conſtitutio pacis, *quæ incipit,* Anno Domini. §. ibidem. *& n. 52. & 56. ſecus cũ iuſta cauſa. nu. 50.*

46 *Principes Cathaloniæ debent facere iuſtitiam, & ſeruare vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones Cathaloniæ, & capitula curiarum.*

47 *Rex etiam cum tota curia non poteſt facere legem iniquam contra legem Dei.*

48 *Ratio cogit leges fieri, vt humana improbitas metu earum coerceatur, vt vita innocentium ſit tuta.*

49 *Lex Principis terreni non poteſt tollere legem Dei.*

51 *Furtum etiam ſit ſolo animo.*

53 *Ruſticus debet reuerentiam domino, & veniam edicti petere.*

54 *Ruſticus accuſare non poteſt dominum ſuum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. & num. 73.*

55 *Dominus tenetur iuuare, & manutenere ruſticum, & hominem ſuum.*

57 Ruſticus *verbum in materia odioſa debet accipi ſtricte.*

58 *Domino non licet auferre coniugem ruſtico.*

59 *Male tractare, affligere, & opprimere quid.*

60 *Domino an licitum ſit auctoritate propria capere ruſticum, vel alium hominem ſuum. & nu. 61. & 63.*

62 *Vaſſallus habens caſtrum in feudum, ſi male tractat burgenſes caſtri, moneri poterit à domino, vt eos tractet modo debito, & conſueto; alias curia poterit ſibi auferre caſtrum.*

64 *Dominis non licet ſæuire in ſeruos.*

65 *Ruſtici non ſunt ſerui.*

66 *Dominus an poſsit vendere hominem ſuum, ipſo homine inuito, & non conſentiente.*

67 *Homo legius, qui non habet manſum, & qui vulgariter dicitur ſuuens homo, nõ poteſt vẽdi. declaratur n. 68.*

Domino

Digitized by Google

69 *Domino non licet male tractare hominem suum, nec seruum: quod si faciat, succurritur subdito, & seruo, indicis officio.*

70 *Dominus si immoderate seuiat in seruum, potest agere seruus contra dominum.*

71 *Statutum, priuilegium, vel constitutio non debent interpretari, vt finis contrarius inducatur eius, pro quo statutum est.*

72 *Sensus extraneus litteræ quis, & num.* 78.

74 *Ratio vbi vincit legem, possumus facere contra legem inhærendo rationi.*

75 *Constitutio de sui natura respicit futura.*

76 Auferre *verbum importat vim, & violentiam.*

77 *Constitutio humana non valeret, quæ concederet furari, vel rem alterius iniuste auferri.*

79 *Lex communis continens remissionem delictorum intelligi debet de præteritis, & non de futuris, & ratio traditur ibidem.*

ITem commemorants la constitutio en la Cort de Barcelona, &c. Casus. Confirmata constitutione, *Item in terris*, hic commemorata, & inserta, statuitur, & prouidetur hic contra homines de redimentia à gleba recedentes, & eam per annũ deserentes. Et quid de bonis eorum sedentibus fieri debeat, hic habetur: & hoc sit pro casu summario, quia non potest aliter sub breuibus congrue summari. Sed quia optima est, & practicabilis, & multa noua, & notabilia induxit; ideo eam legam per partes ad elucidandam eius materiam, & practicam. Vnde diuide eam in partes septem. Quoniam in prima parte commemorat, & inserit per extensum dictam *constitutionem, Item in terris*, quæ est supra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap.* 25. vide quæ ibi scripsi super eam satis notabiliter. Secunda pars est in §. *ajustant a la dita constitucio.* In
1 qua dominus Rex † addendo præinsertæ constitutioni, statuit, quod homines de redimentia, infra annum postquam se transtulerint ad habitandum alibi, teneantur bona sedentia iuxta formam præinsertæ constitutionis alienare personis non prohibitis, vel ea deserere, & renuntiare dominis directis & proprijs, restituendo sibi eorum instrumenta. Tertia pars est in §. *E si dms spay del dit any.* In qua dicitur, quod si infra dictum annum neutrum præmissorum fecerint, sit licitum dictis dominis lapso anno, ipso facto, & sine aliqua causæ cognitione, & absque citatione, dummodo sum marie constiterit dictum domicilium fore mutatum de facto, & auctoritate propria, ad eorum manus recipere dicta bona sedentia, quæ pro ipsis domimis directe tenentur, de quibus possint libere ordinare vigore præsentis constitutionis; nisi per pactum, vel alias dicti homines, & eorum bona fuissent libertati donati & donata. Saluo tamen iure creditoribus dictorũ hominum migrantium, si quod eis forsitan pertineret super bonis prædictis. Et nihilominus dicti homines tenerentur restituere dicta instrumenta, si habent: alias si sine dolo ea amiserint, iureiurãdo habeãt se purgare. Et promittere ea restituere, casu quo ad eorum manus deuenissent, ac etiam cum publico instrumento facere renuntiationem ipsis dominis de omni iure sibi pertinenti in & super dictis bonis sedentibus, ad quæ peragenda compellentur per Vicarium vbicumque reperti fuerint, quando pro parte dominorum fuerit requisitus. vide & adde quæ scripsi post *Iaco. de Cal.* in vsat. *Castellani, in q.* 5. ¶ Quarta pars est in §. *è mes*
2 *ajustant.* in qua adijciendo † statuitur, quod casu quo aliquis homo de redimẽtia, inuito eius dño, recesserit à mansata, & infra annũ à die recessus fuerit per dominum suum monitus cum publico instrumento, vel per officialem loci vbi reperietur, quod ad ipsum mansum redeat ipse homo, vel etiam fuerit facta requisitio huiusmodi voce præconis in capite Vicariæ, vel Subuicariæ territorij vnde recesserit, vel in ipso territorio, aut parrochia vbi consueuerit fieri proclama emittatur die fori, vel die dominica vbi non est villa fori. Ex quo talis requisitio, vel præconitzatio facta fuerit, & litteratorie intimata Vicario, vel Subuicario loci recessus; facta huiusmodi requisitione altero de dictis modis data electione domino quam viam elegerit, ex tunc homo ille aduersus dictum dominum præscribere non poterit sibi libertatem, nec opponere sibi vllam præ-
3 scriptionem. Sed † an per pactum possit tolli præscriptio, vide quæ scripsi infra *ead. cap. vlt.* super verbo, *per la present.* Quinta pars est in §. *E si dins lo dit any*, &c. In qua conceditur dominis facultas dandi querelam pacis & treugæ contra hominem suum alibi se transferentem, qui requisitus non redierit infra annum; & ita hic videtur casus, in quo datur querela pacis & treugæ pro causa ciuili, regulariter secus, vt in *cap. cordi.* supra *collat. prox.* ¶ Sexta pars est in §. *E si apres quel senyor.* in qua est prouisum super minis factis per dictos homines recedentes, vel alios pro eis; ita quod si constiterit, ipsas minas verbo, vel scriptis, aut alias emanasse, postquam dominus dictam aprobationem bonorum immobilium præ dictorum in vim huius constitutionis fecerit aduersus ipsos dominos, vel eorum procuratores, vel dictorum bonorum possessores, aut cultinatores, siue cultores, his casibus & quolibet ipsorũ tales homines minas inferentes, vel fieri facientes sunt ipso facto â pace & treuga electi, & habent locum contra eos pœnæ, & processus *constitutionis domini Regis Ferdinandi*, quæ incipit, *Com molts entenents à fer mal*, &c. quæ habet locum, & extenditur ad casus constitutionis huiusmodi. ¶ Septima pars est in §. *E si los senyors semblants manasses*, in qua denegatur audientia, & beneficiũ huius cõstitutionis dõminis similes minas facientibus. Hoc dicit per extensum, & in longo, ac breuiter constitutio huiusmodi, quam nota, quod vtilis & necessaria est, ac lucrosa. Et dominum in causa famosa forte non est necesse petere veniam. Item adde casum in *l.* 1. & 2. *C. in quibus causis coloni, vel cẽsiti dominos accusare possunt.*

lib. 11. & in *Commemorationibus Petri Alberti, ſi. quæ & quanta ſint iura quæ dominus habet in homine ſuo.*

4 Et † facit, quod domini non poſsint male tractare ſuos ruſticos, & homines proprios. de quo dixi ſuper *Sacramentali Gerundæ, cap.* 5. ¶ Sequitur

5 expoſitio litteræ ſiue textus, *Item.* hæc † dictio, *Itẽ* quandoque repetit conditionem, vel qualitatem præcedentem, de quo dic late per *Bart. in l. in repetendis. ff. de legatis tertio.* ¶ Sequitur in textu, *Item in terris.* Hæc conſtitutio hic inſerta eſt ſatis declarata, vt dixi: quare non multum oportet mo-

6 rari in ea. Sed † nota, quod iſta conſtitutio, & ſibi ſimiles habuerunt initium ex cõſtitutione, quæ eſt ſupra *colla.* 3. *cap.* 28. *Item ordinamus & ſtatuimus, quod ſi aliquis ruſticus,* &c. Et exinde proceſsit in diœceſi Gerunden. quædam vſantia, quæ eſt tenoris ſequentis. *¶ Si aliquis manſus deuenerit ad beneuiſitum, dominus manſi poteſt accipere manſum ad manum ſuam, facto prius proceſſu cum cauſæ cognitione per iudicem ipſius domini ordinarium, & ſententia præcedente, alias autem niſi præcedente ſententia inde lata, nõ cenſetur ad beneuiſitum deueniſſe. Et alij domini, pro quibus ruſticus manſatæ tenebat terras, quæ deueniũt ad manus eorum facto ſtabilimento manſi per dominũ, tunc prædicti domini, pro quibus tenentur dictæ terræ, tenentur prædictas terras tradere, & reddere ruſtico ſtabilitato. Et inde debent habere medium tertium, & medium laudimium, facta communi extimatione dictarum terrarũ, quia ipſi domini non tenentur recipere à ruſtico prædictum medium tertium, & medium laudimiũ, pro rata, iuxta valorem denariorum, quos habuit dominus pro ſtabilimento manſi à ruſtico ſtabilito. Si vero terræ mãſi à proprietate domino manſi nõ ſufficiunt ad eius cẽſum, annuatim dominus debet percipere de ſuis terris, quod poteſt, & reſiduum, quod deficit, debet habere pro rata cuiuslibet dominorũ prædictorum tenẽtiũ dictas terras. Tũc autẽ dicitur manſus venire ad beneuiſitũ, cũ nullus ſucceſſor apparet, alias ille ſuccedit. C. cõmunia vtriuſq. iudicij. l. poſſeſſionum.* ¶ Item eſt cõſuetudo, quod ſi manſus meus deuenit ad me propter defectũ perſonarũ, & ego ſtabilio alijs ipſum manſum, quod ille, cui ſtabilio, non tenetur, nec etiam ipſe manſus ad debita, quæ debeat prædeceſſor; & hoc ſi inde feci proceſſum, & mãſus fuerit ex hoc mihi

7 ſententialiter adiudicatus. ¶ Et nota, quod fit iſte proceſſus in curia Gerundæ iſto modo: quia citãtur deſertores manſorum voce præconis, vt infra ſex menſes redeant, alias deſerta nõ recuperabũt: iuxta *l. locorum.* & quę ibi notantur, *C. de omni agro deſerto. lib.* 11. vide in vſat. *omnes homines debent iurare.* vide quæ dixi *in mea Compilatione vſantiarum in rubrica, quando manſus deuenit ad beneuiſitum,* &c. & in *rubri. de iuribus Eccleſiaſticis. cap. Item ſi manſus deuenerit ad beneuiſitum.* ¶ Sequitur in textu, *nõ poſ-*

8 *ſint tenere honores, nec poſſeſsiones.* Qui † dicãtur honores, vel poſſeſsiones, dic late per *Iaco. de Cal.* in vſat. *ſi quis ſe miſerit.* ſuper verbo, *de ſuo honore.* & melius in vſat, *tutores.* §. *ruſtici.* & dixi ſupra *colla. proxi. cap.* 2. ſcilicet *in proœmio* 2. ſuper verbo, *honoris regalis.* Item nota hic, quod hæc cõſtitutio non ſolum loquitur de manſis & bordis, ſed etiam de alijs emphiteoticarijs. ¶ Sequitur in textu, *prout in quolibet loco eſt fieri aſſuetum.* Nota hic approba-

9 ri conſuetudinem, † quæ eſt inter *Commemorationes Petri Alberti. cap. habito de homagio.* tamen prohibetur, quod amodo non ſe transferant ad loca Regia; & ſic videtur concedere & confirmare de locis Eccleſiarum, nobilium, & aliorum. Sed de his qui erant in locis Regijs tempore huius inſertæ conſtitutionis, diſponit in *verſ. de hominibus vero dictorum locorum,* &c. vt ſequitur hic. ¶ Sequitur in textu, *vel præſcriptione anni,* &c. Nota, quod

10 ſeruus † glebæ, qui per triginta annos eſt in ſeruitio alterius curiæ, præſcribitur, ſecus ſi per ſe ſteterit, quia tunc nec per triginta annos præſcribitur, quia non præſcribit ſe ipſum, vt *C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum. l. præſcriptio*

11 *nem. C. de fun. Reipu. l. enim.* alias † cuilibet licet mutare domicilium de iure communi, vt *l. nihil. ff. ad municipales.* de hoc notatur *ff. de decurio. l.* 1. *in gloſ.* quæ incipit, *ad inſtar ſeruorum,* &c. ¶ Sequitur §. *Ajuſtant a la dita conſtitucio.* Hic eſt ſecũda pars. ¶ Sequitur in textu, ibi, *ciutats, viles, llochs, caſtells, è termens daquells, axi noſtres, com de qualſeuol altres perſones,* ſcilicet, Prælatorum, Baronum, nobiliũ, de quibus loquitur in *Comme. Pet. Alber. c. habito*

12 *de homagio.* Et nota, † quod non ſolum ciuitates, ſed etiam villæ, caſtra, & alia loca murata gaudẽt huiuſmodi libertate præſcriptionis anni, menſis, & vnius diei: iuxta conſuetudinem generalẽ Cathalonię commemoratam per *Petrũ Alberti* in dicto *cap. habito de homagio.* licet quædam loca etiam habeant de hoc priuilegium ſpeciale, tamen per

13 *cap. Item* † *in terris,* hic præinſertis videtur prohibitum homines de redimentia transferre ſe ad populandum in locis Regijs, niſi prius ſe redemerint; & ita videtur, quod non poſsint gaudere libertate dictæ præſcriptionis anni, menſis, & diei. Sed intellige hoc de hominibus qui præſtiterint iuramentum & homagium fidelitatis & homiciæ de reſidendo in manſo, & ſe non transferendo ad habitandum ad loca Regia, vel alia, quia tunc talis non debet defendi contra ſuum proprium iuramentum, nec contra dominum: vt in pragmatica domini Regis Ferdinandi, *ſuper hoc ita continetur,* quam vide ſupra *collat. 9. cap. habita noſtræ celſitudini.* quæ fuit data Barcino. die 20. Iunij anno à Natiuitate Domini 1413. vide illam, quia notabilis eſt, & clauis huius materiæ. Sed intellige eã de hominibus qui præſtiterint homiciam cum iuramento, & homagio, quia alij bene poterunt præſcribi, niſi fiat interruptio per modum in præſenti conſtitutione contentum. ¶ Sequitur in tex-

14 tu, *ſien tenguts los bens ſobents.* hoc eſt, bona immobilia, quæ tenentur ſub alodio dominorum ſuorum, quia fuerunt & ſunt emphiteoticaria, vel feudalia, & de talibus loquitur hic. Secus eſt de alodijs ruſticorum, quia illa nõ cogitur alienare, quia re-

15 gulariter † quis non compellitur emere, nec vendere, nec alias alienare, vt *ff. de ac. & ob. l. quamuis,* & *l. ſimilium,*

Digitized by Google

& *l.inuitum,C. de contrahen.emp.& ven,*& melius in *l.nec emere.C. de iur. deli.* vbi de hoc. & *ff. de offi. præfec.vr.l.* 1.*§.cura annis.* & *extra.de emp. & ven. cap.*1. vide & adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proui. cap.als poſaders.* ¶ Sequitur in textu, *alienar a perſones no probibides*, ſubaudi,† quia forte ſunt clerici tonſurati,qui non ponunt euenire de dominio alterius;vel milites, qui non tenentur facere tale homagium homini de pede:vt in *declaratoribus Petri Alberti. cap. Eſt conſuetudo Cathaloniæ, quod ſi dominus vendidit,prohibentur etiam pupilli, & Eccleſiæ,vel alie manus mortuæ,& religioſi,*& huiuſmodi,de quibus dixi ſupra *colla.6.in curia Cerna rii.cap. Item ne ſuper laudimio.verſ.adijcientes,*ſuper verbo,*incapacem.* ¶ Sequitur in textu, *reſtituimilus* 17 *ſos llurs inſtruments.* quia † quotienſcumque vaſſallus,vel emphiteota vult renunciare rem quam tenet pro domino in feudum, vel emphiteoſim, debet eidem reſtituere inſtrumenta conceſſionũ, & ſtabilimentorum facere inſtrumentum renunciationis,ſiue deſertionis,& ſoluere centum debitum vſque ad illam diẽ, & de hoc eſt conſuetudo ſiue vſantia ſcripta in Diœceſi Gerundenſi, tenoris ſequentis. *¶ Conſuetudo eſt in Cathalonia, quod ruſticus poteſt terram,quam tenet pro domino,derelinquere domino inuito : quod intellige damno prius emendato,& cenſu ſoluto , & reſtituere tenetur inſtrumentum ſtabilimenti:& debet domino facere ſi voluerit inſtrumentum deſertionis:quod eſt verum, niſi ruſticus bona ſua pro illa terra obliganerit.* Et fuit abſtracta huiuſmodi conſuetudo ſic ſcripta de libro P. Moles ſuper vſat.Barcino.per *bonum vſaticum.*& *gloſ.*ideſt,aliquid tangit,& etiam *Doct.* ¶ Eſt etiã alia vſantia in Diœceſi Gerunden.ſeriei ſequentis: *Itẽ eſt conſtetudo,quod ruſticus poteſt terrã deſerere, ſed vaſſallus non debet dimittere feudã domino nolente,nec hominiũ;& ita eſt de cõſuetudine.*& ſic etiã magni ſentiũt,& multi,vt *Azo,* & eius ſequaces. vide *Imo.in c.nullis.extr.de re. Ecc.non alie.in gloſ.*ſuper verbo,*perpetuũ.*quia videtur,quod ille,cui fit ſtabilimentũ, non poſsit renunciare,ſed hæredes eius. Sed pro declaratione permiſſorũ quæro. Si 18 emphiteota † vult dimittere prædiũ datum in emphiteoſim,an liberetur à penſione præſtanda. Et primo videtur,quod ſic,per *l.prætor ait dãni.in fi.ff.de dam. infecto.* & *l.*ſeq.& *ff.de neg. geſt.l.ſed an vltro.§.vlt.*& *ff.communi.diui.l.poſtquã.*in fi.*Gui.de Suda.in l.ſi abſente.ff.de vſuf.* tenet contrariũ,ſcilicet,quod non poteſt renunciare,nec ſe liberare à penſione inuito domino,per *l.quicunq. C. de fun. patri.li.* 11.arg.*ff.de contrahen.emp.l.vlt.ff.de public. l.interpres.*& *de iur.fiſc.l.denig.*Cauſa eſt,quia onus nõ eſt tantũ rei,ſed etiã perſonæ inhæret, ſecũdũ *Gui.*Itẽ in *Spe.ti.de iur.emphi.§.*1.*verſ.*11.& facit ad hoc *de aqua plu. arc.l.*1.*ſi cũ quo.* vbi de hoc per *Bar.*nam illa actio perſonã ſequitur.Secus tamen 19 eſt de conſuetudine,quæ ſeruatur in ciuitate,& Diœceſi Gerund.vide *Bar.in l.cũ fructuarius.ff.de vſuf.* Vnde pro concordantia dic, quod aut quis tenet prædiũ emphiteoticariũ , & promiſit ſoluere cẽſum ex propria obligatione , & tunc non poteſt renunciare,& ita loquitur *Gui.de Suda.*& ſequaces eius. Aut tenet alias nõ ex propria obligatione,quia nihil promiſit,ſed tenetur ex eo ſolo,quia poſsidet rẽ emphiteoticariã,&quia onus ſequitur rẽ,& tunc poterit renunciare rẽ.& ſic renunciando cuitabit onus reale ipſius penſionis,& hoc de iure cõmuni. Tamẽ per hanc conſtitutionẽ,& iuxta conſuetudinẽ Cathaloniæ,quã videmus ſeruari Gerundæ, indiſtincte poteſt fieri renunciatio,ſeruatis tamen prædictis,ſcilicet,q̃ ſoluatur cenſus de tẽpore præterito , & fiat emenda deterlorationis, & reſtituatur inſtrumentũ ſtabilimenti,& fiat inſtrumentũ deſertionis;tũc enim poteſt taliter omnino ſe exonerare à penſione, etiã ſi ex pr̃oprio contractu teneretur,niſi aliter cõueniſſet,& cætera bona omnia emphiteota ad præſtationẽ cenſus obligaſſet,præſertim cũ iuramento,quia contractus ex conuentione legẽ accipiunt.Sed forte adhuc eſſet neceſſe,quod renũciaſſet huic conſuetudini, & huic conſtitutioni, quia alias obligatio,& iuramentũ intelligeretur quãdiu non renunciaret auctoritate legis,vel conſuetudinis.Secus tamẽ ſeruatur in vaſſallo,& ruſtico cum iuramento,& homagio obligatis,quia promittunt non recedere à manſo:ſic ſeruatur in Diœceſi Gerundæ,& in veteri Cathalonia:& ita loquitur dicta *pragmatica,*& *Cõmem. Petri Alberti, Habito de homagio.*quia illi qui nõ præſtiterunt homagiũ habitando in ciuitatibus,villis,vel caſtris per annũ & diem,poſſunt ſe tueri,vt hic: tenẽtur tamen vendere,vel deſerere,& renunciare manſum,niſi interim fuiſſent requiſiti, iuxta formam præſentis conſtitutionis,vel alias legitime. Item 20 quæro,† an dñs poſsit cogere vaſſallũ,vt oſtendat ſibi pro quo faciat ſibi ſeruitiũ?Reſpon.ſic,ſed par parẽ cogere nequit,vt *extr.de prõba.c.*1. Item etiã notat *Bal.in cõcluſionibus.ti.de prohi.feu.alie. per Fre.*de hoc per *Doct.in c.cõſtitutus.ext.de reli. dom.* vide in *Spe.ti.de inr.emphi. ver.*60.vide notata per *Ang.ff.de rei ven. l.ſi in rem.*ſuper *gloſ.*1. *verſ. nunquid potero vendicare,* &c. Item vide *gloſ.de actio. emp. & vendi. l.Titius.* & dic per *Bald.in feu.tit.ſi de feu.controuer. fuerit.cap. ſi feudum.* de hoc notatur *ff.de rei.ven.l.ſi rem agat.*& tangitur in *l.* 2. *C. quando & quibus quarta pars. lib.* 10. ¶ Sed vtrum 21 alij † cogantur oſtendere , quod poſsident,vide *Bal.in feu.de pace iuramẽto fir.§.inſuper,*alias eſt,*de prohi.feu.alie. per Fre.* ¶ Eſt tamen conſuetudo in Diœceſi Gerundæ, quã poſui in *libro Vſantiarum in tit.ſeu Rubri. de proba. & de edendo ,* tenoris ſequentis. *¶ Emptor rei emphiteoticariæ tenetur mihi oſtendere inſtrumentum emptionis , in quo continetur, quod ipſa res tenetur pro me quantum ad directum dominium : quod ſi emphiteota negat , amittit rem :* vt *l.*2.*C.quando, & quibus quarta pars.* ¶ Eſt etiam alia conſuetudo poſita in dicto *lib.Vſantiarum.in ti.ſeu Ru.de em.& ven.* ſeriei ſequen. *¶ Nota quod ſi in inſtrumẽto venditionis non ſit verum pretium, q̃ res cadit* 22 *in commiſſum dño.* Et † ſic habes duos caſus,in quibus

bus adhuc hodie habet locum pœna commissi. Alium casum habes, quando vassallus, vel emphiteota negat rem teneri per domino in feudum, vel emphiteosim, vt in vsatico, *si quis suum feudum.* & ibi nota, & in *localibus Barcino. del recognouerunt proceres. capit. Item si emphiteota.* Quartus casus est, si vinea cessetur putari per triennium. Sic etiam de illo qui scindit arbores de fundo, de quo dixi in vsantijs Gerundæ: vide ibi, & colligе per te, quia hoc est magis laboriosum quam subtile. Sequitur §. *E si dins spay del dit any.* scilicet, à die desertionis terræ, vel mutationis domicilij computando. ¶ Sequitur in textu, *la vna de les coses demont-*
23 *dites, ço es, la alienacio*, &c. Est † ergo optio rustici migrãtis an malit terras vendere, vel alienare in alium capacem, hoc est, in personas non prohibitas, an verò malit eas deserere, & renunciare domino; quod si neutrum fecerit infra dictum annum, postea ipso anno elapso poterit dominus sibi apropriare, & confiscare dictas terras, quæ pro ipso directe tenentur, & hoc totum sequitur ibi, *que passat lany ipso facto*: ergo videtur, quod lapso anno non habeat rusticus potestatem alienandi dictas terras inuito domino, quia per lapsum anni est omni suo iure priuatus ipso facto, & quæsitum vtile dominium domino directo, & facta consolidatio vtilis dominij cum directo, ac si facta esset empara Realis, iuxta notata per *Iaco. de Calicio* in vsatico, *si quis suum feudum.* ¶ Sequitur in textu, *sens altra conexensa, & citacio.* quasi dicat,
24 sufficit præsens constitutio, quia lapsus † temporis interpellat, & loco citationis habetur. Est tamen necesse constare de desertione cum lapsu anni, & hoc sequitur in textu. Et sic nota hic vnum casum, in quo valet procedi sine citatione: sic supra *collatione nona. capit. com molts entenents.* de hoc nota infra *ead. capit. proximo.* Sed tamen notat *Bald.* in *l. cum fratrem. C. de bis qui-*
25 *bus vt indig.* quod † nulla potest fieri diffinitiua sententia, nisi præcedente citatione legitima: vide ibi, & adde quæ notãtur per *Doct.* in *c. cum sit. de app.* & *de iureiurãdo, c. ad nostrã in tertia,* & *in Cle. Pastoralis, de re iudi.* & per *Ant. de Butr.* in *c. cum olim, de re iudi.* dictum *Bal.* habet verum regulariter. Fallit in casibus à iure expressis, vt hic, cum similibus. ¶ Sequitur in textu, *pus conste summariament esser stat mudat lo domicili*, &c. scili-
26 cet, per † informationem iure receptã per iudicem competentem: quoniam non credo, quod ille qui se asserit dominum mansatæ, sit iudex competens in hac causa eius propria, quia oportet constare, quod sit dominus directus mansatæ, & quod ille rusticus qui deseruit mansum, sit vassallus, scilicet, quod præstiterit homagium; ita quod appareat, quod sit de illis qui redimi consueuerunt, prout vult textus huius capituli. Vnde tutius est hanc informationem recipi per Vicarium, vel alium ordinarium, & non per dominum mansatæ, vt probat textus in
27 sequentibus. ¶ Sed † quæro an in hac summaria informatione recipienda sit pars vocanda? Et videtur, quod sic, quia etiam in summarijs requiritur citatio: vt *extra. de verborum significatione. capit. sæpe. in Clemen.* & *in extrauag. ad reprimendum.* & ibi *Bart.* super verbo, *figura iudicij.* Sed dic contra in hoc casu, quod expresse littera dicit, *sine cognitione, & sine citatione.* Et est speciale propter notorietatem desertionis, & in odium deserentium mansatam suam in præiudicium dominorum, regulariter contra, vt infra *capit. proximo.* & ibi vide de hoc, adde etiam quæ scripsi supra *collatione nona, capit. ne ex beneficio.* §. *Et ne inde nascantur.* super pragmatica domini Regis Alfonsi nunc regnantis ibi inserta, su-
28 per verbo, *constiterit.* Quid † si in manso non sit dominus habitabilis, nec consueuerint ibi homines habitare? Credo, quod tunc non habet locum hæc constitutio; quæ cum sit odiosa, debet restringi, quia nec potest dici mutatum domicilium ex quo ante ibi non consueuit habi-
29 tari. Item † quid si dominus vtilis mansi sit pupillus? Tunc credo, quod non valeat fieri hic processus, nisi parte vocata legitime, quia in tali præscriptione seruabitur pupillus illæsus ipso iure, vel saltem daretur restitutio, quia negligentia, vel factum tutorum sibi nocere non debet, & fortius si non habuerit tutorem, præsertim, quia nec posset alienare, &c. nec habitare. Item quia non præstitit homagium, & ideo
30 nondum est vassallus. ¶ Debebit † ergo dominus volens facere hunc processum, & sibi appropriare mansum, vel terram, quæ pro ipso tenetur, in scriptis recipere, seu recipi facere informationem testium summarie, qua die ille suus homo, vel rusticus deseruit dictum mansum, & alibi transtulit suum domicilium, & habitationem: & si per annum integrum omnino deseruit habitare dictum mansum. Et constito de his, potest de facto, & propria auctoritate in vim huius constitutionis sibi, & ad manus suas recipere dictum mansum, & terram, quæ pro ipso tenet. Et ex tunc de illo manso, vel illa terra poterit dominus disponere pro libito voluntatis.
31 ¶ Vnde † nota, quod quando terra, vel mansus qui pro aliquo dno tenetur, deseritur per rusticum, vel alium hominem dominum vtilem, & vassallum, vel emphiteotam. Tunc aut deseruit per annum, vel amplius; aut minus anno. Si minus anno deseruit, tunc dominus non potest facere processum, nec appropriationem huiusmodi sine citatione, sed poterit per iudicem ordinarium loci facere processum beneuisij siue consolidationis, iuxta *vsantiam*, superius insertam, quæ incipit, *Si aliquis mansus deuenerit ad beneuisium*, in quo processu de stylo curiæ Gerundæ dantur sex menses. In alijs vero curijs forensibus ipsius Diœcesis Gerundæ dantur minus, vt puta decem, vel triginta dies,

& hoc

Digitized by Google

& hoc modo poterit fieri conſolidatio infra annum. Sed iſte proceſſus non habet locum, niſi quando nullus ſucceſſor apparet, vt vidiſti in præinſerto verſiculo. Tunc autem dicitur manſus venire ad beneuiſium, ſi aut per annum, vel vltra deſeruit, quia alibi mutauit domicilium; & idem credo ſi vagauerit per mundum, vel neſcitur an viuat, ſed conſtat manſum fore relictum ſiue deshabitat per annum, & vltra, tunc habet locum proceſſus ſine citatione, iuxta formam præſentis conſtitutionis. ¶ Vtroque vero caſu ſi per annum, vel minus anno fuerit deſertus, ſiue deshabitat, ſed ignoratur dominus vtilis, vel quia eſt mortuus, & non apparet ſucceſſor, vel errando vagat per mundum, tunc poterit dari curator manſo, & bonis; & ſoluendo cenſus, agraria, & alia iura dominorum, & debita creditorum, poterit manſus vendi per curiam cum onere ſeruitutum; & iſto modo erit conſultum ſeu prouiſum dominis, quia habebunt nouum emptorem vaſſallum, vel emphiteotam, & foriſcapia, & ſeruitutes, & de pretio habendo de vtili dominio manſi, ſatisfiet dominis, & creditoribus in ſibi debitis, prout ſufficere poterit agraduando, & collocando ipſos prout fuerint priores tempore, & iure potiores, iuxta materiam per me ſcriptam ſupra *collatione nona. capit. è los aduocats. §. entenem empero*. Sed in prædijs tributarijs ſeruatur de iure communi. *l. qui agros.* & quæ ibi notantur, & *l. locorum domini. C. de omni agro deſerto. lib. 11.* & ibi notat *Ioannes de Platea*, quid quando procedituꝛ cum citatione partis, & quid quando
32 ſine citatione, vide ibi. An † & quando fuga faciat haberi pro confeſſo poſt ſex menſes dominum fundi deſerti, qui nolit rem tributariam ſterilẽ habere, & pro ea tributa ſoluere. Sicut
34 etiam † facit tutorem ſe abſentantem, ne alimenta pupillo decernantur, haberi pro confeſſo, & ſuſpecto de mala adminiſtratione; propter quod poterit condemnari, & remoueri, vt *l. impuberibus. §. finali. ff. de ſuſpect. tu.* & multa alia facit fuga, de quibus vide *Ioannem de Platea* in dicta *l. locorum domini.* ¶ Sequitur in textu, *de feſta permes als dits ſenyors*, ſubaudi, hoc eſt, eo caſu recepta dicta informatione, & conſtito per eam de mutatione domicilij cum lapſu ſanni prædicti, ex tunc, & ipſo facto, ac ipſo iure, auctoritate huius conſtitutionis, & per eam dictis dominis eſt permiſſum apprehendere ad manus ſuas; & ſic retinere manſos, bordas, terras, & alia bona immobilia de pertinentijs, quæ pro ipſis dominis directe teneantur, & de eis facere ad ſuas voluntates. Et hæc vera, niſi per pactum, gratiam, vel remiſsionem dominorum fuerint ipſi homines, vel eorum bona omnino libertati, & hoc eſt, quod in littera ſequitur, *ſi per pacte, gratia, o remiſsio de lurs ſenyors*, &c.
34 Poteſt ergo dominus †, libertati donare homines ſuos, & emfranc[illegible] bona quæ pro eis tenentur, quia licitum eſt cuilibet facere gratiam, & donare, vel remittere, ac paciſci, quia quilibet ſuæ rei moderator eſt, & arbiter. *C. mand. in re mandata.* Et nota verbum, quod dicit, *de lurs ſenyors.* quia ſecus ſi fieret gratia, vel remiſsio per tutorem, vel curatorem, Prælatum, vel alium adminiſtratorem, quia iſti non ſunt veri domini, ſed quaſi domini, vt *C. de pactis. l. pactum curatoris.* & *extra. de dona. capit. 2.* Et
35 non † valet alienatio facta per tales adminiſtratores de rebus alienis, niſi eſſet facta in caſu à iure conceſſo, & cum iuris ſolemnitate debita, vt *l. magis puto. ff. de rebus eorum qui ſub. tu. vltim. cn.* & *l. lex quæ tutores. C. de admi. tu.* & *extra. de his quæ fi. ap. capit. primo.* & *capit. cum Apoſtolica.* & per totum, & *duodecima quæſt. 2. capit. ſine exceptione.* & *decima quæſt. 2. capit. hoc ius perreſtum.* & *extra. de re. ecc. non alie. capit. duãum. lib. 6.* ¶ Sequitur in textu, *Si per pacte, gratia, o remiſsio*
36 *de lurs ſenyors.* Nota † hic per pactum, vel gratiam poſſe remitti, & fieri, quod ruſticus non teneatur reſidere in manſo; quod eſt verum, quando dominus non eſt perſona Eccleſiaſtica: alias autem Prælatus per pactum, gratiam, vel remiſsionem eius non poteſt concedere ruſtico Eccleſiæ, vt poſsit deſerere manſum, & alibi mutare domicilium: quia hoc eſſet alienare proprietatem glebæ, cui eſt aſtrictus ruſticus ſaltem in veteri Cathalonia, ſicut eſt in Diœceſi Gerundenſi, in qua eſt vſantia antiqua, quam ego extraxi à libro G. Ricardi, qui per ſeptem annos præfuit iudicaturæ Gerundæ, quæ vſantia eſt tenoris ſequentis. ¶ *De conſuetudine Gerundæ filia vnica, etiam virgo, hominis proprij ruſtici, & amanſati, vel borderij alicuius domini, & glebæ ipſius manſi non datur redemptioni. Et ſi data fuerit redemptioni, talis redemptio in damnum Eccleſiæ non valet, & cenſetur inualida. Et ipſa redemptione non obſtante illa filia vnica tenetur, & compellitur dominum Eccleſiaſticum partis, & manſi in dominum ſuum naturalem ſeu temporalem recognoſcere cum publico inſtrumento.* ¶ Secus tamen obſeruatur in filia iuuenis hominis de libro G. Ricardi. Et ſecundum hanc vidi iudicari in curia Eccleſiaſtica Gerunden. de filia den Albenyan de Forthiano. Et ideo ſecundum hanc ſcripſi in *vſantijs Gerundæ. Diœceſis Rubri. de ſtatu hominum, & mulierum ruſticorum*, &c. *capit. non cogitur dominus.* §. *Si vero fuerit puella vnica*, & *capit. Si vero inuenis homo maſculus*, &c. in fine, vide ibi. Et hoc ita teneas, licet quidam ſemel in caſu filiæ den Pujol de Bordillas, iuuenis fœminæ vnicæ pronunciauerit contra dictas vſantias: ac ſi eſſet vnica cep & rabaſſa glebæ manſi, & tamen filia iuuenis hominis licet fuerit vnica, non poteſt dici ſtirps, cep. & rabaſſa glebæ; quia iuuenis homo non tenet manſum neque glebam pro eius domino, ſed ſolum perſonam, & ita poteſt & cõſueuit mutare domicilium. & vendere ad libitum ſedentia, & alia bona, & in hoc differt à filia

vnica ruſtici, & amanſati, vel borderij. ¶ Circa hoc pone quæſtionem, quę ſæpe contingit in hac
37 Diœceſi. Pater † ruſticus filiæ ſuæ, quæ nuptui tradebatur, dedit mille ſolidos, ſub conditione, & retentione, quod ſi diſcederet ſine prole venienti ad ætatem teſtandi, ipſum donum reuerteretur donatori, & ſuis, exceptis centum ſolidis, de quibus ipſa filia in omni caſu poſſet ſuas facere voluntates. Iſta filia ipſos mille ſolidos dedit in dotem viro ſuo etiam ruſtico, âquo liberos procreauit, & inteſtata deceſsit, ſuperſtitibus ſibi liberis impuberibus. Modo iuxta vſantias, & conſuetudines huius patriæ dominus naturalis ipſius mulieris petit tertium ratione inteſtiæ ſibi pertinens de bonis mobilibus dictæ defunctæ, & de tota dicta dote dictorum mille ſolidorum, nunc primum quæritur, An de tota ipſa dote, ſcilicet, de dictis mille: an vero tantum de illis centum retentis, & exceptatis dictum tertium debeatur domino in hoc caſu? Reſpondeo, quod dominus non debet habere niſi tertium de bonis ipſius mulieris mobilibus, de quibus poterat diſponere, & ſuas facere voluntates: & ita indubitanter poterit ipſe dominus petere, & habere tertium illorum centum retentorum, de quibus in omni caſu ſuas poterat facere voluntates. ¶ Sed
38 dubitatur, † & quæritur ſecundo, quid iuris erit de reſiduo dictæ dotis? Reſpondeo, quidam dicũt quod nedum de dictis centum, ſed etiam de reſiduo, & ſic de omnibus ipſis mille habebit dominus ſuum tertium in omni caſu, quia interim viuentibus ipſis impuberibus poterat ipſa mater diſponere de dictis mille ſolidis, quia vinculum nondum habet locum, & res licet fuerit ex contractu reſtitutioni ſubiecta, poteſt alienari inter viuos, & in vltima voluntate, vt notat *Barthol. de Saliceto* in *l. & ſi dotis. C. de iure dotium.* quod dic vt legitur & notatur in *l. ſi.* & *in authent. res quæ. C. communia de legatis.* Sed dico contra, & hoc tenetur communiter, quia talis donatio à patre facta fuit ex cauſa quæ retrofingitur, & non poteſt alienari niſi cum illa cauſa, vt *l. vbi autem.* §. 3. *de in diem addict.* & *l. in diem. ff. de aqua plu. arcen.* & notat *Bal.* in dicta *l. & ſi dotis.* quomodo enim poterit dominus petere ius in his quæ ſubiacent reſtitutioni; & non ſunt irreuocabiliter ipſius inteſtatæ? Quare dic, vt dixi, quod ipſe dominus habet ius inteſtiæ indubie ſuper dictis centum. Sed ſuper alijs eſt in ſuſpenſo: quia ſi filij prædicti pupilli decedant infra pubertatem, habebit locum dictum vinculum, quia redeunt ad donatorem, vel ſuos, iuxta retentionem factam, & tunc dominus nil amplius conſequetur. Si autem filij viuunt & veniunt ad ætatem teſtandi, tunc extinguitur dictum vinculũ, & habet dominus ratione inteſtiæ ſuum tertium de reſiduo cum effectu: & ita vidi obſeruari, & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. minime.* ¶ Sed adhuc re-
36 ſtat vnum dubium. An † interim pendente illo dubio vinculi ſeu reſtitutionis, hoc eſt, viuentibus dictis impuberibus, poterit dominus petere, & habere integrum tertium ratione inteſtiæ, ſaltem cauendo de reſtituendo, caſu quo impuberes decederent; vel an ſufficiet, quod ipſi domino ſatiſdetur de ſoluendo tertium de dicto reſiduo adueniente caſu reſtitutionis prædictę? Hoc vltimum mihi videtur verius, argum. *l. 2.* & *l. Arcimedoram. C. vt in poſſeſſ.* & *ff. vt. le. no. ca. l. hac ſtipulatio.* & in *authen. de non eligere ſerno. nabem.* §. *aliud vero quadam. colla.* 1. res enim interim eſt in ſuſpenſo: vt *ead. authen.* §. *hoc autem.* Non enim videtur æquum, quod dominus interim poſsit exigere, & ſatiſdare; iam enim eſſet interim fructuarius, & filij priuarentur vſufructu ante tempus, quod eſſe non debet, arg. *l. di. cap. ſatis perueſſum.*
40 & intereſt † potius non ſoluere, quam ſolutum poſtea repetere. *ff. de compenſa. l.* 2. Nec credo dictos pupillos cogendos interim deponere, quia
41 ſequeſtratio † regulariter eſt prohibita, vt *C. de probi. ſequeſtra pec. l. vnica.* Nec poteſt agi effectualiter, ad id in quo quis non habet ius in re, licet ſit ſpes, cum ſit dubia. argum. *ff. de verb. oblig. l. con-*
42 *tinuus.* §. *illud.* cum ibi notatis. Poterit † tamen agi vt ſatiſdentur de ſoluendo, adueniente caſu pubertatis. & per iura prædicta. Nec credo ſufficere ſimplicem cautionem in tali caſu, iuxta notata per me ſupra *colla. 9. Curia domini Ferdinandi. cap. los ſalaris.* ſuper verbo, *de la qual ſe deque te-*
43 *nir per content.* vide ibi circa fin. Sed † quid ſi non poſsint reperiri fideiuſſores, vel pignora, forte ſufficiet iuratoria cautio, argum. *l. generaliter. C. de Epiſcopis & clericis.* & *ff. de l. falcidia. l. cum non facile.* de quo ibi latius per *Iouinde Imola.* & in dicta *authent. generaliter.* ¶ Sequitur in textu, *los dits homens, è bens no ſeran enfranquits.* Lege hoc diſiunctiue, & etiam copulatiue, quia poterit fieri, quod perſonæ hominum tantũ modo ſint datæ libertati abſque bonis, vel etiam vna cum bonis, prout tenor pacti, gratiæ, vel remiſsionis habebit: vbi ergo perſonæ erunt redemptæ, & libertati donatæ, non poterit dominus in eis aliquod ius ſeruitutis perſonalis vendicare, argum. *extra. de pig. cap.* 1. & *C. de ac. & ob. l. ob eas* vbi dicitur, Obæs alienum ſeruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur, immo iuxta authenticã ibi poſitam à toto credito creditor caderet, & teneretur dare totidem retento, vel parentibus eius; & nihil dominus corporaliter puniretur, vide in authẽti-
44 ca; *Immo à toto.* per *gloſ.* & *Doct.* Et nota † hic pacta inter dominos, & ruſticos ſcriptitios, & alios homines proprios inita debere obſeruari, ad hoc *extra de pac. cap.* 1. cum concor. ¶ Sequitur in textu, *de pendre a altres mans daquells ayuals altres bens ſehents.* Nota valde etiam litteram, & totam præſentem conſtitutionem, per quam habes caſum
45 rotundum contra illos qui † dicunt dominos poſſe licite, & ſine cauſa pro libito voluntatis male tractare ruſticos ſuos, & eis auferre bona. Et ſic opponitur de cõſtitutione pacis & treugæ, quæ incipit, *Anno domini* 1206. in menſe

Septem-

Septembris in celebri curia apud Ceruariam, &c. §. ¶ *Ibidem etiam constituit inuiolabiliter*, scilicet, *quod si domini suos rusticos male tractauerint, vel sua eis abstulerint, tam ea quæ sunt in pace & treuga, quam alia, nullo modo teneantur domino Regi in aliquo; nisi sint de feudo domini Regis, vel religiosorum locorum: tunc enim feudatarius non liceret.* ¶ Ecce tenorem dicti §. in dicta *constitutione Anno Domini*. quam libenter allegant pro se dicti domini rusticorum, per quam videtur ipsis dominis libere & impune licere male tractare rusticos suos, & eorũ bona sibi auferre, tam ea quæ sunt in pace, vt puta, animalia aratoria, instrumenta arandi, & alia huiusmodi; quam alia: licet largo modo omnia sunt in pace per alias constitutiones pacium & treugarũ. Sed videtur hic oppositũ, quia nõ licet dñis occupare bona sedẽtia hominũ suorum, nisi facto procellu, & ex causa iusta, saltem propter desertionẽ terrę vel migrationẽ domicilij. Quid super huiusmodi contrarietate nos dicemus? Respondeo, super hoc scripsi late super *Sacramentals Gerunda. c. 5.* super verbo, *pusquen tractar.* vide ibi. Attamen saltẽ propter eos, qui illum tractatum non habebũt, volui hic inserere tenorem dicti §. dictæ constitutionis per extensum, & eum aliquãtulum apostillando declarare pro solutione dictę contrarietatis. Vn
46 de † pro euidentia debes scire, quod Reges nostri, & Principes Cathalonię habẽt tenere iustitiã, & seruare vsaticos Barcinonæ, constitutiones Cathaloniæ, & capitula curiarum generaliũ, & alia iura patriæ, vt in vsat. *alium namq.* & supra *colla. 6. in curia Ceruariæ. c. imprimis.* & supra *coll. 8. c. Itẽ senyor quels Cancellers.* & supra *colla. 9. c. per tal que les ieys de la terra.* & supra *colla. 10. cap. assats es cosa ridiculosa.* & infra *ead. ista colla. 11. cap. confirmants, loãts*, &c. vbi de hoc poteris videre. ad idẽ facit, 23. 5. *cap. Regum.* cum concor. melius faciũt chartę constitutionis in firmis. quia iuramento astringũtur Reges & Principes seruare ipsas constitutiones. & iura patriæ, vt vidisti supra *colla. proxi. c. ratificare.* & quia iurant in principio regiminis, vt *extra. de iureiuran. cap. intellecto.* Astringuntur etiã seruare legem Dei, & facere iustitiam, vt *in Psalmo: Quare fremuerunt gentes. vers. Et nunc Reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram*, &c. & *in Psalmo: Si vere vtiq. iustitiam loquamini, recta iudicate filij hominum:* quia *Rex iustus diriget terram*, alias, *eriget terram, vir auarus destruet eam: Prouer. cap. 29.* Facit etiam *Sapientiæ 6. cap. Audite, ó Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ: prabete aures vos qui continetis multitudines. & placetis vobis in turbis nationum; quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri Regni illius, non recte iudicastis, neq. custodistis legem iustitiæ, neq. secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimũ in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia, potentes autẽ potẽter tormẽta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec reuerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus: fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones*, &c. vide in toto illo *cap. Sapient. 6.* Rursum scriptum est: *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerentur in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium*, &c. Isaiæ *cap. 10.* ¶ His igitur præmissis, conclude, quod
47 Rex † etiam cum tota curia non potuit, neque posset facere legem iniquam contra legem Dei; quæ si facta foret, non valeret; nec esset lex, quia oportet, ꝙ lex sit iusta, & rationabilis. vt 4. *dist. cap. erit autem lex.* debet etiam esse consona, & non contraria legi diuinæ, vt in *Gotis. l. 1. tit. 1. cap. 2. l.* ¶ *Lex est amula*, ideſt, imitatrix, *diuinitatis, Antistes religionis, fons disciplinarum, artifex iuris: per leges autem nemo bene agere cogitur, mala autem facere prohibetur; mores inueniens atque componens, gubernaculum ciuitatis, iustitia nuntiatrix, magistra vitæ, anima totius corporis popularis.* Item in *Gotis. eod. li. & tit. l.* ¶ *Lex regit omnem ordinem ciuitatis, omnem ætatem hominis; qua sic datur fœminis, vt maribus, quæ complectitur iuuentutem, & senectutem, quæ ferunt*, ideſt, datur, *tam prudentibus, quam indoctis; tam vrbanis, quam rusticis: quæ obtinens firmum culmen salutis Principum, & populorum refulget cum manifesto præconio*, ideſt, iussu, *vel decreto præclaro in modum lucidissimi solis.* Item *eod. lib. tit. 1. cap. 4. l.* ¶ *Lex erit manifesta, nec denocabit quemquam in captione*, ideſt in comprehensione, *ciuium: quia lex erit conueniens loco & tempori, secundum naturam, & secundum consuetudinem ciuitati præscribens iusta, & æqualia, congruens, honesta, & digna, vtilis, necessaria, in qua prouidendum est, an plus commodi, an plus iniquitatis oriatur ex vtilitate quæ prætenditur: vt possit dignosci si plus proficiat publica veritati*, alias vtilitati: *quam videatur obesse religioni. An & si tuetur honestatem, & non arguat cum periculo salutis.* Item in *Gotis eod. lib. & tit. cap. 5. l.*
48 ¶ *Ratio* † *autem cogit leges fieri, vt humana improbitas coerceatur metu earum, & vt vita innocentium sit tuta inter noxios: & præsumptio nocendi frenetur in ipsis improbis formidato supplicio.* Has leges Goticas hic inserui, quia pauci habent eas: & concordan. *in decretis 4. dist. facta sunt leges*, & præalleg. *cap. erit autẽ lex.* ¶ Quia igitur Princeps subijcitur legi diuinæ: qua præcipitur fieri iustitiam æqualiter omnibus, & leges Goticæ, quæ non sunt omnino sublatæ, infra *eadem cap. proxi. hoc idem*, disponuntur tam in vrbanis quam rusticis. Et *væ qui condunt leges iniquas.* Et Princeps Cathaloniæ astringitur tenere iustitiam, vt in vsat. *alium namque.* & infra *cap. proxim.* cum con-
49 cordan. Et lex † Principis terreni non potest tollere legem Dei. 10. *dist. cap. lex Imperatorum.* & *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior.* cum infinitis
50 alijs cõcor. Et † quia male tractare, & opprimere proximum, & auferre res suas rustico, vel al-

ſine iuſta, & rationabili cauſa, cum cauſa enim rationabili licitũ eſt dño ſuum ſeruũ, vel aſcriptitium moderate corrigere, & caſtigare: vt *l. vnica. C. de Senatuſconſulto Claudiano tollẽdo.* & in *Cõme morationibus Petri Alberti, tit. quæ & quãta ſint iura, quæ habet dominus in homine ſuo.* de hoc in *l. cũ ſatis. C. de agrico. & cenſitis. §. caueant.* & ibi *Ioan. de Plat.* ait eſſe contra legem Dei, qua præcipitur diligere proximum, & prohibetur ſibi fieri malum. & in *decretis* 1. *diſt. cap. humanum genus.* & §. ſequẽti. & *Præcepta Decalogi: Non furtum facies.* 14. *q. vlt.* & *de pœ. diſt.* 1. *cap. ſi propterea non facis furtum.* vide
51 ibi *gloſ.* quæ notat, quod etiam ſolo † animo fit furtum. Et auferre res ſuas ruſtico, vel homini etiam proprio, & ſolido ſine iuſta, & rationabili cauſa, eſt committere furtum, & rapinam, quia contractatur rer aliena inuito domino ipſius rei, vt *ff. de fur. l.* 1. §. *vlti.* quia ruſtici non ſunt ſerui, imo habent vtile dominium manſi, & mobilia poſſident cum pleniſsimo dominio: vt *C. de nu-*
52 *do iure Quiritum tollendo. l. vnica.* ¶ Vnde † concludo, quod nullatenus eſt licitum domino opprimere, nec male tractare vaſſallum ſuum, etiam ruſticum, & hominem proprium, & ſolidum, nec ei ſua bona auferre, ſine iuſta, & rationabili cauſa; quia ſi contrafecerit, peccat mortaliter, & ipſi ruſtico male tractato competunt actiones, & remedia iuris contra dominum, dummodo nõ agat criminaliter, & ſuam, vel ſuorum grauem iniuriam proſequatur: & adde *C. in quibus cauſis coloni contra dominos agere poſſunt. l.* 1. *lib.* 11. & vide notata *in cap. quod latenter. extr. de reg. iur.* nec per actio-
53 nes famoſas, quia ruſticus † reuerentiam debet domino, & veniam edicti petere, vt *ff. de in ius vo. l. generaliter.* & *in Comme. Petri Alberti. Ru. quæ & quanta ſunt iura, quæ dominus habet in homine ſuo. §. Item non poteſt vaſſallus mouere actionem famoſam cõtra dominum, nec ipſum vocare in ius ſine venia.* Item
54 accuſare † non poteſt dominum ſuum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, &c. vide in dictis *Comme. Petri Alberti. cap. Si aliquis habet hominem ſine vaſſallum ſolidum.* ¶ Habes quippe ex hac *Cõmme. Petri Alberti*, quod etiam ruſticus proſequendo iniuriam ſuam, & ſuorum poteſt accuſare dominum ſuum. Et eſt ratio, quia dominus vaſſallo vicem præſtare tenetur, vt in *li feu. ti. de forma fidelitatis in Epiſtola Philiberti. capit. de forma. §. dominus quoque*, vbi vide *Bald.* qui notat, ꝙ dominus priuaretur dominio vaſſalli in caſibus quibus vaſſallus deberet amittere feudum. Præ-
55 terea † de iure, & per vſat. *Barcino.* & iura patriæ dominus tenetur iuuare, & manutenere ruſticum, & hominem ſuum, vt in vſat. *qui ſolidus eſt de ſeniore*, ibi, *& ſenior debet ipſum habere contrà cunctos, & nullos contra eum*, &c. & in vſat. *de compoſitione hominum interfectorum.* cum ſimil. ¶ Male
56 ergo † dicunt qui peſsime gloſſarunt ſuper dicta *conſtitutione, Anno Domini. §. ibidem.* & alibi, videlicet, quod dominis ſit licitum male tractare ſuos ruſticos, & eis auferre bona ſua. Nec hoc dicit dicta conſtitutio. Nec hoc poſſet inſtitui aliquo iure contra legem Dei: & incontrarium eſt caſus in vſatico, *Cunctum malum*: & clarius in *l. cum ſatis. §. caueant. C. de agricolis & cẽſitis. li.* 11. Quapropter pro clariori intellectu dictæ *conſtitutionis, Anno Domini. §. ibidem etiã conſtituit*, exponẽ, & dic ſuper verbo, *quod ſi domini.* per hoc verbũ dixerunt quidam, quod homo non poſsit fieri tutor, nec prælatus, nec clericus nomine beneficij, quia non ſunt domini: vt *C. de pac. l. pactum curatoris, extra. de dona. cap.* 2. cum ſimil. Incontrariũ videtur, quia licet in iure caueatur, quod quidquid adquirit ſeruus, domino adquirit, nihilominus tamen & vſufructuario adquirit, & bonæ fidei poſſeſſori: vt notatur *inſti. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. §. & quodcumque.* ſuper verbo, *domino.* Item licet lex Aquilia hero, ideſt, domino competat, tamen nihilominus, & fructuario competit, vt *ff. ad l. Aquiliam. l. an fructuarius.* & *l.* ſeq. Itẽ pro hoc *ff. de dam. infecto. l. qui bona. §. penult.* & ibi nota *ff. de reli. & ſump. fu. l.* 2. 1. *rubri.* Item fructuarij, quaſi domini ſunt, vt notatur *ff. de his qui ſui, vel alieni iuris. l.* 1. *in gloſ. etiam inuito*, ſecundum *Gui. Ricar.* Sed dic, quod tutor eſt quaſi dominus, cum bene adminiſtrat, ſecus ſi male adminiſtret: vt dicta *l. pactum curatoris. C. de pac.* vbi de hoc. Itẽ Prælati Eccleſiarum procuratores ſunt, & non domini, vt *extra. de dona. cap.* 2. cum ſimil. quare videtur dicendum, quod quicumque alius quam veri domini ruſticos male tractauerint, vel eis ſua abſtulerint, quod delinquũt, & domino Regi tenebuntur à contrario ſenſu huius conſtitutionis, quæ velut odioſa debet reſtringi, vt *extra. de reg. iur. cap. odia. lib.* 6. Nec tamen concedo, quod ſit licitum etiam veris dominis male tractare ſuos ruſticos. Nec eis ſua bona auferre, ſcilicet, iniuſte, hoc eſt ſine iuſta & rationabili cauſa, & per iuſtitiam: & ita loquitur iſta *conſtitutio, Item commemorantes*, &c. vt dixi. Pro hoc facit littera dicti §. *ibidem etiam conſtituit*, dum dicit, *non teneantur domino Regi*: quaſi dicat, tenebuntur tamen ipſis ruſticis male tractatis, & Reipublicæ, vel ſaltem hoc non negatur, & ſic non eſt ſublata *Commemoratio Petri Alberti.* præalleg. *Ru. quæ & quanta ſunt iura*, &c. de hoc vide in allegato vſatico *cunctum malum.* quem non credo corrigi, per dictum §. *ibidem.* licet ſit poſterior, quia non contrariantur ſi bene intelligantur, & promptum eſt iura iuribus concordare: vt *C. de inoffi. do. l. vnica*, & *conſtitutiones pacium & treugarum*, quę ſequũtur illãm, *Anno Domini*, expreſſe ponunt ruſticos, & bona ſua ſub protectione paciũ & treugarum, vide etiã, & adde notata per *Ioan. de Platea C. de agrico. & cenſitis. l. cum ſatis. §. caueant autem poſſeſſionum domini*, alias eſt ibi initium legis *lib.* 11. & in dicto §. *caueant*, eſt caſus pro prædictis, & his quæ late ſcripſi ſuper dicto *Sacramenntali Gerunda*. ¶ Sequitur in textu dicti §. *ibidem etiam*, ibi, *ſuos ruſticos.* dic ergo ſecus de iuuenibus hominibus, & etiam de mulieribus ruſticis, quia in materia

odioſa

57 odioſa † verbum *ruſticus*, debet accipi ſtricte, & in ſuo maſculino genere tantum: quia in hoc caſu maſculinum non debet comprehendere fœmininum. de quo per *glo.* & *Bar. in l. 1. ff. de regulis iur.* & in *Spe. tit. de diſpn. & alleg. aduo. §. poſt hoc autem. verſ. vel ibi maſculinũ.* & vide *Archi. in Roſario* 17. *q. 4. cap. ſi quis ſuadente.* & etiam latius per *Ioan. de Imola in l. ſi ita. ff. de legatis ſecundo*, pro hoc eſt *conſtitutio domina Maria, ſupra colla. proxi. cap. ala conducio femenil.* & quę ibi ſcripſi. Imo, vt dixi ſupra, & in dicto *primlegio Sacramentalis Gerunde*, non credo quod alicui liceat aliquem proximum male tractare niſi in bello iuſto, vel guerra licita &
58 iuſta: & maxime † non licebit domino auferre coniugem ruſtico, neque ipſum priuare debito coniugali, quod non poteſt denegari inter legitimos coniuges, excepta cauſa fornicationis, vt in *Decretis* 32. *q.* 7. *cap. Apoſtolus*, quia hoc etiam non liceret de ſeruis, vt legitur & notatur *extra. de cõiu. ſeruorum.* per totum: licet quando ipſi coniuges, vel aliquis ipſorum deliquerint, capi, & per iuſtitiam puniri poſſint; tunc enim Deus & iuſtitia, & nõ homo ſeparat matrimonium: quia quãdoque priuantur coniuges copula coniugali ſine culpa, ſed non ſine cauſa: vt legitur & notatur *extra. vt lite non conteſt. cap. quoniam frequenter.* Sed vbi ſine iuſta cauſa ruſticus caperetur & male tractaretur, tunc etiam vxor ſine cauſa continere cogeretur, & ſuo debito coniugali iniuſte priuaretur; & ſic matrimoniũ quodammodo ſepararetur: quod non licet, excepta cauſa fornicationis, vt dixi: & ſic fieret contra præceptum Dei, *quos Deus coniunxit homo non ſeparet*, vt 33. *q.* 2. *cap. quos Deus coniunxit.* ¶ Sequitur in text. dicti §. *ibidem*
59 *etiam*, ibi, *male tractauerint*, quid † ſit male tractare, affligere, & opprimere, dixi ſuper dicto *Sacramentali cap.* 5. vide ibi, & per *Doct.* in vſat. *Cunctam malum.* & in vſat. *Similiter & ſi ſenior.* vbi de hoc dic late in *Summa*, quam poſtea compo-
60 ſui *de Afflictionibus & Oppreſſionibus.* ¶ Sed † quæro, an licitum ſit domino auctoritate propria capere ruſticum, vel alium hominem ſuum? Reſpondeo, *Roff. in ſuis libellis iur. ciuilis, titulo de originarys colonis. §. ſed illud quæritur*, quæſiuit de hac quæſtione, videlicet, an licitum ſit domino auctoritate propria comprehendere aſcriptitium, vel filiũ eius, ſi in aliquo loco cũ inueniret extra fundum, & maxime ſi ſit fugitiuus. Et reſpondet, quod dñs ſuus *Azo* notat, quod auctoritate propria poteſt eum capere ad inſtar fugitiui, vt arg. *C. de agri. & cen. l. aſcriptitia.* vel per præſidẽ. ad idẽ *l. vnica. C. de Senatuſconſulto Clau. tollendo.* & hoc tutius, vt ibi, & *l. omnes omnino.* & *l. ſi colono*, & *l. vlti.* quia ibi dicit, *reſtituere compellantur.* hoc idem *C. de colonis. l. vnica.* Sed aliqui diſtinguunt, vt ipſe *Roff.* quod aut ruſticus aſcriptitius detinetur ab aliquo, & tunc per iudicem; aut non detinetur ab alio, & tunc auctoritate propria poſſit dominus eum capere ad inſtar fugitiui, alleg. *l. 1. de agri. & cen. §. 1. ff. de adqui. po. l. 1. §. per eum.* & arg. *C. de ſeruis fugi. l. 1.* & ſic intelligunt *l. C. lib. 10. de colonis Paleſtinis. l. vnica*, in fin. licet quidam intelligant indiſtincte, ſiue poſſideatur, ſiue non, quod poteſt dominus auctoritate propria capere. Et quod dicunt dictæ leges, quod per præſidem cõſilium eſt, quaſi dicat, poteſt per ſe; & ſi non poteſt, tunc per præſidem: ſic *C. de pig. l. creditores*, & ſic inducũt *l. prædictam. C. de colo. Paleſti.* vt *C. lib. 11. de metatis. l. denotum.* & *C. quando licet vnicuique ſine iudi. ſe vin. l. 1.* & in *auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. ſi quis autem. collat. 2.* & *C. de manci. & colo. l. vlti. lib. 11.* & *C. de agri. l. ſeruos.* & *ff. de iniur. l. prætor.* & *C. de colo. fugi. l. 1 lib. 11.* de hoc vide in vſat.
61 *Si quis ſuum fœnum.* per *Doct.* Et eſt † expreſſum, quod dominus poſſit capere hominem ſuum etiã in camino de iure Cathaloniæ; vt in *conſtitutione diuinarum.* & in *conſtitutione pacis & treuga*, quæ incipit, *In primis. §. vias publicas.* in fin. & in *conſtitutione, Ad honorem. §. Item ſub hac pace.* & eſt *glo.* in vſat. *Similiter & ſi ſenior.* & in vſat. *Camini.* vide ibi *Iacob. de Monte Iudat.* & modernos *Doct.* & ibi notat *Calic. an dominus poſſit punire ruſticum ſuum*, & adde in *Commem. Petri Alber. tit. quæ & quanta ſint iura quæ dominus habet in homine ſuo*, quod intellige moderate, vt *l. vnica. C. de Senatuſconſulto Clau. tollẽdo.* & iuxta vſaticos, & cõſuetudines ac
62 iura patriæ. Nota † ℘ ſi vaſſallus habens caſtrũ in feudum male tractet burgenſes caſtri, quod dominus poterit eum monere quod eos tractet modo debito, & conſueto; alias curia poterit ſibi auferre caſtrum: & eſt ratio, quia male vtitur ſubſtãtia domini: argum. *ff. ſoluto matrimo. l. ſi cum dotẽ*, ſecundum *Bal.* qui hoc notat in *feu. tit. Si clerici. de pace vio. po. cap. publici latrones.* & hoc vult text. dictæ conſtitutionis in fine, dum dicit, *tunc enim feudatarijs non liceret*, quaſi dicat, imo punirentur. ¶ Præterea de hoc eſt quædam vſantia ſcripta in diœceſi Gerunden. quam poſui inter ipſas vſantias *tit. ſeu rub. vt liceat dominis propria auctoritate capere homines ſuos*, quæ eſt tenoris ſequentis. ¶ *Item quilibet poteſt capere ruſticum ſine hominem ſuum ſolidum, & tenere captum, ſub tina vel tanega, vel in ferris, vel in biga*: quod intellige verum, niſi ſint homines de feudo Regio, vel locorum Religioſorum, ſecundum quoſdam. vt in dicto §. *ibidem etiam.* vide de hoc in *Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 5. q. 34.* & 39. & adde quæ ſcripſi ſuper dicto *Sacramentali Gerunda cap. 5.* ſuper verbo *tractar.* &
63 ſuper verbo *vſatges.* ¶ Vnde collige, aut † ruſticus vel homo proprius non negat homiciam, ſed de ea notorie conſtat per confeſſionem propriã; aut per inſtrumenta, & à nullo poſſidentur: & tunc poteſt dominus tales capere propria auctoritate. Aut ab alio poſſidentur, & tunc per iuditem habent peti, argum. *l. nullus. C. de Iudæis.* & *C. ne quis in cauſa propria ius ſibi di. in rubro & nigro.* aut ruſticus, vel alius homo proprius negant homiciam, ſed à nullo poſſidentur & tunc ſi per inſtrumentum conſtet de homagio, & homicia, poteſt eos dominus capere propria auctoritate

etiam

etiam in camino publico,dummodo hoc non faciat cauſa & animo male tractandi. Si vero non conſtet per inſtrumentum de homagio, & tunc per iudicem habent peti, probatur hæc diſtinctio per iura prædicta.Sint ergo domini cauti, vt quando capiunt ruſticos, habeant inſtrumentum præ manibus, & vt dicant quod volunt vti per iuſtitiam iure ſuo, quod habent in hominibus ſuis: & caueant ne dicant, quod ideo capiunt; quia male tractare eos volunt,ſicut nonnulli aliquando temere præſumpſerunt,& male pro animabus ipſorum; vbicumque enim appareret, quod dominus vellet ſuum hominem opprimere & male tractare,debet Rex occurrere,& liberare oppreſſum,iuxta vſat. *Alium namque.* & 23. *q.5.c.Regum.* & *ff.de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l.1.* vbi dicitur quod † non licet dominis in ſer-
64 uos † ſæuire, ergo & multo minus in ruſticos,
65 qui † non ſunt ſerui, intereſt enim Reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur, vt *inſti. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* circa prin. ¶ Sed numquid domi-
66 nus poteſt † vendere hominem ſuum,ipſo homine inuito & non conſentiente? Reſpondeo, quidam quod ſic cum manſo & gleba ſimul,ſi ſit ruſticus amanſatus vel borderius. Sed ſi ſit homo,
67 exius † ſiue legius, qui non habet manſum, & qui vulgariter in hac patria dicitur iuuenis homo,non poteſt vendi,vt *C.de agri.& cen. l. quemadmodum.* & *l.diffinimus. lib.*11. & *ff. de legatis primo.l.ſi quis ingenuos.* & ibi nota.Sed † dico,quod
68 etiam iuuenis homo,ſi fuerit emancipatus,poteſt vendi inuitus, ſecus forte de non emancipato, niſi vendatur ſimul cum parentibus, & tota gleba manſatæ propter duram ſeparationem, argu. *l.poſſeſſionum.C.coram vtriuſque iudicy.* & iuxta notata in *c. in generali de reg.iur.lib.6.* & ibi per *Doct.* ¶ Hoc vnum etiam nota contra iſtum §. *ibidem etiam*,quod non eſt licitum domino male tra-
69 ctare † hominem ſuum,nec etiam ſeruum; quod ſi faciat, ſuccurritur ſeruo & ſubdito de plano officio iudicis,de præmiſſis inquirendo, vt notat *Hoſt.in Summa tit.de ſequeſtra,* &c. §.*& an.ve ſ.*
70 *Sexto.* Imo dico,† quod ſi dominus immoderate ſæuiat in ſeruum, quod poteſt agere ſeruus contra dominum,vt notatur 23.*q.4.cap.ſi Eccleſia.* in ſecunda *gloſ.* ſecundum *Gui.Ricard.* Sed tamen dixit, quod hæc *conſtitutio, Anno Domini.* §. *ibidem etiam.* per quam (vt dixit) conceditur dominis male tractare homines ſuos, quæ Iudaice vt iacet intelligenda eſt. Dummodo non generet abſurdum & extraneum ſenſum,vt *extra.de verb.ſignif. cap.intelligentia.* & *cap.propterea.* & *ff.de legibus.l.ſci-*
71 *re leges.* ſtatutum † enim,priuilegium,vel conſtitutio non debent intelligi ſic,quod trahantur ad ſenſum indebitum,vel finis contrarius inducatur eius pro quo ſtatutum eſt: *l.non omnes.ff.ſi ſerui.pe.* & *de legatis primo.l.legata.* ſecundum *Anto.de Butr.*
72 *in conclu.*13. Et † quis dicatur extraneus ſenſus litteræ,dixi infra *eod.* circa fin.facit contra ſecundum eum.Sed ego(vt dixi ſuperius) teneo contra,quia nec ad litteram concedit male tractare, etiam ſi Hebraice, hoc eſt ad litteram intelligatur.Sed ſolum dicit,quod ſi ipſi domini male tractauerint ruſticos ſuos, quod non teneantur domino Regi;ſed non negat, quin teneantur ruſtico oppreſſo & male tractato,iuxta vſat. *Cunctum*
73 *malum.* cum ſimilibus.quia† dominus poteſt etiá criminaliter accuſari à ſuo homine & ſubdito, quando ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt dixi, & habetur in dicta *Commem. Petri Alber.tit.qua & quanta ſint iura,* &c.dixi latius ſuper *Sacramentali.* facit quod dixi ſupra *eod.* in verbo *Domini.* & dicam ſtatim in verbo *abſtulerint,& male tractauerint,* quæ ſunt verba præteriti temporis, quaſi dicat, quod facit remiſſionem de male tractamentis tempore datæ factis, & hoc ita debet intelligi,ne videatur lex iniqua:quia daret occaſionem delinquendi,& non haberet rationem; &
74 vbi † ratio vincit legem, poſſumus facere contra legem,rationi adhærendo, nota *glo.ff.de adqui. rerum.do.l.qua ratione.* §. *item.* & dixi ſupra *coll.* 7.*in proœmio.* pro hoc facit, quia non eſt veriſimile, quod vnico verbo huius §. *ibidem,* tollantur tot iura & tam rationabilia prohibentia alium etiam ſubditum male tractare:argum. *l. ſi quando. C.de inoffic. teſtam.* In contrarium facit,quia con-
75 ſtitutio † de ſui natura reſpicit futura, *extra. de conſti.cap.cognoſcentes.* & *cap.vlti.* & in præiudiciũ domini Regis concedentis hoc in priuilegium debet late interpretari, vt ſic intelligatur de futuro:dic vt in *gloſ.* ſequenti. ¶ Sequitur in text. dicti §.*ibidem etiam,* ibi *ſua abſtulerint,* verbum *au-*
76 *ferre,* ſonat † in malam partem & vitioſam,quaſi per vim & violentiam & auctoritate propria iniurioſa & priuata, & hoc eſt male tractare ſeu opprimere,& ſic eſt contra vſat.Barcinonæ,quæ incipit, *Cunctum malum,* ibi dicitur & cauetur, quod dominus non debet facere malum homini ſuo ſine facta directi, aut ſine acuidamento. Sed vide ſuper iſto vſat.& vſat.*Similiter & ſi ſenior.* in *gloſ.* incipiente,*numquid dominus.* & in vſat. *Placitum iudicatum.* vbi de hoc per *Doct.* Sed dic quod non eſt contra,quia iſte §. ſolum dicit,quod dominus male tractans ruſticum vel ei ſua bona auferens,non teneatur domino Regi,ſed non negat, quin teneatur ipſi ruſtico, vt vult dictus vſat. *Cunctum malum,* & ita ſunt iſta iura concordanda,argum.*extra.de elec.cap.cum expediat.lib.6.* adde quæ notantur ſupra *eod.* & in *gloſ. ſacramentalis,* non enim valeret conſtitutio humana, quæ
77 concederet † furari,vel rẽ alterius iniuſte auferri,quia id iuſtitia vetat, & lex diuina, quæ nedum prohibet furari, ſed & omnem concupiſcentiam rei alienæ prohibuit: *extra.de conſtitu. c. nam concupiſcentiam* & ibi dicitur, quod bona eſt lex,quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet:ergo à contrario mala eſt lex, quæ contrariũ concedit:&(vt dixi)lex humana nõ poteſt tollere legem Dei: 10.*diſt.cap.lex Imperatorum.* cum ſimil. Et per dictum §.*ibidem etiam,* quidam volu-

erunt

luerunt inuenire modum ſeu viam, quod ruſticus non poſsit agere contra dominum. Sed contra eſt, quia imo poteſt agere venia petita, vt notatur *ff. de ſtatu ho. l. ſumma.* & *C. in quibus cauſis colo. cen. do. accu. po. l.* 1. & 2. vide ibi *Ioan. de Platea*, qui dicit, quod pro releuamine huius oppreſsionis poteſt haberi recurſus ad quemlibet officialem qui facilius haberi poſsit, & dixi in *Summa de Afflictionibus & Oppreſsionibus. lib.* 11. ſecundum *G. Ricardi*, & ita videmus ſeruari, & ſic minime ſunt mutanda: *ff. de legibus. l. minime.* Facit ſæpe dicta *conſtitutio*, alias *Commen. Petri Alberti, quæ & quanta ſint ius a*, &c. Si ergo poteſt dominum accuſare criminaliter, quando proſequitur propriam iniuriam vel ſuorum: fortius ciuiliter agere poterit ad damna eriam per viam querelæ pacis & treugæ: & contrariũ ſentire eſſet valde inhumanum, licet mali domini dictum §. libenter allegent pro ſe, vt dixit *G. Ricardi*, & vere mali ſunt domini, & alij, qui male intelligunt & abutuntur ipſa conſtitutione, & §. *ibidem etiam*, contra quos eſt illud Iſaiæ: *Væ, qui dicitis bonum malum*, &c. 11. *q.* 1. *cap. væ qui dicitis*, ſcilicet, per extraneum ſenſum litteræ, quia extraneus † litteræ ſenſus dicitur tunc, quando exponitur contra auctoritatem diuinæ Scripturæ, vel ſanctorũ Patrum, & in alterius præiudicium: argum. *extr. de offic. dele. cap. ſuper eo*, & *de reſti. ſpo. cap. audita*, ſecundum *Gui. in Roſario* 37. *di. cap. relatum.* & ibi hoc latius notat ſuper verbo, *& extraneum.* vide *Bal. in l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti.* Et licet de facto dictus §. quandoque ad futura trahatur, veruntamen de veritate iuris mihi videtur contra, quia lex † communis continens remiſsionem delictorum debet intelligi de præteritis, & non de futuris: & hoc ne lex videatur dare occaſionem delinquendi, vt notatur in *l. placet. C. de Epiſcopis & cleri.* & per *Ioan. de Imola in cap. litteras.* ſuper verbo *ſtatuimus. de reſcript. in Cle.* & per *Bar. in l. cum lex. ff. de le.* & ibi eſt caſus, & per *Cin. C. de legi. l. leges.* adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. cap. Item que vos ſenyora.*

78

79

De la forma de procehir contra algu no obtemperant a les conuocacions de *Princeps namque*, o de ſeu dataris, o de hoſts, en los caſos, que lloch hajen les conuocacions.

Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio fieri nequit pro hoſt fallitis abſque citatione & cauſæ cognitione præcedentibus. & nu.* 2.
3 *Actus contra conſtitutiones inratas non valent.*
4 *Ad ſententiam procedi non poteſt, niſi parte citata.*
5 *Ad exequutionem procedi non poteſt ante cauſæ cognitionem.*
6 *Spoliari quis non debet ſine legitima cauſæ cognitione.*
7 *Sententia tunc inducit actionem, quando eſt cauſata à ciuili & naturali obligatione.*
8 *Sententia eſt ius ciuile, ſed veritas eſt ius naturale.*
9 *Sententia & veritas ſe habent tanquam materia & forma.*
10 *Mendacium inualidat ſententiam.*
11 *Nullitatis prompta probatio impedit exequutionem ſententiæ.*
12 *Rex licet in Cathalonia ſuperiorem non cognoſcat; attamen tenetur legibus viuere.*
13 *Princeps de iure Romano poteſt ſecundum conſcientiã iudicare.*
14 *Veritati potius ſtandum eſt quam ſententiæ, dummodo veritas appareat per proceſſum.*
15 *Iuſtitia eſt officium poteſtatis & pietatis.*
16 *Iuſtitia naturalis eſt ſecundum ius naturale, vel diuinum, vel gentium, ſecũdum veritatem legitime probatam.*
17 *Iuſtitia ciuilis eſt ſecundum acta & probata.*
18 *Princeps non poteſt defenſiones, & quæ ſunt iuris naturalis auferre.*
19 *Subtilitas iuris ciuilis non nocet proceſſui Principis.*
20 *Rex tenetur iuuare ruſticum oppreſſum, & à male tractamento ſibi facto per dominum.*
21 *Princeps poteſt retractare rem iudicatam. declaratur ibidem.*
22 *Princeps audire poteſt non audiendum, & reſtitutionẽ vel appellationem non admittendam admittere.*
23 *Reſcriptum contra rem iudicatam non valet, niſi in eo diceretur, Non obſtante ſententia.*
24 *Ius quæſitum per ſententiam qualiter tolli poteſt per reſcriptum Principis. remiſsiue.*
25 *Actus reprobati proprie non ſunt actus, ſed abuſus.*
26 *Citatio in omni cauſa requiritur, quia iudicium ab ea parte incipit, quæ eſt de in ius vocando.*
27 *Iudicium non valet ſine citatione.*
28 *Populs omnes, etiam Baronum Principatus Cathaloniæ tenentur ire ad conuocationem exercituum in vim vſus.* Princeps namque. *declaratur num.* 39. & *quid ſi extra Principatum nu.* 40. & 41. *quod nõ teneantur ire. num.* 42.
29 *Rex poteſt conuocare exercitus pluribus modis, qui referuntur hic.*
30 *Princeps in Cathalonia qualiter & quando conuocare poſsit generales hoſts.*
31 *Exercitus eſt collectio totius militiæ; & non eſt proprie exercitus, niſi ſit legio.*
31 *Exercitus vnde dicatur. remiſsiue.*
33 *Vaſſalli etiam Baronis tenentur venire ad hoſts domini Regis.*
34 *Inter hoſts & canalcatas differentiæ late traduntur.*
35 *Hoſts & canalcatas facere quis teneatur, & cui. remiſsiue.*
36 *Feuda in Principatu Cathaloniæ ſunt Regis.*
37 *Feudum quid. remiſsiue.*
38 *Vaſſallus an poſsit diuidere feudum. remiſsiue.*
43 *Regalia non preſcribuntur.*
44 *Secundum æquitatem & bonam rationem iudicandum eſt in Cathalonia, deficiẽtibus iuribus patria. & quid in cauſis prophanis & ciuilibus. nu.* 54.
45 *Dominus cum iubet quæ Deo ſunt contraria, ei obediẽdum non eſt.*
46 *Secundum leges Gothicas an ſit hodie iudicandum, & an ſint abrogatæ, traditur. & quid de conſuetudine in hac patria. nu.* 53.

47 *Roma olim fuit caput ſuperſtitionis, nunc autem eſt caput Eccleſiæ & ſanctitatis.*
48 *Comes Barcinonæ eſt Princeps Cathalonia nullum cognoſcens ſuperiorem, & poteſtatem habet condendi legem.*
49 *Raymundus Berengarius Comes antiquior & eius vxor fecerunt vſaticos Barcinonæ. & nu. 50.*
51 *Legibus & iuribus abrogatis vtendum non eſt.*
52 *Municipalia iura ſunt, quæ ſuper certis locis vel certa Prouincia diſponunt, & edita ſunt.*
55 *Derogare vel abrogare quid, remiſſiue.*
56 *Vaſſallus vel ſubditus qualiter & quando dicatur fallere hoſtis.*
57 *Hoſtis qui fefellerit, hoc eſt, qui non obtemperauerit cõuocationi hoſtis factæ legitime & in caſu debito, qua teneatur pœna. & quid ſi non habet unde ſoluat. num. 58. & an criminaliter procedi poſſit. num. 61. & quis erit index huius pœnæ. num. 83. & quam excuſationem habere poterunt vaſſalli, vt excuſentur ab hac pœna. nu. 93.*
59 *Qui non habet in ære, quod luat in corpore, in delictis potiſſimum habet locum.*
60 *Pœnæ criminum quoad Principem regulariter ſunt arbitrariæ.*
62 *In citatione ſi vitium fuerit, non valet proceſſus. & quid erit, ſi citatus compareat, & non proteſtetur de vitio citationis. nu. 63.*
64 *Citatio aliquando poteſt incipere contra procuratorem.*
65 *Princeps non poteſt cauſam diffinire abſente parte & non vocata. limitatur nu. 67.*
66 *Sine citatione procedi poteſt, vbi negotium non patitur dilationem.*
68 *Papa quandoque procedit in notorijs abſque aſſignatione ſeu citatione ad ſententiam, & valet proceſſus.*
69 *Sententia diffinitiua regulariter ferri non poteſt quantumcunque ex notorio, ſi non præcedat legitima citatio.*
70 *Citationis commiſſio eſt ſententia interloquutoria.*
71 *In citatione legitima tria concurrere debent, vide quæ in littera.*
72 *Citatio generalis in valuis non ſufficit, quando pars ſeu procurator eſt præſens in curia.*
73 *Sententia Principis lata contra iuris ordinem valet.*
74 *Citari non debet reus ad petitionem creditoris, niſi præcedat mandatum iudicis.*
75 *Condemnandus nec exequendus quis eſt ſine legitima cauſa cognitione.*
76 *Iudicantem oportet cuncta rimari.*
77 *Iuramentum tunc eſt defendendum, quando aliæ probationes deficiunt.*
78 *Iuramentum cui deferatur, in arbitrio iudicis eſt.*
79 *Defenſiones nemini ſunt auferendæ.*
80 *Cauſarum merita panduntur aſſertione partium.*
81 *Sententia diffinitiua illa dicitur, quæ definit negotiũ, & imponit finem cauſæ.*
82 *Res iudicata dicitur, dum non eſt appellatum, vel confirmatum fuit per binas ſententias.*
84 *Iudex rectus non habet acceptionem perſonarum.*
85 *Princeps eſt iudex in cauſa propria, & trahit debitores ſuos ad ſuum forum; honeſte tamen facit, ſi committat alteri cauſam. num. 87. & quid ſecundum leges Gothicas. nu. 88.*
86 *Papa vel Princeps de rigore iuris cognoſcere poteſt de cauſa ſua.*
89 *Rex in curia Regia per ſuos procuratores fiſcales agit & defendit cauſas ſuas, declaratur ibidem.*
90 *In feudali cauſa, vbi non denegatur feudum, quandoque dominus feudi dat iudicem, quandoque iudicant pares curiæ.*
91 *Epiſcopus in Cathalonia cauſam ſuæ Eccleſiæ ducit per procuratorem coram eius officiali, vel Vicario, ſeu delegato.*
92 *Epiſcopus conuenitur coram Archiepiſcopo, Archiepiſcopus coram Patriarcha, & Patriarcha coram Papa, Papa vero non habet ſuperiorem in terris.*
94 *Condemnatis quod ſpatium detur abſoluendum, traditur late.*
95 *In mora non conſtituitur quis ſtatim, ſed modico elapſo tempore ad arbitrium iudicis.*
96 *Exequutio ſententiarum debet committi maioribus perſonis.*
97 *Exequutori non ſeruanti iuris formam licite an reſiſti poſſit. & nu. 98.*
99 *Citatio legitima quæ ſit, traditur late.*
100 *Ad ſententiam & eius exequutionem procedi poteſt in contumaciam alicuius lite etiam non conteſtata.*
101 *Contumacia quandoque facit habere litem pro conteſtata. & nu. 102.*
103 *Lite non conteſtata non poteſt procedi ad receptionem teſtium vel ad diffinitiuam. limitatur ibidem.*
104 *Præſcriptio non currit tempore Regis vel Principis male iudicantis.*
105 *Metus probabilis Principis excuſat iudicem à pœna, ſaltem temporali.*
106 *Metus Principis excuſat, ſicut metus mortis.*
107 *Cathalani & Aragonenſes deſcendunt ex Gotis.*
108 *Proteſtatio quando iuuet proteſtantem.*
109 *Proteſtatio Principis interrumpit præſcriptionem.*
110 *Pactum an poſſit impedire, vt præſcriptio non currat. remiſſiue.*
111 *Præſcriptioni an renuntiari poſſit.*
112 *Præſcriptio tolli non poteſt per ſtatutum. declaratur ibidem.*
113 *Præſcriptio tribuit pleniſſimam ſecuritatem. & num. 130.*
114 *Actiones ciuiles durant triginta annis.*
115 *Præſcriptio vnica an ſufficiat in annuis præſtationibus, & quid in legatis. & nu. 129.*
116 *Poſſeſſio ciuilis an requiratur in vſucapione. remiſſiue.*
117 *Actiones criminales durant viginti annis.*
118 *Præſcriptio annalis currit granato in tallijs ſine æſtimis.*
119 *Præſcriptio ciuilis in omnibus caſibus in quibus olim currebat contra minorem, & reſtituebatur, hodie non currit ipſo iure.*
120 *Præſcriptio tunc incipit currere, cum debet fieri ſolutio.*

Negli-

Digitized by Google

121 *Negligentia ſeu taciturnitas Regis vel domini, vel eorum procuratoris non debet præiudicare ſucceſſori in Regno, vel in dominio allodiali.*

122 *Præſcriptio non currit tempore Regis male alienantis.*

123 *Statuta permittentia præſcriptionem cum mala fide ipſo iure non valent.*

124 *Actio perſonalis realis & hypothecaria quandoque tollitur ſpatio ſex menſium. & hypothecaria quandoque præſcribitur diuerſis temporibus. nu. 125.*

126 *Præſcribitur ſolum centum annis contra Eccleſiã vel ciuitatem habentem hypothecam in caſibus* l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

127 *Præſcriptionis exceptio oppoſita in vim dilatoriæ impedit litis conteſtationem.*

128 *Exceptiones litis finitæ debent opponi ad merita cauſæ.*

131 *Statutum diſponens quod inſtrumenta dotalia & alia mandentur exequutioni, nulla obſtante præſcriptione non comprehendit præſcriptionem quadraginta annorum.*

132 *Præſtationi futuri cenſus non præſcribitur niſi interuertatur poſſeſſio per emphiteutam.*

133 *Præſcriptio in quibus caſibus ceſſet. remiſſiue. & num. 143.*

134 *Lex renuciens præſcriptionem non cenſetur excludere præſcriptionem centum annorum vel immemorialem.*

135 *Præſcriptio cum mala fide non currit de iure canonico.*

136 *Iuriſdictio an, qualiter & per quos præſcribi poſſit, remiſſiue.*

137 *Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum tollit actionem ciuilem, naturalem autem non, ſed eius effectum.*

138 *Vaſſallus non præſcribit contra dominum, niſi poſſeſſionem interuertat.*

139 *Præſcribere nemo poteſt contra Principem iuſto titulo non præcedente.*

140 *Statutum quamuis dicat, quod contra inſtrumenta dotium & vltimarum voluntatum nulla currat præſcriptio, ſed ſemper poſſint exequutioni demandari; præſcriptio tamen centum annorum vel immemorialis non cenſetur reiecta.*

141 *Ex præſcriptione oritur actio & exceptio.*

142 *Per præſcriptionem non acquiritur directum dominium, ſed vtile. limitatur ibidem.*

144 *Feudum an præſcribi poſſit, traditur.*

145 *Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum regulariter currit.*

146 *Dominium an acquiratur per præſcriptionem. remiſſiue.*

147 *Præſcribi non poſſunt res alienari prohibitæ.*

148 *Iuri facultatis non præſcribitur.*

149 *Iuri offerendi non præſcribitur.*

COnfirmants, loants, & approbants la conſtitutio, &c. Caſus. Confirmatis conſtitutione Ceruariæ, & vſat. *Alium namque*, hic narratis, & abuſibus in contrarium ſublatis, ſtatuitur † hic non 1 fore procedendum ad condemnationem, nec executionem pro hoſts fallitis abſque citatione & abſque cognitione præmiſsis, contrarium de facto fuit ſeruatum Barcinonæ occaſione *del Princeps namque*, anno 1467. reſeruato tamen iure vtrique parti ſuper iuribus ſuis, & quæſtione conuocationis exercituum in caſibus hic contentis. Hoc dicit. Vel ſic, & breuius. Caſus. Non poteſt † fieri executio pro hoſts fallitis abſque 2 citatione & cauſæ cognitione præcedẽtib⁹. Vel magis ad litteram. Nõ poteſt fieri exeeutio pro hoſts fallitis, niſi prius lata ſententia cum cauſæ cognitione, vocatis & auditis partibus legitime facta. Hoc dicit. ¶ Et diuiditur in partes quatuor. In prima parte ponitur dictarum conſtitutionum, & vſatici confirmatio, & abuſuum in contrarium factorum reprobatio, vſque ibi, *declaram*. In ſecunda parte declaratur forma procedendi contra non obtemperantes indictionibus & conuocationibus exercituum, vt non condẽnentur, niſi prꝛuia citatione & cauſa cognita & ſententia partibus auditis in defenſionibus ſuis, vſque ibi, *E lla on ſien condemnats*. Item in tertia parte ponitur forma executionis lata ſententia condemnatoria parte prꝛſente vel per contumaciam abſente, vſque ibi, *per la preſent conſtitucio*. In quarta parte ſaluatur ius tam domino Regi quã toti terræ in iuribus & defenſionibus, ac libertatibus ſuis, vſque in finem. ¶ Nota quæ dixi in ſummarijs. ¶ Item nota abuſus tollendos, vt ſupra *colla. proxi. cap. tollens lo abus.* cum concordan. 3 ¶ Item nota actus † contra conſtitutiones Cathaloniæ iuratas non valere & fore abuſus, vt hic, & ibi, & dixi ſupra *collat. 9. in curia domini Regis Ferdinandi cap. confirmants la conſtitucio. §. E tollents lo abus fet*, vide quæ ibi ſcripſi de hoc. ¶ Item † nota 4 non debere procedi ad ſententiam niſi parte 5 citata. ¶ Vltimo † nota non debere procedi ad executionem ante cauſæ cognitionem, vt hic, & *C. de execu. rei iudi. l. nimis propere.* & *ff. de re iudi. l. ſi cum nulla.* cum concordan. Non enim debet 6 quis † ſpoliari ſine legitima cauſæ cognitione, alias debet reſtitui. *extra. de reſti. ſpo. c. conquerentẽ.* & ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. Item quod nos & officiales noſtri non ſpoliemus*. ¶ Sequitur expoſitio. Confirmants, ſcilicet, ad cautelam, quia non erant abolitæ, ſed potius confirmatæ, vt ſupra *colla. 9. in curia domini Regis Ferdinandi cap. per tal que les leys*. ¶ Sequitur in tex. *en la Cort de Ceruera*, quæ eſt ſupra *collat. 6. cap. in primis.* vide & adde quæ ibi dixi. Sequitur in textu, *en les paraules*, ſcilicet, tenuiſſent iuſtitiam & iudicaſſent per directum, ideſt, ſecundum veritatem, quam cum Princeps ſcit, non debet ire per ambages, ſed debet iudicare ſecundum veritatem, quam nouerit; nam quidquid Princeps facit, vt Deus facit, Deus autem eſt ipſa veritas, & ideo non fallit, neque fallitur: & ſic ſola veritate inſpecta cauſam decidere debet, etiam ſi iudicialis ordo eſſet omiſſus, eſt tex. *extra. de accu. cap. ad petitionem.* & notatur per *Bal. in ſen. tit. de forma inueſtiturę. cap. inueſti-*

bus adhuc hodie habet locum pœna commiſsi. Alium caſum habes, quando vaſſallus, vel emphiteota negat rem teneri per domino in feudum, vel emphiteoſim, vt in vſatico, *ſi quis ſuum feudum.* & ibi nota, & in *localibus Barcino. del recognouerunt proceres. capit. Item ſi emphiteota.* Quartus caſus eſt, ſi vinea ceſſetur putari per triennium. Sic etiam de illo qui ſcindit arbores de fundo, de quo dixi in vſantijs Gerundæ: vide ibi, & colligе per te, quia hoc eſt magis laborioſum quam ſubtile. Sequitur §. *E ſi dins ſpay del dit any.* ſcilicet, à die deſertionis terræ, vel mutationis domicilij computando. ¶ Sequitur in textu, *la vna de les coſes demont-*
23 *dites, ço es, la alienacio*, &c. Eſt † ergo optio ruſtici migrãtis an malit terras vendere, vel alienare in alium capacem, hoc eſt, in perſonas non prohibitas, an verò malit eas deſerere, & renunciare domino; quod ſi neutrum fecerit infra dictum annum, poſtea ipſo anno elapſo poterit dominus ſibi apropriare, & confiſcare dictas terras, quæ pro ipſo directe tenentur, & hoc totum ſequitur ibi, *que paſſat lany ipſo facto*: ergo videtur, quod lapſo anno non habeat ruſticus poteſtatem alienandi dictas terras inuito domino, quia per lapſum anni eſt omni ſuo iure priuatus ipſo facto, & quæſitum vtile dominium domino directo, & facta conſolidatio vtilis dominij cum directo, ac ſi facta eſſet empara Realis, iuxta notata per *Ioco. de Calicio* in vſatico, *ſi quis ſuum feudum.* ¶ Sequitur in textu, *ſens altra conexenſa, & citacio.* quaſi dicat,
24 ſufficit præſens conſtitutio, quia lapſus † temporis interpellat, & loco citationis habetur. Eſt tamen neceſſe conſtare de deſertione cum lapſu anni, & hoc ſequitur in textu. Et ſic nota hic vnum caſum, in quo valet procedi ſine citatione: ſic ſupra *collatione nona. capit. com molts entenents.* de hoc nota infra *ead. capit. proximo.* Sed tamen notat *Bald.* in *l. cum fratrem. C. de his qui-*
25 *bus vt indig.* quod † nulla poteſt fieri diffinitiua ſententia, niſi præcedente citatione legitima: vide ibi, & adde quæ notãtur per *Doct.* in *c. cum ſit. de app.* & *de iureiurãdo, c. ad noſtrã in tertia,* & *in Cle. Paſtoralis, de re iudi.* & per *Ant. de Butr.* in *c. cum olim, de re iudi.* dictum *Bal.* habet verum regulariter. Fallit in caſibus à iure expreſsis, vt hic, cum ſimilibus. ¶ Sequitur in textu, *pus conſte ſummariament eſſer ſtat mudat lo domicili*, &c. ſcili-
26 cet, per † informationem iure receptã per iudicem competentem: quoniam non credo, quod ille qui ſe aſſerit dominum manſatæ, ſit iudex competens in hac cauſa eius propria, quia oportet conſtare, quod ſit dominus directus manſatæ, & quod ille ruſticus qui deſeruit manſum, ſit vaſſallus, ſcilicet, quod præſtiterit homagium; ita quod appareat, quod ſit de illis qui redimi conſueuerunt, prout vult textus huius capituli. Vnde tutius eſt hanc informationem recipi per Vicarium, vel alium ordinarium, & non per dominum manſatæ, vt probat textus in
27 ſequentibus. ¶ Sed † quæro an in hac ſummaria informatione recipienda ſit pars vocanda? Et videtur, quod ſic, quia etiam in ſummarijs requiritur citatio: vt *extra. de verborum ſignificatione. capit. ſæpe. in Clemen.* & *in extranag. ad reprimendum.* & ibi *Bart.* ſuper verbo, *figura iudicij.* Sed dic contra in hoc caſu, quod expreſſe littera dicit, *ſine cognitione, & ſine citatione.* Et eſt ſpeciale propter notorietatem deſertionis, & in odium deſerentium manſatam ſuam in præiudicium dominorum, regulariter contra, vt infra *capit. proximo.* & ibi vide de hoc, adde etiam quæ ſcripſi ſupra *collatione nona, capit. ne ex beneficio.* §. *Et ne inde naſcantur.* ſuper pragmatica domini Regis Alfonſi nunc regnantis ibi inſerta, ſu-
28 per verbo, *conſtiterit.* Quid † ſi in manſo non ſit dominus habitabilis, nec conſueuerint ibi homines habitare? Credo, quod tunc non habet locum hæc conſtitutio; quæ cum ſit odioſa, debet reſtringi, quia nec poteſt dici mutatum domicilium ex quo ante ibi non conſueuit habi-
29 tari. Item † quid ſi dominus vtilis manſi ſit pupillus? Tunc credo, quod non valeat fieri hic proceſſus, niſi parte vocata legitime, quia in tali præſcriptione ſeruabitur pupillus illæſus ipſo iure, vel ſaltem daretur reſtitutio, quia negligentia, vel factum tutorum ſibi nocere non debet, & fortius ſi non habuerit tutorem, præſertim, quia nec poſſet alienare, &c. nec habitare. Item quia non præſtitit homagium, & ideo
30 nondum eſt vaſſallus. ¶ Debebit † ergo dominus volens facere hunc proceſſum, & ſibi appropriare manſum, vel terram, quæ pro ipſo tenetur, in ſcriptis recipere, ſeu recipi facere informationem teſtium ſummarie, qua die ille ſuus homo, vel ruſticus deſeruit dictum manſum, & alibi tranſtulit ſuum domicilium, & habitationem: & ſi per annum integrum omnino deſeruit habitare dictum manſum. Et conſtito de his, poteſt de facto, & propria auctoritate in vim huius conſtitutionis ſibi, & ad manus ſuas recipere dictum manſum, & terram, quæ pro ipſo tenet. Et ex tunc de illo manſo, vel illa terra poterit dominus diſponere pro libito voluntatis.
31 ¶ Vnde † nota, quod quando terra, vel manſus qui pro aliquo dño tenetur, deſeritur per ruſticum, vel alium hominem dominum vtilem, & vaſſallum, vel emphiteotam. Tunc aut deſeruit per annum, vel amplius; aut minus anno. Si minus anno deſeruit, tunc dominus non poteſt facere proceſſum, nec appropriationem huiuſmodi ſine citatione, ſed poterit per iudicem ordinarium loci facere proceſſum beneuiſij ſiue conſolidationis, iuxta *vſantiam*, ſuperius inſertam, quæ incipit, *Si aliquis manſus deuenerit ad beneuiſium*, in quo proceſſu de ſtylo curiæ Gerundæ dantur ſex menſes. In alijs vero curijs forenſibus ipſius Diœceſis Gerundæ dantur minus, vt puta decem, vel triginta dies,

& hoc

& hoc modo poterit fieri conſolidatio infra annum. Sed iſte proceſſus non habet locum, niſi quando nullus ſucceſſor apparet, vt vidiſti in præinſerto verſiculo. Tunc autem dicitur manſus venire ad beneuiſium, ſi aut per annum, vel vltra deſeruit, quia alibi mutauit domicilium: & idem credo ſi vagauerit per mundum, vel neſcitur an viuat, ſed conſtat manſum fore relictum ſiue deshabitat per annum, & vltra, tunc habet locum proceſſus ſine citatione, iuxta formam præſentis conſtitutionis. ¶ Vtroque vero caſu ſi per annum, vel minus anno fuerit deſertus, ſiue deshabitat, ſed ignoratur dominus vtilis, vel quia eſt mortuus, & non apparet ſucceſſor, vel errando vagat per mundum, tunc poterit dari curator manſo, & bonis; & ſoluendo cenſus, agraria, & alia iura dominorum, & debita creditorum, poterit manſus vendi per curiam cum onere ſeruitutum; & illo modo erit conſultum ſeu prouiſum dominis, quia habebunt nouum emptorem vaſſallum, vel emphiteotam, & forifcapia, & ſeruitutes, & de pretio habendo de vtili dominio manſi, ſatisfiet dominis, & creditoribus in ſibi debitis, prout ſufficere poterit agraduando, & collocando ipſos prout fuerint priores tempore, & iure potiores, iuxta materiam per me ſcriptam ſupra *collatione nona. capit. è los aduocats. §. entenem empero*. Sed in prædijs tributarijs ſeruatur de iure communi. *l. qui agros.* & quæ ibi notantur, & *l. locorum domini. C. de omni agro deſerto. lib. 11.* & ibi notat *Ioannes de Platea*, quid quando procedit cum citatione partis, & quid quando
32 ſine citatione, vide ibi. An † & quando fuga faciat haberi pro confeſſo poſt ſex menſes dominum fundi deſerti, qui nolit rem tributariam ſterilē habere, & pro ea tributa ſoluere. Sicut
34 etiam † facit tutorem ſe abſentantem, ne alimenta pupillo decernantur, haberi pro confeſſo, & ſuſpecto de mala adminiſtratione; propter quod poterit condemnari, & remoueri, vt *l. impuberibus. §. finali. ff. de ſuſpect. tu.* & multa alia facit fuga, de quibus vide *Ioannem de Platea* in dicta *l. locorum domini.* ¶ Sequitur in textu, *de feſſia permes als dits ſenyors*. ſubaudi, hoc eſt, eo caſu recepta dicta informatione, & conſtito per eam de mutatione domicilij cum lapſu ſanni prædicti, ex tunc, & ipſo facto, ac ipſo iure, auctoritate huius conſtitutionis, & per eam dictis dominis eſt permiſſum apprehendere ad manus ſuas; & ſic retinere manſos, bordas, terras, & alia bona immobilia de pertinentijs, quæ pro ipſis dominis directe teneantur, & de eis facere ad ſuas voluntates. Et hæc vera, niſi per pactum, gratiam, vel remiſsionem dominorum fuerint ipſi homines, vel eorum bona omnino libertati, & hoc eſt, quod in littera ſequitur, *ſi per pacte, gratia, o remiſſio de lurs ſenyors*, &c.
34 Poteſt ergo dominus †, libertati donare homines ſuos, & emfranc[illegible] bona quæ pro eis tenentur, quia licitum eſt cuilibet facere gratiam, & donare, vel remittere, ac paciſci, quia quilibet ſuæ rei moderator eſt, & arbiter. *C. man. l. in re mandata.* Et nota verbum, quod dicit, *de lurs ſenyors.* quia ſecus ſi fieret gratia, vel remiſsio per tutorem, vel curatorem, Prælatum, vel alium adminiſtratorem, quia iſti non ſunt veri domini, ſed quaſi domini, vt *C. de pactis. l. pactum curatoris.* & *extra. de dona. capit. 2.* Et
35 non † valet alienatio facta per tales adminiſtratores de rebus alienis, niſi eſſet facta in caſu à iure concello, & cum iuris ſolemnitate debita, vt *l. magis puto. ff. de rebus eorum qui ſub. tu. vltim. cu.* & *l. lex quæ tutores. C. de admi. tu.* & *extra. de his quæ fi. ap. capit. primo.* & *capit. cum Apoſtolica.* & per totum, & *duodecima quæſt. 2. capit. ſine exceptione.* & *decima quæſt. 2. capit. hoc ins perrectum.* & *extra. de re. ecc. non alie. capit. duduum. lib. 6.* ¶ Sequitur in textu, *Si per pacte, gratia, o remiſsio*
36 *de lurs ſenyors.* Nota † hic per pactum, vel gratiam poſſe remitti, & fieri, quod ruſticus non teneatur reſidere in manſo; quod eſt verum, quando dominus non eſt perſona Eccleſiaſtica: alias autem Prælatus per pactum, gratiam, vel remiſsionem eius non poteſt concedere ruſtico Eccleſiæ, vt poſsit deſerere manſum, & alibi mutare domicilium: quia hoc eſſet alienare proprietatem glebæ, cui eſt aſtrictus ruſticus ſaltem in veteri Cathalonia, ſicut eſt in Diœceſi Gerundenſi, in qua eſt vſantia antiqua, quam ego extraxi à libro G. Ricardi, qui per ſeptem annos præfuit iudicaturæ Gerundæ, quæ vſantia eſt tenoris ſequentis. *¶ De conſuetudine Gerundæ filia vnica, etiam virgo, hominis proprij ruſtici, & amanſati, vel borderij alicuius domini, & glebæ ipſius manſi non datur redemptioni. Et ſi data fuerit redemptioni, talis redemptio in damnum Eccleſiæ non valet, & cenſetur inualida. Et ipſa redemptione non obſtante illa filia vnica tenetur, & compellitur dominum Eccleſiaſticum partis, & manſi in dominum ſuum naturalem ſeu temporalem recognoſcere cum publico inſtrumento.* ¶ Secus tamen obſeruatur in filia iuuenis hominis de libro G. Ricardi. Et ſecundum hanc vidi iudicari in curia Eccleſiaſtica Gerunden. de filia den Albenyan de Forthiano. Et ideo ſecundum hanc ſcripſi in *vſantijs Gerunden. Diœceſis Rubri. de ſtatu hominum, & mulierum ruſticorum*, &c. *capit. non cogitur dominus. §. Si vero fuerit puella vnica*, & *capit. Si vero inuenis homo maſculus*, &c. in fine, vide ibi. Et hoc ita teneas, licet quidam ſemel in caſu filiæ den Pujol de Bordillas, iuuenis fœminæ vnicæ pronunciauerit contra dictas vſantias: ac ſi eſſet vnica cep & rabaſſa glebæ manſi, & tamen filia iuuenis hominis licet fuerit vnica, non poteſt dici ſtirps, cep. & rabaſſa glebæ; quia iuuenis homo non tenet manſum neque glebam pro eius domino, ſed ſolum perſonam, & ita poteſt & cõſueuit mutare domicilium. & vendere ad libitum ſedentia, & alia bona, & in hoc differt à filia

vnica ruſtici, & amanſati, vel borderij. ¶ Circa hoc pone quæſtionem, quę ſæpe contingit in hac
37 Diœceſi. Pater † ruſticus filiæ ſuæ, quæ nuptui tradebatur, dedit mille ſolidos, ſub conditione, & retentione, quod ſi diſcederet ſine prole venienti ad ætatem teſtandi, ipſum donum reuerteretur donatori, & ſuis, exceptis centum ſolidis, de quibus ipſa filia in omni caſu poſſet ſuas facere voluntates. Iſta filia ipſos mille ſolidos dedit in dotem viro ſuo etiam ruſtico, à quo liberos procreauit, & inteſtata deceſsit, ſuperſtitibus ſibi liberis impuberibus. Modo iuxta vſantias, & conſuetudines huius patriæ dominus naturalis ipſius mulieris petit tertium ratione inteſtiæ ſibi pertinens de bonis mobilibus dictæ defunctæ, & de tota dicta dote dictorum mille ſolidorum, nunc primum quæritur, An de tota ipſa dote, ſcilicet, de dictis mille: an vero tantum de illis centum retentis, & exceptatis dictum tertium debeatur domino in hoc caſu? Reſpondeo, quod dominus non debet habere niſi tertium de bonis ipſius mulieris mobilibus, de quibus poterat diſponere, & ſuas facere voluntates: & ita indubitanter poterit ipſe dominus petere, & habere tertium illorum centum retentorum, de quibus in omni caſu ſuas poterat facere voluntates. ¶ Sed
38 dubitatur, † & quæritur ſecundo, quid iuris erit de reſiduo dictæ dotis? Reſpondeo, quidam dicũt quod nedum de dictis centum, ſed etiam de reſiduo, & ſic de omnibus ipſis mille habebit dominus ſuum tertium in omni caſu, quia interim viuentibus ipſis impuberibus poterat ipſa mater diſponere de dictis mille ſolidis, quia vinculum nondum habet locum, & res licet fuerit ex contractu reſtitutioni ſubiecta, poteſt alienari inter viuos, & in vltima voluntate, vt notat *Bartbol. de Saliceto* in *l. & ſi dotis. C. de iure dotium.* quod dic vt legitur & notatur in *l. ſi.* & *in authent. res quæ. C. communia de legatis.* Sed dico contra, & hoc tenetur communiter, quia talis donatio à patre facta fuit ex cauſa quæ retrofingitur, & non poteſt alienari niſi cum illa cauſa, vt *l. vbi autem.* §. 3. *de in diem adiec.* & *l. in diem. ff. de aqua plu. arcen.* & notat *Bal.* in dicta *l. & ſi dotis.* quomodo enim poterit dominus petere ius in his quæ ſubiacent reſtitutioni; & non ſunt irreuocabiliter ipſius inteſtatæ? Quare dic, vt dixi, quod ipſe dominus habet ius inteſtiæ indubie ſuper dictis centum. Sed ſuper alijs eſt in ſuſpenſo: quia ſi filij prædicti pupilli decedant infra pubertatem, habebit locum dictum vinculum, quia redeunt ad donatorem, vel ſuos, iuxta retentionem factam, & tunc dominus nil amplius conſequetur. Si autem filij viuunt & veniunt ad ætatem teſtandi, tunc extinguitur dictum vinculũ, & habet dominus ratione inteſtiæ ſuum tertium de reſiduo cum effectu: & ita vidi obſeruari, & ſic minime ſunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. minime.* ¶ Sed adhuc re-
36 ſtat vnum dubium. An † interim pendente illo dubio vinculi ſeu reſtitutionis, hoc eſt, viuentibus dictis impuberibus, poterit dominus petere, & habere integrum tertium ratione inteſtiæ, ſaltem cauendo de reſtituendo, caſu quo impuberes decederent; vel an ſufficiet, quod ipſi domino ſatisfiat de ſoluendo tertium de dicto reſiduo adueniente caſu reſtitutionis prædictę? Hoc vltimum mihi videtur verius, argum. *l. 2.* & *l. Arcimedoram. C. vt in poſſeſſ.* & *ff. vt le. no. ca. l. hæc ſtipulatio.* & in *authen. de non eligere ſeruo. nubem.* §. *aliud vero quadam. colla. 1.* res enim interim eſt in ſuſpenſo: vt *ead. authen.* §. *hoc autem.* Non enim videtur æquum, quod dominus interim poſsit exigere, & ſatisfiat; iam enim eſſet interim fructuarius; & filij priuarentur vſufructu ante tempus, quod eſſe non debet, arg. *l. di. cap. ſatis peruerſum.*
40 & intereſt † potius non ſoluere, quam ſolutum poſtea repetere. *ff. de compenſa. l. 2.* Nec credo dictos pupillos cogendos interim deponere, quia
41 ſequeſtratio † regulariter eſt prohibita, vt *C. de probi. ſequeſtra pec. l. vnica.* Nec poteſt agi effectualiter, ad id in quo quis non habet ius in re, licet ſit ſpes, cum ſit dubia. argum. *ff. de verb. oblig. l. con-*
42 *tinuus.* §. *illud.* cum ibi notatis. Poterit † tamen agi vt ſatisfiat de ſoluendo, adueniente caſu pubertatis. & per iura prædicta. Nec credo ſufficere ſimplicem cautionem in tali caſu, iuxta notata per me ſupra *colla. 9. vſi contra domini Ferdinandi. cap. los ſalaris.* ſuper verbo, *de la qual ſe deque te-*
43 *nir per content.* vide ibi circa fin. Sed † quid ſi non poſsint reperiri fideiuſſores, vel pignora, forte ſufficiet iuratoria cautio, argum. *l. generaliter. C. de Epiſcopis & clericis.* & *ff. de l. falcidia. l. cum non facile.* de quo ibi latius per *Ioannem de Imola.* & in dicta *authent. generaliter.* ¶ Sequitur in textu, *los dits homens, è bens no ſeran enfranquits.* Lege hoc diſiunctiue, & etiam copulatiue, quia poterit fieri, quod perſonæ hominum tantũ modo ſint datæ libertati abſque bonis, vel etiam vna cum bonis, prout tenor pacti, gratiæ, vel remiſsionis habebit: vbi ergo perſonæ erunt redemptæ, & liberati donatæ, non poterit dominus in eis aliquod ius ſeruitutis perſonalis vendicare, argum. *extra. de pig. cap. 1.* & *C. de ac. & ob. l. ob eſt* vbi dicitur, Obnes alienum ſeruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur, immo iuxta authenticã ibi poſitam à toto credito creditor caderet, & teneretur dare totidem retento, vel parentibus eius; & nihil dominus corporaliter puniretur, vide in authẽti-
44 ca; *Immo à toto.* per *gloſ.* & *Doct.* Et nota † hic pacta inter dominos, & ruſticos ſcripti tios, & alios homines proprios inita debere obſeruari, ad hoc *extra de pac. cap. 1.* cum concor. ¶ Sequitur in textu, *de pendre a lurs mans daquells ayrals lurs bens ſehents.* Nota valde etiam litteram, & totam præſentem conſtitutionem, per quam habes caſum
45 rotundum contra illos qui † dicunt dominos poſſe licite, & ſine cauſa pro libito voluntatis male tractare ruſticos ſuos, & eis auferre bona. Et ſic opponitur de cõſtitutione pacis & treugæ, quæ incipit, *Anno domini 1206.* in menſe

Septem-

Septembris in celebri curia apud Ceruariam, &c. §. ¶ *Ibidem etiam conſtituit inuiolabiliter*, ſcilicet, *quod ſi domini ſuos ruſticos male tractauerint, vel ſua eis abſtulerint, tam ea quæ ſunt in pace & treuga, quam alia, nullo modo teneantur domino Regi in aliquo; niſi ſint de feudo domini Regis, vel religioſorum locorum: tunc enim feudatarijs non liceret.* ¶ Ecce tenorem dicti §. in dicta *conſtitutione Anno Domini*. quam libenter allegant pro ſe dicti domini ruſticorum, per quam videtur ipſis dominis libere & impune licere male tractare ruſticos ſuos, & eorũ bona ſibi auferre, tam ea quæ ſunt in pace, vt puta, animalia aratoria, inſtrumenta arandi, & alia huiuſmodi; quam alia: licet largo modo omnia ſunt in pace per alias conſtitutiones pacium & treugarũ. Sed videtur hic oppoſitũ. quia nõ licet dñis occupare bona ſedẽtia hominũ ſuorum, niſi facto proceſſu, & ex cauſa iuſta, ſaltem propter deſertionẽ terrę vel migrationẽ domicilij. Quid ſuper huiuſmodi contrarietate nos dicemus? Reſpondeo, ſuper hoc ſcripſi late ſuper *Sacramentali, Gerunda. c.* 5. ſuper verbo, *puſquen tractar.* vide ibi. Attamen ſaltẽ propter eos, qui illum tractatum non habebũt, volui hic inſerere tenorem dicti §. dictæ conſtitutionis per extenſum, & eum aliquãtulum apoſtillando declarare pro ſolutione dictę contrarietatis. Vn
46 de † pro euidentia debes ſcire, quod Reges noſtri, & Principes Cathalonię habẽt tenere iuſtitiã, & ſeruare vſaticos Barcinonæ, conſtitutiones Cathaloniæ, & capitula curiarum generalium, & alia iura patriæ, vt in vſat. *alium namq.* & ſupra *colla. 6. in curia Cernarie. c. imprimis.* & ſupra *coll. 8. c. Itẽ ſenyor quels Cancellers.* & ſupra *colla. 9. c. per tal que les leys de la terra.* & ſupra *colla. 10. cap. aſſats es coſa ridiculoſa.* & infra *ead. iſta colla. 11. cap. confirmants, loãts*, &c. vbi de hoc poteris videre. ad idẽ facit, 23. 5. *cap. Regum.* cum concor. melius faciũt chartę conſtitutionis in firmis. quia iuramento aſtringũtur Reges & Principes ſeruare ipſas conſtitutiones. & iura patriæ, vt vidiſti ſupra *colla. proxi. c. ratificare.* & quia iurant in principio regiminis, vt *extra. de iureiuran. cap. intellecto.* Aſtringuntur etiã ſeruare legem Dei, & facere iuſtitiam, vt *in Pſalmo: Quare fremuerunt gentes. verſ. Et nunc Reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram*, &c. & *in Pſalmo: Si vere vtiq. iuſtitiam loquamini, recta iudicate filij hominum:* quia *Rex iuſtus diriget terram*, alias, *eriget terram, vir auarus deſtruet eam: Prouer. cap.* 29. Facit etiam *Sapientiæ* 6. *cap. Audite, ó Reges, & intelligite, diſcite indices finium terræ: prabete aures vos qui continetis multitudines. & placetis vobis in turbis nationum; quoniam data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, non recte iudicaſtis, neq. cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neq. ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicũ duriſſimũ in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim cõceditur miſericordia, potentes autẽ potẽter tormẽta pa-*

tientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Dominus, nec reuerebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus: fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones, &c. vide in toto illo *cap. Sapient.* 6. Rurſum ſcriptum eſt: *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerentur in iudicio pauperes, & vim facerent cauſa humilium*, &c. Iſaiæ *cap.* 10. ¶ His igitur præmiſſis, conclude, quod
47 Rex † etiam cum tota curia non potuit, neque poſſet facere legem iniquam contra legem Dei; quæ ſi facta foret, non valeret; nec eſſet lex, quia oportet, q̃ lex ſit iuſta, & rationabilis. vt 4. *diſt. cap. erit autem lex.* debet etiam eſſe conſona, & non contraria legi diuinæ, vt in *Gotis. l.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *l. ¶ Lex eſt amula*, ideſt, imitatrix, *diuinitatis, Antiſtes religionis, fons diſciplinarum, artifex iuris: per leges autem nemo bene agere cogitur, mala autem facere prohibetur; mores inueniens atque componens, gubernaculum ciuitatis, iuſtitia nuntiatrix, magiſtra vitæ, anima totius corporis popularis.* Item in *Gotis. eod. li. & tit. l. ¶ Lex regit omnem ordinem ciuitatis, omnem ætatem hominis; qua ſic datur fœminis, vt maribus, quæ complectitur iuuentutem, & ſenectutem, quæ fertur*, ideſt, datur, *tam prudentibus, quam indoctis; tam vrbanis, quam ruſticis: qua obtinens firmum culmen ſalutis Principum, & populorum refulget cum manifeſto præconio*, ideſt, iuſſu, *vel decreto præclaro in modum lucidiſſimi ſolis.* Item *eod. lib. tit.* 1. *cap.* 4. *l. ¶ Lex erit manifeſta, nec denocabit quemquam in captione*, ideſt in comprehenſione, *ciuium: quia lex erit conueniens loco & tempori, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem ciuitati præſcribens iuſta, & æqualia, congruens, honeſta, & digna, vtilis, neceſſaria, in qua prouidendum eſt, an plus commodi, an plus iniquitatis oriatur ex vtilitate quæ prætenditur: vt poſſit dignoſci ſi plus proficiat publica veritati*, alias vtilitati: *quam videatur obeſſe religioni. An & ſi vertitur honeſtatem, & non arguat cum periculo ſalutis.* Item in *Gotis eod. lib. & tit. cap.* 5. *l.*
48 ¶ *Ratio* † *autem cogit leges fieri, vt humana improbitas coerceatur metu earum, & vt vita innocentium ſit tuta inter noxias: & præſumptio nocendi frenetur in ipſis improbis formidato ſupplicio.* Has leges Goticas hic inſerui, quia pauci habent eas: & concordan. *in decretis* 4. *diſt. facta ſunt leges*, & præalleg. *cap. erit antẽ lex.* ¶ Quia igitur Princeps ſubijcitur legi diuinæ: quã præcipitur fieri iuſtitiam æqualiter omnibus, & leges Goticæ, quæ non ſunt omnino ſublatæ, infra *eadem cap. proxi. hoc idem*, diſponuntur tam in vrbanis quam ruſticis. Et *væ qui condunt leges iniquas.* Et Princeps Cathaloniæ aſtringitur tenere iuſtitiam, vt in vſat. *alium namque.* & infra *cap. proxim.* cum con-
49 cordan. Et lex † Principis terreni non poteſt tollere legem Dei. 10. *diſt. cap. lex Imperatorum.* & *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior.* cum infinitis
50 alijs cõcor. Et † quia male tractare, & opprimere proximum, & auferre res ſuas ruſtico, vel alteri

Digitized by Google

ſine iuſta, & rationabili cauſa, cum cauſa enim rationabili licitũ eſt dño ſuum ſeruũ, vel aſcriptitium moderate corrigere, & caſtigare: vt *l. vnica. C. de Senatuſconſulto Claudiano tollẽdo.* & in *Cõmemorationibus Petri Alberti, tit. quæ & quãta ſint iura, quæ habet dominus in homine ſuo.* de hoc in *l. cũ ſatis. C. de agrico. & cenſitis. §. caueant.* & ibi *Ioan. de Plat.* ait eſſe contra legem Dei, qua præcipitur diligere proximum, & prohibetur ſibi fieri malum. & in *decretis* 1. *diſt. cap. humanum genus.* & §. ſequẽti. & *Præcepta Decalogi: Non furtum facies.* 14. *q. vlt.* & *de pœ. diſt.* 1. *cap. ſi propterea non facis furtum.* vide
51 ibi *gloſ.* quæ notat, quod etiam ſolo † animo fit furtum. Et auferre res ſuas ruſtico, vel homini etiam proprio, & ſolido ſine iuſta, & rationabili cauſa, eſt committere furtum, & rapinam, quia contractatur rer aliena inuito domino ipſius rei, vt *ff. de fur. l.* 1. §. *vlti.* quia ruſtici non ſunt ſerui, imo habent vtile dominium manſi, & mobilia poſſident cum pleniſſimo dominio: vt *C. de nu-*
52 *do iure Quiritum tollendo. l. vnica.* ¶ Vnde † concludo, quod nullatenus eſt licitum domino opprimere, nec male tractare vaſſallum ſuum, etiam ruſticum, & hominem proprium, & ſolidum, nec ei ſua bona auferre, ſine iuſta, & rationabili cauſa, quia ſi contrafecerit, peccat mortaliter, & ipſi ruſtico male tractato competunt actiones, & remedia iuris contra dominum, dummodo nõ agat criminaliter, & ſuam, vel ſuorum grauem iniuriam proſequatur: & adde *C. in quibus cauſis coloni contra dominos agere poſſunt. l.* 1. *lib.* 11. & vide notata *in cap. quod latenter. extr. de reg. iur.* nec per actio-
53 nes famoſas, quia ruſticus † reuerentiam debet domino, & veniam edicti petere, vt *ff. de in ius vo. l. generaliter.* & *in Comme. Petri Alberti. Ru. quæ & quanta ſunt iura, quæ dominus habet in homine ſuo.* §. *Item non poteſt vaſſallus mouere actionem famoſam cõtra dominum, nec ipſum vocare in ius ſine venia.* Item
54 accuſare † non poteſt dominum ſuum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, &c. vide in dictis *Comme. Petri Alberti. cap. Si aliquis habet homi-nem ſine vaſſallum ſolidum.* ¶ Habes quippe ex hac *Cõmme. Petri Alberti*, quod etiam ruſticus proſequendo iniuriam ſuam, & ſuorum poteſt accuſare dominum ſuum. Et eſt ratio, quia dominus vaſſallo vicem præſtare tenetur, vt in *li feu. ti. de forma fidelitatis in Epiſtola Philiberti. capit. de forma.* §. *dominus quoque.* vbi vide *Bald.* qui notat, q̃ dominus priuaretur dominio vaſſalli in caſibus quibus vaſſallus deberet amittere feudum. Præ-
55 terea † de iure, & per vſat. *Barcino.* & iura patriæ dominus tenetur iuuare, & manutenere ruſticum, & hominem ſuum, vt in vſat. *qui ſolidus eſt de ſeniore.* ibi, *& ſenior debet ipſum habere contra cunctos, & nullos contra eum*, &c. & in vſat. *de compoſitione hominum interfectorum.* cum ſimil. ¶ Male
56 ergo † dicunt qui peſſime gloſſarunt ſuper dicta *conſtitutione, Anno Domini.* §. *ibidem.* & alibi, videlicet, quod dominis ſit licitum male tractare ſuos ruſticos, & eis auferre bona ſua. Nec hoc dicit dicta conſtitutio. Nec hoc poſſet inſtitui aliquo iure contra legem Dei: & incontrarium eſt caſus in vſatico, *Cunctum malum*: & clarius in *l. cum ſatis.* §. *caueant. C. de agricolis & cẽſitis. li.* 11. Quapropter pro clariori intellectu dictæ *conſtitutionis, Anno Domini.* §. *ibidem etiã conſtituit*, expone, & dic ſuper verbo, *quod ſi domini.* per hoc verbũ dixerunt quidam, quod homo non poſsit fieri tutor, nec prælatus, nec clericus nomine beneficij, quia non ſunt domini: vt *C. de pac. l. pactum curatoris. extra. de dona. cap.* 2. cum ſimil. Incontrariũ videtur, quia licet in iure caueatur, quod quidquid adquirit ſeruus, domino adquirit, nihilominus tamen & vſufructuario adquirit, & bonæ fidei poſſeſſori: vt notatur *inſti. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.* §. *& quodcumque.* ſuper verbo, *domino.* Item licet lex Aquilia hero, ideſt, domino competat, tamen nihilominus, & fructuario competit, vt *ff. ad l. Aquiliam. l. an fructuarius.* & *l.* ſeq. Itẽ pro hoc *ff. de dam. infecto. l. qui bona.* §. *penult.* & ibi nota *ff. de reli. & ſump. fu. l.* 2. 1. *rubri.* Item fructuarij, quaſi domini ſunt, vt notatur *ff. de his qui ſui, vel alieni iuris. l.* 1. *in gloſ. etiam inuito.* ſecundum *Gui. Ricar.* Sed dic, quod tutor eſt quaſi dominus, cum bene adminiſtrat, ſecus ſi male adminiſtret: vt dicta *l. pactum curatoris. C. de pac.* vbi de hoc. Itẽ Prælati Eccleſiarum procuratores ſunt, & non domini, vt *extra. de dona. cap.* 2. cum ſimil. quare videtur dicendum, quod quicumque alius quam veri domini ruſticos male tractauerint, vel eis ſua abſtulerint, quod delinquũt, & domino Regi tenebuntur à contrario ſenſu huius conſtitutionis, quæ velut odioſa debet reſtringi, vt *extra. de reg. iur. cap. odia. lib.* 6. Nec tamen concedo, quod ſit licitum etiam veris dominis male tractare ſuos ruſticos. Nec eis ſua bona auferre, ſcilicet, iniuſte. hoc eſt ſine iuſta & rationabili cauſa, & per iuſtitiam: & ita loquitur iſta *conſtitutio, Item commemorantes*, &c. vt dixi. Pro hoc facit littera dicti §. *ibidem etiam conſtituit*, dum dicit, *non teneantur domino Regi*: quaſi dicat, tenebuntur tamen ipſis ruſticis male tractatis, & Reipublicæ, vel ſaltem hoc non negatur, & ſic non eſt ſublata *Commemoratio Petri Alberti.* præalleg. *Ru. quæ & quanta ſunt iura*, &c. de hoc vide in allegato vſatico *cunctum malum.* quem non credo corrigi, per dictum §. *ibidem.* licet ſit poſterior, quia non contrariantur ſi bene intelligantur, & promptum eſt iura iuribus concordare: vt *C. de inoffi. do. l. vnica*, & *conſtitutiones pacium & treugarum*, quę ſequũtur illãm, *Anno Domini*, expreſſe ponunt ruſticos, & bona ſua ſub protectione paciũ & treugarum, vide etiã, & adde notata per *Ioan. de Platea C. de agrico. & cenſitis. l. cum ſatis.* §. *caueant autem poſſeſſionum domini*, alias eſt ibi initium legis *lib.* 11. & in dicto §. *caueant*, eſt caſus pro prædictis, & his quæ late ſcripſi ſuper dicto *Sacramenntali Gerunda*. ¶ Sequitur in textu dicti §. *ibidem etiam*, ibi, *ſuos ruſticos.* dic ergo ſecus de iuuenibus hominibus, & etiam de mulieribus ruſticis, quia in materia

odioſa

57 odiosa † verbum *rusticus*, debet accipi stricte, & in suo masculino genere tantum: quia in hoc casu masculinum non debet comprehendere fœmininum. de quo per *glo.* & *Bar. in l. 1. ff. de regulis iur.* & in *Spe. tit. de dispn. & alleg. aduo. §. post hoc autem. vers. vel ibi masculinũ.* & vide *Archi. in Rosario 17. q. 4. cap. si quis suadente.* & etiam latius per *Ioan. de Imola in l. si ita. ff. de legatis secundo.* pro hoc est *constitutio domina Maria*, supra *colla. proxi. cap. ala conducio femenil.* & quę ibi scripsi. Imo, vt dixi supra, & in dicto *priuilegio Sacramentalis Gerunda*, non credo quod alicui liceat aliquem proximum male tractare nisi in bello iusto, vel guerra licita &
58 iusta: & maxime † non licebit domino auferre coniugem rustico, neque ipsum priuare debito coniugali, quod non potest denegari inter legitimos coniuges, excepta causa fornicationis, vt in *Decretis 32. q. 7. cap. Apostolus*, quia hoc etiam non liceret de seruis, vt legitur & notatur *extra. de cõiu. seruorum.* per totum: licet quando ipsi coniuges, vel aliquis ipsorum deliquerint, capi, & per iustitiam puniri possint; tunc enim Deus & iustitia, & nõ homo separat matrimonium: quia quãdoque priuantur coniuges copula coniugali sine culpa, sed non sine causa: vt legitur & notatur *extra. vt lite non contest. cap. quoniam frequenter.* Sed vbi sine iusta causa rusticus caperetur & male tractaretur, tunc etiam vxor sine causa continere cogeretur, & suo debito coniugali iniuste priuaretur; & sic matrimoniũ quodammodo separaretur: quod non licet, excepta causa fornicationis, vt dixi. & sic fieret contra præceptum Dei, *quos Deus coniunxit homo non separet*, vt *33. q. 2. cap. quos Deus coniunxit.* ¶ Sequitur in text. dicti *§. ibidem*
59 *etiam*, ibi, *male tractauerint*, quid † sit male tractare, affligere, & opprimere, dixi super dicto *Sacramentali cap. 5.* vide ibi, & per *Doct.* in vsat. *Cunctum malum.* & in vsat. *Similster & si senior.* vbi de hoc dic late in *Summa*, quam postea compo-
60 sui *de Afflictionibus & Oppressionibus.* ¶ Sed † quæro, an licitum sit domino auctoritate propria capere rusticum, vel alium hominem suum? Respondeo, *Roff. in suis libellis iur. ciuilis, titulo de originariis colonis. §. sed illud quæritur*, quæsiuit de hac quæstione, videlicet, an licitum sit domino auctoritate propria comprehendere ascriptitium, vel filiũ eius, si in aliquo loco eũ inueniret extra fundum, & maxime si sit fugitiuus. Et respondet, quod dñs suus *Azo* notat, quod auctoritate propria potest eum capere ad instar fugitiui, vt arg. *C. de agri. & cen. l. ascriptitia*, vel per præsidẽ ad idẽ *l. vnica. C. de Senatusconsulto Clau. tollendo.* & hoc tutius, vt ibi, & *l. omnes omnino.* & *l. si colono*, & *l. vlti.* quia ibi dicit, *restituere compellantur.* hoc idem *C. de colonis. l. vnica.* Sed aliqui distinguunt, vt ipse *Roff.* quod aut rusticus ascriptitius detinetur ab aliquo, & tunc per iudicem; aut non detinetur ab alio, & tunc auctoritate propria possit dominus eum capere ad instar fugitiui; alleg. *l. 1. de agri. & cen. §. 1. ff. de adqui. po. l. 1. §. per eum.* & arg. *C. de seruis fugi. l. 1.* & sic intelligunt *l. C. lib. 10. de colonis Palæstinis. l. vnica.* in fin. licet quidam intelligant indistincte, siue possideatur, siue non, quod potest dominus auctoritate propria capere. Et quod dicunt dictæ leges, quod per præsidem cõsilium est, quasi dicat, potest per se; & si non potest, tunc per præsidem: sic *C. de pig. l. creditores*, & sic inducũt *l. prædictam. C. de colo. Palæsti.* vt *C. lib. 11. de metatis. l. denotum.* & *C. quando licet vnicuique sine iudi. se vin. l. 1.* & in *auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis autem. collat. 2.* & *C. de manci. & colo. l. vlti. lib. 11.* & *C. de agri. l. fernos.* & *ff. de iniur. l. prætor.* & *C. de colo. fugi. l. 1. lib. 11.* de hoc vide in vsat.
61 *Si quis suum fœnum.* per *Doct.* Et est † expressum, quod dominus possit capere hominem suum etiã in camino de iure Cathaloniæ; vt in *constitutione diuinarum.* & in *constitutione pacis & treuga*, quæ incipit, *In primis. §. vias publicas.* in fin. & in *constitutione, Ad honorem. §. Item sub hac pace.* & est *glos.* in vsat. *Similter & si senior.* & in vsat. *Camini.* vide ibi *Iacob. de Monte Iudai.* & modernos *Doct.* & ibi notat *Calic. an dominus possit punire rusticum suum*, & adde in *Comuem. Petri Alber. tit. qua & quanta sint iura quæ dominus habet in homine suo*, quod intellige moderate, vt *l. vnica. C. de Senatusconsulto Clau. tollẽdo.* & iuxta vsaticos, & cõsuetudines ac
62 iura patriæ. Nota † q si vassallus habens castrũ in feudum male tractet burgenses castri, quod dominus poterit eum monere quod eos tractet modo debito, & consueto; alias curia poterit sibi auferre castrum: & est ratio, quia male vtitur substãtia domini: argum. *ff. soluto matrimo. l. si cum dotẽ*, secundum *Bal.* qui hoc notat in *feu. tit. Si clerici. de pace vio. po. cap. publici latrones.* & hoc vult text. dictæ constitutionis in fine, dum dicit, *tunc enim feudatarijs non liceret*, quasi dicat, imo punirentur. ¶ Præterea de hoc est quædam vsantia scripta in diœcesi Gerunden. quam posui inter ipsas vsantias *tit. seu rub. vt liceat dominis propria auctoritate capere homines suos*, quæ est tenoris sequentis. ¶ *Item quilibet potest capere rusticum siue hominem suum solidum, & tenere captum, sub tina vel taliega, vel in ferris, vel in biga*: quod intellige verum, nisi sint homines de feudo Regio, vel locorum Religiosorum, secundum quosdam, vt in dicto *§. ibidem etiam.* vide de hoc in *Summa Confess. lib. 2. tit. 5. q. 34.* & *39.* & adde quæ scripsi super dicto *Sacramentali Gerunda cap. 5.* super verbo *tractar.* &
63 super verbo *vsatges.* ¶ Vnde collige, aut † rusticus vel homo proprius non negat homiciam, sed de ea notorie constat per confessionem propriã; aut per instrumenta, & à nullo possidentur: & tunc potest dominus tales capere propria auctoritate. Aut ab alio possidentur, & tunc per iudicem habent peti, argum. *l. nullus. C. de Iudæis.* & *C. ne quis in causa propria ius sibi di. in rubro & nigro.* aut rusticus, vel alius homo proprius negant homiciam, sed à nullo possidentur & tunc si per instrumentum constet de homagio, & homicia, potest eos dominus capere propria auctoritate

etiam

etiam in camino publico, dummodo hoc non faciat cauſa & animo male tractandi. Si vero non conſtet per inſtrumentum de homagio, & tunc per iudicem habent peti, probatur hæc diſtinctio per iura prædicta. Sint ergo domini cauti, vt quando capiunt ruſticos, habeant inſtrumentum præ manibus, & vt dicant quod volunt vti per iuſtitiam iure ſuo, quod habent in hominibus ſuis: & caueant ne dicant, quod ideo capiunt; quia male tractare eos volunt, ſicut nonnulli aliquando temere præſumpſerunt, & male pro animabus ipſorum; vbicumque enim appareret, quod dominus vellet ſuum hominem opprimere & male tractare, debet Rex occurrere, & liberare oppreſſum, iuxta vſat. *Alium namque.* & 23. *q.5.c.Regum.* & *ff.de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l.*1. vbi dicitur quod † non licet dominis in ſer-
64 uos † ſæuire, ergo & multo minus in ruſticos,
65 qui † non ſunt ſerui, intereſt enim Reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur, vt *inſti. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* circa prin. ¶ Sed numquid domi-
66 nus poteſt † vendere hominem ſuum, ipſo homine inuito & non conſentiente? Reſpondeo, quidam quod ſic cum manſo & gleba ſimul, ſi ſit ruſticus amanſatus vel borderius. Sed ſi ſit homo,
67 exius † ſiue legius, qui non habet manſum, & qui vulgariter in hac patria dicitur iuuenis homo, non poteſt vendi, vt *C.de agri.& cen. l. quemadmodum.* & *l.diffinimus. lib.*11. & *ff. de legatis primo.l.ſi quis ingenuos.* & ibi nota. Sed † dico, quod
68 etiam iuuenis homo, ſi fuerit emancipatus, poteſt vendi inuitus, ſecus forte de non emancipato, niſi vendatur ſimul cum parentibus, & tota gleba manſatæ propter duram ſeparationem, argu. *l.poſſeſſionum. C.coram vtriuſque iudicy.* & iuxta notata in *c. in generali de reg. iur. lib.6.* & ibi per *Doct.* ¶ Hoc vnum etiam nota contra iſtum §. *ibidem etiam*, quod non eſt licitum domino male tra-
69 ctare † hominem ſuum, nec etiam ſeruum; quod ſi faciat, ſuccurritur ſeruo & ſubdito de plano officio iudicis, de præmiſſis inquirendo, vt notat *Hoſt. in Summa tit. de ſequeſtra.* &c. §. *& an. ve ſ.*
70 *Sexto.* Imo dico, † quod ſi dominus immoderate ſæuiat in ſeruum, quod poteſt agere ſeruus contra dominum, vt notatur 23.*q.*4.*cap.ſi Eccleſia.* in ſecunda *gloſ.* ſecundum *Gui. Ricard.* Sed tamen dixit, quod hæc *conſtitutio*, *Anno Domini.* §. *ibidem etiam.* per quam (vt dixit) conceditur dominis male tractare homines ſuos, quæ Iudaice vt iacet intelligenda eſt. Dummodo non generet abſurdum & extraneum ſenſum, vt *extra. de verb. ſignifi. cap. intelligentia.* & *cap. propterea.* & *ff. de legibus. l. ſci-*
71 *re leges.* ſtatutum † enim, priuilegium, vel conſtitutio non debent intelligi ſic, quod trahantur ad ſenſum indebitum, vel finis contrarius inducatur eius pro quo ſtatutum eſt: *l.non omnes. ff. ſi ſerui. pe.* & *de legatis primo. l. legata.* ſecundum *Anto. de Butr.*
72 *in concl.* 13. Et † quis dicatur extraneus ſenſus litteræ, dixi infra *ead.* circa fin. facit contra ſecundum eum. Sed ego (vt dixi ſuperius) teneo contra, quia nec ad litteram concedit male tractare, etiam ſi Hebraice, hoc eſt ad litteram intelligatur. Sed ſolum dicit, quod ſi ipſi domini male tractauerint ruſticos ſuos, quod non teneantur domino Regi; ſed non negat, quin teneantur ruſtico oppreſſo & male tractato, iuxta vſat. *Cunctum*
73 *malum.* cum ſimilibus. quia † dominus poteſt etiã criminaliter accuſari à ſuo homine & ſubdito, quando ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt dixi, & habetur in dicta *Commem. Petri Alber. tit. qua & quanta ſint iura*, &c. dixi latius ſuper *Sacramentali.* facit quod dixi ſupra *eod.* in verbo *Domini.* & dicam ſtatim in verbo *abſtulerint, & male tractauerint*, quæ ſunt verba præteriti temporis, quaſi dicat, quod facit remiſſionem de male tractamentis tempore datæ factis, & hoc ita debet intelligi, ne videatur lex iniqua: quia daret occaſionem delinquendi, & non haberet rationem; &
74 vbi † ratio vincit legem, poſſumus facere contra legem, rationi adhærendo, nota *glo. ff. de adqui. rerum. do. l. qua ratione.* §. *item.* & dixi ſupra *coll.* 7. *in proœmio.* pro hoc facit, quia non eſt veriſimile, quod vnico verbo huius §. *ibidem*, tollantur tot iura & tam rationabilia prohibentia alium etiam ſubditum male tractare: argum. *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.* In contrarium facit, quia con-
75 ſtitutio † de ſui natura reſpicit futura, *extra. de conſti. cap. cognoſcentes.* & *cap. vlti.* & in præiudiciũ domini Regis concedentis hoc in priuilegium debet late interpretari, vt ſic intelligatur de futuro: dic vt in *gloſ.* ſequenti. ¶ Sequitur in text. dicti §. *ibidem etiam*, ibi *ſua abſtulerint*, verbum *an-*
76 *ferre*, ſonat † in malam partem & vitioſam, quaſi per vim & violentiam & auctoritate propria iniurioſa & priuata, & hoc eſt male tractare ſeu opprimere, & ſic eſt contra vſat. Barcinonæ, quæ incipit, *Cunctum malum*, ibi dicitur & cauetur, quod dominus non debet facere malum homini ſuo ſine facta directi, aut ſine acuidamento. Sed vide ſuper iſto vſat. & vſat. *Similiter & ſi ſenior.* in *gloſ.* incipiente, *numquid dominus.* & in vſat. *Placitum indic. tum.* vbi de hoc per *Doct.* Sed dic quod non eſt contra, quia iſte §. ſolum dicit, quod dominus male tractans ruſticum vel ei ſua bona auferens, non teneatur domino Regi, ſed non negat, quin teneatur ipſi ruſtico, vt vult dictus vſat. *Cunctum malum*, & ita ſunt iſta iura concordanda, argum. *extra. de elec. cap. cum expediat. lib.6.* adde quæ notantur ſupra *eod.* & in *gloſ. ſacramentalis*, non enim valeret conſtitutio humana, quæ
77 concederet † furari, vel rẽ alterius iniuſte auferri, quia id iuſtitia vetat, & lex diuina, quæ nedum prohibet furari, ſed & omnem concupiſcentiam rei alienæ prohibuit: *extra. de conſtitu. c. nam concupiſcentiam* & ibi dicitur, quod bona eſt lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet: ergo â contrario mala eſt lex, quæ contrariũ concedit: & (vt dixi) lex humana nõ poteſt tollere legem Dei: 10. *diſt. cap. lex Imperatorum.* cum ſimil. Et per dictum §. *ibidem etiam*, quidam vo-

luerunt

luerunt inuenire modum ſeu viam,quod ruſticus non poſsit agere contra dominum. Sed contra eſt,quia imo poteſt agere venia petita, vt notatur *ff.de ſtatu ho.l. ſumma.* & *C. in quibus cauſis colo. cen.do.accu.po.l.* 1.& 2.vide ibi *Ioan.de Platea*,qui dicit, quod pro releuamine huius oppreſsionis poteſt haberi recurſus ad quemlibet officialem qui facilius haberi poſsit, & dixi in *Summa de Afflictionibus & Oppreſsionibus. lib.* 11. ſecundum *G.Ricardi*,& ita videmus ſeruari, & ſic minime ſunt mutanda:*ff.de legibus.l.minime.* Facit ſæpe dicta *conſtitutio*,alias *Communem. Petri Alberti, quæ & quanta ſint ira*,&c. Si ergo poteſt dominum accuſare criminaliter, quando proſequitur propriam iniuriam vel ſuorum:fortius ciuiliter agere poterit ad damna etiam per viam querelæ pacis & treugæ: & contrariũ ſentire eſſet valde inhumanum, licet mali domini dictum §. libenter allegent pro ſe,vt dixit *G.Ricardi*, & vere mali ſunt domini,& alij,qui male intelligunt & abutuntur ipſa conſtitutione,& §.*ibidem etiam*. contra quos eſt illud Iſaiæ: *Væ, qui dicitis bonum malum*,&c. 11.*q.* 1.*cap.væ qui dicitis*,ſcilicet,per extraneum ſenſum litteræ,quia extraneus † litteræ ſenſus dicitur tunc, quando exponitur contra auctoritatem diuinæ Scripturæ, vel ſanctorũ Patrum,& in alterius præiudicium:argum.*extr. de offic.dele.cap.ſuper eo*,& *de reſti.ſpo.cap.audita*, ſecundum *Gui. in Roſario* 37. *di. cap. relatum.* & ibi hoc latius notat ſuper verbo, *& extraneum.* vide *Bal.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſubſti.* Et licet de facto dictus §.quandoque ad futura trahatur, veruntamen de veritate iuris mihi videtur contra, quia lex † communis continens remiſsionem delictorum debet intelligi de præteritis,& non de futuris: & hoc ne lex videatur dare occaſionem delinquendi,vt notatur in *l.placet.C.de Epiſcopis & cleri.* & per *Ioan. de Imola in cap.litteras.* ſuper verbo *ſtatuimus.de reſcript.in Cle.* & per *Bar. in l.cum lex.ff.de le.* & ibi eſt caſus,& per *Cin. C.de legi.l.leges.* adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. cap. Item que vos ſenyora.*

78

79

De la forma de procehir contra algu no obtemperant a les conuocacions de *Princeps namque*,o de feu dataris,o de hoſts,en los caſos,que lloch hajen les conuocacions.

Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio fieri nequit pro hoſt fallitis abſque citatione & cauſæ cognitione præcedentibus.& nu.*2.
3 *Actus contra conſtitutiones iuratas non valent.*
4 *Ad ſententiam procedi non poteſt,niſi parte citata.*
5 *Ad exequutionem procedi non poteſt ante cauſæ cognitionem.*
6 *Spoliari quis non debet ſine legitima cauſæ cognitione.*
7 *Sententia tunc inducit actionem, quando eſt cauſata à ciuili & naturali obligatione.*
8 *Sententia eſt ius ciuile, ſed veritas eſt ius naturale.*
9 *Sententia & veritas ſe habent tanquam materia & forma.*
10 *Mendacium inualidat ſententiam.*
11 *Nullitatis prompta probatio impedit exequutionem ſententiæ.*
12 *Rex licet in Cathalonia ſuperiorem non cognoſcat; attamen tenetur legibus viuere.*
13 *Princeps de iure Romano poteſt ſecundum conſcientiã iudicare.*
14 *Veritati potius ſtandum eſt quam ſententiæ, dummodo veritas appareat per proceſſum.*
15 *Iuſtitia eſt officium poteſtatis & pietatis.*
16 *Iuſtitia naturalis eſt ſecundum ius naturale, vel diuinum,vel gentium,ſecũdum veritatem legitime probatam.*
17 *Iuſtitia ciuilis eſt ſecundum acta & probata.*
18 *Princeps non poteſt defenſiones, & quæ ſunt iuris naturalis auferre.*
19 *Subtilitas iuris ciuilis non nocet proceſſui Principis.*
20 *Rex tenetur iuuare ruſticum oppreſſum,& à male tractamento ſibi facto per dominum.*
21 *Princeps poteſt retractare rem iudicatam. declaratur ibidem.*
22 *Princeps audire poteſt non audiendum, & reſtitutionẽ vel appellationem non admittendam admittere.*
23 *Reſcriptum contra rem iudicatam non valet, niſi in eo diceretur, Non obſtante ſententia.*
24 *Ius quæſitum per ſententiam qualiter tolli poteſt per reſcriptum Principis.remiſsiue.*
25 *Actus reprobati proprie non ſunt actus, ſed abuſus.*
26 *Citatio in omni cauſa requiritur, quia iudicium ab ea parte incipit,quæ eſt de in ius vocando.*
27 *Iudicium non valet ſine citatione.*
28 *Populi omnes,etiam Baronum Principatus Cathaloniæ tenentur ire ad conuocationem exercituum in vim vſus.* Princeps namque. *declaratur num.* 39. *& quid ſi extra Principatum nu.*40.*&* 41.*quod nõ teneantur ire,num.*42.
29 *Rex poteſt conuocare exercitus pluribus modis,qui referuntur hic.*
30 *Princeps in Cathalonia qualiter & quando conuocare poſsit generales hoſts.*
31 *Exercitus eſt collectio totius militiæ;& non eſt proprie exercitus,niſi ſit legio.*
31 *Exercitus vnde dicatur.remiſsiue.*
33 *Vaſſalli etiam Baronis tenentur venire ad hoſts domini Regis.*
34 *Inter hoſts & caualcatas differentiæ late traduntur.*
35 *Hoſts & caualcatas facere quis teneatur, & cui. remiſsiue.*
36 *Feuda in Principatu Cathaloniæ ſunt Regis.*
37 *Feudum quid.remiſsiue.*
38 *Vaſſallus an poſsit diuidere feudum.remiſsiue.*
43 *Regalia non præſcribuntur.*
44 *Secundum æquitatem & bonam rationem iudicandum eſt in Cathalonia,deficiẽtibus iuribus patriæ.& quid in cauſis prophanis & ciuilibus.nu.*54.
45 *Dominus cum iubet quæ Deo ſunt contraria,ei obediẽdum non eſt.*
46 *Secundum leges Goticas an ſit hodie iudicandum,& an ſint abrogatæ, traditur. & quid de conſuetudine in hac patria.nu.*53.

47 *Roma olim fuit caput ſuperſtitionis, nunc autem eſt caput Eccleſiæ & ſanctitatis.*
48 *Comes Barcinonæ eſt Princeps Cathaloniæ nullum cognoſcens ſuperiorem, & poteſtatem habet condendi legem.*
49 *Raymundus Berengarius Comes antiquior & eius vxor fecerunt vſaticos Barcinonæ. & nu. 50.*
51 *Legibus & iuribus abrogatis vtendum non eſt.*
52 *Municipalia iura ſunt, quæ ſuper certis locis vel certa Prouincia diſponunt, & edita ſunt.*
55 *Derogare vel abrogare quid. remiſſiue.*
56 *Vaſſallus vel ſubditus qualiter & quando dicatur fallere hoſtis.*
57 *Hoſtis qui fefellerit, hoc eſt, qui non obtemperauerit cõuocationi hoſtis factæ legitimæ & in caſu debito, qua teneatur pœna. & quid ſi non habet vnde ſoluat. num. 58. & an criminaliter procedi poſſit. num. 61. & quis erit iudex huius pœnæ. num. 83. & quam excuſationem habere poterunt vaſſalli, vt excuſentur ab hac pœna. nu. 93.*
59 *Qui non habet in ære, quod luat in corpore, in delictis potiſſimum habet locum.*
60 *Pœnæ criminum quoad Principem regulariter ſunt arbitrariæ.*
62 *In citatione ſi vitium fuerit, non valet proceſſus. & quid erit, ſi citatus compareat, & non proteſtetur de vitio citationis. nu. 63.*
64 *Citatio aliquando poteſt incipere contra procuratorem.*
65 *Princeps non poteſt cauſam diffinire abſente parte & non vocata. limitatur nu. 67.*
66 *Sine citatione procedi poteſt, vbi negotium non patitur dilationem.*
68 *Papa quandoque procedit in notoriis abſque aſſignatione ſeu citatione ad ſententiam, & valet proceſſus.*
69 *Sententia diffinitiua regulariter ferri non poteſt quantumcumque ex notorio, ſi non præcedat legitima citatio.*
70 *Citationis commiſſio eſt ſententia interlocutoria.*
71 *In citatione legitima tria concurrere debent, vide quæ in littera.*
72 *Citatio generalis in valuis non ſufficit, quando pars ſeu procurator eſt præſens in curia.*
73 *Sententia Principis lata contra iuris ordinem valet.*
74 *Citari non debet reus ad petitionem creditoris, niſi prædat mandatum iudicis.*
75 *Condemnandus nec exequendus quis eſt ſine legitima cauſæ cognitione.*
76 *Iudicantem oportet cuncta rimari.*
77 *Iuramentum tunc eſt defendendum, quando aliæ probationes deficiunt.*
78 *Iuramentum cui deferatur, in arbitrio iudicis eſt.*
79 *Defenſiones nemini ſunt auferendæ.*
80 *Cauſarum merita panduntur aſſertione partium.*
81 *Sententia diffinitiua illa dicitur, quæ definit negotiũ, & imponit finem cauſæ.*
82 *Res iudicata dicitur, dum non eſt appellatum, vel confirmatum fuit per binas ſententias.*
84 *Iudex reſtus non habet acceptionem perſonarum.*
85 *Princeps eſt iudex in cauſa propria, & trahit debitores ſuos ad ſuum forum; honeſte tamen facit, ſi committat alteri cauſam. num. 87. & quid ſecundum leges Goticas. nu. 88.*
86 *Papa vel Princeps de rigore iuris cognoſcere poteſt de cauſa ſua.*
89 *Rex in curia Regia per ſuos procuratores fiſcales agit & defendit cauſas ſuas. declaratur ibidem.*
90 *In feudali cauſa, vbi non denegatur feudum, quandoque dominus feudi dat iudicem, quandoque iudicant pares curiæ.*
91 *Epiſcopus in Cathalonia cauſam ſuæ Eccleſiæ ducit per procuratorem coram eius officiali, vel Vicario, ſeu delegato.*
92 *Epiſcopus conuenitur coram Archiepiſcopo, Archiepiſcopus coram Patriarcha, & Patriarcha coram Papa, Papa vero non habet ſuperiorem in terris.*
94 *Condemnatis quod ſpatium detur abſoluendum, traditur late.*
95 *In mora non conſtituitur quis ſtatim, ſed modico elapſo tempore ad arbitrium iudicis.*
96 *Exequutio ſententiarum debet committi maioribus perſonis.*
97 *Exequutori non ſeruanti iuris formam licite an reſiſti poſſit. & nu. 98.*
99 *Citatio legitima quæ ſit, traditur late.*
100 *Ad ſententiam & eius exequutionem procedi poteſt in contumaciam alicuius lite etiam non conteſtata.*
101 *Contumacia quandoque facit habere litem pro conteſtata. & nu. 102.*
103 *Lite non conteſtata non poteſt procedi ad receptionem teſtium vel ad diffinitiuam. limitatur ibidem.*
104 *Præſcriptio non currit tempore Regis vel Principis male iudicantis.*
105 *Metus probabilis Principis excuſat iudicem à pœna, ſaltem temporali.*
106 *Metus Principis excuſat, ſicut metus mortis.*
107 *Cathalani & Aragonenſes deſcendunt ex Gotis.*
108 *Proteſtatio quando iuuet proteſtantem.*
109 *Proteſtatio Principis interrumpit præſcriptionem.*
110 *Pactum an poſſit impedire, vt præſcriptio non currat. remiſſiue.*
111 *Præſcriptioni an renuntiari poſſit.*
112 *Præſcriptio tolli non poteſt per ſtatutum. declaratur ibidem.*
113 *Præſcriptio tribuit pleniſſimam ſecuritatem. & num. 130.*
114 *Actiones ciuiles durant triginta annis.*
115 *Præſcriptio vnica an ſufficiat in annuis præſtationibus, & quid in legatis. & nu. 129.*
116 *Poſſeſſio ciuilis an requiratur in vſucapione. remiſſiue.*
117 *Actiones criminales durant viginti annis.*
118 *Præſcriptio annalis currit granato in tallijs ſine æſtimis.*
119 *Præſcriptio ciuilis in omnibus caſibus in quibus olim currebat contra minorem, & reſtituebatur, hodie non currit ipſo iure.*
120 *Præſcriptio tunc incipit currere, cum debet fieri ſolutio.*

Negli-

121 *Negligentia ſeu taciturnitas Regis vel domini, vel eorum procuratoris non debet præiudicare ſucceſſori in Regno, vel in dominio allodiali.*

122 *Præſcriptio non currit tempore Regis male alienantis.*

123 *Statuta permittentia præſcriptionem cum mala fide ipſo iure non valent.*

124 *Actio perſonalis realis & hypothecaria quandoque tollitur ſpatio ſex menſium. & hypothecaria quandoque præſcribitur diuerſis temporibus. uu.* 125.

126 *Præſcribitur ſolum centum annis contra Eccleſiã vel ciuitatem habentem hypothecam in caſibus* l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

127 *Præſcriptionis exceptio oppoſita in vim dilatoriæ impedit litis conteſtationem.*

128 *Exceptiones litis finitæ debent opponi ad merita cauſæ.*

131 *Statutum diſponens quod inſtrumenta dotalia & alia mandentur exequutioni, nulla obſtante præſcriptione non comprehendit præſcriptionem quadraginta annorum.*

132 *Præſtationi futuri cenſus non præſcribitur niſi interuertatur poſſeſſio per emphyteutam.*

133 *Præſcriptio in quibus caſibus ceſſet. remiſſiue. & num.* 143.

134 *Lex reijciens præſcriptionem non cenſetur excludere præſcriptionem centum annorum vel immemorialem.*

135 *Præſcriptio cum mala fide non currit de iure canonico.*

136 *Iuriſdictio an, qualiter & per quos præſcribi poſſit. remiſſiue.*

137 *Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum tollit actionem ciuilem, naturalem autem non, ſed eius effectum.*

138 *Vaſſallus non præſcribit contra dominum, niſi poſſeſſionem interuertat.*

139 *Præſcribere nemo poteſt contra Principem iuſto titulo non præcedente.*

140 *Statutum quamuis dicat, quod contra inſtrumenta dotium & vltimarum voluntatum nulla currat præſcriptio, ſed ſemper poſſint exequutioni demandari; præſcriptio tamen centum annorum vel immemorialis non cenſetur reiecta.*

141 *Ex præſcriptione oritur actio & exceptio.*

142 *Per præſcriptionem non acquiritur directum dominium, ſed vtile. limitatur ibidem.*

144 *Feudum an præſcribi poſſit, traditur.*

145 *Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum regulariter currit.*

146 *Dominium an acquiratur per præſcriptionem. remiſſiue.*

147 *Præſcribi non poſſunt res alienari prohibita.*

148 *Iuri facultatis non præſcribitur.*

149 *Iuri offerendi non præſcribitur.*

COnfirmants, loants, & approbants la conſtitutio, &c. Caſus. Confirmatis conſtitutione Ceruariæ, & vſat. *Alium namque*, hic narratis, & abuſibus in contrarium ſublatis, ſtatuitur † hic non fore procedendum ad condemnationem, nec exe 1 cutionem pro hoſts fallitis abſque citatione & abſque cognitione præmiſsis, contrarium de facto fuit ſeruatum Barcinonæ occaſione *del Princeps namque*, anno 1467. reſeruato tamen iure vtrique parti ſuper iuribus ſuis, & quæſtione conuocationis exercituum in caſibus hic contentis. Hoc dicit. Vel ſic, & breuius. Caſus. Non poteſt † fieri executio pro hoſts fallitis abſque 2 citatione & cauſæ cognitione præcedẽtib⁹. Vel magis ad litteram. Nõ poteſt fieri executio pro hoſts fallitis, niſi prius lata ſententia cum cauſæ cognitione, vocatis & auditis partibus legitime facta. Hoc dicit. ¶ Et diuiditur in partes quatuor. In prima parte ponitur dictarum conſtitutionum, & vſatici confirmatio, & abuſuum in contrarium factorum reprobatio, vſque ibi, *declaram*. In ſecunda parte declaratur forma procedendi contra non obtemperantes indictionibus & conuocationibus exercituum, vt non condẽnentur, niſi prẽuia citatione & cauſa cognita & ſententia partibus auditis in defenſionibus ſuis, vſque ibi, *E lla on ſien condemnats*. Item in tertia parte ponitur forma executionis lata ſententia condemnatoria parte prẽſente vel per contumaciam abſente, vſque ibi, *per la preſent conſtitucio*. In quarta parte ſaluatur ius tam domino Regi quã toti terræ in iuribus & defenſionibus, ac libertatibus ſuis, vſque in finem. ¶ Nota quæ dixi in ſummarijs. ¶ Item nota abuſus tollendos; vt ſupra *colla. proxi. cap. tollents lo abus.* cum concordan. 3 ¶ Item nota actus † contra conſtitutiones Cathaloniæ iuratas non valere & fore abuſus, vt hic, & ibi, & dixi ſupra *collat. 9. in curia domini Regis Ferdinandi cap. confirmants la conſtitucio. §. E tollents lo abus fet*, vide quæ ibi ſcripſi de hoc. ¶ Item † nota 4 non debere procedi ad ſententiam niſi parte 5 citata. ¶ Vltimo † nota non debere procedi ad executionem ante cauſæ cognitionem, vt hic, & *C. de execu. rei iudi. l. nimis propere.* & *ff. de re iudi. l. ſi cum nulla.* cum concordan. Non enim debet 6 quis † ſpoliari ſine legitima cauſæ cognitione, alias debet reſtitui. *extra. de reſti. ſpo. c. conquerentẽ.* & ſupra *colla. 2. in 2. curia Barcinonæ cap. Item quod nos & officiales noſtri non ſpoliemus*. ¶ Sequitur expoſitio. Confirmants, ſcilicet, ad cautelam, quia non erant abolitæ, ſed potius confirmatæ, vt ſupra *colla. 9. in curia domini Regis Ferdinandi cap. per tal que les leys*. ¶ Sequitur in tex. *en la Cort de Ceruera*, quæ eſt ſupra *collat. 6. cap. in primis.* vide & adde quæ ibi dixi. Sequitur in textu, *en les paraules*, ſcilicet, tenuiſſent iuſtitiam & iudicaſſent per directum, ideſt, ſecundum veritatem, quam cum Princeps ſcit, non debet ire per ambages, ſed debet iudicare ſecundum veritatem, quam nouerit; nam quidquid Princeps facit, vt Deus facit, Deus autem eſt ipſa veritas, & ideo non fallit, neque fallitur: & ſic ſola veritate inſpecta cauſam decidere debet, etiam ſi iudicialis ordo eſſet omiſſus, eſt tex. *extra. de accu. cap. ad petitionem.* & notatur per *Bal. in feu. tit. de forma inueſtitura. cap.*

inueſti-

inueſtitura, alias eſt §. & hoc verum, dummodo in Cathalonia ſeruet conſtitutionem vt iurauit. Et
7 nota valde, quod † ſententia tunc inducit actionem, quando eſt cauſata â ciuili & naturali obligatione, alias non eſt efficax ad agendum; ita notat
8 *Ioan. de Plat, inſti. de obli.* in prin. Item † ſententia eſt ius ciuile, ſed veritas eſt ius naturale; ciuile tamen non tollit naturale, vt *inſti. de iure naturali.*
9 § *ſed naturalia quidem iura.* Item † ſententia & veritas ſe habent tanquam materia & forma. Ciuilis obligatio eſt materia. Sed naturalis eſt forma, quæ dat eſſe rei, vt *l. Iul. ff. ad exhiben.* Et menda-
10 cium † inualidat ſententiam, ideo ſi iudex narrat falſum in ſententia, erit ipſo iure nulla, vt *l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando index.* Et prompta
11 probatio † nullitatis impedit executionē ſententiæ, maxime ſi conſtat per acta, vt in *cap. pia. de excep. lib. 6.* & ibi nota. Sed vbi non eſt prompta, interim præſumitur pro ſententia, vt *ext. de renū. c. in præſentia.* Iſta verba, quæ ſunt ſalutaria, quia iuſtitia eſt ſumme diligenda, & ideo tenenda, & operandum in illa, vt in *Got. lib. 1. tit. 1. l. vnus omnipotens dominus & conditor*, ibi: *quapropter ſi obediēdum eſt Deo, diligenda eſt iuſtitia; quæ ſi fuerit dilecta, operandum erit inſtanter in illa*; vt ibi dicitur. Ait enim Salomon: *Diligite iuſtitiam qui iudicatis terrā.* Sapiētiæ 1. cap. Diligēda eſt igitur iuſtitia, nimirum, quia ſummū eſt bonum colere iuſtitiam in terris. 12. *q. 2. c. cum denotiſſimam.* ¶ Et per dictum vſaticum, *Alium nam q.* & dictam conſtitutionem Ceruariæ *c. in primis*, & hanc præſentem habemus
12 quod † dominus noſter Rex & Princeps Cathaloniæ, licet ſuperiorem non recognoſcat in tēporalibus, attamen tenetur legibus viuere, & obtemperare legibus ſuis, vt hic; & *C. de legi. l. digna vox.* & in dicta *l. Gotica*, ibi, *damus modeſtas leges nobis ſimul & ſubditis, quibus legibus*; &c. Et hoc etiā habetur per *Goticas, in l. 12. in rub. quod Princeps legibus teneatur*, quæ lex eſt tenoris ſequentis. ¶ *Iuſtum eſt Principem obtemperare legibus ſuis, tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiā præbet. Princeps legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituūt: iuſta eſt enim eorū vocis auctoritas, ſi quod populis prohibent, ſibi licere non patiantur. Sub religionis diſciplina ſæculari poteſtates ſubiectæ ſunt, & crimine quamuis Regni ſint prædati, vinculo tamen fidei tenentur aſtricti, vt & fidem Chriſti ſuis legibus prædicent, & ipſam fidei prædicationem moribus bonis conſerunt.* ¶ Hæc eſt Gotica, per quam Princeps debet ſeruare ſuas leges. Ita quod in quantum eſt aſtrictus per vſaticos & conſtitutiones Cathaloniæ, non poteſt contra illas veniendo vti abſoluta poteſtate, præſertim quoad iuſtitiam miniſtrandam, vt in dictis verbis, *tenuiſſent inſtitiam, & iudicaſſent per directū.*
13 Sed de iure Romano † Princeps poteſt ſecundū conſcientiam iudicare, ita notat *C. in. l. reſcripta.*
14 *C. de preci. Impera. offe.* Sed † ſemper magis ſtandum eſt veritati quam ſententiæ, dummodo appareat veritas per proceſſum, nā fortior eſt ratio â veritate quam ab auctoritate, ſecundum *Bal. in* 15
l. nemo. C. de ſen. & interlo. omniū iu. Nota quod iuſti
15 tia † eſt officium poteſtatis & pietatis, quod â Deo eſt ordinatum, vnde Regum eſt propriū facere iuſtitiam, vide *Dominum de ſancto Geminiano de homici. c. pro humani. §. cum igitur. lib. 6.* Iuſtitia
16 naturalis † eſt ſecundū ius naturale, vel diuinū, vel gentiū, ſecundum veritatem legitime proba-
17 tam. Sed † tamen iuſtitia ciuilis eſt ſecundū acta & probata, vel ſecundum regulas iuris ciuilis & poſitiui, vt quia abſoluit obligatū propter præſcriptionem, vel adiudicat dominiū propter vſucapionem, vel condemnat propter renunciationē non numeratæ pecuniæ, & huiuſmodi. Et dic, *tenuiſſent iuſtitiā*, ſcilicet, in extraiudicialibus, *& iudicaſſent per directum*, ſcilicet, in iudicialibus. Dic etiam, *tenuiſſent inſtitiam*, ſcilicet, naturalem, quæ ius ſuum cuiq. tribuit. Scriptum eſt in lege Dei: *Facite iudiciū & iuſtitiam.* Ille enim facit iudiciū, qui iudicat ſecundū acta. Sed iuſtitiam facit, quā do ſequitur veritatē, quia non eſt iuſtitia vbi nō
18 eſt veritas. Ita † quod non poteſt defenſiones & ea quæ ſunt de iure naturali auferre, vt dictis iuribus; poterit tamen tollere ciuilia, vt ordinē & ſolemnitatem ciuilem, ſcilicet, libelli litis conteſt. & huiuſmodi quæ non ſunt de iure naturali; & in quibus tamen non ſit aſtrictus ſuo iuramēto, & quia per hoc nō tollitur ius partis. Imo potius conſertur, quia citius iuſtitia expeditur, ſuper quo vide notata per *Bar. in extranag. ad. reprimēdum.* ſuper verbo *figura iudicij.* iuris enim ciui-
19 lis † ſubtilitas non obſtat proceſſui Principis, ex quo veritas coram ipſo probetur: vt *extra. de accu. c. ad petitionem.* ſecundum *Hoſt.* & notat *Ant. de Butr. extra. de priuil. c. cum olim. in 2. in 3. op.* & adde notata per *Anto. de Butr. extra. de iureiuran. c. venientes in 4. oppo.* Et faciunt hæc verba, *tenuiſſent inſtitiam*, pro his quæ dixi ſuper *Sacramentali*
20 *Gerunda c. 5.* & ſupra *eod. c. proxi.* quia † dominus Rex tenetur iuuare ruſticum oppreſſum, etiam â male tractamento ſibi facto per dominum, quia nulli eſt permiſſum ſine iuſta cauſa ſeuire in aliū, etiā ſeruum: vt *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & *Got. lib. 6. tit. 5. ne domini extra iudiciū ſeruos ſuos occidant*, &c. *l. ſi quiſq. rens criminis.* Et ideo male dicunt qui tenent, dominos poſſe male tractare ſuos ruſticos & homines proprios ſuos, & eis bona ſua auferre; quia male intelligunt cōſtitutionē pacis, *Anno Domini. §. ibidem conſtituit.* vide & adde quæ ibi ſcripſi, & ſuper dicto 5. *c. Sacramen-*
21 *tali.* & ſupra *c. proxi.* Sed † numquid Princeps poterit reuocare ſententias ſuas, vel prædeceſſorū ſuorū per alias ſententias confirmatas, & in rē iudicatā tranſactas? Quidā quod ſic, ſi euidenter appareat contra veritatē eſſe latas, quia res iudicata non cōcludit Principi. Credo quod poſsit: tamen non expedit ſine cauſa magna, maxime ſi eſt facta executione lites ex litibus oriātur. Po-
22 teſt † enim Princeps audire non audiendū, vt *l. 2. §. ſi. ff. ſi libertas ingenuus eſſe dicatur*, & etiam reſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionem vel appellationē non admittendam admittere, vt notat *Iac. de Cal. in ſua Marg. Fiſci.* 23 *8. dub. verſ.* 143. Sed † non valet reſcriptū, contra rem iudicatā, niſi diceret, non obſtāte ſententia; vt *l. ſi is qui. C. quando prouo. non eſt neceſſe.* ſecundū *Io. de Platea*, qui ita notat *C. de muner. patrimo. l. non videtur. lib.* 10. & per *Bal.* qualiter ius quæ- 24 ſitū per ſententiā poſsit tolli per reſcriptū Principis, vide in dicta *l. ſi is qui.* Sequitur in text. *tollents tots actes e abuſos.* Repete hic, & adde quę ſcripſi in dicta *conſtitutione, Confirmants la conſtitucio. §. tollents lo abus. in curia dns Regis Ferdinandi.* & in *c. havents acer.* ſupra *coll. proxi.* & in dicto *c. imprimis.* cū concor. Et dic *é*, pro ideſt, quia actus reproba- 25 ti † proprie non ſunt actus, ſed abuſus; & ideo ex talibus abuſibus non poteſt induci conſuetudo: vnde eſt arg. q̄ non valet conſuetudo contra huiuſmodi conſtitutiones iuratas, vide ſup. *colla. proxi. c. havents acer.* pro quo facit q̄ ſequitur, ibi, *per los quals al dit vſatge e conſtitutions no volē en alguna manera eſſer derogat*. Et nota verbū *en alguna manera*, quia neq. ſcienter, neq. ignoranter, neq. directe, neque per obliquū, nec alias quouis modo, quouſq; acta in contrariū ſunt ipſo iure nulla *C. de legib. l. non dubiū.* cū ſimi. vide q̄ notatur ſupra *coll. 9. in curia Regis Ferdin. c. vel ex beneficio.* in fi. Sequitur in tex. *declarā.* Nota quia præſens cōſtitutio nō eſt noui iuris editoria, ſed veteris iuris declaratoria, quia de iure naturali & ex omni iure 26 regulari eſt, q̄ † in omni cauſa requiritur citatio, quia iudiciū ab ea parte incipit, quæ eſt de iure vocando: vt *inſti. de pœna temere litigan. §. ſi.* vbi 27 vide *Io. Fa.* Et non † valet iudiciū ſine citatione, vt in *Cle. paſtoralis. de reſcind.* cū ſimil. Et *C. de ſent. & interlo. omnū iudi. l. primā.* adde notata inf. *eod.* ſuper verbo *procedimus legitima citatio.* Fallit in caſu *extr. de re iudi. c. cū olim.* dic, vt ibi notat *Aut. de Butr.* & *Nicol. de Sicilia.* Sequitur in text. *ſegnorear lo Principat de Catbalunya*; ergo omnes populi etiā 28 de † Baronijs & alijs locis totius Principatus Catbaloniæ tenentur ire ad conuocationē exercituū, iuxta vſat. *Princeps namq.* quæ conuocatio quando habet locū, aduerte; quia lectura *Iac. de Calic.* ſuper vſat. non protenditur vſq; ad dictum vſat. *Princeps namq.* neſcio quomodo hoc dicitur, niſi forte eſſent aliquæ poſtillæ, dic vt notatur per *Iac. de Calic.* ſuper dicto vſat. & adde quæ ſcripſi ſupra *coll. 6. in curia Cerdaniæ c. præterea ordinamus.* vide etiā quæ poſtea ſcripſi ſuper dicto vſat. *Princeps namq.* & ibi in *Manna.* Sequitur in text. *E encara les hoſts*, &c. ibi, *per altra raho*, &c. Ex iſto tex. poteſt colligi, quod dominus Rex poteſt cō- 29 uocare exercitus pluribus modis; vno modo in caſibus dicti vſatici *Princeps namque.* Alio modo per viam generalis indictionibus hoſts, ſcilicet, in guerra generali totius Regni vel alia communi neceſsitate in caſu inopinato, iuxta notata per *Innocent.* & *Dotto. in cap. peruenit. extra. de immuni. Eccleſiarum.* & adde quæ ſcripſi ſupra *collatione 4. in prima curia Barcinone cap. 29. Item quod nos vel noſtri officiales.* & in *Summa ſoni emiſſi. quæſt. 19. §. vlterius quæro.* & quæ notat *Iaco. Marquilles in ſuo Manna. quæſt.* 12. Et ibi notat an per priuilegia quis defendatur hoc caſu. Et adde quæ ſcripſi in *Summa ſoni emiſſi quæſt.* 18. Et qualiter & 30 quando † Princeps in hac patria valeat conuocare generales hoſts, vide in vſat. *Alium namque*, & ibi *Marquilles in Manna*, ſuper verbo, *& mandarent.* Sed an his priuilegium immunitatis valeat excuſare, vide *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ad inſtructionem.* & *C. de decurio. l. vacuatis. lib.* 10. *& extra. de immu. Eccle. cap. peruenit.* & *cap. non minus.* Alio modo per conuocationem feudatariorum tenētium feuda infra dictum Principatum. Quid 31 ſit † exercitus? Reſpondeo, eſt collectio totius militiæ, & non eſt proprie exercitus, niſi ſit le- 32 gio: & vnde † dicatur, vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ Regis Iacobi II. rubrica de hoſt & exercitu. cap. Item quod nos vel noſtri officiales non compellamus*, &c. Et nota, quod 33 omnes † etiam de Baronijs tenentur venire ad hoſts domini Regis quantumcumque dominus Rex vendiderit, aut alias tranſtulerit hoſts & caualcatas in Baronem; quia talia ſunt de regalijs, quæ ſeparari non poſſunt â corona, nec tranſeunt per verba generalia, etiam ſi de his exprimatur, quia concernit publicam vtilitatem, & idem dicas de alijs præcipuis regalijs coronæ affixis, vt de vſat. *Quoniam per iniquum. Similimodo. Moneta. Camini. Auctoritate & rogatu.* & de cauſis miſerabilium & oppreſsionum, & huiuſmodi, iuxta notata per *Innocent. Ioan. And.* & moderniores in *cap. cum venerabil. extra. de cenſi.* & per *Henricum Boich in cap. paſtoralis. extra. de* 34 *dona.* Et iuxta † hoc quæro, quæ ſit differentia inter hoſts, & caualcatas? Reſpondeo *Iacobus de Monte Iudaico* in vſat. *Aguayt. verſic. Filius militis*, dicit, quod hoſt dicitur, quando dominus ducit vaſſallum vltra vnam diem, & per diuerſos terminos. Sed caualcata dicitur, quando dominus ducit vaſſallum tantum per vnam diem, & per vnum terminum. Sed *Iacobus de Calicio* ſuper vſat. *Qui fallerit hoſts in 1. quæſt.* dicit quod hoſt dicitur adiutorium factum domino Regi per omnes de Principatu generaliter. Sed caualcata dicitur quando dominus Rex non indicta generaliter hoſt, vel quando alij inferiores per viam iuuaminis particulariter conuocant gentes ad iuuamen cum armis. vide latius in dicto vſat. *Qui fallerit*, quia ibi dicit idem *Calicius* ipſum dicere puram veritatem. Tu autem potes aliter dicere, videlicet quod hoſt, caualcata, & exercitus ſint ſynonima, & quòd pro eodem ſumantur. Sed vulgariter dicitur hoſt fiue exercitus, quando inducitur cum ſolemnitate edictorum, tubarum, & vexillorum. Sed quando fit conuocatio ex abrupto, ſicut ſæpe fit pro ſono emiſſo, fragrante crimine; vel pro alia executione iuſtitiæ in cauſa pacis & treugæ, vel pro

alio emergenti : ita quod ipſa die, vel ſequenti reditur ad ciuitatem, tunc vulgariter dicitur Caualcata, & hoc eſt quod voluit dicere *Iacobus de Monte Indaico* ex ſuo capite, quia non potuit aliud allegare, niſi vulgarem notorietatem, & vbique legi quidquid iuris de hoſt vel exercitu, idem & de caualcata. Sed exercitus eſt nomen generale, quia hoſt eſt ſolemnis exercitus vel generalis, ſed caualcata eſt minus ſolemnis vel particularis exercitus: & ita differentia ſit iſta magis in facto & vulgari locutione, quam in iure, & ita vnum pro alio quandoque ſumatur. Item poteſt dici hoſt, quando fit conuocatio generalis equitum & peditum: ſed caualcata eſt quando fit conuocatio equitum tantum: ſic ſonat nomen caualcatæ in vulgari; ſed exercitus eſt nomen generale comprehendens hoſt & caualcatã. Tu vero amplius cogita ſuper his, quia mihi videntur eſſe non magnæ vtilitatis. ¶ Sed
35 quis † teneatur facere hoſts & caualcatas, & cui, vide *Calcium* in dicto vſat. *Qui fallerit. in* 2. *q.* vbi diſtinguit latiſsime. ¶ Sequitur in text. *los fendataris hauents feus en lo dit principat.* Hic eſt
36 argum. quod omnia † feuda in dicto Principatu Cathaloniæ ſint domini Regis. ſuper quo vide notata per *Anton. de Butrio in cap. iuxta. extra.*
37 *de iureiurando*. ¶ Sed † quid ſit feudum. vide in *Commento Iacobi de Calcio.* ſuper vſat. *Si quis ſuum feudum. in* 1. *q.* & per *Goffr.* & *Hoſt. in ſumma*
38 *tit. de feu.* ¶ Sed † an vaſſallus poſsit diuidere feudum, dic per eundem *Calcium* in dicto vſat. *Si quis ſuum feudum. in* 3. *q.* ¶ Sequitur in textu, *les quals conuocacions foſſen fetes en caſos en los quals les dites conuocacions agueſſen lloch*, &c. ſubaudi, vt
39 quia † facta eſt conuocatio in caſibus dicti vſat. *Princeps namque.* quo caſu omnes ætatem & poſſe pugnandi habentes ire tenentur, nec tunc excuſantur etiam homines Eccleſiarũ, vel Ordinum, nec alij, vt in conſtit. ſupra *colla. 4. in* 1. *curia Barcino. cap.* 20. *Item quod nos vel officiales noſtri non cõpellamus*, &c. vide ibi. Pone caſum, qui nouiter
40 euenit. † Ciuitas Barcinonæ erat obſeſſa per Regem Ioannem Nauarræ; & quidam armigeri de parte ciuitatis erant obſeſsi in quadam turri prope riuum de Baſos. Et capitanei partis ciuitatis coegerunt vltra ter mille ex ciuibus exire ad bellum extra ciuitatem pro liberando dictos homines armigeros obſeſſos die Martis nona Decembris anno â Natiuitate domini 1471. Sed de facto dicti Capitanei fuerunt capti & fere dicti ter mille captiuati, & penitus deuicti omnes: quæritur, an dicti ciues tali caſu potuerint cogi exire ad ipſum bellum extra ciuitatem, ex quo Princeps non exiuit? Certe textus huius conſtitutionis & iura hic allegata videntur innuere ꝙ non debuerunt cogi, niſi illi tantum qui erant acordati, & ſolidati, ſiue ſalariati, quoniã nullus tenetur inuitus ad liberationẽ alterius; præſertim pendẽte dubio huius conſtitutionis. Imo videtur ꝙ poſsint conqueri de ſpoliatione libertatis, & de omnibus damnis. Solutionẽ tamen quæſtionis huius relinquo melius ſcientibus, quibus pertineãt talia in curijs; vel ſaltẽ dño Regi,
41 cuius ſunt regaliæ de hoſts. ¶ Sed † pone ꝙ dñs noſter Rex vult ire extra Principatum ad expugnandũ Regẽ Franciæ, vel Regẽ Caſtellæ, & pro ſucurſu conuocat & indicit generaliter hoſts & exercitus in toto Principatu, vel ſpecialiter cõnocat feudatarios: nunquid tenebũtur ire, & obtemperare? Reſpondeo, de hoc fuit quæſtio, quæ remanet indeciſa, ſuper qua ſaluatur ius vtrique parti, vt hic in §. *per la preſent cõſtitucio.* Sed cũ venia & reuerentia ſacræ Regiæ Maieſtatis diſputatiue loquendo videtur dicendũ ꝙ non habeat locũ hoc caſu, ſaltẽ de ſubditis non tenẽtibus feudũ, quia cũ non ſint vaſſalli, niſi ratione iuriſdictionis, ergo non tenentur exire extra terminũ iuriſdictionis, iuxta notata per *Iacide Cals.* in vſat. *Qui fallerit.* in 2. *q.* quia extra territoriũ ius dicẽti non paretur impune. *extr. de conſti. c. vt animarũ. lib.* 6. hoc tenet *Iac. Marquil.* in vſat. *Aliũ namq.* & *Io. Socarrats in Commem. Petri Alberti*, quæ incipit, *ſi aliquis dñs vult ire ad partes valde remotas*, vbi multa allegat pro iſta opinione, & allegat multos antiquos ita ſcripſiſſe, ſcilicet, *Iac. de Faro, Iac. Calberti, Iac. Calc.* Præterea & fortius poſito ſine præiudicio, ꝙ dñs Rex de iure habuiſſet ius & hanc ſeruitutẽ ſuper dicto Principatu; attamẽ cõſtat,
42 ꝙ † olim tẽpore Regis Petri III. fuit ſuſcitata huiuſmodi ſeu ſimilis quæſtio, & fuit eidẽ contradictum. Ita ꝙ ab eo tẽpore citra populi huius Principatus cœperũt præſcribere libertatẽ contra illã ſeruitutẽ, & â tẽpore contradictionis prædictæ effluxerunt triginta anni, & vltra; ergo videtur præſcripta legitime ipſa libertas, vt in vſat. *Omnes cauſæ.* & iuxta notata per *Doc.* in vſat. *Hoc ꝙ iur. eſt ſanctorũ.* vide ibi notata. Non obſtat ſoluitas, quæ tunc fuit facta ſimilis huic contenta in §. *per la preſent.* infra *eod.* quia per talẽ ſaluationẽ non tollitur ius præſcriptionis. ſuper quo vide notata in *cap. ex parte uxor.* ſupra *coll. præced.* vide etiã quæ ſcripſi ſuper vſat. *Hoc ꝙ iur. eſt ſanctorũ.*
43 In cõtrariũ videtur, quia † regaliæ nõ præſeruibũtur, vt in dicto vſat. *Hoc ꝙ iur. eſt ſanctorũ.* Quia vos ſuper his cogitabitis, quia de quæſtione huiuſmodi, quæ eſt in facto, & de difficiliorib⁹ tãgẽs iura majeſtatis non eſt noſtrũ diffinire, licet forſan poſſet diſtingui, an Rex Caſtellæ vel Franciæ mouerit guerrã noſtro Regi, volens occupare terram ipſius, vel alias indebite damnificare noſtrum Regẽ, & tunc quia omnes tenentur tueri & defendere proprium Regem, vt in vſat. *Principi namq.* in *Got. lib.* 1. *tit.* 2. *l. his præfectis. verſ. Eundem eſt in aduerſis, & obuiandũ eſt potẽtialiter & fidenter hoſtibus.* & in *Gotis lib.* 2. *tit.* 1. *l. Deus cõditor rerum. verſ. Ergo negotia Principum ſunt ordinanda, & ſalus Principis eſt tutanda, & vita illius defendenda.* & melius *eod. lib. & tit. rubr. de his qui contra Principem vel gentem, aut patriam refugiunt, vel videntes exiterint. l. quantis claudus patria Gotorum*

ſit

Digitized by Google

ſit conceſſa. ad idem facit *Got.lib.5.tit.7.* Tunc recte procuramus patriam. & facit etiam melius *Got.lib.9.tit.2.de his qui ad bellum non vadunt. l.cogit gloriam noſtram.* & *l. ſi amatores patria.* & quaſi per totum ipſum *tit.2.* Et quia debemus ſpectare quod inimici inuadant patriã, quia ex quo guerra eſt licita, ſaltem ex parte defendentis, licitum eſt ire ad obuiandum contra inimicos: & hoc caſu videtur habere locum dicta conuocatio per dictas leges Goticas, quibus non obuiant leges Romanę: & hoc ſuadet æquitas, & bona ratio, quibus † in defectu iuriũ patriæ iudicandum eſt, vt
44 in *c. Item ſeigyer quels Cancelli.* ſupra *coll.8.* facit in *Got. lib.2. tit.1. l. Et nos permittimus. verſ. Sed quis ſciet, vel poterit rationem perſcrutare, niſi fuerit vere Philoſophus & curioſus.* vt *ff.de iuſtis. & iure l.1.* & in vſat. *Iudicia in curia dari.* in fi. ibi, *Philoſophi ſapientes atque iudices,* quia, vt ait Cato:

... Sermo datur cunctis, animis ſapientia paucis.

Imo cum perſcrutatio rationũ ſufficiat ad plenitudinẽ iuſtitiæ, &c. ad idem in vſat. *Iudicia curiæ.* in fi. Sed forte non tenebuntur ſequi exercitum extra principatum propri, s expenſis: arg. *l. ſine ſumptu. ff.de operis li.* ſuper hoc vide notata in vſat. *Similiter & ſi ſenior.* & ſupra *coll.2. in 2. curia Barcino. cap.51. Item quod ſi aliquis Baro, vel miles requiratur ſuper ſeruitio feudi.* Aut dominus noſter mouit ipſam guerram illicite, & hoc conſtat: & tunc forte non eſt obtemperandum, quia potius eſt obediendum Regi cæli: vt *11. q.3. cap. non ſemper malum eſt non obedire precepto,* cum enim dominus
45 iubet † quæ Deo contraria ſunt, tunc ei obediendum non eſt. *ead.q. c. Si dominus ea iubet.* & *c. Iulianus Imperator.* vide *Ioan. Mo.* ſuper *rub. extra, de maio. & obe. lib.6.* Aut eſt dubium an guerra ſit iuſta vel ne, & tunc in dubio videtur potius obtemperandum. Super his tamen nil diffinire intendo. Sed vide omnino notata per *Iac. de Calicio* in vſat. *Qui fallerit hoſtis.* & vſat. ſequenti. & adde quæ ſuper eis poſtea ſcripſi. ¶ Sed ex quo de tot legibus Goticis eſt facta mentio & allegatio;
46 quæro † an hodie ſit iudicandum ſecundum ipſas leges Goticas in hac patria, an vero ſint abrogatæ ſiue ſublatæ? ¶ Et pro euidentia & declaratione huius quæſtionis nota, quod leges Goticę fuerũt factæ à Regibus Hiſpaniarũ tẽpore Gotorum, à quibus proceſſerunt Cathalani. Et fuerunt ipſi Goti gẽtes fortes, & maximi bellatores, vt habetur in *Got.li. 12. tit. de more gentiũ. l. Inuidia Iudæorum, ſapientia Græcorum.* ¶ Nota quod Græci in anno 1453. prohdolor perdiderunt Imperium, & fuerunt captiuati per Turcos perfidos, qui adhuc minantur deprimere ſuperbiam Romanorum, & ita cupiditas Perſarum, qui & Turci dicuntur, adhuc viget. Super-
47 bia Romanorum. Roma † enim fuit caput ſuperſtitionis, & ideo voluit Deus, quod ibi ſit caput Eccleſiæ & ſanctitatis: vt *extra. qui filij ſunt legi. c. per venerabilem.* & *2.q.7. c. beatus.* Cupiditas Perſarum, ferocitas Francorum: hoc verum ab initio, quia ſunt fortes; ſed poſtea non ſunt plus quam mulieres, ſecũdum *Oroſium.* vide in *Chronica Martiniana.* Commercia Gallorum. Ira Britañorum. Duritia Saxonorum. Libido Scotorum. Fortia Gotorum, fuit & eſt vſque hodie. ¶ Poſtea Regnum Hiſpaniarum fuit diuiſum Ita quod Cathalonia fuit Comitis Barcinonæ,
48 qui † eſt Princeps non recognoſcens ſuperiorem in ſuo Principatu quoad temporalia, & habuit & habet poteſtatem condendi leges, vt in prin. vſat. Barcinonæ *c. antequam.* & *cap. vnde cum dominus.* & idem eſt de alijs Regibus Hiſponiæ, vt notat *gloſ. in c. & ſi neceſſe. extra. de donat. inter virum & vxorem.* licet aliter dicatur per *gloſ. in c. Adrianus. 63. di.* & vide *C. de offic. Præfecti Præto. l. in nomine Domini. §. iubemus etiam,* ibi, *in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ, ſeu Francorum.* & *inſti. de patria po-*
49 *teſtate* circa prin. in *gloſ.* Tandem dominus † Raymundus Berengarius vetus Comes & eius vxor conſtituerunt vſaticos Barcinonæ, qui ſunt leges cõmunes & generales totius dicti Principatus Cathaloniæ. Et vt vidiſti in principio & proœmio vſaticorum, leges Goticæ tunc ſeruabantur in hac patria, & eis deficientibus iudicabatur ſecũdum mores & rationem naturalem, vt dixi ſupra per dictam *l. & nos permittimus. verſ. & ideo.* Sed propter vitandam aſperitatem ipſarum legũ Goticarum, quæ valde imponunt talionem & ſeruitutem, & alias duriſsimas pœnas, vt ex eis videri
50 poteſt; ideo † ipſe dominus Comes Raymundus Berengarius, & eius vxor, miſerunt dictos vſaticos, corrigendo in pluribus dictas leges, & conſtituerunt quod deficientibus ipſis vſaticis, reuerteretur ad dictas leges Goticas, & Principis arbitrium, ac curiæ, vt in vſat. *Iudicia curiæ.* in fine. Et iſte vſaticus ſignãter, ſimpliciter, nominatim & expreſſe eſt hodie confirmatus per dominũ Regem Ferdinan. bonę memoriæ, vt ſupra *colla. 9. c. per tal que les leys de la terra. §. E per tal que los dits vſatges,* &c. ibi. *E les dites leys de la terra confirmam, ſpecialment lo vſatge de Barcelona, qui comẽça en latin, Iudicia curiæ, & vſatici,* &c. *è manam aquell ſia obſervat ſegons la ſua ſeria & tenor.* Et ex hac conſtitutione relata ad ſeriem dicti vſatici ſic confirmati habemus clare, quod deficientibus iuribus patriæ debeat reuerti ad dictas leges Goticas, & ita non ſint omnino ſublatæ, & per hoc videatur reſponſum dictæ quæſtioni. Quid tamen nos dicemus? Breuiter *Iacobus de Calicio* de hoc tetigit in proœmio vſaticorum, *cap. antequam.* ſuper verbo *ſecundum leges.* & *cap. cum dominus.* ſuper verbo, *exortum negotium.* & *cap. vt qui interfecerit. in 1.q. in verſ. Attento quod leges Goticæ,* ibi dicit, quod ſint hodie ſublatæ per *conſtit. domini Regis Iacobi Primi,* quæ incipit, *Nouerint vniuerſi, quod nos Iacobus. §. Item ſtatuimus,* &c. *dat. Barcinonæ 3. Idus Aprilis anno à Natiuitate Domini 1251.* & in *cap. Item dicimus. in curia Montiſalbi.* ſupra *colla. 5.* & ibi dixi aliquantulũ de hoc. In contrarium facit ipſum *cap. Item dicimus,* quia

re. Item eſt quartus caſus in teſtamentis ſacramẽ talibus conficiendis, ſuper quibus vide in *Got. lib. 10. tit. 1. cap. Si quis terram.* & *eod. lib. tit. 2. cap. ſæpe competentis.* & *lib. 2.* circa prin. & *l. ſcripta volũtas.* & alias incipit, *extrema voluntas*, & ibi etiã dicitur de contropatione, & *l. pergens in itinere.* Item adde aliũ caſum. quia nemo audet ſe nectere cum alio vinculo iuramenti ſine licẽtia Principis: ex hoc patet quod cõfratriæ miniſtraliũ ſeu mechanicorũ non poſſunt concedi, niſi per Principem. Ex hoc fundatur inhibitio, quod gentes non audent ſe congregare ſine licentia vel venia curiæ, vel ex priuilegio: vt in *Got. lib. 2. tit. 5. c. vlt. l. inimicus humani generis.* Et nota iſtum caſum contra monopolia & conuenticulas, ac ligas: vt *C. de monopolijs.* per totũ. & *C. de Epi. & cleri. l. conuenticulã.* & *in fex. tit. de pace ten. & iuram. fir. l. hac editali.* §. *conuenticulas.* cum ſimilib. & vide quæ ſcripſi in *Euidentialibus ſuper Sacramentali Gerunda.* ¶ Item de ſucceſſionibus vide in *l. 4. Item ex quibus debet fieri cõparatio ſine contropatio litterarũ.* vide *C. de fide inſtrum. l. contractus.* vide & adde quę ſcripſi ſupra *colla. 5. c. Item dicimus.* & ſupra *coll. 6. in curia Perpiniani c. ſtatuimus.* ¶ Sed in alijs cauſis profanis
54 & † ciuilibus deficientibus iuribus patriæ habebitur recurſus ad arbitrium boni viri, ſecundum vtraſq. leges & canones, prout fuerint æquiores, & bonæ rationis, vt ſic magis videatur iudicatũ per viuã & bonam rationem, ſeu æquitatẽ naturalẽ, quam auctoritate legis vel canonis, & hoc eſt de mente iuriũ huius patriæ prædictorũ. Et ita intel ligo ſcripta per me in dictis *c. Itẽ ſenyor quels Canceli.* & *c. per tal que les leys.* & ſupra *coll. proxi. c. aſſats es coſa ridiculoſa.* Communiter vero practici doctores ſequentes ſimpliciter *Iaco. de Calit.* tum propter craſſam ignorantiã legũ Goticarũ, quas pauci viderunt, & pauciores ipſas minus ponderarunt, dicunt ipſas leges Goticas omnino fore abolitas & reſpuẽdas; quod non credo ſimpliciter, vt dixi, quia alias gloſſæ vſaticorũ, & *Doct.* ſuper eis ſcribentes non ita allegarent ipſas leges Goticas in dictis ſuis; & dicta conſtitutio *per tal que les leys*, non ita prꝫcepiſſet obſeruari vſaticũ, *Iudicia curiæ*, iuxta ſui ſeriem & tenorẽ. qui vſat. ſecundũ omnes loquitur de legibus Goticis, quæ tempore ipſius editionis vſatici ſeruabantur in hac patria. ¶ Super hoc quæro vlterius, an liceat vti legibus & iuribus abrogatis? Reſpondeo, q ad hoc fuit facta quædam *lex Gotica in lib. 2. tit. 1. c. 10.* quæ lex eſt tenoris ſequentis: ¶ *Nullus prorſus ex hominibus noſtris Regni perſentet offerre alium librum in iudicio pro quocumque negotio, prater hunc librum, qui nuper eſt editus, ideſt fallus, & prater tranſlatum amodo ſecundum ſeriem huius. Quia ſi præſumpſerit facere, perſoluat triginta libras auri fiſco. Iudex quoque ſubiacebit diſpendio predicta damnationis, ſi forteſſe diſtulerit aſtrumpere veritum librum oblatum ſibi poſtea. Nos tamen inbemus illos eſſe immunes, ideſt, alienos à damnis huius legis, qui forteſſe voluerint proferre prateritas leges & anteriores nõ ad cõ-*

futationem harum noſtrarum legum, ſed ad comprobaẽ tionem præteritarum cauſarum. ¶ Ecce legem Goticam, per quam prohibetur vti legibus præteriẽ tis, hoc eſt abrogatis, vel abolitis, ſeu correctis, niſi ad comprobationem præteritarum cauſarũ, hoc eſt, quia ſi forte antiquo inſtrumento opponatur; quia ibi non eſt appoſitio loci, poterit allegari lex antiqua & præterita, quod tunc ſufficiebat, quod in inſtrumentis & alijs ſcripturis authenticis dies & annus apponerẽtur: vt in *Gotis l. 2. tit. 5. l. ſcriptura quæ habuerint annum & diem.* & *l.* ſequenti. hodie vero ſecus, vt ſupra *colla. 6. in curia Perpiniani c. cum pridem.* vide & adde, quæ ibi ſcripſi, de hoc etiam, videlicet an & quando liceat vti legibus & iuribus abrogatis, legitur & notatur *extra. de iudicijs cap. nouit.* ¶ Et quid ſit de-
55 rogare, † vel abrogare, vide plene per *Hu.* & *Gui. in Roſario 4. di.* §. *leges.* vide conſuetudinem, quam inſerui inferius in hoc libro, quæ fuit abſtracta de libro *Iacobi de Bianya* aduocati antiqui, quæ loquitur de conuocatione hoſts & exercitus. ¶ Sequitur hic in tex. *A les quals conuocacios ſe ſdeuendra os dira alguns no hauer obtemperat*, quod dicit *alguns*, ſubaudi, idem ſi omnes ceſſauerint obedire, ſeu obtemperaſſe, vt quia facta conuocatione generali exercituum per dominum Regem, nullus forſitan curauerit obtemperare, vel forſan aliqui occurrerint, aliqui vero ceſſauerint. Et quod dicitur, *no hauer obtemperat*, hoc eſt; quia diceretur fore illicite de ſuccurſu exercitus ſiue hoſts, & ſic violaſſe vſat. *Qui fallerit hoſts.* Et
56 qualiter † & quando dicatur vaſſallum & ſubditum fallere hoſts, dic per *Iacob. de Calicio* in ipſo vſati. *Qui fallerit. in q. 3.* ¶ Sed quæro ad
57 quid † teneatur qui fallerit hoſts, hoc eſt qui non obtemperauerit conuocationi hoſts legitime & in caſu debito factæ? Reſpondeo, de hoc eſt caſus in dicto vſatico, *qui fallerit*; quia debet domino emendare damnum, miſsiones, & perduas. alias *verdudas*, hoc eſt, res amiſſas in bello; aut duplũ eius quod vaſſallus bono arbitrio expendiſſet. de quo dic latius per *Calicium.* in dicto vſat. *Qui fallerit. in 4. q.* & in ſequentibus quę-
58 ſtionibus. & ibi plene de hac materia. ¶ Sed † pone quod ille qui non obtemperauit conuocationi debite factæ, non habet vnde ſoluat, iuxta dictum vſat. *Qui fallerit.* Fallere hoſts, eſt delictum & contumacia ac violatio fidelitatis, qua vaſſalli tenentur ad hoſts; numquid cedendo bonis erit immunis? Videtur quod ſic, vt *extra. de reſti. ſpo. cap. olim. in 3.* & *extra. de pig. cap. 1.* & *de ſolu.*
59 *cap. Odoardus.* dic cõtra, quia † in maleficijs & delictis habet locũ regula, Qui nõ habet in ære, luat in corpore: vt *C. de ſeruis fugi. l. quicumque.* Vnde quæro quam pœnam patietur? Reſpondeo, quia deficientibus vſaticis & alijs iuribus patriæ reuertitur ad leges Goticas, vt dicto vſat. *Iudicia curiæ.* in fi. qui præcipitur obſeruari in dicta *cõſti. domini Regis Perdin. c. per tal que les leys de la terra.* erit pœna perpetuæ ſeruitutis, vel alia arbitrio

Principis,vt in *Got. lib. 9. tit.2.cap.9.de his qui in exercitũ conſtituto die, loco vel tempore diffinito non ſucceſſerint, aut refugerint*, &c. *l.ſi amatores patriæ*. Quia ſi non habuerit vnde hanc cõpoſitionẽ ſoluat,tunc Regię poteſtati ſit licitũ huiuſmodi tranſgreſſorẽ perpetuę ſeruituti ſubijcere. Ecce de iure Gotico erat pœna ſeruitutis,ſed ſecus de iure Romano,vt dixi ſuper vſat. *Moneta*,vt ꝙ de eo ſuiſq.rebus ordinarie decreuerit, habeat ſine dubio poteſtatem,ſubaudi, citra mortem vel membri mutilationem,vt in vſat.*Si quis de homicidio*, vide quæ ibi dixi, ſuper verbo *ſine morte*.

60 ¶ Hodie vero† pœnæ criminum quoad Principẽ regulariter ſunt arbitrariæ,vt in vſat. *Vnde cũ domnus Raymundus Bereng. verſ. Sola vero poteſtas Regia*, & habetur in Gotis*lib.2. tit.7. l. obuiandũ*. in fi.& notat *Iac.de Cal. in Margarita Fiſci 8.dub. verſ.224*.vide in vſat.*Quia inſtitiam facere*.& *cap. mulieribus*,& quæ ibi ſcripſi.Sequitur in tex.*á inſtancia del fiſch,o en altra manera*. Nota hanc litteram, quia facit pro his quæ ſtatim dixi, quia ex

61 quo fiſcus poteſt in his facere inſtantiam, patet quod criminaliter poterit procedi contra tranſgreſſores huiuſmodi doloſe refugientes, & non obtẽperantes conuocationi exercitus;quid enim ſi propter huiuſmodi fallimentum inimici occupauerint partem patriæ, hoc eſt, ciuitatem aliquam,villam,vel caſtrum,aut locũ huiuſmodi;& propter hoc ſtrages ſequutæ fuerint,& alia damna irreparabilia ſuſtinuerint,quæ nequirent ſufficienter emendari,prout requirit vſat.*Qui fallerit hoſts*, nonne dignũ erit Principem animaduertere in tales inobedictes, rebelles, & cõtumaces, qui ſibi deficiũt de iuuamine in tanta neceſsitate etiam ad pœnã *l.Iulia Maieſtatis*? Certe ſic,nõ enim carẽt ſcrupulo ſocietatis occultæ qui tam manifeſto facinori deſinunt obuiare.Si ergo dolo fecerint quominus ſucceſſerint, alias ſuccurrerint,& iuuerint,iuxta poſſe, tanquã faũctes inimicis puniri debent;vt *extr.de ſent. excom.c.quãte*.cum ibi notatis,& ſuis concord.Pro hoc facit vſat. *Princeps*.& dicta *l.Gotica, ſi amatores patriæ*.& in *extrana.Henrici Imperatoris,Quoniam nuper*.vide ibi *Bar*.& in *l.deſertore*.§.*is qui exploratione*.& §.*ſi ad diem*.& *l.qui cum vno*.§.*qui filium*.& *l. nõ omnes*. §.*deſertor*.& §.ſeq.& melius in *l. omne delictũ*. §. *contumacia. ff. de re militari*. & in *l. amiſſione*. §.*qui deficiunt.ff.de capitis diminutione*. Sequitur in text. *hajam & ſiam tenguts procebir*,ſubaudi,ſcilicet,catu quo in aliquo procedere voluerit Rex; quia pro ſuo principali intereſſe non cogitur agere inuitus,vt *C.vt nemo inuit*⁹,&c.*in rubro & nigro*.Sequitur in text.*procebints ab legitima citacio*. Nota ver-

62 bum *legitima*, quia † ſi vitium fuerit in citatione non valet proceſſus: quia citatio eſt principium & fundamentum totius iudicij & ordinis iudicarij,vt notat *glo.ſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extr.de conſtitu*.& eſt *tex.inſti. de pœ.te.liti.§. ſi*. & in *Cle.paſtoral. de re iudi*.cũ ſimil.vnde vbicũq. fuerit vitium in citatione, non tenet proceſſus, in præiudicium abſentium,quia omnis proceſſus factus contra abſentem non contumacem eſt ipſo iure nullus,vt *ff.de procur.l.abſens reus*.vide ibi

63 *Ang*.& eſt caſus in *l.quæſitum.ff.de re iudi*.Sed † ſi citatus cõpareat, & non proteſtetur de vitio citationis,valebit proceſſus non vi citationis, ſed vi præſentiæ:vt *l.1.in prin.ff.de feriis. Bal.in auth. ſi omnes.C.ſi vt ab hare. ſe abſti*.vide & adde quæ de citatione dixi ſupra in *curia Perpiniani c. laudan-*

64 *tes*. Nota † vlterius, quod prima citatio poteſt incipere à procuratore,vt *C.de Epiſc.& cleri. l.cũ clericũ*.& ibi notat *Bal*.& *l. ſolum.ff.de ali. le*. quod credo verum in his quæ non ſunt magni præiudicij. Vel quando procurator habet ſpeciale mãdatum de his pro quibus citatur.vide *Ioan.Fa.inſti.de pœ.te.liti.verſ. Sed numquid ſufficit citare pro-*

65 *curatorem*. ¶ Item nota hic,quod † etiam Princeps non poteſt parte abſente,& non vocata cauſam diffinire,vt hic, & *extra. de cauſa poſſ. & proprie.cap.1*. vbi de hoc,& in *Cle.paſtoral. de re iudi*.

66 quandoque tamen in notorijs,& quãdo † res dilationem non patitur, poteſt ſine citatione procedi,ſecundum *Ioan.Fa.inſti.de pœ.te.liti.in q.Item*

67 *quæritur*. Nota † quod vbi liquet in viam iuris, quod non poteſt parti competere defenſio,poteſt Princeps terre ſententiã ſine citatione,vt in *c. cũ olim.de re iudi*.&ibi notatur per *Nicol.de Sicilia*.& per hoc limitatur quod dicitur quod cõtra inauditam partẽ nil poteſt diffiniri. adde notata per *Ioan.Fa.inſti.de pœ.te.liti. §. vlti.in q.Item quæritur vtrum is tex*. &c. ¶ Vlterius etiam nota, quod

68 quandoque † Papa in notorijs procedit abſque citatione ad ſententiam,& valet proceſſus; quia Papa non ſubijcitur formæ;& maxime,quia ſurgit ex his quæ acta ſunt coram eo, licet alias ſecundum communem opinionem exigatur citatio,vt notatur in *c.veſtra.de cohabi.cleri.& mul*.vide *Anto.de Butrio in c.cum olim.de re iudi*.& *Bal. in l.cum patrem. C. de his quibus vt indignis*. quia ibi

69 dicit firmiter tenendum,quod nulla † ſententia diffinitiua poteſt ferri quantumcumque ex notorio,niſi præcedat legitima citatio. Facit *ff. de re mili. l. 3. §. ſi ad diem*, & quod notatur *extr.de app.cap. cum ſit Romana*. & *de iureiuran. cap. ad noſtram.in 3*.Hoc tamen intellige, niſi in caſibus à iure expreſsis,vt dixi etiam ſupra *colla. 9. in curia domini Regis Ferdinandi c.cõ molts entenents*.No-

70 ta tamen,† quod commiſsio citationis eſt quædam ſententia interloquutoria,& ad hoc allegatur *l.cum clericũ.C.de Epiſc.& cleri*.& ideo talis cõmiſsio non poteſt fieri die feriata, vt ibi notat

71 *Bal*. Item † nota tria debere concurrere in citatione legitima,ſcilicet,iuſſus iudicis,& quod citatio apprehendat ſaltẽ ad domũ,& ꝙ fiat de die & die non feriato, ſecundum *Ioan. An. in addi. Spe. tit. de dilationibus*. §. *dilationum ergo*. ¶ Item

72 etiam † nota,quod non ſufficit generalis citatio in valuis Audientiæ, quando pars ſeu eius procurator eſt præſens in curia;ſed debet fieri ad domũ ſiue ad hoſpitiũ vbi moratur:dicũt tamẽ Ca-

noniſtæ

73 noniſtę *c.in cauſis.de re iudi.* quod tanta † eſt poteſtas Principis, quod eius ſententia contra iuris ordinem lata tenet. vide ibi *Imo.* & *in cap. ad petitionem. de accu.* Sed iſtud eſt ſane intelligendum in his, quæ ſunt ſecundum ordinem iuris poſitiui, prout in *l. prolatam. C. de ſen. & interlo. om. iudi.* Secus in his quæ ſunt de iure naturali ſiue gentium; de quo per *Doct. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur.* & nota in *Clem. Paſtoralis. de re iudi.* Item nota, q

74 ad † petitionem creditoris non debet citari reus, niſi hoc præcipiat iudex: quod bene ſeruatur in criminalibus cauſis, ſed in ciuilibus, in quibuſdam partibus citant nuntij ſine commiſsione, lice tmaletfaciant, ſecundum *Iaco. de Butri.* & *Cinum.* dicit tamen *Bal.* in *l. cum clericis. C. de Epiſc. & cleric.* quod quando nuntius citat ſine commiſsione, quod non poteſt citare die feriata ad diem non feriatam, ſicut nec iudex poſsit die feriata committere citationem: vide ibi latius. ¶ Sequitur in textu, *E deguda conexeuſa de cauſa.* No-

75 ta. † quod ſine cauſæ cognitione legitima ſiue debita nullus eſt condemnandus, nec exequendus: vt hic, & ſupra *colla. 2. in 2. curia Barçino. c. 27. Item quod nos, vel officiales noſtri non ſpoliemus aliquem.* vide quæ ibi ſcripſi, & in *cap. 26. Item quod nullus condemnetur ad mortẽ.* ſupra *colla. 5.* cum ſuis concor. vide quæ leguntur & notantur *extra. de iudi. cap. 1.* & *extra. de cauſa poſſe. & proprie. cap. 1.* §. *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire.* Ad idem *2. q. 1. cap. nos in quemquam.* ¶ Et dicetur legitima cognitio cum partibus legitime citatis. Fallit in caſu qui notatur in *cap. olim. de re iudi.* ſcilicet, quando Princeps videt, quod parti nulla poteſt competere defenſio, & ibi notat *Nicol. de Sicilia.* & hoc aliqui tenuerunt in facto maritagij filiarum ſpuriarum domini Regis. Sed mihi videbatur, quod ſyndici Perpiniani, qui hoc inſtabant, erant audiendi. cum hic caſus eſſet nouus. & inauditus. Sed meum dictum non fuit exauditum, & ad plenum in cauſarum iuribus, & defenſionibus auditis, viſiſq. & recognitis diligenter actorum meritis, iudex procedit partibus citatis ad ſententiam: quia iudicantem

76 oportet † cuncta rimari: vt *extra. de fide inſtrumento. cap. cum Ioannes Eremita.* & *30. quæſt. vlti. cap. iudicantem.* & in *Gotic. lib. 2. tit. 1. cap. quid primum iudex ſeruare debet, vt cauſam bene cognoſcat. I. ¶ Iudex primum interroget teſtes, vt bene cognoſcat cauſam; deinde requirat ſcripturas, vt veritas poſsit certius inueniri, ne veniatur facile ad ſacramentum: quia vera indagatio iuſtitiæ potius cõmendat hoc, vt ſcripturæ intercurrant ex omnibus rebus, & neceſsitas iurandi omnino ſuſpendat ſeſe. Sed ſacramenta præſtentur in his cauſis, in quibus diſcuſsio indicantis non inuenerit vllã ſcripturam, vel probationem, ſeu certa indicia veritatis: in quibus cauſis tamen, & ille à quo iuramentum detur, conſiſtat in poteſtate iudicantis, alias iudicis pro ſola inueſtigatione iuſtitiæ.* ¶ Hæc eſt Gotica. Quia ſi placet attende ad bonam, æquam, & rationabilem legem Goticam, quæ in nullo diſcrepat à iure Canonico, vel Romano: ſicut etiã ſunt multæ aliæ leges Goticæ valde rationabiles, & à nullo iure cõtradictę: nil mirum ergo ſi ad eas reuertatur in ſubſidium, vt prędixi. Et quod dicit hæc lex, *primum teſtes interroget*, non intelligas, quod prius teſtes interrogentur, quam partes audiantur. Sed vult dicere, quod prius teſtes interroget iudex, quam diffiniat cauſam. Et nota quod dicit, *interroget.* quaſi per ſe, non per alium, ad hoc, vt cauſam bene cognoſcat: quia dicit lex, *Tu magis ſcire potes*, &c. *ff. de teſtibus. l. 3.* Et quod dicit, *deinde requirat ſcripturas*, non intelligas, quod iudex ſuppleat de facto requirendo à partibus ſcripturas. Sed debet requirere ſcripturas productas, & actitata, & ea relegere, & perquirere, ſiue inueſtigare, ad hoc, vt veritas poſsit certius inueniri, qua inuenta non eſt opus venire ad iuramentum, vt hic, & *extra. de proba. cap. Sicut.* tunc

77 enim demum deuenitur † ad deferendum iuramentum, cum aliæ probationes deficiunt, vt in

78 proxime inſerta lege dicitur. Et † cui deferatur eſt in arbitrio iudicis: ſic *extra. de iureiuran. c. vlti.* dic vt ibi notatur per *Henri. Boich.* ¶ Sequitur in tex. *ſiẽ les parts en lluts defenſions oydes.* quia eſt de

79 naturali: quia † defenſiones nemini ſunt auferendæ, quæ etiam à Principe auferri non poſſunt, vt allegatur *gloſ.* ſingularis, ſecundum *Panormitanum* in *cap. ad hoc. de reſcriptis.* & eſt caſus in *Clem. Paſtoralis. de re iudi.* vt dixi in *cap. in primis. curia Cerua-*

80 *ria.* Et merita † cauſarum partium aſſertione panduntur: vt *C. ſi per vim, vel alio modo abſentis poſſ. turba. fuerit. l. vlti.* & *extra. de maio. & obe. c. inter quatuor.* & *de reſti. in integrum. cap. tamen ex litteris.* vide & adde, quę notat *Bal. ff. de pac. l. pactum inter.* Et ex hoc videtur, quod etiam vbi poteſt procedi parte non citata, ſi tamen pars vltro offerat ſuas defenſiones, ſint audiendæ, & de eis ſit cognoſcendum, ſaltem captis pignoribus in caſibus in quibus poteſt pignoribus tenentibus litigari, vide practicam vſat. *auctoritate, & rogatu.* ¶ Sequitur in textu, *e ſeguida ſentencia diffinitiua.* ſubaudi, quia alias non permiſſa legitima cognitione lata non valeret ipſo iure, vt in allegat. *cap. tamen ex litteris.* & *2. q. 1. cap. nos in quemquam.* & *extra. de iudicijs. cap. 1.* & *C. de ſen. & interloqu. om. iudi. l. pro-*

81 *latam.* cum ſimil. Et † illa dicitur ſententia diffinitiua, quæ diffinit negotium, & imponit finem cauſæ per abſolutionem, vel condemnationem: vt *ff. de re iudi. l. 1.* & *extra. de re iudi. c. inrgantium.*

82 & facit *cap. forus. de verb. ſignifi.* & illa † proprie dicitur res iudicata, à qua non eſt appellatũ, vel eſt per binas ſententias cõfirmata, alias quãdiu fuerit per appellationẽ ſuſpenſa, vel poterit appellari, aut dici nulla, non poteſt dici tranſiuiſſe in rem iudicatam, nec meretur deduci ad executionem, niſi fuerit ſententia Regia, quæ pendente ſupplicatione poteſt exequi, dummodo præſtetur ſufficiens cautio, iuxta pragmaticam, vt dixi ſupra *colla. 6. in curia Montiſſoni. cap. pars appellata.* vide & adde quæ notantur in *Spe. tit. de ſen. prolatione.*

tione. & ſequentibus, & in *Summa Goffr. tit. de ſen. & re iudi.* & per *gloſ.* & *Doct. in cap. ex litteris.* & *c. ſuſcitata. extra. de reſti. in integrum.* & *in authen. qua ſupplicatio. C. de preci. Impera. offe.* & ibi per *Bald.* & *Doct.* Sed ſi opponatur nullitas ſententię euidenter apparens ex eiſdem actis, tunc non debent mandari executioni quantumcumque fuerit præſtita cautio; & idem eſt de exceptione illiquidi, de quibus dic, vt notatur per *Inno.* & *Bald. extra. de offi. dele. cap. Paſtoralis.* & *cap. cum iuur.* Et hoc maxime quando opponitur nullitas ex defectu iuriſdictionis, vel poteſtatis procuratoris, iuxta no tata per *Gloſ.* & alios *Doct.* in *Clem. ad compeſcendas.* ¶ Sequitur in textu, *E ila on ſien condemnats.*

83 Sed † quæro, quis erit iudex competens in hoc caſu præſentis cõſtitutionis, cum agitur de hoſts Regijs fallitis, vel alijs huiuſmodi, quæ vertãtur inter Principem, & eius ſubditos? Reſpondeo, quod dominus Rex dabit iudicem, vel iudices, qui eius vice, & in perſonã, ac nomine ipſius de cauſa ipſa cognoſcent, & iudicabunt, iuxta *l. Goticam. lib. 2. tit. 3. cap. 1. Rubri. quod Principũ, & Epiſcoporum negotia non per ſe, ſed per ſubditos ſunt agẽda. l. Quanto decet excellentiam maiorum culminum dare iudicium negotijs rerum, tanto ipſa excellentia non debet implicare ſeſe moleſtijs rerum.* Ergo ſi conſtiterit Principem, vel Epiſcopum habere negotium cum aliquibus, ipſi eligant prorſus perſonas tales quibus committant ſua negotia dicenda, quia poterit videri contumeliam irrogari tantis culminibus, ſi vilior perſona videatur aſsiſtere contra eos in contradictione cauſæ. Sed & ſi Rex voluerit aſſumere propoſitionem de qualibet re, quis erit qui audeat vlterius reſultare, ideſt, contradicere ei, quaſi dicat, nullus: quia non eſt qui dicat ſibi, *Cur ita facis? Iob. cap. 9.* quia ait Seneca: *Litigare cum ſuperiore furioſum eſt, cum inferiore foridum, & cum æquali anceps.* quia dubius eſt litis euentus, vt *l. quod dicitur. ff. de peculio.* & ait Cato:

Victorem à victo ſuperari ſæpe videmus.

84 Sed rectus † iudex non habet acceptionem perſonarum, vt *extra. de iudi. c. nouit itaque*, ideſt, *certe*, vt magnitudo culminis eius non euacuet iuſta veritatis. Principes, vel Epiſcopi non agant per ſe, ideſt, non iudicent; & ſic magis facit ad propoſitum. Vel dic, agant, ideſt, ducant, ſiue agendo, ſiue defendendo; quia reus in excipiendo dicitur actor, ſed per ſuos ſubditos negotium actionis.

85 Princeps † eſt iudex in cauſa propria, & trahit debitores ſuos ad forum ſuum. ¶ Ecce Goticam, quæ forte loquitur in agendo, vel defendendo. Sed eadem forſan maior eſt ratio in iudicando; quia nemo eſt idoneus iudex in cauſa propria, vt *C. ne quis in cauſa ſua ſibi dicat. in rubro & nigro.* & nemo in eadem cauſa debet gerere perſonam duorum, ſcilicet iudicis, & partis. vt *4. q. 4. cap. 1.* & eſt vſus. *nullus nunquam.* & *extra. de verbo.*

86 *ſignifi. cap. forus.* ¶ Sed † dic, quod de rigore iuris Papa, vel Princeps cognoſcere poteſt de cauſa ſua, quia Cæſar eſt iudex in cauſa propria, vt notat *Bal. in l. ſi paterfamilias. ff. de hære. inſti.* tamẽ ho-

87 neſte † facit ſi cauſam alij committit, & ſe ei ſubmittit. nota *Bal. in l. proxi. de his quæ in teſtamento delentur.* & vide *gloſ.* & *Doct.* in *cap. nos ſi incompetenter. 2. q. 7.* Et eſt regalia ſpecialis in Principe; alias regulariter nullus eſt iudex in cauſa propria, vt *C. vt nemo in cauſa propria ius ſibi dicat. l. 1.* Sed melius facit ſi alteri cõmitat, vt *C. de eden. l. procurator.* & ibi *Cin.* & *C. de quadrien. præſcrip. l. bene à Zenone.* & *ff. de his, quæ in teſta. delen. l. proxime*, & *extra. de iudi. cap. cum veniſſent.* & *de verbor. ſignifi. cap. ex parte.* & ibi *Inno.* & *Io. An.* & *de confir. vti. vel inuti. cap. cum dilecta*, & *de maledi. c. 1.* & *16. q. 5. c. conſuetudo.* & *de pœnis. c. Romana. lib. 6.* Sed de æquitate & honeſtate deberent eligi arbitri. *11. q. 1. cap. ſi clericus.* vel deberet cauſam alteri delegare: vt *ff. de iur. omnium iudi. l. ſi prætor.* & per ra-

88 tiones † dictæ legis Goticæ, & per pacem conſtantiæ eliguntur arbitri quando Princeps habet cauſam cum ſubdito, ſecundum notata per *Bald. de pace conſtantiæ.* ſuper verbo, *quæ nobis conceſſa non ſunt.* dic latius per *Nicolaum de Sicilia. extra. de proba. cap. 1.* ¶ Quidam tamen dicũt, quod dominus coram iudice ab eo dato agere non poteſt *ff. de iur. om. iudi. l. qui iuriſdictioni.* ſed bene conueniri poteſt *ff. ad Trebell. l. ille à quo. §. ſi.* ſecundum *Doct.* quos vide in *gloſ.* poſita ſuper verbo, *hoſtem. in authent. vt q̃ qui ob. ſe. habere. prohi. res mi. §. vt autem, colla. 6.* & nota *Nicolaum de Sicilia* in alleg. *cap. 1. de proba. in 1. nota.* Videmus

89 † tamen de facto ſeruari in curia Regia, quod dominus Rex per ſuos procuratores fiſcales agit & defendit cauſas ſuas, coram eius Cancellario, Vicecãcellario, ſeu Regente Cancellariam, & coram Baiulo generali, & alijs officialibus ordinarijs; & quandoque delegatis ab eo datis, & quandoque coram arbitris. Hoc verum in cauſis profanis Regij patrimonij, & regaliarum, & iurium ſuorum, vide ſupra *ead. q. 2.* & *in Margarita Fiſci, octano dubio. verſ. 172.* & melius *in tertio dubio. verſ. 28.* In † cauſa feudali vbi non denegatur feudum, quandoque dominus feudi dat iudicem, quandoque iudicant pares curiæ. d. hoc dic per *Doct. extra. de iudicijs. cap. cæterum.* & dixi ſuper vſat. *Si quis ſuum feudum.* vide

91 ibi plene. Sic † etiam Epiſcopus in hac patria cauſam ſuæ Eccleſiæ per procuratorem ducit coram eius officiali, vel Vicario, ſeu delegato. *ex-*

92 *tra. de iuramento cal. c. vlti.* Et † nota, quod Epiſcopus conuenitur coram Archiepiſcopo, & Archiepiſcopus coram Patriarcha, & Patriarcha coram Papa, Papa vero non habet ſuperiorem in terris, vide *gloſ. in l. cum clericis. C. de Epiſcopis, & cleric.* & *9. q. 3. cap. aliorum.* & *cap. cuncta per mundum.* vide *Anto. de But.* in præalleg. *cap. cum dilecta.* Sed Prælatus, ſicut & regulariter quilibet, non eſt iudex in cauſa propria, nec poterit punire de iniuria ſibi illata, quæ tantum tangat ipſum; ſecus ſi tangat Eccleſiam, vel publicam vtilitatem, quod dic latius, vt notat *glo.* in *cap. Romana. extra. de pœnis. lib. 6.* ſuper verbo, *punire.* & vide *gloſ.* in *c. & qui emendat.*

93 *emendar.45.diſt.* Sed quæro † hic,quam excuſationem poterunt habere vaſſalli, vt excuſentur à tali condemnatione,hoc eſt, vt non teneantur emendare fallimentum hoſtis, & exercitus? Reſpondeo,quod in dicta *l.ſi vnuatores propria.* eſt prouiſum in §. *illos ſane.* ab huiuſmodi legis ſententia decernimus permanere innocuos, quos aut principalis abſoluerit iuſſio, vt quia eſt minor quindecim annorum, vel forte eſt minor viginti annorum, quia in tali ætate debet ire in exercitũ Sacramentalis. Sed textus hic dicit, *etatem, & poſſe pugnandi habentes,* in vſat. *Princeps namque.* ſed ibi ſpeciale in quo magis conſideratur poſſe, & ita, quod ſi pubes. Sed in aliis exercitibus eſt ætas viginti annorũ vſque ad ſeptuaginta annos, de quo dixi *in Summa ſom emiſſi.q.*13.& *in Sacramentali.cap.6.*& *in lib.Numer.cap.*1. & *in Hiſtoria Eccleſiaſtica.eod.lib.c.*2.& in priuilegio *del recognuerunt proceres.* aut minoris adhuc retinuerit tempus ætatis, aut ſenectutis vetuſtas: hæc vetuſtas ſecundum legem veterem erat in maiori quinquaginta annorum,ſecundũ *Ioſephum.*& habetur *in Hiſtoria Eccleſiaſtica in libro Numerorum. cap.* 2. Et ita minores viginti annorum,& maiores quinquaginta annis reputabuntur inhabiles ad pugnandum,& bellandum. Sed de iure huius patriæ ſexagenarius excuſatur à pugna,& deficientibus iuribus patriæ,recurrimus ad iura Romana,iuxta *cap.curia Regis Martini*, ſupra *collat.* 8. *Item quels Cancellers. Vel etiam agritudinis cuiuſque grauida repreſſerit moles,vt proficiſci minime poſſim. Si tamen is qui agritudine fuerit pregranatus, per legitimũ teſtem poterit approbare,quia prædictis languore in exercitum proficiſci nequit, omnem tamen virtutẽ rei ſuæ ipſe qui agritudine fuerit pregranatus, ſecundum hanus legis inſtitutionem in publicis vtilitatibus, cum duce, vel comite ſuo dirigere non moretur.* Ecce per hanc legem Goticã habes,quæ perſonæ excuſentur ab exercitu regali,de quo etiã nota per *Doct.* in vſat. *Princeps namque.*& dixi de hoc *in Summa regiæ ſuæ emiſſi.q.*13. §. *Excipiuntur tamen perſonæ inermes.* Et hæc ſunt quæ excuſationem, & impedimentum præbent ex parte vaſſallorum, & ſubditorum. Sunt tamen alia, quæ poſſunt præbere impedimentum, & excuſationem ex parte dominorum, puta ſi dominus fuerit excõmunicatus, hæreticus à pace & treuga eiectus, vel à Rege bannitus, de quibus vide per *Iaco. de Cal.* in vſat. *qui fallerit hoſtis, in* 3. *q.* quæ incipit, *quæro iuxta iſtum tex. quo modo vaſſallus ac ſubditus dicitur fallere hoſtis,* &c. Et nota textũ dictæ legis Goticæ,dum dicit, *per legitimum teſtem,* quia loquitur de teſte in ſingulari,quia in hoc eſt ſpecialis caſus, in quo ſufficit vnus teſtis, & ita ſtaretur teſtimonio medici experti. arg. *l. Septimo menſe.ff.de ſta. ho.* regulariter requiruntur duo teſtes,vt *l.vbi numerus.ff.de teſtibus.* vide quæ leguntur & notantur *extra.de teſti.cap.veniens.in* 1. Item nota,quod dicit, *omnem tamẽ virtutem rei ſuæ,* quia ex quo ægrotus ire non poteſt ad exercitum,ſaltem tenetur mittere; vt ſi non poteſt iuuare de corpore,ſaltem iuuet de bonis ſuis. Et quod dicit *omnem,* intelligo tamen ciuiliter, ſcilicet, arbitrio boni viri,ſcilicet, deducto ne fame pereat in domo,quia caritas bene ordinata à ſe ipſo incipit,arg.*l.maritum.*cum ſimilibus. *ff.ſolut. matrim.* Item nota, quod ægrotans non habens aliam legitimam excuſationem tenetur mittere de ſuis bonis,& ſeruatur,quod ſuis ſumptibus aliũ idoneum pro ſe mittat, ſcilicet, de illis, qui alias nõ tenerentur: ſed forſan non reperientur,quia omnes ire tenentur, niſi legitimam habeant excuſationem,iuxta dictam *l. Goticam.* & vſat. *Princeps namque.* ¶ Sequitur in textu, *puſque eſſet proceſſit a*

94 *execucio.* Quæro hic,quod ſit † ſpatium,quod datur condemnatis ad ſoluendum antequam fiat executio pro iudicatis? Reſpondeo, *gloſ. in l. eos. C.de vſuris rei iudicate,* diſtinguit, an ſit condemnatus in reali,vel in perſonali; quia in reali ſtatim poſtquam ſententia tranſiuerit in rem iudicatam ſit executio,ſi ſtatim poteſt ſolui;alias datur ſpatium cum ſatiſdatione: vt *inſti.de offi. iudi.* §.1.& §.*preterea.* Sed ſi agitur perſonali,tunc datur ſpatium quatuor menſium regulariter, poterit tamen ex cauſa arctari, vt in dicta *l. eos.* poſt quod mandatur ſententia executioni. Et ſiquidẽ capiuntur res,aut ex diffinitiua,& tunc ſtatim fit venditio;aut ex interloquutoria.& tunc arbitrio iudicis: vt *l.cum proponas.C.de bo.auctor. iud. poſſi.* Alibi tamen *gloſ.* notat, quod aut agitur ad ſpeciem,aut ad pecuniam. Si ad ſpeciem datur ſpatium arbitrio iudicis, vt notatur *inſti. de iuris.ſti.* §.*vlt.* Si ad pecuniam, tunc datur ſpatium decem dierum ad ſimilitudinem conſtituti: vt notatur *inſti.de verb.obli.* §.*omnes.* quas tamen *gloſ.* non approbat,*fac.de Ra.* Sed intelligit, quod conteſtim

95 tenetur,tamen in mora † non eſt ſtatim,niſi modico elapſo tempore arbitrio iudicis extimando,ſecundum *Doct.* in dicta *l.eos.* vide & adde quæ leguntur & notantur *ff.de re iudi.l.*4. §. *ſi quis.* & *extra.de ſen. & re iudi.cap.quo ad conſultationem,* & *inſti.de offi.iudi.*§.1.& *extra.de offi.dele.cap.querenti.* & ibi *Henri.Boich.* & per *Gui.in Spe. in* 2. *parte. tit.de ſen.execu.* § *ſequitur videre.*& §.*videndum re-*

96 *lat.* Vlterius † nota,quod in exequendo ſententias,& alia,ita deferendum eſt maioribus perſonis,quod & iuſtitia non depereat.*extra.de offi.dele.cap.Sane.*3.*q.*9.*cap.ſi.* & *de vo. & voti re. cap. ea*

97 *quæ.*circa princi. Sed † ſi executor formam in exequendo non ſeruat, fas eſt ſibi obijcere manus,vt *l.prohibitum.C.de iure fiſci.lib.*10. & *extr.de offi.dele.c.ex litteris.* & in *Spe.aut.de ſen.execu.* §. *ſe-*

98 *quitur videre verſ.in ſumma nota.* Sed † an,& quando ſit licitum reſiſtere violenter,vide quæ ſcripſi ſupra *colla.prox.i.cap.Item per iuſtre vexacio.* Sequitur in textu, *E no en altra manera.* quaſi dicat, non eſt procedendum ad executionem prædictam, niſi facta citatione,& cauſa prius legitime cognita,poſtea fuerit lata ſententia;aliter facta executio non valeret.Et forte poſſet reſiſti exequenti

de

de facto contra formam huius conſtitutionis, per dictam *l. prohibitum.* cum alijs iuribus præallegat. Sequitur in textu, *Pero ſi alguna de les parts ſera abſent per contumacia, ſi puſque procehir in ſticia migenſant.* Nota quod dicit *per contumacia*, quia patet, quod in omni caſu eſt neceſſarium,
99 quod præceſſerit legitima citatio. Et † dicetur legitima ſi fiat peremptorie, loco & tempore non prohibitis: vide *Bart. in l. ex cõſenſu. ff. de app.* & dentur dilationes ſecundum vſat. *placitum mandetur.* vide quæ ibi notantur per *Doct.* & quæ de citatione ſcripſi ſupra *in curia Perpiniani. cap. laudanter.* Et erit neceſſe, quod in termino aſſignato accuſetur contumacia, alias circumcideretur ſiue circumduceretur edictum: vt *C. de iudi. l. properandum. §. & ſiquidem.* & *ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. ex quacũq. §. fi.* & ibi *glo.* ſuper verbo, *in*
100 *terſit.* & adde quæ ibi notãtur per *Bar.* Et † nota hic caſum, in quo poteſt procedi ad ſententiam diffinitiuam, & executionem in contumaciam alicuius, etiam lite non conteſtata, quia litigatoris abſentia propter contumaciam repletur Dei præſentia: vt dicta *l. properandum. §. cum autem hermocidium.* & *extra. de arbi. cap. vt quæſtioni-*
101 *bus.* in fin. *lib. 6.* Item † contumacia quandoque facit haberi litem pro conteſtata, vt hic, & in caſibus notatis ſupra *cap. proxi.* Et Princeps non habet ſeruare ordinem iuris ciuilis in procedendo: & quælibet eius citatio eſt peremptoria. Facit *Clem. ſæpe. de verbo. ſignifi.* & *authent. ad reprimendum.* & ibi *Bar.* ſuper verbo, *figura.* Sed videtur potius debere procedi admiſsionem in poſſeſsionem bonorum ex primo decreto, ſi reus fuerit contumax lite non conteſtata, vt *extra. vt lite non conteſt. cap. quoniam frequẽter,* & *in rubro.* & per totum, cum ſimil. quæ ſunt contra. Solutio. Hic loquitur, quando cauſa agitatur in conſiſtorio Principis, vel coram delegato ipſius cui cauſa eſt commiſſa ſine figura iudicij terminan-
102 da, & ſic † contumacia loco litis conteſtatæ habetur, iuxta notata per *Bart. in extranaganti, ad reprimẽdũ.* ſuper verbo, *figura iudicij.* & per *Doct. de verbo. ſig. c. ſæpe. in Clem.* quod vero dicitur lite
103 non conteſtata † non fore procedẽdum ad teſtium receptionem, vel ad diffinitiuam ſententiam, eſt regulare. Sed fallit in caſibus notatis in textu, & *glo.* dicti *cap. quoniam frequenter.* & in caſibus quibus poteſt procedi ſine figura iudicij: vt in *Clem. diſpendioſam. de iudi.* & alijs in iure expreſsis. At hic expreſſe dicitur, quod in cõtumacia procedi valeat, &c. ſic in alijs caſibus ſpecialibus propter ſuas ſpecialitates: vt ſupra *cap. proxi.* cum ſuis concordan. & in quibus etiã proceditur ſine citatione, vt dixi ſupra. Et quod littera dicit, *inſticia migenſant*, idem eſt, quod dicit dictus vſat. *alium namque.* in dictis verbis, *tenuiſſent inſtitiam, & indicaſſent per directum.* Et dic, *inſticia migenſant.* ita, ſcilicet, vt nulla fiat oppreſsio, vel afflictio; ſed ſeruetur veritas, & iuſtitia naturalis, ad quam debet Princeps potius intendere, reiectis apicibus iuris ciuilis, argum. *l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati.* ad hoc facit *l. Gotica*, quæ eſt *lib. 2. tit. 1. cap ſeu Rubri. vt iniuſtum iudicium, & defenſio iniuſta Regio motu, vel iuſſu iudicibus ordinata non valeant. l. ¶ Grandeo poteſtatis ſilet aliquando depranare inſtitiam ſanctionis, quæ dum valet ſæpe.* pura quando ex iuſta cauſa vtitur poteſtate abſoluta, alias peccaret, vt notat *Inno. extra. de cenſi. cap. innouamus.* certum eſt, quod noceat ſemper, quia grauaret partem contra eius iuſtitiam naturalem. *Quia dum frequenter premit inſtitiam vigore ponderis, numquid permittit redire hãc in ſtatum ſua rectitudinis? Et ideo, quia iudices ſæpe ſolent iudicare, contraria interdum inſtitia, interdum legibus, & hoc metu, vel iuſſu Principũ, propter hoc concedimus duo mala ſanare vno medicamine noſtra tranquilitatis; decernentes, vt qualiſcumque cõtractus ſcriptura fuerit repertus, ſeu quodcumque iudicium fuerit repertum eſſe confectum non inſtitia, vel debitis legibus. ſed iuſſu, vel metu Principum, vel alias propter ſordes, vt legitur & notatur extra. de re iudi. cap. cum æterni: ex hoc redeat in ni-*
104 *hilum.* Nota, † quia tempore Regis, vel Principis male iudicantis non currit præſcriptio, vt 16. *q. 3. cap. Si ſacerdotes.* & ibi notatur per *glo ſ.* & *Gui. in Roſa.* & eſt textus, & *glo ſ. extra de reſti. in integrum. cap. tum ex litteris.* vel dic, redeat tamen nihilo, quia debet ſemper ſequi veritas, & iuſtitia naturalis, quam Princeps debet amplecti, etiam reſcindendo rem iudicatam; & non obſtat pragmatica in contrarium edita; quod iudicatum eſt atque concretum, ideſt, accumulatum obuium iuſtitiæ, vel legibus. *Et nota vltius infamia non conſpergat, vel damnum alicuius rei affligat eos qui iudicarunt, vel coegerunt facere hoc. Qui iudices tamen erunt immunes à damnis legum, ſi firmauerint iuramento, ſe nequiter iudicaſſe, non ſua pranitate, ſed regio vigore.* ¶ Hæc eſt dicta lex Gotica,
105 quæ notabilis eſt mihi, † quoniam probabilis metus iræ, & indignationis Principis excuſat iudicem à pœna, ſaltem temporali omnino, vt
106 hic metus † Principis excuſat: ſicut metus mortis, quia *ira Principis nuncius eſt mortis.* Prouer. *cap.* 16. Sed à pœna ſpirituali non omnino excuſat, licet culpam attenuet: *extr. quod me. cauſa. cap. ſacris.* vide & adde quæ ſcripſi ſupra *collat. 8. cap. Item ſenyor quels Cancellers*, &c. & ſupra
107 *colla. 3. cap. 3.* Vlterius nota, † quod nos Cathalani, & etiam Aragonenſes, vt habetur in *lib. de proprietatibus rerum, in cap. Aragonia*, ſumus ex Gotis, de quibus habetur mentio in *decretis 23. q. 8. cap. conuenior.* & ibi *Gui.* ſuper verbo *Pilagotos*, refert qualiter Goti recuperarunt Hiſpaniã vſque ad Montem Peſulanum, exceptis Nauarris, qui fuerunt Yuernici. Sed à Legione vſque ad Hiſpalim fuerunt Romani tempore Pompei & Cæſaris. ¶ Sequitur in textu, *per la preſent empero no entenem*, &c. Hic eſt vltima pars huius
108 conſtitutionis, in qua fit † proteſtatio, & ſaluatio iuris vtriuſque partium in futurum. Et quia,

vtraque

vtraque pars, hoc eſt, dominus Rex pro vna parte, & tota curia pro Principatu ex parte altera contentit; ideo valet talis proteſtatio, nec ab ea recedit per factum cõtrarium ipſi proteſtationi, vt *extr. de elec. cap. Cumana.* vbi de hoc per *gloſ.* & *Doct.* & adde quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. cap. hauents acor.* Et ſic habes hic, quod pro-
109 teſtatio † Principis interrumpit præſcriptionem: ſic *extra de præſcrip. cap. nihil.* vbi de hoc per
110 *Anton. de Butrio.* ¶ Vtrum † pactum poſsit impedire curſum præſcriptionum, nota per *P. de*
111 *Ancarrano in Clem. quamdiu. de app.* An † poſsit renunciari iuri præſcribendi? *Bart.* tenet, quod non in *l. bono publico. ff. de vſuca.* vide *Cin. in l. cum notiſsimi de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum.* Dicit *Anton. de Butrio*, quod generale pactum, ſtatutum, vel priuilegium non valet, quod nulla currat præſcriptio; ſed valeret pactum in ſpecie, vt in *l. cum ſex. ff. de eliſi. edic.* alias ſecus in genere, vt in §. *quæſitum. l. ſed & ſi. ff. ſi quis cau.*
112 vide in vſat. *hoc quod inr. eſt ſanctorũ.* Nota † quod per ſtatuta non poteſt tolli præſcriptio, quia hoc eſſet derogare iuri publico, & ſtatutũ eſſet contra publicam vtilitatem. 4. *diſt. cap. erit autem lex.* Credo, quod hoc non poteſt facere inferior iudex Eccleſiaſticus, quia contra canones eſſet. *de maio. & obe. c. quia ſuper his.* Sed bene hoc poſſet ſtatutum laici, quia haberet aliquã æquitatem mixtæ, ſcilicet, ne quis locupletetur cum alterius iactura, ſecundum *Anto. de Butrio extra. de*
113 *præſcrip. cap. cum à nobis.* Exceptio † præſcriptionis affert pleniſsimam defenſionem. textus eſt in *l. ſi. C. de edic. diui Adriani tollen.* & in vſat. *omnes cauſæ.* ¶ Et ſic nota, quod regulariter † omnes actiones ciuiles durant triginta annis: vt *l.*
114 *ſicut. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum.* & in vſat. *omnes cauſæ.* ¶ Vtrum † in annuis præſtationibus ſufficiat vna præſcriptio? Dic quod non in legatis, & idem credo in ſtipulationibus, licet quidam contra, vt notatur
115 *C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum. l. cũ notiſſimi.* & vide *Doct. inſti. de verbo. oblig.* in *gloſ.* ſuper verbo, *in annos.* vide hic *de præſcriptionibus.* & plenius per *Anton. de Butrio in cap. peruenit. ex*
116 *traude cenſuum.* Sed † an requiratur ciuilis poſſeſsio in vſucapione, vide *Bald. ff. de rei ven. l. Si in bonæ fidei.* Et etiam officium iudicis, vt notat *gloſ.* in dicta *l. Sicut.* ſuper verbo, *perſecutione.*
117 Sed † accuſationes criminales durant viginti annis, vt *C. de fal. l. querellam.* exceptis caſibus ibi notatis. vide quæ ſcripſi ſupra *colla. prox. cap. à remouere.* ſed in vſucapione rerum mobilium, quæ eſt trium annorum, vt *C. de tranſfor. vſuca.* & *inſti. eod. tit.* per totum. nil eſt immutatum per *cap. Item, quod omnis actio perſonalis, &c. del recogno*
118 *uerunt proceres.* Item † nota, quod grauato in extimis, & collectis ſiue talis ad implorandum officium iudicis, vt exgrauetur, currit annalis præſcriptio: vt *C. de cenſibus & cenſitoribus. l. qui grauatos. lib.* 11. vbi etiam nota, quod minori, & abſentibus ex cauſa Reipublicæ grauatis in extimis, collectis, & talijs, non currit tempus ipſo iure anni dati ad petẽdũ ſe exgrauari; quia non valenti agere non currit præſcriptio, vt *l.* 1. in fin. *C. de annali excep.* de quo per *Bart.* in *l. Senatuſconſulto. ff. de offi. præſidis.* & *C. de bonis mat. lib.* 10. & *in authent. niſi triennale.* ibi poſita, quæ ſunt ſumpta ex corpore *authent. de nuptijs.* §. *ſi vero*
119 *ſpeciet. in verſ. vendicabunt. colla.* 4. Et † eſt hoc generale in minore, vt in omnibus caſibus, in quibus olim currebat ciuilis præſcriptio contra minorem, & reſtituebatur, hodie non currat ipſo iure: vt *l. ſi. C. in quibus cauſis in integrum reſti. non eſt neceſ.* exceptis caſibus ibi notatis. ¶ Nota
120 quod † tunc incipit currere præſcriptio, cum debet fieri ſolutio; vt *C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum. l. ſi quis emptionis.* §. *exceptio-*
121 *nem.* & ibi ita notat *Cinus.* Nota † tamen, quod negligentia ſeu taciturnitas Regis, vel domini, vel eorum procuratoris non debet præiudicare ſucceſſori in Regno, vel in dominio alodiali, vt *extra. de excep. cap. cum non. verſ. quia delictum.* 16. *q.* 6. *cap. ſi Epiſcopum.* & *cap. nihil. de præſcrip.* Nec
122 tempore † Regis male alienãtis currit præſcriptio. 16. *q.* 3. *cap. nec Sacerdotes.* & *extra. de reſti. in integ. cap. cum ex litteris.* Nec datur ſibi reſtitutio ad accuſandum, vt *l. auxilium. ff. ad mac.* Abſenti autem cauſa Reipublicæ bene currit præſcriptio ciuilis, alias quam in caſu iſto, ſed datur reſtitutio: vt *l. C. ex quibus cauſis maio.* & *inſti. de*
123 *actio.* §. *rurſus.* ¶ Nota, † quod omnes leges, & omnia ſtatuta, & iura, quæ permittunt præſcriptiones cum mala fide contra reales, vel perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iure, quia ſunt contra ius Canonicum, & nutriunt peccatum, vt in *cap. vigilanti.* & *cap. ſi. extra. de præſcrip.* & in *regula poſſeſſor.* vt notat latius *Matthæus de Afflaſi. in ſua nota.* 241. vide ibi. & hæc nota pro intellectu illius vſat. *omnes cauſæ, ſine bonæ, ſine male.* Criminalis vero non currit abſenti, vt militi. *l. ſi qua. ff. ex quibus cauſis maiores in int. reſt.* Et ſic in criminali accuſatione magis ſubuenitur abſenti cauſa Reipublicæ, quam minori, vt ibi
124 notat *Bart.* ¶ Item † etiam nota, quod quandoque actio realis & perſonalis, & hypothecaria tollitur ſpatio ſex menſium: vt *l. apud eum. C. de cenſibus & cenſitoribus. lib.* 11. Sic eſt in redibitoria, quæ tollitur ſex menſibus vtilibus: vt *l. ſciendum.* §. *tempus. ff. de ædilit. edic.* licet alias actio realis duret longo tempore, vt *l. ſi. C. de præſcrip. longi temporis, decem vel viginti annorum.* actio perſonalis triginta annis, vt dicta *l. Sicut. C. de*
125 *præſcrip. triginta, vel quadraginta annorũ.* Sed † hypothecaria habet diuerſa tempora, quia à poſſidente hypothecam titulo, & bona fide præſcribitur iure communi decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. Sed à poſſidente mala fide præſcribitur triginta annis, ab ipſo vero debitore, vel eius hærede contra creditorem præſcribitur quadraginta annis: nota *gloſ.*

in *l. cum*

in *l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. triginta. vel quadraginta annorum.* & latius per *Gui. in Spe. tit. de præſcrip. verſ. Sed de hypothecaria quæritur.* & notatur *ff. ſi pac. l. ſi vbi. §. de pignore.* de hoc etiam notatur per *gloſ.* in vſat. *poteſtatem.* ſuper verbo *multo modo.* Et † contra Eccleſiam, vel ciuitatem habentem hypothecam in quatuor caſibus poſitis in *l. ſi. C. de ſacroſanct. Eccleſijs.* præſcribitur ſolum centum annis, vt ibi patet, & in *gloſ. C. de cenſi. & cenſito. l. apud.* cum præalleg. Et ibi notat *Ioan. de Plat.* quod † exceptionis oppoſitio ad proceſſum in vim dilatoriæ impedit litis conteſtationem, vt ibi, & *l. 1. §. ſi. ad Tertull.* & *C. de edic. diui Adria. toll. l. ſi.* in fin. & *de quadrien. præſcrip. l. 1.* & *de ſta. defun. l. quod eſt conſtitutum.* vide ibi *Cin.* & *Areb.* & *Doct. extra. de litis conteſta. cap. 1.* & per *Gui. in Spe. tit. de excep. verſ. Secus ſi in vim peremptor. vt l. emptor. C. de præſcript. long. temporis.* & ibi *Bald.* & *Bart.* in *l. ſi. ff. de vſuca.* alias eſt in *tit. pro ſuo.* vbi dicit, quod tunc impedit litis conteſtatio, quando non requirit altiorem indaginem: & hoc maxime in curia Principis; & ita audiui à multis peritis in Audientia Regia, & idem in curia Romana, ſecundum *Spe.* vide ibi, & per *Doct. extra. de litis conteſt. cap. 1. lib. 6.* Ex-
128 ceptiones † enim rei finitæ, vt ſunt illæ quæ ſunt inductæ, vt ſit litium finis, vt eſt exceptio pacti conuenti, doli mali, & iuris iurandi, rei iudicatæ, & ſimiles, vt *ff. ad exhiben. l. 3. §. idem.* & dicto *cap. 1.* poſſunt opponi ad proceſſum, & ad merita cauſæ, de quo per *Bart.* in *l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol.* & *l. elegantes. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde.* Vtrum † annua præſtatio vnica præſcriptione tollatur. vide *Bald. in Spe. tit. de locato.* & latius in *tit. de poſitionibus in §. ponit ſeloinus ſe ſtetiſſe per decem annos, quod non ſoluit.* & in *§. Item conditione ex l. ex libris. C. de adqui. poſ.* &c. vſque ad *§.*
130 *ergo in rei vendicatione;* &c. Exceptio † præſcriptionis affert pleniſſimam defenſionẽ. tex. eſt in
131 *l. ſi. C. de edic. diui Adria. tollen.* Si ſtatuto † cauetur, quod inſtrumenta dotalia, vel alia mandentur executioni, nulla obſtante præſcriptione, dicit *Angelus*, quod non obſtantibus iſtis verbis obſtabit præſcriptio quadraginta annorum, vt *C. de decurio. l. 1.* ita notat *Ioan. de Anania. in cap. multorum.* deinde vide in *recognouerunt proceres. c. Item, quod omnis actio perſonalis.* &c. & quæ ſcripſi ſupra *colla. proxi. cap. hauents acor. §. E ſi lo contrari.* adde notata per *glo. in authen. vt Eccleſia Ro. C. anno. gaudet præſcriptione. coll. 2.* ſuper verbo, *ſon*
132 *giora.* Nota † quod præſtationi futuri cenſus non præſcribitur, niſi prius interuertatur poſſeſſio per cenſuarium: de quo dic latius per *Ioan. de Plat. in Lombemus. C. de fun. limit. lib. 11.* & notat *gloſ. in l. male agitur. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annor.* & in *l. 1. communia de vſuca.* & ita patet, quod venditor cenſualis nõ poteſt præſcribere proprietatem cenſualis, niſi à tempore contradictionis, & interuerſę poſſeſſionis. Sed bene præſcribit pẽſiones præteritas, & ſoluti ceſſatus, & hæc eſt veritas, & ſeruatur Germaniæ; licet quidam dixerint contra. vide in *Spe.*
133 *tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 44.* Caſus † autem in quibus ceſſat præſcriptio, vide per *gloſ.* & *Io. de Plat. in l. iubemus omnes.* & in *l. ſi. C. de fundis limit. lib. 11.* & per *Doct. in cap. cum non deceat. extr. de præſcrip.* & latius per *Ioan. Fabr. inſti. de vſuca. §. Sed aliquando.* & per *gloſ.* in vſat. *poteſtatem de*
134 *caſtro.* ¶ Vlterius † nota, quod vbicunque per legem eſt ſpecialiter prouiſum, quod nulla curat præſcriptio, vel quod omnis temporis diffinitio ſubmoueatur, adhuc currit præſcriptio cẽtum annorum; vel tanti temporis, quod non extet memoria, de quo dic latius per *Ioan. de Plat.* in *l. ſi quis. decurio. C. de decurio. lib. 10.* ¶ Vlti-
135 mo nota, † quod nulla præſcriptio de incurrit cum mala fide iure canonum, quibus ſubitur, alias ſubijcitur omnis lex in his in quibus vertitur periculum animæ: quod dic latiſſime per *An. de Butr.* in *cap. quoniam omne.*
136 *extra. de præſcrip.* An, † & qualiter, & per quos iuriſdictio præſcribi valeat, vide quę ſcripſi in vſat. *hoc quod iur. eſt ſanctorum.* & quæ notat *Bal.* ſuper *Inno.* in *cap. dilecto. de offi. Arcon.* Nota,
137 quod † præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum tollit actionem ciuilem. Sed licet non tollat naturalem, tollit tamen eius effectum, ſecundum *Bar.* in *l. pater dotem. ff. rem ratam haberi.* & *Aug. in l. atqui natura.* in prin. *ff. de neg. geſt.* vide etiam per *Henri. Boich. in cap. ſi diligenti. eod. tit. in*
138 *3. diſt.* & per *Ioan. in Summa cofe. lib. 2. tit. 5. q. 130. ſum ut ex prædictis.* ¶ Sed dicit *Angelus de Peruſio* in *l. omnes. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum.* & *l. 1. C. ne rei. do. vel templo.* quod vbicunque eſt per legẽ ſpecialiter prouiſum, quod nulla currat præſcriptio, vel quod omnis temporis diffinitio ſubmoueatur, vt *C. de decurio. l. ſi quis decurio.* & dicta *l. 1.* tunc non habet locũ *l. omnes*, ſcilicet, vt præſcribatur quadraginta annis.
139 Vaſſallus † non præſcribitur contra dominũ, niſi poſſeſſionem interuertat. Fallit in caſu *c. ſi vero vaſſum.* in *Commem. Petri Alberti.* vbi poteſt præſcribere ſpatio quadraginta annorum, & nõ minori. addde quæ dixi ſuper *conſtitutione Reginæ Mariæ. cap. hauents acor. §. E ſi lo contrari.* Nullus
140 contra † Principem præſcribere poteſt iuſto titulo non præcedente, & maxime ipſo ignorante, vt in pragmatica quam inſerui in ſcripto ſuper vſat. *hoc quod iuris eſt ſanctorum.* Sed vbi per legem non eſt ita ſpecialiter derogatum potentiæ præſcribendi, vt erant actiones, quibus non erat meta temporis præfixa; ſed erat ſtatutum eas ſimpliciter eſſe perpetuas. Licet autem dicte res, in quibus eſt prouiſum ne vlla temporis præſcriptione tollantur, non præſcribantur quadraginta annis, tamen præſcribuntur centũ annis, ſiue per ſpatium tãti temporis, quod non
141 ſtet memoria. Et † ideo licet ſtatutum dicat, quod contra inſtrumenta dotium, & vltimarum voluntatum nullatenus currat præſcriptio, ſed

ſemper

ſemper poſsit executioni mandari, tamen præſcribitur contra ea centum annis. Et hoc verum quod currit præſcriptio centum annorum, quãtumcumque lex dicat, quod nulla currat præſcriptio, niſi res affecta ſit à lege, vt ſit inuſucapibilis, vt eſt res ſacra, Reſpublica ciuitatum, quę eſt in vſu publico, vt via publica, & liber homo. nam etiam mille annis non poterit præſcribi: de quo vide latius per *Ioan. de Plat. in l. ſi quis decurio. C. de decurionibus. lib.* 10. adde quæ leguntur & notantur per *Doct.* in vſat. *hoc quod*
141 *iuris eſt ſanctorum.* Nota, † quod ex præſcriptione datur actio, & exceptio, vt notat *Abbas extr.*
142 *de excep. cap. cum. ven.* in fin. Item † nota, quod per præſcriptionem non adquiritur directum dominium, ſed vtile. fallit in præſcriptione quadraginta annorum, quæ omne ius abſorbet, & applicat præſcribenti: *extra. de præſcrip. cap. de quarta*, ſecundum *Bal. inſti. de vſuca.* in prin. ſuper
143 verbo, *dominia.* Caſus, † in quibus nulla currit præſcriptio, ponit *Ioan. Fab. inſti. de vſuca. §. Sed*
144 *aliquando.* Sed † an feudum poſsit præſcribi, vide *Iac.* in vſat. *ſi quis ſuum feudum.* & notat *gloſ. in feu. de capitulis Conradi. §. præterea.* Dic quod feudum non omnino prohibetur alienari, & imo non eſt affectum, vt ſit res impræſcriptibilis. Sed quia prohibetur cuiuslibet temporis præſcriptio, vt *l. Imperialem. de probi. feu. alie. per Fre.* imo requiritur cẽtum annorum, vel tanti temporis, &c. & hoc ſi à non vaſſallo præſcribatur: quia vaſſallus, qui tenetur de fidelitate, nullo modo poteſt præſcribere cum eius mala fide, & contra ſuam obedientiam, & fidelitatem contra dominum tenetur. vide & adde quæ notantur per *gloſ.* in vſat. *poteſtatem.* ſuper verbo *nullo modo.* Et
145 nota, † quod regulariter currit præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum. Fallit in caſu *l. agros. C. de faciendis tumulis. li.* 11. & alijs caſibus, quos ibi notat *gloſ.* vide ibi *Ioan. de Pla.* An
146 per † præſcriptionem quæratur dominiũ? *Bar. in authent. niſi tricẽnalem. C. de bo. mater.* dicit, quod in vſucapione ſic, & in præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, cum bona fide, alias non. Sed in præſcriptione decem, vel viginti annorũ efficitur dominus vtilis. Idem *Dan. de reg.*
147 *iur. cap. 2. lib. 6.* ¶ Item † nota, quod res omnino alienari prohibitæ ſunt inuſucapibiles; quia præſcribi non poſſunt ex quo non poſſunt alienari, quia præſcriptio eſt ſpecies alienationis, vt *l. ſi fundum. ff. de fundo dotali.* vbi de hoc, & vide notata per *gloſ. ff. de diuer. & tempore præſcrip. l. longæ poſſeſſionis.* quædam enim poſſunt fieri tempore quæ non poſſunt fieri pacto. vide, & adde quæ dixi ſupra *colla. proxi. cap. Item que on lo dit ſenyor. 9. E on feſſen dita rades.* Item nota, quod
148 iuri † facultatis non præſcribitur. *ff. de via pu.*
149 *l. viam.* & ibi *Bar.* Item † etiam iuri offerendi non præſcribitur ſecundum *Gui. de Suza. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. ac.* ſuper *gloſ.*

CONSTITVCIONS GENERALS DE CATHALVNYA, FETES EN LES CORTS DE BARCELONA, CELEBRADES

per lo ſenyor Rey Alfonſo, en lany 1432. à 13. de Maig: Sobre la exaccio, è execucio dels cenſals morts, è violaris, ab lo Coment de Thomas Mieres.

Rey Alfonſo fill de don Ferrando. Capitol Primer.

SVMMARIVM.

1 *Cenſualia mortua, & violaria in quibus differant. remiſſiue.*
2 *Publica res qua ſit.*
3 *Cenſualia, & violaria an ſint vſura. remiſſiue.*
4 *Cenſualia licet non ſint vſuraria, conſilium tamen eſſet ea vitare ſaltem inter ſingulares.*
5 *Exequutio cenſualium indirecte impediri non poteſt.*
6 *Exequutio fieri debet iuxta formam contractus.*
7 *Guidaticum an valeat ſuper executione cenſualium traditor. & nu. 8. & 9.*
10 *Maiorcenſes ligantur conſtitutionibus Cathalonie.*
11 *Negligere idem eſt quod non curare.*
12 *Iudex non dicitur negligere, ſi pars non petit.*
13 *Iudicia peruertunt quinque, vide in littera*
14 *Vicarij, Bailuli, & alij officiales baſtonerij faciunt exequutiones de & cum conſilio iudicum, & aſſeſſorum.*
15 *Iudex non tenetur exequutionem facere realiter, ſed tantum eam conſulere, vel decernere.*
16 *Exequutio pro cenſualibus contra tertium an fieri poſsit, an vero ordinaria via ſit procedendum.*
17 *Salaria ſtipulantur in contractu pro mittendis nuntijs vel procuratoribus, & ad quam rationem.*
18 *Officialis territorij proprie eſt exequutor.*
19 *Ciuitas vna tenetur aliam iuuare.*

20 *Impedire videtur, qui facit, vel cessat, quo minus res fieri, vel explicari nequeat.*
21 *Sine monitione proceditur quandoque per viam pacis & treugæ.*
22 *In causa pacis & treugæ regulariter non proceditur ad instantiam fisci. limitatur ibidem. & nu. 35.*
23 *Exequutor ex dolo facit litem suam: & si soluit, non fit ei cessio. secus si soluit propter culpam. num. 24.*
25 *Contra milites, & homines de paratico procedi non potest criminaliter ex officio sine instantia partis privata.*
26 *Obligati plures insolidum in instrumento, si condemnati fuerint per sententiam, ex ipsa sententia solum quis conueniri poterit pro virili parte: secus si prima actione ageretur, cum tunc quilibet conueniri poterit insolidum.*
27 *Condemnati simpliciter intelliguntur pro virili parte.*
28 *Condemnati insolidum an possint opponere beneficium diuisionis.*
29 *Renuntiatio generalis, an porrigatur ad beneficium diuisionis bonorum.*
30 *Exceptiones nō impugnantes sententiam possunt opponi post sententiam.*
31 *Potestas propter negligentiam primi officialis denoluitur ad alium. declaratur ibidem.*
32 *Monitio superioris regulariter non requiritur vbi propter negligentiam vnius officialis denoluitur potestas ad alium.*
33 *Processus soni emissi habet locum contra mandantes, & alios factores.*
34 *Merus executor non est iudex.*
36 *Officialis pro executione censualium, an possit ingredi terras Baronum. & nu. 38. & quid si miles, vel homo de paratico obligatus in censuals degerit in terris Baronum. nu. 37.*
39 *Marcha an habeat locum contra officiales Regios.*
40 *Marcha non habet locum nisi in subsidium.*
41 *Marcha adindicari non potest contra subditos, quamdiu est aliud remedium contra debitorem.*
42 *Marcha adindicari non potest, vbi officialis requirens potest per se exequi.*
43 *Marcha adindicari non debet, nisi data litteratorie fatischa viginti dierum.*

Om sobre la conseruacio dels censals morts.

1 ¶ Glossa, super verbo, *Censals morts.* Quæ † sit differentia inter ista censualia mortua, & violaria, vide quæ scripsi super *constitutione Regis Ferdinandi. c. cordi.* ¶ Tex. *Et violaris per defensio, e pau, vtilitat de la cosa publica.*

2 ¶ Glossa, super verbo, *cosa publica.* Idest † *peculiar, e bursal dels richs.* secus & pauperum, & animarum, quibus vtilius prouidebatur infra *cap. quia sacro.* sed ista prævalet hodie, quia omnes sperant in thesauris pecuniæ. Et ego vidi propter censualia & violaria moueri bella, & bandositates, & infinita peccata: quare non credo, quod sit bonum talia habere, nisi super corpore vniuersitatis: quia qui habent super singulari, pro certo non habent caritatem inter se: immo semper est inter eos inuidia & odium, quare parce
3 nobis Domine Iesu Christe. Sed, † quod ista censualia & violaria non sunt vsuraria, vide *Bal. in l. supernacuam. C. de his, quæ pœna nomine.* Sed bonum est consilium *Innocen. extra. de vsur. cap. in ciuitate.* ¶ Tex. *Del Principat de Cathalunya, e de tots nostres Regnes & terres introduhits. E la prompta execucio de aquells, per tolre tot embarch, lo qual per diuersas maneras,*

¶ Glossa, super verbo, *diuersas maneras.* Idest, *per diuerses frans, dolositats, & inuidias, & calumnias contra tota caritat pululants dela mala rayel de tals contractes, qui deurien entre singulars esser prohibits, si volien tractar de salut de les animes, & de la caritat, &*
4 *amor del prohisme.* non dico, † quod censualia sint vsuraria, sed consilium esset ea vitare. saltem inter singulares. ¶ Tex. *Se fahia empaxant los pagaments, e la execucio de aquells fahedora, fossen diuerses capitols en corts generals, fets, & fermats per los Reys glorioſos anteceſſors nostres, e specialment per lo molt illustre senyor en Pere, proaui nostre de gloriosa memoria, en la cort general per ell celebrada en Mōço: vnque es del tenor seguent. ¶ Item, que vos senyor, o lo senyor Duch, e vostres Gouernadors, ne altre per nom, o auctoritat vostre, o sua no puxats fer, ne atorgar elongaments, sobreseyments, guiatges, manaments, emparas, empaxaments, inhibicions, reseruacions, addicacions de iurisdiccions, ne negunes altres prouisions per neguna rahō, o manera, vulles per regalia, o regalias, o per restauracio de casal, o casals, o per barrajaments de companyes, o per qualsenol altre manera, necessitat, rahō, causa, o dret, per gran que fos, directament, o indirecta.*

5 ¶ Glossa, super verbo, *indirecta.* Subaudi, † quia, forte fit *empara* super instrumento censualis, vel à pace, vel cessionis, ne extrahatur à nota, & sic indirecte impeditur executio, quod non potest
6 fieri nisi producātur instrumēta authētica: † quia iuxta formam contractuum habet fieri executio, iuxta hanc cōstitutionē, vt dicitur infra *eod. c. §. statuhim & perpetuamēt ordenā.* ¶ Tex. *De scrit, o de paraula, en & sobre execucions, o qualsenol anantamēts quis demanē, os facen axi en preſos de persones cō en bēs per rahō de censals, e violaris cōtra qualsenol vniuersitats, o persones qui sie, o seran en cēsals morts, o violaris obligades, o tēgudes de qualsenol preheminēcia, gran, statmēt, ley, o condicio sien. E cō encara se pogus dir q̄ la major part dels crehedors hi cōsentissen, o faessen cōposicio, o auinēsa alguna ab los obligats als dits cēsals, e violaris. Los altres crehedors hauēts cēsals, e violaris no haguessen en lurs execuciōs torb, o empaxamēt algu, ne haguessen per forsa seguir la auinēsa de la major partida. No daço senor vos, o lo señor Duch, o vostres officials los pusats forçar. E si lo cōtrari era fet, os fahia, q̄ no valgues, ans fos nulle. E si ja son atorgats, o atorgades, sien hauts per renocats, e renocades, & per no fets, axi q̄ no hagē va lor. E aq̄lls no cōtrestāts se puxē, es degue fer execuciōs formēt, & destreta segōs les obligaciōs, e enaltre manera.*

¶ Glossa,

7 Gloſſa, ſuper verbo, *en altra manera*. Nota, † ſed repete in perſonis, & bonis obligatorum, vt ſupra dicitur. Secus ergo in alijs non obligatis, cõtra quos tamen propter fatichã iuſtitiæ eſt marcha adiudicata: quia illi ſe poterũt iuuare guidatico, dũmodo nõ ſint principaliter, aut fideiuſſorie obligati: & ita pluries vidi, & obtinui guidatico victualium, quia conſtitutio illa generalis
8 non tollit ſtatuta locorum, ſed forſan non † valeret guidaticum per officialem alicui conceſſum in præiudicium executionis cenſualiũ, quæ fiat iuxta obligationes, vel alias, & per verbum *en altra manera*, hic poſitum, dico quod etiam alijs non obligatis, contra quos tamen eſt marcha adiudicata in caſu executionis cenſualium non poteſt concedi guidaticum, nec fieri inhibitio in præiudicium executionis huiuſmodi; Barcinonæ, ta-
9 men † de abuſu indiſtincte ſeruant ſua guidatica, maxime victualium, & Vicarij, & Baiuli: vide quę ſcripſi ſuper vſat. *quo iãper iniquum*, in Commento. ¶ Tex. *E que los officials Reyals qui ara ſon, o encara aquells qui per temps ſeran, hagen, & ſien tenguts de ſeruar lo preſent capitol, e les coſes en aquell contengudes, no contreſtant, ſi de vos ſenyor, o del ſenyor Duch, o de Gouernadors, o daltres officials voſtres, o ſeus han hagut, o auien daci auant, manament encontrari, ſots qualſeuol forma de paraules, o per qualſeuol neceſſitat, o rabo, aquell manament ſe fahes, encara com fos penal, ne per aſſo official pogues encorrer reprehenſio, o pena alguna. E açò ſia axi mateix atorgat als habitadors de la ciutat, e Regne de Mallorques.*

¶ Gloſſa, ſuper verbo, *Mallorques*. Hæc expreſſio de Regno Maioricarum, & eius Inſularũ fuit
10 hic facta magis ad cautelam, † quia generaliter etiam ligantur conſtitutionibus curiarum generalium Cathaloniæ propter vnionem, de qua habes ſupra *colla. 3. cap. 33. Item ordinamus, quod vllo tempore.* ¶ Tex. *Es de les illas a aquella adjacents. E, que daço ſenyor vos placia fer conſtitucio general, & perpetual, bona & larga. Plau al ſenyor Rey.*

¶ E apres la conceſſio, e ferme del preinſert capitol, ſien ſtades atorgades, e fetes per los ſucceſſors del dit Rey en Pere, e predeceſſors noſtres, e encara per nos per inaduerencia, o en altra manera, & emanades de la noſtra Audiencia, o conſell: diuerſes inhibicions, reſeruacions, abdicacions de iuriſdicio, euocacions, & altres lletres, e preuiſions, actes, & manaments contraris a les coſes, en lo preinſert capitol contengudes. E encara ſien ſtades ſuſcitades moltes maneras, puta guiatges, per les quals la collecta dels dits cenſals e violaris a tanta vtilitat dela coſa publica del dit Principat, e de tots noſtres Regnes, & terras, ſegons dit es.

¶ Gloſſa, ſuper verbo, *dit es*, ſupra *eod.* in prin. ¶ Tex. *Introduhits, es trobada, & no res menys, axi per negligencia.*

11 ¶ Gloſſa, ſuper verbo, *negligencia*. Negligere † idẽ eſt, quod non curare, vt notat *Gui. in cap. ſi cuſtos.*
12 27. q. 1. Sed non dicitur iudex † negligere, ſi pars non petit, vt notat *Bal. in fin. de pace te. §. iudices*, vide *Ioan. de Platea*, in *l. mouente. C. de delato. lib. 10.*

¶ Tex. *Com per temor.*

13 Gloſſa, ſuper verbo, *per temor*. Iſta † ſunt quæ iudicium peruertunt, vnde verſus:

Quatuor humana reddunt indicia vana,
Zelus, formido, diſcordia, vana cupido:
Quintus addetur cum pauperis haud miſeretur.

De hoc nota in *cap. quatuor. 11. q. 3.* ¶ Tex. *Fanor, e cõport, dels officials voſtres requeſts executar, e preſidents als territoris, en los quals les dites execucions fer ſe han com encara per empatxaments, per les vniuerſitats, e ſingulars de aquelles, o altres qualſeuol perſones obligades en a aquells fets, los dits cenſals, & violaris, no prenguen, ne hagen pugnda pendre fins aſsi aquella prompta, e preſta execucio que deurien. Ans molts dels dits cenſaliſtes, & violariſtes, ſon dels dits lurs cenſals, & violaris per les cauſes deſſusdites fruſtrats, e totalment empatxats. Per tant a la dita conſeruacio, e corroboracio dels dits cenſals, & violaris, per vtilitat, e neceſſitat de la coſa publica, volents degudament pronehir de aſſentiment, & approbacio de la preſent cort, loants, approbants, ratificants, e confirmants lo preinſert capitol, e totes, e ſengles coſes en aquell contengudes. E de aquell fahents de preſent.*

¶ Gloſſa, ſuper verbo, *preſent*. Scilicet, de nouo per hanc conſtitutionem. ¶ Tex. *Conſtitucio perpetualment duradera. E reuocants totes, e ſengles inhibicions, reſeruacions, abdicacions, retencions, euocacions, lletres, actes, & manamẽts, contra tenor del preinſert capitol, en qualſeuol manera fets, per nos, o per noſtres predeceſſors, e de noſtra, o lur Audiencia, o conſell, e manades, & emanants. Statuim perpetualment ordenen quel official qui preſidera al territori on ſe requerra eſſer feta la execucio, requeſt per los dits cenſaliſtes, o violariſtes, o per lo official del territori on ſe deu fer lo pagament de aquells cenſals, o violaris, o per altre official aquis pertanga.*

14 ¶ Gloſſa, ſuper verbo, *aquis pertanga*. Vt † ſunt Vicarij, & Baiuli, & alij officiales baſtonerij, qui conſueuerunt facere executiones, quas tamen facere habebunt de & cum conſilio iudicum, vel aſſeſſorum, vt *in curia Regis Alfonſi 2. in cap. 14. Item ordinamus & ſtatuimus, quod Vicarius*, &c. & melius *ead. curia. cap. 4. §. Item, quod non au-*
15 *deat*. Non † tamen tenebitur iudex executionem facere realiter, ſed tenebitur eam decernere, & conſulere, & eius conſilium tenebuntur exequi ipſi officiales executores; nec poterunt ſe excuſare pro eo, quia iudex non vadit cum eis, quia ſufficit iudici iudicare, & decernere, ac dare conſilium exequendi, quia judicis officium in hac patria non habet realem executionem facere, nec ire pro pignorando, ſed habet pro tribunali ſedere: ſed vbi Vicarij, & Baiuli ſunt iudices, debent ſecum habere Iuriſperitos Aſſeſſores, de quorum conſilio habent ſuum officium exercere, vt eſt Barcino. quia ibi ipſi Vicarij, & Baiuli ſunt iudices; ſed ſecus eſt Gerundæ, vbi eſt iuriſperitus iudex ordinarius, tam Vicarij, quam Baiuli Gerundæ. ¶ Tex. *Segons.*

16 ¶Gloſſa,ſuper verbo,*ſegons*. Nota, † quod hæc conſtitutio eſt facta ſuper executione, vt patet in Rubrica: vnde videtur, quod non tollat quin executionem præcedere debeat cauſæ cognitio, dato libello,ſi petatur, vbi non eſt facta obligatio curiæ ſub pœna tertij, vel confeſsio iudicialis,maxime quando agitur contra hæredes, vel bouati. quia hæc conſtitutio non mandat procedi ſine figura iudicij,ſed dat formam,& modum in executione fienda:quid enim ſi is, qui conuenitur negat ſe hæredem, vel bouat. nunquid de hoc prius cognoſcetur? Verumtamen practica ſe habet,quod proceditur executiue facta fide tamẽ de iure agentis ſummarie,& de plano : multi tamen dant libellum, quod eſt tutius quando agitur contra non nominatum in contractu ſiue inſtrumento cenſualis & violarij. ¶Tex. *La forma*. ¶Gloſſa,ſuper verbo,*la forma*. Non dicit ratione iuris,vel excõſuetudine. Et ex hoc videtur,quod ſi in cenſuali,vel violario fuerint obligata bona priuilegiata, vt ſunt animalia, & arnelia militũ, & apparamenta domus,cõmuniter fit,quod poſſint in ſubſidium exequi per iſtam cõſtitutionẽ, quæ in hoc reuocare videtur conſtitutionẽ contrariam,quæ eſt ſupra in 2.*curia. Regis* huc. 2.c.49. *Itẽ quod animalia*. vide quæ ibi dixi in Apparatu. ¶Tex. *Dels contractes hage, & ſia tenguts fer la dita executio ab acabament*.

¶Gloſſa,ſuperverbo,*acabament*. Scilicet,non obſtante aliqua exceptione,niſi prout infra *eod. c.*4. Tex.*de les penſions,ſalaris*.

¶Gloſſa,ſuper verbo,*ſalaris*. *Salaris* ſi intelligas hoc de ſalarijs executorum, iuxta taxationẽ factã,infra *eod.cap.*15.plenum eſt. Si vero intelligas
18 de ſalarijs ſtipulationũ in contractu pro † nuncijs, vel procuratoribus mittendis, pro quibus cõſueuerũt ſtipulari ſalaria quandoq. quinque, quandoq. viginti ſolidorũ,videtur contra conſtitutiones ſupra *in curia Gerunda.c.*21.*Itẽ ſtatuimus, & etiam ordinamus,quod iuuenis*. & *in curia Monteſalbi. Regis Alfonſi.c.Item approbantes*. Sed videntur tolli per hanc, quæ eſt poſterior, cum hic dicat, *ſegons forma dels contractes*. Sed de forma exequendi dicit,& forſan non eſt veriſimile,quod vnico verbo tollat dictas priores conſtitutiones,arg.*l.ſi quando.C.de inoffi.teſta*. & non videtur æquũ,quod pro vna penſione,quæ forte erit quinque ſolidorum, exigantur per procuratorem viginti ſolidi nomine ſalarij. vide quæ ſcripſi in alleg. *cap.* 21. & cogita melius ſuper iſtis. ¶ Tex. *Meſsions, & altres coſes degudes per raho dels dits cẽſals,o violaris, dels quals raqueſt ſera. E lla on al dit official executãt*.

¶Gloſſa,ſuper verbo,*executant*. Nota ex hoc verbo, *executant*, & ex verbo ſupra *eod.o per lofficial del territori*,&c. quod quando in hac conſtitutione loquitur de officiali exequente,intelligi debet de eo qui facit realẽ executionem, & non de
18 officiali requirente,&c. ſed de † officiali territorij,quia proprie ille dicitur executor. ¶Tex. *Los reſiſtit per tancament de portes, o altres qualſeuol reſiſtencias,o empatxamẽts de fet,los quals proſeheſquẽ per obra de alguna perſona, que en tal cas lo dit official executant hage a procehir poderoſament e rigoroſa contra los dits reſiſtents,o empaxants*.

¶Gloſſa,ſuper verbo,*reſiſtents,o*. Nota quia non dicit contra mandantes,conſulentes,vel ratũ habentes,& nota,quod præmiſit,*los quals proceheſquẽ per obra dalguna perſona*. Tex. *Empatxãts per via de tancament de portes,e conuocacions de hoſts Reyals, requirents los altres*.

19 ¶Gloſſa,ſuper verbo,*altres*. Et ſic † vna ciuitas tenetur aliam iuuare, vt *C. de anno. & tri. l. medi tarranea.lib.*10.vbi nota. ¶Tex.*Officials Reyals del dit Principat,ſegons la arduitat del fet, & la potencia de aquells contra los quals ſe haura affer la executio requerran. A la requeſta del qual hagen optẽperar tots los officials raqueſts ab lurs hoſts,o ab aquell nombre de perſones que arbitrara lo dit official requirent. E daço los dits officials raqueſts hagen affer ſagrament & homenatge,o es,los qui ara ſon de preſent,e los ſdeuenidors, ans que vſen de lurs officis,lo qual ſagrament,e homenatge ſia ajuſtat a la jura,que acoſtumen de fer en lo entrobit de lurs officis, & continuar la executio contra los obligats. E que tals reſiſtents,o empaxants*.

20 Gloſſa,ſuper verbo,*empaxants*. Impedire † videtur qui id facit,vel ceſſat quominus res fieri, vel explicari nequeat.arg.*ff.man.l.dolus.*& *l.ſi procurator.*§.*dolo*. Tex.*Sien gitats ipſo facto,& ipſa conſtitucio de pau & de treua,ſens q̃ noy ſia neceſſaria monicio*.

21 ¶Gloſſa,ſuper verbo,*monicio*. Nota † caſum in quo proceditur per viã pacium & treugarũ ſine monitione;ſic etiam quando capitur aliquis conſtitutus ſub pace & treuga,vt in *conſtit. Notum ſit cunctis.*§.*Item ſtatuimus*. quæ data fuit Dertuſæ 6. *Kalendas Maij,anno Domini* 1235.ſicut etiã in caſu conſtitutionis domini Ferdinandi editæ contra minantes illis qui emunt per manum curiæ. Item vbi quis ipſo facto eſt eiectus per ipſum conſtitutionem,vt in pragmatica domini Infantis Alfonſi data Cerueriæ 10. Kalendas Maij,anno 1321. Imo hic non proceditur ſine monitione, licet
22 ipſo facto ſit eiectus. Sed † habes hic vnũ caſum ſpecialem,in quo proceditur per viam pacis & treugæ ad inſtantiam fiſci, regulariter contra. Item hic non dantur niſi decem dies pro monitione,licet in alijs querelis pacis & treugæ dentur quindecim dies. ¶Tex. *Alguna,pero*.

